

BIBLIOTECA · DEL · DUQUE · DE · OSUNA





THESAVRVS ANTIQVITATVM ET HISTORIARVM ITALIAE,


CAMPANIAE, NEAPOLIS, ET MAGNAE GRAECIAE.



TOMI NONI PARS QVARTA.

THESAURUS ANTIQUITATUM ET HISTORIARUM ITALIAE,

Quo continentur
Optimi quique Scriptores,
Qui
CAMPANIAE, NEAPOLIS, MAGNAE GRAECIAE,
Confiniumque Populorum ac Civitatium Res Antiquas, aliasque vario tempore gestas, memoriae prodiderunt:
Digeri olim coeptus Cura & Studio
JOANNIS GEORGII GRAEVII.
Accesserunt
Variae & accuratae Tabulae, tam Geographicae, quàm aliae, ut & Indices ad singulos Libros locupletissimi:
CUM PRAEFATIONIBUS
PETRI BURMANNI,
J. U. D. Historiarum, Graecae Linguae, Eloquentiae & Historiae foederati Belgii, in Academia Lugduno-Batava Professoris.
TOMI NONI PARS QUARTA.





LUGDUNI BATAVORUM,
Excudit PETRUS VANDER Aa,
Bibliopola, Civitatis atque Academiae Typographus, MDCCXXIII.
Cum speciali Privilegio Illustr. ac Praepotent. Ordinum Hollandiae & West-Frisiae.

FERRANTIS LOFFREDI,

Marchionis Trevici, Consiliis Bellicis Catholicæ Majestatis Præfecti,

ANTIQUITAS PUTEOLORUM,

Cum Balneorum

AGNANI, PUTEOLORUM, ET TRIPERGOLARUM

Descriptionibus,

Per Generosissimum Dominum

JOANNEM VILLANUM,

Ex Auctoris vero, & antiquissimo Libro desumptis,

Faucibus Temporis ereptis

Per Dominum

POMPEIUM SARNELLUM.

Editio Novissima, aliis Auctior & Emendatior,

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS

Ex Italicis Latina *fecit*, *Præfationes & Indicem adjecit.*



LUGDUNI BATAVORUM,

Sumptibus PETRI VANDER Aa,

Bibliopolæ, & Typographi Academiæ atque Civitatis.

NOVÆ HUJUS EDITIONIS LECTORI

S. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.



NEapoli, *apud* Horatium Salvianum, *anno* MDCLXXX. *ad instantiam (ut additur)* Jo. Baptistæ Cappelli, *exierat minori forma, seu in* 8°. *hoc Opusculum, quod deinde in* 4°. *rursus imprimi curârunt* Jo. Bulifon *&* Pompeius Sarnellus, *etiam* Neapoli *anno* MDCLXXV. *In ista Editione omissa fuit ipsa* Loffredi *Præfatio, cujus partem modo adduxit in sua* Pompeius Sarnellus, *Descriptio præterea Situs* Palæopolis *&* Neapolis *Antiquæ; cujus ultimi facti rationem ipse reddit pag. Ed. nostræ 17. A. Verum pro iis addidit* Jo. Villani *Commentarium de* Balneis Puteolanis, *& explicationes omnium vocabulorum* Græcorum, *quæ imposita passim hisce locis sunt, in eadem (quantum potuit) inquirens. Nos, ne quid deësset, & ipsius* Loffredi *Præfationem, & Dissertationem illam de Situ* Palæopolis *&* Neapolis *adjunximus & suis locis inseruimus, Editionis veteris pagellis ad marginem adnotatis, & reliquis, pro more nostro, curatis.*

Vale.

Illustrissimo Domino, mihique summopere colendo

PATRONO,

D. FRANCISCO CAPYCIO GALEOTÆ,

Equiti Ordinis Sancti Jacobi *&c. &c.*



DUabus de causis; Vir Illustrissime, exiguas has paginas tibi uni consecrare æquum judicavi, in quibus, faucibus erepti temporis *Romani* fastus, *Latinæque* magnitudinis tristes reliquiæ asservantur; Primò, quod Tu totus virtutibus deditus avitis, clara præbes indicia, te vestigia sequutum fuisse Genitoris (Illustrissimi nempe omnium Herois, de quo nostra Ætas supra præterita se extollere sæcula & gloriari haud dubitat) veramque gloriam consistere ostendis, non in vanis, superfluorum sumptuum ædificiis (quæ tandem seri Temporis erunt spolia, quod sub *Saturni* nomine marmora ipsa devorare fertur) sed in eruditis, heroicisque actionibus, cum ipso Orbe perennantibus. Secundò, ut in parte aliqua (quùm uti velim, non possim) obsequium, & reverentiam meam tibi ostendam; Non enim dedignatus es familiam decorare meam, suscipiendo ad fontem Baptismatis filiolum meum natu majorem; ad nobilioris Planetæ imitationem, æquè tàm humiles domos, quàm alta, & superba palatia illustrare minimè recusans; urbanitemque tuam

in omnibus occasionibus splendescere faciens, quæ instar Lucidæ Stellæ in eximiarum virtutum tuarum Cœlo coruscat: Quibus longum hîc contexere possem Panegyricum, nisi in errorem timerem incidere *Myndiorum*, qui quum parvulo Oppido magnam erigi portam curâssent, admoniti à quodam fuêre, ut vigilarent, ne Oppidum per portam suam egrederetur. Parvitas itaque ipsa hujus Operis me amplius progredi prohibet; meliorem tamen expectans occasionem, qua si non omnem tuam laudem (quod impossibile est) in parte saltem virtutes tuas veridica narratione publicare possim, confirmo, ut semper fui, me fore in perpetuum, qui sum, Vir Illustrissime,

Addictissimus Tuus Servus

Antonius Bulifon.

LECTORI S. D.

POMPEIUS SARNELLUS.

EN *Antiquitatum* Puteolanarum *compendium*, *rogatu diligentissimi Adolescentis* Antonii Bulifonii, *eundem primo* Summontis *Tomo addendi cupidi, à quo multa dictorum* Puteolorum, *suique agri loca citantur, supponente lectori illa non ignota esse; Quoniam verò Historia non pro Incolis tantùm sed & pro advenis conscripta est, non sine causa ipsis quoque velle placere æquum judicavi. Plures enim super hanc scripsêre materiam, ut Marchio noster* Trevici, Franciottus, Lombardus, Mazzella, Capaccius, Mormiles *aliique: Meliorem, aut accuratiorem primò vix inveni; Marchione* Trevici, *inquam, qui (ut ipse in Libri Proëmio ait) curandæ valetudinis causa* Puteolis *commorans, otiique impatiens, (qui veræ generositatis mos est) quærere, & investigare studuit Antiquitates, quæ ibi reperiuntur, ut earum memoriam posteris traderet. Ut autem te certum reddam quanta ipse usus fuerit diligentia, propria ipsius verba ex Præfatione ejusdem hoc in loco adducere volui:* † Die itaque terras istas peragrans & perequitans *&c.*

Quum vero animadverterem omnes alios, qui super hac scripserunt materia, non tantùm à Loffredo *nostro normam operis sumpsisse, sed & (ut ex eorum scriptis apparet) de verbo ad verbum sæpe transcripsisse, vel* Latinè *vertendo, addendoque Auctoritates illorum, quos Auctor noster brevitatis causa omittere consultum judicavit, eundem compilavisse, ne manum in messem alienam ponerem, ipsum denuò typis mandare volui, ut impressus fuit anno* MDXXX. *illi addens ipse Balnea à* Joanne Villano *descripta, quæ omni studio, & diligentia describi curavi, ex antiquissimo Originali, asservato inter Libros elegantissimi Musei Reverendissimi Canonici* Neapolitani D. Caroli Celani, *viri in omni scientia eximii (ut ex ejusdem libris, licèt anagrammatico nomine editis,) satis constat, viri, inquam, non solùm virtute præditi, sed & curiosis auxiliandi cupidi, de quorum numero quum ego sim, ab eodem (si quid boni in me est) me accepisse fateor.*

Hoc in Proëmio non alia de causa tanti viri mentionem feci, nisi ut, quum Dominus is Canonicus Celanus *ab omnibus Academiis satis superque sit notus, ii, qui in aliis recentibus libris per MSS. minus accurate forsan descripta, non sine errore repererint adulterata* Villani *nostri verba, jam, impresso Auctore, ad ipsum, ut de veritate certiores reddantur, recurrere possint. Tibi igitur dictorum Balneorum descriptiones offero, eo modo quo Generosissimus* Joannes Villanus,

† Vide ipsam *Loffredi* Præfationem, quam integram subjunximus.

nus, *prisco more idiomateque suo* (*ut ita dicam*) Hermaphroditico, *nam neque vocari illud* Latinum, *neque* Italicum *potest*, *scripsit*. *Discernat quisque quàm boni illi Prisci rectâ incesserint, veritatem magis, quam elegantiam scribendi æstimantes, naturam imitando, quæ sterilem reddit terram illam in cujus visceribus clauditur aurum, ita forsan ostendens, quod sicut, qui aurum habet, omnia possidet; ita pariter, qui veritate rerum gaudet, omni frui suavitate, prout* Platonis *Auctoritate alibi ostensum est. Vale.*

FERRANTES LOFFREDUS
TREVICI MARCHIO,
AD
PAULUM MONECHUM.

HYeme præterita, quam; ad vestrum consilium, pro corpusculi mei valetudine, *Puteolis* transegi; quum tolerare non possem otium illud, neque tamen haberem, quid agerem; negotiis omnibus solutus, circumspicere cœpi aliquid, quo & corpus simul & mentem exercere possem. Operam itaque dedi quærendis atque investigandis Antiquitatibus, quæ ibidem inveniuntur. Die itaque terras istas peragrans & perequitans, quæcumque consideratione digna erant atque admiratione, tam naturalia quam artificialia, diligenter examinavi, idque feci à Promontorio *Pausilypi* usque *Misenum*, atque inde *Cumas*, juxta oram littoralem, tam in altis collium montiumque jugis, quam in planiciebus & depressis vallibus. Nocte vero contuli Scriptores Antiquos, qui de iisdem egerunt, adhibitis simul in consilium inveterata habitatorum fama, & tradita ad posteros ab abavis vulgi opinione. Quibus ego mediis multa quidem inveni secum bene convenientia, nonnulla tamen invicem inveni discordantia; præcipuè vero multum me vexarunt Scriptorum antiquorum silentium, fama perdita, reliquiæ fabricarum penitus in ruinas prolapsæ; omnium denique adjumentorum, quæ nos in simili casu manuducere solent, inopia.

Constitui nihilominus (quantum in me) omnia hæc superare incommoda, adeoque singulari diligentia, eadem iterum & sæpius perlustrare loca, incolas accuratè ad examen revocare, atque diligenter perscrutari atque evolvere antiquos libros. Hisce itaque (ut opinor) effeci, ut tantum invenerim lucis, quantum in tam obscura inveniri potest caligine.

Sicut autem hæc mea circa ANTIQUITATES PUTEOLANAS constitui offerre amicis quibusdam meis, quibus scio tale placere studium, ita primùm ad Te mittere volui, ut examinares an & publica luce digna viderentur. Sin secus Tibi videatur, terris obrue, ignibus manda; potius enim ipse perdere volo eam quam insumpsi huic rei operam, quam aliis præbere occasionem, ut cum ratione me reprehendant.

Imprimatur.
V. Quatrimanus Vic. Gen. *Neap. Paulus Regius* vidit.



INDEX CAPITUM &c.

Cap. I. De *Urbe Puteolis.* Pag. 1. A

— II. *De antiquis Puteolorum Templis.* 2. A

— III. *De Amphitheatro Coliseo dicto.* 3. B

— IV. *De Stagnis, sivè Aquarum conservatoriis.* 3. D

— V. *De Aquæductibus Puteolis existentibus.* 3. E

— VI. *De Ponderibus.* 4. B

— VII. *De Solfatara.* 4. D

— VIII. *De Balneis.* 5. C

— IX. *De Mufettis.* 5. E

— X. *De Agnani Fumarola.* 6. A

— XI *De Portu, Molo dicto.* 6. C

— XII. *De Pilis.* 7. D

— XIII. *De Ciceronis Villa, Academia nuncupata.* 7. E

— XIV. *De Averni, & Lucrini Lacubus.* 8. B

— XV. *De Tripergulis.* 9. B

— XVI. *De Monte Gauro.* 9. D

— XVII. *De Apollinis Templo.* 9. E

— XVIII. *De Monte Novo.* 9. F

— XIX. *De Tritulæ Sudatorio.* 10. D

— XX. *De Bajis, & de Truliis.* 11. A

— XXI. *De Baulis.* 12. E

— XXII. *De Mercatu Sabbathi.* 13. B

— XXXIII. *De Marii, Julii Cæsaris, ac Pompei Villis.* 13. D

— XXIV. *De Villa Lucii Luculli, de Piscina mirabili, & de centum Cellulis Bajis existentibus.* 14. B

— XXV. *De Monte Miseno, de Antro Draconario, ac de M. Luculli Villa.* 15. A

— XXVI. *De Sepulchro Agrippinæ, ac de ejus Villa.* 15. C

— XXVII. *De Villa Servilii Vaciæ.* 15. E

— XXVIII. *De Cumarum Civitate, de Arcu Felice, de Antro Petri Pacis, & de Spelunca Neapolis.* 16. A

— XXIX. *De Quorundam prædictorum Nominum interpretatione aliisque observationibus.* 17. B

Generosissimi Domini *Joannis Villani* Dissertatio de Balneis *Puteolorum, Tripergularum, Agnani*, aliorumque confinium, ad legentium commodum breviter ex multis libris collecta. 19. D

De Balneo Sicco Sudatorii Agnani. 20. F

De Balneo Bolla vocato. 21. A

De Balneo Struni vocato. 21. A

De Balneo extrà Antrum. 21. B

De Balneo Juncara dicto. 21. C

De Virtutibus Balneoli. 21. D

De Balneo Petræ dicto. 21. E

De Balneo Subveni homini vocato. 21. F

De Balneo Ortodonico. 22. A

De Sanctæ Anastasiæ Balneo. 22. C

De Solfatara. 22. C

De Balneo Cantarello. 22. D

De Balneo Fontis. 22. E

De Balneo della Preta dicto. 22. F

Sequuntur Tripergularum Balnea; & Primum agitur de Balneo Tripergularum, vocato, Balneum Antiquum. 23. A

De Balneo Collaturæ. 23. A

De Balneo de Archo. 23. B

De Balneo de Ramerio. 23. C

De Balneo Sancti Nicolai. 23. C

De Balneo Scrophæ. 23. D

De Sanctæ Luciæ Balneo. 23. D

De Balneo Sanctæ Mariæ. 23. E

De Balneo Sanctæ Crucis. 23. E

De Balneo Succellario. 24. A

De Balneo Ferri. 24. B

De Balneo Palumbario. 24. B

De Balneo Silvanæ. 24. C

De Sancti Georgii Balneo. 24. D

De Balneo Pugni. 24. D

De Balneo Olei Petrolii. 24. E

De Balneo Collis. 24. E

De Balneo Solis, & Lunæ. 24. F

De Balneo Guiberoso. 25. A

De Balneo Episcopi. 25. A

De Hariolarum Balneo. 25. B

De Balneo Braculæ. 25. B

De Balneo Speluncæ. 25. C

De Balneo Fœniculi. 25. D

De Balneo, & Sudatorio Tritulæ. 26. A

Quomodo situm sit Sudatorium Tritulæ. 26. B

Ferrantis Loffredi Dissertatio de situ *Palæopolis* & *Neapolis.* 25. E

FINIS.



FER-

FERRANTIS LOFFREDI ANTIQUITATES PUTEOLORUM.

Caput Primum.

De Urbe Puteolis.

Puteoli antiqui.

4 Civitas *Puteoli*, antiquitus *Dicæarchia* (hoc est *Justum Regimen*) dicta, mutato deinde *Græco* nomine in *Latinum*, nuncupata fuit *Puteoli*; hocque vel ex magna puteorum copia, ad terræmotus impediendos confectorum, vel (juxta aliorum sententiam) ex sulphuris fœtore ibi exhalante, nomen consecuta est.

Puteoli hodierni.

Colonia fuit *Romanorum*, ac olim multo amplior quam nostris temporibus, quoniam sese extendit in circuitum (incipiendo à monte *Orthodonico*, sito super littoris illam plagam, *Jesus Maria* vocatam) à Septentrione usque ad *Solfataræ* montem, ac inde versus Occidentem per priscam viam, lapidibus stratam, usque ad viam *Campanam* dictam & ulterius perrexit; adeò ut locum illum *Orta* vocatum amplecteretur; à quo versus Meridiem eundo ad ripam supra *Starzam*, includebat *Lamias* (*Ponderi* vocatas) ac à dicta ripa versus Orientem ascendendo, Sancti *Francisci* Ædes, olim antiquum *Neptuni* Templum, & hodiernos insuper *Puteolos* usque ad præfatum *Orthodonicum* montem; ita ut omnia illa loca olim Urbs continuerit.

Tot enim, quæ adhuc supersunt, diruta ædificia, tot domorum, cisternarum, tot Templorum ruinæ, tot tàm publicorum, quàm privatorum operum reliquiæ, tot aquarum ductus, tot viæ stratæ, quæ loca passim dividunt, quorumque vestigia passim exstant, magnam fuisse urbem facile demonstrant.

Atque ita hinc patere potest majores olim extitisse *Puteolos* Antiquos, prout & vetustissima civium traditio pariter testatur.

Suburbia antiqua Puteolorum.

Ex hoc civitatis corpore duo magna oriebantur *Suburbia*, viam mediam lapidibus stratam habentia, quorum alterum pergebat *Neapolim* versus, nunc ferè totum terra coöpertum, licèt aliquibus in locis frustum aliquod pavimenti cum nonnullis domuncularum ruinis appareant. Alterum verò versus *Campaniam*, quod propterea *Surburbium* hodie *Via Campaniæ* vocatur.

Via Consularis.

Plurima ædificia semifracta ab utraque viæ parte conspiciuntur, & lapides, quibus ipsa via in medio strata fuit, pariter ex ruinis suis observantur. Hæc debet esse *via* illa *Consularis Puteolis* ducens *Capuam*, quæ unà cum alia consulari *Cumis* usque *Capuam* totum amplectitur spatium illud terræ laborabilis, quod vocabatur *Laboriæ* seu *Laborini Campi*, nunc *Terra di Lavoro*, estque meditullium
5 quasi, & pulcherrima, non tantum *Campaniæ*, sed & Universi Orbis regio, juxtà *Plinii* sententiam, dicentis: *Quanto Ager Campanus omnes excellit terras, tantò Laborini supereminent Campanum.*

Hac ratione *Campaniam* opus voco Naturæ, A quæ sese ipsa lætetur & quasi in sinu sibi gaudeat, unde & hodie tale sibi nomen servat, ut major *Laborianorum*, sive *Laborinorum* agrorum pars, vocetur *Gaudum*, hoc est *Gaudium*.

Gaudum.

Adeò fuit hæc Urbs fidelis, & amica *Romanis*, ut ejus cives maluerint sine liberis mori, quam eorum servitia maritima deserere, quum eorum caussa in remotis regionibus vitam agerent.

Cap. II.

De Antiquis Puteolorum Templis.

Templum Jovis.

Mediis hodiernis *Puteolis* sumtuosum extat Templum *Jovi* sacrum (quod nunc *Ecclesia* B *Cathedralis* vocatur) totum quadratis constructum marmoribus, adeò crassis, ut quodlibet eorum totam spatiosi parietis latitudinem impleat; columnis pariter densis, altisque, super quas admirandæ Architecturæ & vastitatis pulcher epistyliorum ordo quiescit: Templum hoc ad honorem *Octavii Augusti* à *Calpurnio* ædificatum creditur.

Templum Neptuni.

In media platea ex Amphitheatro ad *Sancti Francisci* ædes ferente, videtur ad sinistrum latus *Neptuni* Templum cum Porticus suæ vestigiis à *Cicerone* citatæ; hoc Templum propter plurimos loculos, quibus statuæ inponebantur, & propter operis ma- C gnificentiam, tàm crassitie, quàm altitudine, ac demùm propter vastorum Arcuum splendorem (quorum unus integer hodierno etiam die suspicitur) extitisse ex pulchrioribus, ac magnificentioribus sui temporis jure merito dici potest: Atque ex tribus illis columnis prolapsis una penes alteram, in horto *Hieronymi* à *Sangro* existentibus, concludendum est, ipsas ad Porticum ejusdem Templi olim pertinuisse, atque ex alto præcipitatas in illum locum fuisse; in vicinis enim ibidem planis nec minimæ quidem inveniuntur alicujus ædidificii reliquiæ, ad quod illæ pertinere potuerint.

Pisaturum.

Templum Dianæ.

D Hodiernis pariter *Puteolis* ad Amphitheatrum eundo, in Plateæ medio, à dextris ad locum *Pisaturum* nuncupatum, apparent cujusdam Templi ruinæ, ubi (quoniam duobus abhinc annis pulcherrimæ quædam inventæ fuère statuæ marmoreæ, cum altarum densarumque columnarum frustis ut & mirandi artificii capitulis, & quia inter ea in ipso Templi Atrio reperta fuit quædam *Dianæ* statua in actu projiciendi aquam super *Actæonem*) caussam ea res dedit cogitandi, *Dianæ* sacratum fuisse hoc Templum; quod magis deinde corroboratum est: paucis enim elapsis diebus eodem in loco inventa fuit statua in multa frusta confra- E cta, capite vero adhuc integro atque impositam habente in vertice Turrim, unde patet *Cybeles*, Terræ Deæ, fuisse statuam eandem: Antiqui e- 6
nim, ut *Cybelem* & *Dianam* unum & idem esse ostenderent, unam penès alteram pingere, & sculpere consueverunt. Sed quoniam inventi pariter fuère Lapides duo *Trajano* dicati, ac inter

De Templo Nympharum ex albo lapide, à Philostrato relatum, quod extra

alia ſimulacrum quoddam, ſiniſtra manu cornucopiæ gerens, dextera verò gubernaculum regens, eo prorſus modo, quo *Trajani* Nummiſmata *Fortunam* exhibent, ſupradictum Templum *Trajano* putatur dicatum fuiſſe, licèt aliqui credant, *Hadriano* fuiſſe ſacrum, ea moti ratione, quia ipſe in ſuis quoque Numiſmatibus *Fortunam* tali modo repræſentari juſſerit, hocque eò magis quia in *Ælio Spartiano* Templum *Puteolis* exiſtens à Senatu, opera, & mandato *Antonini Pii*, *Hadriano* conſecratum fuiſſe legitur.

Puteolos conſpiciebatur in littore Maris; Hujus nullæ aliæ inveniuntur reliquiæ præter ejus Fontem, qui adhuc tranquillo mari apparet.

Cap. III.

De Amphitheatro Coliſæo dicto.

AMphitheatrum hodie cernitur ovali forma conſtructum, ut facilè præterita ejus magnificentia tàm ab altitudine, & ab interiori foro ſeu area (*Cavea* vocata) quàm ab ambitu, & circuitu colligi poſſit. Quadraginta enim, vel quinquaginta abhinc circiter annis tam paucæ adhuc apparebant in eo ruinæ, ut ferè totum integrum ſeſe exhiberet: Hodiernis vero diebus propter exhalationes in *Puteolanis* terris, & per terræmotuum frequentiam, valde imminutum eſt.

Coliſeum Summont tom. 1. pag. 324.

Situm autem erat media ferè Civitate, opuſque antiquiſſimum eſt: Creditur enim reſtauratum fuiſſe temporibus Conſulum, gentis *Puteolanæ* ſumtibus, ut in inſcriptione lapideà, ibi inventâ, legitur.

Is fuit locus, ubi *Octavianus Auguſtus* ad ſpectandos *Puteolorum* ludos invitatus, ne iidem abſque ordine, nulloque magnatum reſpectu habito, ſpectarentur, voluit, ut ab altero latere primis in gradibus magnates omneſque Senatoria dignitate eminentes ſederent: In ſecundo vero ordine eorum filii, purpureis veſtibus exornati. In tertio ſcholarum magiſtri cum diſcipulis ſuis: In quarto milites: Ultimum autem plebs occuparet locum.

Et ex altero oppoſito latere, in primo ordine Prætorem cum Veſtalibus Virginibus ſedere juſſit; cætera autem loca mulieribus aliis omnis generis conceſſit: vetans eaſdem una cum viris permixtas ſedere.

Cap. IV.

De Stagnis, ſivè Aquarum conſervatoriis.

IN ſupradicto Antiquorum *Puteolorum* ambitu plurima inveniuntur ſtagna, major autem illorum pars à Terræmotibus eſt abſumta: Inter ſtagna, quæ non adhuc prorſus devaſtata ſunt, unum (quod nunc eſt admirandæ Architecturæ piſcina) conſpicitur inter Amphitheatrum, & viam,
7 quæ ad *Solfataram* tendit, adeſt alterum propè *Sancti Jacobi* Eccleſiam, vulgo *Centum Camarellæ* vocatum; tertium memorato haud minus, eſt è regione loci *Piſaturo* dicti, cujus pars equorum ſtabulum eſt; aliud tandem ſimile invenitur propè Amphitheatrum ad viam Sancti *Antonii* nuncupatam.

Hoc aquarum conſervatorium apud Coliſæum vocatur à Ruſticis *Labirinto*.

Cap. V.

De Aquæductibus Puteolis exiſtentibus.

* MUltis in locis, eademque regione, plures cernuntur Aquæductus, qui omnes oriuntur ab uno, qui *Neapoli* veniens, & per latera montium (qui ſunt ſuper *Chiaiam*) tranſiens, ad *Pauſilippum* montem exibat, & eumdem circumdando per partem illam, quæ vocatur *Grotta*, uſque ad montes *Agnani*, ac inde circumeundo totum *Olibani* montem, uſque ad limites ejus ex adverſo *Niſitæ*, vertebatur per eumdem montem ad illam partem quæ *Grotta* dicitur, uſque ad montes *Agnani*, à quibus totum montem *Olibani* circumeundo, excavata ibidem duriſſima ſilice, exibat ad antiquos *Puteolos* (hodie major ejuſdem pars cernitur per *Pauſilippi* montes, ſicut & per illos *Agnani*, & *Olibani*) pluribus inde circuitibus per urbem factis, in unicum redibat iterum ſtagnum, ac verſus *Tripergulas* pergebat, ubi hodierno etiam die apparent reliquiæ in agris domini *Antonetti Capomazzæ*, nobilis *Puteolani*, Poëtæ ac viri multis in ſcientiis præclari; ex quo loco facilè iri potuit *Cumas*, *Bajas*, & *Miſenum*.

* *Summonte* tom. 1. cap. 10. pag. 230.

A

Cap. VI.

De Ponderibus.

B PRæterito *Annuntiatæ* Templo, ut & aliquantum ex *Campana* via ſilicibus ſtrata, ad viam, quæ *Puteolis* ad *Avernum* ducit, apparent à dextro latere illæ magnæ *Lamiæ*, quæ inſerviebant pro Teloniis, & locis, ubi ponderabantur merces, tantæque eas eſſe magnitudinis oportuit, quia id requirebant magna commercia, quæ in *Emporio* iſto exercebantur, de quo *Strabo*, & *Cicero* mentionem faciunt, & propter uſum, cui inſerviebant, hodierno etiam die loca nomen *Ponderum* retinent: hæ fuêre juxta Mare, quod diebus illis undique pedem montis alluebat.

Emporium.

C Hoc Telonium in loco valdè commodo ac admodum apto, ſitum erat; vallis enim quædam *Lamiis* illis valdè proxima, quam ingrediebatur Mare, placidum, ac ſecurum portum, locumque admodum idoneum ad onerandas, atque exonerandas naves, conſtituebat.

Telonium.

Enarratis nunc iis, quæ ſuperſunt intra *Puteolorum* Antiquorum Civitatis ambitum, quantùm digna dictu exiſtimavi, ſolo omiſſo *Sudatorio*, quod recenter inventum eſt, atque exſtat ſupra montem *Orthodonicum*, ut proprio loco una cum *Tritolæ Sudatorio* ſum oſtenſurus, exponenda mihi nunc ſunt quæ extra Urbis ambitum inveniuntur, incipiam itaque (tanquam à re aliis digniore) à *Solfatara*, & ordinatim deinde exponens quod intra *Pauſilippum* & *Puteolos* celebrandum remanet, per littoris viam, *Bajas*, & *Cumas* uſque procedam. 8

D

Cap. VII.

De Solfatara.

* EX monte quodam Antiquis *Puteolis* proximo (ſecundum *Strabonem*) ab Hodiernis autem per milliare diſtante, in loco, qui *Solfatara* vocatur, vacuum aliquod eſt foramen, quod in ſummitate ſua apparet tantæ proportionis & menſuræ, ut arte confectum eſſe quiſque putaret:
E Et ubi tunc erat vertex illius ibi nunc eſt fovea, ac in eadem planities circuitus milliaris, lateraque montis, quæ radices ejus olim erant, nunc ſunt vertices, qui planitiem circumdant, ita ut aquæ pluviatiles, cum egreſſum in ea habere nequeant, ibi ſubſidant. Hujus planitiei ſolum, cacumina & radices, ſunt ex ſulphure, alumine, & vitriolo. Pars ſulphurea tàm planitiei, quàm cacuminum, & radicum, quæ in introitu à dextris incipit, & deſinit ad finem ejuſdem planitiei, per infinita foramina, tàm parva, quam magna, grandi cum murmure fumum adeò calidum emittit, ut in quibuſdam locis ignis potiùs quàm exhalatio vocari poſſit.

F In duobus planitiei locis ſcaturiunt aquæ vivæ & calidæ, quarum prima exit ad radicem montis, majores aliis evomens ignes, eſtque clara, & ſaporis ſulphurei; altera à montibus longinquior ebulliendo ſcaturit adinſtar aquæ in lebete ſuper ignem poſitæ. Emittit interdum ebullitionem ſuam ad octo pedum altitudinem, & quæ terræ

* *Summ.* tom. 1. pag. 324.

terræ mixta exit, nigerrima apparet, talique modo, ut lividum potius lutum, quàm aqua esse judicaretur, calidior verò est alia.

Hìc inter naturalia consideratione digna, expertum est, sulphur humorem harum aquarum adeò conservare, ut continuò licet ardens, consumi nequeat, permanente indesinenter in eisdem foraminibus igne, & ex ipsis meatibus scaturientibus aquis.

Forum Vulcani.

De hoc loco scribens *Strabo* dicit; supra montem, valdè *Puteolis* vicinum, fuisse *Forum Vulcani*, planitiem vèro undequaque à ferventibus tumulis circumdatam, qui tamquam ex fornacibus, magno rumore, ac fremitu, plurimas haberent exhalationes.

Antiquitus plures erant montes sulphuris, dicti colles Leucogii.

Juxtà *Dionis* testimonium, ejus tempore plures ibi esse debuerunt montes, ignem emittentes; dicit enim; quod montes proximi tribus maris sinubus, qui sunt inter *Misenum* & *Puteolos*,
9 haberent super sese quosdam fontes, in quibus esset magna ignis copia aqua mixti, ex qua mixtura ipsa evaderet calida, & ignis fieret liquidus, & procurrens: mihique hinc verisimile videtur, antiquitùs pènes *Solfataram* alia extitisse sulphurea loca, ex quibus sulphur extraheretur; *Virgilius* enim, in sua *Ætna*, asserit fuisse inter *Neapolim*, & *Puteolos* loca, ex quibus magna sulphuris quantitas eveheretur; *Plinius* etiam in sua Historia Naturali refert, quod in *Campanis*, & *Neapolitanis* finibus in collibus *Leucogiis* sulphur abundanter extraheretur.

Cap. VIII.

De Balneis.

Quatuor in *Neapolitanis* terris, & triginta quinque in * *Puteolanis* scaturiebant calidissimarum aquarum fontes, qui à suo usu *Balnea* vocabantur, solebant enim non tantùm Hodierni, sed multò frequentiùs Antiqui, tàm voluptatis, quàm sanitatis ergo illis uti, valent enim propter diversas suas qualitates ad multas infirmitatum species tollendas, quoniam in se Aluminis, Vitrioli, atque Sulphuris materiam continent: quædam uno ex istis tribus gaudent, alia ex eisdem æqualiter, & alia inæqualiter, parte majoris unius, quàm alterius mixta sunt, ita ut Balneum ibi unicuique infirmitati adaptatum inveniatur. Ex istis aquis alias à monte *Solfatara*, alias à montibus infrà *Misenum* & *Puteolos* provenire judico; namque in illorum radicibus inveniuntur. Ignis ille, qui *Dionis* tempore in vertice eorumdem montium conspiciebatur, ut quidem puto, nunc in illorum centro operatur, & majori vi, juxtà caliditatem aquarum, quæ in locis horum Balneorum oriuntur, ex quibus multa jàm prorsus perdita sunt, alia à *Novo monte* obruta, & alia, quia in iis conservandis parva gesta fuit cura, evanuerunt.

* *Summonte* tom. 1. pag. 294. & tom. 2. pag. 543.

Cap. IX.

De Mufettis.

Mufetta Agnani, hodie Spelunca Canum dicta.

Quædam cernitur in *Agnano* spelunca, ex quà tàm malignus exit aër, ut si aliquis magis intus eam ingrediatur, hominibus cæterisque animantibus sensus auferat, & si per modicum temporis spatium ibi maneat, morte afficiat: Si verò magna cum sollicitudine extrahatur, & in aquam projiciatur, ad se ipsum redit, hocque citiùs, vel tardiùs, juxtà quod magis, vel minùs ex pessima respiratione aëris istius affectus fuerit.

Prætereà per multas Territorii *Puteolani* partes similes reperiuntur exhalationes, licèt non adeò violentæ, nec tàm magnæ: Aliquæ statim à fodiendo inveniuntur; periculosæ satis fodientibus, vel illis qui iisdem in exhalationibus diutiùs morantur. 10

Quanto Balnea alia hominibus utilia, tantò ea *Mufettæ* iis nóxia sunt, quia à diversis terræ qualitatibus proveniunt; aër enim aut aquæ secundum qualitatem terræ, vel loci per quem transeunt, & fumus combustionis, prosunt, vel nocent humanæ naturæ.

Cap. X.

De Agnani Fumarola.

* Ex loco *Fumarola* vocato, continua exit sulphurea exhalatio. Antiqui verò locum ædificiis hunc in modum occuparunt, ut per valdè commoda foramina, atque exstructa in utilem usum egrederetur: Multis prodesse infirmitatibus feruntur hæ exhalationes, cum materiæ sint sulphureæ, & loco tecto, calidoque concipiantur.

Secundum verò opinionem meam, dicerem, quod qui fumo uti debet sulphureo, eo *Solfataræ* uti debeat; Hic enim *Agnani* fumus quùm multa permixtus sit terra, haud videtur valdè sanus propter *Mufettæ* propinquitatem.

* *Summ.* tom. 1. pag. 223.

Cap. XI.

De Portu, Molo dicto.

Propè mare sub *Puteolis* cernitur Antiquissimus Portus, à *Suetonio* commemoratus, atque à *Jacobo Sanazaro Moles Puteolanæ* vocatus: opus equidem magnificum, optimèque constructum, tàm propter sumptuosum & maximum ædificium, quàm propter pulchram illarum columnarum Architecturam, arcubus distantibus ab invicem, atque iisdem, ex lapidibus valdè magnis, ac densis, benè invicem connexis.

Hæc à nobis Moles dicta, à pluribus dicitur Pons Caligulæ.

Ex hac Architectura vera ratio similes constituendi moles addisci potest, quoniam cum columnæ, & arcus illi sufficerent ad frangendum undarum maris impetum, necessaria tamen erant plura vacua, per quæ ingrediens, & egrediens fluxus æquoris, posset abradere simul & avehere secum terram, à pluvialibus aquis provectam; si enim ædificium fornicibus suis distinctum & quasi interruptum non fuisset, absque illorum arcuum vacuis, terra exindè adeò defensa fuisset, ut mare nullum exitum ad eam avehendam reperiens, accumulatâ eâdem terrâ super aliam terram supervenientem, brevi temporis spatio, profunditas ibi maris repleta fuisset, & ipse Portus quoque devastatus fuisset, ut in ipso *Neapolitano* accidisse cernimus, qui, licèt recenter satis constructus sit, hodiè nihilominus jam ferè totus est repletus, & intra paucos annos media terra circumdatus apparebit: Hæc verò *Puteolana Moles*, licet ante plurimos annos sit extructa, atque *Græcorum* po- 11
tiùs quàm *Romanorum* opus fuisse credere liceat, ac magis quoque similibus repletionis occasionibus subjecta sit, quia plures circa eam colles, montesque mobilis terræ existunt, & aquis pluvialibus nullus alius detur egressus, præter illum ad *Puteolanum* Mare; nihilominus cum tot vacua gradatim habeat disposita, adèo nitidus Portus, profundusque conservatur, ac si ante annum recenter adhuc constructus fuisset.

Idem discrimen in aliis Portubus apparet, inter quos ille *Barlutæ*, quamvis *Ophanto* proximus sit fluvio, maximam secum terræ quantitatem ducente, propter vacua tamen, quæ habet, & manet, & longo tempore ab impletione terræ illæsus manebit.

Portus verò ille *Tranorum*, licèt septingentis forsan annis eo superiùs dicto recentior sit, & licet quinque milliaribus ab *Ophanto* distet, quia sine va-

vacuis est constructus, omninò suffocatus, & *Ophanti* terra impletus apparet. A

Sed quoniam aliqui putant hunc Portum à *Caligula* ædificatum fuisse, ut pro Ponte & non pro Portu inserviret * eo tempore, quo insanam mentem ejus lubido subibat currere super mare *Bajis* versus *Puteolos*, de quo nullam habent veterum traditionem, nec aliud fundamentum, quàm illam ex Arcubus conjecturam, quibus scilicet in Pontibus non in Portubus construendis uti soleant; ex quo inferunt, quot cum sit Pons, non ab alio, nisi à *Caligula* ædificatus fuisse potuerit.

Verùm pro confutanda hac sententia & conjectura (quæ, ut modò dicebamus, tota contra eos B retorquetur) dicam amplius, quod temporis illius, quo *Caligula* Imperator creatus fuit, usque ad Tempus, quo per Pontem illum cucurrit, adeò breve fuerit spatium, ut nullo modo per humanam vim tale opus construi potuerit, præter quam quòd, si pro Ponte inserviisset, ipsa ratio doceat, quod si structura hæc facta fuisset absque foraminibus, ac absque ornamentis columnarum istarum, tàm pulchrè elaboratarum, atque invicem oppositarum, breviori temporis intervallo, minoribusque multò expensis perfici quivisset; hoc pariter addito quod rectà *Bajas* versus factus fuisset Pons, non forma circulari, sicut & per diver- C sam viam propè *Avernum* ducens duobus ferè milliaribus *Bajis*; facies quoque columnarum per rectam lineam dispositæ fuissent, non sicuti istæ, quæ nunc, ut circulum forment (sicut quædam ex iis inveniuntur) triginta plus quàm spithamis alias excedunt. Tandem si attentè *Strabonem* legamus, ubi de *Portubus Puteolanis* manufactis loquitur, dubium haud potest esse, hoc ædificium factum fuisse tamquam Molem ad Usum Portus; nec mihi Auctor aliquis notus est, qui de *Ponte* hoc in Vita *Caligulæ* mentionem faciat; imò ipse *Suetonius* contrarium scribit, meamque summoperè confirmat sententiam, dicens: *Caligulam* conjunxisse spatium inter medias *Bajas* & *Moles Puteolanas* D ponte quodam longo tribus milliaribus & sexcentis passibus, colligando Naves mercatorias; ita ut hæc nostra moles jam inveniatur constructa ante tempus *Caligulæ*, atque subiti ac lignei ejus Pontis.

* *Summ.* tom. 1. pag. 299.

12

Cap. XII.

De Pilis.

PEr *Puteolorum* littora magnifica ac vasta apparent ædificia, quæ olim pro piscium, atque deliciarum maritimarum reservatoriis inserviebant: & quoniam ea Mari quam maximè proxima fieri E curabant, ut ita ejusdem aquis commodiùs uti possent, ne per tempestatum impetus eadem devastarentur, longiùs projiciebant in mare pilas longè maximas. Hoc idem in litore *Bajarum*, & *Baulorum*, de quibus *Tibullus* & *Columella* mentionem faciunt, factum fuit.

Cap. XIII.

De Ciceronis Villa, Academia nuncupata.

Villa *Ciceronis* à Rusticis vocatur *Olipa*, hoc est, *omnia* à verbo Græco *olos.*

CIceronis Villa (quæ ab ipso *Academia* vocatur) vel propter Antiquæ Civitatis unius stadii distantiam, vel quia *Porticus* dictæ Villæ unius stadii longitudinem occupabat, hodie *Sta-* F *dium* nominatur; Ambulatoria videntur, & metiri adhuc possunt, licet pars altera integra, & coöperta, altera verò diruta videatur: Facilè cognoscitur quoque quanta ejusdem Villæ area fuerit, & quomodo esca ex suo cubiculo facilè etiam piscibus projici magna cum voluptate poterat; habitatio enim sub se *Startiam* tenebat, ubi temporibus illis morabatur Mare, quod adhuc quinquaginta ab hinc annis valdè ei propè inveniebatur.

Startia.

Neque tamen mihi suadere possum *Ciceronem* ex Camera sua tantam piscium copiam unico tractu cepisse, quanta ei opus fuerit in cœna *Julio Cæsari*, Aulicisque ejus exhibita. Et quoniam *Puteolis* ad *Lacum Averni* usque, nullæ aliæ villæ antiquæ, præter *Ciceronis* hanc conspiciantur, similiave ædificia, *Plinii* auctoritas vera esse agnoscitur dicentis: Villam *Ciceronis* occupasse spatium illud *Puteolis* usque ad *Averni* Lacum; ac magnificam fuisse tàm propter pulchritudinem Porticus, quàm Sylvas, & nemora, atque finium amplitudinem, sicut adhuc colligi potest.

Cap. XIV.

De Averni, & Lucrini Lacubus.

* CEleberrimus *Avernus Lacus* diversus esse apparet ab eo, qui temporibus anteactis fuisse scribitur; non emittit enim pessimam illam exhalationem, qua omnes aves, medio in volatu exanimatæ concidisse quondam feruntur, unde & à Græcis *Averni* nomen obtinuit: nec pariter illam copiam, & bonitatem piscium nunc retinet, quas *Romanorum* tempore habuisse fertur; diebus enim 13 nostris nec per somnium ibi eosdem cernas, nullum quoque ad Mare egressum habet, & illius aquæ ut plurimùm eamdem æqualitatem, absque ullo decremento vel incremento servant, nec ad maris undarum decrementum seù refluxum diminuuntur.

Avernus.

Ad ipsum ut accedamus *Avernum*; cernitur à dextris magnum, antiquum, ac magna ex parte dirutum ædificium: A sinistris verò (lacum circumeundo) invenitur Antrum *Sibyllæ*, & ulteriùs propè aquam Templum *Mercurii*, quod licet collapsum, cognoscitur tamen & Templum extitisse & valdè magnificum.

Domus *Sibyllæ.* Antrum *Sibyllæ.* Templum *Mercurii.*

Inter Mare & *Avernum*, *Romanorum* temporibus, erat *Lacus Lucrinus*, sæpissimè ab Auctoribus citatus, communicationem habebat iste cum *Averno* & Mari, secundum *Dionem*, dicentem: intrà *Misenum* & *Puteolos* tres extitisse maris sinus, nempè *Tyrrhenum* cum mari *Tyrrheno* conjunctum, *Lucrinum* & *Avernum*. De parvulo hoc *Tyrrheno* loquitur *Virgilius* sequenti versu:

Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Averni.

Ostendere volens tamquam excellens Poeta omnia singularia callere sese optimè.

Lacus Lucrinus. Maris sinus.

Tempore illo inveniebatur in *Averno*, & *Lucrino* magna piscium copia; adeò ut putaverint multi, *Lucrini* nomen à magno *Lucro* quod *Romanis* præstabat, ex piscium vel exquisitissimarum Ostrearum in Lacu eo captarum venditione obtinuisse.

Cum verò lacus hic frequentibus tempestatibus ruinam passus esset, nè de interitu periclitaretur; tàm propter voluptatem, quàm lucrum, quod à piscibus trahebant, in tutum illum ponere decrevêre, curamque hanc *Julio Cæsari* dederunt, qui illa magnifica, & celeberrima claustra ibi confici curavit.

Post hoc *Julii Cesaris* opus, *Octavius Augustus* propter Navale bellum contra *Sextum Pompejum*, cupiens hyemis tempore classes suas in tuto Portu exercere, neque locum aptum satis inveniens in *Italia*, hanc curam dedit *Agrippæ*, qui in hanc rem *Lacum* elegit *Lucrinum*, & à lateribus aggesta terra, intrà claustra *Julii Cæsaris*, & dictum *Lacum*, ingressuque Portus arctiore reddito, eum in formam illam ab *Octavio* desideratam redegit: Hoc ubi ædificaretur opus, statua *Calypsonis* sudans (si credere licet) inventa fuisse dicitur.

Statua *Calypsonis.*

In *Julii Cæsaris* memoriam vocatus fuit locus iste, *Portus Julii*, ac exindè lacus hic ferè prorsus *Lucrini* nomen amisit.

Portus Julius.

Ope-

* *Summ.* tom. 1. pag. 273.

Operum *Julii Cæsaris*, & *Octavii* hodiè propè lacum, priùs *Lucrinum* vocatum, duæ in mari exstant reliquiæ, quarum alteræ dicuntur *Famosæ* alteræ verò *Corofelli*, de quibus celebriores literati diversas tuentur sententias; volunt enim aliqui, illa *Famosæ*, antiquiora fuisse opera, & ad alium

14 finem; putantes, ea multò longiùs à *Lucrino* existere debuisse, juxtà situm ab eis præsuppositum; alii ad *Claustra* pertinuisse opinantur, & quod *Corofelli* fuerint *Octavii* opera, quoniam *Dio* dicit, *Agrippam* strictiorem quam antè, angustioremque ingressum Portus, ab utraque parte ædificiis constructis, fecisse; Hoc tàmen *Corofellorum* opus sine dubio pro canali inserviit, unde sòlùmmodo dicam, reliquias, & claustrorum, & Canalium etiam nunc apparere.

Famosæ.

Corofelli.

Corofelli. Hic sunt *Fovea Neronis*, sic vocatur canalis, quem ipse volebat effodere ad *Ostiam Romæ* usque, latitudine tanta, ut duæ simul naves quinque remis vehi possent, sed quum vires ei deficerent, opus imperfectum remansit.

CAP. XV.

De Tripergulis.

PRopè *Avernum Lacum* Monticulus quidem erat, ac super ipsum Oppidum quoddam, opus absque dubio *Gallorum* à trecentis circiter annis: Infrà monticulum hunc, & *Avernum* atque Antrum *Sibyllæ* major pars Balneorum *Puteolanorum* erat; quare & ibidem existebat vicus, ducens ab aquis *Averni* usque ad mare illius ævi, quoniam major hodierni Novi Montis pars, tunc à mari occupabatur. Vicum hunc Balneorum tempore valdè numerosum, frequentatumque incolis, ac omnibus rebus victui necessariis munitum fuisse, facilè credere est. Plurima etiam reperiebantur Hospitalia ad pauperes, hùc Balneorum gratia venientes, recipiendos.

Oppidum super Monticulum propè Avernum.

Balnea.

Trulium insuper ibi videbatur antiquum, non æquali magnitudine illi *Bajarum*, pulchra nihilominus Architectura, ac optimè elaboratum.

Trulium.

Balnea, oppidum, *Trulium* unà cum *Lacu Lucrino* hodie sub *Monte Novo* sepulta jàcent.

Amœnissimus penes hunc oppidum stabat collis *Trispotus* nuncupatus, de quo mentionem facit *Propertius*, idemque hodie tenet nomen, vulgariter enim *Trispete* vocatur; cujus magna quoque pars à *Monte Novo* sepulta tenetur. Ex hoc forsan *Trispoto* ortum traxit hujus Oppidi nomen, quod *Tripergoles* nominatur.

Trispotus.

CAP. XVI.

De Monte Gauro.

POrtu *Julii* constructo, testatur *Silius Italicus* dictum *Montem Gaurum* aptum rebus fuisse navalibus; ac à *Juvenale* valdè laudatum propter optimas Ostreas, quas ille *Gauranas* vocabat.

Celebratur etiam quàm maximè à *Statio*, à *Sidonio Apollinare*, atque à *Galeno*, propter generosa vina, quæ ibi nascebantur; hodiè verò saxosus, & incultus manet, mutatoque nomine *Abundantis Gauri*, datum fuit illi nomen, sterilitati suæ conveniens, scilicèt, *Mons Barbarus*.

Mons Barbarus.

CAP. XVII.

De Apollinis Templo.

15 * PRopè hunc locum supra altum montem ædificatum erat Templum *Apollinis*, ac adeò supra verticem montis elevatum, ut Deus ille à *Virgilio* inde *Altus Apollo* nuncupatus sit; *Juvenalis* pariter dicit; quod directò ex mari versus *Cumas* hoc idem Templum valdè supereminens apparuerit.

* *Summ.* tom. 1. pag. 51. & 86.

CAP. XVIII.

De Monte Novo.

* PUteoli cum Territorio suo à terræmotibus plùs quam alia *Italiæ* loca infestantur: qui tempore quo *Mons Novus* suas emittebat exhalationes

* *Summ.* tom. 4. cap. 7. pag. 131. & 132.

A adeò erant frequentes, ut tota ferè regio desolata incolis remanserit durantibus iis Terræmotuum conflictibus, vesperi quodam ex *Sudatorii* aliorumque antris innumeræ exière flammæ ignis, & duobus deinde diebus eâdem vespertina hora, loco quo extiterat quondam, seu exstare debuerat *Lacus Lucrinus* (qui tunc temporis à mari universus occupabatur) tanta ex imo exiit exhalatio, ut aqua maris, arena, parsque montis, quæ erat sub aqua, & illa, quæ à multis annis vi flammarum combusta fuerat, exindè ingenti cinerum copia conflata, tantam, & tàm altè projecerit multitudinem, ut non solùm ex illis mons combustus fue-

B rit, sed cineres & parvi illi exusti lapides circumvicinum ferè totum contexerint tractum. Ventoque tunc spirante *Favonio*, cineres illi per triginta ferè milliarium latitudinem ceciderint, ex antro illo, cujus os per aliquod tempus apertum remansit, continuò exeunte fumo.

Quamdiù apertæ illæ fauces manserunt numquam auditi fuerunt Terræmotus, progressu verò temporis meatu ipso terra lapidibusque per pluvias ibi lapsas clauso, frequentes rediêre Terræmotus, & continuè aucti sæpissimè audiebantur. Tribus tamen ab hinc annis in *Solfataræ* monte accedente exhalatione longa & arcta, raro audi-

C ti fuêre Terræmotus. Et quia Regio ista subterraneam combustioni aptam materiam continet; (quoniam ignis tàm frequens ibi accensus fuit) mihi persuadeo, eam semper tali infortunio subjectam mansuram; atque ibi semper prodituros terræmotus, nec nisi simul una cum exhalationibus aliquando defecturos. * Diebus antiquis idem accidisse credendum; apparentque multa loca huic monti similia, quæ non aliter quàm similibus exhalationibus & eruptionibus fieri potuêre, inter quæ memorantur *Solfatara*, *Struni*, *Campilio*. Eæque exhalationes tot devastarunt magnifica ædificia, quot per regionem hanc diruta conspi-

D ciuntur.

Solfatara Struni.

Campilio.

* *Sum.* tom. 3. lib. 5. pag. 133.

CAP. XIX. 16

De Tritulæ Sudatorio.

TRibus à *Puteolorum* civitate milliaribus, in monte quodam, *Sudatorio* nuncupato, plura exstant Antra: quædam inferiùs, æqualia loco, ubi scaturiunt, Balneorum, aquæ inservientes canalibus, ut ibidem aquæ cursum habere possint; alia altiora, quasi ad medium montis, in quibus per fœtidos puteos ex imo usque ad dicta canalia adscendit illarum aquarum fumus, adeò calidus, & in illis

E antris tàm densus ut sudare valdè faciat, & non facilè diù in ipsis aliquis perdurare possit; Putatur hic locus sanitati conducere, præcipuè, exsiccatione opus habentibus; & ideò in superiori parte, ac procul ab aquis paratus fuit, ne occasionem haberet partem illam humidam retinendi; sicut ratiocinatur *Dio*, dicens, per canalia extrahi vapores calidarum aquarum in cisternis ad æqualitatem maris collectarum in altissimis, quæ ibidem sunt, ædibus, easque istis vaporibus calefieri, ipsosque vapores quo magis ab aquis absint, eo majorem afferre siccitatem: addens insuper: In utro-

F que *Sudatorii* loco inventa fuisse ædificia magni pretii, & ad recreandos animos, & ad medicinam corporibus adhibendam valdè apta.

Ex quibus constat præter hoc *Tritulæ Sudatorium* aliud etiam extitisse, & illud esse puto retro *Sancti Jacobi* Ecclesiam, ubi ex ædificiorum copia vapores ad illorum summitatem ascendere videntur; eademque ædificia in hoc *Sudatorio* in vertice montis apparent; ex antris enim ad medietatem illius sitis per scalam patebat ascensus; ubi hodierna die videntur loca, per quæ ad domos in suprema mon-

tis parte sitas vapores ascendebant. Ex hoc loco per parvum aditum in antro existentem itur ad cellas, & cubicula mulierum.

CAP. XX.

De Bajis, & de Truliis.

NUnc *Puteolorum* dignis notatu inter *Pausilippum* in litore ejus *Bajas* usque enarratis; ad *Bajas* locorumque circumvicinorum, & ruinarum (quæ ibi conspiciuntur) descriptionem juxtà propositum meum accedam. Hic locus vocatus fuit *Bajarum* nomine, à quodam *Bajo Ulyssis* socio.

Romanorum tempore tanti æstimabantur *Bajæ*, ut major Magnatum pars deliciarum causa ibi domicilium tenuerit. Et quamquam *Seneca*, & *Propertius* eam vituperârint dicentes, fugiendas esse *Bajas* propter loci amœnitatem, & propter deli-
17 ciosam, quam ibi ducebant vitam; & licet *Clodius* ausus fuerit *Ciceronem* reprehendere, eo quia *Bajis* fuisset, nihilominus tamen Auctores plurimi, inter quos *Horatius*, *Martialis*, & *Statius*, contrarium tuentur, ac laudibus locum hunc summis extollere minimè desinunt.

Romani villas ibi possidentes, eas statuis, pavimentis, columnis, ac muris marmoreis, tanto auro, argento, & artificio, magnificas reddidêre, ut *Aristobulus*, *Judæorum* Rex, cum *Romam* versus pergens, *Bajàs* appulisset, *Romanorum* magnitudinem & magnificentiam quàm maximè admiratus fuerit.

Villæ *Lucii Crassi*, & *Lucii Pisonis*, *Bajis*.

Inter alias Villas numerantur *Lucii Crassi*, & *Lucii Pisonis*, sanè quàm amœnæ, Balneisque copiosæ, ad quas *Nero* privatim & relicto solito militum præsidio proficisci consueverat.

Domus matris *Alexandri Severi*.

Alexander quoque *Severus* sumptuosam domum pro matre sua ædificari ibidem curavit.

Nec silendum judico binos in hoc loco duorum Imperatorum casus, quorum alter pius, alter verò fuit summè impius: *Alexander* nempè in commodum matris, domum, ac balnea ad sanitatem ejus tuendam apta parari fecit: *Nero* ideò suam eò duxit matrem ut interficeret: cujus impietatis eodem in loco à conjuratis dignam subiisset pœnam, nisi *Piso*, ejus hospes, qui simul & ex conjuratis erat, hoc eis dissuasisset, dicens, magnum futurum eis dedecus, si mensa, & hospitium (quæ ut sacra venerantur) principis sanguine macularentur: nec tale bonum *Pisonis* opus respexit posteà *Nero*; ingratè enim ipsum interemit.

Lacus *Bajanus*.

Multo major quàm nunc apparet, erant quondam *Bajæ*; mare enim adeò excrevit, ut *Bajanum Lacum*, tantopere à scriptoribus celebratum, cum aliis plurimis ædificiis, quæ hodie sub mare videntur, stratamque lapidibus viam submerserit.

Hodierna die tutissimus ibi est Portus, domus enim olim submersæ eæ sunt, quæ ipsum & tuentur, & servant: creditur extitisse ibi *Lacus Bajanus*, ubi loci olim (ut videtur) propter humilitatem terræ & maris irruptionem Portum acquisiverunt incolæ, lacum verò, atque magnam ædificiorum partem amiserunt. Hoc maris incrementum *Octavii* temporibus accidisse fertur; si enim tunc exstitisset Portus iste, necesse haud fuisset, ut alium sibi pararet, scilicet *Lucrinum*.

Trulia.

Hodie ad planitiei partem, quæ ab aquis intacta remansit ad latera montium, ad superiora usque, magnorum ædificiorum vestigia cernuntur, inter quæ tria illa, ab habitantibus *Trulia* vocata: admiranda verò, & magnæ Architecturæ sunt opera, quæ ad qualem usum constructa sint, variæ sunt sententiæ: putant alii loca fuisse ad spectacula, coöperto loco intuenda; alii propter pluvias, & grandines; alii tandem munimenta

A pro continendis *Romanorum* classibus, munitionesque servandis navibus parata fuisse tuentur.

Ego verò ibi Balnea exstitisse credo, quibus magna populi copia uno tempore uti posset, & quemlibet eorum aditum, Balneorum fuisse ingressum plurimæ in vicinia cellæ ostendere videntur.

Salviati Balneum.

Balneum, *Salviati* nuncupatum, hodie etiam 18
aquis gaudens, videtur in *Trulio* quodam simili exstitisse, cujus unica pars in præsenti, monti conjuncta, cernitur, eamque *Truliorum* servat rotunditatem, & sic in eorum cellis, Balneorum loca fuisse cum piscinis ex pavimentis arguitur. Cameræ quoque, in quibus aquæ calidæ servabantur, qui-

Trulium primum.

B bus litus *Bajanum* tempore illo abundabat præ omnibus aliis; à litore *Pausilippi* montis usque *Bajas*, ubi hodierno die sunt Balnea omnia, quæ apparent, fuisse videntur.

Et quoniam legitur *Nero* valdè delectatus fuisse Villa *Pisonis* apud *Bajas*, propter Balneorum amœnitatem, ac sæpè in ea moratus, *Trulium*, sub monte, versus *Sudatorium* existens ad *Pisonem* pertinuisse puto, ea ratione motus, quia non potuit non possidere conjunctam cum domo Villam, & in nullo ex illis tribus locis villa conjuncta esse potuit, nisi isto extrà hunc locum, & magis monti annexum; insuper etiam quià per
C maximum terræ spatium nulla signa ædificiorum, nullæque aliæ reliquiæ apparent.

Trulium secundum versus *Bajas*.

Alterum *Trulium* primo majus versus *Bajas*, domum fuisse & Balnea, quæ *Alexander* ad matris commoda construi mandavit, existimo: nullam sub se habebat villam, sed tantummodò domum; in medio *Bajarum* sitam, opus tàm magnificum, ut Imperatoris *Romani* jussu factum facilè judicari queat.

Trulium tertium.

Tertium (aliis duobus comparatum) valdè parvum est, similiter verò Balneum fuit domusque vel peculiaris, vel publica. Hæc ædificia pro Balneis inserviisse, arguitur ex situ, non enim in
D locis elevatis erecta fuêre, sed in inferioribus ex quibus aquæ solent scaturire: & quod superiùs dixi, ea ad *Pisones* spectasse, hinc confirmo; manet enim hoc *Trulium* sub monte, ab uno tantùm latere lumen accipiens, ab altero verò à dicto monte tegitur, ac per murum ei jungitur, ut hujus conspicui Balnei reliquiæ denotant. Quoniam verò tot sumptibus, atque impensis est constructum, & adeò monti est proximum, non sine urgenti causa ita factum fuisse putandum est; ad recipiendas, scilicèt aquas calidas, ex loco illo orientes. Dubium igitur nullum superest, tria hæc
E *Trulia* nulla alia de causa quàm Balneorum gratia ædificata fuisse.

CAP. XXI.

De Baulis.

Veneris Templum. *Bauli*: hic putant fuisse Templum *Herculis*.

BAjas ubi transiveris, antiquum valdè dirutumque *Veneris* occurrit templum, & licet pauca hodierno die vestigia appareant, nomen tamen servat. Paullo post apparet locus *Bauli* vocatus, ita dictus (si *Famæ* credendum) ab *Herculeis Bovibus*. Hoc pariter in loco *Romanorum* tempore 19
pulcherrima, ac deliciosissima extiterunt habitacula; Hodie etiam conspici possunt multa ædi-

Hortensii Villa.

ficia in mari, & in terra Villæ illius *Hortensii* Orato-
F ris, de qua loquitur *M. Tullius*, quamque propter pulcherrimum prospectum valdè commendat.

Ortensii Vivaria.

Ejusdem vivaria hic itidem erant, quorum hìc plurimæ & magnificæ cernuntur reliquiæ, tàm ædificiorum in terra, quam in mari, utpotè cavernarum, quò pisces refugere à caloribus possent, & jure meritò (secundum *Varronem*) *Marcus Lucullus* reprehensus fuit, quia piscibus suis locum ab æstibus tutum in vivariis suis non curaverat.

Bauli antiquitùs vocabantur

Tanta vero pisces conservandi curiositate & voluptate capiebatur *Hortensius*, ut murenæ mor-

Bauli, & Boalia; a stabulatione Boum Herculis.

A mortem dicatur flevisse; & amico, qui duos ab illo petierat *mullos* (pisces) inservientes lecticæ mulos præ mullis piscibus obtulisse dicatur. Narratur insuper prandentibus apud se amicis, misisse qui ex *Puteolanis* piscinis pisces sibi compararent, ut ita suis parceretur.

Propter quæ omnia, non absque ratione *Marcus Tullius*, de eo loquens, ipsum aliquando piscinarium, aliquando *Tritonem*, aliquando felicem, & beatum vocat, eò quia pisces pro pastu ad ejus manus currentes spontè accederent.

B In hunc *Baulorum* locum duxit *Nero* matrem, quando obviam veniebat ipsi *Terracina* per mare redeunti, ut fraudis inscia aliam ingrederetur navim, tali arte confectam, ut statim ac eamdem ingressa esset, submergeretur, vel soluto gravissimi tegminis pondere oppressa interiret: de hoc tamen mater admonita, periculum, *Baulis* eundo *Bajas*, evitavit, cum per terram lecticâ iter fecisset; non potuit vero evitare Fatum, nam retrahi sese *Bajas* ad villam suam passa est, blanditiis enim & persuasionibus filii decepta, male artificiosam illam denique ascendit navim: sic *frustra resistitur Fatis*.

CAP. XXII.

De Mercatu Sabbathi.

C AD *Baulorum* terga in medio Terræ intra mare *Bajanum*, & illud *Miseni*, aliquot habitationum ruinæ conspiciuntur, quæ hodiæ *Mercato di Sabbato* vocantur. Hic celebrabantur *Minervæ* ludi *Quinquatrii* dicti, in quorum medio *Nero*, ut perficeret desiderium suum, matrem decepit, eâdem Româ ad eosdem conspiciendos ludos vocatâ; Præter *Quinquatrios* Ludos, alia eodem in loco fiebant spectacula; inter quæ solebant homines super funes ambulare, quemadmodum *Cicero* in suis Familiaribus Epistolis refert.

Ludi Quinquatrii dicti.

20

CAP. XXIII.

De Marii, Julii Cæsaris, ac Pompei Villis.

D REfert *Seneca*, *Pompejum*, *Julium Cæsarem*, & *Marium*, singulos, in sinu *Bajano* Villam ædificasse supra illorum montium cacumina, tantæ magnitudinis & tam munitas, ut arces potius quam Villæ vocari deberent; & hodie ædificia ruinæque earum adhuc videntur; unius quidem super altum montem inter *Sudatorium*, & *Avernum*, alterius super montem *Bajis* proximiorem; tertiæ ultra *Baulos* supra altiora illius montis inter mare *Mortuum*, & mare *Bajanum*: Hæc procul dubio erat *Marii* villa; tum quia vicinior aliis *Miseno* sita erat, tum quia posteà villa ea ipsa fuit *Lucii Luculli*; dicit enim *Plutarchus*, *Marium* ibi Villam construxisse, quæ postea *Corneliæ* vendita, ac à *Cornelia* per *Lucium Lucullum* pretio empta fuerit.

Mare mortuum. Villa Marii & Lucii Luculli.

E *Julii Cæsaris* Villa in monte supra *Bajas* existente sita fuit, quod etiam per *Cornelii Taciti* verba confirmatur, dicentis, quod servus ille, qui *Agrippinam* sepulturæ (à *Nerone* ei negatæ) tradidit, in humile illam posuerit sepulcrum, in via quæ ducit ex *Lacu Averni* ad *Misenum*, propè *Cæsaris Dictatoris Villam*: Et hoc in nullo horum locorum fieri potuit, nisi in hoc, qui solus ex tribus manet media via à *Miseno* ad *Avernum*; reliquæ autem nihil habent commune cum supradicta via.

Villa *Julii Cæsaris.*

Agrippina.

F Hoc etiam magis confirmatur *Veneris* Templo infra jacente, cujus *Julius Cæsar*, ut antiquam generis sui recolens eam matrem, magnus cultor erat, eâque de causâ, ac ad ejus honorem multa diversis in locis templa ædificari jussit, sicut inter alia unum *Romæ* in *Platea Nova*, ejus nomine vocatum, *Venerique* sacrum.

Templum *Veneris.*

Sed quoniam duæ eæ Villæ *Marii*, & *Julii* *Cæsaris* ob dictas rationes, in monte super *Bajas* inter *Mare Mortuum*, & *Sinum Bajanum* exstitisse constat; sic illam *Pompeji* supra montem inter *Avernum* & *Sudatorium*, tertium ex altis montibus, sitam fuisse minimè dubitandum est. Præter has conjecturas confirmationes aliæ adsunt: nempè, quod fama universali dicatur, ante octuaginta circiter annos in hoc monte inventam fuisse *Pompeji* statuam; præterea locus quidam, huic valdè proximus monti, *Magnarello* vocatur, ac si illius *Pompei* Magni nomen indicare vellet.

Villa *Pompeji Magni.*

Magnarello.

CAP. XXIV.

De Villa Lucii Luculli, de Piscina mirabili, & de centum Cellulis Bajæ existentibus.

VIlla (ut supra dictum est) ædificata à *Mario* in summitate inter *Bajas* & *Mare Mortuum*, 21
vendita fuit à *Cornelia Lucullo*, ac ab eo magnificentius quàm *Marius*, & *Cornelia* fecerant, exornata fuit. * Ipse enim, ædificiis *Marii*, *Corneliæque* minimè contentus, mirandam in summitate supra *Mare Mortuum* construxit piscinam, domumque in medio ibidem erexit: hæc ipsa fuit, quam innuens (à *Cicerone*, & *Pompejo* reprehensus, quod domum *Tusculi* pro æstate tantùm struxisset commodam) alteram sese in amœnissimo *Italiæ* loco ædificasse respondit.

Piscina mirabilis; cujus lamia sustentatur à 48 columnis undique trium spithamarum, latitudinis 250. longitudinis 160: à duobus lateribus ascendebatur per 40 gradus, quorum pars hodie à terra tegitur.

In planitie magnificos muris circumdatos plantavit hortos, qui hodie facillimè discernuntur & cognoscuntur: & nisi totam hujus magnificentiæ laudem *Lucullo* tribuere velimus, partem *Valerio Asiatico*, ad quem omnes *Lucullani Horti* spectavêre, adscribere possemus.

Horti Lucullani.

Tempore eo, quo *Claudius* Tribunum cum militibus misit, ac si ad magnum sese accingeret bellum, commoratus fuit in hortis *Lucullanis* qui erant *Bajis*, quos (ut *Cornelius Tacitus* refert) diligebat admodum. Credendum quoque *Valerium* assiduum hortorum cultorem extitisse, coactus enim à *Claudio*, ut modum sibi eligeret mortis, antequam eam subiret, locum ubi comburendus foret aspicere voluit, qui cùm nimis proximus ei visus fuisset quibusdam arboribus, quæ pulcherrimam formabant umbram, veritus, ne per ignis propinquitatem damnum paterentur, à priori in alium locum procul ab arboribus rogum transferri curavit. Vir equidem constantia, & firmitate animi, memoria dignus, & eò magis, quod hortorum istorum pulchritudo mortis causam ipsi attulerit.

In iis ipsis *Lucullanis* hortis ædificia reperiuntur, *Centum Cellulæ* nuncupata: inserviebant eadem ad aquas servandas, & sicuti non unita sunt nec domui à *Mario* & à *Cornelia* ædificatæ, nec illi *Lucullianæ*, ad cultum eorumdem hortorum constructa fuisse dici possunt.

Centum Cellulæ.

Aderant pariter in dicta Villa mirandæ piscinæ, quarum hodie plurima conspiciuntur vestigia in sinu *Bajano*, *Baulis* præteritis, apparentque etiam antea quædam in monte aquis repleta, pisces enim ibi æstivo tempore à calore fugientes commorabantur; & *Hortensius* juxtà *Varronem*, quum *Marcum Lucullum* redargueret, quod in vivariis suis locum non adaptasset, in quo Pisces æstivis diebus ab ardorum insidiis tutò manere possent, eodem ipso tempore *Lucium* laudavit *Lucullum*, dicens, quod postquam curavisset in sua *Neapolitana* Villa antra ad pedem montis fieri, excavatis ipsis rupibus, pro frigidiore piscium statione, æstivis temporibus, ipsi *Neptuno* propter pisces haud invideret.

Vivaria.

Hacque de causa Architectis suis mandaverat ut omnes suas consumerent pecunias, quæ ad manum erant, ad ædificanda loca tecta in vivariis quæ

* *Summont.* tom. 1. pag. 231. & 307.

Bajis possidebat, ut ibidem pisces fervidis in æstatibus à calore sese tuerentur.

22

CAP. XXV.

De Monte Miseno, de Antro Draconario, ac de M. Luculli Villa.

Mons *Misenus.*

EX altero *Maris Mortui* latere *Misenus* stat Mons, sic ab *Æneæ* Tubicine (qui ibi obiit) vocatus, ut fabulatur *Virgilius*; qui tali usus inventione subtiliter hujus loci situm depinxit. *Misenus* enim Tubæ formam præfert: sub eodem colore in *Cajeta* Urbe veritatem adumbrâsse mihi videtur, eam *Æneæ* faciens nutricem, propter magnam lactis & caseorum copiam, quæ temporibus illis *Cajetâ Romam* advehebantur. Sub hoc monte tot videntur excavationes, & antra, ut totum ferè vacuum intus esse dici possit. Inter hæc pulcherrima est illa piscina, hodierno die *Spelunca Draconaria* vocata, & ad pedem hujus in planitiè montis inter *Mare Mortuum*, & illud versus *Prochytam*, Villa *M. Luculli* erat, in qua *Tiberius Cæsar* obiit: cujus piscinæ ad illud latus maris, *Prochytam* versus, adhuc reliquiæ apparent: *Draconariam* Speluncam à *M. Lucullo* ædificatam fuisse minimè dubito; aquis enim (ut credo) in ea servatis, utebatur tamquam fontibus amœnis in illis locis propè litus maris, quorum non multis abhinc annis plures numeravi aquæductus, è dicta piscina ad maritimas domos currentes; Credi etiam facilè posset opus *M. Antonii* fuisse, qui totam, vel maximam hujus *Miseni* montis partem in potestatem habuit, ut ex *M. Tullio* colligitur.

Antra Montis *Miseni.*

Spelunca *Draconaria.* Ab aliis vocatur *Trachonaria* à *Trachonibus*, hoc est aquæ meatibus. Super hunc montem turris etiam exiſtit *Pharo* vocata, ubi accendebatur ignis, ut naves noctu portus invenirent introitum.

CAP. XXVI.

De Sepulchro Agrippinæ, ac de ejus Villa.

Sepulchrum *Agrippinæ.*

INter *Misenum* & *Avernum* aliquot videntur ædificiorum ruinæ, quæ licet non admodum magnifica fuerint, ibi tamen *Agrippinam* sepultam fuisse existimant: ideo quia sitæ sunt in medio *Averni* & *Miseni*, ac apud montem ubi *Cæsaris Dictatoris* Villa erat; *Tacitus* à servo sepultam esse ait, non procùl à loco ubi ejus Villa exstiterat: quando enim irritum *Neronis* fuerat consilium (qui mari eam submergere tentaverat) nautæ, qui eam servaverant, eandem prius in *Lacum Lucrinum*, deinde duxerunt ad Villam suam, quæ (juxta *Taciti* sententiam) alibi sita esse non potuit, nisi supra *Salviati Balneum*, in quo sumtuosa & pulcherrima apparent ædificia, opus quidem tali matrona dignum, ubi paucis etiam abhinc annis speciosæ inventæ fuêre columnæ ditissimaque marmora, diversorum colorum item pavimenta, unâ cum viridi columna, quæ hodie in viridiario *Pizzofalconensi* servatur.

23

CAP. XXVII.

De Villa Servilii Vaciæ.

Lacus *Collucia*, antiquitus *Acherusia* dictus.

INter *Cumas*, & *Misenum*, fretum *Prochytæ*, & *Colluciæ* lacum, sumtuosa erat Villa *Vaciæ*, celebris admodum & magnifica, ut hodiernæ ædificiorum ejus ruinæ testantur: Secundum *Senecam* & alios amœnissima fuit, si quidem (ut idem testatur *Seneca*) aquæ per eam perennes currebant, neque eæ *Colluciæ* illis putrefactionem, ut hodie, adferrent. Testatur præterea *Seneca* in sua quadam Epistola, *Vaciam* tamquam otiosum, ac à negotiis segregatum (quem propterea reprehendit) in Villa ea sese sepelîsse.

Verum mea quidem sententia, si ipse fortunæ instabilitatem benè ponderasset, & quod sibi, qui tunc temporis summa prosperitate fruebatur, facile accidere posset, quod & ipsum postea evenit, quum *Sylvanus* Tribunus ingressus ad illum fuit primus mortem illi denunciaturus; absque

A dubio idem sensisset cum illis, qui *Vaciam* solum artem vivendi calluisse fatentur.

CAP. XXVIII.

De Cumarum Civitate, de Arcu Felice, de Antro Petri Pacis, & de Spelunca Neapolis.

GRæci in solis *Ischiæ* & *Prochytæ* Insulis habitare minimè contenti, in continentem terram transierunt illis oppositam, intra mare, & altitudinem unius ex illis montibus ad latera *Averni*, ibique in mediis duabus vallibus à summitate eorundem montium versus mare ducentibus, **Cumanam* ædificarunt urbem, quàm munire cupientes, exsciderunt montem, juxta quem ad latùs mare versus civitatem construxerunt, ex latere Lacus *Averni*, tali arte, ut parvo in vertice montis muro erecto, fortissima condiderint mœnia: & quia summitas montis ita divisa erat, ut in interiori parte mœnium ingens esset area seu forum, ut ad ejus defensionem undique currere quisque posset, (illic scilicet ubi vacuum illud erat, montem dividens) construxerunt ibi Arcum, qui inferius Portæ vices gerebat, adeoque eum elevarunt, ut illius & aliorum arcuum altitudine mœnia & planicies, quæ erat intus, æqualia reddita fuerint; ita ut ex uno ad alium montem per rectam viam facilis esset transitus; *Arcusque* hic *Felix* vocabatur.

Cumarum Urbs.

B

C

Arcus Felix.

Super valles, quas à dicto Monte oriri dixi, densa, ac alta ædificarunt mœnia; Vallibusque fossarum loco utebantur, & sic adeo clausum erat validum hoc oppidum, ut non nisi per mediam civitatem pateret transitus: hac de causa *Juvenalis* vocat *Cumas*, *Portam Bajarum.*

Cumarum oppidum validum.

Hoc in circuitu, Templorum domorumque ruinæ apparent, & piscinæ publicarum aquarum adeò frequentes, ut solò harum aspectu urbem quondam valdè populosam fuisse minimè dubitandum sit. 24

D

Supra maris littus, mœnibusque mediis ad fretum usque ducentibus exsurgit mons, supra quem hodierna die conspiciuntur quorundam parietum reliquiæ, quas non adeò antiquum opus fuisse puto, tàm propter antiqui cujusdam Arcis, quàm ipsam ædificiorum formam, quæ hodiernum esse opus denotant; nunquam enim *Cumis* tale Castellum exstitisse legimus; Unde judico exstructum hoc opus fuisse à *Barbaris*, seu *Gothis*, & *Longobardis* magni civitatem hanc facientibus: vel propter frequentes devastationes *Cumarum*, quum omnes ferè cives amisisset Urbs, reliquos tamquàm in fortiore ac tutiore civitatis parte huc habitatum venisse; utpote qui integram urbem defendere, ac tueri, haudquàquam præ paucitate poterant. Neque *Aristodemus* (Urbis hujus Tyrannus, crudelitate sua notus) inprudenter egisset, si in hoc ipso monte ad propriam securitatem Arcem sibi exstrui curâsset.

Cumarum Castellum.

E

In *Cumarum* ambitu maxima reperitur Spelunca, (hodie *Antrum Petri Pacis* vocatum) † valdè antiqua, eamque, tamquàm viam *Cumis* ad Lacum *Averni* (ut non opus haberent ascensu, & descensu per montem illum) factam fuisse existimo.

Antrum *Petri Pacis.*

F

** In eumdem quoque usum exstitit *Antrum* illud *Sibyllæ* dictum, transeundi scilicet gratia per planitiem ex *Averno* ad *Lucrinum* Lacum, & ad *Bajanum* Fretum, ne viatores per illius ardui montis ascensum & descensum defatigarentur; ejusdemque sententiæ *Strabo* fuisse mihi videtur.

Ex hisce Antris, *Græcorum* operibus, colligimus ab ipsismet *Græcis* constructam fuisse Speluncam illam inter †† *Puteolos*, & *Neapolim*; *Cumis*

Spelunca *Neapolis.*

* *Summ.* tom. I. pag. II. & 12.
† *Summ.* tom. I. pag. 292.
** *Antrum Sibyllæ* tom. I. pag. 85, 86, & 307.
†† *Summ.* tom. I. pag. 292.

Cumis quippe *Neapolim* per eam transibant, ut fastidia montis evitarent, ac planitiei commodis fruerentur.

Spelunca eadem posterioribus temporibus ab aliis Principibus restaurata fuit, majori reddito lumine & altitudine amplificata: Falsamque puto sententiam dicentium; à *Lucullo* vel *Coccejo* confectam fuisse.

* *Hæc sunt omnia quæ in scriptis* Loffredi *circa* Puteolorum, *agrique eorundem Antiquitates reperi: Caput* XXIX. *mihi tantum superesset, in quo agit ille de situ* Paleopolis: *sed quoniam hoc ad* Puteolorum *antiquitates non pertinet; & quia ejus sententia valdè à* Summonte *impugnatur, hoc legi potest apud ipsum* Summontem *cap.* III. *tom.* I. *ubi diffusius de utrâque agitur sententiâ: Cujus loco interpretationem quorundam dictorum locorum nominum subjungam, juxta lumen à Dictionariis* Græcis *mihi præstitum, exponendo solummodo res quasdam ab Auctore non exhibitas, quemadmodum usque huc feci in ejus eruditissimi tractatus margine.*

* Ne quid deëesset, pariter vertimus, & in fine adjecimus.

25 CAP. XXIX.

De Quorundam prædictorum Nominum interpretatione aliisque observationibus.

PUteolorum Civitas hoc à *Latinis* nomen obtinuit, eo quia abundat puteis ex quibus sulphureæ scaturiunt aquæ, vel propter sulphuris putores. *Vocantur Puteoli, vel à puteorum copia aquis calidis scatentibus, vel à putore aquæ sulphuratæ.* *Puteoli.*

Græci vocarunt Civitatem hanc *Dicæarchiam*, quod significat *justam gubernationem*, à *Græca* voce δίκαιος, justus, & ἀρχὴ *Imperium* indicante: *Dicarchia* pariter dicitur. *Dicæarchia.*

Propè pontem non procul *Puteolis* durissimarum silicum stat mons, hodiè *Saxa* nuncupatus: Antiquitus vocabatur *Olibanus*, *Græcum* est nomen, compositum ab ὅλος, totus, & à σβέννυμι, hoc est, *exstinguo*; quasi *mons exstinctus*, & cultui ineptus: dicunt alii derivari à βάνος, *sterilis*, sed nescio quo in Dictionario invenerint. *Mons Olibanus hodiè mons Saxorum dictus.*

Alius existit mons, *Gaurus* dictus, à γαῦρος *Græco*, quod *superbum*, *elatum* significat, cum ipse valdè altus sit, & ejus fimbriæ ad *Cumarum*, *Avernique* Territorium sese extendant, latere altero illud *Bajæ* attingentes. *Mons Gaurus, hodie Barbarus dictus.*

Statius illum *Bacchæum* nominat ex vitium in eo nutritarum copia; hodie vero adeò sterilis est, ut jure meritò *Mons Barbarus* vocetur.

Alius ibi invenitur Mons *Ortodonicus* vocatus, voxque est Latina ex *hortus*, & *dominicus* (quasi *hortus domini*) composita: In monte quippe illo Episcopi erat hortus, ac frequentatissimum ibi Balneum reperiebatur. *Mons Ortodonicus.*

Amphitheatrum vox est *Græca* ab ἀμφὶ, & θεάτρῳ composita, quasi exprimere velit locum rotundè ad videnda spectacula confectum; à Rusticis *Coliseo* vocatur, quem vocem *Græcam* puto, apud quos, panis quidam, rotundæ formæ, *Colix* dicitur. *Amphitheatrum Coliseum dictum.*

Solfatara à Sulphure ibi abundante vocata, locus hic etiam *Montes Leucogei* vocatus fuit, à verbo *Græco* λευκὸς, significante *album* ut *Leucopetra*, *Petra Alba*, estque locus *Neapoli* proximus; Dictum quoque fuit *Forum Vulcani*; *Vulcani* nomine pro igne sumpto. Plurimi scriptores Campos *Phlegreos* vocarunt, à *Græco* verbo φλέγειν, hoc est *Ardere*, à quo nostrum *Latinum* verbum *Flagro* derivatur. *Solfatara. Montes Leucogei. Forum Vulcani.*

A *Solfatara* per antiquam *Puteolorum* viam Lacus invenitur formæ circularis undique montibus circumdatus, *Agnanus* dictus, à verbo forsan *Græco* ἁγνίζω, quod *purificare* significat, ibi enim continuò purgantur, & maturantur lina; vel forsan sic ironicè vocatus, à *Græca* voce ἀγνὸς, significante *Purus*, cum ipse prorsus sit impurus, luto, arenaque (ranarum nunc serpentumque sedes) repletus. *Lacus Agnanus.*

Paullò altiùs existit *Mons Spina*, sic dictus à *Spinis*, habitaculum quondam viperarum; nunc verò, in fertilem agrum redacta omni hac regione, tanquam omnium pulcherrimus existit hortus. *Mons Spina. Summ. 324. tom. I.*

Ad Septemtrionis plagam infra montes ac ab iisdem circumdatus quasi per sex milliarium spatio 29 invenitur ad formam Amphitheatri locus, ubi sunt & Sylvæ Cervis, Aprisque repletæ, Aves quoque inveniuntur pariter, majori ex parte ex genere earum, quæ à *Latinis* dicuntur *Sturni*; ex quarum venatione hic locus nomen *Astuni*, sivè *Struni*, ut alii scribunt, accepit: Regiæque venationi nemus servatur, celebre mansurum propter *Alphonsi* magnificentiam, qui locum hunc illustravit & clarum reddidit, uti legitur in *Summ.* tom. III. lib. V. pag. 133. *Astuni seu Struni.*

Eundo *Puteolis* per viam ad *Annunciatæ* Ecclesiam ducentem, non procul à Villa *Ciceronis* reperitur locus, *Academia* dictus; quia ad imitationem illius constructa fuit *Athenarum*, ubi locus ille nomen ab Heroë *Academo* acceperat. *Puteolorum* hæc Academia per *Porticum*, ac per nemus suum celeberrima fuit. *Academia Ciceronis.*

Tripergula vox est *Græco-Latina* sic nuncupata à tribus cameris, vel potiùs rusticis cellulis balnea tegentibus, ac à *Græco* τρὶς, *Latino* verò *tres*, & *Pergula*, id est *rustica cella*. *Tripergula.*

Avernus dictus est à verbo *Græco* ἄορνος hoc est, *absque avibus*: Lacus is, quando à densissimis silvis circumdatus erat, ac perinde evaporare non poterat, vaporibus suis omnes interrimebat aves, super se volantes, ut scribit *Lucretius* dicens: *Lacus Averni.*

Principio quod Averna vocant non nomen id ab re *Lib. 6.*
Impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis.

Ad sinistram hujus *Lacus* partem (ut noster Auctor putat) Antrum reperitur *Sibyllæ*, sic vocatum à verbo *Æolico* Σύος, quod significat *Deos*, & βύτιν, quod interpretatur per *consilium*: *Sibylla* enim est talis vates, quæ consilia Deorum nunciat. *Quare Sibylla vocetur.*

Plures continet hæc spelunca cellas, ad quas patet ingressus per viam altam quatuordecim spithamis, totidemque latam, longam verò quingentis cum triginta, monte incisam. Ducit hæc via ad ostium, ubi per æqualem altitudinem, latitudinemque ad duas itur cellas, dextera quarum lata octo, longa quatuordecim, alta verò tredecim pedes est: primo intuitu formam lecti præ se fert, & ex eò quod nunc cernitur, pulcherrimam fuisse minimè est dubitandum: pars enim superior hujus cellæ præsenti etiam tempore auro, cæruleo, parietibusque diversorum colorum lapillis speciosis pavimento simili artificioso mutivo opere ornata conspicitur.

Camera verò altera à sinistris vigintiquinque pedum longitudinè latitudineque sex gaudet: Has duas (ut & aliæ in hoc antro existentes Cameras) Balnea olim fuisse communis opinio est: sicuti patet clarè ex illarum altera, formam sacelli retinente, lata decem pedibus, sex longa, totidemque alta, medium parvulum continente aquæ tepidæ lacum, qui tantum emittit calorem, ut ingredientes sudorem necessariò pati cogantur: Quapropter (*Loffredi* dictu in fine cap. XXVIII.) omnes in eo conveniunt, has cameras Balnea fuisse; Antrumque 27 pro itinere *Cumis Bajas* inservisse; apparet enim ex artificiali separationis muro hoc Antrum sese ulterius extendisse. Ex quo facilè inferri potest, hoc non fuisse *Sibyllæ* antrum, sed potius illud sub antiqua *Cumarum* civitate, ubi versus Orientem frontispicium tantummodò apparet; cecidit quippe hoc Antrum eo tempore, quo *Cumæ* à *Narsete* obsessæ fuêre. *Quod fuerit verum Sibyllæ antrum.*

Mons Christi. Invenitur præterea mons quidam, *Mons Christi* vocatus, à voce *Græca* χρηστός, *bonum* significante; & forsan tale obtinuit nomen, propter antiquam hujus montis fertilitatem; à vulgo tamen Stulta vulgi opinio. stultè creditur, hanc vocem *Christos* intelligendam esse pro nomine Redemptoris nostri, putante, post resurrectionem, *Christum*, redeuntem cum sanctis patribus ex *Limbo* per Lacum transivisse *Averni* (à Poëtis pro *Inferno* sumti) ac per montem illum Cœlos adscendisse: ita pro certo tenente quod *Alcadinus*, ut Poëta, scripsit:

Est locus, effregit quo portas Christus Averni,
Et sanctos traxit Lucidus indè Patres.

Hoc alii *Villani* auctoritate confirmant, quod quàm falsum sit, cognosci poterit ex sequenti *Balneorum Tractatu*; in quo ipse nullam de hac re mentionem facit, licet injuste aliqui ipsum talium stultitiarum auctorem dicant.

Inter *Cumas* & *Misenum* jacet Palus, à *Græcis* *Acheron* & *Acherusia* dicta; voces compositæ ab Acherusia palus. ἄχος nempè, *Dolor*, & ῥέον *Flumen*, quasi *Flumen Doloris*: Palus ista hoc adepta est nomen ab aquis suis, quæ cum sint cærulei coloris, inspicientibus horrorem incutiunt: Vicinorum Lacus Coluciæ. locorum Rustici eamdem *Coluciæ Lacum* vocant, iisdemque aquis ad lina maturanda utuntur.

Bajæ. *Bajæ* sic à verbo *Latino Bajulo* propter merces ad onerandas naves eò delatas, dictæ sunt. Existimant alii à *Bajo* nomen adeptas, *Ulyssis* socio, Trulia. ibi humato. Hoc in loco inveniuntur *Trulia*, sic dicta à verbo *Græco*, τρώγλη, significante *cavernam*, aut *foramen*, instar eorum quæ in antiquis dirutis ædificiis, lapsisque muris videntur. *Bauli* sic nominantur à *Bovibus Herculis*, ibi commoran-Bauli. tis; vocantur etiam *Boaula*, & *Boalia*: nuncupantur denique ab aliis *Vacculum* à *Vaccis*: *Servius* hunc locum nominat *Baculeos*.

Miseni Promontorium sic à *Miseno Æneæ* tubici-Misenum. ne ibi humato dictum: Supra hujus montis verticem stabat Turris quædam, vocata *Pharo* à vo-Turris Pharo dicta. ce *Græca*, φάρος, quod nomen (secundum Grammaticos) Turribus omnibus, lumine suo portum Navibus ostendentibus, convenit. *Papinius.*

Lumina noctivagæ tollit Pharus æmula Lunæ.

In visceribus montis hujus Antrum est, *Trachonaria* dictum, à *trachonibus*, hoc est, *aquarum meatibus*. Vocatur *hodie Antrum Draconarium*: Antrum Draconarium.

Cumæ hoc recipiunt nomen à verbo *Græco*, Cumæ. κοιμάω, significante *dormire*; mulieris enim gravidæ ibi dormientis augurio ædificatæ fuere. 28 Putant alii sic nuncupatas à *Græca* voce κύματα hoc est, *undis*, cum proximum littus saxosum sit, ac plenum scopulis, contra quos undæ maris franguntur.

Tribus à *Cumarum* Urbe nulliaribus *Locus* quidam existit *Sacer* vocatus, *Sylva Hamiorum*, ubi Hamorum Sylva. quoque civitas ejusdem nominis extiterat, ab antiquioribus *Latinis*, *Sacer Locus* dicta, de qua *Titus Livius* loquitur, prælium ibi referens inter Lib. 33. 11. *Cumanos* & *Campanos Hamos*: *Græco* idiomate (cum, & absque aspiratione) significat *falcem messoriam*; forsan quia Civitas aut Sylva talem præ se ferebant formam.

Linternum Urbs fuit inter *Cumas* & *Volturnum* Linternum. ab *Ovidio* XV. Metam. *Linternum Lentisciferum* dicta, propter multitudinem forsan hujusspeciei ar- Lib. 8. borum ibi nascentium; Plura eam circumeunt stagna, quapropter Sylvam ipsam vocavit Palustrem: *Stagnisque Palustre Linternum*: Hodie iste locus dicitur *Turris Patriæ*; undè hoc venerit, Turris Patriæ. ostendit *Summ.* tom. I. cap. X. pag. 270. mentio etiam fit apud eundem de *Mari Mortuo* pag. Mare Mortuum. 273. Inter *Linterni* ruinas fons numeratur; cujus aqua ebrietatem olim intulisse fertur: Nunc verò saporem aquæ dulcis retinet, eumdemque minimè præstat effectum, imò nunc epota, dolorem curat capitis.

Tritolus (locus ubi sudatorium est) sic dictus a Tritolus. voce græca τρίτος hoc est *tertius*; tale cepit nomen, à suo Balneo, Tertianam, vel ut alii dicunt, Quartanam Febrem curante: Quid vero rei sibi habet *Tritos* cum *Tetartos*?

GENEROSISSIMI DOMINI

JOANNIS VILLANI.

Dissertatio de Balneis Puteolorum, Tripergularum, Agnani, *aliorumque confinium, ad legentium commodum breviter ex multis libris collectus.*

PRÆFATIO.

„PRæter Villanium, *de* Puteolorum *Balneis loquentem, scripsére etiam de eadem materia* Savonarola, Franciottus, Elisius, Mengus, Ugolinus, Bartholomæus Turinensis, Mazzella, Capacius, *&* Mormiles; Alcadinus, *etiam &* Estasius (*quorum meminit* Franciscus Lombardus) *carmine*: *Omnes hi cum* Villano *conveniunt, qui vernacula sua lingua ad* Neapolitanorum, *peregrinantiumque utilitatem, eorum virtutes descripsit, adeòque mirandæ eædem sunt, ut* Alcadinus Henrico VI. *parvum Poëma de dictorum Balneorum virtute inscribens, sic fatus sit.*

29 „*Inter opes operum Deus est Laudandus in illis,*
„*In quibus humanæ deficit Artis opus.*
„*Res satis est dictu mirabilis, horrida visu,*
„*A* Phlegetontæo *provenit amne salus.*
„*Nam quæ defunctos aqua fervens urit in imis,*
„*Hæc eadem nobis missa ministrat opem.*
„*Cætera cum fictis curentur Regna* Syrupis
„*Balnea, quæ curant, Terra Laboris habet.*
„*Vos igitur, quibus est nullius gutta metalli,*
„*Quærite, quæ gratis auxilientur, aquas.*
„*Quarum virtutes, & nomina maximè Cæsar,*
„*Præsens pro mira laude libellus habet.*

Qui versus, quoniam elegantissimi sunt, ita à Nobis patrio sermone sunt redditi:

„*Trà le dovitie Dio splende de l'opre,*
„*In cui de l'Arte humana opra non sia.*
„*Meraviglia, & horrore à gli occhi scuopre,*
„*Se Flegetonte à noi salute invia.*
„*E l'acqua, che la giù li rei punisce*
„*Mandata à noi potente ajuto offrisce.*
„*Co'l farmaco si cura in ogni regno,*
„*La Terra di lavor co'l bagno sana;*
„*Deh venga chi de l'or mai vidde un segno,*
„*Che senza spesa un acqua tal risana.*
„*Li cui Nomi, e Virtù, Cesare invitto,*
„*Nel libro, che t'invio, tutto hò descritto.*

De Balneo Sicco Sudatorii Agnani.

SUdatorium *Agnani* est balneum, quo jacendo Hoc sudatorium omnibus notum est, & valde in usu. uti necesse est: inferiùs explicata confert corporibus beneficia: humores aufert, corpus leve reddit, macilentos restaurat, cerebrum confortat, vulnera siccat, corpore jejuno sumtum Podagræ conducit.

De

De Balneo Bolla vocato.

Vulgo vocatur *Villa*; omnibus notum.

AQua quædam ſcaturit (*Bolla* vocata) retrò montem *Solfataræ* per viam ex *Agnano Puteolos* ducentem, exiguoque in loco oritur: Caput purgat, viſum acuit, matricem purgat, morbos
30 cerebri curat, jecori ac ſpleni medetur, vires & lætitiam conſervat, dolorem dentium, & vertiginem fugat: Adeò perfecta & probata eſt aqua hæc ſulphurea ut quilibet hodierno etiam die ibi pergat, caput lavandi gratia.

De Balneo Struni vocato.

Hoc Balneum diu perditum fuit; denuo tamen repertum eſt.

UTilis, ac optima eſt aqua Balnei *Struni* dicti, qui ipſâ madefit hæc beneficia experitur: Rheuma curat, Phlegmoniacos purgat, cerebrum confortat, occulorum morbis ſubvenit. Fluxum ventris ſiſtit; dentes corroborat, vocem claram reddit, pectoris morbis ſuccurrit, appetitum excitat, membra omnia conſolidat, corpus Phlegmaticum, & aquaticum calidum reddit, omniaque mala ex Phlegmatibus, ac Rheumatibus orta expellit.

De Balneo extrà Antrum.

Hujus Balnei aquæ utiliſſimæ ſunt, & rurſus indagatæ fuerunt.

EMenſo Antro (*Grotta* dicto) ad viam maris invenitur aqua dulciſſima potu, infraſcriptas habens virtutes: Membra calida, & exſiccata refrigerat: corporis membra à febre debilitata confirmat. Pulmoni turbatæ, pectorique læſo medetur; debilitatem ſtomachi aufert, tuſſim fugat, pruriginem ſanat: Qui autem hydropicus eſt caveat à tali Balneo.

De Balneo Juncara dicto.

Vulgo Juncorum (*della Juncara*) amantium Balneum; amiſſa erat ejus notitia denuo tamen reperta eſt.

PEr *Trebi* viam *Puteolos* tendentem, aqua quædam reperitur, quæ *Balneum Juncaræ* vocatur, morbis inferius expoſitis valde utilis: Cor enim lætificat, ſuſpiria tollit, venerem excitat, vireſque ad coitum corroborat, ſtomachumque confortat. Viſui confert, vires jecori præſtat; hominem reddit pinguem, febrem hecticam fugat, caput firmat: Hoc tandem Balneum amantibus, ac Venereis hominibus quàm maximè conducit.

De Virtutibus Balneoli.

Vulgo *Bagnuolo*, vel *Balneum plagæ*, notiſſimum, & ſemper in uſu fuit.

AD mare propè montem *Olibani*, Balneum exſtat, *Balneolum* dictum; quòd non ſolum infirmos confortat, ſed ſanos etiam lætos, & Veneri aptos conſervat: caput, ſtomachum, & omnia membra corroborat: oculorum maculas detergit, à febre debiles reſtaurat, quartanam, quotidia-
31 nam, ac continuam febrem diſſipat, omnes dolores à febre procedentes ſanat, & tanta eſt hujus *Balneoli* virtus, ut *Neapolitani* præ omnibus aliis utantur hoc Balneo.

De Balneo Petræ dicto.

Notiſſimum, & frequens eſt hoc Balneum.

AD calcem ſupradicti montis apud mare, pènes *Balneolum*, alia invenitur aqua, *Balneum Petræ* vocatum, infirmitatibus ſequentibus ſuccurrens: lapidem frangit in veſica; urinam movet, renes mundificat, calculos per virgam expellit, doloribus capitis medetur, oculorum maculas detergit, auditum amiſſum reſtituit, cor, & pectus corroborat: & qui hanc calidam aquam bibent, omnia eorum viſcera reſtaurabuntur.

De Balneo Subveni homini vocato.

A Latinis *ſubveni homini* dicitur, vulgo *Zuppa d' huomini*, frequens valdè, & in uſu.

AD alterum maris latus montem dividens, à quo *Puteolos* itur, alia reperitur aqua, quæ propter mirandas virtutes *ſubveni homini* vocatur: Statim enim ac infirmus eam ingreditur, auxilium ejus ac beneficium experitur: animi triſtitiam expellit, defectus omnes ſtomachi tollit, eumque confortat & appetitum excitat: purificat jecur, & ſplenem, ventrem ab humoribus

A purgat, clarificat vocem, inveteratos Podagræ dolores tollit, & quietem procurat; dolores omnes in qualicumque corporis parte curat; ac omnibus membris debilibus ſuccurrit.

De Balneo Ortodonico.

DUorum ſequentium Balneorum nulla fit apud *Villanum* mentio, uti quiſque curioſus in originali videre poterit: Nec dicere juvat, quod cum ſit liber antiquus aliqua ei deficiat pagina, ſi enim quis eſſet defectus, pluribus quam ſex carere deberet, nàm quælibet pagina, ſex, ſeptem, ad decem uſque deſcribit Balnea: ſed quoniam no-
B biliſſima, & celeberrima hæc ſunt Balnea, ſcribam quæ de his *Franciſcus Lombardus* aliique adnotarunt.

UTilis & mirabilis eſt aqua *Balnei Ortodonici*, (ad quod per gradus patet ingreſſus) aditumque ſervat ad partem Auſtralem: quapropter minimè ingrediendum eſt ſpirante *Auſtro*, calor enim à tali rejectus vento, cùm evaporare nequeat, ingredientes ſuffocaret: Aqua inde hauſta, corpora à febre debilitata reſtaurat, nauſeam tollit, ſtomachum confortat, febres ephemericas, erranteſque diſſipat, atque tabem producentes curat.

C *De Sanctæ Anaſtaſiæ Balneo.* 32

Balneum notiſſimum.

BAlneum hoc propè Sacellum ſanctæ *Anaſtaſiæ* ſitum eſt, eaque de cauſa, *Anaſtaſiæ Balnei* nomen accepit: Eujs aqua membra corporis calore feſſa recreat, illorumque vires renovat; & ſi infirmus ardores ſuſtineat hujus aquæ, ab omni morbo ſanabitur.

De Solfatara.

Hanc aquam dicunt amiſſam, ſed quoque repertam denuò fuiſſe.

IN deſcenſu montis propè *Puteolos* planities eſt quædam, in qua ab ebullitione plura fiunt foramina, impetuque magno petras emittentia; hæc aqua ſulphurea ad ſequentes infirmitates confert.
D Nervos mollificat, viſum acuit, oculorum lacrymas tollit, vomitumque impedit, dolores capitis, & ſtomachi aufert; ſteriles mulieres prolificas reddit; febres cum frigore accedentes ſanat, ſcabiem curat; tuſſi, ac rheumati ſubvenit.

De Balneo Cantarello.

Notiſſimum, maximæque utilitatis Balneum.

CAntarellum Balneum (*Puteolis* exeuntibus per viam *Tripergularum* ſitum ad littus maris, ubi ſtant columnæ) primum ſeſe offert viatorum oculis, habetque virtutes ſequentes: Mundat & ſiccat vulnera antiqua, & fiſtulas, fluxumque ſiſtit: à rheumate præſervat, viſum clarificat, febrem
E ſanat, infixum extrahit è corpore ferrum, aliaque fruſta armorum, & reliquias fractorum oſſium; cum hæc aqua ſit temperata, utilis eſt mulieribus, nocet verò gravidis, ſi ſæpius utantur.

De Balneo Fontis.

Vulgo dicitur (*Forma*) & eſt Balneum omnibus notum.

PRopè Balneum *Cantarellum*, illud Fontis invenitur, habetque proprietates *Cantarellæ* contrarias; ſequentes tamen bonas producit operationes; nempe; ſomnum excitat, facit creſcere Capillos, Podagricis viro nocet, urinas ciet, lactantibus lac auget, nauſeam ſtomachi avertit, membra indurata mollificat, purgat renes, calculum expellit, & veſicam aperit.

F *De Balneo della Preta dicto.*

Vulgo Balneum *Pratæ*.

BAlneum *Pretæ* ſub *Tripergulis* vulgariter vocatum *Balneum*, ſitum eſt ad pratum propè Hoſpitale; valet ad ſequentes infirmitates: Utile eſt *Lippitudi* oculorum eorumque vulnera curat, ſublevat gravedinem corporis, dolores capitis & ſcapulorum pellit, toto corpori utile eſt, & præſertim auditum ſurdis reſtituit.

Sequuntur Tripergularum Balnea; & Primum agitur de Balneo Tripergularum, vocato, Balneum Antiquum.

33 BAlneum *Tripergularum*, *Antiquum* vocatum, propè earundem *Tripergularum* ædes ſitum eſt; mentem debilem roborat, cor & corpus confortat; membrorum, ac præſertim pedum gravedinem pellit, variis ſtomachi doloribus medetur, & qui hac utitur aqua, nulla gravabitur infirmitate.

Plura *Tripergularum* Balnea ſub *monte novo* jacent, ab incendio anni 1538.

De Balneo Collaturæ.

IN *Tripergulis* aliud invenitur Balneum *Collaturæ* vocatum, quaſi cadens ex altera parte in deſcenſu montis: Maculas faciei detergit, eamque claram & juvenilem reddit, cor fortificat, mentem recreat, ſtomachum confortat, ebrietatem tollit, appetitum excitat, tuſſim pellit pulmoni depreſſo ſuccurrit, ac hominem à tabe præſervat.

Calaturæ Balneum dicitur propriè, quia manet in deſcenſu; nuperrimè inventum fuit.

De Balneo de Archo.

AD ſiniſtrum *Tripergularum* latus alterum eſt Balneum, de *Archo* nuncupatum, in quo homines debiles reſtaurantur, membra enim conſolidat, ſtomachumque aliaque viſcera quàm maximè corroborat.

De Balneo de Ramerio.

ALiud etiam in *Tripergulis* invenitur Balneum de *Ramerio* vocatum; Ad ſcabiem ejiciendam (ſi ſicca eſt) valdè ſingulare, corpus putridum mundificat, prurigini medetur, leproſiſque magnæ eſt utilitatis.

Vulgo dicitur Balneum di *Raniero*.

De Balneo Sancti Nicolai.

HOc Balneum vocatur *Sancti Nicolai*; quia ſicuti *Sanctus Nicolaus* pauperibus ſubvenire dicitur, ita hoc Balneum pauperibus auxiliatnr: debilibus enim vires auget, Pthiſicos reſtaurat, ſtomachum confortat, corporibuſque vim magnam confert.

De Balneo Scrophæ.

IDeò hoc vocatur *Scrophæ Balneum*, quia *Strumis*
34 medetur, ſcabiem curat, ſepram pellit, humores ſalſos arcet, tormina ventris aufert; Arthritidi, & Podagræ præſentaneum eſt auxilium: Qui autem hoc utitur Balneo, à leguminibus, ac ſalitis cibis abſtineat.

De Sanctæ Luciæ Balneo.

BAlneum *Sanctæ Luciæ* infirmitatibus ſequentibus confert: Oculorum morbos ſanat, doloribus capitis, & juncturarum medetur. Oculorum maculas, eorumque caligines diſſipat, ſi non ſint inveteratæ; auditum ſurdis reſtituit, tinnitum aurium tollit, & aliquoties viſum cœcis reddidiſſe fertur.

De Balneo Sanctæ Mariæ.

BAlneum *Sanctæ Mariæ*, mirabile eſt Sanitatis Balneum; frigiditatem jecoris curat, purgat Rheuma, lippis oculis utiliſſimum eſt; ſtomachum confortat; nimium ſomnum nimiaſque vigilias curat; temperatum enim ſomnum & vigilias juſtas tribuit.

De Balneo Sanctæ Crucis.

MIrandum & utiliſſimum eſt *Sanctæ Crucis Balneum*, miracula ſanè patrat.

„ Audi, mi infirme, egregie *Neapolitane*, & „ vide quanta cum vigilantia ſuccurrat tibi amator „ tuus *Joannes de Villanova*. Vide, & hujus Bal„ nei virtutes omnibus nuncia. Qui enim Paraliticus & impotens exiſtit ab aliis ad hoc Balneum delatus & in idem immiſſus balneum, ſtatim ſanabitur: Podagricos curat, nervorum, juncturarumque morbis medetur: jecoris tumorem extenuat: hydropicis craſſa pituita oppilatis ſubvenit; for-

A mina ventris pellit: vocatur *Balneum Crucis*, quia manibus pedibuſque auxiliatur, in quibus ſcilicet vulnera ſteterunt Domini noſtri *JESU CHRISTI* Omnipotentis.

De Balneo Succellario.

SUb templo, & loco *Sibyllæ Cumanæ*, penes lacum ſitum eſt hoc Balneum: Valet ad capillos longos, aureoſque faciendos; labia mundificat, & dentes firmat: Lentigines, aliaſque faciei maculas tollit: ſcabiem ejicit; pulmoni, jecori, ac ſpleni ſubvenit: ardorem urinæ, & veſicæ ſanat: Urinam ciet, calculum pellit; quar-
B tanæ, continuæ, & quotidianæ febri medetur, tuſſim ejicit, lætificat corpus, corroborat ſtomachum, & ſuper omnia alia Balnea appetitum excitat.

Notiſſimum Balneum, vulgo *Scaſſadelli*.

De Balneo Ferri. 35

AD alterum Domus *Sibyllæ* latus *Balneum Ferri* vocatum exiſtit, valdè aquis Lacus proximum: Sanat dolorem capitis, & ſupercilii oculorum ruborem, & nubes pellit, ipſoſque lucidos, & nitidos reddit, auditum amiſſum reſtituit, ſonitum, & ſibilum auditus ſedat, atque cerebrum purgat.

De Balneo Palumbario.

C IN ſupradicto loco, ubi Palumbes nidificant, invenitur aqua vocata *Palumbaria*, unde hoc *Balneum Palumbarium* dicitur: Caput, & renes ſanat; vias urinarias aperit, oculorum maculas detergit, ſibilum venti in auribus fugat, paſſiones ſtomachi, & eas quæ ad cor accedunt, pellit: Arthritidi medetur.

Vulgo dicitur *Balneum Palummarum*; & center in ventum

De Balneo Silvanæ.

BAlneum, *Silvanum* vocatum, utile eſt mulieribus, matricem quippe ab omni humore purgat, menſtrua amiſſa revocat, nimiaque ſiſtit; ſterilis fœcunditatem infert.

Vulgò *Silviana* notiſſimum eſt Balneum.

De Sancti Georgii Balneo.

D SAncti Georgii Balneum in *Tripergulis* valdè utile eſt, quoniam petras in veſica frangit, & facillimè urinam provocat, manus, brachia, coxas, crura ac pedes ab omni ſanat dolore.

Ex notiſſimis eſt Balneum

De Balneo Pugni.

PEnes *Bajas* Balneum invenitur quoddam, & quia parvum eſt, *Pugillorum* vocatur: curſum ventris ſiſtit, iſtumque reſtaurat, animi dolores ſedat, Hydropicos, caput, & ſplenem confortat; hominem à febre cum frigore accedente liberat: membra debilia corroborat.

De Balneo Olei Petrolii.

E BAlneum iſtud, lepræ, peſtilentiæque utile repertum fuit; maculas faciei curat: vitium primæ ſpeciei lepræ ſanat; ſalſos humores, & bilem pellit, membra intumiſcentia ſubtilia reddit, nervorum frigus fugat, pulſionibuſque debitam vim tribuit.

Diù abſconditum manſit, men reptum fuit

De Balneo Collis.

SUpra *Bajarum* montem, ubi *Sanctæ Mariæ* templum ædificatum eſt, Balneum reperitur *Petrolium*; hocque alteri jungitur, viſum acuit: li- 36
berat infirmum à paſſionibus pedum, pituitam-
F que nervorum aufert. Hæc aqua infirmis quàm maximè confert, ſanis verò magnum infert damnum; & diutiùs in eo manere quiſque caveat.

Vulgo dicitur *Balneum Culmæ*, *Culina*.

De Balneo Solis, & Lunæ.

IN hoc maris litore alia invenitur aqua ſana, & admirabilis, quæ, ſicuti *Solis* & *Lunæ* ſplendor aliis ſupereminet aſtris, ita hæc aqua inter omnes alias excellit ad quaſcumque infirmitates, & dolores capitis curandos: omnes fiſtulas, niſi ſint in oſſibus, eradicatas ſanat: venas in quibus ſanguis ſiſti non poteſt,

Notiſſimum, & uſu eſt,

potest, restringit; mulierum menstrua moderatè facit fluere; ferrum corpori infixum ejicit; Podragam curat. A

De Balneo Guiberoso.

Vulgo *Gimberoso*, notissimum est.

AD montem aliud est Balneum, *Guiberosum* vocatum, per gradus descendens. Petra, & calculo laborantes juvat, & per virgam urinâ ejicit; nullaque aqua melior ista invenitur ad morbos renum curandos: Fluxum sanguinis sistit, membrisque à quovis morbo affectis auxiliatur.

De Balneo Episcopi.

Vulgo *de lo Viscovo*, rursus inventum est, postquam diu fuerat amissum.

BAlneum in *Tripergulis Episcopi* dictum, ab Episcopo quodam restauratum est, ut commo- B diùs ad eum Prælati accederent, & ut post obitum suum, fama viveret: est enim podagricis præsentaneum remedium.

De Hariolorum Balneo.

Alii *del Faro* dicunt, alii *delle Fate*, rursus quoque inventum est.

ALiquot supra dictum Episcopi Balneum passibus, alterum conspicitur *Hariolorum* nuncupatum: Stomachum confortat, appetitum excitat, nauseam à Podagra ortam tollit, Podagricisque quàm maximè conducit.

De Balneo Braculæ.

Recenter inventum & diu ignotum fuit.

AB humilitate hoc Balneum *Braculæ* nomen accepit; meatus aperit, raucedinem vocis C tollit eamque claram reddit; frontis, capitisque dolores mitigat, caliginemque oculorum tollit; jecori, & spleni subvenit, Tertianam, Quartanam, intermittentes febres sanat, earumque venenosas causas tollit.

37 *De Balneo Speluncæ.*

Notissimum est.

ULtimum ad hoc latus *Speluncæ* Balneum vocatur: Rheuma sanat, tussim Pthisicam pellit, cujuscumque Podagræ speciem tollit, pulmonem defendit, stomachum confortat; *Galenus* dicit, quod si quis quotidie ex hac aqua biberet, D illum Phlegmata corporis omnia purgata sensurum.

De Balneo Fœniculi.

Solum ad lavandos oculos valet, & est notissimum.

BAlneum *Fœniculi* utilissimum est oculis, eorum nubes pellit, & clarum visum reddit: Aliquantulum ab aliis Balneis distat, ideò non adeò frequentatur.

De Balneo, & Sudatorio Tritulæ.

Balneum medicorum *Salerni*: lege Summ. tom. 1. pag. 294. & tom. 2. pag. 543. in historia *Ladislai*.

VIrtutibus supradictorum Balneorum enarratis, *Sudatorium Tritulæ* quod ad *Virgilium* spectabat, nobis explicandum remanet; Cujus virtutes contra infirmates marmoreo lapidi in eodem existenti insculptæ leguntur.

Salernitani vero Medici noctu accedentes, nequitiâ magnâ, formulas remediorum in dicto marmore in sudatorio *Tritulæ* sculptas delevêre, redeuntes vero domum aquis submersi fuêre: aliquas tamen ejus vires dicemus.

Hoc Balneum variè dividitur, non quia aquæ diversæ sint, sed pro commodo illorum, qui hoc ingrediuntur.

In dicto *Tritulæ* Balneo, *Sudatorio* vocato, ad ortum Lunæ quædam oritur aqua, cujus pars altera exit in mare, altera verò quò venit, redit.

Hæc Rheumatis curationi confert, caput & stomachum confortat, Podagram curat, Pthisicos sanat, à febre præservat, Phlegmaticis auxiliatur, aliorumque Balneorum virtutes corroborat: Exeuns verò à quocumque supradictorum Balneorum, novissimè aquis *Sudatorii* lavatur; complementum quippe omnium aliorum juremerito vocari potest.

Quomodo situm sit Sudatorium Tritulæ.

Hoc sudatorium notissimum est, habitationibus abundat, optimèque dispositum est.

PEr multos gradus ascenditur ad *Sudatorium*, viâ manuum arte paratâ, arctâ sed valdè longâ, suavi, delectabilique fruuntur odore adscendentes per dictum Antrum, verum frontis sudorem patiuntur, descendentes verò frigore afficiuntur: Ad sinistrum latus procedendo, ac modicum descendendo, aquam invenies calidam, quæ absque læsione tangi non potest: si vis ad aquam ire, ad sinistram manum te vertas necessarium est; postquam verò per duorum passuum distantiam ingressus eris, ad dexteram partem pergas, & ibi petram rupi innixam reperies, vocaturque *Canale*. Ulterius incedendo pulverem, & calorem, & finem Antri invenies. Redeas unde ingressus es, & fossam 38 invenies profundam, & latam, altamque speluncam ad mediam viam tendentem, à cujus ingressu caveto: sine immenso enim calore, vel frigore, vel vento valido non facies; candelæ, facesque ultro exstinguentur; & qui eam ingrederetur, tanta afficeretur vertigine, ut mortuus prosterneretur.

Hoc sudatorium humores nimios evacuat, caput, & stomachum confortat, Rheuma curat, Phlegma dissipat, corpus lætificat, Phthisicis, & Podagricis auxiliatur.

FERRANTIS LOFFREDI DISSERTATIO DE SITU PALÆOPOLIS ET NEAPOLIS.

QUoniam nunc pervenimus ad *Grottam Neapolitanam*, dicam ea quæ sentio de opinionibus illorum, qui volunt *Palæopolin* sitam fuisse ubi nunc *Chiaia* est, sive in *Echia*, *Neapolim* vero eo in loco ubi nunc est; Ut & illorum, qui volunt aquas, quæ *Neapolim* influunt & parvum Fluvium formant *Magdalenæ* nomine vocatum, *Sebeti* esse. E

In antecessum vero dicendum est, *Græcos*, qui *Cumas* inhabitarunt, mari potentes terraque, totius istius tractus dominos sese reddidisse, & inter alia loca *Parthenopem* occupâsse. Ut vero illam tenerent, prope eandem Castelli genus ædificarunt, quod *Neapolin* appellaverunt, idque satis validum. Distractis vero *Cumis*, propter magnitudinem amœnitatemque loci singularem plurimi illuc habitatum venerunt, *Cumis* transeuntes *Neapolim*; at vero eo ipso loco non capiunte tot novos incolas, cœperunt quoque inhabitare *Parthenopen*, ubi pariter tanta nacti sunt incrementa *Græci*, ut derelicto veteri *Parthenopensium* nomine, ipsi qui *Cumis* venerant, ejus incolæ soli remanserint. Hinc nomen Urbis mutârunt, atque vocarunt *Paleopolin*. Postea vero hi *Palæopolitani* altius sese receperunt *Neapolim* versus, sive coacti mutare sedem propter Maris inundationes, sive ob aliud quodcumque incommodum, ita ut *Neapolitanis* commixti fuerint, unum modo corpus constituentes, & exstincto *Palæopolis* nomine solum illud *Neapolis* percrebuerit.

Necesse est unionem hanc factam fuisse post F Consulatum *Publilii*, atque ante adventum *Annibalis* in *Italiam*, *Publilius* enim suo tempore divisam *Neapolim* & *Palæopolim* invenit, unitam vero *Annibal* eamque solam.

Sed ut redeamus ad priora, ubi *Neapolis* anti-

quitus, & ubi sita fuerit *Palæopolis*, pariter nescitur, quantum ad Veteres Scriptores, nisi quod *Livius* videatur peculiarius easdem distinguere. Hinc necesse mihi erit ejusdem vestigia premere, atque ponere *Palæopolin* in ora maritima, portamque ejus directò *Nolam* versus locare, ut liber ea parte exitus Urbi constituatur, *Romanus*que hoc pacto ager ex opposito ejusdem portæ concipiatur; *Neapolin* vero remotam à maris littore, eo pacto, ut *Palæopolitani*, maritimæ oræ domini, non potuerint succurrere *Neapolitanis*, neque vice versa *Neapolitani Palæopolitanis*, prohibiti munitionibus inter utrasque Urbes à *Publilio* Consule factis. Judico itaque *Neapolim* quidem fuisse in vertice *S. Anelli*, cujus forsan sint reliquiæ antiquissimi illi muri ingentium saxorum sibi invicem impositorum absque calce, sola magnitudine sua sufficientium, quæ cernuntur ad portam *S. Mariæ Constantinopolitanæ*, easque ipsas reliquias ad muros *Neapolis* pertinuisse, atque circumdedisse totam illam altitudinem, quæ superius est ad *S. Petrum a Majella*, incluso Theatro & Templo Antiquo (quod destructum apparet retro *S. Paulum*) & omnibus Antiquitatis ibidem reliquiis, exivisse vero supra portam antiquam *S. Januarii*, conjungentes eandem cum prædicta fabrica magnorum istorum lapidum. *Palæopolim* vero fuisse puto in loco *Sellaria* dicto, in planicie, ad littus, atque aliquantum ante flexum *Neapolis* versus *Magdalenam*. Credo autem ita esse, ex auctoritate *Livii* prædicti, & præterea inde, quod, quum in platea *de gli armieri* dicta, in ejusdem initio, ubi domus est *Petri Chiaiese*, propter putei siccitatem, altius vellent excavare, ut majorem haberent aquarum copiam, invenerint murum antiquum, & pulcherrimos lapides ex marmore elaboratissimo; & quod insuper in eâdem plateâ, aliquantò inferius, in alia domo, quum solidiorem quæreret Dominus terram, ut fundamenta firmiora poneret, integram invenerit turrim una cum pinnis suis, quæ tota sub aquis latebat. Præterea etiamnum submersio talium fabricarum sub aquis agnoscitur in quibusdam ædificiis *Pausilippi* & *Bajarum*, utque universi earundem littoris.

Ager vero seu Campus iste *Romanus* (me judice) fuit ad *S. Joannem Majorem*, in elevatiori isto lo-
A co versus Sedile *di Nido*, ubi Munitiones Consulis judico incœpisse, atque perrexisse inde usque *Capuanam* viam & ulterius, ut ita *Neapolis* simul atque *Palæopolis* sic obsessæ atque invicem divisæ fuerint, ut nullo modo mutuis auxiliis frui potuerint, verum gaudentes Portu suo Marique *Palæopolitani*, impediti à *Romanis* haud fuerint eisdem frui; sicut *Neapolitani* etiam liberam habuerunt portam *Nolam* versus, neque à *Romanis* obsessam. Campus itaque *Romanus* oppositus ex adverso Portæ *Nolanæ* fuit, & *Palæopolis* (prout & *Livius* dicit) admodum vicina olim fuit *Neapoli*, quod & ex Munitionibus *Publilii* Consulis percipi potest.

B Sicut itaque *Livius* subinnuit causam fuisse aliquam, cur *Palæopolis* postea deserta fuerit, ita nos statuimus id accidisse propter Maris incrementa, unde coacti fuerint incolæ altius à littore sese subducere atque recipere in vacuum illud, quod inter istam Urbem atque *Neapolim* erat, factumque ita unum ex illis Civitatis corpus, murisque cinctum fuisse ita, ut semper à littore marique accrescente altius sese receperint.

Quocunque vero alio in loco Scriptores recentiores ponere hanc Urbem satagant, invenient confusionem, neque ullo modo * verbis *Livianis*
C accommodare rationes suas poterunt, quem unum (quoniam solus ex veteribus, qui de ea aliquid tradiderunt, restet) sequi optimum judico.

Aquæ vero, quæ *Neapolim* influunt, faciuntque fluvium illum parvum *Magdalenæ*, quoniam nunquam *Sebeti* aquæ illuc fluxerunt, eo nomine appellari non possunt. Si enim aliquando hæ *Sebeti* aquæ illuc per duplicem aquæductum conductæ fuerint (cujus quoque plurima extant vestigia ad hæc usque tempora) utique ultro illuc non fluxerunt. Hæ autem quæ parvum illum Fluvium nostrum efficiunt, & per totam Urbem labuntur, puteos implentes fontesque, *Vesuvia-*
D *næ* appellari debent, utpote quæ fluant ex radicibus Montis *Vesuvii*.

* *Livius* lib. VIII. cap. XXII. Palæopolis *fuit haud procul inde, ubi nunc* Neapolis *sita est, duabus Urbibus populus idem habitabat* &c. & cap. XXIII. *Jam* Publilius, *inter* Palæopolin Neapolimque, *loco opportuno capto, diremerat hostibus societatem auxilii mutui: qua, ut quisque locus premeretur, inter se usi fuerant.*

F I N I S.

INDEX RERUM ET NOMINUM.

ACademia *villa Ciceronis.* 18. B
Acherusia. 19. B
Aquæductus. 3. F
Agnanum. 5. F
Agrippinæ *mors.* 13. E
—— *sepulchrum.* 13. E. 15. C
Amphitheatrum *seu Colisæum.* 3. B
Arcus *Felix.* 16. C
Avernus. 8. B
BAjæ. 19. C
Balneæ. 9. C. 21. 22. 23. 24. & seqq.
Bauli. 12. E. F.
Burgi *seu Suburbia antiqua Puteolorum.* 1. D
CAmpilio. 9. C
Campi *Phlegrei.* 17. F
Castellum *super Avernum.* 14. C
—— *Cumarum.* 16. D
Centum *Cellulæ.* 14. D
Coliseum. 3. B
Colles *Leucogii.* 5. B
Colluccia *lacus.* 15. E
Conservatoria *aquarum.* 3. E
Coroselli. 9. A
Cumæ. 16. B. C
EMporium. 4. B
FAmosa. 9. A
Forum *Vulcani.* 5. A. 17. F
Fossæ *Neronis.* 9. B
Fumarola *Agnani.* 6. B
GAudum. 2. A
Grotta *seu spelunca Canum.* 5. F
—— *Sibyllæ.* 8. C
—— *Draconaria.* 15. B
—— *Miseni.* 15. B
—— *Petri Pacis.* 16. E
—— *Neapolis.* 16. F
—— *vera Sibyllæ.* 18. E
Horti *Lucullani.* 13. E
LAbyrinthus. 3. E
Lacus *Agnani.* 5. F
—— *Averni.* 8. B
—— *Lucrini.* 8. C
—— *Bajanus.* 11. E
—— *Colluccia.* 15. E
Linternum. 20. B
MAgnarellum. 14. A
Mare *Mortuum.* 14. B
Mercatus *Sabbati.* 13. C
Moles *Pons Caligulæ dicta.* 6. D
Mons *Gaurus.* 17. D
—— *Barbarus.* 9. E
—— *Christus.* 19. B
—— *Novus.* 9. F
—— *Ortodonicus.* 17. E
—— *Misenus.* 15. A
—— *Olilanus.* 17. D
—— *Spina.* 18. A
Mufetta *d'Agnano.* 5. F
NEapolis *antiqua.* 25. 26. 27. 28.
OLipa. 7. F
PAlæopolis *antiqua.* 25. 26. 27. 28.
Pilæ. 7. E
Pisaturum. 2. D
Piscina *mirabilis.* 14. C
—— *Hortensii.* 12. F. 13. A
Pompeji *Magni Villa.* 13. E. 14. A
—— *Statua.* 14. A
Ponderi. 4. B
Pons *Caligulæ.* 6. D
Portus *Julius.* 8. F
Puteoli. 1. A. B. C. & seqq.
—— *Antiqui.* 1. A
—— *Novi.* 1. B
QUinquatria, *Ludorum genus.* 13. C
SIbyllæ *domus.* 8. C
—— *Antrum.* 8. C
Salviati *Balneum.* 12. A
Sepulchrum *Agrippinæ.* 13. E. 15. C
Solfatara. 4. D. 10. C
Startia. 7. F
Statua *Calypsonis.* 8. F
Struni. 10. C
Sudatorium *Tritolæ.* 10. D
Sylva *Hamorum.* 20. B
TEmpla *antiqua Puteolis.* 2. B. C. D
—— *Jovis.* 2. B
—— *Neptuni.* 2. B
—— *Dianæ.* 2. D
—— *Nympharum.* 2. E
—— *Mercurii.* 8. C
—— *Apollinis.* 9. E
—— *Veneris.* 12. E. 13. F
—— *Herculis.* 12. E
Thermæ *Alexandri seu Mammææ.* 11. C
Turris *Patriæ.* 20. C
—— *Pharus.* 15. C. 19. D
Tripergulæ. 18. C
Trispotus. 9. C
Tritolæ *Sudatorium.* 10. D
Trulia. 9. C. 11. F. 12. B. C. D
VIa *Campana.* 1. D
—— *Consularis.* 1. D
Villa *Ciceronis.* 7. F
—— *Crassii.* 11. C
—— *Lucii Pisonis.* 11. C
—— *Hortensii.* 12. E
—— *Martii.* 13. D
—— *Julii Cæsaris.* 13. D
—— *Pompei.* 13. E. 14. A
—— *L. Luculli.* 13. E
—— *M. Luculli.* 15. B
—— *Agrippinæ.* 13. E. 15. D
—— *Servilii Vatiæ.* 15. E
Vivaria. 14. E

F I N I S.

SCIPIONIS MAZZELLÆ,

Neapolitani,

URBIUM PUTEOLORUM ET CUMARUM DESCRIPTIO.

Cum Additamento Epitaphiorum & Inſcriptionum, Puteolis, Cumis, in Bajis & Miſeno, finitimiſque locis inventarum.

Editio Noviſſima, denuo recognita, atque magis aucta, Indiceque locupletata.



LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa,
Bibliopolæ, & Typographi Academiæ atque Civitatis.



NOVÆ HUJUS EDITIONIS PRÆFATIO.

QUamvis Scipio Mazzella *Descriptioni* rerum Puteolanarum, *quam nos recudi curavimus*, *opusculum* de Balneis Puteolanis *inseruerit*; *Attamen nos studio id omisimus*, *quia* JOANNIS FRANCISCI LOMBARDI De Balneis Puteolanis, *ab Antiquitatum studiosis permagni æstimatam* Synopsin *typis mandavimus*, *quæ non solum pene ad verbum Opusculum* Mazzellæ *continet*, *sed & magis aucta & scholiis non inutilibus*, *illustrata extat*, *ad quam Lectorem ablegamus*. *Loco autem Opusculi* de Aquis Puteolanis, *Inscriptiones* Puteolis, Cumis, *in* Bajis *&* Miseno, *finitimisque locis repertæ Descriptioni huic sunt affixæ*, *quæ quidem apud* Mazzellam, *sed alibi locatæ*, *inveniuntur*, *quarum etiam numerum ex* D. Giuseppe Mormile *&* Julio Cæsare Capacio *adauximus*. *Tabulam insuper ichnographicam*, Puteolos *&* Cumas *referentem adjecimus*. *His ut fruaris*, *ac delecteris*, *me autem amore benevolo prosequaris velim*. *Cæterum vale*.

PRÆFATIO.

SCIPIO MAZZELLA

CANDIDO, CURIOSOQUE LECTORI S.

CUM hæc *Puteolanæ* urbis monumenta pararem, incidit in manus forte meas libellus quidam situ, carieque jam pene consumptus de *Balneis Puteolanis* à JOANNE ELISIO medico instauratus & in lucem editus, cumque in eo nonnullos vetustæ editionis errores annotassem, illos, ut potui corrigere atque emendare studui, paucis omnino immutatis. Addere præterea volui ad jucundiorem omnium lectionem veterum scriptorum testimonia, quos de his balneis scripsisse, aut meminisse comperi, ut majorem hæc apud cunctos auctoritatem haberent. Perlege igitur hilari fronte amice lector, vetustissimum hoc de Balneis opusculum: descriptioni huic nostræ rerum *Puteolanarum* tempestive insertum; laboremque hunc nostrum, & si pusillum, gratum tamen ut mihi persuadeo, curiosis, & universis, etiam ob balneorum salubritatem cognoscendam admodum utilem; boni quæso, consulere velis. Neap. Idibus Novemb. M. D. XCIV.



EX NICOLAI TOPPII J. C.

BIBLIOTHECA NEAPOLITANA.



Cipione Mazzella, Napolitano, ha dato alle ſtampe;

Le Vite de i Rè di Napoli, con le loro effigie dal naturale, in Napoli ad inſtanza di Giuſeppe Bonfadio 1594. *in* 4°.

Sito, & Antichità della Città di Pozzuolo, e del ſuo ameniſſimo diſtretto, con la deſcrittione di tutti i luoghi notabili, e degni di memoria, di Cuma, di Baja, e di Miſeno, e de gli altri luoghi convicini: Poſtoci medeſimamente tutti i Bagni, e loro proprie tà, non ſolo di Pozzuolo, e di Baja, ma anco dell' Iſola d' Iſchia, col modo, e regole, che quelli s' hanno â pigliare, & a quali infirmità giovino. Napoli appreſſo Hor. Salvioni 1591. *in* 8°. *& anco la*

Deſcrittione del Regno di Napoli: nella quale, s' ha piena contezza, coſi del ſito d' eſſo, de' nomi delle Provincie antiche, e moderne, de' Popoli, delle qualità de' Paeſi, e degli huomini famoſi, che l' hanno illuſtrato; come de' Monti, de' Mari, de' Fiumi, de' Laghi, de' Bagni, delle Minere, e d' altre coſe maraviglioſe, che vi ſono: con la nota de' fuochi, delle impoſitioni, de' Donativi, e dell' entrate, chè u' hà il Re &c. In Napoli ad inſtanza di Gio: Battiſta Cappello 1601. *in* 4°.

Il quale *Mazzella* habitava alla *Piazza dell' Olmo* in una bottega all' incontro la *Fontana dell' Incanto*, e mentre publicò la ſudetta Deſcrizzione fù impedito dal Sacro Conſiglio, ad inſtanza di *Gio: Lorenzo Gualterio* Aquilano che preteſe non doverſi dar fede alla detta ſua Hiſtoria, mentre ſcrivendo della Nobiltà dell' *Aquila* havea pretermeſſe molte Famiglie nobili, & in particolare la ſua; & all' incontro molte ignobili riposte tra le nobili, il proceſſo è nel S. C. appreſſo Giacomo Figliola.

PAULI PORTARELLI.

Dum renovas longis monumenta tot obruta ſeclis
 Illuſtrans patrios, Chalcidicoſque lares,
Mazzellæ decus & nomen nulla obruet ætas,
 Vives nam ſcriptis clarus in orbe tuis.

Ejuſdem.

Scire ſalutiferas vires qui exoptat aquarum,
 Priſca Dicharchæi quas habet ora ſoli,
Quas habet Inarime flagranti impoſta Typhæo
 Inſula Campani delitioſa maris.
Hæc monumenta legat, diſtinctaque balnea cernet,
 Balnea morborum quæ genus omne fugant.








Vrbium, Oppidorum cæterorumque locorum, quæ in haece Fabula reperiuntur, nomina.
1 Isola di Vivra.
2 Prochyta Insula.
3 Prochytæ Arx.
4 Mons Misenus.
5 Mons Prochytæ.
6 S. Martini.
7 Gavita.
8 Camarum Ruinæ.
9 Promontorium Miseni.
10 Villa M. Luculli.
11 Antrum Tragonariæ.
12 Salinæ.
13 L. Colucius.
14 Piscinæ.
15 Villa Vaciæ.
16 L. Acherusius.
17 Arcus felix.
18 Stagno.
19 F. de Patria.
20 Mercatum Sabathi.
21 Mare Mortuum.
22 Villa Marii et Iulii Cæsaris.
23 Villa et Sepulchrum Agrippinæ.
24 Villa Pompeii.
25 Templum Mercurii.
26 Lacus Avernus.
27 Templum Apollinis.
28 Patria.
29 Promontorium Penatæ.
30 Centum cellæ.
31 Piscina Mirabilis.
32 Via silicibus strata sub aquis.
33 Arx Baiarum.
34 Templum Solis.
35 Templum Veneris.
36 Templum Dianæ.
37 Antrum Sybillæ.
38 Portus.
39 Sudatorium Tritoli.
40 Balneum Navis.
41 Balneum Sergianum.
42 Lacus Lucrinus.
43 Mons novus, vel cinerum.
44 Villa Ciceronis.
45 E. S. Salvatoris.
46 Mons Barbarus.
47 Casione.
48 Circus.
49 Templum Annuntiatæ.
50 Portor. Antiquum Maris.
51 Piscinæ Veteres.
52 Puteoli.
53 S. Proculus olim Templ: Iovis.
54 Pilæ.
55 S. Maria Gratiarum.
56 Fons.
57 Templum S. Francisci.
58 Templum Neptuni.
59 Sepulturæ.
60 Portor: Antiquum terræ.
61 Monumenta.
62 Via Capuana.
63 Terminus.
64 Templum S. Iacobi.
65 Balneum.
66 Pons.
67 Templum S. Ianuarii.
68 Amphitheatrum.
69 Templum Dianæ.
70 Promontorium Puteolanum.
71 Sulphitaria, olim Forum Vulcani.
72 Fodina Aluminis.
73 Via Vetus.
74 Fumarolæ.
75 Diversorium.
76 Antrum Canum.
77 Lacus Anianus.
78 Mons Aluminis.
79 Turris Astruni.
80 Arx Nisidæ.
81 Portus Nisidæ.
82 Scopulus Nisidæ.
83 Virgilii Sepulchrum.
84 Crypta Neapolitana.
85 Templum S. Mariæ.
86 Mergillina.
87 Promontorium Pausilypi.
88 Nemus Astruni.
89 Xenodochium.
90 Iesu Maria.
91 Balnea.
92 Via Regia.
93 Promontorium Pausilipi.
94 Piscina.
MARE CUMANUM.
MARE seu SINUS PUTEOLANUS.
MARE NEAPOLI= TANUM.
MONS PAUSILYPUS
Amoenissimæ Regionis PUTEOLI, Ejusque Locorum adjacentium repræsentatio.
LUGD. BATAV.
Apud PETRUM VANDER AA.

SCIPIO MAZZELLA DE PUTEOLIS ET CUMIS.

De Puteolis.



Uteolos antea quam bello *Italiam Annibal* laceraret, Dicæarchiam à justo imperio, quo ejus respublica florebat, dictam fuisse, & à *Cumanis* conditam, eorumque fuisse emporium, *Strabo*, *Plinius*, multique alii auctorum prodiderunt. *Cumani* urbis suæ uti antiquissimæ originem è *Græcia*, atque *Eubœa* insula à *Chalcidensibus*, *Chalcidenses* ab *Atheniensibus* repetunt: quo & *Puteolanorum* numismata spectare credibile est, quæ *Apollinis* Ουλίȣ (ut de ipsa civitate in Antiquitatibus diximus) facie adversa, *Minotaurum* aversa parte exprimunt. Ceterum quum Dicæarchia emporium tempore belli ejus, quod *Annibal* cum *Romanis* in *Italia* gerebat, frequentari cœptum esset, *Q. Fabius* ex Senatus auctoritate illud communiit & præsidium ei imposuit, mutatoque nomine, *Puteoli* deinceps vocari cœpit, idque sive à puteorum, quibus ager ejus abundabat, frequentia, sive, ut nonnullorum est opinio, à putore aquarum, & aëris, sulfureo semper vapore gravis. Atqui quum *Festus Puteolos* inter ea præfecturarum genera recenseat, in quas præfecti irent à populo *Romano* creati, suspicari licet eam præfecturæ nomine, & jure, tandiu administratam fuisse (annis videlicet undeviginti) donec P. *Cornelio Scipione Africano* II. *TI. Sempronio Longo* Coss. Colonia civium *Romanorum* trecentorum hominum lege *Acilia* Tribunicia eo deducta est, habuitque ea Colonia privata quidem aliqua civitatis jura, ut ceteræ Coloniæ, nulla tamen publica, ita ut nomine cives *Romani*, re verò Coloni tantum essent, *Puteolani*, argumento est, quod *Livius* prodat. Colonos qui *Puteolos*, *Salernum*, & *Buxentum* adscripti nomina dederant, quum ob id se pro civibus ferrent, Senatum judicasse non esse cives *Romanos*. Argumento etiam est, quod P. *Scipio Africanus*, & P. *Ælius* Censores, portoria rerum venalium *Capuæ* ac *Puteolis* fruenda locarunt. *Festus* etiam *Capuam* sub eodem præfecturæ genere cum *Puteolis* recenset. Addit *Livius* ab iisdem Censoribus colonos trecentos (is enim numerus a Senatu definitus erat) qui *Puteolos* deducerentur fuisse adscriptos, eosque P. *Scipione Africano* II. & T *Sempronio Longo* Coss. fuisse deductos. Extat antiquum epigramma sive Inscriptio, quæ ab Colonia deducta, annos nonaginta recenset *N. Fufidio*, & *M. Pullio* Duumviris, quum *Romæ* Consulatum gererent P. *Rutilius Rufus*, *Cn. Manlius Maximus*, quæ numerorum ratio cum ipsis quoque congruit. A secundo namque *Africani* majoris Consulatu usque ad *P. Rutilii Rufi*, & *Gn. Manlii* consulatum, anni nonaginta in fastis interesse numerantur. Itidem in antiquis Inscriptionibus etiam Ædilium

A Coloniæ *Puteolanorum* mentio fit, & *Cicero M. Antonium* accusat, *Puteolanos* iccirco infestantem, quod *C. Cassium*, & *Brutos* sibi patronos adoptassent. Ceterum quum illud factum constet postea quam lege *Julia Puteolani* civitatem adepti erant, verisimile est *Puteolanos* ab initio præfecturæ legibus fuisse administratam, donec Colonia civium *Romanorum* fieret. Atqui post devictum *Antonium*, *Augustus* urbe rebusque urbanis constitutis, quum *Italiam* XXIIX. Coloniis frequentasset, *Puteolos* quoque militarem coloniam *Augustam*, uti *Frontinus* tradit, deduxit, in qua iter uno latere populo debebatur triginta pedum, a-
B gerque ejus veteranis, & Tribunis legionariis in jugeribus adscriptus erat. Addam & illud, extare *Puteolis* templum quod frontispicii inscriptio, & titulus *Augusto* à *L. Calpurnio* L.F. positum, & dedicatum testatur. Admonet autem *Puteolorum* situs ratio, ut prodigiosam *Caligulæ* Cæsaris ex *Suetonio* ostentationem referamus, qui ut novum, & inauditum antea spectaculi genus ederet, medium, quod inter moles *Puteolanas*, & *Bajas* trium millium & sexcentorum fere passuum patebat intervallum ponte conjunxerat. contractis undique onerariis navibus, & ordine duplici ad ancoras collocatis: superjectoque aggere
C terreno, ac directo in *Appiæ* viæ formam per quem pontem ipse ultro citroque per biduum commeavit: eumque apparatum instituisse creditur ad æmulationem *Xerxis Persarum* regis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem *Hellespontum* contabulasse scribitur. Laudant tamen alii alias hujus rei rationes, ad eludendam scilicet *Thrasylli* Mathematici auctoritatem *Caligulam* hunc pontem excitasse. Prædixerat enim *Thrasyllus*, non magis *Caligulam* imperaturum, quam per *Bajanum* sinum equis discursurum. *Tacitus* autem scriptum reliquit, *Neronem* veteri *Puteolorum* oppido jus coloniæ, & cognomentum à se dedisse. Meminerunt *Puteolorum* etiam *Pli-*
D *nius*, & *Vitruvius*, hic ob pulverem *Puteolanum*, qui cæmento *Cumano* admixtus in molibus ædificandis etiam ad omnem maris impetum inexpugnabilis fit: ille ob purpurissum, quod vel *Tyrio* tantum à veteribus commendato præstantius, & nobilius censendum sit. Ceterum quia mare Mediterraneum, quia sese circum hæc littora insinuat, duos sinus faciat nobiles admodum, *Puteolanum* scilicet, & *Bajanum*, obiter, & *Bajarum* ipsarum, & sinus simul & vicinorum usque ad *Cumas* locorum mentionem facere visum est. A *Puteolis* itaque in Euro austrum flexuoso sese littore incurvat sinus *Bajanus*, eo quo supra dixi-
E mus intervallo, à *Bajis* nobilissima olim urbe sit dictus locus tam à *Romanis* quam à reliqua *Italia* universa, ob medicatarum aquarum fontes, maximo hominum concursu, & frequentia celebratus. Urbi ipsi nomen factum à *Bajo Ulyssis* filio non-

nulli prodiderunt. Ab eo ad quinque millia *Misenum* promontorium, magnifica olim civitas, à *Miseno Æneæ* quondam tubicine dictum, in mare prominet. atque eo loco *Augustum* classem contra bella subita instructam semper habuisse & *Suetonius*, & *Tacitus* scribunt. Inter *Puteolos*, & *Bajas*, & quæ *Bajis* fere adversæ sunt, *Cumas*, æqualibus proxime intervallis distat *Avernus*, & *Lucrinus* lacus, tanta omnium scriptorum commendatione celebrati. Observo quoque in hoc tractu *Phlegræos* fuisse campos ob perpetuos ignes ita dictos, & aquas in eo agro tam fervidas ex *Pausaniæ* testimonio fuisse, ut plumbeos per quos fluant tubulos dissolvant. *Puteolorum* longitudinem *Ptolemæus* partium XXIX. cum deunce unius partis, latitudinem quadraginta unius mensurat.

De Cumis.

Cumas *Chalcidensium* Coloniam, vetustissimam omnium, quæ à *Græcis* in *Italiam Siciliamque* deductæ sint, fuisse invenio. Primo hunc locum gens *Opicorum* incoluit, ejecta hæc ab *Oscis* est, *Oscos* deinde *Chalcidenses*, *Chalcidenses* vicissim *Tusci* expulere, postremo quum in *Romanorum* potestatem *Cumæ* devenissent, ab illis Colonia militaris facta est. Hanc primitus deduxisse *Chalcidenses*, ducibus *Megasthene Chalcidense*, & *Hippocle Cumæo* traduntur. Convenerat inter eos, ut de Coloniæ nomine sortirentur, quumque sors *Hippocli Cumæo* obvenisset, is nomen urbi à patria sua imposuit, etsi sint, qui nomen urbi ἀπὸ τῶν κυμάτων id est, à fluctibus, factum contendant. Amœnissimus hic totius *Italiæ* tractus est, & quasi naturæ certantis miraculum quoddam, variis passim lacubus fluminibusque distinctus. *Vulturnus* ad ortum, in meridiem *Glanis*, fluentes, totum hoc spatium in peninsulæ formam amplectuntur: intus *Lucrinus* lacus, sinusque ejusdem nominis, tum *Acherusia* palus poëtarum fabulis celebrata, qui ibi descensum ad Inferos patere scripsere, & tepentibus fontibus *Bajæ*, frequenti Principum *Romanorum* secessu insignes. Inter hæc ipsa *Cumarum* urbs ad mare, media inter *Vulturnum* amnem ejusdemque cum amne nominis urbem, & *Misenum* promontorium ingens murorum ambitu complexa spacium: in medio ejus editus consurgit collis, in eo templum *Apollinis*, à *Dædalo* (ut fama tenuit) conditum, quum iram *Minois* ex *Creta* fugiens, huc appulisset. Apparet vasta eodem in colle specus, ubi *Sibyllam Cumanam* vaticinari quondam solitam antiquitas prodidit. Appulisse, & huc deleto à *Græcis Ilio Æneam* ferunt, factoque, ut mos erat, sacrificio, duce *Sibylla* ad Inferos descendisset. Habebat urbs arcem insignem, & portum tutissimum, totumque hoc littus ostreis abundabat. Cæterum cum *Cumarum* urbs agri fœcunditate, & maritimis commerciis in magnam brevi potentiam amplitudinemque excrevisset, invidia hujus felicitatis ducti populi finitimi in urbis excidium conspirant. Ab *Etruscis* itaque, *Dauniis*, *Umbris*que ad quingenta peditum, & duodeviginti equitum millia armantur. Cum his copiis domo profecti, ad *Glanim Vulturnum*que amnes castra locant. *Cumani* vicissim, divisa in tres partes juventute, unam ad urbis præsidium, alteram ad tutandas naves reliquere, tertiam cum hostibus congressuri in aciem eduxere: sexcenti omnino equites erant, & quatuor millia peditum. cum tam exiguis copiis tantam hostium multitudinem aggredi ausi, vicere. Hærebant enim multitudine sua *Etrusci*, seque mutuo angusto loco constipati conculcabant atterebantque, *Cumanis* ex adverso, ne circumvenirentur, locorum angustiæ

A saluti fuere. Peditatu itaque *Etrusco* nulla re egregie gesta in fugam converso, pugnam inde equitatus excepit. quum procella subito coorta, illataque cum impetu in ora oculosque equitum *Etruscorum*, illos quoque re turbatos in fugam avertit. Insignis maxime fuit equitum *Cumanorum* ea pugna fortitudo, & inter eos *Aristodemi Malaci* virtus præcipue extitit: ducem namque hostium, præter alios non paucos primi nominis, singulari certamine congressus occidit. Victores *Cumani*, facto Diis pro victoria sacrificio, sepultisque honorifice suis, qui pro patria pugnantes ceciderant, in certamen deinde venerunt cui B potissimum ob rem fortissime ante alios gestam corona deberetur. Potior civium pars, & maxime plebs, *Aristodemo* eum honorem deberi contendebat. Contra optimates (penes quos tum summa rerum apud *Cumanos* erat) pro *Hyppomedonte* magistro equitum nitebantur. Ad seditionem postremo res spectabat, unde veriti qui e civibus ætate provectiores erant, ne res ad arma, & cædes prolaberetur, auctores fuere, ut utrisque corona decerneretur. Sopita iis conditionibus discordia, *Aristodemus* deinceps plebis partes in republica sequutus est. Unde optimates consilia ejus suspecta habentes, veritique ne auctus C potentia res novare tentaret, quo honesto aliquo prætextu ipsum de medio tollerent, *Aricinis* auxilium contra *Etruscos*, *Aruntem*que *Porsenæ* filium à quibus obsidebantur petentibus, populo persuasere, ut duo millia auxiliariorum ex egentissimis seditiosissimisque de plebe conscripta, ductu *Aristodemi Ariciam* veluti ad certam internecionem mitterentur. Sed secus atque illi speraverant evenit. *Aristodemus* enim re fortiter atque feliciter gesta, *Arunte* hostium duce sua manu in singulari certamine cæso, ac *Etruscis* in fugam versis, atque ita *Aricia* gravi obsidione liberata, quamplurimis magnificentissimisque mune- D ribus ab *Aricinis* donatus *Cumas* rediit, magna cum civium gratulatione, & promiscuæ multitudinis occursu. atque uti multo cum verborum honore, ac faustis acclamationibus: ita non sine pari optimatum invidia exceptus atque in urbem deductus est. Cæterum conciliatis sibi jam antea dum ab *Aricia Cumas* navigat, cum verbis tum muneribus, eorum qui secum in ea expeditione fuerant animis, ad hæc adjuncto sibi privatim comitate ac blandimentis, corruptissimo quoque militum, ac manu promptissimo, si forte ad novandum Reipublicæ statum ipsorum opera uti constituisset: capta occasione, dum coram frequenti E Senatu de rebus à se ad *Ariciam* gestis verba facit, socii facinoris & conjurati per confertam turbam irrumpentes, præcipuos quosque optimatum nihil tale expectantes interimunt, effractoque nocte insequenti carcere, tam eos, qui rerum capitalium rei, quam qui ex *Etruscis* captivi in vinculis detinebantur, solutos, ac libertate donatos, armis instruit, eorumque satellitio stipatus in publicum prodit, ac populo in concionem vocato, acri in optimates oratione invectus, eosdem meritas ob tot in se injurias atque insidias exsolvisse pœnas dictitat, reliquis civibus se libertatem reddere, ac constituisse pari cum F cæteris conditione in patria tranquille vitam exigere. Inde cum agris divisis, tum remisso ære alieno, ac munificentia multiudinem urbanam sibi conciliat. Cæterum quum tam ob agrorum divisionem, quam æris alieni remissionem tenuioribus, à potentioribus se metuere diceret, arma universa, tam publica, quam privata in templis Deorum deponi hortatur, & persuadet, inde repetenda si quando opus esset. Quibus statim per suos satellites occupatis, perscrutatis insuper intimis

timis domorum privatarum penetralibus, si quid intus armorum occultaretur, quam plurimos è civibus præcipui nominis, maxime si quos sibi infensos atque adversos credebat, interfici jussit, caussatus rebus novis eos studere, armaque contra edictum apud ipsos fuisse deprehensa. Ad hæc adjunctis priori satellitio nequissimis perditissimisque civibus, tum & servis dominorum cæde pollutis, externum quoque militem ad duo millia mercede conducit. Rebus suis ad hunc modum confirmatis, atque universa civitate exarmata, libere, ac pro arbitrio tyrannidem in quosvis exercere cœpit, bona interfectorum inter sceleris ministros dividit, filios eorundem omnes urbe excedere jubet, pœna capitis constituta ni pareant. conjuges dominorum interemptorum servis nubere compellit, reliquam juventutem urbanam, interdicto armorum usu, atque exercitatione, molliter, ad omnem luxum ad vigesimum usque annum institui curat. Verumenimvero quum jam diu summa felicitate Tyrannidem tenuisset, & res suas in tuto esse putaret, in senectute ultores scelerum Deos atque homines sensit ab iis, quorum ipse parentes necaverat, quosque in exilium ejecerat, in regia oppressus, atque una cum liberis ac necessariis interfectus. Ita liberatis à Tyrannide *Cumanis* summa rei ad optimates rediit. Cæterum haud diu *Cumanis* otium fuit. *Etrusci* enim inito cum *Pœnis* fœdere, vix tum à Tyrannide respirantes aggrediuntur, terra *Etruscus*, mari *Pœnus* urbem circumsedit. *Cumani* cum se undique premi viderent, opem *Hieronis* senioris *Syracusanorum* Tyranni per Legatos supplices implorant. Haud vanæ fuere legatorum preces, classis enim statim ab *Hierone* in auxilium missa, animos *Cumanis* ad tentandam prælii fortunam fecit. Magno animorum ardore utrinque concurritur, & æquo diu marte pugnatum erat, neutro inclinante victoria: cum tandem forti, ac fideli *Syracusanorum* opera, fusis fugatisque non sine magna clade hostibus *Cumanus* superior evasit. Florere inde rursus *Cumanorum* res auctis diuturna pace opibus cœperat, quum novum illis cum *Campanis* socia, amicaque prius gente bellum oritur. Causa belli in incerto est: hoc constat, priores intulisse *Campanos*, ac *Cumanos* prælio superatos, fugatosque itaque intra urbem compulsos, terra, marique circumsedisse, ac tandem post longam obsidionem civibus nequicquam resistentibus, urbe per vim potitos, spoliatamque, & cædibus promiscuis exhaustam, colonis ex suis in eam conscriptis incolendam dedisse. Cæterum *Cumanorum* antequam in *Campanorum* potestatem pervenirent potentiam testantur Coloniæ ab illis deductæ. Primum *Parthenope* ab illis condita, ab *Sirenarum* una, quæ ibi sepulta erat, sic dicta. Eam quum postmodum *Athenienses* una cum *Chalcidensibus* occupassent, nomen ejus in *Neapolim* mutarunt. Tum Dicæarchia altera *Cumanorum* colonia, qua pro Emporio usi sunt, quæ post *Puteoli* appellata est. Cæterum *Campani* cum *Cumas* à se occupatas novis colonis habitandas dedissent, etiam reliquias *Cumanorum*, quæ cladi superfuerant, in societatem urbis, agrique receperunt, & summa concordia rempublicam administrantes, in unum quasi corpus coaluere. hinc factum, ut multa vetusti ritus argumenta apud *Cumanos* perseverarent, *Campanis* nihil mutantibus. Egregia *Cumanorum* erga *Romanos* fides bello *Punico* secundo enituit. Nam quum universa pene *Campania* à *Romanis* ad *Pœnos* atque *Annibalem* defecisset, initio à *Capua* facto, *Cumani* ut idem facerent, nec promissis nec minis *Campanorum* adduci potuere. *Campani* itaque quod minis promissisque non poterant, dolo tentarunt: sed frustra. *Cumani* enim fraudem suspicati dissimulato tamen se quidquam sibi à *Campanis* metuere, postquam *Sempronium Grachum* Consulem, qui id temporis ad *Linternum* castra habebat, de *Campanorum* consilio certiorem fecissent, ejusdem Consulis opera adjuti, non solum *Campanorum* insidias evasere, sed dispositis in contrarium insidiis, ac noctu impressione in castra *Campanorum* facta, incautos improvisosque aggressi, *Campanorum* ad duo millia cecidere, captis una cum ipso duce *Mario Alfio* signis militaribus triginta quatuor. *Annibal Campanorum* sociorum clade intellecta, precibus eorundem fatigatus, vastato late agro *Cumano*, castrisque mille ab urbe passibus communitis, *Cumas* omni apparatu oppugnare instituit. Verum *Cumani* cum propriis viribus subnixi, tum & *Romanorum* præsidio adjuti, disturbatis incensisque *Pœnorum* machinis, facta subito una cum *Graccho* Consule duabus portis eruptione, fusis fugatisque in castra usque *Pœnorum* stationibus, cæsisque mille quadringentis, *Annibalem* obsidionem solvere cogunt. *Cumanis* finito bello *Punico* petentibus à *Romanis* permissum, ut publice *Latinè* loquerentur, utque præconibus eorum *Latine* vendendi jus esset. *Cumanam* quoque rem præfectos à populo *Romano* missos administratam fuisse invenio. Bello etiam *Marsico*, quod a multis *Italicum* appellatur, *Cumani Romanos* summa fide juvere, nihilque ab illis omissum, quod à bonis, & fidelibus sociis præstari posset. Post *Julii* tamen *Cæsaris* cædem, quum *M. Antonius*, *C. Cæsar Octavianus*, qui post *Augustus* appellatus est, & *M. Lepidus* Triumviri Reipublicæ constituendæ maximam pene, & fertilissimam *Italiæ* partem veteranis suis, post bellum *Philippense* in victoriæ præmium assignarent, ager quoque *Cumanus* viritim in jugeribus veteranis divisus est, ipsaque urbs *Cumæ*, civibus urbe agrisque pulsis, jussu *Augusti* Colonia facta est, nulla præteritorum in Populum *Romanum* meritorum aut officiorum ratione habita. Celebratur navalis *Cæsaris Augusti* cum *Sex. Pompejo* ad *Cumas* pugna, qua gravissimam *Augustus* cladem accepit, maxima navium parte capta aut depressa. *Cumanorum* longitudinem *Ptolemæus* XXXIX. partium cum triente latitudinem. XLI. S. ponit, & *Linternum* Urbem *Scipionis Africani* secessu notam, sextante partis quam *Cumas* Orientaliorem, quam tamen alii ultra *Cumas* in occidentem transponunt. *Linternum* inter præfecturas, quas Præfecti suffragiis à populo creati administrabant à *Festo* refertur. Coloniam civium *Romanorum* eo deductam eodem anno, quo & *Puteolos*, *Livius* prodit. *Frontinus* eam inter Colonias militares ab *Augusto* deductas recenset. *Vulturnum* Colonia ad *Vulturni* fluminis ostium erat, eam *Ptolemæus* septunce quam *Cumas* orientaliorem, quincunce australiorem facit. Ultra *Vulturnum* fluvium *Gaurus* mons ad ripam usque *Liris* orientalem pertinebat. Hujus montis pars occidentalis *Gaurus*, Orientalis, & juga ejusdem *Massicus*, septentrionalis *Falernus* dicebatur. *Falernus* ager ejus montis ad septentrionem declivitate porrigebatur, vinum, quod summis collibus nascebatur, *Gauranum:* quod mediis, *Faustianum:* quod imis, *Falernum* vocabatur. Ultra *Falernum* agrum, *Vescinus* ager erat, à *Vestia Campanorum* oppido dictus, quod nomen in Annalibus *Livii* frequentissime depravatum est. *Vestini* enim *Sabinis* ad ortum proximi erant, ut *Vescini Capuanis*, & *Sidicinis*.

INSCRIPTIONES
PUTEOLIS, CUMIS, IN BAJIS ET MISENO, FINITIMISQUE LOCIS REPERTÆ.

PUTEOLIS.

I.

IMP. CÆSAR DIVI HADRIANI FIL. DIVI TRAIANI PARTHICI NEPOS DIVI NERVÆ PRONEPOS T. ÆLIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG, PIVS PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. II. DESIG. III. PP. OPVS PILARVM VI MARIS CONLAPSVM A DIVO PATRE SVO P. PROMISSVM RESTITVIT.

2.

IMP. CÆSARI, DIVI HADRIANI FILIO, DIVI TRAIANI PARTHICI NEPOTI, DIVI NERVÆ PRON. T. AEL. HADRIANO ANTONIO AVG. PIO PONT. MAX. TRIB. POT. * COSS. * PP. COLONIA FLAVIA, AVG. PVTEOLANORVM. QVOD SVPER CÆTERA BENEFICIA AD HVIVS ETIAM TVTELAM PORTVS PILARVM VIGINTI MOLEM CVM SVMPTV FORNICVM RELIQVO, EX ÆRARIO SVO LARGITVS EST.

3.

DD. NN. IMP. CÆS. TRAIANVS. PP. INVICTVS AVG. MVRIS CVRIONENSIBVS ÆDIFICIIS PROVIDENTIA SVA INSTITVTIS ATQ. ERECTIS PORTAM PVTEOLANORVM HERCVLEAM VOCARI IVSSIT.

4.

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX AVGVSTVS. ARABIC. ADIAB. PARTHICVS MAXIMVS TRIB. PONT. IX. ET IMP. XII. COSS. II. PP. PROCOS. ET IMP. CAES. MARCVS AVRELIVS ANTONINVS PIVS AVG. TRIB. POT. IIII, PROCOS. E. VIAS RESTIT. A PVTEOL.

5.

IMP. CAESAR D. NERVAE F. NERVA TRAIANVS GERMANICVS PONT. MAX. TRIB. POT. VI. IMP. II. CONS. IIII. P. INCHOATAM A. D. NERVA PATRE. SVO. VIAM PERFICIENDAM CVRAVIT.

6.

CALPVRNIVS L. F. TEMPLVM AVGVSTO CVM ORNAMENTIS D. D.

7.

L. COCCEIVS L. C. POSTVMI L. AVCTVS ARCHITECTVS.

8.

HERCVLI GYLIO INVICTO SANCTO SACR. VOTO SVSCEPTO L. CRASSVS DE SVO F.

9.

IOVI CVSTODI SACR. EX INDVLGENTIA DOMINORVM SVCCESSVS PVBLICVS MVNICIPIVM ...... AS.....SER. ÆDEM CVM PORTICIBVS A SOLO SVA PEC. FECIT ITEM MENSAM. ET ARAM D. D.

A

10.

PRO SALVTE, ET VICTORIA AVGVSTORVM DEO MAGNO GENIO COLONIAE PVTEOLANORVM, ET PATRIAE SVAEQVE AVRELIVS HERMODION SEVIR. AVGVSTALIS, ET CVRATOR. EORVM. EXTRVXIT. ET DONVM DAT L. D. D. D.

11.

AEDIL. COLON. PVTEOLANORVM.

12.

B

AB COLONIA DEDVCTA ANNO XC N. EVFIDIO. N. F. M. PVLLIO DVO VIRI P. RVTILIO C. M. MANLIO COS. OPERVM LEX II.

13.

Q. FILIVS L. FILIVS RVFVS, ET Q. ACRIELVS Q. FILIVS CELER PRAETOR DVVMVIR. LANARIAS, ET QVAE IN HIS SVNT SVA PEQVVNIA FECIT: VT EX EO VECTIGALI QVOTANNIS COLONIS MVLSVM, ET CRVSTVM NATALE CAESARIS AVG. DARETVR.

C

14.

D.M MARTIAE MARCIANAE ANCHARII PROCVLVS, ET PROCVLIANVS MATRI SANCTISS.

15.

TREBONIA GERMANA. SOROR
VNA. CVM FILIIS SVIS
ET COHEREDIBVS
D FRATRI DVLCISSIMO.

16.

MARIA L. F. PROCVLA
MARIAE L. F. PROCILLAE
SORORI PIISSIM.
NOMINE SVO. ET
MARIAE MVSAE MATRIS. ET
MARIAE CAECILIAE. PROCILLAE
FILIAE. SVAE ET
M. CAECILI. CAECILIANI
E MARITI. SVI
L. D. D. D.

17.

D. M.
CALLINICI. VIXIT. ANN. XXIII.
MENSES VII. DIES. XX.
CASSIA....NICOMEDIA
ET CALLINICVS
PARENTES PP.
FILIO....PIENTISSIMO
ET CARISSIMO

18.

A

18.

...... CAESARI DIVI ......
...... HIC NEPOTI DIVI ....
...... ONINO, AVG. PIO ....
.... SILONIA. FLAVI ......
...... VPER CETERA. BEN ......
...... VS. PILARVM. VIC ....
...... SVO MVNVM ....
....

19.

D. L. M.
NON FVI. FVI. MEMINI.
NON SVM NON CVRO
PETILIA. NEAPOLITANA AN-
NORVM XVII. HIC QVIE-
SCO. C. MARCIVS. C.
PETILIA. DECIMA. LI-
BERTAE DVLCISSIMAE.

20.

D. M.
NE QVIS FLERE VELIT, SI TVMVLVM, AC TITVLVM
VIDERIT, EXTRVCTVM. SIC FATVM. VOLVIT,
VIXI, DVM. POTVI, TEMPORE. QVO LICVIT.
IGNIS. HABET. CORPVS IPSAM. COELVM. ANIMAM.
VEXI. AQVA. PORTI. MEVS. TERRA HIC HABET CINERES.
IGNIS, AQVA, TERRA, COELVM SIMVL CAPIVNT,
SI NOMEN. QVAERIS. QVAM. LIBER. RAPVIT,
DIGNA. ARIADNA. POLO. NOBILE. SIDVS. ERO,
AMOQVE EGO NEC. CASTA. CESSIT. PENELOPE,
ALCESTI COMES. ÆMVLA. MORS. PLACVIT.
SALVOS. ERIT CONIVX. MAIOR. ERIT. TVMVLVS
TERDENOS. ANNOS MENSES. VNDECIM. POST
DIVISOS. FATIS. TER. SEX. VIXI DIES,
ANNOS BIS SEPTEM. VIRGO. AGO, SED RELIQVOS,
CONIVGE. ALEXANDRO. SOSIA. CVM SOSIO,
IVNGIT CARVS AMOR, DIVIDET. IPSA MORS.

B

21.

C. N. ASINIO. POLLIONIS. ET. AGRIPPÆ. NEPOTI.
PVTEOLANI. PATRONO. PVBLICE.

22.

IMP. CÆSAR. DIVI. NERVÆ. F. NERVA. TRAIA-
NVS. AVG. GERMANICVS. PONT. II. MAX. TRIB.
POT. VI. IMP. II. COS. III. PATER. PATRIAE. VIAM.
NOVAM. RELICTIS. ANTIQVI. ITINERIS.........

23.

C. HOROLOGIO.
RESPVBLICA. REFECIT.

24.

D. M.
M. VALERIVS. DEXTER. LIB.
NEPTVNO. MANIPVLARIS.
C. CALBISIVS. CEREALIS. IIII.
DACICO. HERES.

25.

MAGNO..... INVICTO. IMP. CAES.
D. TRAIANI. PARTHICI. F. DIVI.
NERVAE. NEPOTI. TRAIANO.
ADRIANO. AVG. PON. MAX.
TR. POT. V. COS. III. OPTIMO. MA-
XIMOQ. PRINCIPI. P. DECRETO. D.
..... POPVL...... CONSENSV.

26.

GEN. COL. PVT. P. ACILIVS.
HERMERON.

27.

SANCTISSIMO. DEO. PATRI.
EX. VOTO. CONSVMMAVIT.
IVLIVS. SECVNDVS. FAONIVS.

28.

DEDICATA VI. IDVS AVG.
T. VLTRASIO POLLIONE II. M.
FLAVIO AGRO.

29.

PHILIPP. II. CATHOL: REGNANTE.
C LOCA INVIA, SOLIS IBICIBVS PERVIA, FRETO,
MONTIBVS, SAXIS IMMANIBVS INVOLVTA.
PERAFANVS RIBERA ALCALAE DVX, CVM PRO
REGE ESSET, EXCLVSO MARI, COMMINVTIS
SAXIS, DISSECTIS MONTIBVS, APERVIT, VIAM
STRAVIT, ET AD BALNEA PVTEOLANA, QVAE
PRIVS DEPERDITA PVBL. SALVTI RESTITVERAT,
PATEFACIT. M. D. LXXI.

30.

PETRVS TOLETVS MARCHIO VILLÆ FRANCÆ CA-
ROLI V. IMP. IN REGNO NEAPOLITANO VICA-
RIVS, VT PVTEOLANOS OB RECENTEM AGRI
D CONFLAGRATIONEM PLANTEIS AD PRISTINAS
SEDEIS REVOCARET HORTOS, PORTVS, ET
FONTEIS MARMOREIS, EX SPOLIIS, QVAE GAR-
SIA FILIVS PARTA VICTORIA AFRICANA RE-
PORTAVERAT, OTIO, GENIOQ. DICAVIT; AC
ANTIQVORVM RESTAVRATO PVRGATOQVE
DVCTV, AQVAS SITIENTIBVS CIVIBVS SVA IM-
PENSA RESTITVIT ANNO A PARTV VIRGINIS.
MD. XL.

31.

L. ANNIO. L. F. COL. MODESTO.
HON. EQVO. PVBL. K. IVN. IN.
CVRIA. AVGVST. ANNIAN. SCRI-
BVNDO ADFVER. T. OPPIVS. SE-
VERVS. VIGNETIVS. LIBERALIS.
IVLIVS. CALPETANVS. GRANIVS.
LONGINVS. QVOD. C. AVFIDIVS.
THRASEA. D. CLAVDIVS. QVARTI-
NVS. II. VIRI. V. F. DE. CONFIR-
MANDA. AVCTORITATE. MEMO-
RIÆ. HONORAND. STATVÆQ. PO-
NENDA. ANNIO. MODESTO. ANNI.
NVMISIANI. ORNATI. VIRI. FILIO.
Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. CVM.
ANNIVS. NVMISIANVS. VIR. AD.
SINGVLORVM. TESTIMONIVM.
PERTIN. QVA. PROBITATE. MO-
RVM. QVA. QVIETE. VITÆ. QVOD.
VIRO. IN. DOLORE. PRÆSIDIVM.
EST. MERVERAT. ADFECTVVM.
NOSTRORVM. CONSOLATIONEM.
ADQVE. CANDOREM. ORDINIS.
NOSTRI. BONVM. CIVEM. PIVMQ.
PATREM. IN. TAM. GRAVI. FOR-
TVNÆ. INIVRIA. QVA. POTEST.
INDIGNATIONE? A TANTA. AVO-
CARE. TRISTITIA. PLACERE. HVIC.
ORDINI. AVCTORITATE. IN. EAM.
REM. ANTE. HANC. DIEM. FA-
CTAM. CONFIRMARI. PERMITTI-
MVS. ANNIO. ADIECTO. LIB. EIVS.
STATVAM. PONERE. ANNIO. MO-
DESTO. LOCO. ASSIGNATO. A. II.
VIRIS. NOSTRIS. QVO. TESTATOR.
SIT. ERGA. EVM. ADFECTVS. REI-
PVBLICÆ. NOSTRÆ. COLLAVDAN-
TIS. QVOD. IN. VITA. PRÆSTITE-
RIT. CENSVER. ADIECTVS. LIBER-
TVS. L. D. D. D.

32.

A. COLONIA. DEDVCTA. AN. XC.
N. FVFIDIO. N. F. M. PVLLIO. DVOVIR.
P. RVTILIO. CN. MANLIO. COS. OPERVM. LEX. II.
LEX. PARIETI. FACIVNDO IN. AREA. QVÆ. EST.
ANTE. ÆDEM. SERAPI. TRANS. VIAM.
QVI REDERIT. PRÆDES. DATO. PRÆDIAQVE. SVB-
SIGNATO DVVMVIRVM. ARBITRATV.

IN. AREA. TRANS. VIAM. PARIES. QVI. EST. PRO-
PTER. VIAM. IN. EO: PARIETE. MEDIO. OSTIEI.
LVMEN. APERITO. LATVM. P. VI. ALTVM. P,
VII. FACITO. EX. EO. PARIETE. ANTAS. DVAS.
AD. MARE. VORSVM. PROJICITO. LONGAS. P. II.
CRASSAS. P. INSVPER. ID. LIMEN. ROBVSTVM.
LONG. P. VIII. LATVM. P. I. ALTVM. P. S. IM-
PONITO. INSVPER. ID. ET: ANTAS. MVTVLOS.
ROBVSTOS. II. CRASSOS. S. ALTOS. P. I. PROJI-
CITO. EXTRA. PARIETEM. IN. VTRAMQVE. PAR-
TEM. P. IV. INSVPER. SIMAS. PICTAS. FERRO.
OFFIGITO. INSVPER. MVTVLOS. TRABICVLAS.
ABIEGNIAS. II. CRASSAS. QVOQVE, VERSVS. IN.
PONTO.

A

33.

FERROQ. FIGITO. INASSERATO. ASSERIBVS.
ABIEGNEIS. SECTILIBVS. CRASSEIS. QVOQVE.
VERSVS. DISPONITO. IN PLVS. OPERCVLAQ.
ABIEGNIEA IMPONITO. EX. TIGNO. PEDA-
RIO. FACITO. ANTEPAGMENTA. ABIEGNIEA.
LATA. CRASSA. S. CYMATIVMQ. IMPONITO.
FERROQ. PLANO. FIGITO. PORTVLAQ. TE-
GITO. TEGVLARVM. ORDINIBVS. SENEIS. QVO-
QVE. VERSVS. TEGVLAS. PRIMORES. OMNES.
IN. ANTEPAGMENTO. FERRO. FIGITO. MAR-
B GINEMQ. IMPONITO. EISDEM. FORES. CLA-
TRATAS. II. CVM. POSTIBVS. ÆSCVLINEIS.
FACITO. STATVITO. OCCLVDITO. DICATOQ.
ITA. VTEI. AD. ÆDEM. HONORIS. FACTA.
SVNT. EIDEMQ. MACERIA. EXTREMA. PA-
RIES. QVI. EST. EVM. PARIETEM. CVM. MAR-
GINE ALTVM. FACITO. P. X. EISDEMQ. OSTIVM.
INTROITV. IN. AREA. QVOD. NVNC. EST. ET.
FENESTRAS. QVÆ. IN. PARIETE. PROPTER.
EAM. ARAM. SVNT. PARIETEM. OBSTRVITO.
ET. PARIETI. QVI. NVNC. EST. PROPTER.
VIAM. MARGINEM. PERPETVVM. IMPONITO.
EOSQ. PARIETES. MARGINESQ. OMNES. QVÆ.
C LITA. NON. ERVNT. CALCE. HARENATO.
LITA. POLITAQ. ET. CALCE. VDA. DEAL-
BATA. RECTE. FACITO. QVOD. OPVS. STRV-
CTILE. FIET. IN. TERRA. CALCIS. RESTIN-
CTA. PARIETEM. QVARTAM. INDITO. NIVE.
MAIOREM. COEMENTA. STRVITO. QVAM.
QVÆ. COEMENTA. ARDA. PENDAT. P. XV.
NIVE. ANGOLARIA. ALTIOREM. FACITO.

34.

LOCVM. PVRVM. PRO. EO. OPE-
RE. REDDITO. EIDEM. SACELLA.
D ARAS. SIGNAQ. QVÆ. IN. CAM-
PO. SVNT. QVÆ. DEMONSTRA-
TA. ERVNT. EA. OMNIA. TOL-
LITO. DEFERTO. COMPONITO.
STATVITOQ. VBEI. LOCVS. DE-
MONSTRATVS. ERIT. DVVMVI-
RVM. ARBITRATV. HOC. OPVS.
OMNE. FACITO. DVOVIR. ET.
DVOVIRATIVM. QVI. IN. CON-
SILIO. ESSE. SOLENT. PVTEO-
E LIS. DVM. NI. MINVS. VIGINTI.
ADSIENT. CVM. EA. RES. CON-
SVLETVR. QVOD. EORVM. VI-
GINTI. IVRATI. PROBAVERINT.
PROBVM. ESTO. QVOD. II. IM-
PROBAVERINT. IMPROBVM.
ESTO. DIES. OPERIS. K. NO-
VEMB. PRIMEIS. DIES. PEQVN.
PARS. DIMIDIA. DABITVR. VBEI.
PRÆDIA. SATIS. SVBSIGNATA.
F ERVNT. ALTERA. PARS. DIMI-
DIA. SOLVETVR. OPERE. EFFE-
CTO. PROBATOQ. C. BLOSIVS.
Q. F. HS. ∞ D. IDEM. PRES. Q.
RVFICIVS. Q. F. CN. TETTEIVS.
Q. F. C. CRANIVS. C. F. TI.
CRASSICIVS.

35.

LIBERO. PATRI. SACRVM.
T. T. FLAVII. ELECTIANVS. ET OLYMPIANVS.
FIL. EIVS. SACERDOTES. ORGIOPHANTÆ.

36.

SIL. PETRONILLA
M. ANT. IANVARI. CONIVX. GRAVISS.
EX. TT. SS. HH. VT. IVNONI. PRONVBÆ
SVÆ. VIRG. EREPTÆ. PRIM.
ÆDES. MAR. CONSTRVATVR. IMP.

37.

ILLE. EGO. SVM. PROCVLVS. TOTVS. QVI. NATVS.
HONORI. AVT. DICO. VT. SIT. NONOS. QVEM.
MITTI. INESSE. NEGAS.
COLLEGIVM. PISTORVM
PATRONO. PRÆSTANTISSIMO.

38.

EX. S. C. DENDROPHORI. CREATI. QVI. SVNT
SVB. CVRA. XV. VIR. ST. CCVV.
PATRON. L. AMPIVS. STEPHANVS. SAC. M. DEI. QQ.
DEND. DEDICATIONI. HVIVS. PANEM. VINVM.
ET. SPORTVLAS. DEDIT.

C. VALERIVS. PICENTINVS
C. IVLIVS. HERCVLANVS
LONGINIVS. IVSTINVS
A. FIRMIVS. POLYBIVS.
C. LISIVS. CRESCENTINVS.
L. DECIMVS. FELINVS.
C. CVPIENNIVS. PRIMITIVVS.
T. MINICIVS. SABINVS.
M. IVNNIVS. AGRIPPINVS.
A. CAMELIVS. PROTOCENSIS.
A. AGNANIVS. FELICISSIMVS.
C. LITRIVS. PORTVNATVS.
TI. IVLIVS. CALLINICVS.
Q. CVRTIVS. SCEMANVS.
L. OPPIVS. LESIGINVS.
M. HERENNIVS. ZERAX.
C. LISIVS. PVDENTINVS.
A. FIRMIVS. FELICIANVS.
M. BABBIVS. SODALIS.
L. MODESTIVS. HILARVS.
L. ORFIVS. MAXIMINVS.
C. IVLIVS. GAVDITVRVS.
L. LOLLIVS. VIATOR.
C. IVLIVS. COGITATVS.
C. IVLIVS. CERIALIS.
C. HERENNIVS. SABINVS.
L. ORFIVS. MAXIMVS.
N. POLLIVS. PRIMVS. SEN.
C. LITRIVS. MAIOR.
L. DECIMVS. FAVSTVS.
C. IVLIVS. SEVERVS.
C. NAVTIVS. PYNTROPVS.
N. VIBIVS. SPERATVS.
L. PACIVS. MAVIMINVS.
Q. GRANIVS. GEMELLVS.
M. GRANIVS. MARCIANVS.
Q. SERVIVS. NICETIANVS.
C. LISIVS. SECVNDINVS.
C. PVBLILIVS. GENIALIS.
L. CONNIVS. CASTRENSIS.
Q. GRANIVS. CHORINTVS.
TI. IVLIVS. ATAINOPO.
Q. CRANIVS. IANVARIVS.
C. TVRRANIVS. PRISCVS.
L. PLAVTIVS. VICTOR.
A. FIRMIVS. SEVERVS.
A C. FVLLONIVS. TERTIVS.
T. FLAVIVS. ARCHILAVS.
M. VALERIVS. SYNTROPVS.
M. VALERIVS. IANVARIVS.
N. LVCIVS. CYRICIVS.
C. IVLIVS. CARITO.
M. CVRIVS. NIANVS.
C. MARTIVS. VITALIS.
AERELIVS. LVCIVS.
C. IVLIVS. DIANENSIS.
C. ANTONIVS. LVCILIANVS.
C. MAGIVS. CRESCENTIANVS.
C. CARTILIVS. IRENICVS.
B N. POLLIVS. PRIMVS. IVN.
C. TITILIVS. PRIVATVS.
L. MARCIVS. MARVLEIVS.
Q. GRANIVS. GEMELLVS.
C. CLODIVS. MERCVRIVS.
N. VIBIVS. SVPER.
C. TVSCENIVS. COMMVNIO.
M. STENNIVS. MARCELLINVS.
M. VALERIVS. EVTYCHES.
C. RVFVS. SELEVCVS.
M. MALLONOVS. SEVERIANVS.
L. GENTIVS. NICO.
L. PEDANIVS. FAVSTINVS.
C NÆVIVS. POLLIVS. PRISCVS.
IVLIVS. DECIVS. FELICIVS.
M. SAGARIVS. SEDATVS.
C. TVSCENTVS. PRIMITIVS.
M. SAMIANTVS. CRESCENS.
P. CARSICIVS. FLORIANVS.
C. STATRIVS. FELICISSIMVS.
T. MINICIVS. VERATINVS.
M. PLAVTIVS. HILARVS.
M. SAMILARIS. FORTVNIVS.
C. IVNIVS. MERCVRIVS.
C. IVLIVS. CRESCENS.
C. AVRVCVLEIVS . . . .
D L. FLAVIVS. CELER
SAMIARIVS. SILVANVS.
DEDICATA. VII. ID. OCT. III. ET. SEMEL. COS.

39.

DIVO IANVARIO
DIOCLETIANI SCELERE OBTRVNCATO
NE QVOD SACRI CORPORIS SANGVINE MA-
DVERAT SOLVM SINE HONORE DIVTIVS
REMANERET NEAPOLITANA CIVITAS. P. P.
ÆRE P. F. M. D. LXXX.

E 40.

In altari hæc leguntur:
LOCVS DECOLLATIONIS S. IANVARII
ET SOCIORVM EIVS.

41.

HIC REQVIESCIT S. THEODORVS EPISCOPVS.
QVI DEPOSITVS EST. III. ID. MAIAS. CONS.
THEODOSI XV. ET VALENTINIANI IIII.

42.

F .... IACET CORPVS REVER. DNI DNI NI-
COLAI SCONDITI DEI ET APOSTOLICÆ
...... PVTEOLANI QVI OBIIT AN. D.
M. CCC. VIII. ... MENSIS SEPTEMBRIS.

43.

43.

ANTONIVS IACONIA LICIENSIS EPS. PVTEOL. MAIORQ. REGINALIS CAPPELLANVS LXX. ANNIS CVM OMNI VITÆ INTEGRITATE VIXIT SVAM PONTIFICIAM DIGNITATEM XX. ANNOS OFFICIOSE GESSIT VITÆ MVNERE DEFVNCTVS M.D.XV. CHRISTI . . . . ANNO VERO III. SANCTISS. PAPÆ LEONIS CONDITVR TAMEN HIC SIBI TVMVLVS VBI SVOS INSIGNES SVARVM VIRTVTVM TITVLOS ETIAM POST FVNERA SERVAT OMNES HIC IN CHRISTO LEGENTES VALETE ET PRO EO SEMPER IPSVM ORATE.

44.

TEMPLVM IOVI A CALPVRNIO L. F. PRIVS
DEINDE D. PROCVLO DICATVM
MIRABILI TERRÆMOTV AC MEMORABILI
INCENDIO PENE COLLAPSVM ANNO D.
M. D. XXXVIII.
IOANNES MATTHÆVS CASTALDVS.
PVTEOLANVS ANTISTES INSTAVRAVIT.

CVMIS.

1.

TI. IVLIVS BALBIVS. FRATER
VNA. CVM. FILIIS SVIS
ET. COHEREDIBVS
SORORI DVLCISSIMÆ

2.

S. P. Q. NEAPOLITANVS
DD. L. ARRVNTIO. L. F.
GAL. BAEBIO CENSORIBVS
REIPVB. NEAP.

3.

HIC. EST. POSITA.
ALBVCIA BLESILLA. RARI. EXEMPLI. FEMINA. QVAE VIXIT
ANNOS. XXX. M. SEX D. XIX.
DVLCISSIMAE CONIVGI FECIT

4.

D M.
ANTIGONVS GERMANICVS.
QVI VIXIT. ANN. XVI.
C. LAECANVS EQ. SING. CAES.
ARGENTARIVS
HERES PIENTISSIMO
AMICO. TITVLVM
FECIT.

A 5.

TI. ANNIVS. CLAVDIVS V. F.
SIBI, ET FAVSTINAE CASSIAE
PATRONAE. ET POMPEIÆ CALPHVRNIÆ LIB. CONIVGI. CARISSIMAE

6.

SOLI INVICTO.
ET LVNAE
AETERNAE
B Q. MINVCIV . . . . . .
PARATV . . . . . . DED . . . . .

7.

IMP. CAESARI
VESPASIANO. AVG.
PONT. MAX. TR. POT. III.
IMP. IIX. PP. CONS. III. DES. IIII.
S. PVTEOL.
QVOD. VIAS VRBIS
C NEGLIGENTIA
SVPERIOR . . . . . TEMPOR.
CORRVPTAS. IMPENSA
SVA RESTITVIT.

8.

IOVI. VICTORI.
TREBONIVS GALLVS COS.
PORTICVM.
EX VOTO. FECIT
DEDICAVIT. X. K. MAIAS
D APPIO. ANNIO. M. ATI . . . . . COS.

9.

SANCTISSIMO HERCVLI
INVICTO
.DO . . . . . L. L.
ARGYRIVS. LANARIVS
DOMITIANVS. L. L.
N . . . .
S. P. D. D.
E DEDIC. VII. KAL. IVLI
. . . .
. . . . . . SEX VTVL. COS.

10.

AVGVSTO SACRVM
ET GENIO. CIVITATIS
PVTEOL . . . . . .

11.

LARES. AVGVSTOS. AGRIPPA.

F 12.

POTESTATIS. D. AGRIPPA.

13.

C. SATRIO. C. F. C. SATRIO. C. F. AMPIAE. C. SATRIO. C. F. CILONI. FORTVNATO. SATRI. LAVTO.

14.

14.

O. ET. FORTVNATVS.
IA. FIL. ET. AMPIA.

15.

P. AVIVS. HEDVS
D. D.

IN BAJIS.

1.

D. M.
PVPIAE CELSAE
VIX. ANN. XXVII.
MEN. IIII. D. XXV.
MATER INFELICISSIMA
FECIT.

2.

TVCCIAE DIIS CRISEIA
SP. FIL. MANIBVS SP.....
CLEOPATRAE CN. COSSVTIO....
ATIMETO
PAENVIARIO.

3.

CVNINAE FELICI SACR.
CLAVDIA. HELP......D. D.

4.

DIS. SECVRITATIS
P. DECIVS EVSCHEMVS
ANTISTES
SANCTI. SYLVANI
ANNVM AGENS
XVI. FECIT
SIBI. B. B.

5.

DIS MANIBVS
POBLICOLAE ALBANAE
C. CANVLEIVS. L. F.
CON. B. M. V.
A. . . . . XII.

6.

D. M. S.
Q. NAVINI FELICIS
CONIVGI. OPTIMO
VIXIT ANNIS XVI.
MENSIBVS. VIII.
DIEBVS. XIIX.
DOMITIA FORMIANA
BENE DE. SE
MERITO. FECIT

A

7.

DIS. MAN.
PVBLICIAE BASSILLAE
L. ERGILIVS......
VXORI
OPTIMAE. SANCTISSIMAE
CARISSIMAE. FIDELISSIMAE
ET SIBI POSTERISQ. SVIS.

8.

B PRO SALVTE. DD. NN. AVGG.
APOL. DEFENSOREM
.....NIO.......EX. VOTO P.
. . . .
.......DE STIP. X. VI.
MIL. COH.........
. . . .

IN MISENO.

C

1.

DIS. MANIBVS
P. ALFENI. ANTEROTIS LOCVS EX. C.
SEPVLCHRI. ET. ITINERIS. I. NERONI.
P. XI. IN AGR.
P. XXXIII. ET POENA EXCEPTA HS.
XX. ET P. ALFENO.
RVSTICO ET ALFENAE P. L. LITE.
LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQ.
EIVS.

2.

D VETTIA. PAVLINA.
FECIT SIBI ET. FAVSTINAE
PROXIMAE. SORORI SVAE
CARISSIMAE. ET. PIISSIMAE
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE.
SVIS POSTERISQVE. EORVM.

3.

TI. CLAVDIO ILO. PRAEFECTO CLASSIS PRAETORIAE MISENI PVB. PROC. LVDI MAGNI PROCO. CLAVDII DACII PROCON. XX. HEREDITALIVM PRAEFE. VEHICVLORVM PROC.
E CLAVDIA ALEXANDRINE PRAETORIAE TRIB. LEG. VII. CLAVDIAE PIAE FIDEL. PRAEF. CON. II. GALLORVM PRAEF. CON. II. BOSPHORANORVM.

4.

D. M.
COMINI SOTERI QVI
VIXIT ANNIS OCTOGINTA
COMINA FLORA FILIA, ET
F COMINA BENERANDA PATRONO.
BENEMERENTI. F.

5.

IVLIAE AVG. IMP. CAES. L. SEPTIMII SEVERI PERTIN. AVG. PII PARTHICI ARABICI, ET PARTHICI ADIABENICI P. M. TRIB. POT. III. IMP. V. COS. II. PP.............
. . . .

6.

IMP. CAES. L. SEPTIMII SEVERI PII PERTINACIS AVGVSTI, ARABICI ADIABENICI PARTHICI M. TRIBVNITIA POTESTATE. VII. IMP. XI. COS. II. ET IMP. CÆS. M. AVRELII ANTONINI AVG. TRIB. POT. DOMINO INDVLGENTISS. ORDO. P. Q. NEAPOLIT........
.... D, D.

7.

DIIS MANIBVS
MORS VITÆ CONTRARIA ET VELOCISSIMA
CVNCTA CALCAT, SVPPEDITAT, RAPIT
CONSVMIT MELLIFLVE DVOS MVTVO
SE STRICTIM, ET ARDENTER AMANTES
HIC EXTINCTOS CONIVNXIT.

8.

IMP... CAESARI
DIVI... TRAIANI
PARTHICI. NEPOTI
DIVI NERVAE PRONEP.
AELIO. HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO
PONTIF. MAX. TRIB. POT. V.
IMP. II. COS. III. P. P.
CONSTITVTORI. SACRI
CERTAMINIS. SELASTICI
SOCII LICTORES POPVLARES
DENVNCIATORES. PVTEOLANI.

A

9.

L. SEMPRONIVS. PROCVLVS. VETERANVS. EX. CLASSE. MISENIS. MIL. AN. XXVI. SIBI, ET CONIVGI. SVÆ, ET LIBERTIS, LIBERTABVSQVE. POSTERISQ. EORVM.

10.

D. M.
L. SVLFVCIVS. NAT. SVLFICIENSIS. MILES. CLAS. PR. MISENATIVM. MILIT. ANN. XXX. SCENICVS. PRINCIPALIS. VIX. ANN. L. ANTONIA. THEODOTE. SOROR. F.

B

11.

D. M.
C. SENIO. SEVERO. MANIPLARIO. EX. III. FIDE. NAT. BASSVS. VIXIT. ANN. LVI. MILIT. ANN. XXVI. M. ÆMILIVS. DOLENS. HERES. B. M. FECIT.

12.

D. M.
T. PETRONI..... CELERIS. NAT. ALEX. EX. III. ISIDE. VIX. ANN. XL. MILIT. ANN. XVII. TITIVS. AQVILINVS. EPIDIVS. PANSA. III. ISIDE. N. B. M. FECERVNT.

C

13.

D. M.
C. IVLIO. QVARTO.
VET. EX. PRÆT. N. GALLO.
CÆCILIVS. FELIX. S. ICONIA.
HERACLIA. S. ET. S.

F I N I S.



I N-

INDEX
MEMORABILIUM.

A.

Acherusia *palus poëtarum fabulis celebrata.* 3.D
Æneas *Cumas appulit.* 3.E
duce Sibylla ad inferos descendit. ibid.
Annibal *agrum Cumanum late vastat.* 6.B
—— *Cumas oppugnare instituit.* ibid.
Apollinis *templum à Dædalo Cumis conditum.* 3.D
Aricini *auxilium contra Etruscos a Cumanis petunt.* 4.C
Aristodemus *Malacus virtute præcipue inter Cumanos emicuit.* 4.A
—— *velut ad certam internecionem Ariciam cum auxiliariis à Cumanis mittitur.* 4.C
—— *Aricia obsidione liberata, muneribus ab Aricinis donatus Cumas redit.* 4.D
—— *cum faustis acclamationibus plebis; sed non sine optimatum invidia in urbem deducitur.* ibid.
—— *milites cum verbis tum muneribus sibi conciliat.* ibid.
—— *per eos optimates interimit.* 4.E
—— *captivos carcere solutos armis instruit.* ibid.
—— *iis stipatus in publicum prodit.* ibid.
—— *remisso ære alieno, ac munificentia plebem sibi conciliat.* ibid.
—— *arma tam publica, quam privata in templis Deorum deponit.* 4.F
—— *plurimos è civibus præcipui nominis sibi infensos interfici jubet.* 5.A
—— *summa felicitate tyrannidem exercuit.* 5.B
—— *in regia opprimitur, & cum liberis interficitur.* ibid.
Avernus *lacus scriptorum commendatione celebratur.* 3.A
Augustus *ad Cumas à Sex. Pompejo cladem accepit.* 6.D

B.

Bajæ *ob medicatarum aquarum fontes fuerunt celebres.* 2.E
—— *nomen accepere à Bajo Ulyssis filio.* ibid.
Bajus *Ulyssis filius Bajarum urbi nomen indidit.* ibid.
Bellum *Marsicum a multis Italicum appellatur.* 6.C

C.

Caligula *Imperator intervallum trium millium & sexcentorum passuum ponte conjunxit* 2.B
Campani *Cumanos in potestatem redigunt.* 5.D
—— *&* Cumani *in unum quasi corpus coaluere.* 5.F
Campi *Phlegræi ubinam fuere.* 3.A
—— *ob perpetuos ignes ita dicti.* ibid.
Chalcidenses *Oscos ex Cumis expulere.* 3.B
—— *à Tuscis Cumis sunt ejecti.* ibid.
Cumæ *a Romanis Colonia militaris est facta.* ibid.
—— *Colonia vetustissima à Græcis in Italiam Siciliamque deducta fuit.* ibid.
—— *ob Opicis primo sunt incultæ.* ibid.
—— *unde & a quo ita dictæ.* 3.C
—— *a tyrannide Aristodemi liberantur.* 5.C
—— *urbs jussu Augusti Colonia facta est.* 6.C
Cumani *urbis suæ originem è Græcia repetunt.* 1.A
—— *Etruscos, Daunios, Umbrosque vicerunt.* 3.F
—— *duo millia auxiliariorum ductu Aristodemi Ariciam mittunt.* 4.C
—— *Aristodemum honesto prætextu de medio tollere quærunt.* ibid.
—— *ab Etruscis & Pœnis terra, marique obsidentur.* 5.C
Cumani *opem Hieronis Syracusanorum tyranni implorant.* 5.C
—— *ope Hieronis hostes superant.* 5.D
—— *in bellum cum Campanis incidunt.* ibid.
—— *erga Romanos bello Punico secundo fuerunt fideles.* 5.F
—— *ut ad Annibalem deficerent, nec promissis nec minis adduci potuere.* ibid.
—— *Sempronii Grachi opera Campanorum insidias evasere.* 6.A
—— *Romanorum præsidio adjuti Annibalem obsidionem solvere cogunt.* 6.B
—— *Præfectos Romanos habuerunt.* 6.C
—— *Romanos bello Marsico summa fide juvere.* ibid.
Cumarum *urbs habuit arcem insignem.* 3.E
—— *littus ostreis abundabat.* ibid.
—— *agri fœcunditate & commerciis in magnam potentiam excrevit.* ibid.
—— *in ejus excidium populi finitimi conspirant.* ibid.

D.

Dædalus *templum Apollinis Cumis condidit.* 3.D

E.

Etrusci *ad Glanin, Vulturnumque Cumarum amnes castra locant.* 3.E

F.

Q. Fabius *Puteolos munivit & præsidium imposuit.* 1.B
Falernus *mons Cumis septentrionalis.* 6.E
Frontinus *Cumas inter Colonias militares recenset.* ibid.

G.

Gaurus *mons ad ripam Liris.* 6.E
Glanis *fluvius ad meridiem Cumarum fluit.* 3.C

H.

Hiero *classem in auxilium Cumanorum mittit.* 5.C
Hippocles Cumæus *nomen Cumis à patria sua imposuit.* 3.C
Hippomedon *magister equitum Cumanorum.* 4.B
—— *cum Aristodemo de corona certat.* ibid.

L.

Linternum *urbs inter præfecturas a Festo refertur.* 6.D
Liris *fluvius.* 6.E
Lucrinus *lacus scriptorum commendatione celebratur.* 3.A

M.

Marius Alfius *Campanorum Dux a Sempronio Gracho Consule Romano capitur.* 6.A
Marsicum *bellum à multis Italicum appellatur.* 6.C
Massicus *mons Cumis Orientalis.* 6.E
Megasthenes Chalcidensis *duxit colonias Cumas.* 3.C
Misenum *promontorium, magnifica olim civitas.* 3.A
—— *a Miseno Æneæ tubicine ita fuit dictum.* ibid.
—— *Augustus classem instructum ibi habuit.* ibid.
Misenus *Æneæ tubicen promontorio nomen dedit.* ibid.

N.

Neapolis *antiquitus Parthenope fuit dicta.* 5.E
Nummi *Puteolis cusi.* 1.B
—— *Apollinem una parte, altera Minotaurum exprimebant.* ibid.

O.

Opici *Cumas primi, incoluerunt.* 3.B
—— *ab Oscis Cumis sunt ejecti.* ibid.

Osci *Opicos Cumarum incolas expulerunt.* ibid.
—— *a Chalcidensibus Cumis sunt ejecti.* ibid.

P.

Parthenope *à Cumanis est condita.* 5.E
—— *a Sirenarum una, ibi sepulta, ita dicta.* 5.E
—— *nomen ejus, ab Atheniensibus & Chalcidensibus Neapolis fuit nominata.* ibid.
Phlegræi *Campi, ubi, & unde ita dicti.* 3.A
Pons *ingens inter moles Puteolanas & Bajas à Caligula factus.* 2.B
Puteolani *nomine fuerunt cives Romani, re vero Coloni.* 1.C
—— *C. Cassium & Brutos sibi patronos adoptarunt.* 2.A
—— *ab Antonio Præfecto infestantur.* ibid.
Puteoli *a justo imperio Dicæarchia fuit dicta.* 1.A
—— *urbs a Cumanis est condita.* ibid.
—— *fuit Cumanorum emporium.* ibid.
Puteoli *urbs à Q. Fabio est munita.* 1.B
—— *unde ita dicta.* ibid. 2.C.D
—— *inter præfecturarum genera fuit recensita.* 1.B
—— *Colonia civium Romanorum quando eò deducta.* 1.C

S.

P. Scipio Africanus *II. Cos. trecentos colonos Puteolos deduxit.* 1.D
Sempronius Grachus *ad duo millia Campanorum cecidit.* 6.A
—— —— *Marium Alfium Campanorum ducem cepit.* ibid.
T. Sempronius Longus *Cos. Colonos Puteolos deduxit.* 1.D

T.

Thrasyllus *Mathematicus tempore Caligulæ.* 2.C

V.

Vescia *Campanorum oppidum.* 6.F
Vulturnus *fluvius ad ortum Cumarum fluit.* 3.C

FINIS.



SCIPIONIS MAZZELLÆ,
Neapolitani,

SITUS ET ANTIQUITAS PUTEOLORUM,

Locorumque vicinorum, quæ in amœnissimo ejusdem agro inveniuntur;

Ut & rerum memorabilium, antiquarumque, quæ ***CUMIS, BAJIS,*** *in* ***MISENO,*** *aliisque vicinis locis adhuc exstant.*

Ex *Italicis Latine* vertit, Præfationem & Indices adjecit

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

Editio ultima, prioribus omnibus longe emendatior & nitidior.



LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa,
Bibliopolæ, & Typographi Academiæ atque Civitatis.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS
L. S.



Uum ſæpius libelli hujus, varia eruditione referti, editio iterata eſſet, tandem Neapoli *apud* Tarquinium Longum, *anno* 1606. *in* 8°. *ad inſtantiam (ut additur)* Georgii Variſci, *publice prodiit, adjectis Ædificiorum figuris ligneis, & Inſcriptionibus, atque Balnearum, quæ ibi & in viciniis inveniuntur deſcriptione. Acceſſerat noviſſime Apparatus Statuarum Antiquarum* Cumis *inventarum.*

Apparatum iſtum, ut libellum ſingularem, ſub deſcriptoris Antonii Ferri *nomine à nobis editum invenies. Inſcriptiones auctiores longe, una cum meliori* Puteolorum *aliorumque locorum pictura, ut & Balnearum deſcriptionibus, ſub Auctorum ſuorum nominibus pariter ſeparatim à Typographo noſtro editæ ſunt; verum figuras ædificiorum omiſimus, utpote jam in* Capacii *&* Peregrinii *Scriptis nitidiſſime atque ad veterem ruinarum conſpectum editis.*

Veteris Editionis paginas, ut paſſim ſolemus, in margine adnotavimus, & infinitas mendas, quibus conſpurcata erant verba veterum, qui citabantur, ſcriptorum, ſuſtulimus. Vale.

D E D I C A T I O.

Ad Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Dom. Cardinalem

OCTAVIUM AQUAVIVAM,

Archiepiſcopum Neapolitanum, *Dominum meum plurimum colendum.*



Anto gaudio tantaque ſpe & conſolatione Illuſtr. & Reverendiſſ. D. V. introitus in Regiam hanc Urbem animos implevit civium, ut ſi fari datum eſſet ipſius civitatis muris, præ lætitia exclamaturi eſſent. Singuli enim Paſtorem ſibi à Deo datum Te agnoſcunt, bonum, prudentem, nobilem, ſapientem, & meritorum plane ſingularium.

Quin & ipſe, ne pro parte mihi in publica hac deëſſem gratulatione, quum in manus meas incidiſſet Liber hic, qui *Puteolanas* & deſtructæ *Cumæ* comprehendit Antiquitates, ubi deliciari quondam & otiari ex more patrio *Romani* conſueverant, illum Illuſtriſſ. Nomini Tuo conſecratum volui, atque ita hac in parte meum teſtari obſequium.

Viam itaque illi affectare (exiguum licet donum ſit) ad clementiam tuam detur, inventuro Magni Principis faciles oculos, utpote qui offerentis animum, non doni pretium ſit conſideraturus. Ille enim ego ſum, qui devotus Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Tuo Nomini, aſſiduis Deum obteſtor precibus, ut Te diu incolumem Patriæ, noſtris ſuiſque magnis ſervet cogitatis.

Illuſtr. & Reverendiſſ.

V. D.

Servus humilis maxime & devotus

Bartholomæus Ciampellus.

INDEX AUCTORUM,

Qui citantur aut illuſtrantur.

ACciaiolus (Zenobius) 80. F
Acta Apoſtolorum. 10. A
Actorianus. 69. A
Agathias. 76. F. 82. B
Albinus (Jo.) 56. E
Alcadinus. 14. E. 16. A. 35. D
Ammianus Marcellinus. 58. F. 84. F
Appianus. 68. D
Archiva Regiæ Zeccæ Neap. 51. C
Ariſtophanes. 60. E
Ariſtoteles. 37. D. 43. A
Arnobius. 23. E
Aſclepiadius. 89. B. 90. C
Aſmenus. 89. D. F
Atheneus. 69. A. B
S. Auguſtinus. 23. D. 24. D. 39. B. 83. A
Auſonius. 56. D. 77. F
BAgolinus (Sebaſt.) 11. F
Baſilius. 89. C. F
Benjamin Tudelenſis. 3. A
Beroſus. 83. D
Bianor Græcus. 40. E
Blondus (Flavius) 41. F. 80. F. 88. A
Boccacius (Jo.) 24. E. 41. D. 44. A 52. A
Boderianus (Guido Fabricius) 23. D
Borellus (Camillus) 51. B
CApitolinus. 58. D
Caſa Nova (M. Anton.) 90. E
Caſſiodorus. 16. D. E. 69. F
Celſus. 50. F. 55. B
Cenſorinus. 63. F. 82. F
Cicero. 9. F
Claudianus. 23. C
Columella. 60. E
DEcreta & Decretalia. 29. C. 30. B. 73. E
Dion. 18. F. 68. D. 75. B. C
Dionyſius Halicarnaſſæus. 72. C
Dioſcorides. 60. F. 61. A
ENnius. 49. A
Euphorbus. 89. D. 90. A

INDEX AUCTORUM.

Eusebius Cæsariensis. 1.A.83.B
Eustasius seu Eustachius di Matera. 15.A.B.D.E.38.F.46.B.50.F.51.A
Eusthenius. 89.B.90.C
Eutherius. 23.E
FAbius Jordanus. 88.F
Fabritius (Jo.) 11.E
Facius (Bartholomæus) 7.C.F
Faëtanus (Matth.) 53.D
Falconi (M.A.dell.) 64.E
Florus. 34.B
Franciottus. 50.F
Frobenius (Jo.) 13.D
GAlenus. 34.B.61.B
Gellius. 40.E
S. Gregorius. 35.B
HEerodotus. 40.E
Hilasius. 89.E.90.B
Historiæ & Annales Beneventi MSS. 9.F
Historia Barbarorum. 6.B
—— *Gothorum.* 76.F
—— *Montis Cassini.* 6.B
—— *Montis Virginis.* 6.B
Homerus. 43.D
Horatius. 52.A.63.E.F
Hugonius (Pompejus) 70.E
Hyginus. 40.E
INscriptiones Antiquæ. 3.E.F.4.A.9.E.10.D.12.E.75.E.88.F
—— *Novæ.* 9.A.88.B
Josephus. 13.B.52.E
Julianus. 89.D.90.B
Justinus Martyr. 81.C.82.F
Juvenalis. 34.A.74.E
LActantius Firmianus. 82.F.84.E
Lampridius. 59.D
Livius. 2.C.D.69.E.77.E.78.C
Liber de Balneis MS. 51.C
Loffredus (Ferrantes) 64.E
Lombardus (Franciſc.) 51.D
Lucanus. 34.B.63.A
Lucretius. 42.A.49.A
MAcrobius. 53.F.68.E
Martialis. 39.D.55.A
Martianus Capella. 84.C
Martyrologium Romanum. 73.F.74.A.78.B
Maurus (Fr.) 53.E.90.D
Maximianus. 89.B.90.D
Maximus Tyrius. 43.D
Molsa (F. Marius) 91.A
NÆvius. 82.F
Nathanaël Chytreus. 11.F
OPpianus. 56.A
*Ovidius.*23.B.40.E.81.A.B
PAlladius. 89.E.90.B
Paulus Diaconus. 5.D
—— *Jovius.* 80.F
Pausanias. 1.A.40.D
Pedianus. 33.C
Petrarcha (Fr.) 80.F.86.F
Petronius. 21.C
Plantimonus (Matth.) 10.C
Plautus. 49.A.63.E
Plinius. 2.D.3.D.4.A.12.E.16.E.17.A.B.21.B.24.D.32.E.34.B.36.B.39.F.40.B.48.E.49.C.52.F.53.A.54.F.55.C.62.D.68.D.70.A.C.71.B.84.B.85.C
Plutarchus. 40.E.64.B.C.70.F.71.B
Polybius. 62.F
Pompejanus. 89.C.90.D
Pomponius Lætus. 9.C
Pontanus (Jo.) 22.C.D.34.B.53.B
Portarellus. 22.B.33.E.72.F.89.A
Portus (Simon) 36.F
Propertius. 52.E
Ptolemæus. 72.C
RAzzanius (Alb.) 80.F.88.A
Reusnerus (Nic.) 11.D
Roscius (Jul.) 11.C
SAnfelix (*Anton.*) 21.E.38.C.49.C.65.C
Sannazzarus (Jacob.) 55.E.79.B
Seneca. 13.D.45.F.64.B.71.F.72.A.86.A
—— *Tragicus.* 49.E
Servius. 42.A.44.A.65.B.52.F
Severus. 21.D
Sibyllina Carmina. 83.C
Silius Italicus. 1.B.21.C
Solinus. 40.C.72.C
Spartianus. 10.E.33.A.59.C.64.D
Statius. 1.B.C.34.B
Stephanus. 1.A
Strabo. 1.E.12.C.D.22.A.39.E.41.F.42.C.49.C.60.D.65.B.75.D.80.A.85.F.87.B
Suetonius. 13.F.14.A.C.17.F.18.A.C.47.E.F.66.A.61.C.73.D.74.D
Suidas. 83.F
TAcitus. 2.A.39.C.48.C.D.57.F.63.B.64.F.66.D.75.D
Theophrastus. 60.F.62.B
Tibullus. 63.D
Toleto (Petrus Jac. de) 38.C
Toscanus (Jo. Matth.) 91.A
VAlerius Maximus. 58.C
Varro. 55.B.70.C.84.C.86.C
Vecchio (Petrus) 35.E
Vibius Sequester. 43.B.44.E
Virgilius. 42.B.C.44.E.49.B.D.68.F.72.C.74.F.78.B.80.B.C.E.F
Vitalis. 89.C.E
Vitruvius. 12.E.50.F.60.C
Vivius (Franciſcus) 12.B
Ulpianus. 2.E
Volaterranus (Raphaël) 80.F
Vomanus. 89.D.90.A

Neap. 18 Maji MDCVI.

Imprimatur

Iſidorus Moſcovius *Vic. Gen.* Neap. *Mag.* Cornelius Tiraboſcus *Præd. Ord. Curiæ Archiep. Theolog.*

INDEX CAPITUM.

CAP. I. *DE Urbe* Puteolis. Pag. 1.A
II. *De Portu.* 12.B
III. *De Monte* Olibano *& Balneis quibuſdam prope littus Maris.* 14.C
IV. *De Theatro.* 16.B
V. *De Amphitheatro, quod nunc* Coliſeo *vocatur.* 17.E
VI. *De Ciſternis, quas incolæ vocant* Labyrinthum. 20.E
VII. *De* Solfatara *ſeu* Leucogæis *Montibus.* 21.B
VIII. *De Villa* Marci Tullii Ciceronis *vocata* Academia. 32.B
IX. *De Monte* Gauro, *quem Incolæ nuncupant* Monte Barbaro. 33.F
X. *De Laconicis & Sudatoriis ſeu Spiramentis* Agnani. 34.D
XI. *De caverna nuncupata* Canum, *ubi omne vivum ingreſſum, occiditur & ſuffocatur.* 35.F
XII. *De Montanis novis.* 36.C
XIII. *De Monte* Chriſti. 38.D
XIV. *De Lacu* Lucrino. 39.C
XV. *De Lacu* Averno. 42.A
XVI. *De canali ſeu foſſa, quam fieri juſſit* Nero *Imperator prope* Avernum, *tam lata & alta, ut ibidem navigare liceat.* 46.C
XVII. *De palude* Acheruſia, *quæ barbarè vocatur* Lacus di Coluccia. 48.F
XVIII. *De Balneo* Ciceronis, *& Sudatorio* Fritole. 50.A
XIX. *De oppido* Bajis, *& vivariis piſcium, quæ in ſinu ipſius habuere* Romani. 51.D
XX. *De Thermis, quas incolæ* Trugli *nuncupant.* 57.D
XXI. *De Palatiis* C. Marii, Pompeji, Cæſaris, Piſonis, *item* Mammææ *Matris* Alexandri *Severi Imperatoris.* 63.A
XXII. *De Templis* Herculis, Veneris *&* Dianæ, *ut & Villa* Baulis, Agrippinæ *deliciis.* 65.A
XXIII. *De Circo, quem incolæ vocant* Mercato di Sabato. 69.C
XXIV. *De Piſcina ſtupenda, Villaque* Luculli, *&* Centum Cellis. 70.C
XXV. *De Villa* Servilii Vaciæ. 71.E
XXVI. *De Promontorio* Miſeno *& Caverna* Trachonaria. 72.B
XXVII. *De Portu* Julio, *vocatoque hodie* Portu Maris Mortui, *quos conſtruxêre* M. Agrippa, *&* Auguſtus *Imperator.* 74.C
XXVIII. *De* Cumis, *Arcuque* Felici, *& Sancta Sylva* Hamorum, *ut & de antro* Petri Pacis. 76.B
XXIX. *De Antro* Sibyllæ. 79.E
XXX. *De* Grotta, *ſeu Spelunca, quæ* Neapoli *euntibus* Puteolos *occurrit, ut & de Sepulcro* Virgilii. 85.A

SCI-

SCIPIONIS MAZZELLÆ SITUS ET ANTIQUITAS PUTEOLORUM, LOCORUMQUE VICINORUM.

Caput I.

De Urbe Puteolis.

Puteoli olim Dicæarchia.

Puteoli, prout Veteres scriptum tradiderunt, siti sunt in *Campania Felice*, quæ nunc alio nomine *Terra di Lavoro* appellatur, atque octo milliaribus à Neapoli absunt. Scribit *Eusebius Cæsariensis*, ante Regnum *Romanum* Regis *Tarquinii Superbi*, nomine *Dicæarchiæ* vocatos fuisse *Puteolos*, alii *Dicarchiam* scribunt. *Pausanias* & *Stephanus* appellant *Dicæam*, conditores ejusdem Urbis *Samios* iidem celebrant Auctores, qui *Samo* insula profecti Coloniam ibidem fecerint; Allecti hi aëris singulari temperamento & regionis amœnitate insigni, ex communi consilio prope Sinum *Bajanum* Urbem *Dicæarchiam* condiderunt, ex justo regimine appellatione deducta, quod e-

A quibus condita. B

2 nim *Latini* dicunt *justum* & *æquum*, id *Græcis* δίκαιον est. Unde apparet pristina modestiæ civilis atque obtemperationis laus, nulla regnante ambitione aut discordia, sed honesta quæ erant & decora, prævalentibus, quo communis Reipublicæ causa feliciter promoveretur. *Silius Italius* Lib. I. mentionem facit hujus Urbis, *Statius* etiam *Sylvarum* Lib. II. ubi ita de illa scribit:

C

Celsa Dicarchæi speculatrix villa profundi.

Volunt quidam à *Cumanis* ædificatam fuisse *Dicæarchiam*, illisque postea pro Emporio fuisse. *Cumanos* scribit *Livius* profectos *Chalcide*, Urbe *Eubœæ*, illuc pervenisse, primoque sedem fixisse in Insula *Pithecusa* seu *Ischia*, postea vero factos audaciores terram firmam occupasse; quod & ipsum scribit *Servius*.

Nemo tamen putet, pugnare hæc invicem, antiquam enim Originem suam ab *Eubœæ* populo *Chalcide* dirivant *Cumani*, ab *Atheniensibus* vero *Chalcidenses*, ita ut omnes ex *Græcia* sint oriundi; quod & Antiqui *Puteolorum* docent Nummi, qui hodieque sunt obvii, atque ab altera parte *Apollinem* habent cum hac inscriptione ΠΥΤΕΟΛΙΤΩΝ. ab altera parte Minotaurum cum iisdem literis *Græcis* subtus scriptis.

D *Nummi Antiqui.*

Nomen illud Dicæarchiæ longo tempore obtinuit, ad *Hannibalis* scilicet usque *Carthaginensis* in *Italiam* adventum. Quo tempore Senatus *Romanus* veritus, ne illuc sese verteret Dux *Poenus*, misit *Puteolos* seu *Dicæarchiam*, cum præsidio militum *Q. Fabium*, qui observans locum illum aquis carere, Puteos ubique excavari fecit, in Civitatis atque militiæ commodum, unde postea contigit, ut mutato inde nomine pro *Dicæarchia* vocata fuerit *Puteoli*; licet alii à Sulphureis ibidem Puteis ita appellatam fuisse velint. *Strabo* Lib. V. verba de eadem faciens, ita loquitur: *Deinceps* Puteolanum *litus*, *& oppidum ipsum*, *quod antea quidem* Cumanorum *fuerat emporium quod-*

Hannibalis adventus & doli. E *Fabius Puteolos missus.* *Puteoli unde dicti.*

A 3 *dam in supercilio constructum*, *bello autem*, *quod ductu*, *& auspicio gerebatur* Annibalis, Romani *frequentius accolis habitatum reddiderunt*, *& nomine* e Dicæarchia *permutato*, *à puteorum frequentia* Puteolos *appellavere. Sunt etiam qui ab aquarum putore*, *qui per totum illum* Bajanum, *&* Cumanum *tractum existit*, *ubi & sulphuris & ignis aquarum calidarum plena sunt omnia*, *derivant.*

Meminit ejusdem Urbis *Tacitus* Lib. XIV. *Annalium*, scribens: *At in* Italia *vetus oppidum* Puteoli, *jus Coloniæ*, *& cognomentum à* Nerone *adipiscuntur. Veterani* Tarentum, *&* Antium *adscripti*, *non tamen infrequentiæ locorum subvenêre*; *dilapsis pluribus in Provincias*, *in quibus stipendia expleverant. Neque conjugiis suscipiendis*, *neque alendis liberis sueti*, *orbas sine posteris domos relinquebant. Non enim*, *ut olim*, *universæ legiones deducebantur cum Tribunis*, *& Centurionibus*, *& sui cujusque ordinis militibus*, *ut consensu*, *& charitate Rempublicam efficerent: sed ignoti inter se diversis manipulis*, *sine rectore*, *sine affectibus mutuis*, *quasi ex alio genere mortalium repente in unum collecti*, *numerus magis quam Colonia. Comitia Prætorum arbitrio Senatus haberi solita*, *quod acriore ambitu exarserant*, *Princeps composuit*; *treis qui supra numerum petebant*, *legioni præficiendo. Auxitque patrum honorem*; *statuendo*, *ut qui à privatis judicibus ad Senatum provocavissent*; *ejusdem pecuniæ periculum facerent*, *cujus ii qui Imperatorem appellavêre: nam antea vacuum id solutumque pœna fuerat.*

Titus Livius Lib. IV. narrat *Annium* Consulem à Senatu obtinuisse, ut novæ Coloniæ in quinque missæ fuerint Civitates ad Mare, quas inter & *Puteoli* fuerint; Libro autem XXV. scribit, *Hannibalem Carthaginensem* profectum fuisse ad *Avernum*, specie sacrificaturi, sed revera ut *Puteolos* diriperet; Libro idem XXXIV. demonstrat *Annibalis fraus.* Coloniam *Romanam* deductam illuc fuisse, his verbis: *Coloniæ civium* Romanorum *eo anno deductæ sunt*, Puteolos, Vulturnum, Linternum, 4 *trecenti homines in singulis deduxerunt Triumviri* T. Sempronius Longus, (*qui Consul erat*) M. Servilius, Q. Minutius Thermus. *Ager divisus est*, *qui* Campanorum *fuerat.*

Narrat idem Libro XLV. *Masgabam* ibidem appulisse *Masanissæ* filium, *Romam* iturum. In Coloniarum vero Libro hæc scribuntur: *Puteoli Colonia Augusta iter populo R. debetur ped. xxx. ager ejus in jugeribus veteranis*, *& Tribunis Legionariis est adsignatus.* *Plinius* describens *Italiam*, ubi ad *Puteolos* venit, hæc commemorat: *In ora* Savo *fluvius*, Vulturnum *oppidum cum amne*, Linternum, Cumæ Chalcidensium, Misenum, *portus* Bajarum, Bauli, *Lacus* Lucrinus, *&* Avernus, *juxta quem* Cimmerium *oppidum quondam*, *dein* Puteoli *Colonia* Dicæarchia *dicti*, *post* Phlegræi *campi*, Acherusia *Palus* Cumis *vicina*, *&c.*

Masgaba Masanissæ filius.

Puteolorum quoque mentionem facit celeberrimus JCtus *Ulpianus* Lege I. ff. ad Municipalem Lib. II. dicens:

Ulpiani testimonium.

dicens: *Municipem autem aut nativitas facit, aut manumissio, aut adoptio, & proprie quidem Municeps appellatur muneris particeps recepti in civitate, ut munera nobiscum facerent, sed nunc abusive municipes dicimus suæ cujusque civitatis cives, ut puta* Campanus, Puteolanus. *Qui ex duobus igitur* Campanis *parentibus natus est*, Campanus *est. Sed si ex patre* Campano, *matre* Puteolana, *æque municeps* Campanus *est*.

Benjamin Tudelensis refutatus. *Benjamin Tudelensis*, *Judæus*, qui Pontificis *Alexandri* III. temporibus, atque Imperatoris *Frederici Barbarossæ* vixit, in *Itinerario* suo scribit, *Surrenti* nomen prius habuisse *Puteolos*, conditoremque fuisse *Sinsan Hadar Ghezer*, quod à vero longissime esse remotum, omnes (qui Historias norunt) facile advertent; in nullo enim Antiquo invenitur Scriptore, *Puteolos* antiquitus *Surrentum* dictos fuisse, aut tali nomine ejusdem appellatum conditorem. *Judæi* vero ejus verba hæc sunt: *Inde autem* Puteolos Surrentium *olim dictam magnam* Urbem, *quam* Sinsan Hadar Ghezer *condidit*, Davidis *regis metu fugatus*, *in eumque devectus locum*, *inundatione vero maris populus illius duabus urbis partibus obrutus*, *demersusque est*, *hodieque visuntur turres*, *& fora in aquis demersa*, *quæ in media urbe quondam fuerant*, *eodem autem loco fons scaturit*, *in quo bitumen invenitur*, Petroleum *vulgo dictum*, *quod ex aquis*, *quibus innatat*, *collectum ad medicinæ usus reponitur. Sunt autem illic thermæ nativæ aquis medicatissimis*, *quæ à variis ægrotantibus salubri usu petuntur*, *maxime vero à* Longobardis, *qui æstivo tempore remedii quærendi causa veniunt*.

Puteoli Parva Roma. Urbs *Puteoli*, quum sita sit in felici ac nobili aëris temperie, in tanta apud *Romanos* fuit existimatione propter pulcherrimum ejusdem situm (à Mari enim alluitur placidum feriente littus) ut nemo delicatior Civis ibi non Villas suas habuerit, atque ibi venerit æstivatum, quare propter incolarum frequentiam *Parva Roma* à *Cicerone* dicta fuit; *Romæ* enim subjacet, & communi consensu Scriptorum, atque ex *Averroës* Lib. II. *Meteorolog.* auctoritate, saluberrimo, præ omnibus vicinis locis, gaudet aëre.

Scribit etiam *Plinius*, illum *Sullam*, abdicata Dictatura, *Puteolos* sese contulisse, ut reliquum vitæ in quiete ibidem degeret. Atque adeo magnam olim & magnificam credibile est fuisse Civitatem; idque non solum sumtuosa testantur ædificia, Templa, Amphitheatra, Theatra, Circi ingentes Moles, Portusque admirabilis, totque, quæ terris effodiuntur, Columnæ & marmora, verum & Imperatoriarum Inscriptionum magnificentia nobilitat. In cujus rei confirmationem sequentia hæc exemplum præbere possunt.

6 D. D. N. N. IMPP. CAES. TRAIANVS P. P. INVICTVS AVG. MVRIS CVRIONENSIBVS AEDIFICIIS PROVIDENTIA SVA INSTITVTIS. ATQ. ERECTIS PORTAM PVTEVLANORVM HERCVLEAM VOCARI IVSSERE.

Item & hæ infrascriptæ.

IMP. CÆSAR L. SEPTIMVS SEVERVS, PIVS, PERTINAX, AVGVSTVS, ARABIC. ADIAB. PARTICVS, MAXIMVS TRIB. PONT. IX. IMP. XII. COSS. II. P. P. PROCONS. ET IMP. CAESAR MARCVS AVRELIVS ANTONINVS PIVS AVG. TRIB. POT. IIII. PROCOS. E. VIAS RESTIT. A. PVT.

A IMP. CAESAR D. NERVAE F. NERVA TRAIANVS GERMANICVS PONT. MAX. TRIB. POT. VI. IMP. II. CONS. IIII. P. P. INCHOATAM. D. NERVA PARTE SVAM PERFICIENDAM CVRAVIT.

Magnæ quoque famæ fuit Purpura *Puteolana* apud Antiquos, ita ut bonitate pretiosissimam illam *Tyriam*, *Getulicam*, atque *Laconicam* vincere crederetur. *Plinius* enim de illa agens, dicit Lib. XXXV. Cap. VI. *Quare* Puteolanum *potius laudatur*, *quam* Tyrium *aut* Getulicum, *unde* 7
B *pretiosissimæ purpuræ*.

Prima Urbis clades ab Alarico accepta. Clades Barbarorum insultibus pati incepit hæc Urbs A. Chr. CCCCVI. Majestate enim Imperii tunc collabescente, *Alaricus*, *Visigothorum* Rex, *Christianæ* religionis (hic in Imperio successerat avunculo suo *Radagaso*) ducentis *Gothorum* millibus stipatus, per *Forumjulii* intravit *Italiam*, ut in *Gallias* penetraret, verum incitatus perfidia *Stiliconis Vandali*, Ducis Imperatorum *Arcadii* atque *Honorii*, Magni *Theodosii* filiorum, *Romam* versus exercitum duxit; atque anno CCCCXII. *Roma à Gothis capta anno 412.* Imperium obtinente solo *Honorio*, Pontificatum vero *Innocentio* I. Urbem *Romam* obsidione C cinctam, vi occupavit, atque militibus in prædam concessit; ita ut nemini parsum fuerit, nisi qui in Templa sacraque loca confugisset. Tres vero tantum dies in Urbe commoratus, cum omnibus copiis in Regnum *Neapolitanum* perrexit, omnique *Campania Felice* devastata, inter alias Urbes *Puteolos* quoque igne atque ferro deturpavit. Atque hæc quidem prima fuit calamitas, quam humana vi passa Urbs hæc fuit post primam suam ædificationem.

Secunda sub Genserico. Secundam eadem Civitas passa est calamitatem per turbas, quas excitavit *Vandalorum* Rex *Gensericus*, qui anno CCCCLVI. ab *Eudoxia*, Imperatoris D *Valentiniani* filia, evocatus, ut hostem suum *Maximinum*, qui *Romam* occupaverat, expelleret; ex *Africa*, cujus *Carthagine* tenebat Imperium, cum valido exercitu trecentorum millium *Romam* contendit, Urbemque misere diripuit atque fœdavit, occisique *Maximini* lacerum cadaver in *Tyberim* præcipitari jussit. *Maximini cædes & contumelia.* In *Campaniam Felicem* inde profectus, ibi quoque cuncta vastavit atque deprædatus est, cædibus & calamitatibus omnia implens. Furores hujus haud experti fuêre *Puteoli*, occisis enim permultis civibus, 8 *Puteoli direpti.* direpti fuêre, atque incensi.

Totilas Rex Gothorum a. 545. E Anno dein DXLV. Rex à *Gothis* electus fuit *Totilas*, vir fortissimus, qui in *Lombardia* atque *Romania* multas egregias res gessit contra Duces *Justiniani* militesque *Græcos*. Hic, superata *Hetruria*, per *Umbriam*, sive *Spoleti* Ducatum, *Sabinos*, *Marsos*que, pervenit in regionem nunc *Terra di Lavoro* dictam; *Beneventum capit, Cumasque & Neapolim.* *Beneventum* vi cepit, Urbisque muros dejecit; *Neapolim* dein terrestri obsedit milite, Urbemque cepit. Interim, durante hac obsidione, *Cumas* quoque in potestatem redegit, *Puteolos* vero, defendentibus sese civibus, *Puteolos devastat.* funditus vastavit, ita ut direptæ Urbis muri etiam penitus disjecti fuerint. Quidquid itaque veteris F pulchritudinis ex anteactis superfuerat temporibus bellisque, omne tunc periit.

Ubi *Italia* excessit *Totilas*, desolati mansêre *Puteoli*, atque per XVI. annos sine incolis. Pulcherrima itaque ædificia, Regum quondam atque Imperatorum hospitia, speluncæ gregis pastorumque factæ sunt. Nobilem vero locum totque admirabilibus Naturæ donis instructum non permisit Deus sine usu esse mortalium. Invitati enim piscatores quidam lucro, quod capiebant ex *Lucrino* Lacu, cœperunt *Puteolos* atque vicina lo-

Laudes Puteolorum.

ca reædificare. Resque fuit admiratione non indigna, Urbem hanc ab iisdem *Græcis*, à quibus olim originem traxerat, postea rursus instauratam fuisse. Dum enim in eo sunt isti piscatores, ut sedes casasque sibi ibidem constituant, advenêre quinque *Græcorum* naves tempestatibus illuc appulsæ. Hæ *Calabriam* versus iter instituerant, verum quum bonitatem ibidem cernerent regio-

Græci Urbem instaurant.

9 nis, maxima pars hæserunt, atque & ipsi instaurare cœperunt semidiruta præteritis bellis ædificia. Addidêre postea sese comites & alii ex vicinis regionibus; atque ita incolis rursus aucta fuit Civitas.

Longobardi a. 568. Italiam occupant.

Sequentibus itaque annis, nullo belli concussa B tremore felix dici merito poterat; verùm anno DLXVIII. irrumpentibus in *Italiam Longobardis*, expulsisque in universum *Gothis*, nullus non fuit locus, quin Barbaræ feritatis vulnera senserit. Re-

Reges habent usque a. 774.

ges in ea gente fuerunt usque ad annum DCCLXXIV. qua tempestate omnem vim intenderunt, ut non solum ipsam *Romani* soli immutarent linguam, literarumque ductus, populorumque mores, leges-

Omnia dein mutant.

que antiquas Romanorum Veterum Imperatorumque; verum etiam consuetum Imperii summique Magistratus morem & appellationes. Constituerunt enim sex summas in *Italia* Dominationes, quatuor scilicet Ducatus & duos Marchionatus. Ducatus hi fuêre: *Beneventi*, *Spoleti*, *Turini*, *Forijulii*; Marchionatus, *Anconæ* & *Tarvisiæ*.

Romoaldus II. Dux Beneventi, Cumas & Puteolos capit.

Hisce temporibus, quum Barbaræ hæ Gentes *Italiam* sui plane juris facere & retinere cogitarent, *Romoaldus* II. nonus *Beneventi* Dux, anno DCCXV. dilatare Dominationem suam cupiens, *Cumarum* Arcem obsedit, captoque loco isto, *Puteolos* in potestatem suam redigere studuit. Quod ubi minus aperta vi processit, proditione tandem transactum est. Homo vero naturâ crudelis & immitis, indignatus propter defensionem loci, incolas simul omnes, quotque armatos offendit, occidi jussit, Urbemque, accenso igne, cremari. Verum haud inulta permansit hæc crudelitas.

Cumæ receptæ,

Collecto enim subito milite, de noctu atque improviso Castellum *Cumanum* adortus *Joannes*, Dux *Neapolis*, illud recepit, omnesque (qui magno numero intus erant) *Longobardos* trucidavit.

10 Narrat *Paulus Diaconus* Papam *Gregorium* II. ex pacto, pro Castelli ejus recuperatione septuaginta auri libras solvisse.

& rursus captæ à Longobardis, atque amissæ.

Anno autem DCCXLV. *Longobardi Beneventani* proditione *Cumas* rursus occuparunt, cumque nullo modo restituere vellent, *Stephanus* II. Pontifex, adjutus ab illo, qui vice Imperatoris *Neapolim* regebat, furto easdem recepit, cæsis ad quadringentos circiter *Longobardis*. Nec ulterius tunc

Luitprandus XVI. Longobardorum Rex.

quidquam gestum est; *Luitprandus* enim XVI. *Longobardorum* Rex, pacem cum *Romanis* fecit, intelligensque in *Romoaldi* mortui locum suffectum à loci istius *Longobardis* infantem adhuc filium *Gisulfum*, ivit *Beneventum*, eoque abdicato, nepotem suum *Georgium* Ducem constituit.

Restituta ita quiete, aucti rursus ex vicinia incolis sunt *Puteoli*, altaque pace gavisi sunt usque ad a. DCCCCXXXIII. quo res *Italiæ* turbatæ sunt per Duces *Romani Leucapeni*, Imperatoris *Constantinopolitani*. *Atenulfus* tunc adscito in societatem *Spoleti* Marchione, aliisque Principibus vicinis (ipse autem *Beneventi* & *Capuæ* dominus erat) egregie sese à *Græcis* defendit. Ubi vero cum honore *Beneventanorum* quievit ista belli moles, alia paullo post orta est tempestas: undique enim irrumpentibus Barbaris, omnia loca inundatione hac damnum aliquod passa sunt. *Hun-*

Hungarorum in Italiam adventus.

gari hi erant, qui in circuitu *Capuæ* castra metantes, infinita omnibus circa locis damna attulerunt,

A qualia & *Beneventum*, *Sarnum*, *Nola*, *Puteoli*, omnesque in circuitu Urbes totius *Campaniæ Felices*, illorum feritate expertæ fuerunt. Præter spolia enim prædasque undique convectas, ipsas etiam gazas *Montis Cassini*, magnumque sacrorum instrumentorum numerum direptas, turba ingens captivorum hominum abacta fuit. Virtute tandem *Marsorum Pelignorumque*, qui sese adunaverant, penitus deleti sunt, ingensque ab iisdem reportata præda est.

Montis Cassini Thesaurus. 11

Tot quidem malis afflicti *Puteoli* semper tamen novos incolas ex vicinia adepti sunt, sicut superius demonstravimus. Fecit hoc aëris puritas, situs marisque opportunitas atque agrorum fertilitas. Neque alias adusque hæc tempora Barbarorum clades passa Civitas legitur, nisi quod *Normannorum* temporibus crebrius armorum concussa terrore fuerit.

Ubi enim illorum arma *Apuliam* inquietarunt, *Rainulfus*, celebris *Normannorum* Dux, affinitatem iniit cum *Sergio*, Duce *Neapolis*, atque ut tanto validius *Capuæ* Principi resistere posset, ab eodem creatus fuit Comes *Aversæ*. Quum vero hic *Rainulfus* fortis admodum & excellens vir esset, *Puteolanorum* sibi etiam favorem conscivit. Id quod sentiens *Pandulfus* Princeps, arma circumspicere C cœpit. Contra hunc licet virtus illos *Rainulfi* defenderet, tamen non expertes cladium fuerunt gravissimorum.

Normannorum tempora. Sergius Dux Neapolis.

Anno autem MXXXVIII. in *Italiam* venit Imperator *Conradus*, inimicitiarum causa, quas cum *Mediolanensi* gerebat Archiepiscopo; quum vero idem intellexisset, quam indignis modis à *Capuæ* Principe divexarentur Monachi *Cassinenses*, armata manu ad *Montem Cassinum* perrexit, atque inde Patrum lamentis excitatus, è vestigio *Capuam* versus movit. Hujus Princeps, dignas metuens pœnas, Arci *S. Agathæ* sese inclusit, quam mirabiliter munivit. Quum itaque expugnare D eamdem nullo modo valeret Imperator, ipsum Principatu movit, ejusque loco constituit *Guaimarum* Principem *Salerni*, atque *Aversæ* Comitatum *Rainulfo* confirmavit, illique insuper liberum concessit Dominium *Puteolorum*; Archiepiscopum *Capuæ Adenulfum*, custodiæ mandatum à Principe, liberavit.

Imperatoris Conradi res gestæ in Italia.

Mortuo deinde *Rainulfo* in Comitatu illi successit frater *Richardus*, vir animi excelsi & manu strenuus. Hic *Aversæ* Dominio non contentus, ubi infortunium Principis *Capuæ* vidit, animum etiam ad ipsam adjecit *Capuam*. Moritur interea Princeps *Pandulfus*, qua Fortunæ occasione usus E *Richardus*, arcta obsidione Urbem cinxit. *Capuani* fame atque necessitate compulsi, Urbem seque dederunt, atque ita ad Comitem istum pervenit nobilissimus ille atque antiquissimus *Capuæ* Principatus anno MLXII.

12

Duces Capuæ: Richardus,

Moritur deinde a. MLXX. *Richardus*, cui filius successit *Jordanus*, Princeps benignus & dives, qui diem suum obiit a. MXCIII. paternamque ditionem capessens *Richardus* II. conjurationem *Capuanorum* est expertus, verum detecta fraude rebellionis capita graviter castigavit; atque alta deinde pace fruens, mortuus est, successore relicto fratre *Roberto*, qui egregius Pontificii juris F assertor fuit contra insolentiam Imperatoris *Henrici*.

Jordanus. Richardus II. Robertus,

Diem suum obiit hic *Robertus* a. MCXX. nullaque prole relicta, successorem habuit nepotem *Richardum* III. brevis ævi Principem, quem excepit patruus *Robertus* II. *Jordani* Principis frater. Ipso autem *Roberto* etiam hoc mortuo anno MCXXI. pervenit Principatus ad *Jordanum* II. qui ultra sex annos vitam haud produxit, successitque illi filius *Robertus* ejus nominis III. Hujus tem-

Richardus III. Robertus II. Jordanus II. Robertus III.

poribus vivere desiit Pontifex *Honorius*, Cardinalibus vero dissentientibus Anti-Papa creatus fuit *Petrus*, filius *Pier-Leonii*, civis *Romani*, potentis viri & factiosi. Vocari hic sese fecit *Anacletum* II. Verum Princeps noster secutus fuit partes *Innocentii* II. atque cum illo *Pisam* profectus est; *Rogerius* autem *Normannus*, Dux *Apuliæ* & *Calabriæ*, factionem *Anacleti* fovit; à quo & an-
13 no MCXXXI. Utriusque *Siciliæ* coronam obtinuit, atque Principatum *Roberti* nostri occupavit; atque hinc brevi temporis spatio, ejectis *Saracenis*, pulsis *Græcis*, antiquis locorum Principibus dejectis, & reliquis omnibus, una cum ipsis *Normannis* suis, imperio suo subjectis, admirabili usus felicitate, gravissimus atque potentissimus Rex evasit.

Rogerius Normannus occupat principatum *Capuæ*, & fit Rex *Neapolis*.

Quæ quidem omnia breviter perstringere voluimus, ut pateret, quomodo Regibus subjecti fuerint facti *Puteoli*. Fidelis vero semper hæc Civitas fuit *Renato Andegaviensi*, tempore illo, quo graviter premeretur Regis *Arragonensium Alphonsi* armis; quumque tantum non perditis *Andegaviensis* rebus, adeptoque victoriam *Arragonensi*, tota Provincia *Terræ di Lavoro* sese ad victoris *Alphonsi* arbitrium composuisset, exceptis Turre *del Greco* & *Puteolis*, qui ausi fuerunt victoriosis Regis copiis resistere. Narrat historiam hanc *Bartholomæus Facius*, *de Gestis Regis Alphonsi* Lib. VII. in initio, his verbis: „*Alphonsus* recepta *Aversana* arce tantis rerum successibus sublatus, dimissis in hyberna copiis, ut de pecunia in stipendium militi prospiceret, *Cajetam* profectus est. Post hæc *Capuam* reversus ineunte vere copiis eo convenire jussis, *Puteolos* petere decrevit; si forte posset terrore illato oppidanos ad deditionem compellere. Nullum enim hostile oppidum in *Campania*, præter *Puteolos*, & Turrim, quam *Octavii* vocant, relictum erat. Itaque ut omne subsidium rei frumentariæ, & commeatuum hosti à terra eriperetur, *Puteolos* primum ducere instituit: cujus quidem rei agendæ commodissimum tempus esse existimabat: quod hostium non erant per id tempus eæ copiæ, quibus possent ejus conatibus obviam ire. Itaque eo profectus castra oppido, paululum extra teli jactum admovet; & quoniam oppugnatio periculosa, atque irrita propter naturalem situm videbatur,
14 „ deterrendo oppidanos, magis quam oppugnando, tempus terebat. Est enim situm id oppidum in rupe excelsa, atque undique præcipiti; cujus tres ferme partes ambit. Reliquam partem tum ipsa maris altitudo, tum murus circumductus inexpugnabilem efficit. Unus modo aditus, & is quidem angustus per pontem in oppidum erat, nec absque classe, propter facultatem importandorum mari commeatuum, obsideri poterat, qui cum *Genuensium* onerariis eo importari, contemptis hostium triremibus, poterant. Quumque aliquot dies moratus oppidanos à deditionis consiliis abhorrere animadverteret, ut eos populationis metu, à pertinacia revocaret, vites; & arbores, quæ circa oppidum erant, succidit; motisque inde castris *Neapolim* transgressus, ad *Vesevum* montem, haud procul ab oppido *Turri* castra ponit, &c.

Alphonsus Puteolos frustra oppugnat.

Addit paullo post idem *Facius* Lib. VII. eodem, quomodo *Puteoli* de novo à Rege *Alphonso* copioso milite obsessi fuerint, atque tandem destituti omni ope, deficientibus quoque præsidiario militi cibariis, coacti fuerint Regi sese tradere, verumtamen sub honestis conditionibus, sicuti ex sequentibus apparere potest: „Atque inter apparatum rerum, *Capreas* oppidum
A „ in insula ejusdem nominis situm, oppidanorum quibusdam tradentibus cepit: quo capto, reliqua insula, missis eo triremibus, quas tum habebat, absque certamine potitus est. Ad hanc insulam quum forte rostrata, qua pecunia ex *Gallia Renato* afferebatur, paulo post appulisset, facti nescia, comprehensa atque direpta est, omnia jam *Alphonsi* felicitati permittente fortuna. Protinusque *Neapolim* cum exercitu profectus, ad castra vetera consedit: is enim locus visus est castris maxime idoneus; tum propter pabuli, & aquarum copiam, tum quod in collem molliter assurgens, facile mu-
B „ niri poterat. Hunc à Septentrione, atque à Meridie eminentem simplici vallo, ac fossa,
„ ab Oriente, quod ea pars plana, & ob id mi- 15
„ nus tuta videbatur, duplici fossa, ac vallo, crebrisque turribus in castelli modum communivit, magno tormentorum numero idoneis quibusque locis imposito, his munimentis præfecto *Ferdinando* filio admodum puero, recens cum navibus ex *Hispania* ad se profecto, magna tum, atque præclara indole, quem omnino *Corellæ* regendum dederat, quo cum parte copiarum in castris relicto, ipse *Puteolos* cum reliquo exercitu profectus est. Prius enim id
C „ oppidum sibi expugnandum videbatur, ne quid omnino circa urbem *Neapolim* relinqueretur, quod obsessorum spem aliquo modo aleret; castrisque prope oppidum positis, rostratas accersit, quæ mari commeatus importari non sinerent, tormentisque eodem convectis infestare oppidanos cœpit. Hi vero naturali situ freti, quamdiu iis copia fuit rei frumentariæ obsidionem tulêre: nec ullis terroribus injectis ad deditionem compelli potuerunt. Postquam vero res frumentaria deesse cœpit, subsidiique desperatio animos subiit, missis, qui cum Re-
D „ ge de deditione agerent, atque iis, quæ postulabant, impetratis, confestim *Alphonso* portas aperuerunt.

Alphonsus Puteolos recipit.

Terræmotibus insuper, quibus Urbs hæc continue per complures annos subjecta fuit, insignia accepit damna; ita ut incertum sit, utrum terræ magis tremoribus an insultibus Barbarorum devastata & desolata fuerit. Anno enim MCXCVIII. imperante *Frederico* II. tanta vis ignis una cum maximis lapidibus ex *Solfatara* erupit, ut omnis in circuitu regio sit devastata; quo eodem tempore Terræmotum quoque sensit tantum, ut nullum sine aliqua labe fuerit ædificium, magnaque inde strages fuerit edita. Die dein XXX. Decem-
E bris anno MCCCCLVIII. regnante *Alphonso Arragonensi*, rursus tam gravem terræmotum sensit, ut multis pereuntibus mortalibus, publica & privata ædificia plurima corruerint, quædam à fundamentis diruta fuerint, alia etiam, dehiscente terra, penitus absorpta fuerint. Verum horum omnium haud exstitit ullus tam memorabilis,
quam qui accidit anno MDXXXVIII. neque enim 16
ab hominum memoria similis ibi accidisse fertur, ita, ut quæcunque à prioribus ruinis superfuerant ædificia, penitus diruta fuerint vel terris absorpta, paucissimis exceptis, sic ut misera Civitas, durantibus per aliquot dies hisce terroribus, de-
F solata quasi & inhabitata remanserit. Neque sola hujus damni fuit particeps, verum senserunt quoque *Tripergula* & piscosus quondam ille Lacus *Lucrinus*.

Terræmotus *Puteolis* anno 1198.

30. Dec. anno 1458.

Terræmotus maximus anno 1538.

Puteoli incolis orbati.

Et desolati penitus forsan remansissent *Puteoli*, nisi generosus ille Don *Petrus Toletanus* (tunc temporis Vice-Regis ibidem) *Puteolos* incolis frequentari rursus volens, superbissimum in loco illo exstruxisset Palatium, quod Ædibus amplissimis & pulcherrimo Horto ab eodem exornatum fuit,

Don *Petrus Toletanus* exornat *Puteolos*.

fuit, sicut & ipsam Urbem insigni Fontium decore & utilitate decoravit, quare multi quoque Nobiles *Neapolitani*, æmulationis gloria accensi, ibidem magnifica ædificia suscitarunt. Quæ autem ipse Don *Petrus* ibidem exstrui fecerit, cognosci possunt ex ejusdem Epitaphio, quod supra ejusdem Hortum conspicitur in hunc modum:

Ut & alii Nobiles *Neapolitani*.

17 PETRVS TOLETVS MARCHIO VILLÆ FRANCÆ CAROLI V. IMP. IN REGNO NEAPOLITANO VICARIVS, VT PVTEOLANOS OB RECENTEM AGRI CONFLAGRATIONEM PALANTEIS, AD PRISTINAS SEDEIS REVOCARET, HORTOS, PORTVS, ET FONTEIS MARMOREIS EX SPOLIIS, QVAE GARSIA FILIVS, PARTA VICTORIA AFRICANA REPORTAVERAT, OTIO, GENIOQVE DICAVIT; AC ANTIQVORVM RESTAVRATO PVRGATOQVE DVCTV, AQVAS SITIENTIBVS CIVIBVS SVA IMPENSA RESTITVIT, ANNO A PARTV VIRGINIS. MD. XL.

Epitaphium ejusdem.

Nihil itaque mirari oportet, quod ex tam nobili quondam Urbe *Puteolis*, tam parvæ antiquæ majestatis supersint reliquiæ; quum enim toties crudelitate Barbarorum devastata, & terribilibus terræmotibus diruta sit, mirum potius videri debet, quod, non dicam ædificia quædam, sed ipsæ adhuc ruinæ superfuerint.

Solent incolæ nostræ terræ peregrinis, huc spectatum venientibus, ostendere magnam copiam ossium Giganteæ atque inusitatæ plane ma-
18 gnitudinis. Unde *Pomponius Lætus*, vir doctissimus, atque Antiquitatis studiosissimus, spectans eadem, hos versus effudit:

Ossa Gigantum.

Pomponii Læti Carmen.

Huc quicumque venis, stupefactus ad ossa Gigantum,
Disce, cur Hetrusco *sint tumulata solo:*
Tempore quo domitis jam victor agebat Iberis
Alcides, *captum longa per arva pecus:*
Colle Dicarchææ, *clavaque arcuque* Typhonas
Expulit; & cessit noxia turba Deo.
Hydruntum *petiit pars, & pars altera* Thuscos;
Interiit victus terror uterque loco.
Hinc bona posteritas immania corpora servat,
Et tales mundo testificatur avos.

Cernitur adhuc in media Urbe satis integrum sumtuosissimæ fabricæ Templum, ex lapidibus quadratis marmoreis ingentibus constructum; ejusdemque Frontispicium intus & extra pariter totum est ex marmore, ornatum magnis altisque Columnis operis *Corinthii*; cerniturque desuper liminarium certus ordo admirabilis laboris atque magnitudinis. Hoc autem Templum à *Calpurnio*, Equite *Romano*, exstructum fuit in honorem *Octaviani Augusti*, inque ejus Frontispicio hæc Latina legitur Inscriptio:

Templum *Calpurnii* in *Augusti* honorem erectum.

CALPVRNIVS. L. F. TEMPLVM
AVGVSTO CVM ORNAMENTIS.
D. D.

Inferius autem alicubi hæ exstant literæ:

L. COCCEJVS. L. C. POSTVMI. L.
AVCTVS ARCHITECTI.

Hujus *Calpurnii* mentionem facit *Cornelius Ta-*
19 *citus*, ut & *Cicero* in Oratione contra *C. Antonium* & *L. Catilinam*. Postea vero Templum hoc, versum in usus *Christianos*, consecratum fuit in honorem *S. Proculi* Martyris, qui Diaconus fuit *S. Januarii*, Episcopi *Beneventani*, ejusdemque comes in subeundo martyrio, temporibus Imperatoris *Diocletiani*, anno CCLXXXIX. Martyris vero

S. Proculi Ecclesia.

S. Proculus patitur anno 289.

A hujus memoriam colit S. Ecclesia die XIX. Septembris, servaturque Sanctum ejus corpus in Ecclesia Majore: Protector enim Urbis habetur. Est & in eadem Ecclesia corpus *S. Celsi*, qui discipulus fuit *S. Petri* Apostoli, habeturque ibidem in magna veneratione corpus *S. Nicææ*, quæ *S. Proculi*, mater fuit.

Fit Protector *Puteolorum*.

Corpora SS. *Celsi* & *Nicææ*.

Magnope gloriatur hæc Civitas, quod una sit ex primis, quæ *Christianam* fidem receperint, ipso *Paulo* Apostolo Evangelium ibidem prædicante, isto tempore, quo ex *Calabria* atque *Rhegio* profectus nave *Puteolos* venit, atque per septem dies mansit, sicut patet ex Actis Apostolorum, ubi
B Cap. XXVIII. vs. 12. hæc leguntur verba: Καὶ καταχθέντες εἰς Συρακούσας, ἐπεμείναμεν ἡμέρας τρεῖς. Ὅθεν περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον· καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐπιγενομένου νότου, δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους. i.e. *Et cum venissemus* Syracusas, *mansimus ibi triduo; inde circumlegentes devenimus* Rhegium, *& post diem unum flante Austro secundo die venimus* Puteolos, *ibi inventis fratribus, rogati sumus manere apud eos dies septem.*

S. Paulus Evangelium prædicat *Puteolis*.

Habuit hæc Urbs antiquissimis temporibus superbissima multa Templa, quæ erexerunt Gentiles in honorem Numinum suorum, marium fœminarumque. Fuit quondam inter illa celeberri-
C mum *Dianæ* Templum, quod centum habuit columnas operis pulcherrimi: Statua hujus Deæ (prout scribit *Mattheus Plantemonus*, qui vidit) alta erat quindecim cubitos, habebatque grandes duas alas in humeris, atque ad dextrum latus leonem, ad sinistrum vero pantheram. Putant quidam hoc Templum ipsum illud esse, quod hodie- 20
que dirutum plane cernitur, in loco, qui à *Puteolanis* dicitur *Pisaturus*, ubi ante exiguum tempus inventæ fuere columnæ pulcherrimæ ingentes cum capitellis suis, operis *Corinthii*.

Mattheus Plantimonus.

Templum *Dianæ*.

Prope Ecclesiam *S. Francisci* exstat adhuc in-
D tegrum pro parte magnificum *Neptuni* Templum; atque in Hortis *Sangri* cernuntur erectæ prope invicem tres ingentes columnæ marmoreæ conspicuæ altitudinis, unde facile persuaserunt sibi plurimi, Templum illud *Neptuni* ibidem fuisse, sicut *Trevici* Marchio scribit; verum si fidem adhibere velimus Antiquæ Inscriptioni, nuper ibidem inventæ, Imperatori *Trajano* fuit dedicatum. Ipsa vero Inscriptio hæc est:

Templum *Neptuni*.

MAGNO . . . . INVICTO
IMP. CAES.
DIVI TRAJANI PARTHICI F. DIVI NERVAE NEPOTI TRAIANO . . . . HADRIANO AVG.
E PONT. MAX. TR. POT. V. COS. III. OPTIMO. MAXIMOQ. PRINC. P. DECRETO DECVRIONVM. POPVL . . . . . . CONSENSV.

Mortuo *Adriano* (ut in Vita ejus scribit *Spartianus*) ad *Bajas*, in Villa *Ciceronis Puteolana*, successor ejus *Antoninus Pius* pulcherrimum illi pro Sepultura exstruxit Templum, cujus hodieque ruinæ cernuntur tam grandes, ut facile pa- 21
teat fuisse magnificentissimum. *Spartiani* verba hæc sunt: *Post hoc* Adrianus Bajas *petiit*, Antonino Romæ *ad imperandum relicto, ubi cum nihil proficeret, accersito* Antonino, *in conspectu ejus apud ipsas* Ba-
F jas *periit, die sexto Iduum Juliarum, invisusque omnibus sepultus est in villa* Ciceroniana Puteolis. Dicitque idem in fine Vitæ Imperatoris ejusdem: *Acta ejus irrita fieri Senatus volebat, nec appellatus esset Divus, nisi* Antoninus *rogasset. Templum denique ei pro sepulchro apud* Puteolos *constituit, & quinquennale certamen, & flamines, & sodales, & multa alia, quæ ad honorem quasi Numinis pertinerent. Quare, ut supra dictum est, multi putant* Antoninum Pium *dictum.*

Adrianus Puteolis moritur.

Atque hæc quidem sufficiant de Templis, quæ antiquitus in hac Urbe erant; Dicamus nunc de incolentium genio. Regionis hujus habitatores bellicæ valde sunt naturæ, quod colligere vel inde facile licet, quod fusco colore sint omnes. Hinc morbi illorum biliosi plerumque sunt & breves, quum ad sanitatem conducant. Moribus austerioribus inveniuntur, neque literis liberalioribusque artibus multum dediti, verum applicantes sese vili exercitio piscationis, agriculturæ (sed ii paucissimi) arborumque culturæ. In rebus agendis clara altaque voce indignantium ritu utuntur; inveniuntur & qui nunquam riserint.

Mulieres ibidem valde sunt fœcundæ, atque amœnæ pulchritudinis, coloris aliquanto candidioris, verum tantum ex naturali fuscedine trahentes, ut virilem animum plerumque præ sese ferant. Nobiles hujus regionis tantopere dediti sunt venationi avium per falcones fringillariosque
22 ut non tantum publicas patriæ, sed & privatas domisticasque res negligant, unde per fervorem horum studiorum (seu potius Vitiorum) non raro grave paupertatis onus patiuntur.

In laudem hujus Civitatis multa docta Epigrammata à variis eruditione præstantibus viris sunt composita, quorum quædam propter excellentiam in suo genere apponere hoc in loco non dubitavi.

IN PUTEOLOS EPIGRAMMA
Julii Roscii Hortini.

Hic vires natura suas expressit, & auxit
Ars opus; eximius certat utrinque labor.
Illa homines miserata cavis è rupibus undam
Elicit optatam qua trahat æger opem.
Ars veterum monimenta virum, stagna, antra, lacusque
Ostentat, villas, templa, theatra, fora.
Ambarum claro tollit se gloria cœlo.
Quid magis obstupeat nescius hospes abit.
Gloria sed major surgit tibi, candida Syren,
Quæ gremio servas commoda tanto tuo.

NICOLAI REUSNERI LEORINI
Silesii.

Quæ tot aquæ jugis puteis urbs undique putet,
Justitiæ quondam claruit imperio:
Inde Minor Delus, Samiis *urbs, inde* Dicæa,
Atque Dicæarchis *nomine dicta fuit.*
Justitia est urbis Laus una, salusque beatæ
Maxima, perpetuis concomitata bonis.

23 G. FABRITII.

Quis non audivit veterem Dicæarchidos *urbem?*
Quæ calidis ab aquis, puteisque est nomen adepta.
Hanc Samii *posuere viri:* Delon*que Minorem*
Dixerunt: variis populis, & merce frequentem:
Tempore quam fore desertam populo inque frequentem,
Euboica *haud falso prædixit carmine vates.*
Vidimus innumeras templis, domibusque ruinas:
Quas tremor, & validi dederant proœmia venti:
Hic Auguste tibi surgentia marmore templa
Concussa, & magni moles operosa theatri.

NATH. CHYTRÆI.

Vidimus antiquas urbis Dicæarchidos *arces:*
Quam bene florentem Delum *dixere Minorem.*
Calligula, *& calidis illam conjungere* Bajis
Arte volens: validum sinuosa per æquora pontem
Struxit: adhuc cujus pilæ monimenta videntur.
Quas prope Misenus *medias procurrit in undas.*

Neque omittere aliud possum Epigramma, non minus doctum quam lepidum, quod subito calore effudit *Sebastianus Bagolinus*, juvenis multa bo-
A narum literarum cognitione instructus. Composuit autem id, quum mecum *Puteolos* viseret, est vero tale:

Salve urbs cui centum putei dant nomina, mallem,
Si Pu *longa foret, dicere* Puteoli
Tu mihi da pisces, ego do tibi carmina mille,
Iliadem totam pro Capitone *dabo.*
Addes si stultum Capitonibus Hæmerocetem
Incipiam longam protinus historiam;
Quæ pontem, & Thermas, & diruta saxa Theatri,
Et canet, ut multo sulphure fumet ager.

Hoc ipsum quum vidisset Doctor *Franciscus Vi-* 24
B *vius*, pariter ex tempore hoc Epigramma composuit:

Salve urbs deliciæ quondam, curisque levamen,
Grataque Romulidis *post fera bella quies.*
Stant ubi nunc etiam mirabilis Amphiteatri
Saxa, columnæ, arcus, diruta templa, viæ.
Imposita pelago moles testantur honores,
Et tua quæ fuerit gloria, quale decus.

CAP. II. 25
De Portu.

AD radices Montis Urbisque superbus cernitur atque admirabilis Portus, incredibilis
C operis, structuræ longe magnificentissimæ atque artificiosissimæ. Antiquissimis temporibus usque ad *Tripergulas* fere extendebat sese hic Portus.

Memorabilem hanc molem quidam volunt exstructam fuisse à *Græcis*, alii vero ad *Augusti* referunt tempora, verum probabilior prima est sententia. *Strabo*, ubi Libro v. de fabrica hujus machinæ loquitur, docet constructam fuisse adhibito cœmento ex calce & arenis glareisque commixto, quod tali modo soleat conglutinari, ut projectum in pelagus, ubi undis alluitur, instar solidissimi muri indurescat. *Strabonis* autem verba (de quibus modo fecimus mentionem) hæc sunt:
D Ἡ δὲ πόλις ἐμπορεῖον γεγένηται μέγιστον, χειροποιήτους ἔχουσα ὅρμους διὰ τὴν εὐφυΐαν τῆς ἄμμου· σύμμετρος γάρ ἐστι τῇ πιτάνῳ, καὶ κόλλησιν ἰσχυρὰν καὶ πῆξιν λαμβάνει· διόπερ τῇ χάλικι καταμίξαντες τὴν ἀμμοκονίαν, προβάλλουσι χώματα εἰς τὴν θάλατταν, καὶ κολποῦσι τὰς ἀναπεπταμένας ἠϊόνας, ὥστ' ἀφαλῶς ἐνορμίζεσθαι τὰς μεγίστας ὁλκάδας. i. e. *Urbs autem amplissimum factum est emporium, manufactos cotones, & stationes habens, quas ad res commodum conducit arenarum ingenium, quæ calcis quam simillima compactæ validissimum conglutinantur in modum, unde commixta sabulo, glarea, aggeres pro-*
E *jectantur in pelagus, ripasque patentes sinuosos in recessus redigunt, sic ut ingentes onerariæ naves jactis ibi conquiescant anchoris.* Loquitur etiam de hac arena *Puteolana* Libro I. & II. *Vitruvius*, ut & *Plinius* Lib. XXXV. Cap. XIII. his verbis: *Quis enim satis miretur pessimam ejus partem, ideoque pulverem appellatam, in* Puteolanis *collibus opponi maris fluctibus, merumque protinus fieri lapidem unum inexpugnabilem undis, & fortiorem quotidie, utique si* Cumano *misceatur cœmento.*

Arena *Puteolana* insignis ad fabricas exstruendas.

Quum vero undarum impetu Portus hic diruptus fuisset, ab Imperatore *Antonino Pio* refectus 26
fuit, juxta promissionem à patre *Hadriano* factam,
F sicut patet ex Marmore quodam, invento in fundo Maris Portus *Puteolani* anno MDLXXVII. cum hac Inscriptione.

Inscriptio antiqua.

IMP. CAESAR DIVI HADRIANI FIL. DIVI TRAIANI PARTHICI NEPOS DIVI NERVAE PRONEPOS. T. AELIVS HADRIANVS. ANTONINVS AVG. PIVS PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. II. DESIG. III. P. P. OPVS PILARVM VI. MARIS CONLAPSVM A DIVO PATRE SVO. P. PROMISSVM RESTITVIT.

Magnificentissimæ hujus atque superbissimæ molis

molis hodie nihil reliquum cernitur, præter tredecim in ipſo Mari pilas, compoſitas ex ingentibus valde lapidibus piperinis, tantæ magnitudinis, ut totidem turres videantur; quibuſdam illorum adhuc ſuperinponuntur dimidiati arcus magna ſui parte diruti; neque architectura ejuſdem melius intelligi poteſt, quam ex illo ſtatu, quem adhuc obtinent, unde adhuc verus modus ejuſmodi Portuum fabricandorum optime intelligi poteſt. Quum enim immenſæ ejuſdem pilæ ſufficiant retundendis Maris ictibus, multa adſint oportet vacua, per quæ una cum fluxu atque refluxu marinarum aquarum moveatur atque avehatur terra ex crebris pluviis illuc delapſa: nam ſi ſolida atque ſine vacuis continua exiſteret moles, nul-
27 lo modo effluere poſſet colluvies iſta terrena, verum adhærens iſtis pilis atque condenſata brevi tempore ipſum repleviſſet Portum.

Hujus Portus mentionem fecit *Joſephus Hebræus*, Scriptor Antiquitatum ejuſdem gentis Lib. XIX. *Antiq. Jud.* Cap. I. hiſce verbis: Ἐπεὶ καὶ ἀπὸ Δικαιαρχίας τῆς πόλεως ἐν Καμπανίᾳ κειμένης εἰς Μισηνοὺς ἑτέραν πόλιν ἐπιθαλάσσιον, καὶ τὴν διάβασιν δεινὸν ἡγούμενος τριήρει περατοῦν, καὶ ἄλλως ἐπιβάλλειν ἡγούμενος αὐτῷ δεσπότῃ ὄντι τῆς θαλάσσης ταυτὰ καὶ ὁποῖα καὶ παρὰ γῆς ἀπαιτεῖν, ἀπ᾽ ἄκρων ἐπ᾽ ἄκρα σταδίους τριάκοντα μέτρον τῆς θαλάσσης ζεύξας, καὶ εἴσω τὸν κόλπον ἀπολαβὼν πάντα, ἤλαυνεν ἐπὶ τῇ γεφύρᾳ τὸ ἅρμα. id eſt, *Ex* Dicæarchia *civitate, quæ in* Campania *conſtituta eſt, ad* Miſenatam, *quæ alia quoque maritima civitas eſt, grave putans uti remis, tranſitumque facere, putanſque ſibi ſubjicere etiam elementum aquæ poſſe, velut domino maris exiſtenti; talia etiam volebat fluctibus gerere; qualia ſolet terræ natura ſuſtinere. Voluit ergo, & à littore ad littus, ſtadia ferme CCC. in medio mari, & intra tam vaſtum ſinum, Pontem conſtruere; ſuper quem carrucis, & diverſis vehiculis itinera valeret efficere, &c.*

Seneca etiam Lib. II. Epiſt. LXXVIII. ad *Lucilium*, eumdem Portum ita laudat: *Subito nobis hodie* Alexandrinæ *naves apparuerunt, quæ præmitti ſolent, & nunciare ſecuturæ claſſis adventum, tabellarias vocant: gratus illarum* Campaniæ *aſpectus eſt, omnis in pilis* Puteolanorum *turba conſiſtit, & ex ipſo genere velorum* Alexandrinas (*quamvis in magna turba navium*) *intelligit, &c.* Unde falli patet *Joannem Frobenium*, qui *Senecæ* locum emendare voluit, & pro *pilis* correxit *pyris*, meretur tamen excuſari, quum Antiquam illam, quam commemoravimus, Inſcriptionem non viderit, in qua *pilæ* agnoſcuntur, non *pyræ*.

In medio ſpatio ab hoc Portu, ſeu pilis hiſce, uſque ad *Bajas*, pontem fecit Imperator *Cajus Caligula* ex duabus navium ordinibus ancoris inſiſtentibus, ſuperiuſque contabulatis, atque aggere terreno ſuperjecto, ad Viæ *Appiæ* ſimilitudinem, ita ut *Bajas* uſque currere poſſet. Supra hunc Pontem veſanus ille ultro citroque vectus eſt biduo continenti. Priore quidem die egregie ex-
28 ornato equo inſidens, atque ut victor ex bellis rediens quercea corona redimitus, ægide pectora exornatus, ſtrictum dextra manu gerens enſem, tectuſque pretioſa chlamyde. Poſteriore autem, bijugis vectus, habitu quadrigarii, famoſos velocitate equos agens, ſicut nos docet *Suetonius* Cap. XIX. hiſce verbis: *Novum atque inauditum genus ſpectaculi excogitavit. Nam* Bajarum *medium intervallum, &* Puteolanas *moles, trium millium, & ſexcentorum fere paſſuum, ponte conjunxit, contractis undique onerariis navibus, & ordine duplici ad anchoras collocatis. ſuperjectoque aggere terreno, ac directo in* Appiæ *viæ formam. Per hunc pontem ultro, citroque commeavit biduo continenti. Primo die phalerato equo, inſignis quoque querna corona, & cithara, & gladio aureaque chlamyde. Poſtridie quadrigario habitu curriculo bijugo famoſorum equorum, præ ſe ferens* Darium *puerum, ex* Parthorum *obſidibus, comitante prætorianorum agmine, & in eſſedo cohorte amicorum, &c.*

Pons Caligulæ.

Tres rationes adducit *Suetonius* loco citato, quæ impulerunt *Cajum* ad tale opus tentandum. Primo quidem, quod *Xerxem* imitari voluerit, *Perſarum* Regem, qui, ut pedes ex *Aſia* in *Græciam* proficiſceretur, talem pontem, verum auguſtiorem, conſtruxit, ſuper quem cum omni exercitu ſuo iter fecit, quod pro miraculo habitum *Caligula* imitari voluit. Secundo, quod tam immani facinore & opere terrere *Germanos* atque *Britannos* voluerit, quibus bellum inferre decreverat. Tertiam autem rationem hanc dat *Suetonius*, quam, quum ipſe adhuc puer eſſet, ex avo ſuo audiviſſe ſeſe ait, acceptam ab hominibus intimæ admiſſionis apud *Caligulam*, avum ſcilicet *Tiberium* de ſucceſſore anxium, atque in verum nepotem pronio- 29
rem, confirmatum fuiſſe à *Thraſyllo* Mathematico, aſſerente, non magis imperaturum *Cajum*, quam per ſinum *Bajanum* equis tranſcurſurum. Mortuo autem *Tiberio*, quum Imperator jam factus eſſet ipſe, implere hoc dictum voluiſſe *Cajum* exiſtimat, atque ideo tam inſana conſilia agitaſſe.

Rationes, cur hunc Pontem fabricaverit *Caligula*.

Thraſyllus Mathematicus.

CAP. III.

De Monte Olibano *& Balneis quibuſdam prope littus Maris.*

NOn longe à *Puteolis*, prope Pontem, Mons cernitur *Olibanus*, ita dictus, quoniam totus eſt petroſus, ſterilis, atque ſine arboribus. Durum atque altum hujus verticem incredibili celeritate complanari fecit *Cajus Caligula*, excifis inde ſilicibus pro viis *Italiæ* muniendis, ſicut teſtatur *Suetonius* Lib. IV. Cap. XXXVII. *Et jactæ itaque moles infeſto, ac profundo mari, & exciſæ rupes duriſſimi ſilicis, & campi montibus aggere æquati, & complanata foſſuris montium juga incredibili quidem celeritate, quum moræ culpa capite lueretur, &c.*

Olibanus.

Cernuntur hodieque in duriſſimo hoc Monte varii Aquæductus, qui antiquitus aquam *Puteolos* vehebant. *Puteolani* montem hunc *Olibanum li Saſſi* appellant. *Antoninus Panormitanus* Ep. V. ad *Nicolaum Piſcicellam* ſcribens, Epiſcopum *Salernitanum*, dictum Montem *feracem herbarum & ventorum* dicit.

Ad radices ejuſdem, *Puteolos* verſus, in Horto Epiſcopi admirabilis utilitatis aqua eſt, quæ appellatur *Balneum Ortodonicum*. Os hujus Balnei verſus Auſtrum eſt, & per aliquot ibi gradus in locum valde calidum deſcenditur. Verum ingredienti probe eſt obſervandum, ne intret ſpirante 30
Auſtro, quum periculum tunc ſit, ne ſuffocetur, incluſo intus omni calore, neque valente exſpirare.

Aqua ejus extra Balneum etiam delata vim habet reſtaurandi corpora, quæ febribus afflicta ſunt, ſtomachi nauſeam pellit, confortat eundem atque febrim pellit ephemericam. Unde Poëta *Alcadinus*, qui floruit temporibus Imperatoris *Henrici* VI. atque juſſu ejus Balnea *Puteolana* carmine celebravit, de hoc eodem ita cecinit:

Alcadinus Poëta.

Hæc manet abſconſo telluris Lympha meatu,
Hanc via ſub terris plena timoris habet.
Tu cave ne ſubeas thermas ſpirantibus Auſtris,
Ne calor incluſus ſit tibi cauſa necis.
Hæc aqua mira nimis conſumptis eſt bona valde,
Reſtaurat corpus nobilis uſus aquæ.
Infirmos ſicubi febris tenuaverit artus.
Et putat extremam triſtis adeſſe diem.
Has fidens intrabit aquas, & ſæpe frequentans,
Sentiet in robur ſe rediiſſe vetus.

Phthi-

Phthisis, ephemerinæ febres, & nausea turpis,
Pellitur his thermis, hectica victa fugit.

Persequendo dein viam littoris versus Montem *Pausilippum* inveniuntur multæ aquæ medicatæ prope ripas ebullientes; & inter illas numeratur Balneum *S. Anastasii*, ita dictum à Sancti *Anastasii* Ecclesia vicina ibidem. Verum excavanda aqua illi est, qui uti velit, virtutemque habet recreandi & confortandi corpus, virtutesque ejus omnes hoc carmine celebravit Poëta *Eustachius da Matera*:

Balneum *S. Anastasii.*

Poëta *Eustachius.*

31 *Balnea præterea, seu* Nastasie *lavacrum,*
Usibus humanis commoda multa facit.
Corporis ægroti recreatos efficit artus,
Virtutes etiam corporis unda novat.
Res miranda quidem, quicunque cavabit arenam,
In medio fossæ fervida manat aqua.
Illa recens in fonte suo symptomata tollit,
Languendi ardorem si potiatur aqua.
Fonte relicta suo nihil affert utilitatis,
Hæc eadem prodest frigida facta parum.
Qui petit ergo suo bene de languore levari,
Sentiet auxilium, si renovabit aquam.

Istis etiam in locis, prope dictam ripam caverna cernitur, ex qua aquæ quædam oriuntur, quæ postquam imbibitæ ab arena sunt, per secretos rivulos in Mare elabuntur, quod accidit, quoniam incolentium negligentia obturati sunt meatus, per quos erumpere solebant, unde necesse est illis, qui aquam invenire velint, è regione istius cavernæ terram effodere.

Balneum hoc antiquitus vocabatur *Subveni homini*, multis enim hominum malis subvenit, quum ea sit natura, ut melancholiam abigat & stomachum confortet, vocem claram reddat, atque inveteratæ & diræ podagræ dolores haud paullum leniat. Hodie Balneum hoc passim vocatur, *Zuppa d'huomini.* De excellentibus autem ejus virtutibus ita cecinit *Eustachius*:

Eustachius.

Ex re nomen habet lavacrum, quod subvenit ægris,
Nominis effectum gaudet habere sui.
Purgat pulmonem, deponit pondera splenis,
Depurat tumidum certa medela jecur.
32 *Tristitiæ causam gelido de pectore tollit,*
Humores ventris leviter unda lavet.
Defectum stomachi tollit, confortat, & ipsum,
Ut cupido solidas appetat ore dapes.
Vocem clarificat, genus omne doloris & aufert,
Talis amatores convocat unda suos.
Hic etiam deponit onus longæva podagra.
Magna quies pressis articulisque datur.

Juxta ripam hanc, sub Montis rupibus, apparet Balneum *della Pietra* dictum, quia petras rumpit seu lapides in vesica; dolorem insuper levat capitis, visum clarificat, auditum reddit amissum, cor confortat, atque ventrem purgat. Balnei hujus mentionem faciunt *Savonarola*, *Franciottus*, & *Eustachius*, qui ita de virtutibus ejusdem cecinit:

Balneum *della Pietra.*

Savonarola. Franciottus. Eustachius.

Cui Petra *dat nomen, mirum reor esse lavacrum,*
Quod lapidem possit frangere; nomen habet.
Et caput à multis facit adsentare querelis,
Auribus auditum præstat, & addit opem
Lumina detergit tunicis maculosa piatis,
Pectoris, & cordis esse medela potest.
Vesicas aperit, de renibus urget arenam:
Interiora lavat potus & hujus aquæ.
Quam plures vidi calidam potare petrosos,
Queis urina fuit post lapidosa satis.
Vos igitur, quibus est durus cum pondere venter,
Liberat assidue potio talis aquæ.

Longius si progrediaris per arenam, *Balneum* invenies *delli Giunchi* dictum, à juventute scilicet

Di Giunchi.

A quæ ibi magna invenitur copia. *Savonarola* Balneum hoc *Dejuncaram* nuncupat, *Franciottus* vero *Vincarum* appellat. Lætitiæ animi confert hoc 33 Balneum, pellitque suspiria; confortat renes & lumbos, stomacho prodest, corpus reddit solidum, febremque intermittentem curat. Et sanè insigniter saluti hominum prodest hoc Balneum. Aquam ejus transire opinatur *Mengus Faventinus* per mineras auri, ferri, & nitri. *Alcadinus* in hujus Balnei laudem hoc composuit carmen:

Mengus Faventinus. Alcadinus Poëta

Balnea Juncaræ *quæ sunt in littore ponti,*
B *Prosunt consumptis, ni sit adusta cutis.*
Pectoris amissas reparant in corpore vires,
Lætificant animos, gaudia cuncta fovent.
Quæ veniunt per se mentis suspiria tollunt
Et faciunt alacres in muliere viros.
Efficiunt veneris renes ad prælia fortes.
Confortant stomachum, lumina læsa juvant
Quas hominum cœtus febres interpolat usus.
Annihilant, nec non triste medentur hepar.
Talibus usus aquis discrimina nulla timebit,
Quæ quandoque solent extenuare cutim.

CAP. IV.

De Theatro.

C Lippis & tonsoribus constat, ubi spatiosissima & pretiosissima quondam fabrica Theatrum sita fuerit; nam in Horto *Antonii Oriæ*, qui hodie in possessione *Hieronymæ Columnæ* est, olim extiterunt sartæ tectæque maximæ reliquiæ ædificii arcuati, quæ formam repræsentabant Theatri, unde demum omnino nihil superest; quandoquidem partem siderunt in terram, & partem dirutæ fuêre terræ quassationibus; quinimo dominus cujusdam loci ibidem, cogitans cisternam in propinquo eruere, reperit in fundamentis quibusdam lapides vastissimos quadratos, quorum cuidam insculptæ cernebantur literæ palmum lon- 34 D gæ, *Genium Theatri Augusti* indicantes: ut inde judicari possit, hic præcipua locata fuisse fundamina Theatri, atque ejus fuisse conditorem *Octavianum Augustum* Imperatorum; verum qua tempestate, & quo auctore primum posita fuerint Theatra, monstrat *Cassiodorus*, scribens, assuevisse olim Cives convenire diebus festis, diversaque sacrificia variis Diis Paganis celebrare: sed *Athenienses* primùm à pagis in oppida consuetudinem hunc reduxisse, vocantes locum, ubi feriæ & cæremoniæ haberentur, suâ linguâ *Theatrum*, quod penes nos denotat locum, ubi aptissime spe- E ctaculum edi potest; imò *Romanos*, ut in sua oppida intulêre res alias externorum, sic hanc etiam mutuâsse, struendo loca vastissima & pretiosissima, ubi fieri spectacula hæc potuerunt: quare autumat *Cassiodorus*, *Pompejum* cognominatum fuisse *Magnum*, quod primus *Romæ* talia Theatra suscitaverit; *Plinius* tamen honorem hunc vindicat *M. Scauro*, non vero *Pompejo*; imo fallitur *Cassiodorus* scribendo, *Pompejum* ideo nuncupatum fuisse *Magnum*; quippe qui ideo (auctore *Plinio* lib. VII. cap. XXVI.) *Magnus* fuit nuncupatus, quod *Africam* domuisset universam. Sed revertamur ad Theatrum, quod *Romæ* primum F ædificatum fuit; hoc in modum arcûs vel hemisphærii constructum erat; spatia verò ejusdem extremorum finiumque, invicem opposita, nomine venêre Scenæ, quæ contignationes duas pluresve habuit: hoc inquam, hemisphærium apertum retectumque fuit, cuneisque ornatum undique; quorum media pars vocata Orchestra; è cuneis verò, quicquid ibidem ageretur, & diceretur, spectari potuit & audiri. Primum Theatrum, quod hac forma structum fuit *Romæ*, struxit 35 Ædilis *Marcus Scaurus*, non tamen ut diu superesset,

Cassiodor[us] Pompej[um] quare c[o]gnomi[na]tus sit [Ma]gnus. M. Scau[ru]s prim[us] fabricat[or] Theatr[o]rum Ro[mæ]

Scena quid sit.

Orchest[ra]. Forma Theatr[i]

esset, ædificavit; verùm tantummodo per dies triginta, quibus ludi scenici agerentur; instructum autem fuit scena tergemina, additis CCCLX. columnis marmoreis; harum teste *Plinio*, infimæ primi solarii singulæ compleverunt pedes octo; infimumque solarium scenæ marmoreum fuit, medium verò vitreum, res nunquam aliàs audita, supremumque ubivis inauratum; hoc Theatrum capax fuit octo mille hominum, scenæque ornatui inter columnas inserta erant tria millia clypeorum seu orbium statuarumque ærearum; ad hæc *Plinius* hæc Theatra asseverat fuisse pro tempore, non vero ut permanerent, constructa. Nam *Curio*, ille scilicet, qui in bellis civilibus à *Cæsare* steterat, construxit in funere Patris bina Theatra, lignea, eodem tempore, spatiosissima, alterum videlicet alteri propinquum, quæ tanta arte, tantoque æquilibrio à terra fundoque levari & moveri poterant, ut quo vellet, posset vertere & volutare; *Theatra* (inquit *Plinius* Lib. XXXVI. Cap. XVI.) *duo juxtà fecit, amplissima, è ligno, cardinum singulorum versatili suspensa libramento: in quibus utrisque, antemeridianorum ludorum spectaculo edito, inter sese aversis, ne invicem obstreperent Scenæ, & repentè circumactis, ut contrà starent, postremo jam die descendentibus tabulis, & cornubus inter se coëuntibus, faciebat Amphitheatrum, & gladiatorum spectacula edebat, ipsum magis autoratum Populum* Romanum *circumferens.* Quare indignatur *Plinius*, quod Populus *Romanus*, qui orbem subegerat, totque regnis dominatus fuerat, & leges omnibus populis imposuerat, tali sese crederet ædificio, tantoque suo periculo applausum daret suspensus in machina, quæ lignis duobus imposita, atque solis cardinibus duobus innixa, casum extemplo minaretur, dirutis destructisque quôvis modô fabricis illis vastis & immanibus. Cæterum ad Theatra redeamus; itaque primum *Romæ* marmoreum, ut longinquitati temporum superesset, constructum curavit *Pompejus*; quamobrem traditur reprehensus fuisse à Senatu, quod Theatrum poneret perpetuum, cùm antea solerent ejusmodi occasioni lignei & pro tempore servire & construi, atque per paucissimos dies: sed ita obviam itum est ingentibus expensis, quæ factæ sunt quotannis in construendis Theatris pro tempore & rursus dissolvendis, ponendo nimirum sempiternum atque durabile. Splendor verò Theatri hujus commodissimè inde elicitur, quod cùm *Nero* ostenderet Dynastis nonnullis *Germanis*, magnificentiam Populi *Romani*, ipsos deduxerit in Theatrum *Pompeji*, quod Populo *Romano* erat refertum; hoc autem etiam erat illud ipsum Theatrum, quod *Nero*, conatus excipere apparatu maxime eximio *Tiridatem*, Regem *Armeniæ*, die unico inauravit. Incepit quidem & penè consummavit Theatrum hoc *Pompejus*; verùm ad finem perduxit absolvitque *Caligula* Imperator. Cæterum, satis explicito Theatro, ad alia loca expendenda nos conferamus, quorum rudera etiamnum supersunt.

Curio in funere Paterno struxit Theatra lignea duo.

Theatrum marmoreum à *Pompejo* constructum.

36

Theatrum *Pompeji* inauratum fuit à *Nerone* Imp. unico die, ut exciperet *Tiridatem* Regem *Armeniæ*.

Caligula Imp. absolvit Theatrum.

37

CAP. V.

De Amphitheatro, quod nunc Coliseo *vocatur.*

HAud procul Templo Sancti *Jacobi* occurrit splendidissimum Amphitheatrum, Barbarè *Coliseo* nuncupatum, lapidibusque quadratis sive tessellatis constructum; nec annis abhinc multis integrum viguit, verùm varias dedit ruinas, terræ tremoribus plurimis quassatum; hoc longitudine superat latitudinem, nimirum formâ ovatâ exstructum. Siquidem fundus ipsius pedes CLXXII. habet longitudinis, sed LXXXVIII. latitudinis. Substructio autem excitata fuit ludis *Vulcano* celebrandis, auctore *Suetonio* in Vita *Augusti* Imp.

A quibus cùm præstò adesset *Octavianus Augustus*, animadverteretque, loco, quô celebrabantur festa & ludi, maximè confusos sedere spectatores, nec venerationem nec reverentiam fieri eminentiæ vel fastigio cujusquam, populi audaciam compescuit, subselliaque non modò statuit dignitati hominum, verùm etiam jussit, ut venerarentur & suspicerent honore dignos; ratio autem, quæ incitavit ad hoc faciendum, erat, teste *Suetonio*, neglectus honos Senatoris cujusdam, qui spectatum venerat, nec in tanta hominum frequentia, illum, qui loco cederet, invenerat. Jam Senatusconsulto jussum erat, ut quavis vice, quâ alicubi agitarentur festa & ludi publici, summa loca Senatoribus relinquerentur, remarentque inania: neque concessit *Augustus*, ut Legati *Romam* missi ab oppidis liberis sociisque inter Senatores locum occuparent, quòd percepisset, ipsos aliquando solitos fuisse mittere nonnullos ignobili loco natos; itaque mandavit, ut milites à Plebe distincti sederent: plebejisque, quibus erant uxores, loca distincta dedit: nobilibus adolescentibus sedem posuit, proximam loco Præceptorum; prohibuitque omnibus pullatis sedere in medio spatii seu media cavea inter turbam populi; ad hæc vetuit, fœminas gladiatores spectare, nisi in loco excelsissimo, eoque remotiori; quum olim moris fuerit easdem cum viris confertim subsistere; solis Virginibus Vestalibus locum assignavit ab omnibus cæteris separatum, nempe è regione loci Prætoris. Verba *Suetonii* Vitâ *Augusti* cap. XLIII. & XLIV. hæc sunt: *Spectandi confusissimum, ac solutissimum morem correxit ordinavitque; motus injuria Senatoris, quem* Puteolis *per celeberrimos ludos consensu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto Patrum, ut quoties quidquid spectandum usquam publicè ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus;* Romæ *legatos liberarum, sociarumque gentium vetuit in Orchestra considere, cùm quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Militem secrevit à populo. Maritis è plebe proprios ordines assignavit, prætextatis cuneum suum, & proximum pædagogis: sanxitque ne quis pullatorum media cavea sederet; Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiscuè spectari solemne olim erat, nisi ex superiore loco * concessit. Solis Virginibus Vestalibus locum in Theatro separatim, & econtra Prætoris tribunal dedit. Athletarum verò spectaculo muliebrem sexum † adeò submovit, ut Pontificalibus ludis pugilum par postulatum distulerit in sequentis diei matutinum tempus: edixeritque mulieres ante horam quintam venire in Theatrum non placere, &c.* Insuper *Antonius Sancti-Felicis* explicans Amphitheatrum hoc, ita in libro de *Campania Felici* locutus est: *Spectatu quoque dignum est antiquum* Puteolanorum *Amphitheatrum, citraque ipsum innumera ruinosa concamerato opere ædificia, quorum quædam subterranea sunt, perviaque inter se, tam perplexa tamen ostiorum ambage, ut absque duce, circumductove, fixoque funiculo, negetur exitus; quare nos hujusmodi Labyrintheos aufractus* Dædalis *relinquentes ingeniis inceptum peragemus iter.* Hoc amplissimum ædificium demum terra ferè obrutum jacet & sepultum, ibidemque, proh avaritiam hominum! feritur. *Nero* verò excepturus *Tiridatem*, Regem *Armeniæ*, heic loci celebrari jussit ludos Gladiatorios, amplissimo apparatu, ut narravit *Dio* Vita *Neronis* Imp. scribens: *Hunc Nero ob eam causam admiratus, benignè, & comiter excipit, ac præter cætera ludos gladiatorios* Puteolis *facit. Præfectus ludorum fuit* Patrobius, *libertus ejus, tantaque fuit eorum magnificentia, atque sumptus, ut unius diei spatio nemo præter viros, & mulieres, & pueros* Æthiopes *Amphitheatrum ingrederetur; quibus de causis* Patrobius *aliquo honore*

38

39

* *spectare.*

† *omnem.*

Nero Imp. excepit *Tiridatem* Regem *Armeniæ*.

40

nore dignus erat. Ubi Tiridates *Rex de ſuperiore loco ſedebat, belluas jaculo trajecit, duoſque tauros uno ictu vulneravit, ac confecit. His peractis rebus* Nero Romam *eum adduxit, eique diadema impoſuit.* In eodem Amphitheatro *Timotheus Dracontinus* Vicarius ſive Prorege *Diocletiani* & *Maximini* Imperatorum conſtituit feritate immaniſſima interimere Beatum *Januarium* Epiſcopum *Beneventanum*, ubi paulò ante ipſum in fornacem ignis flammantis injecerat, unde hic cultor veri Numinis intactus exierat, nec quid à ſæviente ignis ardentis flamma veſtibus ullo unquam modô correptis. Quapropter majori furore percitus, propter rem hanc inſuetam, ferociſſimus Tyrannus juſſit *Januarium* memoratum unà cum ſociis, *Soſio*, *Proculo*, *Eutyche* & *Acutio* deduci in Amphitheatum nominatum, ut Urſis projicerentur devorandi. Cæterùm dum ſæviſſimus Tyrannus præſtò adfuit ſpectaculo ferocitatis immitiſſimæ, accidit, ut Urſi ingenio ſæviſſimo, Numine jubente, inſtar agnorum evaderent cicures atque mitiſſimi, oſculanteſque Sanctos, oſtenderent venerari ſeſe B. *Januarium*; qua inſueta re & inopina quinquies mille hominum ſpectatorum, ad veram profeſſionem *Chriſtianam* converſi reſipuerunt. Miraculum hoc editum à memorato B. *Januario*, quod ſtrictim recenſuimus, fuſius enodatum invenies Lectione altera Officii ipſius, quod in Templis prælegitur, & ita ſeſe habet:

Januarius in Amphitheatrum productus eſt, ut ab Urſis devoraretur.

41 *JANUARIUS* Beneventi *Epiſcopus*, Diocletiano, *&* Maximino *in* Chriſtianos *ſævientibus*, *ad* Timotheum Campaniæ *Præſidem ob* Chriſtianæ *fidei profeſſionem* Nolam *perducitur. Ibi, ejus conſtantia varie tentata in ardentem fornacem conjectus, ita illæſus evaſit, ut ne veſtimentum, aut capillum quidem flamma violaverit. Hinc Præſes accenſus iracundia martyris corpus imperat uſque eò diſtrahi quò ad nervorum compages artuumque ſolvantur.* Feſtus *interea Diaconus, &* Deſiderius *Lector qui ad Epiſcopum ſuum viſendum acceſſerant, comprehenſi & ipſi, vinctique una cum Epiſcopo ante rhedam Præſidis* Puteolos *pertrahuntur, & in eundem truduntur carcerem, in quo* Soſius Miſenas, *&* Proculus Puteolanus *Diaconi*, Eutyches *etiam, &* Acutius *laici ad beſtias damnati detinebantur. Poſtero die omnes in Amphitheatro feris objecti, quæ naturalis oblitæ feritatis ad B.* Januarii *pedes illicò proſtravere ſeſe. Id* Timotheus *magicis cantionibus tribuens, cum ſententiam capitis in* Chriſti *marty-*
42 *res ferre non dubitaſſet, oculis repente captus, orante mox B.* Januario *lumen recepit, quo ſanè miraculo hominum millia ferè quinque* Chriſti *fidem ſuſceperunt.*

Amphitheatrum quid fuerit; Quis ejus auctor.

Verum enimvero, quum de Amphitheatro locuti ſimus, congruum erit, ut priſcorum recenſeamus commentarios. Itaque Amphitheatrum componunt Theatra bina conjuncta, ubi undiquaque cernere licebat; quinimo *Caſſiodoro* auctore, auctor & princeps ad fabricam hancce ponendam, fuit *Titus* Imp. ſed *Cornelius Tacitus* primum illum *Titum* negat auctorem, ſiquidem aſſerit *C. Julium Cæſarem* ſtruxiſſe in *Campo Martio*; *Suetonius* vero ait conſtituiſſe extruere *Cæſarem*, verùm *Auguſtum* heic Mauſoleum ſibi volentem erigere, diruiſſe; addit inſuper, *Statilium Taurum* extruxiſſe Amphitheatrum; vindicat denique Amphitheatrum *Veſpaſiano*, & mox *Tito*; tamen in ore vulgi Scriptorum eſt *Veſpaſianum* incepiſſe, natumque *Titum* ad finem perduxiſſe. In Circo ſpatioſiſſimo rotundi Amphitheatri non modò ludi & lætitiæ futiles agitabantur, concurſuſque proni ad ſtimulandum ſpectatores in genus omne libidinis

A & petulantiæ: ſed etiam exhibita fuêre omnia ſpecimina ferociæ effrenatæ: quandoquidem homines avari pecuniæque avidi, cædi ſeſe necique committebant, ſuſcipiendo contra beſtias pugnas, cujus ferocitatis memoriam non dubitat exaggerare *Caſſiodorus* Epiſtola, quam dedit *Ravenna Theodoricus* ad *Romanos*, qui ſupplicârant, vellet benevolè concedere, ut ludi illi ſicut ante peragerentur, quod ipſis conceſſit; non modò itaque avariſſimi illi ſcurræ aggreſſi fuêre pericula, quibus à beſtiis devorarentur, propter viliſſimum lucrum, quod expectare poſſent 43
B ſuperſtites atque victores: verùm etiam complures pœnas capitis luituri, vel capti in prælio variis beſtiis feris objecti fuêre. Hinc eſt, quòd *Seneca* tradat, duos quoſdam, aliquando capitis damnatos, audiviſſe, ſeſe huc deferendos fore, verum, antequam transferrentur, mortem ſibi conſciviſſe; præterea *Claudius Ægypto* pacata, plurimos militum ſuorum rebellantium, alios quidem armata vi telis obruit; alios verò *Romam* miſit, ut in Amphitheatro dilaniati à feris interirent. *Julius Capitolinus*, auctor fidelis, ferociam *Romanorum* hanc & crudelitatem excuſaturus, aſſeverat, conſueviſſe Duces celebrare ludos gladiatorios, antequam in bellum exi-
C rent: quinimo has venationes crudeles, ob has cauſas prius exercere: quòd (ut quidam volunt) eſſent exercitia belli, hoſtibuſque malum præſagium, quo impetuoſam conciliarent fortunam, vitam civium litando. vel ut nonnulli autumant, & magis varitati conſentaneum eſt, ut prius gladios ſtrictos, vulnera, impetum pugnæ militibus oſtenderent; quàm tenderent ad conferendum ſigna, ne poſtmodum ipſos terrerent hoſtes armis inſtructi, neve ſanguis, quem vulneribus mox erumpere viſuri eſſent, ipſis timorem injiceret. Hoc more ſæviſſimo inſueverant ſemper, quando militiam aggrederentur, Tribuni ſpectandam proponere vim ingen-
D tem gladiatorum talium, quorum alius alium conficeret; imo quo ditior Dux ille erat, & locupletior, eò plures tales homines in munere ſuo edere ſolitus fuit. Barbarè demum vocant id genus ædificia, *Coliſeo*, quod vocabulum ortum hauſit à Coloſſo, nimirum ſtatua alta centum & viginti pedes, non ita dudum *Romæ* reperta, prope Amphitheatrum. Statua hæc olim poſita fuerat in domo *Neronis* Imperatoris aurea; & vulgò Amphitheatrum inde dictum fuit *Coliſeo* ſeu 44
Coloſſeum, quòd proxime eidem, ut diximus, inventus ſit ille Coloſſus. Hodie autem tam vul-
E gare vocabulum eſt, ut quodvis priſcum ædificium vulgus appellet *Coliſeo* ſeu *Coloſſeum*.

Coliſeo unde dictum vocabulum.

Cap. VI.

De Ciſternis, quas incolæ vocant Labyrinthum.

PRope Amphitheatrum explicitum, detecta fuit alia immanis ſubſtructio, omnino ſubterranea, ædificata cum circuitionibus plurimis fornicatis, è quarum alia in aliam per feneſtellas tenditur; vocaturque locus noſter incolis *Labyrinthus*, appellatione mutuata è cellis fornicatis, & feneſtellis plurimis; quòd verò obſcura hîc omnia ſint, ingreſſus ſine candela, funiculoque ul-
F lo vel filo iterduco, quicumque progrediatur, non facile reperiet, manſurus ibi magno ſuo infortunio, cùm heic reperiatur vis feneſtellarum, quæ omnes ingenioſiſſimè fabrefactæ ſunt lateribus coctis & teſſeris. Judicantur hæ fabricæ memoratæ olim fuiſſe Ciſternæ. *Antonius Sancti-Felicis* loci hujus meminit, ita ſcribens: *Spectatu quoque dignum eſt antiquum* Puteolanorum *Amphitheatrum, circaque ipſum innumera ruinoſa concamerato opere ædificia; quorum quædam ſubterranea ſunt, perviaque inter ſe, tam perplexa tamen oſtiorum ambage,*

bage, ut absque duce, circumductoreve filo vel funiculo negetur exitus. Quare nos hujusmodi labyrinthoos anfractus Dædalis *relinquentes ingeniis inceptum peragemus iter.* Universum ferme territorium *Puteolanum* scatet aquagiis, piscinisque vastissimis antiquis, quorum plurima diruta sunt, ut viâ, quæ ducit ad *Solfataram* vel Montes *Phle-*
45 *græos*, apparet, atque descendendo à Templo S. *Francisci* ad littus itidem occurrit amœnissima multôque capacissima piscina cum aquæductibus: quare è circumstantia memorata colligere licet, aquas à *Sirino* derivatas fuisse, atque à monte *Pausilippo* perrexisse, ipsumque cingentes undique, pervenisse *Puteolos*, & inde *Cumas Bajas*que fluxisse.

CAP. VII.

De Solfatara *seu* Leucogæis *Montibus*.

PRocul *Puteolis*, circiter milliare, deteges *Solfataram*, ita barbarè locus nominatur, verùm *Latini Græco* vocabulo amarunt dicere *Leucogæos Montes*, i. e. *albos candidosque Montes. Strabo* locum vocat *Forum Vulcani*, ajens: *Super urbem*
46 *verò statim* Vulcanium Forum *imminet, campus ardentibus inclusus superciliis, quæ velut à fornacibus, exhalationes magno cum fremitu passim habet.* Sed, teste *Plinio*, locum nuncuparunt prisci *Campos Phlegræos*, qui denotant agros intus ignitos; quare *Silius* lib. VIII. canit:

—— —— *Illic quos sulfure pingues*
Phlegrei *legere sinus.*

Mentionem etiam loci injecit *C. Petronius Arbiter* carmine *de mutatione* Reip. *Romanæ* scribendo:

Est locus exciso penitus demersus hiatu,
Parthenopen *inter, magnæque* Dicarchidos *arva,*
Cocyta perfusus aqua, nam spiritus extra
Qui furit effusus, funesto spargitur æstu,
Non hæc Autumno tellus viret, aut alit herbas
Cespite lætus ager: non verno persona cantu
Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur.
Sed Chaos, & nigro squallentia pumice saxa
Gaudent ferali circumtumulata cupressu.
Has inter sedes Ditis *pater extulit ora*
Bustorum flammis, & cana sparsa favilla.

Cornelius Severus etiam novit *Leucogæos* Montes sive *Solfataram*, cum in *Ætna* non dubitârit canere:

Dicitur insidiis flagrans Ænaria *quondam*
Nunc extincta supra: testisque Neapolim *inter*
Et Cumas *locus est multis jam frigidus annis:*
Quamvis æternum pinguescat ab ubere sulfur.

Sanfelix locum hunc illustrans ita scribit:

Neapolim *hinc proficiscentibus subeundus est clivus, cujus ad lævam situs est campus undique montibus, sulfureum exhalationibus vaporem, circumdatus, angustis adeundus faucibus. Intra eum aliquot in locis scaturigines altius uti fornacis calcariæ subditis ignibus ebulliunt, aspectu non minus horrido, quam quæ in* Ampsancti *effervescunt* Irpinorum *valle;*
47 Vulcanium *forum id fuit antiquis, ubi sulfurea conflantur potiora vascula, quorum usum lienosis prodesse compertum est.* Locus verò memoratus planus est, formâ ovatâ, quippe qui longior quàm latior; nam extenditur pedes MCCXLVI. in longitudinem, lataque est planities memorata plus quàm mille pedes, undique circumvallata tumulis incensis ad modum caminorum, unde erumpunt passim vapores satis fœdi, abundatque planities sulfure, & quandoque aqua bullas emittit in altum altiores palmis octo; cùm verò terrâ mixta sit, nigerrima cernitur, ita quidem, ut luridam potius quàm aquam limpidam vocares. Indidem inter res naturales, dignas, quæ observentur, videtur, quòd aquarum liquor sive latex sul-
A fur ferat, ita ut assiduè ardens evanescere nequeat, maneatque ignis in iisdem foraminibus, quæ aquas ejiciunt. Fingunt Poëtæ, ibidem Gigantes pedem contulisse cum *Hercule*, adhæc vulnera Gigantum fulmine ictorum & percussorum efficere tot tantasque ignis & aquæ eructationes atque æstus; recitat etiam fabulam *Strabo*, tradens ita lib. v. *Quidam autem* Phlegram *ob eam causam* Cumanum *agrum vocatum opinantur, talibusque ignis, & aquæ profluviis Gigantum vulnera, fluminibus dejectorum attribuunt.* Eadem tamen lib. v. repetens scripsit: *Superioribus annis fortunatus erat & campus nomine* Phlegræus, *in quo res à Gigan-*
B *tibus gestas fabulæ divulgant, nullam aliam ob causam (ut credi fas est) quam quod terra ipsa suapte virtute præliorum concitatrix esset.* Monumento rei gestæ posuit *Portarellus* hæc carmina:

Fertur in his campis sævos domuisse Gigantes
Alcides, *clava terribilisque manu,*
Extincto postquam Gerione *redibat ab oris* 48
Hesperiis, cogens lata per arva boves
Fumat adhuc volvens vesana incendia tellus,
Et misto ardente sulfure ructat aquas.

Nec transiliendum est, quod hæc notantes *Plinius* & *Strabo* de *Campis Phlegræis*, videantur ambo fines camporum justô arctiores circumscribe-
C re, sibique invicem adversi potius esse, quàm concordes, utpote quum alter ipsorum affirmet eos in *Solfatara*, alter verò *Cumis* esse; pro conciliatione autem eorundem, animus fert allegare, quæ scribit *Joan. Pontanus*, homo rerum harum peritissimus, qui extensis latius *Camporum Phlegræorum* finibus utrumque inclusit tractum, idque commodissime; ita enim ille lib. VI. de *Bell. Neap.* loquitur, de Origine *Italiæ* agens: *Ut verò ad* Opicos *redeamus, à quibus* Thucidides *tradit*, Siculos *fuisse ejectos sedibus (quod videlicet* Opicorum *tunc celebre esset nomen)* Phlegræus *eorum ager fuit,*
D *in quo plerique volunt gesta, quæ de Gigantibus memorata sunt in fabulis, ab intestinis terræ incendiis dictus, quo in agro principes extitere urbes* Cumæ, Puteoli, *quæ* (Græce *est* Dicæarchia) *&* Neapolis. Hactenus *Pontanus* oram *Phlegræam* extendit; verùm quoniam idem sese extendit in enarratione de populis *Cimmeriis*, quorum instar mediæ habitationis idem tractus fuit, non parcam addere, quod scriptor ille idem attulit, eoque libentius, quòd ex superstitionibus *Averni* vanitatem quandam priscam tangat: itaque pergit in hunc modum *Pontanus*: *Hanc igitur, finitimamque oram, quæ est ad amnem* Lyrim, Ulyssis *bellique*
E Trojani *temporibus tenebant* Lestrigones, *atque* Sirenes *tenuere, &* Cimmerii, *genus hominum furtis, ac latrociniis assuetum, hique specus quam domos magis incolebant, deductisque intrinsecus sub terram cuniculis diversabantur, cumque celebre apud ipsos Oraculum esset, fierentque* Avernum *ad lacum sacra in* Ditis *patris honorem, in quibus evocatis* 49
manibus futura noscitabantur, hac ratione multos mortales, qui ad sacra conveniebant, atque ad Oraculum consulendum, deprehensos in meatibus, locisque subterraneis, spoliandi libidine, clam obtruncabant. Demum scelera eorum deprehensa, ipsi supplicio affecti, sedesque eorum eversæ, ac penitus dejectæ. Opi-
F corum *insula fuit* Prochyta, *fuit* Ænaria, *fuêre &* Pontia *&* Pandataria, *& quæ dicta est de* Sirenis *unius nomine* Parthenope, *nam, & ab alterius quoque sepulchro* Leucosia *dicta est etiam brevis quædam insula* Pæstanum *contra sinum posita.*

Fabulantur etiam Poëtæ Gigantes natos fuisse *Titanis* & *Terræ*; etsi nonnulli ipsos sola Terrâ prognatos affirmant, nec habuisse Patrem, nec non, ita ortos staturâ fuisse multo maximâ atque

inusitatâ, adhæc insolentes & tumidos, ut Deis ipsis inferre tentârint bellum, montesque excelsissimos montibus imposuerint, ut super eosdem in cœlos ascenderent; quamobrem pavefacti Dii in varias animantum formas, ut tuti essent, singuli sese mutarunt, atque in *Ægypto* latebras quæsiverunt. Cæterum *Jupiter* conatus huic exordio obstare, sumptum fulmen tanto cum impetu vibravit, ut in documentum posterorum, subjecerit quosdam *Ætnæ*, quosdam *Vesuvio*, alios verò *Ænariæ*, cæterisque Insulis & montibus. De fictitio bello Gigantum passim agit *Ovidius*, & lib. V. *Fastorum* ita canit:

Terra *feros partus, immania monstra Gigantes,*
Edidit, ausuros in Jovis *ire domum.*
Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues:
Atque ait: in magnos arma movete Deos.
Extruere hi montes ad sydera summa parabant,
Et magnum bello sollicitare Jovem.
Fulmina de Cœli jaculatus Juppiter *arce,*
Vertit in authores pondera versa suos.

50 Idem descrebens *Claudianus* sic canit in *Gigantomachia* vers. I.

Terra *parens quondam cœlestibus invida regnis,*
Titanum*que simul crebros miserata dolores,*
Omnia monstrifero complebat Tartara *cœtu.*
Invisum genitura nefas, Phlegram*que retexit*
Tanta prole tumens, & in æthera protulit hostes
Fit sonus, erumpunt crebri, &c.

Locum verò fabulæ dedit fortasse Historia; etenim in *Genesi* extat, tempore antediluviano, *Nimrodum*, *Chami* nepotem, hominem fastuosum & nequam, plurimos sibi parere coëgisse populos, atque vi hac & copia ingenti incepisse excelsissimam struere turrim, non quidem eô fine, ut in cœlos scanderet, verùm Deum prohiberet, diluvio peccatoribus illato, perdere rursus Orbem Terrarum. Numen autem Cœleste, ut perturbarentur homines tam arrogantes, tam stulti & vesani, linguas miscuisse, unde inceptum redditum fuit irritum; Doctus ille *Guido Fabricius Boderianus* lib. *De Apparatu Sacrorum Bibliorum tom.* V. *in Epistola*, tradit, tribus *Noachi* filiis oriundos fuisse LXXII. populos, cum diversis totidem linguis, qui per orbem terrarum in LXXII. Colonias singuli cum adscitis sibi Ducibus profecti distributi sunt, dispersique quidam in illum locum, quidam in hunc, orbem implevêre vacuum. Adhæc quamquam populi illi progressu temporis in immensum quantum aucti sint, tamen non constare, quòd è linguis ipsorum aliæ emanârint novæ linguæ. Siquidem à *Semo* ortum duxêre CCCCVI. populi, instructi XXVII. linguis; è *Chamo* populi CCCXCIV. præditi XXII. linguis; atque è *Japheto* CC. locuti linguis XXIII. ut ad computum *Arnobii* in *Psalm.* CIV. fuerint linguæ LXXII. populi verò mille numerô; quod ipsi assentiuntur *Eutherius* in *Genesin* lib. II. cap.
51 VII. & Sanctus *Augustinus* lib. primo *de Civitate Dei* cap. III. quæst. II. atque ex recentioribus *Gilbertus Genebrardus* lib. primo *Chronologiæ*, item plurimùm Reverendus *Marcus Antonius Marsilius Colonna* libro de *Hydralogia*, sectione secunda cap. III. num. XXV. Quia autem de Gigantibus agimus, non inconveniens erit quæstionis modo, disquirere utrum Gigantes unquam extiterint, & utrum hodieque alicubi reperiantur? Et quamquam Theologi satis superque evicerunt, Gigantes extitisse, ut constat in *Nimrodo*, in *Goliatho*, & tot aliis; adhæc *Christianos* ita omnino credere oportet, quòd Sacri libri indicent, etsi sint, qui diversimode explicant, variasque suas enodationes afferant. Verùm quoniam plurimi autumant, Philosophos etiam in hac parte consensisse, ratiociniisque posse probari, quòd

Quæstio: utrum Gigantes fuerint unquam?

A olim ante Diluvium & inundationem homines fuerint universi Gigantes, nimirum statura corporeque multis parasangis nostram mensuram superantibus, vitamque produxerint per secula: dicunt, hoc commento nihil absurdius, nihil vanius inveniri posse Peripatetici: & quia omnia arguere licet ex testimonio, vel ratione, vel usu rerum, præmittenda venit testimonii auctoritas, quæ penes multos sæpissime satis valet; subjungenda sunt ratiocinia, quæ apud Philosophos assiduè præponderant; nec ultimò rerum usus negligendus erit, quem nemo, nisi vesanus, respuit. Quod ad testimonium attinet; *Plinius Secundus* cap. sextodecimo lib. VII. narrat, monte

Gigantes extitisse inficiant. Peripatetici.

B in *Candia* ingenti terræ motu succusso, repertum fuisse corpus longum cubitos sex & quadraginta; itaque cum quivis cubitus habeat pedem & dimidium, & quivis pes digitos communes sexdecim, 52
magnos vero duodecim, nostrumque brachium faciat pedes duos, cadaver memoratum longum fuit brachia quatuor & triginta, cum dimidio; quod autumarunt nonnulli fuisse *Orionis*, alii verò *Ixionis*; addit, cùm jussu Oraculi effossum esset cadaver *Orestis*, inventum fuisse longum cubitos septem, qui ad computum priorem efficiunt quinque brachia cum quadrante. Auctor noster

Cadaver Orionis.

C eodem capite perhibet, suo tempore, imperante *Claudio* Imp. delatum fuisse hominem ex *Arabia*, altum pedes novem, novemque uncias: pedes novem explent cubitos senos, qui faciunt brachia quatuor & dimidium; novem verò unciæ seu novem digiti magni faciunt duodecim communes, qui efficiunt tres quartarum pedis; quare totus extensus fuit magnitudine brachiorum quatuor, partemque sextam octavæ; quod si huic longitudini addas dimidium pedis, nimirum continens digitos octo, apparebit, cadavera hæc bina, quorum ossa, ut Auctor refert, *Romæ* servata fuerunt, instar portenti, in Hortis *Sallustianis*, non

D superasse quinque brachia cum parte octava. Eadem, eisdem ferè verbis, ut solet, narrat *Solinus*.

S. Augustinus cap. XXIII. lib XV. *De Civitate Dei*, more Theologorum commentatus de Gigantibus, ipsorumque origine, insuper addit, paucissimis annis, antequam *Gothi* spoliarent *Romam*, mulierem inventam fuisse statura Gigantea, nec longitudinem ipsius allegat, verùm quòd omnes excederet, qui ipsam spectatum irent; prodigium hoc eò magis celebratum fuit, quòd uterque ipsius Parentum paullum modò communem hominum staturam excederent.

E *Joannes Boccacius*, qui (si verbis ipsius fidem dandam arbitremur) non passus est sibi persuaderi multa à Theologis, scripsit libro quarto Genealogiarum, figmentum non esse illud de Gigantibus, verùm historiam; ad quod affirmandum adfert, suis temporibus cives nonnullos eruendo 53
montem in *Sicilia*, haud procul *Drepano*, nactos fuisse cavernam spatiosissimam, ubi detexerunt hominem sedentem manuque lævâ baculum tenentem, qui baculus adeo longus fuerit, ut malum navis maximum quemque antecelleret; prætera in baculo isto memorato tantam vim plumbi repererunt, ut plus quàm libras mille & quin-

F gentas efficeret, & ne recenseam dentes, quorum quivis pondere libras novem excederet; alteramque partem cranii, capacem medimnorum frumenti complurium, asseverat adhibita mensurâ congruente, inventum fuisse integrum huncce Gigantem cubitos ducentos longitudine superâsse, qui excedunt dimidias ulnas sive brachia centum & quinquaginta, adeo ut *Polyphemum* fuisse ipsum judicarent: exemplo non puto opus esse plura subjicere, nisi mentionem injicerem de illis

Mensura Gigantis Polyphemi.

illis penes *Dantem*, vel potius apud *Morgantem*; sufficit enim, quod non modò Poëtæ, ut *Virgilius*, & *Ovidius*, verùm etiam Historici rerumque Scriptores, exempli gratiâ *Josephus*, *Herodotus* & *Berosus*, Gigantes fuisse, certo liquidoque confirment.

Quòd ad ratiocinia attinet, autumant prodigii loco hoc non habendum; siquidem ante inundationem universalem, aërem habuerint saniorem, terramque haud insalubrem; insuper citant *Homerum*, qui ultra annos bis mille abhinc conquestus fuit, corpora assidue minui, & ex magnis fieri minora.

Americus Vesputius.

Denique ex usu rerum citare aliud nequeunt, ac quod reliquerint scriptum pristini, novitiusque *Americus Vesputius*, qui primus incidit in Giganteam Insulam. Præsentibus temporibus non apparuit, quantum innotuit, heic locorum, ullus, major altiorque illo qui venit *Bononiam*, cum coronaretur *Carolus Quintus*; qui tamen quatuor brachia non præcelluit altitudine, ut è mensura *Bononiensi* liquet, vocatusque fuit Gigas Imperatoris.
54 toris. Nec transeam *Plinium* cap. citato dixisse, quod visus sit quidam tam exiguæ staturæ homo, ut non superârit par pedum cum palmo, quæ mensura ad summum extenditur ad Brachium unum cum quadrante; nec mirum videri debet: quandoquidem in Castello novo *Neapolis* usque tempora præsentia, cernitur homo publice, qui nec tam altus est, nedum altior; sed tamen satis persuasus sum, ipsum aptiori esse proportione constructum, auctiorique indole & judicio. Porro etsi longè plura adduci possunt, quamvis non ratiocinia, attamen testimonia, cùm plurimi asseverent alia sibi visa, alia narrata ab hominibus, nec vanis, multa prodigia ostentaque hujus ingenii, nos tamen omnibus rationem unicam objicientes cogitemus allata sufficere. Itaque sciendum est, omnes res naturales (ut auctor est *Aristoteles* secundo lib. de *Anima*) certum habere modum & mensuram, ut formatæ naturæ seu ingenio sic magnitudini respondentem plus minusve; quo seposito nec omnino inveniri possunt, nec esse; & si proportio illa accurata non esset, universa Philosophia, ne dicam, tota Medicina imò Natura ipsa corrueret, quod usu periti satis superque intelligunt. Verum quidem est, modum memoratum in atomo non reperiri, sed extendi plus minusve, in medio verò horum non unicum dari gradum, cùm ad summum ascendere possit ad octavum & nonum; sic forma hominis & existentia permanere nequit in minori corpore, exempli ergo, dimidia ulna, nec ultra septem excrescere potest; jam vero inter utrumque extremum tot sunt differentes gradus, quot quotidie spectare licet, quamquam statura vulgaris & naturalis tres ulnas requirat; quò vel non perveni-
55 tur, vel paullum exceditur, ad altitudinem scilicet parentum; ut taceam cibum, locum, clima, aërem, ventos, cæteraque externa. Et *Hercules* altus tres ulnas & dimidiam, ut è mensurâ ab *A. Gellio* cap. primo admissâ, colligere est, habitus fuit summe procerus & portentosissimus, nec tamen quadrantem Gigantis superavit, commetiente *Ludovico Pulice*. Hoc verò certum autumamus nobisque persuademus, juxta *Peripateticorum* sententiam veritati congruere: quod ut quivis apertius intelligat, ipsa verba *Arist.* libri de *Generatione Animalium* cap. IV. excerpsimus.

Sed ut, perficiendi cujusque animalis, certa est magnitudo tùm ad majus, tum verò ad minus, quem terminum non supragrediuntur, ut vel majora, vel minora evadant, sed in media magnitudine spatia excessum, defectumque inter se capiunt, atque ita homo alius alio auctior est, & cæterorum quodvis animalium, &c.

A Et quamquam non mihi persuaderi patiar, ullum Philosophiæ deditum, quodam quidem modo in dubium vocare, quæ præmissa leget, tamen insuper additum volo; quòd si Gigantes dati fuerint, vel hodie extent, ut illi quidem existimant, sequatur necessariò, aut nos non esse homines, aut illos non fuisse in his relatos; siquidem magnitudo augmentumque corporum non proficiscitur è materia, (ut visi sunt putare) verùm ex forma, ut statuit *Arist.* atque etiam contra *Empedoclem* probat; ratio autem est, quia incrementum in perfectionibus recensetur, omnesque perfectiones, quæ in ullo composito
B dantur, emanant ex ingenio ipsius naturæ & forma, ut vicissim quæ imperfecta sunt, emergunt ex materia, & hac in re consentit Philosophus Naturalis cum Geometrâ, quod res quæcunque extensa corrumpi possit, & dividi in infinitum, quippe quæ imperfecta est, ideoque è materia emanans; sed tamen repugnat rationi, si fingeres, 56
quodvis corpus in infinitum posse augeri. Itaque quis non videt è præcedentibus, potissimè cùm materiæ subministrentur formis, nec formæ materiis, nos non habituras esse eandem formam, eandem, inquam, animam, ac Gigantes, proinde vel illos vel nos non fore homines? Quæ cùm
C ità se habeant, non opus est respondere objectionibus ipsorum, utpote sine ratione juxta Philosophos, qui gnari, quod Cœlum assiduè fuit ut est idemque mansurum in sempiternum, nec ignari sunt, quòd perpetuò fuerint in orbe terrarum, semperque mansuræ sint res eædem, modis eisdem, etsi loco moveantur, & mutentur ad motus variationesque corporum cœlestium.

Corpus Orestis & Polyphemi.

Porrò ad testimonia & usum rerum nec opus est respondere; nam *Peripatetici* utraque inficiabuntur; allego tamen, quod narrat *Plinius* de corpore *Orestis*, nec non & quod recenset *Boccacius* de *Polyphemo*, quod quidem juxta *Peri-*
D *pateticos* commodius in relatis extaret, cæteris omnibus commentitiis omissis (ut tibia *Anthei*, quæ ulnas sexaginta longa fuit,) ejusdem speciei, ac quæ ante memorata existentibus. Qui verò attentius pensitârit verba *Vesputii*, experietur, Gigantes in Insula ab ipso detecta, altos non fuisse quinque cubitos, multò minus senos excedere. Itaque verosimile est illam giganteæ staturæ fœminam apud *S. Augustinum* (cum non dicat, nisi quod cæteras magnitudine excesserit) nihil abfuisse statura communi & quotidiana præter dimidiam ulnam; cùm dentur homines unius ulnæ cum quadrante; sic forte superare potuit dimidio, circiter sex cu-
E bitos alta cum dimidio, nam differt (ut dicere præoccupavimus) passim magnitudo. Nemo adeoque sibi persuadeat, *Peripateticos* solos negare Gigantes, quandoquidem *A. Gellius* lib. III. c. X. carpendo *Herodotum* Historicum, pro fabula habet 57
staturam *Orestis*. Adhæc *Macrobius* lib. I. cap. XX. *Saturn.* asserit, Gigantes alios non fuisse, ac homines arrogantes & perversos, qui alios Deos non crediderint præter seipsos, quare, auctore *Ovidio*, auferre regnum *Jovi* conati sunt; ut verò eos exhiberet homines communes & furaces, ipsos cum pedibus Draconum commentatus est; nec magis notum est, unde emanârint, verùm
F sufficit (ut dicere occupavimus) Matrem fuisse *Terram*, juxta Gentiles, nam *S. Augustinus* secutus *Josephum* Historicum, disserit, utrum Dæmones coëuntes cum fœminis, ipsos procreaverint. Adhæc *Beroso* fidem dare nemo debet, nam præterquam quod non autumemus *Berosum* verum ficti istius libelli esse auctorem; ipsius verba satis contrarium ostendunt, cùm scribat, Gigantes dominatos fuisse hac tempestate toti orbi terrarum, quà patet Orientem Occidentemque ver-

Tibia Anthei longa LX. cubitos.

Gigantum origo.

ſus. Denique iſta talia figmenta eſſe potius Poëtarum, quàm Philoſophorum, docet ipſe *Lucretius*, qui ſcilicet, ut Poëta, fingit, *Atlantem* ſuſtinuiſſe Olympum humeris; *Briareum* manibus centum inſtructum fuiſſe; *Enceladum* obrutum *Ætna*, *Siciliam* univerſam commoviſſe *Encladum*; *Polyphemum* denique tranſiiſſe pedibus mare; ubi autem inſtar Philoſophi agit, ſcripſit libro primo, quaſi communem corrigens errorem, hoc pacto verſ. 200.

Denique cur homines tantos natura creare
Non potuit, pedibus per pontum qui vada poſſent
Tranſire, & magnos manibus divellere montes
Multaque vivendo vitalia vincere ſcela?

Gigantibus itaque ſatis expoſitis, revertamur ad *Campos Phlegræos*, quorum aqua una cum fumi exhalationibus infirmitates nervorum reficit, oculos reddit acutos, lacrymas aufert, capitis dolori è febri ephemerica orto medetur, fœminaſque in-
58 fœcundas parere facit, & horrorem frigoris emanantis è febri tollit & diſcutit; denique ſcabiem feram aufert; quare *Alcadinus* monumentum virtuti efficaciæque ipſius poſuit, canens:

Sulfureos fumos mittentia balnea nervos
Mollificant, ſcabiem, membraque ſcabra novant.
Hæc aqua fœcundat ſteriles ſtomachique dolorem
Deſtruit, ac capitis ſtringit aquam ex oculis.
Eſt vomitum cogens, oculos bene reddit acutos,
Pituitam ſolvit, frigora febre fugat.
Præſertim ſi præveniat purgatio trina,
Securè intrabis: corpora pura etenim,
Quam ſemel accipiunt, ſervant ſine labe ſalutem,
Balnea ne culpes, quovè modo hæc oleant:
Effectum virtutis ama, nareſque medela
Quam fugiunt, morbos corpore ſæpe fugat.

Templum & Cœnobium S. *Januarii Puteolis.*

Procul loco nominato haud ultra paſſus viginti ſitum eſt Templum, unà cum Cœnobio lautiſſimo Monachorum *Capucinorum*, quod ab Urbe Communeque *Neapoleos* anno MDLXXXIII. de integro exſtructum eſt, poſitumque Patrono ſuo pretioſiſſimo *S. Januario* Epiſcopo & Martyri; idem unà cum *Soſio*, *Proculo* & *Feſto* Diaconis *Deſiderio*que Lectore, crudeliſſimè occiſus eſt propter fidem; quod contigit à *Chriſto* Nato CCLXXXIX. die XIX. Septembris, quem diem ipſi ſolennem celebrare, & agere ſolent. Sed quoniam oblata fuit occaſio loquendi de celeberrimo Sancto Teſteque, cui ferias anniverſarias agere conſuevit Civitas patria excellentiſſima *Neapolis*, quod inter Patronos Sanctos ſeptem numeretur; convenit, ut ſtrictim res quaſdam ejus percurramus. Ita-
59 que capite S. Epiſcopi *Januarii*, ut dictum eſt,

Hiſtoria S. *Januarii* Epiſcopi *Beneventani.*

cervicibus abſciſſo, truncus à miſericorde quodam *Beneventano*, clanculum noctu humatus fuit loco, qui *Marcianus* audit, haud ita procul *Puteolis*; inſuper funera & corpora ſex beatorum Martyrum, itidem à fidelibus elata fuerunt, & piè humo mandata. Præſtò inter cæteros ſpectatores, cùm caput *Januarii* beati Epiſcopi detruncaretur, fuit Domina quædam nobilis *Puteolana* fidelis, quæ plurimis operibus inſuetis ſpectatis, quæ perpetrarat Sanctus ille, fervore pio excitata, noctu clàm locum petiit, ubi ſan-

Sanguis S. *Januarii* à Nobili fœmina *Puteolana* collectus.

guis Martyris effuſus fuerat, collegitque incontaminatum ſincerumque beati *Januarii* ſanguinem, quem in lecythos duos vitreos recondidit; puriorem ſinceriorémque in alterum, in alterum vero reliquum cui feſtucæ nonnullæ erant immixtæ, & domum redux ſumma cum religione ſervavit.

Cadaver *S. Januarii* tranſlatum *Beneventum.*

Poſtea tranſlatum eſt corpus Beati *Januarii* à fidelibus in Urbem *Beneventum*, unde à Monachis nonnullis *Benedictinis* deportatum eſt in Cœnobium *Montis Virginis*, locum videlicet *Nea-*

Apparitio S. *Januarii* facta *Neapolitano* anno CCCXXV.

A *poli* diſtantem haud ultra XXII. milliaria. A *Chriſto* Nato CCCXXV. Imperatore *Conſtantino Magno*, certus *Neapolitanus* obſtrictiſſimus *S. Januario*, profectus *Puteolos*, ut balneas morbido corpori adhiberet, noctu illuminatus clariſſimo lumine, vidit *B. Januarium*, indutum veſtibus Sacerdotalibus, additis mitra & ſuperhumerali, modo quo vivus amiciri ſolitus fuerat, qui ipſum leniſſime hiſce allocutus eſt: „ Scias frater, me eſſe *Januarium* Epiſcopum *Beneventanum*, cultorem *Chriſti*, cui caput annis præteritis abſciſſum fuit,

Pollicitatio S. *Januarii* facta *Neapolitano.*

„ quod tuerer Catholicam confeſſionem integramque fidem; te verò admonitum volo, ut
B „ accuratius quæras, ubi occubui, etenim invenies unum digitorum meorum cum capite,
„ quæ utraque jacent inter ſentes & grami- 60
„ na, humo illa mandabis: viciſſim ſpondeo pro „ gratia hac præſtita, juvante Deo, labores tuos „ compenſaturum auxiliis maximis; aſſiduéque „ Patronus Urbis permanebo, tutor, fidiſſimuſque curator; quin intercedam ex mea parte „ pro *Neapolitanis* quocunque infortunio affectis., mox è conſpectu evanuit. Religioſiſſimus &

Caput S. *Januarii* inventum à *Neapolitano* religioſo.

addictiſſimus Sancto *Neapolitanus*, omnibus lætitiis ſpebuſque lætus, nocte eadem petit *Campos Phlegræos*, quæſitumque caput invenit, ut & digi-
C tum, quæ ablata reverenter humo proximo mandavit. Poſtea *Neapolitanus* ille religioſus, *Neapolim* redux, exponit totam hiſtoriam *Severo*, qui

Severus Epiſcopus *Neapolitanus* pompam ducit *Puteolos.*

tum temporis erat Epiſcopus Civitatis, remque geſtam univerſam: *Severus* judicans, verè apparuiſſe Sanctum, rogat, locum oſtenderet, ubi ſepeliviſſet caput Martyris; quò ipſe ſimul comitatus Eccleſiaſticis incoliſque *Neapolitanis*, carmina odaſque canens petit ſepulchrum capitis, quod ſartum tectumque & jucundiſſimo odore repletum invenit. Rumorem verò ea de re diſſeminatum ubique, *Puteolis* tandem accepit fœ-
D mina illa nobilis, quæ itidem ſincerum Sancti Martyris ſanguinem in lagenis repoſuerat, teſtataque apud ſe eſſe hos reliquias digniſſimas, Epiſcopo *Severo* eaſdem dedit: bonus ille Epiſcopus ſumma lætitia refertus, caput Martyris accepit,

Res inſueta patrata à ſanguine *S. Januarii.*

ſanguinemque juxta poſuit; unde res mira atque inſolita oritur; nam ſanguis, longinquitate temporis jam lapideſcens, ſtatim ac vidit caput, colliquit, ſpumamque edidit, quaſi eo momento agitaretur: hoc inſueto viſo, omnes ad unum oculos voceſque in Cœlum levarunt; Epiſcopus autem, ut miraculum confirmaret, removit aliquantulum caput, atque extemplo ſanguis ite-
E rum ut ante coaluit. Quamobrem ex hiſce ope- 61
ribus inſolitis, tamque claris, omnes agnoverunt ſanguinem *S. Januarii* proprium & ſincerum; ideoque Sacerdotes, qui *Neapolin* reliquias allega-

Feſtum Sacerdotum coronatorum, ipſiuſque origo.

tas deportarunt, exultantes lætitia, cinxerunt capita coronis viridibus floris non unius, quem tempus anni horaque haberet; *Neapolitani* in monumentum hujus rei poſtmodum ſoliti fuêre, quotannis die eodem, nimirum die primo Saturni Menſis Maji, per plateas pompam ducere ſolemnem ſanguinis memorati, additis cæteris ſex capitibus argento tectis Tutelarium Divorum ſex *Neapoleos*, in quandam Sedem ex quinque *Seggiis* Nobilium Ci-
F vium, ubi primum exponunt pompa illuſtriſſima caput Martyris victoris *S. Januarii*, & ſub theatris celeberrimis huic uſui deſtinatis, conjungunt ſanguinem cum capite, luſtroque finito cœremonia eadem peragitur in *Foro Populi*. Itaque quotannis hoc celebratur, paſſimque rurſus res inſueta apparet, ſpumaſque emittit ſanguis celebratiſſimus, quaſi eodem momento ab infante emanaret; quô ſatis commodè convincuntur plurimi Gentium, quidam *Judæorum*, imò etiam temporum poſtremorum nonnulli, qui fidelium nomen

ambiunt, negantes cum *Sadducæis* corpora resurgere, siquidem non modò evidentibus argumentis & summa auctoritate Sacri Codicis probatur, verùm etiam tam mirum signum reviviscentis vitæ in hoc stupendo & insolito opere quotannis detecto hujus Sancti sacratissimo capite, apparet, assidueque editur res insueta conjuncto cum capite memorato ejusdem B. Martyris sanguine. Nuncupatur hoc festum *Dies Saturni Sacerdotum coro-*
62 *natorum*. Anno à Christo Nato MCCCCXCIV. *Oliverus Carrafa* Cardinalis, & Archiepiscopus *Neapolitanus*, impetravit ab *Alexandro* VI. Pontifice, ut deportaret à Cœnobio *Montis Virginis* corpus *S. Januarii*, locaretque in Templo primario *Neapolitano*, ubi sub Altari Majore posuit templum quoddam exiguum è marmore optimo, circumdatum encarpis iconibusque ejusdem materiæ, ubi in loculo æneo repositum invenies corpus Sancti illius, cujus reliquias summa cum religione colunt *Neapolitani*. Quare Pontifex *Sixtus* V. felicis memoriæ, coràm gavisus sæpissime visu admirationeque rerum insuetarum à sancto illo perpetratarum, mandavit & edicto præcepit, celebrari & Officium ipsius; quam constitutionem ampliavit ita *Gregorius* XIV. ut ex bullis memoratorum Paparum sequentibus elucet, quibus ad probanda jam explicita etiam subjecimus lectiones Officii. Bullæ Paparum, *Sixti* & *Gregorii*, hæ sunt.

SIXTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

„ PIa Sanctorum Patrum providentia institu-
„ tum est in Ecclesia Dei, & posteris tra-
„ ditum, ut complurium martyrum insignium
„ memoria statis diebus, sollemnibusque cœremo-
„ niis, atque anniversariis sacris in cunctis Eccle-
„ siis recolatur. Ita enim, & illis honor debi-
„ tus tribuitur, & fideles ad eorum imitanda ex-
„ empla pro suo quisque modulo invitantur.
„ Proinde nos operæ pretium duximus, efficere, ut
„ sanctorum martyrum *Januarii* Episcopi, &
„ sociorum ejus, qui post vincula, & carceres
63 „ gloriosa martyrii corona propter Christi nomi-
„ nis confessionem sunt donati, jucundam recor-
„ dationem, diu intermissam renovando, ple-
„ bem Dei hilaremus: cujus quidem beati *Ja-*
„ *nuarii* sanctitatem Deus omnipotens multis,
„ iisque clarissimis editis miraculis ad nostram us-
„ que ætatem in *Neapolitana* potissimum Ci-
„ vitate, in qua ejus corpus sepultum religiose
„ asservatur, celeberrimè apud omnes gentes te-
„ statam esse voluit, adeò ut non immeritò tùm
„ in divinis officiis, tùm in ipso sacrificio ab u-
„ niverso fidelium cœtu, eorum commemoratio
„ fieri debeat, prout ante novam reformationem
„ *Romani* Missalis, & Breviarii fieri consueve-
„ rat. Hac igitur nostra perpetuo valitura con-
„ stitutione præcipimus, ut eorundem Sancto-
„ rum *Januarii* & sociorum ejus dies festus ter-
„ tiodecimo Calendas Octobris, in totius orbis
„ terrarum Ecclesiis simplici officio de commu-
„ ni plurimorum martyrum celebretur: ac de-
„ cernimus, ut in novo etiam quo nunc utimur,
„ sicut antea in veteri Calendario, ad eum diem
„ sanctorum eorundem nomina, & simplicis no-
„ ta, ascribatur. Mandantes omnibus Patriar-
„ chis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque
„ Ecclesiarum Prælatis in universo Orbe con-
„ stitutis, ut in suis quisque Ecclesiis, Provin-
„ ciis, Civitatibus, & Diœcesibus præsentes no-
„ stras sollemniter publicari faciant, ab omni-
„ busque ecclesiasticis personis sæcularibus, &
„ quorumvis ordinum regularibus omnino obser-

A „ vari; licet adnotatio hujus celebritatis in po-
„ stremis Breviarii, & Missalis reformationibus
„ fuerit prætermissa. Volumus autem, ut præ-
„ sentium exemplis, etiam impressis, manu No-
„ tarii publici subscriptis, & sigillo personæ in
„ dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea-
„ dem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis
„ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ,
„ vel ostensæ. Datum *Romæ* apud *Sanctum Pe-*
„ *trum*, Anno Incarnationis Dominicæ Mille-
„ simo quingentesimo octuagesimò quinto, Sex-
„ to Kalendas Februarii, Pontificatus nostri An- 64
„ no primo.

GREGORIUS PAPA XIIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

B „ CAtholica *Romana* Ecclesia, quæ Sancto-
„ rum, præsertim martyrum, gloriam,
„ anniversariis solemnitatibus, divino consilio re-
„ colendam instituit: ut exinde Deo debitus, in
„ sanctis ejus, cultus exhibeatur; & fidelibus vir-
„ tutum exempla imitanda proponantur; ad ea
„ libenter intendit, per quæ Sanctorum venera-
„ tio, & divinus cultus cum populorum pia de-
„ votione augetur. Nos itaque dilectorum filio-
„ rum Cleri Nobilium, & populi Civitatis *Nea-*
„ *politanæ* qui erga Sanctum *Januarium* Epi-
„ scopum, & Martyrem, prædictæ Civitatis
C „ patronum, singularem gerunt devotionis affe-
„ ctum, piis votis benigne satisfacere cupientes;
„ de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ
„ *Romanæ* Ecclesiæ Cardinalium Congregatio-
„ nis sacrorum rituum consilio, diem festum ejus-
„ dem Sancti *Januarii*, de quo, una cum sociis,
„ felicis rec. *Sixtus* Papa V. prædecessor noster,
„ ejus perpetuò valitura Constitutione, die XIX.
„ Septembris in universi terrarum Orbis Eccle-
„ siis, simplici officio de communi plurimorum
„ martyrum celebrari statuit: post hac in perpe-
„ tuum, per universum Clerum sæcularem, &
„ quorumvis ordinum regularem, in Civitate, &
D „ Regno *Neapolitano*, officio duplici; pro cæ-
„ teris verò in universo terrarum Orbe semidu-
„ plici, de communi plurimorum martyrum ce-
„ lebrari, atque in Kalendario *Romano*; ad eum
„ diem, semiduplicis nota adscribi; prædictum-
„ que Festum S. *Januarii* in toto regno *Neapo-*
„ *litano* prædicto, ut cætera festa de præcepto
„ Ecclesiæ servari solita, servari debere statui-
„ mus, & decernimus: Mandantes Venerabili-
„ bus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, E- 65
„ piscopis, aliisque Ecclesiarum Prælatis, in to-
„ tius *Christiani* Orbis partibus constitutis, ut in
E „ suis quisque Ecclesiis præsentes litteras solemni-
„ ter publicari, & ab omnibus Ecclesiasticis per-
„ sonis sæcularibus, & quorumvis ordinum re-
„ gularibus perpetuò observari, in Regno verò
„ *Neapolitano* prædicto, festum hujusmodi tan-
„ quam de præcepto servari, & custodiri faciant;
„ non obstantibus Constitutionibus, & ordina-
„ tionibus Apostolicis: quodque dies festus hu-
„ jusmodi in Breviario, & Missali *Romano* ha-
„ ctenus adnotatus non sit, cæterisque contra-
„ riis quibuscumque. Præsentium autem tran-
„ sumptis, etiam impressis manu publici Nota-
„ rii, & sigillo personæ in Ecclesiastica digni-
F „ tate constitutæ obsignatis, indubiam ubique fi-
„ dem adhiberi voluimus, & mandamus. Da-
„ tum *Romæ* in monte *Quirinali*, sub Annulo
„ Piscatoris. Die XX. Maji 1591. Pontificatus
„ Nostri Anno primo.

„ JANUARIUS *Beneventi* Episcopus *Diocle-* Vide offi-
„ *tiano*, & *Maximino* in *Christianos* sævientibus cium *S.*
„ ad *Timotheum Campaniæ* Præsidem ob *Christia-* *Januarii.*
„ *næ*

66 ,, *næ* fidei professionem *Nolam* perducitur. Ibi
,, ejus constantiâ varie tentatâ in ardentem for-
,, nacem conjectus, ita illæsus evasit, ut ne ve-
,, stimentum, aut capillum quidem flamma vio-
,, laverit. Hinc Præses accensus iracundia mar-
,, tyris corpus imperat usque eò distrahi quò ad
,, nervorum compages, artuumque solvantur.
,, *Festus* interea Diaconus, & *Desiderius* Lector,
,, qui ad Episcopum suum visendum accesserant,
,, comprehensi & ipsi, vinctique una cum E-
,, piscopo ante rhedam Præsidis *Puteolos* pertra-
,, huntur, & in eundem truduntur carcerem, in
,, quo *Sosius Misenas*, & *Proculus Puteolanus* Dia-
,, coni, *Eutyches* etiam, & *Acutius* laici ad be-
,, stias damnati detinebantur. Postero die omnes
,, in Amphitheatro feris objecti, quæ naturalis
,, oblitæ feritatis ad B. *Januarii* pedes illicò sese
,, prostravêre. Id *Timotheus* magicis cantionibus
,, tribuens, cum sententiam capitis in *Christi* mar-
,, tyres ferre non dubitasset, oculis repentè ca-
,, ptus, orante mox B. *Januario*, lumen recepit,
,, quo sanè miraculo, hominum millia ferè quin-
,, que *Christi* fidem susceperunt. Verum ingra-
,, tus Judex nihilo placatior factus beneficio, sed
,, conversione tantæ multitudinis actus in ra-
,, biem, veritus maximè Principum decreta, le-
,, ge protinus agere lictorem jubet. Ita Beatus
,, *Januarius* cum sociis ad *Sulphatariam Puteola-*
,, *nam* gladio percussus ad Episcopalis muneris
,, laudem martyrii coronam adjunxit.

Lect. VI. „ Horum corpora finitimæ urbes, pro suo quæ-
,, que studio, certum sibi patronum ex iis apud
,, Deum adoptandi sepelienda curarunt. *Janua-*
,, *rii* corpus *Neapolitani* divino admonitu, extu-
,, lêre: quod primò *Beneventum*, inde ad Mona-
,, sterium *Montis Virginis*: postremo *Neapolim*,
,, *Alexandro* VI. Pontifice translatum, & in Ca-
,, thedrali Ecclesia perhonorifice conditum,
,, multis miraculis claruit. Sed illud cum primis
,, memorandum, quòd erumpentes olim è mon-
67 ,, te *Vesuvio* cinerum, & flammarum globos, nec
,, vicinis modò, sed longinquis etiam regionibus
,, vastitatis metum afferentes, extinxit; cujus
,, rei pariter, ac Beati Martyris memoriam *Græ-*
,, *ci* quotannis semel atque iterum celebrant. Præ-
,, clarum illud quoque quòd ejus sanguis, qui in
,, ampulla vitrea concretus asservatur, cum in
,, conspectu capitis ejusdem martyris ponitur,
,, admirandum in modum colliquefieri, & ebul-
,, lire, perinde atque recens effusus, ad hæc us-
,, que tempora cernitur. Cujus Sancti marty-
,, ris, & sociorum festum *Gregorius* XIIII. Pon-
,, tifex Max. in universo terrarum orbe sub semi-
,, duplicis, in Civitate autem, & Regno *Nea-*
,, *politano* sub duplicis officii ritu celebrari, &
,, tanquam de præcepto servari, & custodiri man-
,, davit. „ Ut redeam vero ad *Montes Leucogæos*, in ipsos odas rhytmicas composuisse memini argutas sonorasque, alteram quidem Dominum *Ascanium Pignatellum*, alteram Dominum *Joan. Baptistam Leonem Venetum*, suntque sequentes.

SONETTO DEL SIGNOR
Ascanio Pignatello Cavaliero *Napoletano*.

QUesta, ch'arida sparge alti, e nocenti
Fiumi, & onde da i sassi, e da l'arene,
Terra, che di nuou'esca ogn'hor souvene
Ministra eterna le sue fiamme ardenti,
Sembra il mio petto, che d'arai lucenti
Chiuso perpetuo foco in se mantene,
Che dentro acceso il solfo hà ne le vene,
E versa ardendo fuor pianti, e lamenti:
E come quì da l'aria, e da l'ardore
Spira virtù, ch'alto rimedio apporta,
Onde l'inferma luce altri ristore, 68
Così Donna nel cor, che signoreggia
Mira il mio'ncendio, e gli occhi all' hor conforta
Che di sua ferità l'opre vagheggia.

SONETTO DEL SIGNOR
Gio. Battista de Leoni.

ETerni fochi, & voi sacri bollori,
Ch'altrui giovando in minacciosa vista,
Serbate quello, onde Natura acquista
Novella fede à i soi stupendi honori.
Occulto incendio d'insueti ardori,
Ch'in ampla cava horribilmente trista
Con un' atro pallor, che l'alma attrista;
Te stesso mormorando apri, e suapori.
La fiamma, che nel petto Amor m'accese
(Lasso) fatta vorace & sempiterna
Vostro aspetto crudel (misero) adegua.
Qui gode Amor le sue focose imprese;
E'l cor, che sospirando si delegua
Consola altrui nella mia pena eterna.

CAP. VIII. 69

De Villa Marci Tullii Ciceronis *vocata* Academia.

COmmittenti sese viæ, quæ pergit ad Templum *Annunciatæ*, offertur non ita procul dissita Villa prædiumque *Ciceronis*, gaudens nomine ab ipso imposito *Academiæ*. Locus constructus fuerat ad imitationem *Academiæ Atheniensis*, & quantum elicere datur è ruderibus, judicabis pretiosam substructionem & eximiam fuisse; quare, cùm aliquoties locum dimensus sim, animadverti me- 70
moratam Academiam pro mensura implevisse pedes trecentos & septuaginta: unam modò partem, hodieque integram, aliam ferme universam terrâ obrutam videbis; illam adhibet loci possessor capris includendis & ovibus aliisque bestiis; hæc verò latet sub ruderibus; tamen commodè satis sese prodit area memoratæ *Academiæ*, adhæc quomodo in cubiculo suo *Cicero* sine molestia, jucundissime potuerit hamis piscari, quippe infra domicilium universum littus erat seu starcia, cui viventibus majoribus nostris satis propinquum fuit mare. Pars memorata superstes, universa è lateribus coctilibus extructa fuit, lapidibusque cavernosis, largissimis, extantque loca columnis statuisque destinata; ad hæc medio fornicata est. Tradit *Plinius* lib. XXXI. cap. II. paullò post obitum *Ciceronis* prædium hoc emisse *Antistium Veterem*; quin erumpunt hîc fontes calidi oculis affectis aptissimi, quos *Laurea Tullius* carmine laudavit, qui inter *Ciceronis* libertos numerabatur. Verba *Plinii*, ut sunt, adducam: *Digna memoratu villa est ab* Averno *lacu* Puteolos *tendentibus imposita littori, celebrata porticu ac nemore, quam & vocabat* Marcus Cicero *Academiam ab exemplo* Athenarum, *ibi compositis voluminibus ejusdem nominis, in qua & monumentum sibi instauraverat, ceu verò non in toto terrarum orbe fecisset. Hujus in parte prima exiguo post obitum ipsius*, Antistio Vetere *possidente, eruperunt fontes calidi, perquam salubres oculis, celebrati carmine* Laureæ Tullii, *qui fuit e libertis ejus. Ut protinus noscatur etiam ministerium ejus haustus, ex illa majestate: ponam enim ipsum carmen dignum ubique, & non ibi tantum legi.*

[Margin: Villa Ciceronis empta ab Antistio Vetere. Laurea Tullius Ciceronis Libertus.]

Quo tua, Romanæ *vindex clarissime linguæ*,
Sylva loco melius surgere jussa viret:
Atque Academiæ *celebratam nomine villam* 71
Nunc reparat cultu sub meliore Vetus:
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore levant.

Ni-

Nimirum locus ipse sui Ciceronis *honori*
Hoc dedit; hac fontes cùm patefecit ope.
Ut quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis, quæ medeantur, aquæ.

E verbis *Plinii* ipsius concludere licet, Villam memoratam fuisse longè spatiosissimam & amœnissimam: siquidem non tantum ornata fuit Porticu splendidissima, sylva amœnissima, lucoque largissimo; sed etiam tam ampla erat situ, ut extenderetur *Puteolis* usque Lacum *Avernum*. Narrat *Ælius Spartianus* in Vita *Hadriani* Imp. *Hadrianum* Imper. *Bajis* mortuum, humo fuisse mandatum in Villa *Ciceronis*, atque *Antoninum Pium* successorem, locô monumenti molisque struxisse ibidem summè magnificum Templum, cujus etiamnum supersunt rudera. In *Academia* indicata *Tyro Tullius*, Libertus *Ciceronis*, multos libros de amœnissimis & acutissimis thematibus Philosophicis conscripsit, atque Pandectas exaravit, omni genere doctrinæ refertas; fecit prætereà (teste *Asconio*) libros tres linguâ Latinâ, *de Vita Ciceronis*, aliosque nonnullos *de Consuetudine & regula Linguæ Latinæ*, quos in ordinem postmodum redegerit *Quinctilianus*. Vitam produxit per seculum integrum memoratus *Tyro Tullius*. *Sanfelix* describens Villam indicatam *Ciceronis*, non dubitavit hæc verba proferre: „ E „ regione montis surgit collis in quo truncum „ apparet ædificium, quod *Puteolani* pro certo „ habent *Ciceronis* fuisse *Academiam*. Huic opi„nioni fidem esse adhibendam ea mihi persuasit „ ratio, quod locus antiqui domini servat nomen, „ tùm quod respondet topographiæ à *Plinio* fa„ctæ, quam ascribo. Digna memoratu villa „ est ab *Averno Puteolis* tendentibus imposita lit-
72 „ tori, celebrata porticu, & nemore, quam vo„cat *Academiam M. Cicero*. Hæc *Plinius*. *Pla„tonis* æmulator non modo tractanda Philoso„phia *Arpinas* ille esse voluit, sed *Platonici* gy„mnasii nomen in suam villam Musarum domi„cilium traduxit. Hinc factum est, ut gloriosis „ *Græcis Atticam Academiam* jactantibus *Latini* „ *Puteolanam* opponerent, & *Tusculanum* Lyceo „ *Aristotelico*, quibus fontibus moralis Philoso„phiæ manarunt rivi. „ Joan. *Boccacius* libro *de Fontibus*, de hac aqua ita judicavit: „ *Cice„ronis* fons haud longe à *Puteolis* est calidas evo„mens aquas, quæ ægris oculis plurimum con„ferunt, & ideò *Ciceronis* vocatur, quia in villa „ ejus (*Academiam* vocaverat) ea in via, quæ ab „ *Annio* lacu fert *Puteolos*, est. Nec tamen eo „ vivente fons erat, sed brevi interposito post „ ejus necem tempore, illam *Antistio Vetere* possi„dente, ejus in parte prima prorupit, quem etiam „ *Laureas Tullius*, unus ex libertis olim *Tullii*, car„minibus celebrem reddidit, ut appareret, cla„rum hominem dum viveret scientia sua menta„libus mortalium oculis præstitisse medelam, & „ ejus post nomen eo defuncto præstare corpo„reis. „ Encomium *Academiæ* decantatissimæ reliquit Epigrammate sequenti *Paulus Portarellus*:

Hadrianus Imp. sepultus in Villa *Ciceronis.*

Tyro Libertus *Ciceronis.*

Vita *Ciceronis* enarrata à *Tyrone Tullio*, Liberto ipsius.

Musarum *hæc sedes, magnique* Academia *quondam,*
Hæc Arpinatis *villa superba fuit.*
Hic illum Charites, & Apollo *dulce loquentem,*
Pallas *&* Aonides *obstupuere novem.*
Villa igitur felix æterni nominis hæres,
Digna quidem à tota posteritate coli.

73
CAP. IX.
De Monte Gauro, *quem Incolæ nuncupant* Monte Barbaro.

MOns *Gaurus*, *Puteolanis* vocatus *Barbarus*, non ita procul est *Puteolis*; radices hujus pergunt
A usque fines *Cumarum* & *Averni*, vergitque clivus quidam *Bajas*; mons verò ipse satis in altitudinem ascendit, quamobrem undiquaque cernitur. Olim consitus erat vitibus eximiis & præstantissimis, unde nascebantur vina fortissima atque excellentissima, valde ab Auctoribus laudata. quare *Juvenalis* scribit Satyr. IX.

Te Trifolinus *ager fœcundis vitibus implet,*
Suspectumque jugum Cumis, *&* Gaurus *inanis.*

Adhuc alibi quoque ostrea optima lacus *Lucrini* vocavit *Gaurana*:

B *Cœnet licet Ostrea centum* Gaurana.

Galenus libro primo de *Antidotis* cap. III. celebrat summè vinum *Gauranum*, quod in monte nascebatur, ajens: *Secus aquosis accidit, Sabino, Albano, Gaurano, quod in Puteolanorum colle nascitur.* Adhæc libro duodecimo *Methodi*, *de cibo boni & mali succi*, cap. duodecimo, satis vinum indicatum prædicat. Exponit etiam excellentiam & superbiam memorati Gauri *Plinius*, *Nat. Historiæ* lib. XIV. cap. VI. scribens: *Certant* Massica, *æque ex Monte* Gauro, Puteolos Bajas*que prospectantia.* Plurimi alii Auctores etiam meminêre, ut *Statius* lib. III. *Lucanus* lib. II. *L. Florus* lib. I. cap. XVI. & *Pontanus* II. *Partheniæ*.
C Hodie Mons memoratus est omnino confragosus & sterilis, aliumque sese præbet, ac cecinêre Poëtæ rerumque scriptores: causam verò rejiciunt in summa incendia, quæ temporum longinquitate 74
subiit, quòd ferè totus obnoxius esset terræ tremoribus atque incendiis; quapropter jam miretur illum nullus, qui tam infœcundum viderit, arboreque omni privatum. Sunt qui autumant, quod excellentia pristina orbati nomen jure meritoque mutarint incolæ, vocantes, loco *Gauri*, *Barbarum*. Multis locis Montis repe-
D riuntur cavernæ tenebrosissimæ, quæ ferè omnes terra obrutæ sunt; populus verò avarus, thesaurorum repositorum sæpissime falsis illusus pollicitationibus, Dæmonis astu ingreditur, & ut plurimum vita privatur.

Mons *Barbarus* quare ita nuncupetur.

CAP. X.
De Laconicis & Sudatoriis seu Spiramentis Agnani.

EMensus viam veterem *Puteolorum*, invenies Lacum *Agnanum*, cinctum præruptis petris, ita ut specie sua Amphitheatrum repræsentet: circuitus verò est milliarium trium; ejus aqua duos refert sapores, siquidem suprema dulce sapit &
E suaviter, verùm infima salsuginea est; autumant autem Physici, portentum oriri è quibusdam metalliferis terris, aut salinis, aut aliis, quæ alveo subjacent; tamen satis profundus est, nec aliud quicquam, ac ranas generat; atque veris tempore sæpissime apparent serpentes cum plurimis spiris, qui confluunt illuc, sese immersuri providentia Dei, quæ non concedit, ut damnum ulli homini inferant; quamobrem autumant nonnulli *Agnanum* vocatum, quasi *aquam anguium*. Nec desunt bardi quidam, qui putant, heic loci quandoque fuisse situm Oppidum nomine *Agnanum*, quod terræ motibus succussum & eversum fuerit,
F ita ut in ejus locum ortus fuerit lacus memoratus; ut & de *Averno* idem autumant sibique persuadent. Et quamquam Lacus hicce piscibus caret, tamen valde delectat venatores, qui heic venari 75
solent volucres aquaticas, tempore æstatis plurimas huc convolantes. Aërem corrumpit Lacus idem, quare loca universa propinqua magno detrimento afficiuntur, adeo quidem, ut coacti sint homines relinquere prædia, atque alibi habitatum concedere; evenit verò inde, quia rustici propinquorum

Pagorum, huc ſeſe conferunt ferè omnes, intin-
ctuti lina. Nullo negotio fermè aquæ lacûs
memorati ſiccari poſſent, ſi emitterentur; quod
ſi effectum daretur, loca omnia in vicinia, cum
pulcherrimis jucundiſſimiſque radicibus montis
Pauſilypi, afficerentur non minimo commodo,
prout jam quidem incommodum inde patiuntur; ad
hæc prædia ante memorata proventus gignerent
plures poſſeſſoribus, quin Aula Regia inde hau-
riret magnam utilitatem, ſi hoc modò dictum
fieret. Prope Lacum expoſitum nanciſceris plu-
rima ſudatoria ſeu Balnea *Laconica*, quæ contractio-
ra ſunt habitacula quædam fornicata, ubi è fundo
prodeunt exhalationes quædam calidæ, ita ut in-
greſſus nudus ſtatim ſentiat ſe conſequi multum
ſudorem, quare nuncupantur *Sudatoria*. Humo-
res corporis crudos diſſipant, levant eadem cor-
pora, podagricoſque juvant refrigerio, & ſca-
biem curant Similiter facit aqua aliunde huc
allata, atque calefacta fumo horum Sudatoriorum.
Hiſtoria *Paſchaſii* Cardinalis. Hîc *S. Germanus*, Epiſcopus *Capuanus*, reperit ani-
mam *Paſchaſii* Cardinalis, auctore *S. Georgio* lib.
IV. Dialogorum ſcribente: *Cum adhuc eſſem ju-
venculus, & in laico habitu conſtitutus, narrari à
majoribus audivi, quòd* Paſcaſius, *hujus Sedis Apo-
ſtol. Diaconus, miræ ſanctitatis vir fuerit, eleëmoſy-
narum maximè operibus vacans, cultor pauperum,
& contemptor ſui. Poſt multum tempus mortis ejus,*
Germano *Epiſcopo* Capuano *medici dictaverant pro
ſalute corporis, ut in Thermis angularibus lavari de-*
76 *buiſſet, qui ingreſſus eaſdem thermas, prædictum* Pa-
ſcaſium *ſtantem, & obſequentem in caloribus inve-
nit, quo viſo vehementer extimuit; & quid illic
tantus vir faceret, inquiſivit. Cui reſpondit, quòd
nulla alia cauſa in hoc loco pœnali ſum deputatus, ni-
ſi quia in parte* Laurentii *contra* Symmachum *in
Pontificatu ſenſi, ſed quæſo pro me Dominum depre-
care, atque in hoc cognoſces quòd ſis exauditus, ſi
huc rediens me non inveneris; quòd poſt paucos dies
ita factum eſt.* Vocatur Sudatorium memoratum
ab Incolis *Sudatorium S. Germani*; effectûs verò
ipſius & naturam carmine hocce recenſuit *Alca-
dinus* Poëta:

Abſque liquore domus benè Sudatoria *dicta eſt,*
Nam ſolo patiens aëre ſudat homo.
Ante domum lacus eſt ranis plenuſque colubris,
Nec fera, nec piſces inveniuntur ibi.
Ingreditur ſi quis parvæ teſtudinis umbram,
More nivis tactæ corpora ſole madent.
Evacuat chymos, leve corpus reddit, in ipſo
Quovis appoſita eſt vaſe, tepeſcit aqua,
Hæc aqua languentes reſtaurat & ilia ſanat,
Ulcera deſiccat, ſub cute ſi qua latent.
Hac re Germanus, Capuæ *caput, æde repertum*
Ad ſacra Paſcaſi, *paſcua te retulit.*

Nobiliſſimus Medicus & eruditiſſimus *Petrus
Vecchio*, *Nolanus* etiam in illud compoſuit ſequens
Epigramma:

Hæc quæ perpetuum volvunt hypocauſta vaporem
Ingreditur ſi quis quem male morbus agat,
Hic ſudando luem de corpore protinus omnem
Pellet, & ad proprium lætus abibit opus.

77

CAP. XI.

De caverna nuncupata Canum, *ubi omne vivum ingreſſum, occiditur & ſuffocatur.*

AD pedem alterius petræ Lacus memorati
Agnani, non multum inde diſſitæ, occurrit
caverna parva, non adeo vaſta, longa palmos
quatuordecim, & lata ſex, altaque ſeptem; hæc
verò tam validum fœtorem ſulphureum, vel alius
ignotæ naturæ fundi habet, ut animal quodcun-
que huc delatum, extemplo extinguat; ibidem
A invenies ſignum affixum & conſtitutum, quod
admonet omnes accedentes, ne ulterius progre- 78
diantur, nam violantes, confeſtim ſuffocantur,
ut ſæpenumero experti fuêre in animalibus immiſ-
ſis: quod ipſe non una vice probavi, atque ita fa-
ctum eſſe expertus fui; attamen ſi ex tempore ex-
trahantur, immerganturque aquis lacûs proximi,
vel aliis, reviviſcunt, atque ſerius vel citius in
vitam redeunt, ut magis aut minus ſorbuerunt
imbiberuntve vapores noxios; ſin autem diu ani-
mal heic incluſum fuerit, omnino nec juvabit a-
qua memorata, nec alia quævis res illi reſtituen-
do eſt. Mentionem cavernæ injicit *Plinius* lib.
B II. cap. XC. *Alii ſpiracula vocant, alii Charo-
neas ſcrobes mortiferum ſpiritum exhalantes.* Inſu-
per *Antonius Sanfelix* libro de *Campania*, loci hu-
jus ita meminit: *Eſt in proximo terræ ſpiraculum
afflatu intus tabifico, ſignum habens juxta fauces, quod
non ſine vitæ periculo præterire licet, quodcunque a-
nimal id tranſgreditur procumbit illicò ſemianime,
quod ſi prius, quam exanimetur, his mergatur aquis,
ad ſalutem redit, facto in canibus ſæpè periculo.* Cum
Carolus VIII. Rex *Galliæ* occupâſſet Regnum
Neapolitanum, averetque videre res *Puteolanas*,
& percepiſſet ab incolis naturam cavernæ indica-
tæ, deſideravit ipſe coràm videre, quare aſinum
C immitti juſſit, qui propediem ſuffocatus fuit.
Dominus *Petrus Toletanus* Pro-rege Regni, iti-
dem expertus fuit in duobus captivis, quos ſimul
exſpirâſſe expertus eſt. Adhæc, me ſpectante,
obiêre tres homines ſani & integri, ſed protervi,
eò quòd riderent monitiones ipſis ſubminiſtratas,
ne ingrederentur cavernam memoratam, teme-
reque experirentur hos caſus, quare mox vitâ con- 79
tumaciam luerunt.

CAP. XII.

De Montanis novis.

E regione Montis *Gauri* aſcendit Mons, am-
D biens circiter tria milliaria, altitudineque ea-
dem ferè, ac ipſe *Gaurus*, & pes ipſius lateris au-
ſtralis protenditur Mare verſus, ſeptentrionalis
verò uſque Lacum *Avernum*, Occidentalis prope
Antrum illud memoratum *Charontium*, & Orien-
talis jungitur radicibus montis *Gauri*; vocatur au-
tem Mons ab incolis *Mons Novus*, ut qui uno die Mons è cinere coagmentatus die civili anno à *Chriſto*. Nato M. DXXXVIII.
civili prognatus fuit; ſiquidem anno MDXXXVIII.
die XXIX. Septembris, univerſis finibus *Puteolo-
rum*, aliquot dies primùm terræ tremoribus con-
quaſſatis, cum ſtridoribus & ſonitibus terribili-
bus, dehiſcebat terra hîc ad *Tripergolas*, ita ut vi-
deretur totum territorium ſubvertere; Cœlo
E itaque illuſtri incepêre erumpere ex hiatu hocce
flammæ igneæ, conjunctæ cum cineribus comi-
tatis lapidibus candentibus, additaque vi fumi &
caliginis; ejiciebantur vero lapides tam impetuo-
ſè in altum, ut ſtupendum eſſet viſu, ventoque præ-
terea impetu vehementiſſimo erumpente, diſper-
ſi fuerunt circumquaque cineres memorati, tan-
taque vi ventorum abrepti, ut in *Africam* uſque
deferrentur. Itaque hiſcente terra, flammiſque
igneis erumpentibus, conjunctis lapidibus & ci-
neribus, circum dictum hiatum undique cineres
indicati excitarunt è lapidibus & pumicibus in ripis
tantam collem, ut inde Mons dictus orire tur.
F Hac voratrina & Montis ortu Caſtellum *Triper-
golarum* cum maxima parte lacus *Averni*, ut & *Lu-
crini*, omnibuſque antiquis & ſumptuoſiſſimis fa-
bricis, ſummaque parte Balnearum circumjecta- 80
rum ſubmerſum fuit. De hoc incendio *Tripergo-
larum* famoſiſſimus ille Philoſophus *Simon Portius*,
Neapolitanus, philoſophatus fuit, *Latinè* edita
Diſquiſitione, ex qua quod ad rem noſtram per-
tinet, excerpemus: „ *Puteolorum* regio fuit bien-
„ nio ferè magnis terræmotibus agitata, ut nulla
in

,, in ea superesset domus integra, quæ non proxi-
,, mam minabatur ruinam. At die vigesimo septi-
An. 1538. ,, mo, & vigesimo octavo Sept. anno MDXXXVIII.
,, perpetuis diebus, & noctibus terra est commota;
,, mare passibus ferè CC. recessit, quo loco acco-
,, læ ingentem piscium multitudinem ceperunt,
,, & aquæ dulces erant. Die verò XXIX. ma-
,, gnus terræ tractus, qui inter radices montis
,, *Gauri* (quem *Barbarum* appellant) & mare
,, juxta *Avernum* jacet, sese erigere videbatur,
,, & montis subito nascentis imitari figuram. Eo
,, ipso die hora noctis II. hic terræ cumulus a-
,, perto veluti ore, magno cum fremitu miros
,, evomuit ignes, pumices, lapides, cinerisque
,, fœdi tam magnam copiam, ut quæ adhuc ex-
,, tabant *Puteolorum* ædificia operuerit, herbas
,, omnes texerit, arbores fregerit, pendentem-
,, que vindemiam ad sextum usque lapidem in ci-
,, neres verterit, aves, & nonnullas quadrupedes
,, bestias interemerit. Fugientibus per tenebras
,, *Puteolanis*, cum natis, & uxoribus magno eju-
,, latu *Neapolim* sese recipientibus, cinis propè
,, voragines erat siccus; longè verò lutosus, &
,, humidus cecidit. Sed quod omnem superat
,, admirationem, mons circum eam voraginem
,, (nunc dicitur *Mons novus*) ex pumicibus, &
,, cinere plusquam M. passuum altitudine una
,, nocte congestus aspicitur, in quo multa ine-
,, rant spicamenta, ex quibus nunc duo super-
,, sunt, alterum juxtà *Avernum*, alterum in me-
,, dio montis, *Averni* magna pars operta cinere.
,, Balnea ita tot sæculis celebrata, quæque tot
,, ægris salutem præstabant cinere sepulta jacent.
,, durat hoc incendium usque ad hanc diem, cum
81 ,, aliqua tamen intercapedine. Quæ verò circa
,, dicta philosophicè considerari possumus, ea sunt.
,, Etenim quæ raro natura fiunt quædam carent
,, causis definitis, ut ea, quæ à casu fiunt, alia
,, autem non sine causis certis, ut Eclipses, Co-
,, metæ, Terræmotus. Sed cum hoc incendium
,, fuerit post Terræmotum, de eo pauca dicere
,, oportet.

,, Sol in terram agens humidam, fumum ex
,, ea educit; qui si crassior fuerit, & humidior,
,, dicitur vapor, humida generans, ut pluvias,
,, nives, &c. sin siccior (quem exhalationem *A-*
,, *rist.* in *Meteorologicis* vocavit) sicca gignit.
,, Fumus hic in terræ cavernis genitus, aut to-
,, tus effluit vi propellens aërem, & generat ven-
,, tos, aut totus coërcetur igneus existens, qui
,, volens velociter exire, terram commovet, &
,, facit terræmotus magnos, aut partim effluit,
,, & facit terræmotus leves; cum pars effluens
,, aërem moveat, occlusa verò terram. Non est
,, prætereunda causa superior (ut Astrologi per-
,, hibent) stellarum inquam conventus, Lunæ-
,, que defectus, hæc omnia fuerunt his tempori-
,, bus. Congressus *Martis* cum *Saturno* in *Vir-*
,, *gine*, proximo solstitio, qui exhalationes, &
,, terræmotus gignere consuevit. Fuêre anno
,, præterito Eclipses Lunæ, & Cometæ. Ter-
,, ræmotus tempora apta sunt Ver, & Autu-
,, mnus, quibus tunc fiunt incrementa humidi-
,, tatum, & caloris, unde Sol gignit vapores,
,, quorum generationem prohibet hyems ob ni-
,, mium frigus, & Æstas ob nimium calorem.
,, Hora aptior terræmotibus est diluculum, quia
,, Sol ad nos rediens terræ cogit frigiditatem,
,, quæ prohibet egressum exhalationibus: Est et-
,, iam Meridies, cum Sol superans exhalationes
,, resolvat, educatque inferans quæ terram mo-
,, vent. Locus esse debet mari finitimus, & ejus
,, terra velut spongia poris affluens, & cavernis;
,, quibus omnibus obnoxius *Puteolanus* ager fre-
,, quentes patitur terræmotus. Cumque exha-
,, lationes istæ motu velocissimo raptæ materiam 82
,, in ea regione bituminosam, atque igne per-
,, ustam inflammarint, propulsamque ejecerint,
,, hiatum illum effecerunt. Mare recessit, quia
,, exhalationes exire volentes, terram rarefece-
,, runt, quæ veluti sitiens, aquam per rimulas
,, hausit. Materia illa bituminis antea ardebat,
,, quia aquæ, quæ juxta eam scaturiebant, erant
,, calidæ: at exhalationum impetu incendium
,, majus sumpserunt. Fumus non semper exit,
,, nec fremitus semper exauditur, quia primis
,, diebus os voraginis erat angustum, hinc flam-
,, ma illi ori proxima cùm fremitu erupit; pro-
,, cessu autem temporis non sic contingebat. Ci-
,, nis hic in locis vicinis est siccior, quòd ab ar-
,, dore fit, at longinquis partibus est humidior,
,, quia transit per aëris mediam regionem, quæ
,, humida est. Tempus durationis sciri nequit,
,, quia nescimus materiæ quantitatem, qua ignis
,, ille alitur. Credo tamen non minori tempore
,, duraturum quàm illud *Vesevi* montis; maximè
,, cùm *Puteolanus* ager sulphureo bitumine ple-
,, nus sit. Quid portendat hoc, nil certi, cum
,, *Peripateticis* astruo, tametsi *Cicero*, eloquentiæ
,, pater, portentis multum quidem detrahat. Puta-
,, rem ego quòd siccitatem portendat, cui fru-
,, gum penuria succedere consuevit. Astrorum
,, periti futura bella prædicant. *Arist.* similia con-
,, tigisse in *Heraclea* civitate, & sacra insula *Æo-*
,, *li* refert; sic etiam imperante *Tito*, anno Im-
,, perii sui II. *Vesevus* mons ab altero vertice
,, magnos eructavit ignes, &c. ,, Itidem expo-
suerunt incendium memoratum *Petrus Jacobus Toletanus* linguâ vulgari, ut & eruditus *Antonius Sanfelix* carmine Latino *Cliûs divinæ*.

Ubi demum Montana illa nova stant, ante incendium maximam partem inundavit mare, nec procul aqua situm erat suburbium, quod tempore balnearum incolis scatebat: hîc multa ptochotrophia structa erant, pro multitudine quæ ad balneas confluebat, præterea habebantur ibidem Thermæ antiquæ structuræ amœnissimæ; quæ omnia ho- 83
die montanis memoratis cinericeis teguntur & obruta sunt.

CAP. XIII.

De Monte Christi.

UBi apparent *Tripergola*, balneumque Arcus, & aliud *Raneri*, atque aliud antiquum *Tripergolæ*, invenies Montem *Christi*, vocatum inde, ut ferunt, quòd *Christus* Redemptor noster, quo tempore ex mortuis suscitaretur, descenderetque ad Inferos, ut animas Patrum Sanctorum Limbo erueret, in itinere mox ab *Averno*, nimirum Inferno, turmis Sanctorum Patrum comitatus, sumserit maximum hunc montem, quô obstrueret os Inferni; quare autumant, montem *Christi* nuncupari; Verum cùm non sit opus nec animæ *Christi*, nec animabus Limbo erutis, exire aut ingredi discedentibus montibus, quippe quæ spiritus sunt; montes verò corporibus modò obsint, corporibus, inquam, naturalibus; patet, hæc omnia fabulosa figmenta esse fæcis hominum, quam imitatus *Eustachius* Poëta, de balneo Veteri, mox memorato, nimirum *Tripergolæ*, ita finxit & fabulatus est:

Est locus australis, quo portas Christus Averni
Et Sanctos traxit lucidus inde Patres.
Hæc domus est triplex, hinc jure Tripergola *dicta,*
Una capit vestes, altera servat aquam,
Utilis una satis multum sudantibus, aufert
Defectum mentis cum gravitate pedum.
Hæc stomachi varias facit absentare querelas;
Flebile de toto corpore tollit onus.

Debilis, atque piger, quibus est non multa facultas,
84 *Consulimus tali ut sæpè fruatur aqua.*
Hujus amator aquæ Symptomata nulla timebit,
Incolumi semper corpore lætus erit.

Attamen ego cum S. Ecclesia Catholica & Apostolica credo, quòd Dominus Noster *Jesus Christus*, Dei filius, excitatus fuerit tertia die post mortem è mortuis ad vitam, & descenderit in Infernum, reducens secum turmas Sanctorum Patrum, ut testificati sunt Prophetæ & Apostoli Sancti. Verùm an prodierit ex hoc loco, sive ex alio, ignotum mihi est, nec volo pervicacius asseverare, quod nescio; ideo malo, ad effatum *S. Augustini* lib. VIII. in *Genesin*, *dubitare de occultis, quàm litigare de incertis.*

Balneum S. Nicolai. Deinde occurrit Balneum *S. Nicolai*, cui nomen datum fuit, quòd pauperes, instar ipsius *Nicolai*, juvaret. Mox sequitur Balneum *Scrofulæ* seu *Strumæ*, quòd strumæ medeatur. Haud procul dissitum est balneum *S. Luciæ*, ita nuncupatum, quod valde conferat oculis. Deinde habetur balneum *Arcus*, sic vocatum à structura sua; ulteriusque jacet balneum *Crucis*, quod auxiliatur podagricis & hypochondriacis; ubi signa erecta fuêre *Christi* Servatoris in crucem sublati, unde appellationem traxit; postmodum ad littora Maris videtur balneum *Cantarelli*, ita pariter dictum à structura sua, atque à latere quodam apparet balneum *Fontis*, propter fluxum ad instar fontis, ita dictum.

Struma, S. Luciæ, Arcûs, Crucis, Cantarelli & Fontis.

85

CAP. XIV.

De Lacu Lucrino.

LAcus *Lucrinus*, ita vocatus à *Cornelio Tacito* & *Silio*, tempore *Romanorum* summè decantatus fuit, quòd pisculentissimus esset, commodum piscium, ibidem generatorum, præbens proventum; quare sunt, qui autumant *Lucrinum* nuncupatum à *Lucro*, seu quæstu, quem suppeditaret populo *Romano*, dando multitudinem piscium ostreorumque consummatissimorum, quæ ibidem caperentur, quorum mentionem *Martialis* injecit lib. XIII. Ep. XC.

Non omnis laudem pretiumque aurata meretur,
Sed cui solus erit concha Lucrina *cibus.*

86 Alibi, videlicet Lib. XIII. Epigr. LXXXII. etiam cecinit:

Ebria Bajano *veni modo concha* Lucrino
Nobile nunc sitio luxuriosa Garum.

Lacum nostrum, auctore *Strabone* lib. V. agger optimus ambiit longus milliare, latusque tantum, ut pateretur essedum ibi agitari, quem *Herculem* ferunt fecisse, ut boves *Geryonis* hac deduceret; sed æstibus marinis transmeantibus ita submersus fuit, ut difficulter terrestre iter fieri posset; sed *Agrippa* ita formavit & finxit, teste *Strabone*, ut ingressus daretur minoribus naviculis, quibus hîc alligatis & ad anchoras stantibus tutissimus portus erat; Verba auctoris sunt: Lucrinus *verò sinus usque* Bajas *latitudinem pandit, qui ex exteriori pelago per aggerem longitudinis stad. VIII. latitudinis autem unius orbitæ arcetur. Illum autem ab* Hercule *traducendarum* Geryonis *boum causâ aggregatum fuisse perhibent. Qui cum pedibus perambulari, propter fluctus ingruentes per hyemes superne vix posset,* Agrippa *exornatum melius construxit: levioribus enim lembis præstat ingressum stantibus in anchora rursus incommodus, captandis verò ostreis uberrimus.* Tradit *Plinius* lib. IX. cap. VIII. imperante *Augusto*, Delphinum intrâsse *Lucrinum*, quem puer, quotidie *Bajis Puteolos* sese conferens ad discendum, observavit, cœpitque vocare *Simonem*, & sæpe fragmentis

Historia Delphini, qui sub imperio *Augusti* ingressus est *Lucrinum.*

A panis, in hunc finem allatis, ad se allexit, quare ipsum diligere delphinus incepit, atque quacunque diei hora, advocatus à puero, quamvis lateret aquis & immergeretur, è vestigio venit, cibumque è manu pueri arripuit; cumque in dorsum reciperet, pinnas colligebat, condens quasi in vaginam; insidentemque *Puteolos* deduxit, & itidem per 87
spatiosissimum maris intervallum tali lusu reduxit *Bajas:* hoc continuatum fuit per plurimos annos, quousque ex morbo decessit puer; Delphinus itaque ad locum solitum adnatans quasi doleret, lugeretque amissum puerum, etiam contabuit atque mortuus fuit. Historiam remque gestam ita
B descripsit memoratus *Plinius* lib. IX. cap. VIII.

Divo autem Augusto *Principe*, Lucrinum *lacum invectus* (Delphinus) *pauperis cujusdam puerum ex* Bajano Puteolos *in ludum litterarium itantem, cum, meridiano immorans, appellatum eum* Simonis *nomine sæpius fragmentis panis, quem ob id ferebat allexisset, miro amore dilexit. Pigeret referre, ni res* Mœcenatis, *&* Flaviani, *&* Flavii Alfii, *multorumque esset litteris mandata. Quocunque diei tempore inclamatus à puero, quamvis occultus atque abditus ex imo advolabat, pastusque è manu, præbebat ascensuro dorsum pinnæ aculeos velut vagina condens, receptumque* Puteolos *per magnum æquor in ludum*
C *ferebat; simili modo revehens pluribus annis, donec morbo extincto puero, deinde ad consuetum locum ventitans, tristis, & merenti similis, ipse quoque (quòd nemo dubitaret) desiderio expiravit:* Asserit eandem historiam *Solinus* scribens cap. XVII.

Divo Augusto *Principe in* Campania *Delphinem puer fragmentis panis primo illexit, & in tantum consuetudo valuit, ut alendum se etiam manibus crederet. Mox cum profluxisset pueri audacia, intra spatia eum* Lucrini *lacus vectitavit, unde effectum ut à* Bajano *littore equitantem puerum* Puteolos *usque perveheret, hoc per annos plurimos tamdiu ge-*
D *stum est, donec assiduo spectaculo desineret miraculum esse quod gerebatur. Sed ubi obiit puer, sub oculis publicis desiderii mœrore Delphin interiit. Pigeret hoc asseverare, ni* Mœcenatis, *&* Fabiani *multorumque præterea esset litteris comprehensum.*

Eandem verò rem gestam narrat *Aulus Gellius* 88
lib. VIII. cap. VIII. eamque ut verissimam. Exemplum non dissimile, quodque verosimile reddit præmissum, allegat *Pausanias*, asseverans sese coràm vidisse *Proselene*, (quæ civitas *Ioniæ* est) Delphinum, captum à piscatoribus, tridentibusque vulneratum, sed qui intercessione juvenis, vita donatus fuit; juvenis itaque medicaminibus quibusdam ipsi adhibitis, in mare demisit liberum;
E Delphinus autem instar memoris tantorum beneficiorum sibi præstitorum, sæpe rediit ad locum, ubi cum juvene invento lusit, collectisque pinnis acutis dorsi callosi, admisit ipsum equitem commodissimum, & ita per æquor pelagusque tulit, tandem in terram exponendum. Itaque à vero non abhorret, quod de *Arione* Citharœdo, filioque *Jasæo*, aliisque multis tradiderunt *Herodotus* lib. I. *Plinius* cap. VIII. lib. IX. *Bainorus* lib. I. *Florilegii* tit. 13. *Plutarchus* in *Convivio* VII. *Sapientum*, *Aulus Gellius* lib. XVI. cap. XIX. *C. Julius Hyginus* in *Poëtico Astronomic.* & alii complures. Verùm *Ovidius* lib. II. *Fastor.*
F scitissimè descripsit historiam *Arionis* sequentibus versibus:

Pausaniæ testimonium.

Quod mare non novit, quæ nescit Ariona *tellus?*
Carmine currentes ille tenebat aquas.
Sæpè sequens agnam lupus est à voce retentus:
Sæpe avidum fugiens restitit agna lupum.
Sæpè canes, leporesque umbra jacuere sub una:
Et stetit in saxo proxima cerva leæ
Et sine lite loquax, cum Palladis *alite cornix*
Sedit, & accipitri juncta columba fuit.

Cyn-

Cynthia sæpè tuis fertur, vocalis Arion,
Tanquam fraternis obstupuisse modis.
Nomen Arioneum Siculas *impleverat urbes.*
Captaque erat lyricis Ausonis *ora sonis.*
Inde domum repetens puppim conscendit Arion,
89 *Atque ita quæsitas arte ferebat opes.*
Forsitan infelix ventos, undasque timebas:
At tibi nave tua tutius æquor erat.
Namque Gubernator districto constitit ense,
Cæteraque armata conscia turba manu.
Quid tibi cum gladio? dubiam rege navita puppim:
Non sunt hæc digitis arma tenenda tuis.
Ille metu pavidus, mortem non deprecor, inquit,
Sed liceat sumpta pauca referre lyra.
Dant veniam ridentque moram, capit ille coronam,
Quæ posset crines Phœbe *decere tuos.*
Induit; & Tyrio distinctam murice pallam:
Reddidit icta suos pollice chorda sonos.
Flebilibus numeris, veluti caventia dura
Trajectus penna tempora cantat olor.
Protinus in medias ornatus desilit undas:
Spargitur impulsa cærula puppis aqua.
Inde (fide majus) tergo Delphina recurvo,
Se memorant oneri suppposuisse novo.
Ille sedet, citharamque tenet, pretiumque vehendi
Cantat, & æquoreas carmine mulcet aquas.
Dii pia facta vident: astris Delphina recepit
Juppiter, *& stellas jussit habere novem.*

Lacus Lucrinus summo proventui fuit Senatui Romano.

Cæterùm revertamur ad lacum *Lucrinum*; hic adeo magnum *Romanis* præbuit emolumentum, ut cùm elocarent vectigalia piscatûs, primùm omnium illud *Lucrini* proponerent, quod ipsis significaret felicem appellatione sua successum. Cùm autem perpetua inundatione Maris Lacus memoratus corruptus esset, rogavêre quæstores ærarii Senatum *Romanum*, ut malo damnoque occurreret; quare jussum præceptumque *C. Julio Cæsari* fuit, ut rem illam curaret, qui loco satis curiosè examinato claustra ingentia aggeresque robustissimos & validissimos in tutamen & restaurationem adjecit; ne ullo modo in ipsum influere Mare amplius posset, illive nocere. 90 Eloquentissimus *Joannes Boccacius*, libro de *Lacubus*, de *Lucrino* non dubitavit hæcce referre: „ *Lucrinus*, Lacus est *Campaniæ* inter *Misenum Bajarumque* caput, & *Euboicas Cumas. Lucrinus* ut veteres dicunt à *Lucro* dictus, nam cum in eodem multitudo piscium caperetur, ex quibus maximum mercatores consequebantur Lucrum, *Lucrinus* dictus est. Verum cum plurimum æstuans mare, quod penes est, obesset piscantibus, & ob id minui videretur vectigal, quod exinde persolvebatur *Romanis*, à Senatu *Julio Cæsari* datum est opus, ut *Lucrinum* à maris impetu immunem redderet. qui labore maximo, atque sumptu oppositis molibus, & parvo relicto mari ostio, *Lucrinum* ab æstu maris securum reddidit, quamobrem à nonnullis postea *Aquæ Juliæ* appellatæ sunt. Alii maris otia vocavere, quibusdam mare mortuum appellatur. Sanè, etsi non omnino repletus arenis sit, modicum tamen vacui reservavit, quòd magis, aliquibus navibus quietam aliquando stationem præstat quam piscatoribus Lucri commodum. „ Remansit autem hodiè tantummodo lacuna quædam, quòd totus lacus cineribus *Montis Novi* oppletus sit, quod accidit nimirum anno MDXXXVIII. Memorat *Strabo* lib. v. (ut ante indicatum fuit) sinum *Lucrinum* sese extendisse usque *Bajas*, ambiente exterius Mari, aggere interjecto longo stadia octo, latoque ita ut caperet essedum transvectum. *Blondus* narrat, *Lucrinum* incepisse à Sudatorio *Tritolæ*, unitumque fuisse *Averno*; cui fidem habendam autumo, siquidem hactenus in ripa occurrunt sumptuosissima

Julius Cæsar Senatusconsulto resarcit Lucrinum.

A ædificia, testantia sese aggeres pilasque fuisse, ab *Agrippa* & *Cæsare* violentiæ maris objectas.

CAP. XV. 91

De Lacu Averno.

EUndo à sinu *Lucrino* circiter milliare, invenies *Lacum Avernum*, qui *Græcis* ἄορνος vocatur, *Latinis* verò *Avernus Lacus*. Refert *Nonius*, Lacum memoratum, ex aquæ suæ fœtore intolerabili, quo volucres supervolitantes extemplo mortuæ conciderent, nomen traxisse; quod & testatur *Lucretius* principio lib. VI.

Quare Avernus ita nuncupatus sit.

Principio quod Averna *vocant, non nomen id abre*
Impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis.

Servius asseverat Comment. in *Æneid. Virg.* VI. 92
B Lacus, *Avernum* & *Lucrinum*, cinctos fuisse frequentibus sylvis, fœtoremque sulphureum longè latéque heic evaporantem occidisse aves supervolantes, quod ubi *Cæsar Augustus* observasset, excidere jussisse Sylvas circumjectas, locaque reddidisse multo gratissima, quamquam ante *Augustum* inceperat jam excidere *Agrippa*; testis nobis adest *Virgilius*, qui de *Averno* lib. *Æneid.* VI. vers. 201. dixit.

Agrippa & Augustus Imp. jussère nemora Avernum ambientia excidere.

Inde ubi venêre ad fauces Graveolentis Averni
Tollunt se celeres.

C Atque inferius vers. 237.

Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu.
Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris,
Quam super haud ullæ poterant impunè volantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens, supera ad convexa ferebat:
Unde locum Graji *dixerunt nomine* Avernum.

Passim quoque *Virgilius Averni* meminit; *Strabo*, scriptor insignis, ita lib. v. voluit delineatum Avernum: *In* Averno *autem majores nostri* Homerica *defunctorum vaticinia fuisse, fabulis edidere, Ibique cum oraculum extitisse traditum sit*, Ulyssem
D *eò navigasse. Est autem* Avernus, *& fundo, & ostio sinus commodus, & magnitudine, & natura portum continens, & visum tamen portus nequaquam præbens, quod ante illum* Lucrinus *portus jaceat. Supercilia quædam ardua* Avernum *undique circumcludunt, præter ostia. Hoc quidem in tempore, amœnis culta modis, olim autem agrestibus referta nemoribus, & proceris arboribus invia, quæ superstitione quadam umbris obscurum sinum reddebant. Rumor erat indigenarum, supervolantes aves, quas teter exhalans odor exanimarat, in ipsas aquas decidere, sicut in locis ad* Plutonem *deferentibus. Hanc autem locorum partem,* Plutoni *dicatam opinabantur.* 93
E *Hic etiam* Cimmerios *dici, placatisque prius per sacrificia Diis Manibus illuc intrabatur. Aderant enim qui talibus exponendis ductores essent sacerdotes, locorum fructus percipientes. Fons verò ibi fluvialibus scatens aquis excurrit in mare, ab ejus usu abstinebant omnes,* Stygias *opinantes esse aquas. Eodem in loco constructum est oraculum, ex aquarumque fervore vicinarum* Phlegethontem *esse, conjecturam factitabant, & ex* Acherusia. *Ephorus autem quidam vicinus* Cimmeriis *habitans, in subterraneis eos habitare domiciliis, quas* Argillas *appellant, commemoravit, eosque per fossas quasdam inter sese commeare, & advenas intra oraculum ve-*
F *nientes excipere, quod maxima ex parte sub terra erat conditum. Victum verò ex metallorum effossione quæritare, & ex divinationum mercede, atque proventibus ab Rege designatis, patrium esse latrocinantibus morem, ut nemo solem aspicat, noctu autem extra telluris hiatus egredi. Quocirca de ipsis dixisse Poëtam:*

Eos Sol *Phaëton* nullo intuetur in tempore.

A *Homines ipsos postea quodam à Rege deletos, cùm illi*
nequaquam successerit oraculi fides. Nunc autem
ædes ipsa divina in alium translata locum permanet.
Hujus generis apud majores nostros extitere fabula-
menta. Atque hisce annis, cum Averni lacum suc-
ciderit Agrippa, *locis per pulchra adornatis ædifi-*
cia, concissaque deinde usque Cumas *subterranea fos-*
sa, omnia illa fabulæ apparuerunt. Quin nec *A-*
verni oblitus est *Aristoteles*, libro de *Admirandis*
Auditionibus num. XXVII. scribens hoc pacto: *Apud*
Italiæ Cumas *lacus extat, cui* Aornos *nomen est,*
qui cum nihil (ut constat) admiratu dignum habeat,
collibus altissimis trium stadiorum altitudine circum-
B *datur; ac ejus figura rotunda est, immensamque pro-*
funditatem habet. Cæterum idque mirabile videtur
94 *cum multæ densæque in eo loco supertollantur arbo-*
res, ac nonnullæ in eo reclinentur, nullus tamen in-
trospicere potest in ejus aqua folia constanter stare,
sed adeo perlucida, sinceraque est, ut qui eam con-
templantur, stupore maximè afficiantur.
Aqua verò *Averni* subsalsa est, coloreque fur-
vo; & quamvis *Aristoteles* ac *Vibius Sequester*, libro
de Lacubus, autument longè altissimam, dicentes: A-
vernus *immensæ altitudinis, cujus ima pars deprehendi*
non potest. nihilominus nostra tempestate exploratæ
& commensuratæ aquæ ille sunt; nam *Antonius*
C *Doria*, Dominus, ut doctus, sic curiosus, à mul-
tis percipiens, abyssum dici lacum memoratum,
judicansque inauditam rem esse, ut certior de ea
re fieret, ipse in scapha profundum petiit & al-
tum, demissoque fune longissimo, seu bolide,
invenit altitudinem non excedere CCXXXVIII. pas-
sus. Quinimo ipse ego tentavi profunditatem
ipsius, atque, accuratiùs dejecto funiculo in me-
dium lacus hujus, expertus fui profunditatem ac-
cedere ad CCLIII. passûs, unde elucet, quod fal-
lantur *Vibius* aliique, putantes fundo carere. In-
fidi Ethnici existimarunt Lacum Sacrum esse *Plu-*
toni, Deo Tartareo: quamobrem Poëtarum fabu-
D læ locum hoc dedit, fingentium *Avernum* fontem
esse Tartareum; itaque antiqui placaturi Idola
infernalia, precibus pro manibus suorum peractis,
hic adduxêre homines, quos mactatos pro sacri-
ficiis obtulerunt: documentum est *Ulysses*, qui

Elpenor mactatus ab *Ulysse*. *Misenus* ab *Ænea* occisus.

Elpenorem interfectum obtulit, teste *Homero* Poë-
ta; secutus exemplum fuit *Æneas*, qui interfe-
ctum dilectum * tubicinem *Misenum* Deis Infer-
nalibus sacrificavit. *Maximus Tyrius* Philosophus
95 *Platonicus*, æquævus *Commodo* Imperatori, Ser-
mon. XXVI. Dæmonium illud *Socratis* enarrans,
de *Averno* non dubitavit ita fari: *Sed & in ea par-*
te Italiæ, *quæ magna* Græcia *dicitur, apud Lacum co-*
E *gnomine* Avernum, *divinatorium antrum fuit, an-*
trique ipsius Sacerdotes ductores animarum ab ipsa re
denominati: quo qui oraculi causa venisset, pre-
catione in primis facta, victimis cæsis liquoribus-
que effusis, vel patris vel amici cujuspiam ani-
mam excitabat ab Inferis, hujus cum simulacro
obvius fieret; cujus tanta tenuitas esset, ut illius
aciem propè effugeret, ac falleret: Idem tamen,
& vocem, & oraculum emitteret: Ubi de his quo-
rum causa venerat responsum accepisset, confestim
imago abibat è conspectu. Hujus oraculi notitiam
(ut mihi videtur) habens Homerus, Ulyssem *du-*
F *xit ad ipsum: quamvis, poëtico ingenio, locum illum*
extra nostrum hoc mare collocarit. Et hæc quidem
quam veritatem habuerunt à principio, eam, &
in præsentia servant: quorum nonnulla adhuc in-
tegra permanent, nonnulla clarissima vestigia mi-
nisterii, frequentationisque antiquæ reliquerunt. Ne-
que non valde mirabile est, neminem illa tamquàm

* Habet hoc ex *Boccacio*, verum ex *Virgilio* constat, *Miseno*, naufragio, seu à *Tritone* occiso, inferias ab *Ænea* datas fuisse.

absurda ausum improbare, aut etiam quod remo-
ta essent à consuetudine eorum auctoritatem revo-
casse unquam in dubium: quin potius singulos fi-
dem habentes tempori, oraculum adire, adeuntes
verissimum credere, credito uti, usum quoque ejus
percolere. Adhæc *Joan. Baccacius*, libro *de La-*
cubus, meminit etiam *Averni* scribendo: „ *A-*

Spelunca quà itur ad Inferos.

„ *vernus Campaniæ* Lacus est in sinu *Bajano* cele-
„ bris plurium Poëtarum testimonio. Hujus in
„ margine semesi vetustate parietes adhuc *Sibyllini*
„ oraculi testantur opus magnificum. sunt præter-
„ ea circum scaturientes assiduè tepentes fontes,
„ & quia mari contiguus sit, eoque æstuante
„ misceatur illi, & ob sulphureas scaturigines
„ circumadjacentes, impotabiles habet aquas,
„ pisces autem paucos gignit, & parvos atque
„ nigros, nec humano usui commodos. Sed & 96
„ multos aliquando ab agitato impulsoque in eum
„ mari suscipit, & si forsan primo haustus aquæ
„ videatur difficilis, assuefacti tamen in eo vi-
„ vunt; à nullis hominum piscationibus infesta-
„ ti. Dicunt veteres hunc *Averni* lacum sylvis
„ adeò densis fuisse circumdatum, ut modicum
„ illi ad exhalandam relinqueretur spatium: est e-
„ nim modici ambitus, & collibus continuis cir-
„ cumcinctus, & ab eo volantes desuper aves ab
„ exhalatione illa confestim necabantur. Intror-
„ sus verò adeo umbris densus, & sulphureo odo-
„ re oblitus erat, ut meritò intrantibus videre-
„ tur *Avernus*, id est absque delectatione, & ideo,
„ quia ibi densa caligo, erat fœtida, & quia sæpe
„ obscœnum illud sacrum humano sanguine con-
„ fectum Inferis agebatur, ab ignaris inde iter
„ esse ad Inferos creditum. Nec desunt, qui ar-
„ bitrentur, ibidem ab *Ulysse* primò *Helpenore*, vi
„ sacrorum, & criminum ab Inferis evocatos
„ Manes, & de futuris consultos. Sic & postea
„ ab *Ænea* mactato *Miseno*, ostenditurque ab in-
„ colis iter in specum in domum *Sibyllæ*, & alia
„ quædam huic opinioni facientia fidem. Tan-
„ dem ajunt *Octavianum Cæsarem* factis undique
„ excidi, atque eradicari sylvis, locum amœ-
„ num, atque salubrem reddidisse. Vidi ego ex
„ hoc lacu, *Roberto*, inclyto *Hierusalem*, & *Sici-*
„ *liæ* Rege, vivente, tam grandem piscium co-
„ piam ejectam in margines, ut monstro simile
„ videretur. Et cum omnes essent mortui, in-
„ trorsum nigri erant, & sulphure fœtidi, adeò
„ ut nullum ex illis gustaret animal. Creditum
„ ex eo est, à prudentioribus incolarum, eruptas
„ diebus illis in lacu sulphureas venas tanti vigo-
„ ris, ut infectis aquis pisces occideret. „ Ac-
cedit, quòd *Servius* explicet cavernam sitam in-
ter *Avernum* & *Lucrinum*, per quam daretur de-
scensus ad Inferos; unde tradidit *Virgilius*:
—— —— *Facilis descensus Averni*;
adhæc *Vibius Sequester*, ita pergit: *Acheron, quà* 97
ad Inferos creditur iri. Quod autem fuerit antrum
memoratum, nos, etsi sæpissime atque accurata
investigatione quæsivimus, hactenus non inve-
nimus; attamen asseverare possumus, quòd ad ri-
pam lævam lacus, in plaga occidentali antrum
detur, cujus orificium ferè totum obstructum est

Antrum *Sibyllæ* vulgò nuncupatur Spelunca memorata.

terra, quò, quamvis summâ molestiâ, descen-
ditur; introrsum verò detegitur via commoda &
spatiosa, in monte excisa, lata palmos quatuor-
decim, & æquè alta, longa vero triginta & quin-
gentos, & quantum licet colligere (ut & me cer-
tiorem fecit plurimum Reverendus Dominus *Leo-*
nardus Vairus, Episcopus *Puteolanus*, Prælatus non
vitâ modò piâ, sed & eruditione clarus non con-
temnendâ) Spelunca illa seu antrum memoratum
perrexit ulterius *Bajas* versùs, sed hodie obstru-
ctum obturatumque est; structuraque apparet no-
vitia; obturatum verò, ut incolæ asseverant, An-
trum

trum fuit, quòd stupidi multi intrarent, spe inveniendi absconditos thesauros, quorum plurimi sæpissime vaporibus inclusis suffocabantur, conveniens itaque judicatum fuit muris claudere & obstruere. Perrecturus hac eadem via pedes quadringentos & quinquaginta, invenies portulam pedes sex altam, & tres latam, quà tenditur via in monte excisa, latitudinis ejusdem portulæ, at longitudinis pedum octoginta. Circiter exitum viæ memoratæ, latere dextro, introitus patet in cubiculum pulchrum latum pedes octo, longum quatuordecim, & altum tredecim. Ingressuro obviam fiet prope murum in pavimento inciso fragmentum quadratum, quod è planitie parumper sese allevans, speciem lectuli exhibet. Fuerat cella, in quantum sese prodit etiamnum, universa olim ditissime ornata; nam
98 tholus exornatus est colore cœruleo (quem ultramarinum vocant) auroque obryzo, murique formati è pulcherrimis sunt lapidibus versicoloribus, & pavimentum itidem constructum est ex parvis lapidibus, opere musivo coagmentatis, opere, inquam, profectò non minus divite, quàm ingenioso. In ore vulgi est, in dicta cella habitasse *Sibyllam*, verùm à vero abhorret, siquidem antrum *Sibyllæ* (testibus Auctoribus) subjacet oppido *Cumis*; ut demonstrabimus loco convenienti, quare curiosos, qui antrum hocce spectatum veniunt, monitos volo, ne fidem adhibeant ducibus, quippe qui ignari sunt; neque labores molestiasque pergendi *Cumas* usque, ubi antrum reperitur *Sibyllæ*, suscipere præ pigritie volunt, dicunt enim antrum ante memoratum *Averni* fuisse habitaculum *Sibyllæ*; quæ fama adeo invaluit, ut contradicendo mendacii forte quis argueretur. Cùm verò Auctores prisci verè rem descripserint, certus sum quod deceptus non sim, uti loco apto demonstraturus sum. Cæterùm redeamus ad Cavernam; ad lævum ingressus hujus admirandæ habitationis latus, in una eademque parte altera obvenit portula paulo altior latiorque priori, quà itur, viâ etiam in monte excisâ, latâ altâque pedes quatuor, sed larga quadraginta, quæ desinit in cellam XXV. pedes longam, latamque senos. Inde pergendo per viam congestam altamque pedes quatuor, & nimis justô arctam, nec adeo prolixam, venitur in ambulationem pedes decem latam, altamque octo, & longam quatuor & viginti, quæ directè ducit ad medium cellæ cujusdam, latæ pedes sex, altæ viginti, & longæ quadraginta duos. E regione ingressus ejusdem extat sacellum parvum itidem, in monte excisum, latum pedes decem, longumque sex,
99 atque totidem altum; à dextro verò introitus latere similiter aliud eâdem structurâ habetur, in cujus medio formatus fuit lacusculus aquæ tepidæ, ubi calorem tam infensum senties, ut qui ingrediatur, sudorem protinus emittat. Hoc omne nulli alii usui fuit, ac balneo *Laconico*, seu sudatorio. Abeundo ab ingressu, lacum *Avernum* versus vergente, usque ad hunc locum non invenies spiraculum ullum sive foramen, cùm omnia hæc ædificia in monte excisa adeo obscura & tenebrosa sint, ut hic ambulari non possit sine facibus incensis, qui verò aliter ausus sit ire, difficillimè, vel planè non inveniet reditum. Paucis abhinc annis diruta fuit in exitu locorum memoratorum *Bajas* versus quædam particula Montis, factumque ita fuit foramen quoddam, non magnum, quà exitus patet, sed tamen difficilis. Hinc luce clarius est, montem huncce excisum fuisse, ut via daretur ab *Averno Bajas*; quod asseverat *Seneca* lib. VII. Epistolarum, Villam *Servii Vaciæ* illustrans, & addens: *De ipsa villa nihil tibi possum certi scribere; frontem ejus tantum novi, ut exposi-*

Antrum verum *Sibyllæ* ubi sit.

Monitio Auctoris data spectatoribus horum locorum.

A *ta, quæ ostendit etiam transeuntibus: Speluncæ sunt duæ magni operis, cujus laxo atrio paries manu factus est, quarum altera solem non recipit, altera usque in Occidentem torretur. Platanona nova medius rivus, & à mari, & ab* Acherusio *lacu receptus.* Ad dextrum lacûs *Averni* latus rudera supersunt pristini & magnifici ædificii, quod multi sibi persuaserunt fuisse Delubrum, positum *Plutoni*, vicissim permulti negant Fanum *Plutonis*, asserentes locum fuisse aptatum thermis, quippe propinquum est balneum, cujus aqua, si gustaveris, sapit jusculum capi (*Brodo di Cappone*) vocantque incolæ balneum *Scaffabudello*. Exerit
B virtutes summas Balneum præsens, multas infirmitates sanando. Nuncupat autem *Eustathius* Poëta balneum memoratum *Subcellarium*; cujus recenset his versibus virtutes atque effectus: 100

Templum antiquum.

Balneum *Scaffabudello*, ejusque virtutes.

Est Subcellarium *lavacrum, quod convenit ægris,*
Lucida quo multùm dulcis, & unda fluit.
Pondus & ardorem vesicæ tollit ab ægris,
Dentes, gingivas mundificatque cito.
Provocat urinam, quoque labra dolentia sanat,
Pellitur hac unda tristis arena statim.
Passus in æstate quartanam, aut quotidianam,
Aut tepidas febres, sentiet ejus opem,
C *Pulmonis, jecoris vitio, splenisque medetur,*
Tussis ob hoc lavacrum pectore pulsa fugit.
Appetit & stomachus ista perlotus in unda,
Non benè concoctus redditur inde cibus.
Lentigo, scabies, faciei turpis imago,
Hac curantur aqua, quando lavantur ibi.
Reddit prolixos & claros ipsa capillos,
Et totum corpus exhilarando juvat.

CAP. XVI.

De canali seu fossa, quam fieri jussit Nero *Imperator prope* Avernum, *tam lata & alta, ut ibidem navigare liceat.*

D TRadunt Auctores, majorem nullam expensam fecisse *Neronem*, quàm in fabricis extruendis; siquidem præterquàm quòd varia *Romæ* exstruxerit ædificia, inter cætera inchoavit ibidem domum quandam, extensam à *Palatio* usque *Exquilias*, quam initiò nuncupavit *Transitoriam*; mox incendio combustam reparatamque, *Auream:* cujus pretium & sumptum splendoremque *Suetonius* in Vita *Neronis* enarrat tantum, ut fidem videatur excedere. Postea *Nero* ad delicias & oblectationes sese applicans *Bajanas*, non modò ibidem condidit in usum suum ædificia pretiosissima; verùm etiam piscinam effodere incepit, quæ ortum derivavit à Monte *Miseno*, exiitque usque 101
E lacum *Avernum*, & cincta fuit atque operta porticibus; adhæc (teste eodem Auctore) in ipsam voluit omnes aquas calidas, quæ *Bajis* haberentur, divertere; Piscina autem hodieque superstes est, nominaturque ab incolis *Grotta Dragonaria*, opus verè Imperatorium. Dictum verò Antrum latissimum est, longissimum & profundissimum, mira mensura structum, nam pars, quæ etiamnum restat, ita comparata est: in medio reperitur ambulacrum longum pedes CC. & latum XXVIII. utrinque idem habet quatuor cellas fornicatas, alteras latas XII. pedes, alteras sedecim; superstite inter alias intervallo pedum XII. & inter
F alias duodeviginti; in his verò spatiis occurrunt pro singulorum numero portæ quatuor, latæ pedes XII. alia verò ab alia distat sexdecim, excepta prima cella, quæ in introitu habetur, estque pedum XXVIII. verùm reliqua intervalla inter portas memoratas æqualia sunt; sustinent autem fornices superne decussatim structos. Cæterùm omnia hæcce omnino nihili pendentur, si considerentur, quæ ipse ibidem proposuerat statuere; præter alia enim incepit effodere canalem vel fossam ab *Averno*

Palatium à *Nerone* exstructum.

Piscinæ *Neronis Bajis* effossæ.

Grotta *Dragonaria*, seu antrum *Draconis*.

Averno usque *Ostiam Romanam*, tam latam & profundam, ut naves admitteret & ferret, ne mari iter facere opus esset; longam verò jussit esse in tantum, ut caperet duas penteres, quæ, licet sibi invicem obviam fierent, altera alteri tamen non impingerent. Conatus verò hosce ut efficeret, jussit per universam *Italiam*, ut ad ipsum mitterentur omnes captivi, qui invenirentur ibidem; itidem omnes sceleris alicujus condemnati, qui deducti fuerunt in hæc loca ad opus faciendum. Impetum hunc mirum susceperat, non tam quod di-
102 vitiis Imperii fideret, quàm quòd percepisset à quodam Equite *Romano*, sese inventurum esse vim immensam quandam thesaurorum, imò ulterius ipsi asseverasset idem, sese novisse verissimè locum, ubi lateret thesaurus à Regina *Didone*, fugiente è *Tyro*, allatus in *Africam*, quem docebat, defossum fuisse in profundissimis antris; sunt, qui tradant Equitem hunc *Romanum* appellatum fuisse *Cæcilium Bassum*. Cæterùm cum *Nero* manum admovere operi summe averet, idemque cuperet perficere, omnem in eo operam collocavit. Verùm ubi spes vana falleret, videretque sese ad incitas redactum, profusis ditissimis facultatibus, nec quò effugeret, habere, nec stipendia posse solvere militibus tempore statuto, neque suppeditare emeritis, militiaque abeuntibus æra solita, opus reliquit imperfectum, quod inceperat, rapinis vero & prædis animum adjicere non dubitavit. Principiò mandavit, ut quum solerent ante ex facultatibus libertorum, id est servorum manumissorum, Patroni retinere dimidias, inde sibi tres quatuor partium solverentur, id quod etiam (minus tamen verosimile) appellaretur gentilitio nomine *Claudii*, *Domitii* vel simili alio; præterea jussit, ut facultates ingratorum in Principem ad fiscum pertinerent; insuper ut illi, qui testamentum hujusmodi scripserant, vel dictaverant, summa quadam pecuniarum statutâ mulctarentur, quippe qui homines essent callidi, nec errorem admittere, nisi pravitate, possent. Porrò hujus rei gratia instar criminis, quodvis etiam minimum delictum habuit, modò auctor non deësset. Adhæc
103 jussit, ut in oppidis, ubi in certaminibus musicis coronatus fuerat, ipsique ut victori præmia assueta decreta ante, verum repudiata erant, nunc darentur & restituerentur. Assiduè, ubi delegatis suis quoddam committeret, propria manu hæc verba subscribere solitus fuit: *scis, quid mihi opus sit*: &, *Hoc agamus, ne quis quidquam habeat*. Depeculatus fuit multò plurima fana, auferendo anathemata. Jussit statuas omnes aureas argenteasve conflari, quæcunque scilicet in ejus manus inciderent; fuere inter has & illæ *Penatium* (quos *Nigidius* narrat fuisse *Apollinem*, & *Neptunum*, quamquam alii existimant pro iis cultos fuisse *Jovem*, *Junonem* & *Minervam*) statuas vero has non ita diu pòst restauravit *Galba* Imperator, qui *Othonis* fuit successor. Omnia hæcce, quæ recensuimus, *Suetonius*, in Vitâ memorati Imperatoris, enarrat: unde nos more consueto ad confirmationem verba ipsius auctoris subjiciemus:

Scelera *Neronis* ad pecunias colligendas commissæ.

Statuæ *Penatium* à *Nerone* conflatæ.

Non in alia re damnosior quam in ædificando, domum à palatio Exquilias *usque fecit; quam primo* Transitoriam; *mox incendio absumptam restitutamque* Auream *nominavit, de cujus spatio, atque cultu suffecerit hoc retulisse. Vestibulum ejus fuit in quo Colossus centum viginti pedum staret ipsius effigie; tanta laxitas, ut porticus triplices miliarias haberet. Item stagnum maris instar circumseptum ædificiis ad urbium speciem. Rura insuper arvis atque vinetis, & pascuis, sylvisque varia cum multitudine omnis generis pecudum, ac ferarum; in cæteris partibus cuncta auro lita, distincta gemmis unionumque conchis erant, cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versantibus, ut*

A *flores ex fistulis, & unguenta desuper spargerentur; præcipua cœnationum rotunda; quæ perpetuo diebus, ac noctibus vice mundi circumagerentur. Balneæ marinis, &* Albulis *fluentes aquis. Ejusmodi domum cum absolutam dedicarent, hactenus comprobavit, ut* 104
diceret quasi hominem tandem habitare cœpisse. Præterea inchoabat piscinam à Miseno *ad* Avernum *lacum contectam, porticibusque conclusam, quo quicquid totis* Bajis *calidarum aquarum esset, committeretur. Fossam ab* Averno Hostiam *usque, ut navibus, nec tamen mari iretur, longitudinis per CLX. milliaria, latitudinis, qua contrariæ quinqueremes commearent, quorum operum perficiendorum gratia, quòd ubique*
B *esset custodiæ in* Italiam *deportari, etiam scelere convictos, non nisi ad opus damnari præceperat. Ad hunc impendiorum furorem super fiduciam Imperii, etiam spe quadam repentina immensarum, & reconditarum opum impulsus est, ex indicio Equitis* Romani *pro comperto pollicentis, thesauros antiquissimæ Gazæ, quos* Dido *Regina fugiens* Tyro *secum extulisset, esse in* Africa *vastissimis specubus abditos, ac posse erui parvula molientium opera. Verùm ut spes fefellit destitutus, atque ita jam exhaustus, & egens, ut stipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi ac differri necesse esset, calumniis rapinisque intendit animum. Ante omnia*
C *instituit, ut è libertorum defunctorum bonis pro semisse dodrans cogeretur ei qui sine probabili causa eo nomine esset, quo fuissent illæ familiæ, quas ipse contingeret. Deinde ut ingratorum in Principem testamenta ad Fiscum pertinerent. Ac ne impune esset studiosis viris qui scripsissent vel dictassent ea, tum vel lege majestatis facta, dictaque omnia quibus modo delator non deesset tenerentur. Revocavit, & præmia coronarum, quæ unquam sibi in certaminibus Civitates detulissent. Nulli delegavit officium, ut non adjiceret, scis quid mihi opus sit, & hoc agamus, ne quis quicquam habeat. Ultimo templis compluribus dona detraxit, simu-*
D *lacraque ex auro vel argento fabricata conflavit, in his Penatium Deorum, quæ mox* Galba *restituit.* 105
Cornelius Tacitus lib. XV. meminit memoratæ fossæ, scribens: *Cæterum* Nero *usus est patriæ ruinis, exstruxitque domum, in qua haud perinde gemmæ, & aurum miraculo essent, solita pridem, & luxu vulgata, quàm arva, & stagna, & in modum solitudinum hinc sylvæ, inde aperta spatia, & prospectus; magistris & machinatoribus,* Severo, *&* Celere, *quibus ingenium, & audacia erat, etiam quæ natura denegavisset, per artem tentare, & viribus principis illudere. Namque ab lacu* Averno *navigabilem fossam usque ad* Hostia Tiberina *depressuros pro-*
E *miserant, squalenti littore, aut per montes adversos, Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quàm* Pontinæ *paludes; cætera abrupta aut arentia, ac si perrumpi possent, intolerandus labor, nec satis causæ.* Nero *tamen ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima* Averno *juga connixus est: manentque vestigia irritæ spei. Plinius* lib. IX. cap. VI. memorans fossam indicatam, ita scripsit: *Magis tamen Fossa* Neronis, *quam à* Bajano *lacu* Ostiam *usque navigabilem inchoaverat.* Incolæ demum nunc nuncupant fossam eandem *Licola.*

Fossa *Neronis* hodie vocatur *Licola.*

CAP. XVII.

F *De palude* Acherusia, *quæ barbarè vocatur,* Lacus di Coluccia.

CUmis & *Miseno* interjacet Palus *Acherusia*, *Latinis* aliàs vocata *Acheron*, quod denotat *fluvium mœroris*; siquidem prisci putabant, fluvium hunc esse Tartareum, cujus aquas propterea nunquam gustare quis voluit, persuasus, ortas à pro- 106
pinquis *Stygiæ* Paludis aquis esse, propter summum æstum *Phlegetontis*; quare Poëtæ finxêre, *Herculem* exeuntem Erebo, coronam populeam ca-

Fabula de *Hercule*.

capiti ablatam plantasse in ripa paludis memoratæ, monumentum scilicet rei gestæ; unde & fabulantur Poëtæ, omnes populos ibidem crescentes folia habere nigra. Meminit paludis *Ennius* Poëta in *Andromache*, apud *Varronem* lib. IV. de *Lingua Latina:*

Acherusia templa, alta Orci salvete infera.

Et *Plautus*, Poëta antiquus, ita tradidit in *Trinummo:*

Acheruntis ostium in nostro stagno.

Nec oblitus est *Lucretius* ejusdem lib. VI. ita canens vers. 762.

Janua ne his Orci potius regionibus esse
Credatur postea; hinc animas Acherontis *in oras*
Ducere fortè Deos maneis inferne reamur.

Virgilius, luculentissimus Poëtarum, passim fusissimè de eadem commentatus est, & lib. VI. *Æneïdos* ita cecinit vers. 106.

Unum oro (quando hic Inferni janua Regis
Dicitur & tenebrosa palus Acheronte *refuso)*

Adhæc vers. 295.

Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis *ad undas,*
Turbidus hic cœno vastaque voragine gurges,
Æstuat, atque omnem Cocyto *eructat arenam.*

Hanc verò esse Paludem *Acherusiam*, adeo à Poëtis celebratam, asseverat *Strabo*, lib. V. his verbis: *Proximum* Cumis *est* Misenum *promontorium, in medioque palus* Acherusia. Quod ita ipsi assensus fuit *Plinius* lib. III. cap. V. *Dein* Puteoli *Colonia* Dicæarchia *dicti, post* Phlegræi *campi*, Acherusia *palus* Cumis *vicina*; consentit *Sanfelicius* in Descriptione *Campaniæ Felicis*: „ Acherusia *palus est inter* Cumas, *&* Misenum, *cui* „ *ferrugineo colore squalenti nomen à Stygio* Acheronte *indiderunt.* Persuasissimi fuêre Gentiles,
107 quòd in palude illa habitaret hirsutus ille senex & teterrimus *Acheron* seu *Charon*, qui animas ad orcum relegatas navicula transportaret, ut *Virgilius* lib. VI. *Æneidos* tradidit vers. 298.

Portitor has horrendus aquas & flumina servat,
Terribili squallore Charon, *cui plurima mento*
Canities inculta jacet, stant lumina flamma,
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus
Ipse autem contos subigit, velisque ministrat,
Et ferruginea subvectat corpora cymba,
Jam senior, sed cruda Deo, viridisque senectus.

Insuper *Seneca* in *Hercule Furente* vers. 763. de eodem squallidissimo sene *Acheronte* mentionem faciens, ita illum depinxit:

Hunc servat amnem cultu, & aspectu horridus,
Pavidosque manes squallidus gestat senex,

Et in *Oedipo* vers. 166. de ipso addidit:

Quique capaci turbida cymba
Flumina servat durus senior,
Navita Charon.

Sed omissis fabulosis, quæ de hocce circumferuntur, in veritatem rei inquiramus; itaque Palus *Acherusia* solummodo est Lacus capacissimus aquarum, quæ, quòd cœruleo sint colore, terrent inspicientem, & quia aquæ memoratæ occupant spatium amplissimum, aëremque noxium reddunt, & terram sterilem abundantia superflua, (quamquam interdum tempore æstivo siccantur summo æstu) ideo superstitio hæc invaluerat penes Ethnicos, ut Inferorum crederent esse fluvium. Huc rustici pagorum propinquorum afferunt linum, ut maturescat & perficiatur: nuncupatur verò demum Rusticis *lacus di Coluccia*, qui interjacet (ut dicere occupavimus) *Cumas* & *Misenum* Promontorium.

A

CAP. XVIII.

De Balneo Ciceronis, *& Sudatorio* Frittole.

PRope littus maris *Avernum* versùs & *Lucrinum*, habetur Balneum, è quo remanet adhuc non modò magna pars fabricæ integra, verùm etiam picturarum; ubi exstabant haud ita diu (quamvis ferè erasæ) nonnullæ literæ, unde conjecerunt Balneum fuisse *Ciceronis*. Virtutes plurimas prodit, quippe sanat hydropem, doloremque capitis & stomachi; corpus reficit, discutit febres ephemericas, summeque juvat podagricos. Ultra balneum memoratum, quosdam 108

B ascendendo gradus, reperitur aliud Balneum, in rupe excisum, cum longa fovea & ambitu, structura sanè insana excitatum, quod sine aquis calidis, sola verò exhalatione elicit sudorem copiosissimum, estque summo usui, ut perhibent Medici. Has thermas frequentissimè adhibuêre prisci, quas quod ibidem corpus fricarent, *Frittole* vocarunt, barbarè verò nunc *Tritole*, vocabulo detorto, dicunt. Via autem cavernæ hujus lata est palmos quatuor, alta verò octo, odoreque jucundo; qui autem ingressus fuerit aliquam thermarum superstitem, extemplo multo incipit manare sudore; sed si inferius iveris juxta fundum,

Tritole unde dicatur.

C refocillaberis. Interius paulò si perrexeris ad latus dextrum, parumque descenderis, invenies aquam pulcherrimam & limpidissimam, adeo quidem calidam, ut vix sis attingendo; hanc autumant non pauci descendere in balneum *Ciceronis* per rivulos arcanos. Præterea oportet, qui balneas has adire constituit, ut, postquam aliquot passus fecerit, viam dextram teneat, progrediendo autem inveniet lapidem nuncupatum (*Cavallo*) Equum. Pergendo hinc ulterius, exitum cavernæ nanciscetur. Reversus ad locum, per quem in illam regionem ingressus est, deteget

D foveam editam, profundam & spatiosam cum alio antro propinquo, in quod descenditur Austrum versus, ubi oportet intraturum, ut prius animum advertat ad ventum, utrum sit secundus, nam aliàs summo suffocabitur æstu; ingressus autem cum face accensa, flammam observabit, quæ sursum assiduè ascendit, tantusque æstus est, ut ceram facis resolvat, dispellatque lumen; qui autem obstinatus ulterius perrexerit, vertigine & cephalalgia interibit. 109

Extitêre olim in omnibus hisce Balneis sculptilia hominum marmorea, quæ manibus indigitarent membra, quibus adjumento essent hæ aquæ, insculptæque fuêre Inscriptiones, usum docen-

E tes. Avaritia verò quadam orta (ut memorant *Petrarcha*, *Savanarola* aliique) in cordibus Medicorum *Salernitanorum*, cùm observarent omnes ægrotos ad balneas confugere, nec Medicos vocare, incommodo huic suo occurrere cogitarunt; itaque clàm noctu venerunt, & malleis fregêre omnes statuas, & inscriptiones, commissaque nequitia navem conscenderunt. Sed quia a Divina vindicta nemo impunitus permanet, accidit, ut cùm putarent sese sartos tectosque perventuros esse in patrium oppidum, divina voluntate inter *Minervæ* promontorium & insulam *di Care* sub-

Medici *Salernitani* diruerunt Inscriptiones Balnearum.

F mergerentur, quæ sceleris perpetrati pœna fuit. Meminit Sudatorii memorati *Cornelius Celsus* libro secundo cap. XVI. dicens: *Sudor etiam duobus modis elicitur, aut sicco calore, aut balneo. Siccus calor est, & harenæ calidæ, & laconici, clibani, & quorundam naturalium sudationum, ubi è terra profusus calidus vapor ædificio includitur, sicut super Bajas in mirtetis habemus.* Insuper de indicato balneo *Frittole* scripserunt *Vitruvius* lib. II. ut & *Franciottus:* & *Eustachius* Poëta ita balneum hoc celebravit:

Est locus antiqua testudine ductus in altum,
Rupe sub ingenti celsæ cavata domus.
110 *Quæ plena est hominum formis ex arte paratis,*
Ad quid aquæ valent, quæque figura notat.
Res miranda satis, satis est horrendaque dictu,
Huc veniente die mittitur unda semel.
Hæc eadem partim primum petit æquora, partim
Extenuata fluens refluit unde venit,
Si quis hæc quam olim Bethsaida venerat, anno
Quæ semel infirmis mota ferebat opem.
Hæc nam quotidie multis aqua subvenit ægris,
Rheuma fugat, stomachum roborat, atque caput.
Liberat hydropicos, hic omnis gutta fugatur,
Phlegmaticis prodest, febricitare vetat.

Dominus *Camillus Borellus*, Antecessor juris, qui mecum venerat spectatum loca hæc, Epigramma tale in id composuit:

Hic hominis natura parens studiosa salutis,
Ne semper medicæ quæreret artis opem,
Balnea produxit cunctos curantia morbos,
Si quis in hoc tepida membra lavabit aqua.

Tradit *Hugolinus de Monte Catino*, *Matthæum Plantimonem*, *Salernitanum*, metris laudâsse omnes Balneas *Puteolanas*, sed nondum editis. Inter cæteros Cœnobii *Sancti Severini*, *Neapolitani*, libros, ibidem repositos, quidam habetur manu exaratus, cujus scriptura antiquitatem non minimam præ se fert; tractatque Balneas *Puteolanas*, auctor tamen est anonymus; sed nobilis ille Doctor *Josephus de Rusticis*, *Aquitanus*, Vir literis præstantissimus, certiorem me reddidit, de auctore libri, quod sit nimirum *Plantimo* memoratus.

Verùm ut redeamus ad Sudatorium; hujus virtutes in corporibus hominum efficaces Reverendus Dominus *Franciscus Lombardus*, Doctor Theologiæ & Canonicus *Neapolitanus*, versibus sequentibus inclusit: 111

Evacuat succos, stomacho, confertque cerebro,
Rheuma gravans abigit, phlegma pigrumque liquat.
Alleviat corpus leni sudore, salutis
Hydropi, ac podagræ porrigit usque manus.

CAP. XIX.

De oppido Bajis, *& vivariis piscium, quæ in sinu ipsius habuere* Romani.

ABsolutis, quæ credidimus memoratu digna, intra fines *Puteolanos*, aggrediemur nunc
112 loca & rudera longè celeberrima, quæ in sinu *Bajano* restant, describere. Itaque sinus *Bajanus* distat à *Miseni* promontorio ad sinum intimum *Averni* tria milliaria circiter, & vicissim ab *Averno* usque Puteolos; *Misenum* est è regione *Puteolorum*, Mare autem quod medium fluit (auctore *Suetonio*) non superat tria milliaria cum dimidio. Hæc ripa seu latus maris ad decem milliaria, multò amœnissima est, jucundissimaque *Italiæ* totius, ubi situm fuit oppidum ditissimum *Bajarum* nomine; tractus verò hic terræ, valde licet exiguus, longitudinis enim, ut diximus, milliarium est quinque, tamen non excedit latitudinem duorum, ita ut speciem digiti repræsentet; in quo digito seu particula terræ supersunt tot monumenta rerum pristinarum, partim integrarum, atque partim terrâ obrutarum & sepultarum; partim autem dirutarum in terra jacentium, partim omnino destructarum, ut extra mœnia *Romæ* non habeat totus Orbis Terrarum, sive consideres pulchritudinem summam, sive vastitatem ædificiorum, rem ullam, quæ conferri cum isto possit: quare convenienter judicavit *Horatius* Epist. I. Orbem non continere locum amœniorem, pul-

Sinus *Bajanus* quousque extendatur.

Ripa seu situs *Bajarum*.

A chrioremque *Bajis*; imò etsi allegatus Poëta, de tractu, sito circa *Tarentum*, scribat:

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet.

Attamen sibi non adversatur scribendo:

Nullus in orbe locus Bajis *prælucet amœnis.*

Siquidem priori versu indicat, sibi præsertim placere; verùm posteriori, quomodo videatur omnibus; universo item præponit Orbi; vocat etiam alibi *liquidas Bajas.*

Joan. Boccacius lib. IV. *Flammulæ Amatæ* recensens delicias *Bajanas*, ita fatur: „ Ut no-
B „ sti satis, Domina mea, paulo illinc habetur distans amœnissimus mons *Falernus*; inter antiquas *Cumas* & *Puteolos* sitæ sunt pulcher- 113
„ rimæ *Bajæ* ad Maris littora. Pulchriorem autem tractum, vel amœniorem sub Cœlo haud extare fateberis. Montibus pulcherrimis, arboribus omnis generis vitibusque refertus, cinctusque est: in vallibus, nullum est cujuscunque generis animal venaticum, quod non detur: nec inde procul est spatiosissima planities, commoda venationibus diversis volucrium rapacium, atque jucundissima: citima est insula *Pithecusa*, adhæc *Nesis* cuniculis scatens, pro-
C „ pe sepulchrum maximi *Miseni*, ad regna *Plutonis* pergentis. Hîc oracula *Sibyllæ Cumanæ*, Lacus *Avernus*, & Theatrum, seu locus publicus veterum ludorum, nec non Piscinæ, item *Mons Barbarus*, inanes illi conatus *Neronis* injusti, quæ omnia & antiquissima & novitia, hominibus nunc viventibus haud exiguæ sunt voluptati. Præter hæc omnia extant balneæ saluberrimæ cunctis ægrotis, eæque plurimæ; aër autem mitissimus, quæ omnia te illuc invitant. Heic semper & continue hilaritate summa delectantur Nobiles & Equites una cum Virgunculis suis & adamatis &c.„ *Bajæ*
D verò ita (ut placet *Straboni*) denominatæ fuerunt à *Bajo* comite *Ulyssis*, qui heic sepultus jacet. Ex oppido hoc ne minimum quidem apparet, si discesseris à summis fundamentis in mari; præterea restant in mari prope memorata rudera oppidi, plurimi stylobatæ magnitudinis immensæ, facti è lateribus coctilibus, artificio summo, ita, ut spectator quivis in admirationem rapiatur; hinc elucet quanta fuerit pristinis temporibus magnificentia & potentia *Romana*. Quantum è memoriis arguitur, satis superque notum est, oppidum memoratum habitâsse *Christianos*, ut habetur in
E Concilio primo *Carthaginensi*, celebrato Pontifice *Silvestro* I. anno à *Christo* Nato CCCXIV., ubi allegatur *Felix*, Episcopus *Bajarum*. Oppidum hoc postea, (ut perhibent nonnulli) dirutum fuit à *Longobardis*. *Josephus Judæus* Lib. XVIII. *Antiquitatum Judaicarum*, meminit ejusdem his ver- 114
bis: *Bajæ parva civitas Campaniæ quinque stadiorum intervallo distans est à Dicearchia. Propertius* præterea:

Ecquid te mediis cessantem Cynthia Bajis,
Quà jacet Herculeis *semita littoribus.*
Et modo Thesproti *mirantem subdita regno*
Proxima Misenis *æquora nobilibus.*

F *Plinius* lib. XXXI. cap. II. & VII. disserendo de medicina & varietatibus aquarum, ubi plurimas in variis regionibus ortas allegavit, conclusit, nusquam terrarum copiosiores pro usu medicinæ oriri (quæ morbidos homines juvent) quàm in sinu *Bajano*, idque propter plurimas balneas, quas ibidem possideret *Possidianus*, Libertus *Claudii* Cæsaris Imperatoris, nuncupatas *Possidianas*: ad hæc memoratus *Plinius* addit, calorem aquæ ejusdem tantâ esse vi præditum & efficacia, ut perco-

Bajæ qu[...] ita vocatæ.

Concilium I. *Carthag[...] nense*, [...]bitum à N. CCC[...]

A coquat carnem injectam; omnes verò simul nervis prodesse, pedibus & cruribus. Alias verò mederi rupturis, ventremque discutere, alias levare cephalalgiam, sanare aures, atque oculos; verba auctoris Lib. XXXI. Cap. II. sunt: *Nusquam tamen largius quàm in* Bajano *sinu, nec pluribus auxiliandi generibus, aliæ sulphuris, aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nonnulla etiam calida salsavè mixtura. Vapore quoque ipso aliquæ prosunt, Tantaque ejus est vis, ut balneas calefaciant, ac frigidam etiam in solis fervore cogant, quæ in* Bajano Possideanæ *vocantur, nomine accepto à* Claudii *Cæsaris liberto, obsona quoque percoquunt. vaporant & in mari ipso quæ* Licinii Crassi *fuêre.* B *Mediosque inter fluctus existit aliquid va-*
115 *letudini salutare. Jam generatim nervis prosunt, pedibusque, aut coxendicibus, aliæ luxatis, fractisve, inaniunt alvos, sanant ulcera, capiti auribusque privatim medentur, oculis vero* Ciceronianæ.

Jo. Pontanus præterea Lib. II. *Parthenopes* ita easdem celebravit.

Annua Bajanis *redeunt spectacula lymphis.*
Et medicas aperit terra salubris aquas.
Litoraque arrident teneris spectanda puellis:
Et suus est illis undique mistus amans;
Litora non unquam nostras solantia curas,
C *Sed semper sævis addita causa malis.*
Quid juvat ingratos membris depellere morbos
Si curas animo tristitiamque datis?
Hinc ego cum vestro quæsissem à fonte salutem;
Vulnera non ipsi perpetienda tuli.
At vos ò toto dispersi litore nautæ
Nunquid hac vecta est nostra puella rate?
Quos tenuit fontes? aut quas petit improba thermas?
Quosve habuit comites? quemve secuta ducem?
Infelix avibus locus hic, undæque nocentes,
Me miserum volucri non nocet ipse Deo.
Atque utinam hæc nunquam tetigisset litora victor
Alcides *oris missus ab* Hesperiis.
Viderat ille gregis præda ex Balearide *pompam,*
D *Unde &* Pompejus *nomina vicus habet,*
Ecce furit totis infecta per agmina castris,
Perque omnes sævit mors inopina vias.
Ipsa suis spargit manibus, pestemque, luemque:
Exsatiatque animum cruda noverca suum;
Nil medicæ prosunt artes, cantataque verba,
Aut è Marrubiis *herba revulsa jugis*
Procumbit, supplexque Jovem Tirynthius *heros*
Orat & intonso de grege mactat oves.
Exquiritque Deum, Panem, *Nymphasque precatur,*
116 *Quasque virens* Gaurus: *quas, &* Avernus *habet.*
Audiit hic genitor natum; audivere sorores:
Quæque salutiferas fundit Araxis *aquas.*
E *Nam passim toto manarunt litore lymphæ:*
Eripuitque cavis fontibus auxilium,
Sulphureæque micant undæ scaturitque sub antris
Fumidus & medicas extulit humor opes,
Nec mora: jussus aquis lavit se exercitus illis;
Tristis & ex omni corpore pestis abit.
Forte Amor in Nympham Læborida *tela parabat*
In quam Vulturnum *fixerat ante Deum.*
Ænariæ*que procul secreta in rupe sedebat,*
Dum cavet insidiis callidus arte locum.
Audiit hic, dum læta Jovi *canit æquore toto*
Miles, & Herculeis *vocibus aura favet.*
F *Aura favet, gratasque Dei perducit ad aures,*
Quantum opis his, illis vis & inesset aquis.
Spem capit admonitus lucis, charæque salutis,
Captaque restitui lumina posse sibi.
Namque olim pharetra nimium pueriliter usus
Torsit in armiferam spicula acuta Deam;
Et Pallas *pueri telum aversata retexit*
Ægida, *vipereas explicuitque comas.*
Hinc puero riguêre oculi, visque ipsa videndi
Tabuit, atque hebeti lumine ab inde ferit.
Consilio Veneris *tamen atque ex arte* Cupido
Ipse vicem, & fratris munera frater obit.
Arcum stringit Amor, *moderatur tela* Cupido,
Laxandique arcus signa dat ipsa Venus.
At cæcos jocus incessus, inceptaque cæca
Dirigit, & fraudes illecebrasque parat.
Ac subito auratæ fulsêre per aëra pennæ:
Et volucer celsa movit ab arce Deus.
Huc postquam ventum est, medicis & constitit undis
Et tepido lætus margine sedit aquæ.
Mox arcum, ardentesque faces volucresque sagittas 117
Deposuit misero cognita tela mihi,
Incubuitque genu duplici, tum flumina palmis
Haurit, & infuso lumina rore lavat.
Terque quaterque oculis amnem suffundit, at illi
Luxit, & auxilium, Tullia *lympha dedit,*
Hinc nunc tam certo meditatur spicula jactu,
Acrior & multo quam facit ante ferit.
Nec tantum volucri præfigit pectora telo,
Sæva sed ex oculis vulnera multa parat.
His ille insidias fallax, his retia tendit,
His capit, & captos sub ditione premit.
His ego, me miserum, tristi servire puellæ
Cogor, & æternum vincula dura pati.
Atque utinam primis mater me flesset ab annis,
Et rapta è cunis funera nostra forent:
Non ego tam multos sentirem in amore dolores,
Servitium, & quererer regna superba diu,
Nec turpis de me per multas fabula gentes
Isset, & ingenii fama sinistra mei.
Ah pudeat vatem, pudeat ea sacra colentem
Nequitiam, & Veneris *turpia castra sequi.*
Cingite victrices Laurus, mihi gloria parta est,
Cessit amor, vacuo est pectore pulsa Venus.
Effracti cecidere arcus, ruptæque catenæ,
Liberaque erepto sunt mea colla jugo.

Cum clarissimum & eruditissimum *Matthæum Faëtanum* interrogarent amici quidam, quæ ratio esset caloris omnium aquarum balnearum sinus *Bajani*; suavissimè instar Poëtæ causam docuit, fingens, *Amorem* aliquando emensum fuisse littora amœnissima *Bajana*, vidisse autem suavissimas & limpidissimas aquas, quæ ibi loci abundarent, atque demum altiori & gratiori somno, dulci illarum susurro, obrutum esse. Interea dormienti 118
prope littus adstitisse Nymphas, pulcherrimumque infantem in manu habere cernentes faces accensas, veritas esse, ne damnum noxaque inde oriretur, faces inde memoratas abstulisse, inque aquas immisisse, hinc magno illo igne postea aquas indicatas incaluisse. Hæc ille, quod & carmine ita extulit:

Matthæus Faëtanus.

Quare balneæ *Bajanæ* caleant.

Dum Bajis *dormiret* Amor *prope littus in umbra,*
Murmure detentus lene fluentis aquæ:
Conspexêre illum Nymphæ multo igne coruscum,
Et raptas lymphis supposuere faces.
Quis gelidum credat subito exarsisse liquorem,
Atque inde æternos emicuisse focos?
Nec mirum, his flammis, toties quibus arserat æther,
Vos quoque perpetuum si caluistis aquæ.

Aliud Epigramma memini hac quoque occasione composuisse *Franciscum Maurum*, quod ita se habet:

Quis placido exornat vos corpora sacra nitore?
Quæ lavat hic semper candida membra? Venus.
Queis flammis? latè incendunt quæ corda virorum.
Quis tela hic acuit fortia? pulcher Amor.

Primus, qui in sinu *Bajano* excitavit vivaria Ostreorum, fuit (auctore *Plinio* lib. IX. cap. LIV.) *Servius Aurata* Nobilis *Romanus*: *Ostreorum vivaria primus* Servius Aurata *in* Bajano *invenit.* Cognominatus autem ita fuit, docente *Macrobio* lib. III. cap. XV. quòd in pretio & deliciis haberet piscem *Auratam*, vixitque æquævus *L. Crasso*,

Servius Aurata.

cui cognomen erat diviti, homo tam illuſtris honore, referente *Cicerone*, ut Cenſor *Romanus* eſſet; inſuper poſſedit hic ſummus homo villam ſplendidiſſimam cum piſcina *Bajis*, ubi piſces plurimos aleret; mortua verò muræna quadam, ab ipſo nutrita, pullas induit veſtes, & luxit, & mox
119 eandem ſepelivit, ac ſi fuiſſet filia ipſius. Priſci prætulerunt omnibus cæteris Auratis marinis *Tarentinam*; præque univerſis, illa, quam alebat Lacus *Lucrinus* conchis viventem, pingueſcebat; quod *Martialis* verſibus ante allatis ex Lib. XIII. Ep XC. extulit:

Non omnis laudem pretiumque Aurata meretur,
Sed cui ſolus erit concha Lucrina *cibus.*

Cornelius Celſus Auratas valde laudat.

Romanis maximè laudatus hic fuit piſcis, quòd inter cunctas piſcium ſpecies gaudeat ſapore peculiari & inſigni; cenſente autem *Cornelio Celſo* maxime ſanitati conducit, etenim autumat eundem facillimi alimenti, inſtar ſagittæ eſſe ægrotis. Ferè omnes *Romanorum* Nobiliſſimi habuerunt vivaria plena piſcibus nobiliſſimis in ſinu hoc *Bajano*, quare *Cicero* nuncupat *L. Philippum* & *Hortenſium*, qui vim habuêre eorundem, *piſcinarios*. *Hortenſius* ille fuit, quem *Plinius* memorat tanti feciſſe murænam, ut mortuam luxerit; *M. Varro de Re Ruſtic.* lib. III. cap. XVII. tradit, *Catonem* illum, *Uticæ* mortuum, teſtamento ſcripſiſſe *L. Philippum* hæredem vivariorum, quæ *Bajis* haberet, qui inde quadragies mille piſces venundedit. Memorat *Plinius* lib. IX. cap. LV. *C. Cæſarem* Dictatorem, invitato Populo *Romano* ad epulas triumphales & cœnas, mutuaſſe ab *C. Hirtio* ſex millia murænarum, quòd omnino nollet venundare, pretio ne quidem maximo. Villa autem *Hirtii* memorati non erat adeo extenſa, verùm multò pulcherrima plurimis vivariis, quare poſtea veniit quadraginta millibus ſeſtertium; additque *Plinius*, *Hirtium* ipſum inveniſſe vivaria murænarum.

Villa *Hirtii* quanto veniit.

Murænæ, quare à priſcis in pretio habitæ.

Quinimo autumo priſcos in pretio habuiſſe lampetras has inde potius, quòd diutiſſime vivant, quàm quod ſapore gaudeant ſingulari; ſiquidem diu potuerunt plurimæ earum conſervari quotidiano uſui, in vivariis, cùm contrariè cæteri omnes piſces vel quòd clauſtra refugerent, vel quia ipſa vivaria interneccionis cauſſa eſſent, facillimè ſuſtocarentur. Aliquot fœminarum nobilium *Romanarum* in deliciis habuêre lampetras; inter quas *Antonia Druſi* cuidam ipſarum man-
120 ſuetiſſimæ auribus inſeruit inaures ex lapillis pretioſis. Profectò videtur res fidem non mereri apud illum, qui coràm non viderit ſubſtructiones pretioſiſſimas, atque adificia miranda, quæ paſſim ſuperſunt in ſinu hocce *Bajano*; hæ quamquam temporum longinquitate, inundationeque maris ſint obrutæ, tamen oſtendunt ſplendorem ſuum priſtinum; quare non ſine cauſa *Ariſtobulus* Rex *Judæorum*, *Bajis* navi exiens petitum *Romam*, admiratus fuit magnificentiam *Romanorum*.

Antonia Druſi inaures inſeruit murænæ.

Ariſtobulus Rex *Judæorum*.

Ubivis in hoc amœniſſimo ſinu *Bajano* & *Puteolano* à piſcatoribus capiuntur ſæpiſſime optimi Pagri vel Fagri, barbare dicti *Fragolini*, quos *Sannazarus* Poëta luculentiſſimus & facundiſſimus, Eclogâ piſcariâ IV. laudavit, ſcribens:

Pagri piſces, barbarè *Fragolini*.

Dat Rhombos Sinueſſa, Dicarchi *littora Pagros*,
Herculeæ *Mullum*, *& Synodontas* Amalphis.

Piſcium, qui heic aſſantur plurimi, ſunt optimi Pagri, quippe qui bene ſapiunt, nec ventri officiunt, cùm inter piſces numerentur, qui febricitantibus etiam concedantur; nam præterquam quod *Avicenna* de omnibus id teſtatur ſaxatilibus, Pagri repleti non ſunt humore tenaci & glutinoſo, quamobrem nec febriculoſis prohibentur, quòd cùm piſces univerſi ſint naturæ frigidæ & humidæ, ejuſmodi, ægrotis, etiam ſentiente *Hippocrate*, ſuppeditarent alimenta frigida
A & humida, quare non poſſum, quin admirer nonnullos Medicos anxios, qui quemcunque febricitantem omni eſu piſcium ferè arcent. *Romani*, plurimique accolarum maris *Tyrrheni*, Fagros vocant *Fragolini*, *Veneti Albori*, & *Genuenſes* nomine priſtino *Pagri*, qui ſenos palmos magnitudine ſuperantes, judicibus omnibus piſcatoribus, fiunt piſces nuncupati *Dentali*. Piſces verò referunt colore intinctas res in vinum atrum, ſimileſque ſunt, judicio *Speuſippi* apud *Athenæum*,
piſcibus *Erythrinis* ſeu *rubellionibus* & *jecinori*, vel 121
hepatibus, quomodo omnino refelluntur, qui autumant Pagros, ut ſcribit *Oppianus* cum *Ari-*
B *ſtotele*, eſſe *Erythrinos*, quos *Theodorus Gaza Latine* vertit *Rubiculos*, nam loco citato *Athenæi* conferuntur Pagri cum Erythrinis, qui genere quidem variant, colore tamen eodem ſunt præditi. Sed obſtat, quo minus ipſis aſſentiar hocce, quòd *Ariſtoteles* & *Plinius* aſſeverent Erythrinos rutiloſque capi fœcundas, refertoſque ovis quacunque anni horâ, quoniam iſtius generis non dantur mares; cui contrarium apparet in Pagris, qui ubivis pluribus anni menſibus ſine minimo quidem ovo apparente comeduntur. Itidem hîc obſervari meretur, quò ſententiam fulciamus, quòd cùm exſugantur capita Pagrorum tam accepta gu-
C ſtui, reperiatur ſub dentibus ineptum quoddam ſabulum, quod *Ariſtoteles* & *Plinius* dicunt in capite haberi; præterea corda exhibentur triangularia, ut priſci auctores perhibent. Pagri optimi ſunt verno tempore, judice *Cæſio*, judicante verò *Archeſtrato*, principio æſtuum canicularium; quicquid ſit, nos optimo ſapore donatos invenimus Vere; ſed ut ad culmen perveniat ſummum ſapor, neceſſe eſt, judicantibus paraſitis, ternâ hac circumſtantiâ gaudeant apparatus, nimirum, ut ſint piſces recentes, frixi, & frigidi; ita tamen, ut totus ipſorum apparatus intingatur conſpergaturque ſucco mali aurantii modicoque aromatum.

Quomodo optimè ſapiant Pagri.

D Inſuper antiquis maximè arriſêre oſtrea, in ſinu eodem capta, quòd guſtui gratiſſima eſſent; quare *Auſonius* Poëta de eiſdem Epiſt. VII. ita canit:

Oſtrea *Romanis* laudantur multum.

Oſtrea Bajanis *certantia*, *quæ* Medulorum,
Dulcibus in ſtagnis reſlui maris æſtus opimat,
Accepi dilecte Theon, *memorabile munus.*

Adhæc Epiſt. IX. itidem ipſorum meminit ſcri- 122
bens:

Proxima ſunt quævis, *ſed longe proxima multo*
Ex intervallo, *quæ* Maſſilienſia *portu:*
Quæ Narbo *ad* Veneris *nutrit*, *cultuque carentia*,
Helleſpontiaci *quæ protegit æquor* Abydi:
Vel quæ Bajanis *pendent fluitantia palis*
E Santonico *quæ tecta ſolo*, *quæ nota* Genonis:

Medio hujus ſinûs *Bajani*, in excelſo colle, mare verſus jacente, munitiſſimum apparet Caſtellum, quod noſtrâ ætate extructum fuit juſſu Regis *Philippi*, in defenſionem loci, aſſiduèque munitum eſt præſidiis militum ſexaginta.

Quàm amœniſſima, quàm jucundiſſima ſint loca hæc delicioſiſſima *Bajana*, calamo gratiſſimo expoſuit & ligato ſermone eruditiſſimus *Joannes Albinus* à Secretis Regis *Alphonſi* II.

Tu qui Bajarum *veniſti liber ad undas*
Aligeri fies præda cruenta Dei.
Miſcuit his ardens Circe *læthale venenum*,
F Dulichium *ſperans detinuiſſe ducem.*
Juppiter Europam *falſo ſub nomine Tauri*
Littore ab Herculeo *per mare vexit amans.*
Triſtior Alcides *Sylvis erravit* Averni
Ereptumque diu nomine clamat Hylam.
His formam Actæon *mutavit*, Myrrha *nefando*
Concubitu in ramos brachia mœſta dedit.
Tyndaris *hinc rapitur* Trojani *cauſa laboris*,
Hinc tua Cydippe *ſpicula jecit amor.*
Occurrit pallens nigro Sophonisba *veneno*

Cujus

Cujus morte gemit quicquid habet lacrymas.
Hinc coluit Medea *furens, fratremque peremit,*
Ut fugeret patris mox scelerata manus.
Phillida *suspensam* Gaurus *miratur, & illum*
Inter aquas, tantùm, cui sua forma placet.
123 *Hic arsit* Biblis, Venus *hic deflevit* Adonim,
Unicus hinc rapta est filia matris Amor,
Hic ubi Pasiphaæ *furtim supposta juvenco*
Hippolytum *immerita morte noverca necat.*
Hisdem etiam Andromede *fertur deserta sub antris*
Euboicis Thesidem Pelleus *arsit aquis.*
Calliope Eagrum Lucrini *plorat ad undas.*
Æolis *intrepida concidit ista manu.*
Quid referam Euonem, *quid te super astra nitentem?*
Ursa in Campanis *sæpe agitata Jugis.*
Quid Thisben Nessique *dolos*, Martem*que ligatum.*
Leandrum Ænariæ *littora nonne tegunt?*
Iliacum *puerum taceo; referatur* Alexis,
Quem cecinit pastor, Mantua *docta, tuus.*
His Phœbum Daphne Peneia *cepit in undis.*
Perpetuum hinc Naso *est missus in exilium.*
Errat Io *canibus toties agitata* Latinis.
Et gemit in tantis sola Ariadna *malis.*
Flens Cleopatra *suum longe dum quærit amantem.*
Increvit lacrymis sæpius unda piis.
Eriphile *his antris detexit avara maritum.*
Abscissumque humeris hic tibi Nise *caput.*
Fulvia *rapta domo patris, de hinc clausa sacello,*
In dominum clamat jure relicta suum.
Livia præterea complexu avulsa mariti.
En queritur nullum pondus habere fidem.
Silvius *insano* Paulæ *detentus amore.*
Tirrhenis *sese præcipitavit aquis.*
Lisander *collo laqueum, spectante puella,*
Implicuit, lacrymis nec maduere genæ,
Omne nefas atque omne malum his emersit ab undis.
Desidiæ & lacrymis aptior ille locus.
Ergo Cumarum *quivis fuge littus, & undas,*
Si qua fides monitis carminibusque meis.

124

CAP. XX.

De Thermis, quas incolæ Trugli *nuncupant.*

IN medio sinûs *Bajani* perstant hactenus res quædam ferme integræ, ut sunt Thermæ, quas incolæ vocant *Trugli*; locus autem solus etiamnum retinet pristinam appellationem, memoriamque *Bajanam*; sed quis auctor fuerit Thermarum, nondum innotescere quivit, tamen am-
125 plitudo splendorque ædificiorum, tot expensis fabrefactorum, monumento sunt, posita hæc omnia fuisse ab opulentissimis Optimatium *Romanorum*. Sunt, qui negent, vasta hæc ædificia fuisse adhibita Thermis, verùm Circis & Theatris; at falluntur, siquidem vestigia ipsarum, quantum è structura colligere licet, satis superque evincunt, tantummodo Thermas extitisse, substructiones plurimùm solitas *Romanis*. Quod etiam judicium ferre licet de balneo *Salviati*, quod necdum aquis destituitur; intra hoc maxima pars Thermarum visitur, unitarum monti, cellis locisque balnearum, & vivario in planitie cellarum. Thermæ, quæ maximè subjacent monti Sudatorium *Frittolæ* versus, creduntur fuisse *L. Pisonis*; ubi apparet, ipsi fuisse villam eisdem unitam: quæ amœnissima viguit, sive situm, quem occuparet, consideres, sive multitudinem numerumque balnearum, quas haberet. Quinimo *Tacitus* lib. XV. narrat, *Neronem* Imperatorem consuevisse sæpenumero relaxare animum in memorata Villa, solum, sine præsidiis solitis; verba auctoris sunt: *Conjuratis tamen metu proditionis permotis placitum mutare cædem apud* Bajas *in villa* Pisonis, *cujus amœnitate captus Cæsar crebrò ventitabat, balneasque &*

A *epulas inibat omissis excubiis, & fortunæ suæ mole.* Quia autem de Thermis hujus loci disputamus, non alienum existimamus à scopo, ut quædam delibemus; item cui usui thermas destinaverint prisci, exponamus. Vocabulum *Thermæ*, è Lingua Græca depromptum, dicit *calidum*; quare Thermæ tantummodo inferunt balneas, vel cellam caldariam, vel hypocaustum, nostro more. *Romani*, sicut tempore, quo Respublica ipsorum stetit viguitque, in singulari summoque culmine morum bonorum; sic & tempestate sequenti Imperatorum, soliti fuêre assiduas adhibere balneas, & ferè quotidianas, ita quidem, ut præ-

Quare Thermæ ita dicantur.

Thermæ æstimatæ fuêre à Romanis multum.

B ter balneas privatas, quas quivis civium habuit, quavis arte inventas, etiam publicas plurimas haberent, ubi quivis ad voluntatem suam, etiam in- 126
fimæ sortis homo, lavare potuit. *M. Tullius*, aliquando literis datis ad *Terentiam* Conjugem, inter Epistolas ipsi in mentem revocat, ut reficere juberet balneum; & ad *Quinctum* fratrem scribit, ut mandaret concham poni in balneo, utque sibi in *Asiam*, ubi Proconsul erat, mitteret. *Romæ* invenire licebit Thermas fuisse duodecim; *Agrippæ, Neronis, Vespasiani, Domitiani, Antonini, Alexandri, Gordiani, Severi, Diocletiani, Aurelii, Constantini*, & *Nonii*. Primus, qui auctor

Nomina Thermarum Romanarum.

C fuit balnearum pensilium, nimirum supra terram erectarum, & ita in alto pendentium, ut liceret etiam inferius subire, vocatus fuit, *Valerio Maximo* teste, *Sergius Aurata*; verùm tantus usus illorum fuit temporibus Imperatorum, ut rem vulgarem nimis ipsi Cæsares facerent & communem, nimirum promiscuè cum quovis lavantes; quare quòd *Hadrianus* Imperator frequenter soleret lavare & ferè cum quovis publicè, accidit aliquando res quædam, quæ postea occasionem dedit, ut ab aliis repeteretur. Nam visum quendam militem emeritum, sibique notum in militia, sese abluentem fricantemque leviter hu-

Sergius Aurata introduxit Thermas pensiles.

Historia memoratu digna.

D meros & caput universum marmoribus quibusdam, interrogavit, quare hoc faceret; cui responsum bonus ille vir regessit, sese hoc facere, quòd servum lixamque non haberet, qui hac in parte servitium sibi præstaret; quare *Hadrianus* statim ipsi dono dedit & servos & facultatem commodè vivendi. Postero die multi senes venerent lotum, & se ad muros quosdam excusserunt & fricuerunt, autumantes hac arte successurum sibi, ut *Hadrianus* etiam ipsis benevolentiam præstaret æqualem; *Hadrianus* verò ad sese accersitis ostendit, quomodo alius alium juvare posset, ne sese singuli ad muros fricarent. *Marcus Antoninus* Philosophus

E (auctore *Julio Capitolino*) extra ingenii aleam modestissimus, tria præsertim *Romæ* non dubitavit ordini suo reddere; nimirum primò domuit mores fœminarum justo petulantiores; secundò ve- 127
tuit, ne matronæ per civitatem equo vel essedo veherentur; ultimò abolevit morem consuetudinemque lavandi promiscuè aquis. *Capitolinus* idem narrat, *Commodum* Imperatorem septies sese lavisse quotidie, ibique comedisse. *Pertinax* etiam Imperator, *Commodi* successor, quamquam cætera modestissimus, tamen publicè balneas ad-

M. Antoninus Philosophus, & edicta ipsius.

Commodus Imperator septies lavit uno die.

F hibuit festo Natali *Romæ*; *Gordianus* juvenis, septies solitus fuit æstate lavare, bis verò hyeme, vel ter; præterea sæpenumero adduxit in balneas plurimas pulcherrimas adolescentulas, nec non spurcas & vetulas, quod dixit se animi gratia facere; itaque ut hortorum cultus justum æquumque excessit, sic etiam res administratioque balnearum ad omnem immodestiam & scelera delapsa est per pompam remissionemque Principum; quare nomine Thermarum multæ substructiones factæ fuerunt mirabiles, imò *Marcellinus* narrat balneas factas fuisse instar provinciarum. Cæterùm in

Pertinax Imperator.

Gordianus Imp. quoties laverit quotidie.

in Thermis habebantur etiam balneæ lotioni aptæ, nec modò ubivis ſupra terram, verùm etiam ſupra tecta, arcuſque poſitæ; quod ſatis patet ex priſtinis illis canalibus tubuliſque, è quibus aqua emanabat, qui etiamnum ſuperſunt in thermis *Diocletiani Romanis.* Exiſtimabant Imperatores *Romani*, hoc ſibi pudori fore, ſi quod *Sergius Aurata*, civis privatus, effecerat, ipſi imitando non ſuperarent. Præterea fuerunt in Thermis areæ ſpatioſiſſimæ cum contignationibus Porticuum, undique maximarum & ſpatioſiſſimarum; ſuperiora verò erant cœnacula admodum edita undique facta, incumbentia columnis marmoreis maximis verſicoloribus; quarum etiamnum quædam apparent integræ, quædam dejectæ, aliæ verò fractæ; aliæ ſunt, quæ videntur fabrefactæ
128 uſui ædificandorum templorum & palatiorum, nuper & hiſce temporibus erectorum. Præterea in thermis reperta fuêre nemora, ubi alvei ſoliaque populi haberentur poſita ludis & recreationibus; & quamvis hæc ludicra ædificia profecta fuerint è relaxationibus animi & remiſſionibus, nihilominus à nonnullis Principibus verſa fuerunt & reducta in luxuriam, quippe qui voluerunt, ut, dum populus hic lavaret, luderet aut ludentes ſpectaret; hyeme quidem ut frigus arceret, æſtate verò calorem & æſtum, ita quidem ut civitas inde non minimam voluptatem caperet, ſicut etiam propter eundem finem initio conſtituta fuêre Circi, Theatra & Amphitheatra. Cæterum ut ad Thermas revertamur; *Spartianus* in Vita Principis egregii, *Alexandri Severi*, explicat fuſius amplitudinem ipſorum, nec non quamobrem initiò conſtruerentur, atque conſentit in eo, quòd *Alexander* promiſcuis prohibuerit populum balneis & invicem mixtis (quas, cùm antea interdictæ fuiſſent, iterum conceſſerat *Heliogabalus*) & omnibus uſum ſuarum gratificaverit, ita ut Thermæ, quas ipſe erexerat, cæteræque, quæ ab reliquis Principibus ſtructæ erant, populo concederentur uſurpandæ: inſuper delegavit ſylvas communes publicaſque thermis, oleumque ſubminiſtravit luminibus, cum antea moris eſſet claudere thermas ante occaſum ſolis, & recludere ad ſolis ortum; præterea *Alexander* idem in Thermis, nominatis à ſeipſo *Alexandrinis*, propinquis *Neronianis*, quas dirutis quibuſdam domibus, propriâ emptis pecuniâ, extruxerat, nemus quoddam plantavit, adhæc perfecit ornavitque Thermas *Caracallæ*, addendo ipſis ſolia; ſubjungit inſuper *Spartianus*, ipſum ſæpe cum populo ſolitum fuiſſe reverti in Palatium veſtitum, à balneo. Tradit *Lampridius* Imperatorem *Heliogabalum* adeo remiſſum fuiſſe, ut nunquam thermas adierit lavandi gratia, niſi antea conſperſus croco, aliiſque rebus pretioſiſſimis. Narrat *Plinius*, *Romanos* adhibuiſſe thermas adjumento digeſtionis conſervationique ſani-
129 tatis. Inventæ fuêre Thermæ & balneæ ab optimis Ducibus & Imperatoribus *Romanis*, laborique deſtinatæ, non autem delectationi, qui abuſus poſtea apud populum *Romanum* obtinuit. Siquidem tam vulgares factæ fuêre (prout modo diximus) ut unà cum populo & plebe lavarent Principes. Cellæ præcipuæ Thermarum a *Græcis* vocatæ ſunt *Apodyterium*, *Enaeſtheſion*, *Lutron.* *Apodyterium* locus erat deſtinatus veſtibus exuendis, antequam quis ingrederetur in balnearium hypocauſtum, cui præpoſitus erat quidam vocatus *Capſarius*, quòd ſervaret veſtimenta adeuntium balneas. Contiguum Apodyterio fuit hypocauſtum unctorium, locus amœnus & jucundiſſimus, ubi ungebantur: tertia cella accommodata fuit lotioni aquæ frigidæ, quam *Græci* nuncupant λετρὸν ſeu lavationem, verſaque erat lavatio ſeptentrionem verſùs, ut excluderetur ven-

Thermæ cui uſui factæ ſint à *Romanis.*

Heliogabalus Imp.

Alexander Imp. oleum ſubminiſtrat lampadibus Thermarum à ſe conſtitutarum.

Thermæ *Alexandrinæ.*

Thermæ *Caracallæ.*

Heliogabalus Imp. & ipſius luxuria.

A tus auſtralis; contrariè autem thermæ ſeu lavationes calidæ, quæ requirerent æſtum ſolarem, expoſitæ erant auſtro, ſubſolano & favonio ventis, additis locis ſudori convenientibus, formâ rotundâ exſtructis, quæ *Græci* vocabant *Laconica*, nomine à *Lacedæmoniis* mutuato; hîc qui ingrederetur calore afficiebatur tam jucundo, & tam grato, ut nequiret nauſeam nanciſci vel calore ſuffocari. Sunt, qui avent thermis adjicere quartam cellam, vocatam *exedram*, capaciſſimam atque peramplam, veſtitis amictiſque deputatam, qui amicos ſocioſque venturos ad balneum expectabant. Extabant in thermis hiſce ſeu hypocau-
B ſtis ſellæ quieti commodæ, quædam forma hemicycli, & quædam quadrata, ubi *Romani* mane & veſperi apricati fuere, umbriſque ſeſe refecerunt, prout videretur iis commodum. Locus balneis deſtinatus pulcherrimus fuit internè & externè, ſplendidiſſimus, jucundiſſimus & excultus, cum porticibus depictis colore diluto, gratiâ paſcendi reficiendique animum, ita ut columnæ earundem & picturæ pulchritudine & ſplendore ſuperarent cætera omnia ædificia *Romana*; quod verò ad frontiſpicium exterius attinet; or- 130
natæ fuêre thermæ duabus ſumptuoſiſſimis ſtatuis marmoreis vel æneis, altera poſita *Æſculapio*, &
C altera *Hygiæ*, Deæ nimirum ſanitatis, cui faciem dabant pulcherrimam, *Græcè* vocatam *Eurythmin*, quam nuncupare licet *faciem commodè effictam*, quæ ſcilicet deliciis venuſtatis ſuæ pulchritudiniſque & formatorum apte membrorum delectat homines & allicit. Cæteræ partes requiſitæ ad commodas balneas ſatis innoteſcunt ex ſcriptis *Vitruvii* lib. v. *Architecturæ.* Soliti fuêre *Græci*, petentes hypocauſta & balneas, fricare corpora ſtrigilibus, quæ erant laminæ æreæ vel argenteæ, vel aureæ, circiter palmum longæ, ſed reflexæ & concavæ, in ſpeciem canalis, quibus ſudorem provocarunt. Inſuper *Strabo* lib. xv. *Geographiæ* memorat, *Indos* inter alia
D exercitia, ſolere corpus fricare ſtrigilibus ebeni nigri levioribus; nihilominus *Romani* deliciis affluentes, auctore *Plinio*, ſpongias vice ſtrigilum adhibuêre, quas ſummè delicioſi intingebant in muricem, vel mollitiei majoris ergò albas reddebant; porrò *Romani* lota corpora ungi atque perfundi oleis odoriferis fecerunt; horum temperatura & concretio varia fuit. Siquidem alii adhibuerunt mixtiones florum, ut unguentum Rhodinum, unguentum Lirinum, oleum Cupreſſinum florum arboris vocatæ cupreſſi, quæ florem gignit candidum & ſummè odoriferum; creſcit
E paſſim, verùm in *Cypro* Inſula, odore jucundo omnes cæteras ſuæ ſpeciei arbores antecellit. Conſueverunt etiam priſci inter oleoſa cætera adhibere illud baccharis, de quo ſcribit *Ariſtophanes*; herba verò vocatur *Bacchar*, quod gignat florem purpureum, cujus radix ſapit cinnamomum. Præterea in deliciis fuit ipſis glaucinum & myr- 131
rhinum. Glaucinum præparatum fuit è muſto, quod *Græci* vocarunt γλεῦκ☉, etſi *Columella* cap. LIII. libri duodecimi, illud componat ex ingredientibus ſimplicibus odorem ſpirantibus; nihilominus *Plinius* inter ſpecies oleoſorum recenſet, addens, eſſe frigidum, ut reliquit libro XXIII.
F *Hiſtoriæ Naturalis*, adverſus aliter ſentientem *Theophraſtum*, quinimò etiam adverſus *Dioſcoridem.* Myrrhinum oleum confectum præparatumque fuit è Myrrha, quæ deſiccandi magnam vim habebat. Sed compoſitionis ipſius ratio & uſus hodie ignotus eſt, nam myrrha, quæ hodie quidem *Alexandriâ* venit, ad imitationem facta eſt tantummodo, & falsò ſuppoſita, imò vera & ſincera rariſſimè in *Italiam* defertur: nimirum illa, de qua tradidit *Dioſcorides*, pellucidam eſſe ad inſtar cor

Exedra quæ fuerit?

Quomodo ſtructæ fuerint Thermæ

Statuæ poſitæ Æſculapio & Sanitati ſeu Hygiæ Deæ valetudinis, filiæ Æſculapii.

Oleum Rhodinum ut & Lirinum.

Oleum Glaucinum.

Oleum Myrrhinum.

cornuum bovis. Cætera oleosa fiebant è foliis
majoranæ, lavendulæ & saxifragæ rubræ, vo-
catæ Amaraci, nardi, œnanthes; alia è cortice

Oleum cinnamomi pretiosum.

& radicibus arborum, ut Cinnamomi, quod fuit
admodum carum, & maximæ expensæ, nam olim
miscebatur oleo cardui Benedicti, ligno Balsami,
dicto *Xylobalsamo*, & *Squinante*, nimirum flore
junci odoriferi, & postea mixtum fuit, ut memo-
rat *Dioscorides*, casia & carpobalsamo (quod na-
scitur è balsamo) addito & quater tantâ myrrhæ,
quanta casiæ copia, item tanto mellis, quantum suf-
ficeret universæ compositioni. Verùm hodie res
multò difficillima esset tale unguentum conficere,
nam verum cinnamomum ignotum est, ut affir-
mant qui Orientem petunt pharmacopolæ; imò
olim tempore Imperatorum, quibus morem ge-
rebat universus Orbis, difficulter acquiri impe-

Casia odorifera *Canella*.

trarique potuit. In locum cinnamomi supponi-
mus substituimusque casiam odoriferam, quam
cannellam sive cinnamomum vocamus, miscendum
132 compositioni unguentorum nostrorum; cùm enim

Theriaca sive Alexipharmacum *Galeni*.

theriacam vel alexipharmacum *Galenus* conficeret
Marco Aurelio Antonino, nusquam repertum fuit
Cinnamomum, nisi in muséo Imperatorum, qui
inter res pretiosissimas reposuerant. Memoratus
Imperator *Galeno* procuravit plurima vasa repleta
cinnamomo, quæ in Palatio reposita fuerant, par-
tim à *Tajano*, & partim ab *Hadriano*, qui ado-
ptaverat *Antoninum Pium*: hic mox in Imperium
succedens, acquisivit recens Cinnamomum, quòd
immane quantum odore & præstantia aliud quod-
vis superaret. Porrò *Commodus* Imperator (in-
commodus certissimè omnibus hominibus) con-
temptis cinnamomo & theriaca, perdidit quic-
quid superstes erat boni, quod optimi Imperato-
res pristini diutissime reservârant: ita quidem, ut
cùm *Galenus* alexipharmacum conficeret Impera-
tori *Severo*, cogeretur adhibere vetustissimum
Cinnamomum, quod inveniri posset in Palatiis o-
mnium Imperatorum, quamquam, ut confite-
tur, odoris plurimum perdiderat & virtutis, etsi
nondum effluxissent triginta anni, ex quo *Romam*

Oleum narcissinum & irinum.

devectum esset. Quod verò ad cætera oleosa at-
tinet, unguentum, inquam, narcissimum, & iri-
num, quod è radice iridis plantæ elicitur; illud
usque *Plinii* tempora satis utile conficiebatur in
Pamphylia, verùm optimum atque suavissimum
in *Elide* inveniebatur oppido *Arcadiæ*, quamvis
hodie iris *Florentina* optima audiat. Oleum Rho-
dinum assiduè optimum æstimatur *Neapolitanum*,
Capuanum & *Salernitanum*, atque olim *Meliten-*

Conserva *Neapolitana* optima.

se; præstantia rosarum *Neapolis* eminet, unde jam
optima conficitur Conserva, & commodissima,
quæ fieri potest. Hanc, auctore *Possidonio*, ad-

Unguentum nardinum.

hibuêre *Carmani* ad coërcendam exhalationem
vinorum. Unguentum nardinum optimum ha-
betur Rhodiacum, mixtum oleo omphacino, car-
duo benedicto, & Xylobalsamo, flore chamæ-
meli & calamo aromatico, additis majorana, co-
sto *Arabico*, armeniaco, nardo, casia odorifera,
carpobalsamo, & myrrha; qui autem pretiosissi-
133 mum vult conficere, adjicit Cinnamomum.

Oleum balaninum.

Oleum Balaninum, ita priscis dictum, confectum
fuit ex glande unguentaria, quæ *Græcis* vocata
est μυροβάλανος, & unguentarii nuncuparunt

Oleum cardui benedicti.

oleum cardui benedicti, quòd fructus ita *Arabi-
bus* dicatur; virtus autem istius olei est, ut quam-
vis sit vetustissimum diuque reservatum, nunquam
tamen rancorem contrahat, quamobrem myro-
polæ memorati soliti sunt adhibere mixturis suis
unguentariis chirothecarum, globulorum smeg-
matis, & sphærularum precatoriarum, additis
musco, ambra & zibetho. Aliàs consuevit è *Bar-
baria*, quæ, ut volunt eruditi, complectitur *Æ-
thiopiam* vel *Troglodyticam* ejusdem partem, defer-

A ri myrobalanus, solitique fuêre unguentarii uti li-
quore extracto fructibus ejusdem, ut *Galenus* do-
cuit. Quare mirum non est, quod fructus, un-
de oleum hoc elicitur, vocetur priscis *glans un-
guentaria*, siquidem liquor ipsius adhibetur un-
guento sumptuosissimo & odoratissimo cuivis. O-
leum amaracinum optimum judicatum fuit insulæ
Co; hoc ut & cætera ad varietatem virtutemque
ipsorum usurparunt prisci in balneis suis, curando
corpus & pellem; optimum autem omnium fuit,
præcipuè verno tempore, ipsisque commodissi-
mum, qui tractus frigidos habitarent. Oleum

Oleum Imperiale.

Imperiale, Græcis βασίλειον nuncupatum, in usu
B fuit Regibus *Parthorum*, auctore *Plinio*, qui com-
positionem ejus recenset. In montanis *Persiæ* ge-
nitæ fuêre nuces quædam vocatæ *Persicæ* seu *Mo-
lusiæ*, unde expressum est oleum unctionis Re-
gum, perhibente *Amynta*; ad hæc in *Carmania*
(tradente *Ctesia*) oleum Acanthinum conficieba-
tur, quo Rex istius regionis corpus universum
inungeret. Olei, quod vocatur *Græcis Ompiri-
bes*, meminit *Theophrastus* Libro *de odoribus*, as-
severans factum fuisse ex olivis & amygdalis acer-
bis. Reliquæ compositiones siccæ & aridæ, quas
Græci vocant *Diapasmata*, adhibitæ fuere, *Pli-* 134
nio scribente, abstersioni sudantium, qui balneis
C exirent, lotum aquâ frigidâ. Omnes hæ compo-
sitiones liquidæ fuêre mixtæ oleo; & quò erat
pinguius oleum, eò melius æstimabatur & uti-
lius, quare oleum amygdalinum, pluris cæteris
æstimatum habitumque fuit ab antiquis. Gene-
ra olei explicans *Dioscorides* ait, illud quod sim-
pliciter conficitur, sine additamento alius rei, ac
fructus ipsius, vel seminis, vocari oleum: cæte-
ra verò esse unguenta, quæ componuntur ex oleo
aliisque specificis, ut unguentum rosarum, sam-
psuchinum, amaracinum, melinum, telinum,
eleatines, œnanthinum, anethi, & reliqua, quæ
D omittam brevitatis ergo, quippe qui non propo-
sui tam parvo libro includere tantas totque com-
positiones, ad Medicos potius pertinentes. At-
tamen constitueram breviter illa perstringere, quæ
in usu essent *Græcis* pristinis aliptis & *Romanis*,
ut corpus salubre retinerent, morbosque pluri-
mos effugerent. Siquidem liquores membra cor-
porum corroborent & nervos, corporaque red-
dant mollia, impertiendo robur & fortitudinem,
quamobrem *Plinius* lib. XXII. cap. XXIV. de sa-
nissimo & optimo liquore non dubitavit scribere:
*Duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi, in-
tus vini, foris olei: arborum è genere ambo præci-
pui, sed olei necessarius.* Adhæc *Plinius* noster lo-
E cutus de *Augusto* Cæsare, qui interrogârat hospi-
tem *Romulum Pollionem*, annos centum egressum,
quô sese tamdiu servasset sanum, & tam commo-
dè; addidit respondisse *Pollionem*; *Intus mulso,
foris oleo:* quod docet, oleum semper commodius
fuisse partibus & membris externis, quàm inter-
nis corporis. Etiamnum superest fama *Democri-
ti Abderitæ*, qui proposuerat longævæ vitæ finem
imponere, ut vero scopum consequeretur, ge-
nium quotidie defraudabat; quare exorarunt fœ-
minæ familiares, ne pateretur vitam finire festis
Cereris; id quod ipsis annuit, itaque comedendo 135
F melle ex vasculo repleto, vitam produxit, quousque
finitæ essent feriæ memoratæ; quas postmodum
prisci vocarunt *Cereales*; deinde rogatus à familiaris-
simis nonnullis, quomodo vitam propagare pos-
set homo, respondit, adhibendo mel intus, &
oleum foris. *Polybius* asseverat causam victoria-
rum, quas obtinuit *Hannibal Carthaginensis* in
Italia adversus *Romanos*, fuisse, quòd milites ejus
oleo membra unxissent. Olim athletæ sese oleo
unxerunt, ut corpus vivacius redderetur & for-
tius; qui mos initiò adhibitus fuit ab *Hercule*
in

in ludis Olympicis, ut *Lucanus* auctor est scribendo Lib. IV. vers. 612.

Ille Cleonei *projecit terga leonis*,
Anteus Lybici, *perfudit membra liquore*,
Hospes, Olympiacæ *servato more palæstræ*.

Cæterum Digressione hac peracta, jam descendamus ad alia, quæ in hoc tractu habentur, memoratu dignissima.

136 CAP. XXI.

De Palatiis C. Marii, Pompeji, Cæsaris, Pisonis, *item* Mammææ *Matris* Alexandri *Severi Imperatoris*.

IN sinu *Bajano* jacent plurima rudera elegantissimarum substructionum, quarum sumptuosissimæ, Auctoribus quidem memoratæ, sunt Domûs illæ Augustæ *C. Marii*, *Pompeji*, *Cæsaris*, *Pisonis*, & *Mammææ*. Palatium *Julii Cæsaris*
137 (testante *Cornelio Tacito*) situm fuit in monte non ita procul *Bajis*, unde colligere est, montem jacentem ultra *Bajas* inter *Mare Mortuum* sinumque *Bajanum*, fuisse locum Palatii *Cæsaris*; quod non modo è ruderibus elicere licet, quæ ubivis habentur ibidem, indicantque structuras loci summè magnificas, verùm etiam asseverare quodam suo jure videtur statua marmorea, quæ ibidem reperta fuit, cujus pedibus subjecta legebatur Inscriptio: GEN. C. JUL. CÆS. quæ innuit se positam fuisse Genio *Caji Julii Cæsaris*. Statua verò alta fuit palmos quindecim, habitu militis, & amicta vestimento usque medias tibias, insuper manu dextra tenuit pateram sacrificii, sinistra verò cornu copiæ. Quid sibi vellet *Genius*, exposuit *Censorinus* scribendo; *Genium* fuisse Dæmonem, quô defensore quivis editus in lucem, viveret; quem Dæmonem unà cum homine nasci fabulati fuêre prisci; quamobrem ferunt, *Genium* à *genere* dictum fuisse, autumabantque eundem tutelam istius hominis suscepisse. *Antestius* asseverat, *Cenium* esse prognatum Diis, hominesque procreare. Genius autem non unô modô ab Ethnicis depictus fuit, siquidem interdum repræsentabant instar pueri vel senis, qui dexta manu teneret serpentem, sinistrâque coronam; quare *Tibullus* dixit:

Statua Genii *Cæsaris* reperta *Bajis*.

Quid sit Genius, & quare ita dictus.

Ipse suos adsit Genius *visurus honores*
Cui decorent sanctas florea serta comas.
Illius è puro destillent tempora nardo,
Atque satur libo sit, *madeatque mero.*

In plurimis Numismatibus Imperatorum sculptus est *Genius*, qui dextra manu habet pateram super altare, ornatus coronis, atque læva scuti-
138 cam gerit contextam ex funiculis. Quare verò tot modis ipsum prisci exhibuerint, animum advertant rerum pristinarum curiosi; quò ipsos ablegatos volo. Sacrificia verò *Genio* offerebantur vina cum floribus; quapropter scripsit *Persius: Funde merum Genio.* Et *Horatius* in Epistolis:

Vinum suffitusque oblata *Genio.*

Floribus, *& vino* Genium *memorem brevis horæ.*

Præterea suffitus cum Vino incensus fuit *Genio*, unde *Plautus* ita lusit: *Huic filia una est*, *ea mihi quotidie thure aut vino*, *aut aliquî semper supplicat.*

Quare prisci spargerent vinum *Genio*, exposuit *Varro* de *Numeris*, & *Censorinus* inquit, quotannis solitos fuisse antiquos die natali sacra peragere *Genio*, vinumque fundere; insuper maximè sese eodem die continuerunt à sanguine. *Horatius* ad *Ælium Lamiam* lib. III. Carm. ita cecinit:

Cras Genium *mero curabis*, *& porco bimestri.*

Sunt, qui volunt *Genios* alios non fuisse, ac Elementa corporaque genitalia; alii autumarunt es-

Opinionum varietas de *Genijs.*

A se duodecim signa Zodiaci, unà cum Sole & Luna; nec defuerunt, qui vindicarent Diis Capitolinis tribus, *Jovi* inquam, *Junoni* & *Minervæ*. Cæterùm hæc dicta sufficiant studiosis, qui de hac re me interrogarunt. Sed ut revertamur ad propositum; secundum Palatium, nimirum illud *Cnæi Pompeji*, situm erat in monte jacente inter *Avernum* & Sudatorium; Palatium *Caji Marii* constructum fuit super alium monticulum inter Portum *Julium* sinumque *Bajanum*; in omnibus hisce locis, quæ attigimus, projecta sunt ædificia, ipsorumque rudera. *Plutarchus* memorat Palatium *Marii* veniisse *Corneliæ*, & ipsam *Cor-*
B *neliam* vendidisse postea *Lucullo*. *Seneca* lib. VII. Epist. LII. spectato splendore & amplitudine Palatiorum memoratorum, *castra* non veritus est nuncupare, scribendo: *Illi quoque*, *ad quos primos fortuna publicæ rei publicas opes transtulit*, Cajus Marius *&* Cnejus Pompejus, *&* Cæsar, *extruxerunt quidem villas in regione* Bajana, *sed illas imposuerunt summis jugis montium*, *videbatur hoc magis militare*, *ex edito speculari*, *latè longeque subjecta*; *Aspice quam positionem elegerint*, *quibus ædificia excitaverint locis*, *&* *qualia*, *scies non villas esse sed castra:* Hinc satis clarum est, Palatia hæcce amœnissima fuisse ædificiis pretiosissimis in- 139
C clusis in ambitu suo; quinimo *Plutarchus* in Vitâ *C. Marii* tradidit Palatium *Caji Marii* venundatum fuisse *Cornelio* septuagies mille sestertiûm cum dimidio. atque postmodem emisse *L. Lucullum* ducentis & quinquaginta millibus sestertiûm; verba ipsius ita *Latinè* sonant: Marius *ad Thermas* Bajanas *curandi corporis gratia*, *quod senectute*, *& fluxibus* (*ut ipse ferebat*) *confectum erat*, *proficisci lubens. Nam ibi apud* Misenum *magnificas ædes*, *atque effeminatiores*, *quàm talis viri dignitas*, *qui tot bella gessisset*, *pateretur*, *habebat. Has* Cornelia *septuaginta millibus sestertium emisse fertur : paulò post* L. Lucullus, *quingentis millibus*, *ac ducentis*;
D *ita repentè sumptus aucti*, *&* *tantum ad luxum tam brevi momento accessit.* In sinu eodem *Bajano*, teste *Spartiano* in Vitâ *Alexandri Severi*, Imp. *Alexander Severus*, Imperator optimus, extruxit admodum magnificum Palatium, adjecto stagno, refocillandæ *Mammææ* Matri, quæ religionem adsciverat *Christianam*, baptizata ab *Origene*; ad hæc in gratiam propinquorum heic ædificavit alias fabricas pulcherrimas & sumptuosissimas, stagnis additis excellentissimis, in quæ admitteretur mare, opere amœnissimo. Verba autem *Spartiani* in Vita *Alexandri Severi* Imp. hæc sunt: *In matrem* Mammeam *unicè pius fuit*, *ita ut* Romæ 140
E *in palatio faceret diætas nominis* Mammeæ, *quas imperitum vulgus hodie ad* Mammeam *vocant*, *&* *in* Bajano *palatium cum stagno*, *quod* Mammeæ *nomine hodieque censetur. Fecit & alia in* Bajano *opera magnifica in honorem affinium suorum*, *& stagna stupenda admisso mari.* Omnes hæ fabricæ, quæ extructæ fuêre tam splendidè, tot expensis, in delectum hominum, nunc dirutæ cernuntur universæ, partim etiam terra opertæ; incolæ autem vocabulo detorto vocant totum tractum *Mammeo* pro *Mammæa*. Quare miror, Marchionem *Trevicensem* dicere, rudera hæcce esse sepulcri *Agrippinæ*, cùm cineres ipsius repositi fuerint in
F leve quoddam sepulcrum, ut fidem facit *Tacitus* lib. XIV. *Annal.* scribens: *Cremata est nocte eadem*, *conviviali lecto*, *&* *exequiis vilibus. Neque*, *dum* Nero *rerum potiebatur*, *congesta*, *aut clausa humo*, *mox domesticorum cura*, *levem tumulum accepit*, *ad viam* Miseni, *propter villam* Cæsaris *Dictatoris*, *quæ subjectos sinus editissima prospectat.*

Palatium Cnei Pompeji.

Palatium Caji Marii.

Palatium Caji Marii.

Ædificia ab Alexandro Severo structa.

CAP.

CAP. XXII.

De Templis Herculis, Veneris *&* Dianæ, *ut & Villa* Baulis, Agrippinæ *deliciis.*

BAjis itaque relictis, petiturus montem *Avernum*, à latere orientali obſervabis locum, ubi erectum olim fuerat *Herculi Baulo* Templum; hoc etiamnum quadantenus viget, apparetque ex reliquiis, quòd fuerit ſtructurâ ſuperbiſſimâ, opereque *Dorico* facta accuratiſſimè, ut ſtupendiſſima hodieque appareat ſpectatori; unde obſervari poteſt, quanta fuerit amplitudo, & quantus 141 ſplendor priſtinorum hominum. Hactenus retinuit locus appellationem *Baulo*, corruptam ex *Boaulo* ſeu *Boaulis. Servius* commentatus in hunc verſum *Virgilii: Et tenebroſa palus* Acheronte *refuſo*, notat *Boaulos* dictos fuiſſe à bobus *Geryonis*, quos huc ex *Hiſpania* abegerat *Hercules*; teſtimoniumque ipſi perhibet *Strabo* lib. v. dicens, lacum *Lucrinum* ab *Hercule* aggere cinctum fuiſſe, ut hâc boves *Geryonis* pelleret. Verſa verò *Latinè Strabonis* verba ita ſeſe habent: Lucrinus *verò ſinus uſque* Bajas *latitudinem pandit, qui ex exteriori pelago per aggerem longitudinis ſtad.* VIII. *latitudinis autem unius orbitæ arcetur. Illum autem ab* Hercule, *traducendarum* Geryonis *boum cauſa, aggeratum fuiſſe perhibent.* Ad hæc *Sanfelix*, in *Campaniâ* de hoc loco differens ita tradidit. „ Literis „ proditum eſt *Herculem*, debellatis *Hiſpaniis*, *Gerionis* Regis pulcherrima boum armenta in *Bajanum* ſinum expoſuiſſe; ibique inter *Miſenum*, „ & *Avernum* ipſas caula vallaſſe. Locus is boum „ caula fuit primum *Boaula*, mox ut vox ipſa dul- „ cius ſonaret auribus facta eſt *Bauli*. „ Primus *Romæ* ſtatuam *Herculi* poſuit *Evander*, quam erexit (auctore *Plinio* lib. XXXIV. cap. VII.) in foro *Boario*, vocato *Triumphali*. De *Baulis* permulti ſcripſerunt, præſertim verò *Suetonius* & *Tacitus*, qui aſſeverant, *Agrippinam* Matrem *Neronis* Imp. fuiſſe juſſu filii hîc occiſam, quia paullo nimis rigide ipſum corriperet, quod ſceleſtiſſimus ille Imperator in pejorem partem accipiens, conſtituit eandem vitâ privare, cumque ter veneno id expertus fuiſſet, & ipſam medicamentis firmatam reperiret & alexipharmacis, excogitavit novam fallaciam; nam navem exſtrui juſſit, quam ubi ingreſſa eſſet, in mare incideret & ſubmergeretur. Itaque ut oſtenderet ſeſe ipſi conciliatum, ad ipſam *Linterni* degentem literas dedit admodum ple- 142 nas amore, quibus dicebat ſeſe optare, ut proximas ferias *Quinquatria* dictas unà ſecum *Bajis* celebraret, ubi ipſe tum eſſet; fuêre *Quinquatria* Feſta, quæ agitabantur ſolemnia *Minervæ*, menſe Martio, atque per dies quinque continuabantur; itaque mandavit *Nero* præfectis triremis, qua ipſa veheretur, ut navem in terram impingerent aliquatenus ferruminaturi commiſſuras, tempeſtatemque cauſaturi; ut verò ipſam detineret, epulas, quas facere inſtituerat, diſtulit atque protraxit. Interea *Agrippina* cogitante reverti ad villam ſuam *Boaulis*, in locum navis fractæ conquaſſatæque ſubſtituit *Nero* illam, quæ huic fini deſtinata conſtructaque erat, ſummaque lætitia deduxit, atque valedicturus ipſius mammas oſculatus fuit. Porrò cum anxius remanſiſſet auditurus exitum ſceleris, percepit rem omnino aliter, ac putârat, contigiſſe, ſiquidem *Agrippina* natando evaſerat. Itaque conſilii ambiguus dubiuſque, cùm jam medium omne videretur ulteriùs deeſſe, juſſit *Lucium Agerinum*, libertum *Agrippinæ* apprehendi & vinciri, qui lætus & exſultans nuncium attulerat, quòd mater evaſiſſet periculum, & clam pugionem ipſi apponi, deinde exclamavit, ſubornatum à matre *Agrippina* in filii cædem, itaque imperavit clanculum Matrem occidi, famâ editâ, ſibi ipſi mortem conſciviſſe, ne conſpiratio-

Quinquatria Feſta.

Lucius Agerinus Libertus *Agrippinæ.*

A nis crimine convinceretur; qui verò interfecerunt *Agrippinam*, erant *Anicetus* libertus *Neronis*, & *Oloaritus* Centurio. Itaque Matre peremptâ, cùm nuncium allatum falſum haberet, cucurrit ipſe ſpectatum rem tam atrocem, cunctaque contrectavit membra. Cadaver ipſius nocte eadem incenſum fuit, cinereſque ſine pompa funeris, à 143 nonnullis ſervis *Agrippinæ*, viliſſimo tumulo via inter *Miſenum* & Palatium *C. Cæſaris* Dictatoris fuêre conditi. Ad probandum, quæ hactenus recitata fuerunt, verba *Suetonii* ſubjungemus, quæ ita ſe habent: *Matrem, dicta factaque ſua exquirentem acerbius, & corrigentem, hactenus primò gra-*
B *vabatur, ut invidia identidem oneraret quaſi ceſſurus Imperio* Rhodum*que habitaturus; mox, & honore omni, & poteſtate privavit. Abductaque militum &* Germanorum *natione, contubernio quoque, ac palatio expulit, neque inde vexando quicquam penſi habuit, ſubmiſſis, & qui* Romæ *morantem litibus, & in ſeceſſu quieſcentem per convitia, & jocos, terra, marique prætervehentes inquietarent. Verum minis ejus, ac violentia territus perdere ſtatuit, & cum veneno tentaſſet, ſentiretque antidotis præmunitam, lacunaria, quæ noctu ſuper dormientem laxata machina deciderent, paravit; hoc conſilio per conſcios parum cœlato, ſolutilem na-*
C *vem, cujus vel naufragio vel cameræ ruina periret, commentus eſt. Atque ita reconciliatione ſimulata jucundiſſimis literis* Bajas *evocavit ad ſolemnia Quinquatrium ſimul celebranda, datoque negotio trierarchis, qui liburnicam, qua advecta erat, velut fortuito concurſu confringerent, pertraxit convivium, repetentique* Baulos *in locum corrupti navigii machinoſum illud obtulit, hilare proſecutus, atque in digreſſu papillis quoque exoſculatis, reliquum temporis cum magna trepidatione vigilavit, operiens cœptorum exitum. Sed ut diverſa omnia nandoque evaſiſſe eam comperit, inops conſilii,* L. Agerinum *libertum ejus, ſalvam, & incolumem, cum gaudio nunciantem; ab-*
D *jecto clam juxta pugione, ut percuſſorem ſibi ſubornatum arripi, conſtringique juſſit, matremque occidi, quaſi deprehenſum crimen voluntaria morte vitaſ-* 144
ſet. Adduntur his atrociora, nec incertis auctoribus, ad viſendum interfectæ cadaver accurriſſe, membra alia vituperaſſe, alia laudaſſe. Rem geſtam non dubitavit *Cornelius Tacitus* lib. IX. recenſere hic verbis: *Obtulit ingenium* Anicetus *Libertus, claſſis apud* Miſenum *præfectus, & pueritiæ* Neronis *educator, ac mutuis odiis* Agrippinæ *inviſus. Ergo navem poſſe componi docet, cujus pars ipſo in mari per artem ſoluta, effunderet ignaram: Nihil tam capax fortuitorum quàm mare, & ſi naufragio*
E *intercepta ſit, quem adeo iniquum, ut ſceleri aſſignet, quod venti fluctus deliquerint? Additurum principem defunctæ templum, & aras, & cætera oſtentandæ pietati. Placuit ſolertia; tempore etiam adjuta, quando Quinquatruum feſtos dies apud* Bajas *frequentabat. Illuc matrem elicit, ferendas parentum iracundias, & placandum animum dictitans, quo rumorem reconciliationis efficeret, acciperetque* Agrippinam, *facili fœminarum credulitate ad gaudia venientem. Dehinc obvius in littora (nam* Antio *adventabat) excipit manu, & complexu, ducitque* Baulos, *id villæ nomen eſt: quæ promontorium* Miſenum *inter, &* Bajanum *lacum flexo ma-*
F *ri alluitur. Stabat inter alias navis ornatior, tanquam id quoque honori matri daretur. Quippe ſueverat triremi, & claſſiariorum remigio vehi. Ac tum invitata ad epulas erat, ut occultando facinori nox adhiberetur. Satis conſtitit extitiſſe proditorem, &* Agrippinam, *auditis inſidiis, an crederet ambiguam, geſtamine ſellæ* Bajas *pervectam. Ibi blandimentum ſublevavit metum, comiter excepta, ſuperque ipſum collocata. Nam pluribus ſermonibus modo familiaritate juvenili* Nero, *& rurſus addu-*

Anicetus libertus præfectus claſſis.

ctus, quasi seria consociaret, tracto in longum convictu prosequitur abeuntem arctius oculis, & pecto-
145 ri hærens, sive explenda simulatione, seu perituræ matris supremus aspectus, quamvis ferum animum retinebat. Noctem syderibus illustrem, & placido mari quietam, quasi convincendum ad scelus Dii præbuêre. Nec multum erat progressa navis, duobus è numero familiarium Agrippinam comitantibus: ex quibus Creperejus Gallus haud procul gubernaculis adstabat, Aceronia super pedes cubitantis reclivis, pœnitentiam filii, & reciperatam matris gratiam per gaudium memorabat: cum dato signo, ruit tectum loci multo plumbo grave, pressusque Creperejus, & statim exanimatus est, Agrippina, & Aceronia eminentibus tecti parietibus forte validioribus, quamvis oneri cederent, protectæ sunt: nec dissolutio navigii sequebatur turbatis omnibus, & quia plerique ignari etiam conscios impediebant. Visum dehinc remigibus, ratem unum in latus inclinare, atque ita navem submergere. Sed neque ipsis promptus in rem subitam consensus, & alii contra nitentes dedere facultatem lenioris in mare jactus. Verum Aceronia imprudens, dum se Agrippinam esse, & ut subveniretur matri principis clamitat, contis, & remis, & quæ sors obtulerat, navalibus telis conficitur. Agrippina silens, eoque minus agnita, unum tamen vulnus humero excepit. Nando deinde occursu lembunculorum Lucrinum in lacum vecta, villæ suæ infertur. Illic reputans ideo se fallacibus literis accitam, & honore præcipuo habitam, quodque littus juxta non ventis acta, non saxis impulsa navis, summa sui parte, veluti terrestre machinamentum concidisset, observans etiam Aceroniæ necem, simul cum vulnus aspiciens, solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur: misit libertum Agerinum, qui nuntiaret filio, benignitate Deûm, & fortuna ejus evasisse gravem casum. Orare, ut quamvis periculo matris exterritus, visendi curam differret: sibi ad præsens quiete opus; Atque interim securitate simu-
146 lata medicamina vulneri, & fomenta corpori adhibet. Testamentum Aceroniæ requiri, bonaque obsignari jubet, id tantum non per simulationem. At Neroni nuncios patrati facinoris opperienti affertur, evasisse, ictu levi sauciam, & hactenus adito discrimine ne auctor dubitaretur. Tum pavore exanimis, & jam jamque affore obtestans vindictæ properam, sive servitia amaret, vel militem accenderet, sive ad Senatum & populum pervaderet, naufragium, & vulnus, & interfectos amicos objiciendo; quod contra subsidium sibi? nisi quid Burrus & Seneca expergiscerentur; quos statim acciverat, incertum an & ante ignaros. Igitur longum utriusque silentium, ne irriti dissuaderent, & eò descensum credebant, ut nisi præveniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. Post Seneca hactenus promptior, respicere Burrum ac si scitaretur, an militi imperanda cædes esset. Ille prætorianos toti Cæsarum domui obstrictos, & memores Germanici, nihil adversus progeniem ejus atrox ausuros respondit: perpetraret Anicetus promissa. Qui, nihil cunctatus, poscit summam sceleris. Ad illam vocem Nero illa sibi die dari imperium, auctoremque tanti muneris libertum profitetur. Iret propere, duceretque promptissimos ad jussa. Ipse audito, venisse missum Agrippinæ nuntium Agerinum, scenam ultro criminis parat: gladiumque, dum mandata perfert, abjicit inter pedes ejus: tum quasi deprehenso, vincula injici jubet: ut exitium principis molitam matrem, & pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse confingeret. Interim vulgato Agrippinæ periculo, quasi casu evenisset, ut quisque acceperat, decurrere ad litus. Hi molium objectus, hi proximas scaphas scandere. Alii, quantum corpus sinebat, vadere in mare, quidam manus protendere. Questibus, votis, clamore diversa rogantium, aut incerta respondentium, omnis ora compleri, affluere ingens multitudo

A cum luminibus, atque ubi incolumen esse pernotuit, ut ad gratandum sese expedire, donec aspectu armati, & minitantis agminis disjecti sunt. Anicetus villam statione circumdat, refractaque janua, obvios servorum arripit, donec ad fores cubiculi veniret, cui pauci adstabant, cæteris terrore irrumpentium exterritis. Cubiculo modicum lumen inerat, & 147
ancillarum una: magis ac magis anxia Agrippina, quòd nemo à filio, ac ne Agerinus quidem; aliam fere littore faciem, nunc solitudinem ac repentinos strepitus, & extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancilla, tu quoque me deseris prolocuta, respicit Anicetum trierarcho Herculeo, & Oloarito centu-
B rione classiario comitatum. Ac si ad visendum venisset, refotam nuntiaret; sin facimus patraturos, nihil se de filio credere; non imperatum parricidium. Circumsistunt lectum percussores, & prior trierarchus fusti caput ejus afflixit. Nam in mortem, centurioni ferrum distringenti, protendens uterum, ventrem feri, exclamavit, rogans ministrum, ut utero dirum ensem conderet, adjiciens, hic est, hic est fodiendus ferro, monstrum qui tale tulit. Post hanc vocem, cum supremo mixtam gemitu animam tandem post fera tristem vulnera reddidit. Ictibus enim multisque vulneribus confecta est. Hæc consensu traduntur.

Ventrem feri, Agrippina verba, dum confoditur.

C Aspexerit ne matrem exanimem Nero, & formam corporis ejus laudaverit, sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant. Cremata est nocte eadem, conviviali lecto & exequiis vilibus. Neque; dum Nero rerum potiebatur congesta, aut clausa humo, mox domesticorum cura, levem tumulum accepit, viam Miseni propter, & villam Cæsaris Dictatoris, quæ subjectos sinus editissima prospectat. Accenso rogo, libertus ejus, cognomento Mnester, ipse ferro se transegit: incertum charitate in patronam, an metu exitii, &c.

Citima *Baulis* jacent rudera ædificiorum splendidissimorum, ubi non ita dudum reperta fuit statua marmorea *Veneris*, fabrefacta à scientissimo
D statuario, quæ bis excederet staturam humanam; hæc manu dextrâ orbem terrarum continebat, atque sinistrâ mala aurea tria, quapropter plurimi ingeniosorum existimarunt Delubrum *Veneris Genetricis* hîc fuisse situm, erectum ipsi à *Julio Cæsare*, quòd Palatio esset propinquum; ut testimonio aliud est *Romæ* Templum, quod itidem *Veneri Genetrici* statuerat, ut generis sui Matri; prout tradidêre *Suetonius*, *Appianus*, & *Dio*; ad hæc *Plinius Historiæ Naturalis* lib. IX. cap. XXXV. lib. XXXV. cap. XII. & lib. XXXVI. cap. IV. asseverat *Cæsarem* consecrâsse *Veneri Genetrici* essedum integrum, distinctum unionibus pretiosissimis *Britannicis*. Sacra prisci Deæ suæ fecêre columbis candidis, quin-
E imo *Romani* ferias ipsi solennes agitârunt mense Aprili, quibus universæ Dominæ *Romanæ* myrteis coronis ornabantur, rosis floribusque sparsis: strophia verò myrtea gerebant, quòd arbor myrtus dedicata esset Idolo memorato, aut etiam, quia existimarent certam potentiam occultam conciliandi animos in ipsa latere, aut eò quòd arbor hæc illi gratior cæteris omnibus esset, marisque, unde *Venus* orta, colorem exhiberet. Rosas autem ipsi sparserunt, ut significarent, quàm citissime voluptates corporis, non aliter ac rosæ & flores, quæ celeriter pereunt, transirent; quamquam nonnulli putant, ipsos hoc fecisse, quò ostenderent, rosam ini-
F tiò candidam, mox sanguine tinctam *Veneris*, factam fuisse rubram vel purpuream. Statua *Veneris*, quæ in *Cypro* fuit, docente *Macrobio* lib. III. *Saturnal.* cap. VIII. barbata erat, & tamen vestibus fœmininis ornata, sceptrô elevatô; hanc ita construxerant, ut ostenderent, eandem esse androgynon; auctor quidem allegatus arbitratur omnes illos errare, qui apud *Virgilium Æneid.* I. legunt:

Templum Veneris Genetricis structum Cæsare.

148

Arbores Myrticæ sacræ Veneri.

Discedo, ac, ducente Dea, flammam inter, & hostes
Expedior.

cùm erudite dixerit Poëta *Ducente Deo*, non *Dea*; siqui-

ſiquidem *Actorianus*, idoneus vetuſque auctor, vult legi oportere: *Pollentemque Deum Venerem*, non *Deam.* Haud ita procul memorato Templo aliud ſplendidiſſimum viſitur, cujus ferè dimidia pars ſupereſt; hoc plurimi arbitrantur poſitum fuiſſe *Dianæ Luciferæ*, quòd in Zophororum quo-

Templum Dianæ Luciferæ.

149 dam marmore, annis præteritis, haberentur verba hæc: DIANA LUCIFERA. Porrò conjecturam faciunt è plurimis marmoribus, undique hîc erectis, ubi inſculptos videbis Canes, Cervos & Mullos, quæ cuncta animalia Deæ huic ſacra erant; *Mullus* ſeu Mugil barbatus, ita *Latinis* vocatus, vindicabatur olim *Dianæ*, teſte *Athenæo*, perhibente ideo *Dianæ* aſſertum piſcem, quòd barbi ſeu mulli venentur lepores marinos, hominibus lethiferos, inſtar canum venaticorum, tantanquam ſub auſpicio Deæ venatricis. Piſcis autem hicce luxu priſcorum adeo rarus & carus fuit, ut pede longior, ſæpiſſime vel à privatis *Romanis* magno emeretur pretio. Lurco ille edaciſſimus, *Apicius Nepos*, vivos juſculo ſuo immergens ſtrangulabat mullos, ſiquidem merſi in embammate, è ſucco ſcombrorum ſalitorum confecto, meliorem præbent ſaporem. Vinum quo ſuffocatur talis mullus, ſi biberis, maximam, auctore *Athenæo* ad ſententiam *Terpſiclis*, præſtabit virtutem inhibendi appetitum Venereum; qui addit, mulieres ſi vinum tale ſorbeant, reddi infœcundas, atque conceptu arceri.

Quare mulli *Dianæ* fuerint ſacrati.

150 CAP. XXIII.

De Circo, quem incolæ vocant Mercato di Sabato.

INter *Bajas* & *Miſenum* habentur non admodum à mari remota plurima rudera habitaculorum continuorum, quæ hodie incolæ nuncupant *Mercato di Sabato*, ſeu *Forum diei Saturni*; ſtructurâ verò ædificiorum arguitur Circus fuiſſe, ubi priſci ludos celebrarunt. Cæterum quòd Circus memoratus ſit in aſcenſu *Baulorum*, commo-

151 diſſimè colligitur, *Neronem* Imperatorem ibidem ludos celebraſſe *Minervæ*, nuncupatos Feſta *Quinquatria*, quò venientem ſecuriſſimè *Agrippinam* Matrem ſpectatum, dolo occideret, ut etiam poſtea fecit. Feriæ verò *Quinquatria*, quæ ut antea memoratum fuit, Menſe Martio agebantur, abſolutæ fuêre quinque diebus; primo quidem offerebatur Taurus albus, cæteris verò quatuor, ludi celebrabantur, ubi publice depugnabant gladiatores, & pugiles, præmiaque concedebantur aurigis bigariiſque, qui primi ad calcem metamque cum equis pervenirent; aliique plurimi ludi feſtis Quinquatriis celebrabantur. Cæterùm quoniam de Circo agimus alienum non erit, quædam in gratiam lectoris delibare. Circi, ut reperio, tres *Romæ*, nec plures habebantur, nimirum *Maximus*, *Flaminius* atque *Neronis*. De Circo Maximo aſſerit *Livius*, quòd fuerit exſtructus à *Tarquinio Priſco*, in quo loca diviſit inter Patricios & Equites, ut poſſent commodè ſpectare repræſentata ſpectacula; nec non quòd loca eadem nuncupata fuerint Fora, videlicet loca, ubi populus quivit facillime ſedere ad videndum; hæc adeo poſtea extendit *Tarquinius Superbus*, ut *Livius* aſſeveret, ſuis temporibus (nimirum ævo *Auguſti*) ſplendorem ullum vix potuiſſe illi comparari. Itaque Circus Maximus, ex relatione Hiſtoricorum, occupavit tres partes octavas milliarii longitudine, & octavam unam milliaris latitudine, forumque medium latum fuit cubitos ſexaginta. Quinimo Circus hicce initiò extructus eſt, in oblectationem populi, ludique primi, qui hic agebantur, fuerunt pugilum & equitum, qui in hunc finem ex *Hetruria* advenerant. *Caſſiodorus* ſcribit, Circum ita nuncupatum fuiſſe à circuitu ſeu dimenſione ambitûs, & à ludis Circenſibus athletarum circumeuntium, quòd olim ædificio nullo ambiente, ludos memoratos celebrarent prope 152

Quænam fuerint *Quinquatria.*

Quid fuerit Circus, & quare ita nuncupatus.

fluvium in pratis, alterum verò latus cinxit fluvius, alterum ſeptum fuit plurimis gladiis loco mœnium, nam *Circenſis* vel *circumenſis* gladios denotat circumpoſitos. In Circo hocce locus fuit dictus *Carceres*, ubi equi bigæque tenebantur, antequam curſuri dimiſſi fuêre; præterea eodem extructus fuit (teſte *Plinio*) anno, quo *Romani Privernum* obſederant. Ludi hi Circenſes paſſim memorantur fuiſſe diu poſtea celebrati etiam in Circo Maximo, ut innuit *Suetonius*, unde ibidem à tempore *Cæſaris* à plurimis currus agitati fuerunt, & præcipuè ludi *Trajani* à pueris equitantibus in duas diviſis turmas; ludum verò memoratum aſſeverat *Virgilius* ortum fuiſſe ab *Aſcanio* filio *Æneæ*, quamquam *Tacitus* vult auctorem fuiſſe *Antenorem Trojanum*; adhæc *Suetonius* ſæpiſſime ludorum *Trojanorum* meminit, additque *Claudium* celebraſſe frequenter ludos Circenſes in *Vaticano*; ubi carceres, & metas antea ex topho & ligno, (curſus hi erant principium & finis) *Nero* poſtea marmoreis auratiſque mutavit, aſſignavitque etiam Senatoribus loca propria, qui antea conſueverant cæteris mixti confertim ſpectare. Circum *Flaminium* refert *Varro* ita nuncupatum, quia citimus fuit Campo *Flaminio.* Narrat *Plinius* Circum *Flaminium* poſt Conſulatum *Octavii*, qui triumphum egit de *Perſe* Rege, conſtructum fuiſſe duplici porticu, vocatâ *Corinthiâ* à capitibus æneis, quæ in columnis erant ibidem erectis. Sufficiat hæc de Circo dixiſſe.

Quare Circus *Flaminius* ita nuncupatus fuit.

CAP. XXIV. 153

De Piſcina ſtupenda, Villaque Luculli, & Centum Cellis.

HAud admodum procul *Miſeno* humi plurima jacent rudera; verùm inter cætera ſupereſt aliquod integrum ædificium; quòd cum fuerit ſplendidiſſimum diu & ſummè magnificum, vulgò audit *Piſcina mirabile*, ſeu *Piſcina ſtupenda.* In hanc deſcendere licet terræ inſertam per duas ſcalas, quarum altera continet gradus XL. ita conſtructos, ut jumentum clitellarium huc cum ſarcinis facillimè deſcenderet. Ædificatio hæc ſplendidiſſima fabrefacta eſt integra ex lapidibus mixtis calce, ordine columnarum quadrato diſpoſitarum, quarum cujuſvis latus ſingulum palmos quatuor continet, cùm alta columna ſit XXV. aliaque ab alia palmos duodecim diſtet: columnis incumbunt fornices laterales. Cæterùm Piſcina extenſa eſt paſſûs centum & ſexaginta in longitudinem, in latitudinem verò CCL. porrò adeo feneſtris ſupernis illuſtris eſt, ut deſcendens ſpectatum non exiſtimet ſeſe ſub terram deſcendiſſe. Uſum verò piſcinæ memoratæ commodiſſimè vindicaveris ſplendidiſſimo illi *Lucullo*, attamen potius exiſtimarem factam piſcinam Claſſi *Romanæ*, cujus pars tertia hîc hyemavit: cæteræ *Ravennæ* & *Brunduſii*; qui tres fuêre portûs aſſidui *Romanorum*; quandoque etiam claſſiariis fuêre ternæ ſtationes *Romæ*, & ni fallor, ſtatio hujus exercitus navalis fuit in monte *Cœlio*; verùm qua ratione aliquando epibatæ intra mœnia *Romana* ſeſe receperint, hiſtoriæ tradiderunt & antiquitatis *Romanæ* curioſi, in primis *Pompejus Hugonius*, libro de *Stationibus Romæ* in regione *Sanctorum Quatuor* Montis *Cælii*; ſunt qui arbitrantur ſitum hîc 154
fuiſſe Palatium & Villam *L. Luculli*, quam prope *Bajas* habuit, ut jucundiſſima vernali habitatione uteretur, cùm loco calidiſſimo locata ſit, cujus meminit *Plutarchus* in Vitâ ipſius, addens *L. Lucullum* æſtivo tempore invitantem *Cn. Pompejum*

Tuſculanum Palatium *Luculli*, modò vocatum *Fraſcato.*

pejum ad *Tusculum* (barbare *Frascato* nuncupatum) *Romæ* citimum, suumque Palatium, acerbis facetiis petitum fuisse ab hospite, quòd nescivisset rationem, qua exstrueret pulcherrimam & pretiosissimam Domum, quum ibi *Tusculi* esset maximus numerus porticuum & fenestrarum apertarum; insuper obnoxia esset vento & frigori, ut Æstate commodè quidem adhiberetur, sed Vere oporteret eâ omnino abstinere; cui respondit *L. Lucullus* arridens, facetiasque reciprocans, *Pompejum* iniquam de sese fovere opinionem, quòd putaret grues ciconiasque majori esse prudentiâ; sese tamen in utrumque providisse, cùm habitaculum non modò æstivum posuisset, verùm & mutare posset habitationem ad tempestates anni: verba *Plutarchi* ita *Latine* sese habent: *Jam in illa ora maris, & apud* Neapolim *ædificia cùm exhaustâ infernè terrâ colles pensiles effecisset, cursusque in mari; & piscosos transitus ædibus suis circumduxisset, habitationes in mari extruxisset, ut inspexit* Tubero Stoicus, Xerxem *eum togatum nominavit. Habebat in* Tusculano *habitationes ex quibus tanquam specula circumspicere vicina poterat, cubiculis, & ambitionibus apertis. In eas cùm* Pompejus *venisset; reprehendit* Lucullum *quod ad æstatem optimè accommodasset ædes, sed ita ut hyeme habitari non possent: cui* Lucullus *subridens, adeòne, inquit, minus tibi Gruibus & Ciconiis sapere videor, ut non possim secundum anni tempus locum mutare?* adde *Plinium* lib. IX. c. LIV. Narrat *Tacitus Tiberium*

155 Cæsarem Imperatorem gravissimo morbo implicitum, mortique propinquum, jussisse deferri sese in Palatium *Luculli*, prope *Misenum* Promontorium; *Taciti* verba lib. V. hæc sunt: *Mutatisque sæpius locis, tandem apud promontorium* Miseni *consedit in villa, cui* L. Lucullus *quondam dominus.* Ad hæc *Suetonius* in Vita *Tiberii* Cæsaris testatur, decessisse *Tiberium* in Villa memorata *Luculli*, his verbis: *Ingravescente vi morbi retentus paulo post obiit in Villa* Lucculliana *octavo, & LXX. ætatis anno, III. & XX. Imperii XVII. Cal. Aprilis* Gn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigro *Consulibus.* Passim ibidem subterraneæ domus inveniuntur constructæ lateribus coctis ingeniosissimè, ita ut stupescat spectator. Vulgus fabricas memoratas nuncupat *Centum Cellas*, propter multitudinem cubiculorum minimorum, quæ hîc habentur, additis humilibus ostiis, ut admodum difficulter ingressum admittant; cellæ verò ejusmodi adhibitæ fuêre loco crateris. Alii etiam crateres sive cisternæ restant in tractu hoc, atque undiquaque deteguntur vestigia summarum substructionum, tumulorum, aliarumque habitationum, ita quidem fabrefactarum, ut non parvum referant oppidum.

Tiberius Nero exspiravit in Palatio Luculli.

156 Cap. XXV.

De Villa Servilii Vaciæ.

VIâ *Cumas* à *Miseno*, prope lacum *Coluciam* situs est locus, ubi pretiosissima & pomposissima Villa *Servilii Vaciæ* extructa olim fuerat, quam adeo commendant auctores. Loco nominato etiamnum inveniuntur rudera ædificiorum

157 summè magnificorum, quorum pars in terram desedit; ibique non ita dudum plurimæ statuæ pristinæ Imperatorum & Philosophorum, fabrefactæ ab optimis artificibus, inventæ fuêre; Ut vero conjicere licet è circumjectis ædificiorum ruderibus, Villa memorata circiter dimidium sese extendebat milliare; imò verosimile est locum fuisse amœnissimum. *Seneca*, observato, *Vaciam* relaxandi animi ergo, sese huc totum contulisse, atque in otium se collocasse in hac sua Villa, ipsum reprehendens ita locutus est:

Mihi autem necessarium erat concutere corpus, ut sive bilis insederat faucibus discuteretur, sive ipse ex

A *aliqua causa spiritus densior erat, extenuaret illum jactatio, quam profuisse mihi sensi, ideo diutius vehi perseveravi, invitante ipso littore, quod inter* Cumas, *&* Servilii Vaciæ *villam curvatur, & hinc mari, illinc lacu, velut angustum intercluditur. Erat enim arenti tempestate mare spissum, fluctus autem illud, ut scis, frequens, & concitatus exæquat, longior tranquillitas solvit, cum arenis, quæ humore alligantur, succus abscessit. Ex consuetudine tamen mea circumspicere cœpi, an aliquid illic invenirem, quod mihi posset bono esse, & direxi oculos in villam; quæ aliquando* Vaciæ *fuit. In hac ille prætorius dives, nulla alia re, quàm ocio notus, consenuit,*

B *& ob hoc unum felix habebatur: nam quotiens aliquos amicitia* Asinii Galli, *quotiens* Sejani *odium deinde amor merserat (æque enim offendisse illum, quam amasse periculosum fuit) Exclamabant homines: ò* Vacia *solus scis vivere. At ille latere sciebat; non vivere: multum autem interest, utrum vita tua ociosa sit, an ignava; Nunquam aliter hanc villam,* Vacia *vivo, præteribam, quam ut dicerem,* Vacia *hic situs est.*

Cap. XXVI. 158

De Promontorio Miseno *& Caverna* Trachonaria.

C QUinque milliaria prope *Cumas* situm est speluncis scatens Promontorium, è regione *Puteolorum*; *Montem Latini* nuncupant *Misenum*; sed *Ptolemæus*, *Misenum promontorium.* Denominabatur ita, auctoribus *Dionysio* lib. I. & *Mela*, à *Miseno*, homine nobili & forti, comite *Æneæ*, qui ibidem exanimatus fuit, quod cecinit 159 *Virgilius* lib. VI. *Æneïdos*, dicendo: *pereunte Miseno*; addunt consilii dubium *Æneam* interrogasse *Achatem*, quid incipiendum esset, & ubi humo mandandus esset; tandemque hîc fuisse sepultum; quum ante adventum *Æneæ* dictus idem

D mons sit *Aëreus*, quod nimirum sit excelsus; *Virgilius* de hoc ita lib. VI. cecinit:

Præterea jacet exanimum tibi corpus amici.

Et paullo inferius:

Quem socium exanimum vates, quod corpus humandum.
Diceret: atque illi Misenum *in litore sicco*
Ut venêre, vident indigna morte peremptum:
Misenum Æolidem, *quo non præstantior alter*
Ære ciere viros, Martemque *accendere cantu,*
Hectoris *hic magni fuerat comes:*

Mox verò:

E *Nec minus interea* Misenum *in litore* Teucri
Flebant; & cineri ingrato suprema ferebant.

Poëta autem modum sepeliendi, post paucos versus exponens, dicit:

At pius Æneas *ingenti mole sepulchrum*
Imposuit, suaque arma viro, remumque tubamque
Monte sub Aërio, *qui nunc* Misenus *ab illo*
Dicitur, æternumque tenet per secula nomen.

Solinus narrat *Misenum* (unde mons dictus est) tubicinem *Æneæ* fuisse. Ad hæc *Servius* in tertium & sextum *Æneïdos*, commemorat, *Æneam* cùm vellet in lacu *Averno* revocare animas mortuorum, quæ Infernô continerentur, nec 160

F posset effectum reddere, nisi prius hominem quendam conficeret, & mox Diis Infernalibus offerret, huic fini dilectum suum tubicinem *Misenum* interfecisse, oblatoque sacrificio, id quod voluerat adeptum fuisse. *Portarellus* locis memoratis lustratis, hos versus posuit:

Miseni *credunt manes umbramque vagari*
Antra sub hæc montis fornice structa cavo.
Hic etiam reboant voces, lituique sonantis,
Hic etiam æquoreos provocat ille Deos.

Misenus tubicen interfectus & Diis oblatus Æneæ.

Su-

Supra montem indicatum olim Turris excelſa, *Pharus* dicta, ſeſe exſeruit; in qua noctu ignis inſtar ſpeculæ accendebatur, ad ſignum dandum nautis, ut ſalva nave in portum pervenirent, qui propinquus fuit. *Mons* verò *Miſenus* ſeſe colligit in morem Promontorii, lateribus tribus, à mari cinctis, memoratoque capite adſtrictus jacet, quamquam reipſa cavernoſus eſt, & adeo concavus fabricis impoſitis, elevatiſque columnis marmoreis & ſtructilibus, ut appareat mons penſilis, atque intus reperiuntur, ut cerni poteſt adhuc, balneæ, alvei, locaque amœniſſima pro prandendo, atque inter cætera antrum *Trachonarium*, à *Trachonibus*, id eſt ſcaturiginibus aquæ ita dictum.

Cavernæ *Trachonariæ* etymologia.

Cæterùm non abundare videbitur, quòd data occaſione multa repetam, quæ cap. xvi. memorata fuêre; itaque dixi antrum longè latiſſimum eſſe, longiſſimum & profundiſſimum, ſtupendâ menſurâ extructum; cujus alia pars etiamnum ſupereſt, alia ferè diruta, quin & tertia planè evanuit. Pars illa ſuperſtes ita ſe habet; ambulacro donata eſt longo pedes CC. & lato XVIII. utrinque cellæ ſunt fornicatæ quatuor, quarum aliæ latæ ſunt pedes XII. aliæ verò XVI. relictis in-
161 tervallis, inter nonnullas, pedum XII. atque inter nonnullas, pedum XVIII. Intervalla verò dicta habent quatuor portas, nimirum ſingula ſuam, latam pedes XII. Portarum autem alia ab alia diſtat pedes XVI. ſi diſceſſeris à primo ſpatio, quod in ingreſſu eſt pedum XVIII. Verùm cætera intervalla inter portas memoratas ſunt æqualia, forniceſque in modum crucis transverſi ſuſtentant.

Deſcriptio cavernæ *Trachonariæ*.

Fabricavit autem memoratum ædificium *Nero* Imperator, cujus piſcina deſinere debebat in lacum *Avernum*, includique & tegi porticibus; opus hoc verò ita fieri fecit, quòd propoſuiſſet derivare in piſcinam memoratam, omnes thermas, quæ in tractu indicato darentur; auctor mihi eſt *Suetonius* in Vita *Neronis* Imperatoris, his verbis: *Inchoabat piſcinam à* Miſeno *ad* Averni *lacum contectam, porticibuſque concluſam, quo quicquid* Bais *calidarum aquarum eſſet committeretur.* Egreſſus Caverna *Trachonaria* allegata, invenies ubivis ſubſtructiones inſanas, alias integras, alias verò fere dirutas; porrò inter rudera memorata reſtat pars quædam Epiſcopatûs, quem olim *Chriſtiani* S. *Soſio* Martyri poſuerunt.

Quis ſtructor fuit antri *Trachonarii*.

Oppidum *Miſenum* frequentiſſimum erat, & ampliſſimum, ſed à *Saracenis*, anno à *Chriſto* Nato DXCVI. ſolo fuit adæquatum; oppidum verò fuiſſe teſtantur hæc verba *Decreti* part. ii. cauſa xvi. qu. i. cap. xxxviii. *Et temporis qualitas & vicinitas nos locorum invitat, ut* Cumanam, *atque* Miſenatem *unire debeamus eccleſias, quoniam nec longo itineris ſpatio à ſe ſejunctæ ſunt, nec (peccata fatentibus) tanta populi multitudo eſt, ut ſingulos, ſicut olim fuit, habere debeant ſacerdotes. Quia igitur* Cumani *caſtri ſacerdos curſum vitæ hujus explevit, utraſque nos eccleſias præſentis auctoritatis pagina uniſſe, tibique commiſiſſe cognoſce, propriumque utrarumque eccleſiarum ſcito te eſſe pontificem, & ideo te quæcunque tibi de earum patrimonio, vel clerici ordinatione, ſive promotione; juxta canonum ſtatuta, viſa fuerint ordinare, atque di-*
162 *ſponere, habebis, ut proprius revera ſacerdos, liberam ex noſtræ auctoritatis conſenſu, atque permiſſione licentiam. Ubi verò commodius, atque utilius eſſe perſpexeris, ibi habitato; ita ſane, ut alteram eccleſiam cui corporaliter præſens non es, ſolicita providentia, curaque diſponas; quatenus divina illic myſteria ſolemniter auxiliante Deo peragantur.* In oppido hocce martyrium paſſus eſt *Zozimus*, tempeſtate *Diocletiani* Imperatoris, atque ibidem *Hadriano* Imperante *Eleutherius* Epiſcopus, & *Antia* mater ipſius; ut his verbis narrat Martyrolo-

Miſenum Oppidum.

A gium: Miſenum Campaniæ, *juxta* Neapolim *civitas. Hic* Zozimus *ſub* Diocletiano *martyr. Hic* Eleutherius *Epiſcopus*, & Antia *mater ejus ſub* Hadriano *Imperatore martyres.* Evolve *Martyrologium Romanum* in *Topographia.* In præſenti omnino *Miſenum* deſtitutum eſt, omnique incola carens; adhæc omnia illa amœna & jucunda loca, quæ Principes *Romani* adeo frequentare ſolebant, diruta jacent ſylviſque frequentia; imò alicubi hic vidi ſuperius conſitos agros. Ad ultimum liquidò affirmare poſſum, loca hæc jucundiſſima, tot expenſis ſuis ædificata, *Romanos* po-
B ſteris reliquiſſe clauſtra gregum ovium & cæterorum jumentorum, ut ſatis apparet nunc cuique uſui tali eſſe adhibita; culpam autem non dubito rejicere in homines avaros, qui ita rapinis dediti ſunt, ut ulterius non æſtiment nomen famamque celeberrimam & excellentiſſimam impetrare, verùm animam ad ebrietatem & libidinem Veneream appellunt, unde ſeſe felices exiſtimant, ſed tandem pauperes & infelices, ingratiis ſuis, decedunt; & nomen eorum cum vita celerrimè finitur; quorum emblema commodiſſimè finxeris Anguillam, quæ mortua, contra naturam piſcium ſubmergitur.

Anguilla, emblema iſtorum, qui ſine fama obeunt.

163

C ## Cap. XXVII.

De Portu Julio, *vocatoque hodie* Portu Mari Mortui, *quos conſtruxêre* M. Agrippa, & Auguſtus *Imperator.*

A Quadam parte inferiori Promontorii *Miſeni* exſtenſus fuit ampliſſimus & notiſſimus *Portus Julius*, ſpatioſiſſimus & commodiſſimus, qui monti omnino fuit inciſus; ante oſtium ipſius ſeries excellentiſſimæ ædificiorum cernuntur, quæ ærumnis marinis mederentur: hæ verò Senatus *Romani* conſultò à *Julio Cæſare* ſabrefactæ fuerunt, ut triremes naveſque tutò ad anchoras in porta ſtarent. Poſtea *Cæſare* Dictatore facto, au-
D lici ipſius blanditiis aulicis portum nuncupavêre *Julium*; Mentionem de portu hoc notiſſimo injecit *Suetonius* lib. ii. cap. xvi. in Vita Auguſti ſcribens: *Viginti ſervorum millibus manumiſſis, & ad remum datis, portum* Julium *apud* Bajas *immiſſo in* Lucrinum & Avernum *lacum mari, effecit.*

Quare Portus vocatus fuit *Julius.*

Juvenalis autem ſplendorem Portûs explicans ita cecinit Satyrâ xii.

Tandem intrat poſitas incluſa per æquora moles
Tyrrhenam*que* Pharon, *porrectaque brachia rurſus,*
E *Quæ pelago occurrunt medio, longeque relinquunt,*
Italiæ *non ſic igitur mirabere portus,*
Quos natura dedit, &c.

Horatius, magnifico opere luſtrato, ſplendorem *Romanum* deſcripturus, vocat *Portum Regium*, ita in *Arte Poëtica* canens:

Terra Neptunus *claſſes aquilonibus arcet.*
Regis opus, ſteriliſve diu palus, aptaque remis
Vicinas urbes alit.

Adhæc *Virgilius* libro ii. *Georgic.* laudibus iti- 164
dem *Romanorum* intentus, hæc carmina fudit:

An memorem portus Lucrino*que addita clauſtra?*
F *Anque indignantem magnis ſtridoribus æquor?*
Julia; *qua ponto longe ſonat unda refuſo,*
Tyrrheni*que fretis immittitur æſtus Averni?*

Imo memoratus Poëta cadentem *Bitian* pilæ ſaxeæ lib. ix. *Æneidos* aſſimulat, immanem enim excitaſſe caſu ſuo ſonitum dicit, ſcilicet ut in *Bajarum* littore rupes primo decidit ex alto in terram & mox in mare magno cum ſtrepitu projicitur, talem ait ſonitum dediſſe *Bitiam* cadentem:

Caſus *Bitiæ* à *Virgilio* decantatus.

 Qua-

mas cadentes aquas pluvias; cùm enim vapores non possent ascendere, quòd exitus occlusi essent, aquæ speleum occuparunt, & ita corruperunt, ut qui ingrederetur, memoratis vaporibus corruptis, hîc occurrentibus, statim suffocaretur; ut non uni curioso evenit, qui res has investigando, mortuus remansit; quinimò ignari, qui opes vanissimè quærere solent, &c, ut commune habet adagium, *vanno cercando altro pane chè di grano*, id est, panem sine *Cerere* quærunt, putantque in latibulis dari thesauros absconditos summos, atque protervi ingrediuntur, sæpissime suffocati ibi remanent, dæmonique spolio fiunt, qui illusionibus ejusmodi sæpe credulis imponere solet. Sed redeamus *Cumas*; in quas destructas nobilissimus ille Poëtarum nostratium *Jacobus Sannazzarus* lib. II. *Elegiarum*, versus fecit sequentes:

Hic, ubi Cumeæ *surgebant inclyta famæ*
Mœnia, Tyrrheni *gloria prima maris*,
Longinquis quò sæpè hospes properabat ab oris,
Visurus tripodas, Delie *magne*, *tuos*.
Et vagus antiquos intrabat navita portus,
174 *Quærens* Dedaleæ *conscia signa fugæ*:
(*Credere quis quondam potuit*, *dum fata manebant*?)
Nunc sylva agrestes occulit alta feras.
Atque ubi fatidicæ latuêre arcana Sibyllæ,
Nunc claudit saturas vespere pastor oves.
Quæque prius sanctos cogebat curia patres,
Serpentum facta est, *alituumque domus*.
Plenaque tot passim generosis atria ceris,
Ipsa sua tandem subruta mole jacent.
Calcanturque olim sacris onerata trophæis
Limina, *distractos & tegit herba Deos*.
Tot decora, *artificumque manus*, *tot nota sepulcra*,
Totque pios cineres una ruina premit.
Et jam intra solasque domos, *disjectaque passim*
Culmina setigeros advena figit apros.
Nec tamen hoc Grajis *cecinit Deus ipse carinis*:
Prævia nec lato missa columba mari.
Et querimur cito si nostræ data tempora vitæ
Diffugiunt? *urbes mors violentia rapit*.
Atque utinam mea me fallant oracula vatem:
Vanus & à longa posteritate ferar.
Nec tu semper eris, *quæ septem amplecteris arces*:
Nec tu, *quæ mediis æmula surgis aquis*.
Et te (*quis putet hoc*?) *altrix mea*, *durus arator*
Vertet, *& urbs*, *dicet*, *hæc quoque clara fuit*.
Fata trahunt homines, *fatis urgentibus*, *urbes*,
Et quodcunque vides, *auferet ipsa dies*.

Episcopus denique *Cumarum* fuit *Stratonicus*, qui librum *Vaticiniorum Sibyllinorum*, quæ *Cumis* prolata fuerunt, collegit; librum verò vocavit *Collectanea*.

175

CAP. XXIX.
De Antro Sibyllæ.

AUtumant utplurimum, Antrum *Sibyllæ* esse, quod prope lacum *Avernum* visitur, superius expositum, quàm verò à veritate abeat sententia, adverseturque omnibus Auctoribus, re-
176 linquam judicio literatissimi cujusque; etenim propalam cernere licet, Antrum illud non fuisse habitaculum *Sibyllæ*, verùm commodum opportunumque transitum ab *Averno* ad lacum *Lucrinum*, atque *Bajas*; sicut altera similis in agro fuit *Cumano*, nuncupata incolis *Spelunca Petri Pacis*, quæ inserviit petentibus *Cumis* ad lacum *Lucrinum*, ne opus esset montem ascendere; quamobrem traditur huic usui *Coccejus* parâsse speluncam inter *Puteolos* & *Neapolin*, quam postmodum Rex *Alphonsus Arragonensis*, & Imperator *Carolus* V. restaurârunt, lucidiorem profundioremque reddendo, qui & eandem du-

Quis auctor fuerit cavernæ *Puteolanæ*, & restaurator.

A rissimis silicibus straverunt*; quinimo *Strabo* asseverat morem fuisse incolis oppidorum indicatorum, vias similes seu speluncas facere. Ipse sæpissime loca dicta invisi; nec unquam defuêre, qui existimarent, *Sibyllam* inhabitasse Antrum, quòd reperiantur tres ibidem cellæ fabrefactæ opere musivo; verùm non animadvertunt, priscos adeo magnas fecisse expensas in ædificia, ut nulli pecuniæ parserint, modò commoda habitacula haberent; quamobrem cellas hasce hujus speluncæ ita pulchras reddiderunt, ut balneas ibi quàm commodissimè adhibere possent, ut & Sudatorium; adhuc ubivis enim ibi calorem sentimus, videmusque vapores, qui undiquaque ascendunt; qua-
B propter cùm *Sibylla* omnino, ut etiam nos, respiratione indigeret, nec potuerit diu in cavis cellis subsistere, obstante calore, omnino statuendum erit, speluncam non fuisse habitaculum *Sibyllæ*; imò ulterius satis apparet, locum à vento permeari nullo modò potuisse, adeoque frustra *Æneas* (*Virgilio* auctore lib. VI. *Æneid.*) solitasset vatem *Sibyllam* dicendo:

——— *Foliis tantum ne carmina manda*, 177
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis,
Ipsa canas oro.

C Quod idem Poëta adhuc clarius libro III. vs. 443. expressit his verbis:

Insanam vatem aspicies, *quæ rupe sub ima*
Fata canit, *foliisque notas*, *& nomina mandat*.
Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo
Digerit in numerum, *atque antro seclusa relinquit*.
Illa manent immota locis, *neque ab ordine cedunt*:
Verum eadem verso tenuis cum cardine ventus
Impulit, *& tenues turbavit janua frondes*,
Nunquam deinde cavo volitantia prendere saxo
Nec revocare situs aut jungere carmina curat,
Inconsulti abeunt, *sedemque odere* Sibyllæ.

D Verum, ut mittamus conjecturas, hodieque satis videri potest dicta *Sibyllæ* caverna fuisse sub diruta *Cumarum* Urbe, frontispiciumque ejus, ut notavimus superius, exornatum est marmore satis pulchro, spectatque Orientem versus.

Quum autem ipse *Puteolos* ivissem anno MDLXXXVIII., comite Domino *Annibale Moles*, Regente Cancellariæ Regiæ, rursus actus fui desiderio eadem hæc loca revisendi, præsertim vero *Sibyllæ* Antrum, quod me admodum juvit; inveni enim ibidem celebres Philosophos, *Bernardinum Telesium Cosentinum*, & *Jo. Baptistam Crispum*, ex *Gallipoli*, viros in omni scientia ex-
E cellentissimos, ut & Rev. Fr. *Matthæum Aquarium*, qui regionis istius Antiquitates visuri venerant. Interrogavi sapientes hosce homines, quid de Antro hoc *Sibyllæ* statuerent, responderuntque, nullum dubitationi superesse locum, quo- 178
niam ad amussim responderet veterum descriptionibus, & præsertim *Virgilii*, qui plus uno in loco illud descripsit; Ita enim lib. III. *Æneid.* vs. 441. accurate ejus notitiam subministravit, in hisce:

Huc ubi delatus Cumeam *accesseris urbem*,
Divinosque lacus, *&* Averna *sonantia sylvis*,
Insanam vatem aspicies, *quæ rupe sub ima*
Fata canit, *foliisque notas*, *& nomina mandat*.

F Ut & lib. VI. vs. 9.

At Pius Æneas *arces quibus altus* Apollo
Præsidet, *horrendæque procul secreta* Sibyllæ
Antrum immane petit.

& aliquanto inferius vs. 41.

Teu-

* Evolvantur Panegyris *Zenobii Acciaioli* in Opi *Neap. Paulus Jovius* Vitâ *Pompeji Columna*, *Fr. Leonardus*, *Albertus Razanus*, *Fr. Petrarcha*, *Flavius Blondus*, *Volater.* lib. VI.

—— Teucros *vocat alta in templa sacerdos*
Excisum Euboicæ *latus ingens rupis in antrum,*
Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum,
Unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.

Rursus vs. 98.

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages: antroque remugit
Obscuris vera involvens.

Ovidius etiam *Naso* meminit ejusdem, discribens hisce versibus in lib. XIV. *Metamorph.* vs. 104.

Littora Cumarum, *vivacisque antra* Sibyllæ
Intrat, & ut manes adeat per Averna *paternos*
Orat, at illa diu vultum tellure moratum
179 *Erexit, tandemque Deo furibunda recepto:*
Magna petis (dixit) vir factis maxime, cujus
Dextera per ferrum est, pietas spectata per ignes.
Pone tamen, Trojane, *metum: potiere potitis:*
Elysiasque *domos, & regna novissima mundi*
Me duce cognosces, simulacraque cara parentis,
Invia virtuti nulla est via, dixit, & auro
Fulgentem ramum Silva Junonis Avernæ
Monstravit, jussitque suo divellere trunco.
Paruit Æneas, *& formidabilis Orci*
Vidit opes, atavosque suos, umbramque senilem
Magnanimi Anchisæ: *didicit quoque jura locorum,*
Quæque novis essent adeunda pericula bellis,
Inde ferens lassos adverso tramite passus,
Sedibus Euboicam Stygiis *emersit in urbem.*

Justinus Martyr. *Justinus Martyr in Parænesi Ad* Gentes de *Sibylla* hac ejusque Oraculo agens, tam bene hoc Antrum, (utpote quod oculis suis ipse lustraverat) describit, ut nullum sit dubium, quin sit sub *Cumis*, ipsumque hoc, de quo agimus. Verba ejus hæc sunt: *Ut cultum Dei ex parte condiscatis, facile vobis præstabitur, ex antiqua* Sibylla Cumæa, *inspiratione quapiam per oracula vos edocente: quæ nimirum prophetarum doctrinæ proxima videntur. Hanc autem ex* Babylone *profectam, &* Berosi *illius, qui* Chaldaicam *scripsit historiam, filiam fuisse asseverant, quæ dum in quandam partem* Campaniæ *concessisset, ibi in urbe, cui nomen* Cumis, *oracula cecinit, quæ sex passuum millibus distat à* Bajis. *Quo in loco calidæ balneæ frequentantur. Vidimus ipsi, cum in Urbe fuissemus, locum, ubi maxima constructa erat Basilica, ex uno lapide perpolita, opus quidem maximum, & omni dignum admiratione, illic eam oracula fudisse affirmant, qui hæc à majori-*
180 *bus suis veluti patria susceperunt. Ostendebant autem nobis in medio Basilicæ vasa tria, ex eodem lapide fabrefacta, quibus aqua repletis lavaretur, & accepta stola, in penitissimam ejusdem Basilicæ partem eodem perpolito lapide ædificatam procederet, & inde redderet oracula. Hujus autem* Sibyllæ *veluti fatidicæ cum multi alii, tum* Plato *meminit in* Phædone, *qui mihi videtur, cum in hujus incidisset oracula, fatidicos divinos existimasse, quippe qui ea viderit impleta, quæ ipsa longè antea prædixisset; quapropter in dialogo, qui* Menon *inscribitur, admiratus oraculorum cantores, hisce verbis eos laudavit: Recte itaque eos, quos fatidicos nunc dicimus, divinos vocaverimus, neque enim hos frustra divinos appellamus, & divinare inspiratos, & à Deo possessos, cùm & magna, & multa vere prænunciant, ignari eorum, quæ proferunt, clarè manifesteque ad* Sibyllæ *respexit oracula; neque enim illa, veluti Poëtæ faciunt, castigandi, & poliendi quæ scripsisset, potestatem habuit metricæ diligentiæ, sed afflationis tempore, quæ ad prædictionem spectabant, edebat; qua cessante, eorum pariter memoria cessabat, & hoc fuit in causa, ut* Sibyllinorum *versuum mensura custodita non fuerit. Ipsi enim dum* Cumis *essemus, id ipsum didicimus ab his, qui hæc enarraverant, qui & ostenderunt, ubi oracula cecinisset, & lenticulam*

A *pariter ex ære fabrefactam, ubi reliquiæ ejus asservarentur, inter alia verò plura hoc retulerunt, quod à majoribus suis audierant, eos qui oracula excipiebant, plurimum ineruditos, à metri ratione multis in locis exorbitasse; hancque assignant causam, cum multi illius versus mensura debita careant: tum videlicet, quòd ipso afflatu destituta non recordaretur* Sibylla, *quæ prius effuderat: tum quod notarii ob inscitiam, ruditatemque, à metri ratione exciderent. Itaque gentiles viri assentimini vetustæ huic antiquissimæque* Sibyllæ, *cujus volumina toto terrarum orbe asservari contigit, quæ supernè afflata oraculis vos erudiet: quod qui dicuntur dii non sunt. De Sal-* 181
B *vatoris autem nostri JESU CHRISTI adventu, & de his omnibus, quæ his facturus erat, manifestè pronunciat; quorum notitia nobis necessaria quædam præexercitatio futura est, ad sacrorum prophetias virorum, &c.*

Præterea, sub *Cumis* illud Antrum fuisse, testatur etiam *Agathias*, lib. I. de *Bellis Gothicis*, qui ubi narravit partem thesauri *Totilæ*, Regis *Gothorum*, translatam fuisse *Cumas*, ut ibi, tanquam securo in loco, tutò custodiretur, addit easdem *Cumas* arcta obsidione cinctas fuisse ab Eunucho *Narsete*, his verbis: *Sub ea collis impositi præsidii parte, quæ ad Orientem solem vergebat, spelunca* C *erat utrinque patentior, & profunda, penitissimisque & amplissimis penetralibus, voraginibusque immensis, in abruptum descenderat, hanc ferunt* Sibyllam Italicensem *illam, & magnam incoluisse, quæ* Phœbo *capta, & spiritu divino instincta, petentibus futura prædiceret. Siquidem* Æneæ Anchisæ *filio tradunt se adeunti omnia prædixisse, quæ illi essent inposterum occursura. Et speluncæ castelli pars quædam innitebatur, quam ut dirueret* Narses, *secum tacitus versando præcogitarat, & hunc inmodum peregit. Magnam vim hominum in speluncæ concavitates immisit, jussitque, ut dolabra & instru-* D *menta ejusmodi cætera ad lapides exscindendos, murosque demoliendos accommoda secum deferrent, sensimque speluncæ fastigium ea ex parte præciderent, qua præsidii fundamenta obfirmarentur. Quo factum est, ut eotenus exscindendo, ædificii hi basem purgarent, ut prima ipsa fundamenta denudarentur, quibus nudatis, erecta ex ordine tigna subjiciunt, quibus muri innixa moles sustinebatur, ne statim rueret, vel* 182
compages ipsa dissolveretur, vel Gothi, *quæ gererentur, celerius præsentirent, nam alias principio statim sentita jactura suis mox rebus opem tulissent, de cæteroque firmissimis custodiis omnia asservassent, ne itaque omnino, quæ fierent, his innotescerent, ne-* E *ve decisorum, & cadentium lapidum fragor exaudiretur, ex altera superiore castelli parte, quam maxime licuit,* Romanus *inferebatur exercitus, ita ut conclamantibus universis, & ex adhortatione mutua perstrepentibus, perturbatio quidem injecta hostibus fit, & obsidio horridior reddita. Verum ubi jam murus eo spacio, quo supra specum porrigebatur, pendulus totus & sublimis est factus, ita ut lignis duntaxat incumberet, quæ erecta ex ordine solo collocabantur, aridiore, & undequaque collecta materia, ac tignis supposita, igne injecto confertim ipsi specu ex infimo prodière.*

Agathias, Belli Gothici scriptor.

F Ex omnibus hisce clarissimè patet Antrum *Sibyllæ* non esse in *Averno*, ut stultum credit vulgus, verum sub Urbe *Cumis*.

Sibyllam hanc nostram, Scriptores quidam *Cumanam* ab ipsa Urbe, alii *Italam*, à regione nuncupant; meminêre vero ejus *Nævius* in libris *Belli Punici*, ut & *Lucius Piso Censorinus*, in Libris *Annalium*, inter nostros vero *Lactantius Firmianus* & *Justinus Martyr*. Volunt quidam *Sibyllam* hanc vaticinatam fuisse paullo post Belli *Trojani* tempora. Dicunt quoque hanc illam esse, quæ multa de futuris temporibus Pio *Æneæ* prædixerit, quæ

quæ quidem *Virgilius* sub umbra fictionis egregiè depinxit.

Divino Spiritu plena eadem adventum Servatoris nostri *Jesu Christi* prædixit, ut & miracula ab eodem patranda, passiones mortemque subeundam, atque gloriosam ejusdem resurrectionem;
183 eaque omnia tam singulariter & sigillatim explicuit, ut appareat, tanquam coram inspicienti omnia hæc illi revelata fuisse, idque tot ante factam hanc rem annis.

Mentionem *Sibyllæ* hujus facit *S. Augustinus*, Expositione Epistolæ ad *Romanos*, hisce verbis: *Fuerunt & inter gentiles Prophetæ, in quibus etiam aliqua inveniuntur, quæ de* Christo *cecinerunt, sicut etiam de* Sibylla *dicitur, quod non facilè crederem, nisi quòd poëtarum quidam, in* Romana *lingua nobilissimus, antequam diceret ea de invocatione sæculi, quæ in domini nostri regnum satis concinere, & convenire videntur, proposuit verbum, dicens:*

Ultima Cumæi *jam venit carminis ætas.*

Cumæum *autem carmen* Sibyllinum *esse nemo dubitaverit.*

Sed & ante S. *Augustinum*, idem observaverat atque eodem modo exposuerat *Eusebius Cæsariensis* lib. IV. de *Vita Constantini.* In Collectaneis autem *Stratonici*, Episcopi *Cumani*, Lingua *Græca* expressa omnia hujus *Sibyllæ* Vaticinia leguntur; carmine enim eadem proferre solebat, & apparet ex iisdem, quantum inde profecerit *Virgilius*, qui multos versus ex iisdem *Latinè* vertit. Quin & eadem prædixit de *Christo* res illas, quas de eodem vaticinatus est Propheta *Esaias*, de adventu scilicet *Messiæ*; versus autem ejusdem de hac materia *Latinè* redditi, hi sunt:

Cùm Deus ab alto regem demittet Olympo,
Tunc terra omniparens fruges mortalibus ægris
Reddet inexhaustas frumenti, vini, oleique,
Dulcia tunc mellis diffundent pocula cœli,
Et niveo latices erumpent lacte suaves,
Oppida plena bonis, & pinguia culta vigebunt:
Nec gladios metuet, nec belli terra tumultus.
Verùm pax terris florebit omnibus alta;
184 *Cumque Lupis Agni per montes gramina carpent,*
Permistique simul pardi pascentur, & hædi,
Cum Vitulis Ursi degent, armenta sequentes;
Carnivorusque Leo præsepia carpet, uti bos,
Cum pueris capient somnos in nocte dracones,
Nec lædent, quoniam domini manus obteget illos.

Tradunt quidam dictam *Sibyllam* ex *Babylonia* venisse *Cumas*, filiamque fuisse *Berosi*, qui *Chaldæorum* conscripsit Historiam. Verum id haud agnoscit *Virgilius*, lib. VI. qui filiam facit *Glauci*, ipsamque *Deiphoben* appellat; erat vero ille *Glaucus* sacerdos & vates *Apollinis* & *Dianæ*, filius *Anthedonis Cumani*, cujus mentionem facit *Martialis* lib. IV. Epigr. XXX. unde falluntur ii, qui existimant, *Sibyllam Cumæam* & *Cumanam* esse unam eandemque, *Cumæa* enim floruit temporibus illis, quibus expugnata à *Græcis Troja* fuit, quod accidit circa annum Mundi MDCCLXXXVI. atque MCLXXV. annis ante natum *Christum*, deque ea egit *Virgilius.* Verum *Cumana* illa temporibus *Tarquinii Prisci* floruit, anno scilicet Mundi MMMCCCLV. ante natum *Christum* DCXXIV. post UC. CXXXVI. ita ut extiterit DLI. annis post *Cumæam.*

Varro & *Suidas* id *Prisco* adscribunt, quibuscum facit *Lactantius Firmianus.*

Sibylla Cumana, ex Urbe *Cumis*, vocatur etiam à *Suida* aliisque *Amalthea*, fuitque eadem, quæ ad Regem *Tarquinium Priscum* (seu, ut alii volunt, *Superbum*) attulit novem libros, pro quibus philippicos aureos trecentos postulâsse dicitur, quod pretium quum enorme Regi videretur, narrant, combustis tribus, pro sex reliquis
A idem pretium flagitâsse; ridente vero Rege ineptam (ut ipse existimabat) petitionem, combustis rursus tribus, reversa ad eundem postridie, minata est, & reliquos tres sese crematuram, nisi
integrum daret pretium. 185 Admiratus itaque Rex constantiam muliebrem & grande secretum inesse ratus, pro reliquis tribus postulatum illud pretium dedit integrum; quumque in iisdem fata continerentur Reipublicæ *Romanæ*, maxima cum diligentia servati fuerunt in Capitolio, atque in gravibus Imperii casibus ad eosdem tanquam Oraculum recurrere Patres *Romani* soliti fuerunt.

Scribit *Plinius* lib. XIII. cap. XIII. libros *Sibyllæ*
B initio tres tantum fuisse numero, & crematis duobus unum superfuisse, pro quo tantundem dederit *Tarquinius*, ac pro universis tribus postulaverat; ipsumque illum tertium periisse in deflagratione Capitolii, temporibus *Sullanis.* Affirmat idem quoque *Solinus*, scribens: *Ab* Euboënsibus Cumæ: *ibidem* Sibyllæ *sacellum est, sed ejus, quæ rebus* Romanis *quinquagesima Olympiade interfuit, cujus librum, ad* Cornelium *usque* Syllam *Pontifices nostri consulebant. Tunc enim una cum Capitolio igni absumtus est. Nam priores duos,* Tarquinio Superbo *parcius pretium offerente, quam postulabat, ipsa exusserat, cujus sepulchrum in* Sicilia
C *adhuc manet.* Delphicam *autem* Sibyllam *ante* Trojana *bella vaticinatam* Boëthus *perhibet; cujus plurimos versus operi suo* Homerum *inseruisse manifestat. Hanc* Heriphylen Erythræa *annis aliquot intercedentibus consecuta est,* Sibylla*que appellata est de scientiæ parilitate, quæ inter alia magnifica* Lesbios *amissuros imperium maris multo ante præmonuit, quam id accideret. ita* Cumanam *tertio fuisse post has loco, ipsa ævi series probat, &c.*

Varro, gravis Scriptor, asserit, *Sibyllam* illam, quæ *Tarquinio* libros suos vendiderit, *Erythræam* fuisse. *Aristander de Adm. Auditionib. N. 91.* *Marcianus* etiam *Capella* scribit *Cumis* vaticinatam
D fuisse *Sibyllam Erythræam*, ut & *Phrygiam*; unde credibile est, venisse illuc Vaticinas hasce mulieres, ut majorem in arte sua acquirerent perfectionem,
existente ibi Oraculo *Apollinis*, atque inde easdem 186
ab Urbe *Cumis* & *Cumæas* & *Cumanas* fuisse appellatas. Testatur *Plinius* tres *Sibyllas Romæ* Statuas suas habuisse: *Cumanam*, *Delphicam*, *Erythræam.* Sed & *Aristoteles* in libro de Naturæ miraculis (si modo ejus, de quo multi dubitant, est) Antrum *Sibyllæ* commemorat, quod erat in Urbe *Cumis:* Cumæ Italiæ *civitas est, in qua, ut clarum est,* Sibyllæ *fatidicæ sub terra quidam subterraneus thalamus panditur, quàm diutissimè ibi Virginem degisse inquiunt. Cæterùm cùm quidem hæc*
E Erythræa *sit, à quibusdam* Italiæ *accolis* Cumæa, *ab aliis verò* Melachræna *appellatur.* Notant etiam *Lactantius Firmianus* in libro *de Vera Sapientia*, & IV. *Instit.* cap. VI. & S. *Augustinus* de *Civitate Dei* lib. XVIII. cap. VI. *Sibyllam Cumanam* inter alias res ad religionem spectantes, & hæc de *Christo* prophetasse: *In manus iniquas infidelium postea veniet, & dabunt Deo alapas manibus incestis, & inpuro ore expuent venenatos sputus; dabit vero ad verbera simpliciter sanctum dorsum, & colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat, quod verbum, vel unde venit; ut inferis loquatur, & corona spinea coronetur. Mortis fatum finiet trium dierum somno*
F *suscepto, & tunc à mortuis egressus in lucem veniet primus resurrectionis, vocatis initium ostendens, vitam enim vobis acquisivit morte superata.*

Narrat quoque *Ammianus Marcellinus* in Historia *Julianii Apostatæ*, Imperatorem illum omnia *Sibyllæ* Carmina comburi jussisse. *

Julianus comburit Carmina Sibyllæ Cumaa.

CAP.

* Sequebantur hic peculiari Capite aliquot Inscriptiones, sed illas auctiores in sequenti opusculo videbis.

199 ## CAP. XXX.

De Grotta, *seu Spelunca, quæ* Neapoli, *euntibus* Puteolos *occurrit, ut & de Sepulcro* Virgilii.

ENarratis, quanta potui, brevitate, dignis memoria rebus, quæ inveniuntur in agro *Puteolano*, minus recte agere mihi visus sum, si omitterem Speluncam illam, quæ *Neapoli* euntibus *Puteolos* occurrit, atque *Virgilii* Monumen-
200 tum sepulcrale, tantopere apud Scriptores celebratum, Lectoremque nostrum curiosum non facerem certiorem illorum, quæ circa eadem spectanda cum voluptate visentium occurrunt.

Pausilypus Mons.

Retro itaque eundo atque perambulando viam, quæ *Neapoli* ducit *Puteolos*, pervenitur ad Montem *Pausilypum*, qui Promontorii habet speciem, excedentis in Mare versus Meridiem, atque crebros format sinus, qui propter tranquillitatem ibidem Maris valde sunt delectabiles, atque littora reddunt longe amœnissima. Radices hujus Montis totæ implentur Hortis, fructiferis arboribus, Villisque pulcherrimis, atque prospectibus in Mare valde gratiosis, infinitaque rudera antiquorum ædificiorum juxta littora Maris ibidem inveniuntur.

Villa Cæsaris & Vedii Pollionis.

Pausilypum hunc Montem *Plinius* appellat, in quo amœnissimam villam habuit *Cæsar* cum vivario, in quod *Vedius Pollio*, Eques *Romanus*, piscem immisit, qui per LX. ibidem vixit annos, sicut testatur idem in *Hist. Nat.* lib. LIII. cap. IX. *Vedius* enim *Pollio* (sicut videre est ex eodem *Plinio* lib. IX. cap. XXIII. & *Dione* lib. LIV.) dominus ejusdem Villæ fuit, habuitque in vivario ibidem suo murenas, edoctas carnes deglutire humanas, quibus nutriebat easdem, servos suos, si pœna digni viderentur, pro præda piscibus iis projiciens. Hic, quum aliquando *Augustum* epulo excepisset, fregissetque unus forte ex servis poculum crystallinum, nullo respectu convivæ Cæsaris habito, extemplo infelicem juvenem murenis objici jussit, ille autem ad pedes confugit Cæsaris *Augusti* talem mortem deprecaturus. Qui quum frustra *Pollionem* admonuisset, ne tam crudele in servos suos exemplum statueret, è vestigio omnia, quotquot ejusmodi generis habebat *Pollio*, pretiosa pocula ad se afferri jussit, tanquam iis in convivio usurus, allata vero confregit univer-
201 sa, ne simili periculo tam crudelis mors servis postea accideret, atque hunc actus ille finem sortitus est. Mortuus postea *Pollio* multa amicis legavit, *Augusto* vero inter alia magnam bonorum suorum partem, præsertim vero Villam hanc suam; unde dijudicari potest, quanto in pretio hic Mons propter pulchritudinem suam fuerit. Imo propter virtutem suam, qua animi omnem amœnitate sua sedaret tristitiam, allata multifaria voluptate, *Græcum* ex παύσαι & λύπη nomen *Pausilypi* sortitus est, quasi *sedans tristitiam.* Dividit Mons hic viam *Puteolis Neapolim* mediam, ut & illam *Turris Patriæ*; unde nisi excavatus hic idem mons esset, transiretque per media ejus viscera, in viæ usum, dicta Spelunca, necessario illi, qui *Neapolim* proficisci vellent, ingenti circuitu opus haberent, vel valde difficili itinere verticem montis deberent superare, quum nunc, via brevi & grata refrigeratione sua, per ipsum eatur Montem, magno artificio, & ingenti sumtu hac excavata Spelunca.

Spelunca, seu via tecta Neapolitana.

Laudat eandem *Strabo* his verbis: *Extat & his in locis intra montem effossa spelunca, in* Dicearchiæ, Neapolis*que medio, sicut altera* Cumas *tendens facta, in qua via, obviis curribus pervia, multis panditur stadiis, è superna autem montis parte excisis multifariam fenestris, lumen in profunditatem*

A *infunditur.* Milliare integrum Speluncæ hujus est longitudo, tantaque ejusdem latitudo est, ut tres carrucæ cedere loco sibi invicem occurrentes possint; per singulos vero passus lumen diei accipit per spiracula sua seu excavata in vertice Montis foramina. Apparet *Senecæ* tempore Speluncam hanc satis obscuram fuisse, verba enim ejus Epist. LVII. hæc sunt: *Cum* Bajis *deberem* Neapolim *repetere, facilè credidi tempestatem esse, ne iterum navem experirer, sed tantum luti tota via fuit, ut possim videri nihilominus navigasse. Totum athletarum fatum in illo die perpetiendum fuit, à*
B *ceromate nos hapha excepit in Crypta* Neapolitana, *nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obscurius; quæ* 202 *nobis præstant, non ut nos per tenebras videamus, sed ut ipsas. cæterum etiamsi locus haberet lucem; pulvis auferret, in aperto quoque res gravis, & molesta, quid illic, ubi in se volutatur, & cum sine ullo spiramento sit inclusus, in ipsos, à quibus excitatus est, recidit. Duo incommoda inter se contraria simul pertulimus eadem via, eodem die, & luto, & pulvere laboravimus, aliquid tamen illa mihi obscuritas quod cogitarem dedit, &c.*

Eadem hæc Spelunca dilatata aliquantum fuit ab *Alphonso Arragonensi*, primo ejusdem nominis Rege *Neapolis*, qui & ibidem nova quædam ad-
C jecit spiracula, ita ut sine horrore tenebrarum uti viatores eâdem possent. Verum temporibus nostris, jussu *Caroli* V. Imperatoris, latior multo atque celsior facta est, pavimentata quoque eo modo, quo hodie cernitur. Neque sane minus admirabilis hæc est opera quam artificiosa & sumtuosa.

A quo autem primum excavata hæc Spelunca fuerit, variæ sunt opiniones. Nonnulli enim *Basso* adscribunt, *L. Lucullo* alii, qui *Varronis* afferunt auctoritatem, verum quoniam hi in tantum errorem prolapsi sunt ex male intellectis *Varronis*
D verbis, eadem hic apponere ex libro III. cap. XVII. de *Re Rustica* volui: *Etenim hac incuria laborare ajebat* M. Lucullum, *& piscinas ejus despiciebat, quòd æstuaria idonea non haberet, ac in residem aquam, & locis pestilentibus habitarent pisces ejus. Contra ad* Neapolim L. Lucullus, *posteaquam perfodisset montem, ac maritima flumina immisisset in piscinas, quæ reciprocæ fluerent, ipse* Neptuno *non cederet de piscatu, factum est enim ut amatos pisces suos videatur propter æstus eduxisse in loca frigidiora, ut* Apuli *solent pecuarii, quòd propter calores in montes Sabinos pecus ducunt, &c.*

Responderi præterea iisdem potest, quod, si ta-
E le opus à *L. Lucullo* fuisset exstructum, nequa- 203 quam vel *Livius*, vel *Plutarchus*, qui tam accurate ejusdem fabricas posteritati tradiderunt, id siluissent.

De *Basso* pauca admodum apud Veteres *Auctores* leguntur, neque enim adeo magnæ famæ vir fuit, duratque magis in ore vulgi stulta opinio, excellens hoc opus arte magica à *Virgilio* exstructum fuisse. Hinc accidit aliquando, ut, quum *Franciscus Petrarcha* forte una convenisset cum Rege *Roberto*, iterque facerent per dictam Speluncam, interrogatus à Rege isto fuerit, verumne crede-
F ret esse, quod vulgi celebraretur opinione, *Virgilium* nimirum arte magica Speluncam hanc exstruxisse; Respondit Regi *Petrarcha*, sese nunquam legisse Magum fuisse *Virgilium*, idemque Regi visum fuit, qui addidit vestigia operis multo magis ferrum redolere, quam artem magicam. *Petrarcha* in Operibus suis *Latinis* hoc ipse testatur his verbis. „ Inter *Falernum*, & mare, mons „ est saxeus, hominum manibus confossus, quod „ opus incultum vulgus à *Virgilio* magicis cantaminibus factum putat. Ita clarorum fama hominum non veris contenta laudibus, & sæpe

„ etiam fabulis viam facit, de quo cùm me olim „ *Robertus* Regno clarus, sed ingenio, ac literis „ præclarus, quid sentirem, multis adstantibus per- „ cunctatus esset, humanitate fretus Regia, qua „ non reges modo sed homines vicit, jocans: nus- „ quam me legisse magum fuisse *Virgilium* respon- „ di, quod ille serenissimæ frontis nutu appro- „ bans, non illic magici, sed ferri vestigia con- „ fessus est. „

Coccejì opus Spelunca Neapolitana.

Multorum autem doctorumque virorum opinio est, à *Coccejo* Speluncam hanc exstructam fuisse, de quo hæc memoriæ prodidit *Strabo* lib. v. *Atque hisce annis, cum* Averni *lucum succiderit* Agrippa, *locis per pulchra adornatis ædificia, concisaque deinde usque* Cumas *subterranea fossa, omnia illa fa-*
204 *bulæ apparuerunt.* Coccejum *eam quidem condidisse fossam memoriæ proditum est, & eam quæ* Dicæarchia *tendit* Neapolim *ad* Bajas, *quodammodo eum secutum sermonem, qui proximè de* Cimmeriis *explicatus est.*

An vero *Coccejus* hic fuerit *M. Coccejus* Imperatoris *Nervæ* avus, non ausim pro certo affirmare. Id scio, insignem fuisse architectum, magnamque laudem adeptum ab Aquæductibus in Urbem *Romam* immissis. Necesse est vel hunc vel alium ex *Cocceja* familia fuisse, & dicere sufficit auctorem operis illustrem maxime & divitem exstitisse, qui tale quid fuerit aggressus.

Quum ego quadam die essem cum Reverendissimo Episcopo *Vici*, *Paulo Regio*, Prælato docto & elegante, atque ipsum interrogarem de auctore hujus Speluncæ, *Coccejum* fuisse respondit, atque simul recitavit quatuor versus, quos olim (nesciebat ipse penes quem Poëtam) legerat, erant vero hi:

Viscera quis ferro est ausus prorumpere montis,
Cautibus in duris quis patefecit iter?
Coccejum, *verum est, saxum montemque cavasse;*
Vanaque jam cesset fama Luculle *tua.*

Scribit *Donatus*, & affirmat etiam *Servius*, *Virgilium* annos LII. natum deliberâsse de summa manu *Æneidi* imponenda, cui elaborando impendisset XI. annos, eaque emendatio ut felicius sibi procederet, remotiorem *Græciæ* locum desiderâsse, ut per triennium ibidem isti solum rei vacaret. Quum autem jam eo esset profectus, *Athenis* offendit *Cæsarem Augustum*, ex Oriente *Romam* redeuntem, quocum (utpote in cujus honorem totum hoc compositum opus erat) una in patriam redire statuit; verum valetudine adversa in itinere correptus, ubi *Brundusium* venit, paucis post diebus obiit, die XXII Septembris, Olympiade CXC. licet dicat *Servius* ipsum *Tarenti*, quæ *Calabriæ* urbs est, fuisse mortuum. Cavit
205 Poëta testamento suo, ut ossa transferrentur *Neapolim*, ubi plurimum temporis vixerat, ubique, annos natus XXVIII. Bucolica ad *Theocriti* imitationem composuerat, in honorem *Pollionis*, amicissimi sui, ut ita per eum recuperaret agros suos, jam per divisionem ad *Claudium* & *Arrium*, centuriones, pervolutos; tribusque eadem annis elaboravit; & postea in eadem Civitate Georgica composuit ad *Hesiodi* imitationem, in honorem *Mecænatis*, cujus favore inter familiares *Augusti* amicos locum obtinuit, septemque in opere isto annos consumpsit; hinc morti jam propinquus hoc composuit sibi distichon, quod pro epitaphio sepulcro suo inscribi voluit.

Mantua *me genuit*, Calabri *rapuere; tenet nunc*
Parthenope, *cecini pascua, rura, Duces.*

Virgilii Mausoleum.

Ossa Poëta, juxta supremam ejusdem voluntatem, jussu *Augusti*, translata fuerunt *Neapolim*, atque sepulta introitum Speluncæ *Puteolos* versus, quam sepulturam quidam fuisse volunt ante introi-

A tum ejusdem Speluncæ, ubi *Puteolis* veneris, ubi exigua est Ecclesia, verum autem est id quod dixi, condita ejusdem fuisse ossa ad ejusdem exitum, in latere dextro, ubi nobilis est Ecclesia & Monasterium fratrum *Canonicorum Regularium*; unde miror neque *Blondum*, neque *Rassanum* id invenire potuisse, quum hodieque Mausoleum hoc adhuc superfit integrum, licet pristina magnificentia sua spoliatum, ablatis omnibus, qui locum hunc exornabant, marmoribus, invidia injuriaque hominum, ita ut nuda hodie supersit camera, quadrata, cum nidis suis, ab interiore parte, ubi ornamenta hujus loci olim videntur fuisse posita, sicut et-

Ornamenta ejus Mausolei.

B iam ante annos non multos videbatur adhuc in medio istius loci Peristilium marmoreum cum qua- 206
tuor columellis pariter ex albo marmore, quæ urnam sustentabant, cui inscripti erant prædicti versus in se ipsum à *Virgilio* compositi. E regione, extra dictam cameram, in albo Marmore recentioris operis hæc legitur Inscriptio:

*QVÆ CINERIS TVMVLO HOC VESTIGIA? CONDITVR, OLIM ILLE HOC QVI CECINIT PASCVA, RVRA, DVCES.

C Verum res maxime notatu digna est arbor Laurus magna atque valida, sponte in summitate hujus Mausolei enata, cujus radices inter fissuras murorum impactæ sunt; quasi ita ipsa mater Natura Laurum hanc sempervirentem produxerit in signum, quod ibi sepulti jaceant cineres Poëtæ istius magni, qui inter Orbis Miracula recenseri meretur; præterea universa moles tota Myrtis & Hederis opaca est & coöperta, quod valde pulchrum est spectaculum atque visentibus stupendum; unde mihi ille ipse locus quasi videtur produxisse hæc, & in Poëtæ ibidem sepulti quondam, & in sui honorem, ut scilicet, ablatis avectisque
D pulcherrimis marmoribus, quæ pro Mausolei erant ornamento, nativo ornatu & insolito icti omnes Tumulum magni Poëtæ venerarentur.

Ante sex autem annos, quum, animi recreandi gratia, una cum Domino *Hieronymo Columna*, & Doctore *Fabio Jordani*, atque D. *Paulo Portarello*, magnæ existimationis viris atque multæ eruditionis, ivissem in hunc locum, ut Antiquitates ejusdem una cum deliciarum ejusmodi amantissimo *Columna* examinaremus; postulavit Dominus *Columna*, ut singuli Epigrammate aliquo Laurum istam ornaremus, neque discederemus, antequam
E id à nobis præstitum esset. Quoniam vero ipse minor omnibus essem ætate, legem mihi imposuerunt, ut exordium rei facerem, quod mox hoc disticho præstiti:

Ut viret hæc Laurus tumulum & super ossa Maronis, 207
Sic viret illius gloria, fama, decus.

Verum socii hoc non contenti addi aliud voluerunt, itaque hoc feci tunc Epigramma:

Quod sacri vatis cineres tumulumque Maronis,
Sponte sua hic viridis Laurus adulta tegat;
Indicat, & Musis, *& Divis semper amicum*
Virgilium, *speret cui fore nemo parem.*

F Post me ita Dominus *Fabius* dixit:

Busta ubi grandiloqui steterant, tumulique Maronis,
Vastaque seclorum pondere saxa ruunt,
Delphica *formosis increvit frondibus arbor,*
Atque injussa sacras explicat alta comas.

Ne

* In Itala Editione corruptè (ut opinor) legitur. *Qui cineres tumulo hac vestigia? conditur olim.*

A *Ne tanti cineres vatis sine honore jacerent*
Officium præstat Laurus amica suum.

Denique D. *Paulus* hæc cecinit:

Quòd super hunc tumulum crevit Parnassia *Laurus*
Sponte sua, manesque pios, atque ossa Maronis,
Atque loci genium viridanti protegat umbra,
Divini vatis signat reverenter honores,
Ut quoniam nemo antè illum, nec post erit unquam,
Qui sic ruris opes, tali vel carmine Reges,
Diceret, illius vigeat per secula nomen,
Laurus ut hæc tumulo foliis frondentibus extat,
Observatque memor sacri monumenta Poëtæ.

Epitaphia in *Virgilium.*

B Multa jucunda & erudita Epitaphia à viris Doctis atque excellentibus nobilissimo huic Poëtæ
208 posita sunt, quæ, quoniam postulare id videtur ratio nunc operis, hic apponere non gravabor.

EX ARGUMENTO VIRGILIANI DISTICHI.

Asclepiadius I.

Tityron, ac segetes cecini Maro, *& arma virumque,*
Mantua *me genuit,* Parthenope *sepelit.*

Eusthenius II.

Virgilius *jacet hic, qui pascua versibus edit,*
Et ruris cultus, & Phrygis *arma viri.*

Pompejanus III.

C *Qui pecudes, qui rura canit, qui prælia vates,*
In Calabris *moriens hac requiescit humo.*

Maximianus IV.

Carminibus pecudes, & rus & bella canendo,
Nomen inextinctum Virgilius *meruit.*

Vitalis V.

Mantua *mi patria est? nomen* Maro, *carmina Sylvæ:*
Ruraque cum bellis: Parthenope *tumulat.*

Basilius VI.

Qui sylvas, & agros, & prælia versibus ornat,
D *Mole sub hac situs est, ecce poëta* Maro.

Asmenus VII.

Pastorum vates ego sum, cui rura, ducesque
Carmina sunt: hic me pressit acerba quies.

Vomanus VIII.

A sylvis ad agros, ab agris ad prælia venit
Musa Maronæo *nobilis ingenio.*

Euphorbus IX.

Bucolica expressi & ruris præcepta colendi,
Mox cecini pugnas, mortuus hic habito.

209 Julianus X.

Hic data Virgilio *requies, qui carmine dulci,*
E *Et* Pana, *& segetes, & fera bella canit.*

Hilasius XI.

Pastores cecini: docui qui cultus in agris.
Prælia descripsi, contegor hoc tumulo.

Palladius XII.

Conditus hic ego sum, cujus modo rustica Musa
Per Sylvas, per rus, venit ad arma virum.

Eorundem XII. Scholasticorum epitaphia P. *Virgilii Maronis* per tetrasticha.

Vitalis I.

Prima mihi Musa *est sub fagi* Tityrus *umbra,*
Ad mea navus humum jussa colonus arat.
Præliaque expertos cecini Trojana Latinos,
F *Fertque meos cineres inclyta* Parthenope.

Basilius II.

Hoc jacet in tumulo vates imitator Homeri,
Qui canit Ausonio *carmine primus oves.*
Ad cultos hinc transit agros; Æneidos *autem*
Non emendatum morte reliquit opus.

Asmenus III.

Bucolica Ausonio *primus qui carmine feci,*
Mox præcepta dedi versibus agricolæ.

Idem cum Phrygibus Rutulorum *bella peregi*
Hunc mihi defuncto fata dedêre locum.

Vomanus IV.

Tityre *te* Latio *cecinit mea fistula versu:*
Præceptisque meis Rusticus arva colit;
Ac, ne Musa *carens vitiis* Æneidis *esset,*
Perfida me celeri fata tulere nece.

Euphorbus V.

Romuleum Sicula *qui fingit carmen avena*
Ruricolasque docet, qua ratione serant:
Quique Latinorum *memorat fera bella* Phrygasque, 210
Hic cubat, hic meruit perpetuam requiem.

Julianus VI.

Qui pastorali peragravit Mænala Musa,
Ruraque, & Æneæ *concinit arma* Maro,
Ille, decem lustris geminos postquam addidit annos,
Concessit fatis, & situs hoc tumulo est.

Hilasius VII.

Hæc tibi, Virgilius, *domus est æterna sepulto,*
Qui mortis tenebras effugis ingenio.
Mænalium *carmen, qui profers ore* Latino,
Et cultus segetum, bellaque sæva ducum.

Palladius VIII.

Primus ego Ausonio *pastorum carmina versu*
Composui, & quo sint rura colenda modo,
Post quibus Æneas Rutulos *superaverit armis,*
Vatis reliquias hæc pia terra fovet.

Asclepiadius IX.

Sicanius *vates silvis,* Ascræus *in arvis,*
Mœonius *bellis, ipse poëta fui.*
Mantua *se vita præclari jactat alumni,*
Parthenope *famam morte* Maronis *habet.*

Eusthenius X.

Quisquis es extremi titulum lege carminis, hospes,
Hac ego Virgilius *sum tumulatus humo;*
Qui pecudum pariter, qui cultum fertilis agri,
Mox Anchisiadæ *bella Ducis cecini.*

Pompejanus XI.

Virgilio *mihi nomen erat, quem* Mantua *felix*
Edidit, hic cineres vatis, & ossa jacent,
Cujus in æternum pastoris fistula vivet
Rustica, mox eadem Martia Calliope.

Maximianus XII.

Carmine bucolico nitui: cultoribus agri
Jura dedi, cecini bella Latina *simul.*
Jamque ad lustra decem Titan *accesserat alter,* 211
Cum tibi me rapuit Mantua Parthenope.

Sunt & inter recentiores viri acutissimi, qui temporibus quoque nostris carminibus suis Poëtam nostrum celebrarunt; quales sunt sequentes hi:

M. Antonius Casanova.

Dicite, qui ripas Minei *coluistis olores,*
Vobiscum exorta est gloria Virgilii?
Dic mihi Parthenope, *sic sis pulcherrima semper,*
Virgilius *ne tuo decidit in gremio?*
Et meruit, cui contigerat nasci inter olores,
Inter Sirenum *decubuisse choros.*

Ex Francisci Mauri Maidensis Elegia.

Hic situs ille Maro *est, toto qui vivit in orbe,*
Cujus jam cineres, scriptaque nomen habent.
Hunc semper tumulum spectares floribus aptum,
Et laurum hanc pulchram fronde virere nova:
Allicit, atque fovet carmen juvenesque, senesque:
Delius *hoc mirum (sic puto) fecit opus.*
Tu flores ne læde sacros, sed disce viator
Huic vatum magno solvere vota Deo:
Pervigil hic serpens cœlestia munera servat:
At fugit insontes perpetuoque latet.
Si pietas est ulla tibi, suspiria ab imo
Pectore duc: lacrymis mollior ora riga.

Mors juvenem rapuit, qui vivere secula dignus,
Nondum perfecta parte laboris, erat.
Ipse tamen mirare opus hoc, lauda illud Apellis:
Vivit enim magnæ gloria Calliopes.

Jo. Matthæus Toscanus.

Virgilium *cœlo* Phœbus *demisit; ut esset*
Mæoniam *posset qui superare tubam.*
Se vinci ut sensit, tunc æmulus ipse canorum
Ante diem Stygio *mersit in amne caput.*

F. Marius Molsa.

Hos Musis *inserta* Maro *fragrantia flores*
Dedicat, & dulcis pocula viva meri.

Quas olim faciles primis expertus ab annis
Hybla *tuum vatem vicit &* Ascra *tuum.*
Nunc magni redit exuvias indutus Homeri,
Vos triplici Herois cingite fronde comam.
Este Deæ memores, vestris ut maximus olim
Consiliis Grajas *fregerit unus opes.*

Atque hæc quidem omnia, quæ hactenus dicta sunt, sufficiant curiosis, qui satagunt lustrare & intelligere res antiquas, sintque omnia in honorem Omnipotentis Dei, & Virginis *Mariæ*, Reginæ Cœli, Beatorumque S. *Januarii*, & S. *Nicolai*, patronorum meorum.

F I N I S.

INDEX

NOMINUM, ET RERUM NOTABILIORUM.

A.

S. Abbundius, *Episcopus Cumanus, quando martyrium subierit.* 78.B
Academia, *Villa Ciceronis.* 32.C
Acherusia *palus.* 48.F.49F
Adrianus, *Imperator, Puteolis moritur.* 10.E
Aëreus *mons, nunc Misenus.* 72.C.D
Æsculapio *in thermis Statua posita.* 60.B.C
Agathias, *Belli Gothici scriptor.* 82.B
L. Agerinus, *Agrippinæ libertus.* 65.F.66.C
Agrippa *nemora circa Avernum excidi jubet.* 42.B
M. Agrippa *num Portus Julii auctor.* 75.B
Agrippina *ubi, quare, & quomodo à Nerone occisa.* 65.C.D.66.A.67.A.68.A.C
— *ejus, dum confoderetur, verba.* 68.B
Agrippinæ *deliciæ, Villa Baulis.* 65.A
Agnanus *lacus, ejusque Laconica & Sudatoria.* 34.D
Alaricus, *Visigothorum Rex, Puteolis primam cladem intulit.* 4.B.C
Albinus (*Joannes*) *Regi Alphonso II. à secretis, delicias Bajanas celebrat.* 56.E.F.57.A.B
Alcadini, *Poëtæ, de Balneo Ortodonico Epigramma.* 14.F
— *de Balneo di Giunchi carmen.* 16.A.B
— *de aqua camporum Phlegræorum versus.* 27.C
— *de Sudatorio S. Germani carmen.* 35.D
Alexander, *Imperator, oleum subministrat lampadibus Thermarum à se constitutarum.* 59.D
Alexandri Severi, *Imperatoris, Palatium in Sinu Bajano.* 64.D
Alphonsus *Rex Arragonensium, Puteolos frustra oppugnat.* 7.C
— *ei urbs deditur.* 7.F.8.C
— *cavernam Puteolanam restaurat.* 74.F
Amphitheatrum, *quod nunc* Coliseo *vocatur.* 17.E.F
— *quid fuerit; & quis ejus auctor.* 19.E
— *in ejus circo omnia libidinis & ferocitatis specimina exhibita.* 20.A.B
S. Anastasii *Balneum.* 15.A
Anguilla, *emblema eorum, qui sine fama obeunt.* 74.B
Anicetus, *libertus Neronis.* 66.A
— *Præfectus Classis, Neroni consilium submergendi matrem subministrat.* 66.D
Anthei *Tibia longa LX. cubitos.* 26.D
Antia, *Eleutherii Episcopi mater, ubi martyrium passa.* 73.F
Antonia Drusi *inaures inseruit murænæ.* 55.D
Antoninus Pius, *Imperator, antecessori suo Adriano pulcherrimum templum pro sepultura exstruit.* 10.E
— — *Portus Puteolorum refecit.* 12.E.F
M. Antoninus *Philosophus, & ejus edicta.* 58.E
Antrum *Draconum.* 46.E
— *Sibyllæ ad Lacum Avernum.* 43.E. 44.F. 45.B.C
— *Sibyllæ Cumanæ.* 77.B.C
— — — *fusius describitur.* 79.E.F.80.A. 81.A. 82.A.B.F
— — — *quis ejus auctor fuerit & restaurator.* 79.F
Apicius Nepos, *lurco edacissimus.* 69.B
Apodyterium, *Cella Thermarum.* 59.F
Apollinis *Templum à Dædalo Cumis exstructum.* 77.A
Aquæ *Bajanæ pro Medicinæ usu plurimæ.* 52.F. 53.A
— *earum caloris quæ ratio.* 54.D
Aquæductus *in monte Olibani.* 14.D
Aquarius (*Fr. Matthæus*) *laudatur.* 80.D
Aquaviva (*D. Hieronymus*) *Dux Atrensis.* 77.B
Arcus *Balneum.* 39.B
Arcus Felix, *cæmentitius tophinusque.* 78.F
Arena *Puteolana insignis ad fabricas exstruendas.* 12.D
Arionis *Citharædi historia.* 40.E.F. 41.A
Aristobulus, *Rex Judæorum, Bajis magnificentiam Romanorum admiratur.* 55.E
Aristodemus, *Dux Cumanorum, Aricinos contra Aruntem juvat.* 77.D
Aristoteles *quæ de magnitudine cujusque animalis sentiat.* 25.F
— *Avernum describit.* 43.A.B
Aruns, *Porsennæ filius, à quo interfectus.* 77.D
Avernus *Lacus, quare ita nuncupatus.* 42.A
— *ejus aqua.* 43.B
— *ejus profunditas.* 43.C
S. Augustinus *quomodo de Gigantibus commentetur.* 24.D
— *Sibyllæ Cumanæ mentionem facit.* 83.A.B
Augustus, *Imperator, jussit nemora circa Avernum excidi.* 42.B.44.D

Au-

Augustus *num portûs Julii auctor.* 75.B
— *Classem habet in portu Julio.* 75.D
Aurata (*Servius*) *Ostreorum vivaria in Sinu Bajano primus excitavit.* 54.F
— — *quare ita cognominatus.* 54.F
— (*Sergius*) *introduxit Thermas pensiles.* 58.C
Auratæ *marinæ, laudatum piscium genus.* 53.A.B
Ausonii *de Ludis in Sinu Cumano celebratis versus.* 77.F.78.A

B.

BAgolini (*Sebastiani*) *Epigramma in Puteolos.* 12.A
Bajæ, *oppidum quondam ditissimum.* 51.D.E
— *earum situs.* 51.E
— *earum amœnitas & pulchritudo celebratur.* 52.A
— *quare ita vocatæ.* 52.D
— *in ejus sinu aquæ oriuntur pro Medicinæ usu copiosissimæ.* 52.F
— *earum deliciæ celebrantur.* 56.E.F.57.A.B
Bajanæ *Balneæ.* 52.F.53.A
— — *quare caleant.* 54.D
Balnea *quædam prope litus maris.* 14.C
— *varii, qui iis sæpius usi.* 58.C.D.E.F
Balnearum *inscriptiones à Medicis Salernitanis dirutæ.* 50.E
Balneum *S. Anastasii.* 15.A
Balneum *Arcûs.* 39.B
— *Cantarelli.* 39.C
— *Ciceronis.* 50.A
— *Crucis.* 39.B
— *Fontis.* 39.C
— *di Giunchi.* 15.F.16.A
— *S. Luciæ.* 39.B
— *S. Nicolai.* 39.B
— *Ortodonicum, aqua admirabilis utilitatis.* 14.D.E
— *della Pietra.* 15.E
— *Salviati.* 57.E
— *Scaffabudello.* 46.B
— *Scrofulæ, seu Strumæ.* 39.B
— *Subcellarium.* 46.B
— *Subveni homini.* 15.C
— *Zuppa d'huomini.* 15.C.D
Baulis *Villa.* 65.A
Benjamin Tudelensis, *Judæus, de Puteolorum priori nomine & conditore quæ tradat.* 3.A.B
Bitiæ *Casus à Virgilio decantatus.* 74.F.75.A
Boccacius (*Joannes*) *quæ de Gigantibus sentiat.* 24.E
— — *Lacum Lucrinum describit.* 41.D
— — *Lacum Avernum describit.* 44.A
— — *delicias Bajanas recenset.* 52.B
Borelli (*Camilli*) *de Balneo Trittole Epigramma.* 51.B

C.

C. Caligula, *Imperator pontem ex duobus navium ordinibus anchoris insistentibus facit.* 13.E
— — *cur hunc pontem fabricaverit.* 14.A.B
Calpurnius, *Eques Romanus, in honorem Octaviani Augusti templum exstruit.* 9.D.E
Campani *Cumis potiti.* 76.E
— *Cumanos dolo occupare conantur, sed frustra.* 78.D
— *à Graccho, Duce Romanorum, cæduntur.* 78.D
Campania Felix, *nunc* Terra di Lavoro. 1.A
— — *à Visigothis & Vandalis vastata.* 4.C.D
Campi Phlegræi *qui apud priscos dicti.* 21.B
— — *explicantur.* 27.B
Canalis, *quem Imperator Nero prope Avernum fieri jussit, tam latus & altus, ut ibi navigare liceat.* 46.C.D
Cantarelli *Balneum.* 39.C
Canum *Caverna, ubi omne vivum ingressum suffocatur.* 35.F
Capsarius *in balneariis qui fuerit.* 59.F
Capuæ *Duces.* 6.E.F
Caput *S. Januarii inventum.* 28.C
Carmina *Sibyllæ combusta.* 84.F
Carolus V. *Imperator cavernam Puteolanam restaurat.* 79.F
Casia *odorifera Canella.* 61.B
Castellum *in medio Sinûs Bajani.* 56.E
Caverna *Trachonaria.* 73.B
— *Petri Pacis.* 78.F
Cellæ *præcipuæ Thermarum quomodo à Græcis vocatæ.* 59.E
S. Celsi *corpus.* 10.A
Centum Cellæ, *fabricæ subterraneæ.* 71.D
Chalcidenses *Cumarum putantur conditores.* 76.B.E
Chamus *quot populis originem dederit.* 23.E
Charontium *Antrum.* 36.D
Christi Mons, *cur ita dictus.* 38.D
Chytræi (*Nath.*) *Epigramma in Puteolos.* 11.F
Ciceronis (*M. Tullii*) *Villa, vocata Academia.* 32.C
— — — *Vita enarrata à Tyrone, ejusdem liberto.* 33.B.C
— *Balneum.* 50.A
Cinnamomum *rarum, & tempore Imperatorum, quibus universus orbis morem gerebat, difficulter acquiri potuit.* 61.A.B
Circi, *quid fuerint, & quare ita nuncupati.* 69.E.F
— *tres Romæ, Maximus, Flaminius, atque Neronis.* 69.E
Circus, *quem incolæ vocant* Mercato di Sabato. 69.C
Cisternæ, *quas vocant Labyrinthum.* 20.E
Clades, *quas Puteoli à Barbaris passi.* 4.B.C.D
Claudianus *Gigantomachiam describit.* 23.B.C
Ti. Claudii, *Præfecti classis prætoriæ, monumentum.* 75.E
Coberger (*Wenselus*) *Flandrus, rerum priscarum avidissimus, antrum Sibyllæ Cumis ingreditur.* 77.C
Coccejus *Speluncam inter Puteolos & Neapolin parat.* 79.F
— *ejus Spelunca Neapolitana.* 87.A.B
Coliseo, *Amphitheatri nomen.* 17.E.F
— *unde dictum vocabulum.* 20.D
Colonia *Romana Puteolos missa.* 2.C.D
Coluccia (*Lacus di*) *seu palus Acherusia.* 48.F.49.F
Columna *marmorea in sinu Bajano inventa, cum inscriptione.* 75.E
Commodus, *Imperator, septies lavit uno die.* 58.E
Concilium *Carthaginense habitum à C. N.* CCCXIV.
Conradi, *Imperatoris, gesta in Italia.* 52.D
Conserva *Neapolitana optima.* 6.C
Cornelius Celsus *Auratas valde laudat.* 61.E
Corpora *S. Proculi, S. Celsi, & S. Nicææ.* 55.B
Corporum *magnitudo & augmentum unde proficiscatur.* 10.A
Corpus *S. Januarii Beneventum translatum.* 26.A
— *Neapolin transfertur.* 27.F
Crispus (*Jo. Baptista*) *laudatur.* 29.A
Crucis *Balneum.* 80.D
Cumæ, *in altissimo monte oppidum, a quibus conditæ.* 39.B
76.B

Cu-

Cumæ *ex quo præsagio ita sint denominatæ.* 76. C
—— *difficiles sunt occupatu.* 76. F
—— *à Longobardis bis captæ & amissæ.* 5. C. D
—— *occupatæ à Romanis, inhabitatæ à Græcis.* 77. E
—— *in ejus sinu olim multi ludi celebrati.* 77. F
—— *in eas destructas Jacobi Sannazzari versus.* 79. B
—— *à Narsete obsessæ.* 82. B
Cumæi, *Cumarum conditores.* 76. B. D
Cumana *Ecclesia Misenati juncta.* 73. E
Cumani *num Puteolorum conditores.* 1. C
—— *eis Lex Capuana imposita.* 77. E
—— *eis licitum fuit publice Latine loqui.* 77. E
—— *eos Campani dolo occidere conantur, sed frustra.* 78. D

D.

DEjuncara, *Balnei nomen.* 16. A
Delphini, *qui Lucrinum ingressus est, Historia.* 39. F
—— *alius, erga puerum cujus intercessione vita erat donatus, gratitudo.* 40. E
Dianæ *Templum Puteolis.* 10. B. C
Dianæ *cur mulli sacrati.* 69. B
Dianæ Luciferæ *Templum.* 69. A
Diaplasmata *abstersioni sudantium adhibita.* 62. B
Dicæarchiæ *nomine olim Puteoli vocati.* 1. A
Dies Saturni, Sacerdotum Coronatorum *Festum in honorem S. Januarii.* 29. A
Didonis *Thesauri à Nerone frustra quæsiti.* 47. B
Domus *Neronis, initio nuncupata* Transitoria, *post combusta & restaurata,* Aurea. 46. D
Doria (*Antonius*) *profunditatem Averni explorat.* 43. C
Ducatus *quatuor à Longobardis in Italia constituti.* 5. B. C

E.

ELeutherius *Episcopus ubi Martyrium passus.* 73. F. 74. A
Elpenor *mactatus ab Ulysse.* 43. D
Enæsthesion, *cella thermarum.* 59. F
Epigrammata *in Laudem Puteolorum.* 11. C. 12. A
Epitaphia *plura Virgilio à Viris doctis posita.* 89. B. 90. A
Evander *Romæ primus Herculi statuam posuit.* 65. C
Euboicus *tractus Cumis ad oram maritimam.* 78. A
Eustachii *Poëtæ, de Balneo S. Anastasii carmen.* 15. A. B
—— *de Balneo Zuppa d'huomini versus.* 15. D
—— *de Balneo della Pietra carmen.* 15. E. F
—— *de Balneo Tripergolæ versus.* 38. F
—— *de Balneo Subcellario versus.* 46. B
—— *de Balneo Frittole carmen.* 51. A
Exedra, *cella thermarum.* 60. A

F.

Q. FAbius *Puteolos missus.* 1. D
Fabritii (*G.*) *Epigramma in Puteolos.* 11. E
Faëtanus (*Matthæus*) *rationem reddit, cur balneæ Bajanæ caleant.* 54. D
—— —— *easdem carmine extulit.* 54. E
Festum *in honorem S. Januarii.* 28. E
Fossa, *quam Nero prope Avernum fieri jussit, tam lata & alta, ut ibi navigare liceat.* 46. C. D
S. Fidelis *mortem pro fide obiit.* 78. C
Fons *Ciceronis haud longe à Puteolis.* 33. D
Fontis *Balneum.* 39. C
Fragolini, *piscium genus.* 55. E. 56. A. C
Frascato, *nomen hodiernum Tusculani Palatii Luculli.* 70. F. 71. A
Frittole *Sudatorium.* 50. A

G.

GAurus *Mons, quem incolæ vocant* Monte Barbaro. 33. F
Genius *incolarum Puteolorum.* 11. A
—— *quid sit, & quare ita dictus.* 63. C
—— *ei Vinum suffitusque oblata.* 63. E
—— *de eo opinionum varietas.* 63. F. 64. A
Gensericus, *Vandalorum Rex, Romam misere diripit, & Campaniam Felicem vastat.* 4. D
S. Germanus, *Episcopus Capuanus, reperit animam Paschasii Cardinalis.* 35. B
Gigantes *ubi pedem cum Hercule contulisse fingantur.* 22. A
—— *cujus fingantur filii.* 22. F
—— *eorum Bellum fictitium.* 23. A. B
—— *quæ Historia huic fabulæ locum dederit.* 23. C
—— *num unquam fuerint.* 23. E. F
—— *num prodigii loco habendi.* 25. A. 26. A
—— *pro fabula habiti.* 26. E. 27. A
—— *eorum Origo.* 26. F
Giunchi (*Balneum di*) 15. F. 16. A
Gordianus, *Imperator, quoties laverit quotidie.* 58. E. F
Gracchus, *Dux Romanorum, Campanos cædit.* 78. D
Græci *Puteolos restaurant.* 5. A
Gregorii XIV. *Pontificis, Bullæ pro celebrando Festo S. Januarii.* 30. B
Grotta *seu Spelunca, quæ Neapoli euntibus Puteolos occurrit.* 85. A
—— Dragonaria, *seu Antrum Draconum.* 46. E

H.

HAdrianus, *Imperator, ubi sepultus.* 33. A
—— *frequenter lavare solitus.* 58. C
—— *quomodo varios senes benevolentiam suam tentantes eluserit.* 58. D
Hamorum *Sylva & festum antiquum.* 78. C. D
Hannibal, *quando in Italiam venerit.* 1. D
—— *specie sacrificaturi Avernum proficiscitur, sed revera, ut Puteolos diriperet.* 2. C
Heliogabalus, *Imperator; & ejus luxuria.* 59. E
Hercules *ubi cum Gigantibus pedem contulisse fingatur.* 22. A
—— *quantæ colligatur fuisse staturæ.* 25. E
Herculi *quis Romæ primus Statuam posuerit.* 65. C
Herculis *Templum.* 65. A
Hippocles Cumæus, *Coloniam Cumas duxit.* 76. D
C. Hirtii Villa *quanti venierit.* 55. C
Hungarorum *in Italiam adventus & gesta.* 5. F. 6. A
Hygiæ, *Deæ sanitatis, in Thermis Statua posita.* 60. B

I.

S. JAnuarius, *Episcopus Beneventanus, in fornacem ignis flammantis injectus, inde intactus exit.* 19. A
—— —— *Ursis projicitur devorandus, sed frustra.* 19. B
—— —— *tyranno Timotheo oculis capto, visum restituit.* 19. D
—— —— *ejus Templum & Cœnobium Puteolis.* 27. D
—— —— *quando propter fidem occisus.* 27. D
—— —— *ejus Historia.* 27. E. 30. F

S. Ja-

S. Januarius *ubi occisus, ejus Sanguis à nobili fœmina collectus.* 27. F
—— —— *ejus corpus Beneventum translatum.* 27. F
—— —— *ejus Apparitio facta Neapolitano cuidam.* 28. A
—— —— *ejus Pollicitatio eidem Neapolitano facta.* 28. B
—— —— *ejus Caput à Neapolitano religioso inventum.* 28. C
—— —— *ab ejus sanguine res insueta patrata.* 28. D
—— —— *ejus in honorem Festum Neapoli.* 28. E
—— —— *ejus Corpus Neapolim transfertur.* 29. A
—— —— *ejus Festum Pontificum Bullis constituitur celebrandum.* 29. C. 30. B
Japhetus *quot populis dederit originem.* 23. E
Joannes, *Dux Neapolis, Castellum Cumanum à Longobardis captum recipit.* 5. D
Jordanus, *Capuæ Princeps.* 6. E
—— II. *Capuæ Princeps.* 6. F
Julianæ, *virginis devotæ, Martyrium.* 78. C
Julianus Apostata *Carmina Sibyllæ combussit.* 84. F
Julii Cæsaris *Genii Statua Bajis reperta.* 63. C
—— —— *Palatium in Sinu Bajano.* 63. B
Julius Cæsar *Senatusconsulto resarcit Lacum Lucrinum.* 41. C
—— —— *Veneri Genetrici Templum struxit.* 68. C. D
—— —— *num Portûs Julii auctor.* 74. C. D. 75. B
Justinus *Martyr Antrum Sibyllæ describit.* 81. C
Ixionis *cadaver.* 24. B

L.

Labyrinthus, *substructio subterranea.* 20. E
Laconica *in thermis quid fuerint.* 60. A
Lacus *Avernus.* 42. A
—— *di Coluccia, seu palus Acherusia.* 48. F. 49. F
—— *Lucrinus.* 39. C
Latina Lingua *quantopere à Romanis æstimata.* 77. E
Laurea Tullius, *Ciceronis Libertus.* 32. E
Laurus *sponte in summitate Mausolei Virgilii enata.* 88. C
—— *in eam Auctoris, Fabii Jordani, & Pauli Portarelli Epigrammata.* 88. E. F. 89. A
Leoni (*Jo. Baptistæ di*) *carmen.* 32. A
Leucogæi *montes.* 21. B
Linguæ *quot fuerint inter posteros Noachi.* 23. E
Lombardi (*Francisci*) *de Sudatorio Trittole versus.* 51. D
Longobardi *Italiam occupant, & omnia mutant.* 5. B
S. Luciæ *Balneum.* 39. B
Lucius Agerinus, *Agrippinæ Libertus.* 65. F. 66. C
Lucrinus *Lacus.* 39. C
—— —— *unde ita dictus.* 39. D
—— —— *summo proventui fuit Senatui Romano.* 41. C
—— —— *à Julio Cæsare restauratur.* 41. C. D
Luculli *Villa.* 70. F
Ludi *Circenses.* 70. A
Luitprandus, *Longobardorum Rex.* 5. E
Lutron, *cella thermarum.* 59. F

M.

Mammææ, *matris Alexandri Severi, Palatium in Sinu Bajano.* 63. B. 64. D
Marchionatus *duo à Longobardis in Italia constituti.* 5. B. C
Marcianus, *locus, ubi S. Januarius humatus.* 27. E
C. Marii *Palatium in Sinu Bajano.* 63. B. 64. A. C
Marius Alphius, *Dux Campanorum, interficitur.* 78. E
Masgaba, *Masanissæ filius.* 2. D
Mauri (*Francisci*) *de balneis Bajanis Epigramma.* 54. F
Mausoleum *Virgilii.* 87. F. 88. A
—— —— *ejus ornamenta.* 88. B
—— —— *in eo Laurus sua sponte enata.* 88. C
Maximus Tyrius *antrum divinatorium ad Lacum Avernum describit.* 43. E
Medici *Salernitani diruerunt inscriptiones Balneorum.* 50. E
—— —— *divina in eos vindicta.* 50. E
Megasthenes Chalcidensis, *coloniam Cumas duxit.* 76. D
Mercato di Sabato, *circi nomen.* 69. C
Misenum, *oppidum quondam amplissimum & frequentissimum, à Saracenis solo adæquatum.* 73. D
—— *Promontorium.* 72. B. C. 73. A
—— —— *unde ita dictum.* 72. C. D
Misenus, *tubicen, interfectus, & Diti oblatus ab Ænea.* 43. D. 72. E. F
Moles (*Annibal*) *Regens Cancellariæ Regiæ.* 80. D
Mons Christi, *cur ita dictus.* 38. D
—— Gauri. 33. F
—— Novus, *à cinere in terræ motu coagmentatus, & uno civili die prognatus.* 36. D. 37. B
Monte Barbaro, *Gauri montis nomen.* 33. F
—— —— *quare ita vocetur.* 34. C
Montis Cassini *Thesaurus ab Hungaris avehitur.* 6. A
Mulier *statura gigantea.* 24. D
Mulli *quare Dianæ sacrati.* 69. B
Municipem *quæ faciant.* 3. A
Murenæ *quare à priscis in pretio habitæ.* 55. C. D
Myrtus *cur sacra Veneri.* 68. E

N.

Narses *Cumas obsidet.* 82. B
Navis *ita composita, ut Agrippina eam ingressa submergeretur.* 65. E. 66. C. D. 67. A. B
Neptuni *Templum Puteolis.* 10. D
Nero, *Imperator, Theatrum Pompeji inauravit.* 17. D. 18. F
—— *prope Avernum Canalem seu fossam fieri jussit, tam latam & altam, ut ibi navigare liceat.* 46. C. D
—— *Palatium exstruxit.* 46. D
—— *Bajis Piscinas effodit.* 46. E
—— *quæ alia proposuerit statuere.* 46. F
—— *ejus scelera ad pecunias colligendas commissa.* 47. B
—— *Penatium Statuas conflari jubet.* 47. E
—— *ubi & quare matrem occiderit.* 65. D. 66. A. 67. A. 68. A. C
—— *Antrum Trachonarium fabricavit.* 73. C
S. Nicææ *corpus.* 10. A
S. Nicolai *Balneum.* 39. B
Nimrodus *fabulæ de Gigantomachia locum dedisse videtur.* 23. C
Noachi *à filiis quot populi ortum duxerint.* 23. D. E
Nummi *antiqui Puteolorum.* 1. D

O.

Olea *corpora reddunt vivaciora & fortiora.* 62. D. E. F
Oleis *odoriferis Romani lota corpora ungi fecerunt.* 60. D
Oleum *Amaracinum.* 62. A
—— *Balaninum.* 61. E
—— *Cardui benedicti.* 61. F

Oleum *Cinnamomi pretiosum.* 61.A
—— *Glaucinum.* 60.E
—— *Imperiale.* 62.A
—— *Myrrhinum.* 60.F
—— *Narcissinum & Irinum.* 61.D
—— *Ompiribes.* 62.B
—— *Rhodinum ut & Lirinum.* 60.D
Olibanus *Mons.* 14.C
Oraculum *ad Lacum Avernum.* 43.D.44.A
Orcheſtra *quid ſit.* 16.F
Oreſtis *cadaver.* 24.B.27.C
Orionis *cadaver.* 24.B
Oſſa *gigantum, quæ Puteolis oſtenduntur.* 9.C
Oſtrea *a Romanis laudantur multum.* 56.D
Oſtreorum *vivaria in Sinu Bajano quis primus excitaverit.* 54.F
Ovidius *Gigantum Bellum fictitium deſcribit.* 23.B
—— *Arionis Citharædi hiſtoriam deſcribit.* 40.F. 41.A
—— *ejus de Antro Sibyllæ verſus.* 81.B

P.

PAgri, *piſces, barbare* Fragolini. 55.E.56.A.C
Palatia *C. Marii, Pompeji, Cæſaris, Piſonis, Mammææ Matris Alexandri Severi Imperatoris.* 63.A
Palatium *Alexandri Severi.* 64.D
—— *L. Luculli.* 70.F
—— *à Nerone exſtructum.* 46.D
Palus *Acheruſia.* 48.F.49.F
Paſchaſii, *Cardinalis Hiſtoria.* 35.B.C
S. Paulus, *Apoſtolus, Evangelium prædicat Puteolis.* 10.A
Pauſilypus *Mons.* 85.B
—— *unde dictus.* 85.E
Penatium *Statuæ à Nerone conflatæ.* 47.E
Peripatetici *inficiantur Gigantes extitiſſe.* 24.A
Pertinax, *Imperator, balneas adhibuit feſto natali die.* 58.E
Petri Pacis *Caverna.* 78.F
Petroleum, *bituminis nomen, ſecundum Benjaminem Tudelenſem.* 3.C
C. Petronii Arbitri *de Campis Phlegræis verſus.* 21.C
D. Petrus Toletus, *Marchio Villæ Francæ, Vice-Regis Neapolitanus, Puteolos exornat.* 8.F
—— —— *ejus Epitaphium.* 9.A.B
Pharus *ſupra montem Miſenum.* 73.A
Phlegræi *campi explicantur.* 27.B
—— —— *eorum aqua.* 27.B.C
—— *montes.* 21.A
Pietra (*Balneum della*) 15.E
Pignatelli (*Aſcanii*) *carmen.* 31.F
Piſcina ſtupenda, *haud procul Miſeno.* 70.D
Piſcinæ *Neronis Bajis effoſſæ.* 46.E
Plinius *Villam Ciceronis deſcribit.* 32.E
—— *Delphini Lucrinum ingreſſi hiſtoriam refert.* 40.B
—— *aquas Bajanas deſcribit.* 53.A
Plinius Veronenſis, *claſſis Præfectus, ubi ſuffocatus.* 75.D
Plutonis *templum ad Lacum Avernum, aliis locus aptatus thermis.* 46.A
Polyphemi, *Gigantis, menſura.* 24.F.26.C
Cn. Pompeji *Palatium in Sinu Bajano.* 63.B.64.A
Pompejus *quare cognominatus* Magnus. 16.E
—— *primum Romæ Theatrum marmoreum conſtruxit.* 17.C
Pons *Caligulæ.* 13.E
—— *cur fabricatus.* 14.A.B
Pontanus (*Joan.*) *quouſque oram Phlegræam extendat.* 22.C.D
—— —— *aquas Bajanas celebrat.* 53.B.C
Populi *ad paludem Acheruſiam creſcentes quare folia nigra habeant.* 48.F.49.A
Portarelli (*Pauli*) *de Academia Ciceronis Epigramma.* 33.E.F
Portus *tres Romanorum aſſidui.* 70.E
Portus *Puteolorum.* 12.B
—— —— *undarum impetu diruptus, ab Imperatore Antonino Pio reficitur.* 12.E.F
—— —— *à Joſepho & Seneca laudatur.* 13.B.C.D
Portus Julius, *hodie* Portus Maris Mortui. 74.C. 75.C
—— —— *à quibus effoſſus.* 74.C.D.75.B
Portus (*Simon*) *Neapolitanus, de incendio Tripergolarum philoſophatur.* 36.F.37.A
S. Proculus *quando martyrium ſubierit.* 9.F
—— —— *ejus Eccleſia.* 9.F
—— —— *ejus corpus.* 10.A
—— —— *fit Protector Puteolorum.* 10.A
Promontorium *Miſenum.* 72.B.C.73.A
Protector *Puteolorum, S. Proculus.* 10.A
Purpura *Puteolana magnæ apud antiquos famæ.* 4.A
Puteoli *olim* Dicæarchia. 1.A
—— *à quibus conditi.* 1.B
—— *eorum antiqui Nummi.* 1.D
—— *unde dicti.* 1.E
—— *illuc colonia Romana miſſa.* 2.C.D
—— *num antiquitus Surrenti nomen habuerint.* 3.A.B
—— Parva Roma *dicti.* 3.C.D
—— *magna & magnifica videntur fuiſſe civitas.* 3.D
—— *quas à Barbaris clades paſſi.* 4.B.C.D
—— *per XVI. annos deſolati manſere.* 4.F
—— *à piſcatoribus reædificari cœpti.* 4.F.5.A
—— *à Græcis reſtaurati.* 5.A
—— *multis malis licet affecti ſemper tamen novos incolas adepti.* 5.B.E.6.A
—— *à Romualdo, Duce Beneventi, capti.* 5.C
—— *quomodo tempore Normannorum Regibus ſubjecti facti fuerint.* 7.B
—— *Renato Andegavienſi fideles ab Alphonſo Arragonio fruſtra oppugnantur.* 7.C
—— *Regi ſeſe tradunt.* 7.F.8.C
—— *quos terræmotus paſſi.* 8.D.E.F
—— *à D. Petro Toletano, & aliis Nobilibus Neapolitanis exornantur.* 8.F.9.A
—— *eorum Protector, S. Proculus.* 10.A
—— *gloriantur, quod fidem Chriſtianam, Apoſtolo Paulo prædicante, receperint.* 10.A
—— *eorum incolarum genius.* 11.A
—— *in eorum laudem quædam Epigrammata.* 11.C. 12.A
—— *eorum Portus.* 12.C

Q.

QUinquatria *feſta quæ fuerint.* 65.D.69.D

R.

RAinulfus, *celebris Dux Normannorum, Comes Averſæ.* 6.B.D
Reuſneri (*Nicolai*) *Leorini, Epigramma in Puteolos.* 11.D
Richardus, *Averſæ Comes, Capuano Principatu potitur.* 6.D.E
—— II. *Capuæ Princeps.* 6.E
—— III. *Capuæ Princeps.* 6.F
Robertus; *Capuæ Princeps.* 6.E.F
—— II. & III. *Capuæ Princeps.* 6.F
Rogerius *Normannus occupat Principatum Capuæ, & fit Rex Neapolis.* 7.A
Roma *ab Alarico, Viſigothorum Rege, capta.* 4.B.C
Romoaldus II. *Beneventi Dux, Cumas & Puteolos capit.* 5.C
Roſcii (*Julii*) *Hortini, in Puteolos Epigramma.* 11.C

S.

S.

SAcer Lucus, *hodie* Sylva Hamorum. 78.C
Salviati *Balneum.* 57.E
Samii *Puteolorum conditores.* 1.B
Sanguis *S. Januarii à nobili matrona collectus.* 27.F
Sannazzari (*Jacobi*) *in Cumas destructas versus.* 79.B
Scaffabudello, *Balneum.* 46.B
M. Scaurus *Romæ primum Theatrum struxit.* 16.E.F
Scena *in Theatro quid sit.* 16.F
Scrofulæ, *seu* Strumæ *Balneum.* 39.B
Semus *quot populis originem dederit.* 23.E
Seneca *Speluncam seu viam tectam Neapolitanam describit.* 86.A.B
L. Septimii Severi, *Imperatoris, monumentum, Puteolis inventum.* 3.F
Servilii Vaciæ *Villa.* 71.E
Severus, *Episcopus Neapolitanus, pompam ducit Puteolos.* 28.C
Sibylla Cumana *ejusque Oracula.* 81.C.D.82.A.B.C. 83.A.C.D
—— —— *ab aliis* Itala *dicitur.* 82.F
—— —— *quando vaticinata fuerit.* 82.F
—— —— *cujus filia fuerit.* 83.D.E
—— —— *diversa à* Sibylla Cumæa. 83.E
—— —— *vocatur etiam* Amalthea. 83.F
—— —— *Regi Tarquinio Prisco libros vendit.* 83.F. 84.A
—— Erythrea *Cumis vaticinata.* 84.C.D
Sibyllæ *Antrum Cumanum.* 77.B.C
—— —— —— *fusius describitur.* 79.E.F. 80.A. 81.A.82.A.B.F
Sibyllinum *Oraculum & Antrum ad lacum Avernum.* 44.A.E. 45.B.C
Sinus *Bajanus quousque extendatur.* 51.E
Sinsan Hadar Ghezer *num Puteolorum conditor.* 3.B
Sixti V. *Pontificis, Bulla pro celebrando festo S. Januarii.* 29.C
Solinus *Delphini Lucrinum ingressi Historiam refert.* 40.C
Solfatara, *vel montes Phlegræi.* 21.A.B
Spelunca, *qua itur ad inferos.* 44.A
—— *seu via tecta Neapolitana.* 85.F.86.A
—— *à quo excavata fuerit.* 86.C.D.F
—— *Cocceji Neapolitana.* 87.A.B
Statua *Genii Cæsaris reperta Bajis.* 63.C
—— *Veneris barbata in Cypro.* 68.F
Statuæ *Penatium à Nerone conflatæ.* 47.E
—— *Æsculapio & Sanitati, seu Hygiæ Deæ valetudinis, in thermis positæ.* 60.B.C
Stephanus II. *Pontifex, Cumas à Longobardis captas recipit.* 5.D.E
Strabo *Avernum describit.* 42.C.D
—— *Cumarum originem describit.* 76.D.E
—— *Speluncam seu viam tectam Neapolitanam describit.* 85.F
Subveni homini, *Balneum.* 15.C
Subcellarium *Balneum.* 46.B
Sudatorium *Fritole.* 50.A
—— *S. Germani.* 35.D
Suetonius *Neronis Domum auream, Piscinam ad Avernum, & pecuniam colligendi cupiditatem describit.* 47.E.F.48.A
—— *necem Agrippinæ, à filio illatam, describit.* 66.B
Surrenti *nomen num prius Puteoli habuerint.* 3.A.B
Sylva Hamorum, *olim* Sacer Lucus. 78.C

T.

TAcitus *necem Agrippinæ, à filio illatam, describit.* 66.D
Tarquinius Priscus *Circum maximum Romæ exstruxit.* 69.E
—— —— *Libros Sibyllinos grandi pretio emit.* 83.F. 84.A
Tarquinius Superbus *Urbe ejectus Cumis obiit.* 77.E
Telesius (*Bernardinus*) *Cosentinus, laudatur.* 80.D
Templum *pro Adriani Imperatoris Sepultura exstructum.* 10.E
—— *Calpurnii.* 9.D
—— *Dianæ.* 10.C.65.A
—— *Herculis.* 65.A
—— *Neptuni.* 10.D
—— *S. Proculi.* 9.E
—— *Veneris.* 65.A.68.C
Terræmotus, *quos Puteoli experti.* 8.D.E.F
Terræmotuum *de causa philosophatur Simon Portus, Neapolitanus.* 36.F.37.D
Theatra *qua tempestate, & quo auctore, primum posita.* 16.D
—— *duo lignea à Curione exstructa.* 17.B
Theatri *reliquiæ in horto Antonii Oriæ.* 16.C
—— *primi Romæ exstructi forma.* 16.F.17.A
Theatrum *marmoreum à Pompejo constructum.* 17.C
—— *Pompeji inauratum fuit à Nerone.* 17.D
—— —— *à Caligula absolvitur.* 17.E
Thermæ *quare ita dicantur.* 58.A
—— *æstimatæ fuere à Romanis multum.* 58.A
—— *Romæ fuerunt duodecim; earumque nomina.* 58.B
—— *in iis balneæ supra tecta & arcus positæ.* 59.A
—— *cui usui factæ sint à Romanis.* 59.B.E
—— *earum Cellæ præcipuæ.* 59.E
—— *quomodo structæ fuerint.* 60.B
—— *Alexandrinæ.* 59.D
—— *Caracallæ.* 59.D
—— *pensiles à quo introductæ.* 58.C
—— *quas incolæ* Trugli *nuncupant.* 57.D
Thrasyllus, *Mathematicus.* 14.B
Tiberius, *Imperator, exspiravit in Palatio Luculli.* 71.C
Tibia *Anthei longa LX. cubitos.* 26.D
Timotheus Dracontius, *Vicarius Diocletiani & Maximini Imperatorum, B. Januarium interficere constituit.* 19.A
—— —— *oculis captus visum, orante B. Januario, recipit.* 19.D
Tiridates, *Rex Armeniæ, à Nerone exceptus.* 17.E. 18.F
Toletus (*Don Petrus*) *Marchio Villæ Francæ, Vice-Regis Neapolitanus, Puteolos exornat.* 8.F
—— —— *ejus Epitaphium.* 9.A.B
Totilas, *Gothorum Rex, Beneventum capit, Cumasque & Neapolin, ac Puteolos devastat.* 4.E
Trachonaria *Caverna unde dicta.* 73.B
—— *ejus descriptio.* 73.B
—— *quis ejus structor fuerit.* 73.C
Trajani, *Imperatoris, monumentum, Puteolis inventum.* 3.E.4.A.10.D
Tripergularum *castellum terræ motu submersum.* 36.F
Tritole *Sudatorium unde dicatur.* 50.B
Trugli, *Thermarum nomen.* 57.D
Tyro, *Libertus Ciceronis, Ciceronis vitam enarrat.* 33.B.C

V.

VAirus (*Leonardus*) *Episcopus Puteolanus.* 44.F
Vecchio (*Petri*) *Epigramma in Sudatorium S. Germani.* 35.E
Vedii Pollionis *Villa.* 85.C
—— *in servum crudelitas.* 85.D
Veneris *barbata Statua in Cypro.* 68.F
—— Genetricis *templum, structum à Julio Cæsare.* 68.C.D

Vesputius (*Americus*) *primus incidit in Giganteam insulam.* 25.B
Vincara, *Balnei nomen.* 16.A
Vivii (*D. Francisci*) *Epigramma in Puteolos.* 12.B
Vivaria *piscium, quæ in Sinu Bajano habuere Romani.* 51.D
— *Ostreorum in Sinu Bajano quis primus excitaverit.* 54.F
Virgilii *de Averno versus.* 42.B.C
— *de Antro Sibyllæ versus.* 80.E. 81.A
Virgilius *arte magica Speluncam Neapolitanam fecisse ab inculto vulgo putatur.* 86.E.F
— *Æneida emendaturus in remotiorem Græciæ locum abire constituit.* 87.D
— *cum Augusto in patriam redit, & Brundusii obit.* 87.D
— *Neapolin ossa sua voluit transferri.* 87.E
Virgilius *ad quorum imitationem & in quorum honorem Bucolica & Georgica composuerit.* 87.E
— *morti vicinus distichon pro epitaphio sibi componit.* 87.F
— *ejus Mausoleum.* 87.F. 88.A
— *ei plura à Viris doctis posita Epitaphia.* 89.B. 90.A
Unguenta *varia à Romanis in balneis post lotionem adhibita.* 60.D. 61.A.B. 62.C
Unguentum *Nardinum.* 61.E
Ursi, *quibus B. Januarius projectus, instar agnorum cicures evadunt.* 19.B
Vulcani Forum, *Solfataræ nomen apud Strabonem.* 21.B

Z.

Zozimus *ubi martyrium passus.* 73.F. 74.A
Zuppa d'huomini, *Balneum.* 15.C.D

F I N I S.



JOANNIS FRANCISCI LOMBARDI,
Neapolitani,

Eorum, quæ de

BALNEIS,

Aliisque Miraculis

PUTEOLANIS

Scripta sunt,

SYNOPSIS.

Adjectis Balneis

ÆNARIARUM,

Nec non locis obscurioribus Scholiis.

Insuper addita sunt in calce tria

OPUSCULA MEDICA:

CL. GALENI Libellus, Quos, quibus & quando purgare oporteat.

HIPPOCRATIS Coi Jusjurandum.

SCHOLÆ SALERNITANÆ Versus.

Eodem Auctore.

Editio Novissima, denuo recognita & locupletata.



LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa,
Bibliopolæ, & Typographi Academiæ atque Civitatis.

DOCTISSIMO ATQUE CLARISSIMO
VIRO
D. JOANNI JACOBO
SCHEUCHZERO
MEDICINÆ DOCTORI EXPERIENTISSIMO
MATHESEOS PROFESSORI
ACADEMIÆ LEOPOLDINO-CAROLINÆ
SOCIETATUM REGIARUM ANGLICÆ AC PRUSSICÆ
MEMBRO DIGNISSIMO
RERUMQUE NATURALIUM ALIARUMQUE
SCIENTIARUM INDAGATORI SOLERTISSIMO
HANC DENUO PRELO TRADITAM
JOANNIS FRANCISCI LOMBARDI
SYNOPSIN
DE
BALNEIS ALIISQUE MIRACULIS
PUTEOLANIS
UT ET
DE BALNEIS ÆNARIARUM
CUM
TRIBUS OPUSCULIS MEDICIS
EJUSDEM AUCTORIS
IN AMICITIÆ ET ÆSTIMATIONIS SIGNIFICATIONEM
INSCRIBIT ET CONSECRAT

PETRUS VANDER Aa.

*

NOVÆ HUJUS EDITIONIS
PRÆFATIO.
B. LECTOR.

SI nostram hanc Editionem cum illa, quæ *Francofurti* MDC. in *Italia Illustrata* in folio fuit impressa, & ea, quæ *Venetiis* in quarto M. D. LXVI. impensis *Anelli Sanviti* edita, & a *Jo. Fr. Lombardo* ipso denuo recognita, & scholiis non inutilibus locupletata, conferas, facili negotio, nostram multo nitidiorem, accuratiorem, atque auctiorem in lucem prodire, perspicies. Nam Balneis *Ænariarum* pag. 73. perbrevem insulæ istius Descriptionem ex *Scipione Mazzella* præmisimus; quoniam etiam in hoc opusculo sæpius de *Alcadini* & *Eustachii* versibus mentio fit, non incongruum arbitrati sumus eorum Virorum Vitas ab eodemmet *Mazzella* conscriptas, hic apponere. Deinde quoque, licet opus hoc & testimonia virorum insignium Editionibus prædictis jam addita ex se ad stabiliendam *Joannis Francisci Lombardi* omnigenam eruditionem, sufficientia essent, non injucundum putavimus adhuc alia singularis Eruditionis virorum testimonia in medium afferre, quæ tanti hominis, tamque de hac re benemeriti, laudes, & Balneorum nostrorum securitatem, salubritatemque ultro confirmant; Ex his fuit *Pyrrhus Antonius Cephalæus Nuscanus*, cujus epistolam magni sane leporis, qua lectorem hortatur, maximum operæ pretium facturum, si *Lombardi* perlegisset Synopsin, in Elogium auctoris addidimus. Deinde quoque Vitam ac Virtutes *Jo. Fr. Lombardi* a *Scipione Mazzella* erudito alioquin Viro sequenti elogio decoratas adjecimus. Porro quoque Epistolam *Jo. Francisc. Lombardi* Dedicatoriam ad *Mariam Aragoniæ* Principem priori Editioni præfixam, & in posteriori iterum omissam, nostræ rursus præmisimus. Tandem & postremo paginas Editionis *Lombardi* posterioris, *Venetiis*, ut in initio commemoravimus, excusæ, in margine nostræ subjecimus, ut, si forte paginæ Editionis jamjam dictæ aliis in libris invenirentur citatæ, evolutioni subveniremus. Interim tamen te, Benevole Lector, monere debuimus, quamvis librariorum incuria numeri a pagina octava ad decimam septimam usque sint præteriti, nihil tamen esse omissum. Hanc nostram diligentiam & studium ut æqui bonique consulas, hilarique fronte accipias, optamus. Cæterum vale, faveque.

SERENISSIMÆ HEROINÆ
MARIÆ
Aragoniæ Principi
JOANNES FRANCISCUS LOMBARDUS.

CUM ob mortalium salutem è tenebris hoc de Puteolanis *non vulgare Opus (quicunque fuerit author) eruere statuerem. Quo gratius esset cunctis hominibus, tuo Numini nuncupare placuit, MARIA* Aragonia *euphoniæ causa, revera* Arogonia, *omnibus utilis, salutaris omnibus. Ex invictissimis* Gothorum *Regibus genus ducens, invictissimi Ducis conjux, Filii Parenti similis Mater, egregie de Te ipsa triumphans, omnium denique Virtutum exemplar. Quis te non reverebitur, & colet, hostemque metuens non imploret? Veneror ego, ut possum, hoc munusculo, non secus ac vetustissimi solebant Deos, aris Agna imposita, aut oblatis Primitiis. Fero quam possum opem Vitæ tuæ, alioqui æternitate dignissimæ, quæ earum Aquarum præsidio quotannis impendentes morbos arcet, conflictantes eliminat, ac abolet. Tuoque Nomine omnibus (ni fallor) proderimus. Qui qualemcunque utilitatem sentient, & acceptam referant, cujus amplitudo, ac splendor ad hunc laborem me suscipiendum impulit.*

Jo. Fr. Lombardus.


JOANNIS FRANCISCI LOMBARDI

REVERENDISSIMO DOMINO
D. JOANNI TRIVISANO

Patriarchæ Venetiarum, & Pastori vigilantissimo,

JOANNES FRANCISCUS LOMBARDUS

S. D.



UM superioribus annis (Reverend. Antistes) ob mortalium salutem non vulgare opus de Balneis *Puteolanis* eruissem; quo gratius esset cunctis hominibus, privatim vero patriæ meæ civibus, illud sub clypeo Illustrissimæ D. *Mariæ Arægoniæ*, ornatissimæ Heroinæ, libenter edidi. Verum ubi in præsentiarum *Anelli Sanviti* amici mei opera (Juvenis sane non minus pii, quam eruditi, & de literis optime meriti) libellus hic ad inclytam *Venetiarum* urbem, cui sollicite præes, iterum Chalcographiæ typis cudendus transmittatur: statui jure optimo illum tibi viro integerrimo, omniumque virtutum exemplari ex animo nuncupare. Satis etenim mihi explorata erat animi tui virtus, ac syncera pietas *Tridenti*, quum œcumenica Synodus, authoritate, καὶ τῇ παρουσίᾳ Sanctiss. D. N. *Pii IV.* Pontificis Maximi coacta celebraretur. Cui sacro cœtui velut alter *Hercules* Fidei orthodoxæ strenuus athleta, & Sanctæ sedis Apostolicæ cum Sapientissimis collegis tuis, nimirum *Hierosolymitano* & *Aquilejensi*, (absit vero reverentia) tot exantlatis laboribus, & vigiliis acerrimus propugnator intereras. Veneror itaque dignitatem, probitatemque tuam, religiosissime Præsul, cum evangelica vidua, ut possum, hoc munusculo. Quod veluti quoddam pignus, ac memoriale meæ in tuam amplitudinem observantiæ accipere dignetur D. V. Reverend. Quam in Domino diu, & feliciter bene valere nimis opto. Ex dulci Parthenope in solenni Nativitate Deiparæ nostræ. M D LXV.

JO. FRANC. BRANCALEO

MEDICUS

AD LECTORES.



Ortales gaudete, obliteratam, ac emortuam fere, sive (ut vulgus clamitat) Medicorum quorundam perfidia, sive Temporis omnia absumentis injuria, salutarem illam Balneorum apud Puteolos *vim, in vitam revocat non minus pius, quam doctus, & in eruendis, excutiendisque veterum monimentis diligens* Joan. Franciscus Lombardus. *Is enim post utriusque linguæ absolutam cognitionem, disciplinarum orbe, quam* τὴν Εγκυκλοπαιδίαν *vocant, lustrato nihil aliud interdiu, noctuque studet, quam lingua, gestu, manu, illud exprimere,* ὁ ἄνθρωπος τοῦ ἀνθρώπου δαιμόνιον, *Homo hominis deus,* Juppiter *est juvare mortales. Quem scopum nullo certe alio jactu attingere commodius hoc seculo poterat. Quo neglectis tot Naturæ muneribus in quolibet morbo* πρὸς τὰ φάρμακα *confugiunt Medici; quæ à veneni natura non admodum recedunt. Jam fama percrebruit earum Aquarum tantam fuisse virtutem, ut nullum olim esset tam deploratum morbi genus, quin earum usu celeriter & jucunde curaretur. Nec equidem reor veteres* Romanos, *alioqui gravissimos ac prudentissimos homines solius voluptatis causa quotannis ad eas migrare solitos, sed potius sanitatis. Quam ad conservandam Rempublicam non minus necessariam noverant, quam filiorum propagationem. Verum quanta sit Aquarum potentia serio exprimere angustus hic circus non patitur. satis meminere* Thales, Homerus, Pindarus, *& ex nostris* Ovidius, *atque hic, quicunque fuerit hujus commentarii author. Qui quam bene bona scripserit, quotidiano periculo ad tribunal sensus cernere licet. Vestra interest paria facere, & in hujusmodi honestissimo certamine eniti pro vestra virili non succumbere. Neapoli.*

Kalend. Febr. M D LIX.

JO. FRANCISCI LOMBARDI
Neapolitani,
ELOGIUM
EX SCIPIONE MAZZELLA.

FRANCISCUS *Lombardus Neapoli* ex honeſtis quidem parentibus ortus cum animum *Græcis*, *Latiniſ*que literis, humanioribuſque præceptis imbuerit, philoſophiæ, ac medicinæ adeo exquiſitam navavit operam, ut & diligentia, & ingenii acumine εἰς τὸ ἄκρον, ut ajunt ſtudiorum, earumque diſciplinarum deveniret, & facile omnes antecellens primas in diſputationibus haberet. Ut ſuis tandem, & conſanguineis, & amicis morem gereret (eo ſane ingenio prædictus erat) ſe doctoratus inſignibus magna cum omnium admiratione exornavit. Cum vero optime perſpexerit præſtare, animabus mederi quam corporibus, ſe ſacræ Theologiæ ſtudiis dedidit, ac brevi ſingulari ſapientia vir evaſit: cumque ad tantum dignitatis gradum aſcenderet, poſthabita rerum humanarum cura, divinarum amore vere, vehementerque flagrare cœpit, ſeque ſacerdotio inſignivit. Ob vitæ vero integritatem, ſummamque doctrinam *Seripandi* Cardinalis ampliſſimi, doctiſſimique benevolentiam comparavit, eique valde charus fuit, magniſque pollicitationibus ad eum ſe contulit, moxque *Neapolitani* Archiepiſcopatus Canonicus creatus eſt. Cum eo poſtea ad *Tridentinum* Concilium, in quo non mediocres laudes conſequutus eſt, ſe recepit. Reverſus autem *Neapolim* tantus Cardinalis morbo correptus diem obiit, & *Franciſcum* maximo affectum dolore reliquit. Hic vero vix lacrymis parens (tanta eſt mutuæ benevolentiæ vis) manſuetioribus muſis operam dedit, multoſque annos iis invigilans ſtudiis exegit. Scripſit doctiſſime complura opera, quæ *F. Angelus Rocca* in ſua Bibliotheca annotavit, interque ea *de Balneis Puteolanis* opus aureum, Commentariis proſequutus veterem librum, qui forte in manus inciderit, ἀδέσποτον de Balneis *Puteolanis*, illuſtravitque ſcholiis: lepidiſſimiſque epigrammatis, *Alcadinum*, & *Euſtachium* imitatus conſperſit. Vivat ſæcula vir hic celeberrimus, ſaneque quam doctrinæ, vitæque ſpeculum, & exemplum, Chriſtianæ fidei inconcuſſum propugnaculum, acerrimumque pravitatis hæreticæ flagellum, eumque Deus Opt. Max. ad eccelſum dignitatis gradum evehat, fortunet, atque beet.

PYRRHI ANTONII CEPHALÆI
Nuſcani,
Epiſtola in Synopſin
JOANNIS FRANCISCI LOMBARDI.

HUMANO generi pietas, quam Τὴν Εὐσέβειαν Græci *compto nomine dicunt (humane Lector) mirificam undique gratiam affert, Vitæque æternæ præter reliqua, firmiſſimam ſpem pollicetur. Hæc ſi quidem (ut ad* Ciceronis *verba me proripiam) eſt virtutum omnium cultrix, vitiorum expultrix, & perturbationum animi* (Græci τὰ πάθη *vocant) moderatrix & qua tandem non amplexa, nemo unquam Deo Opt. Max. placere poteſt. Hujus Pietatis cultores, ex animo, nos eſſe decet. Si vera bona agnoſcere, agnitaque poſſidere cupimus. Hæc meum* Franciſcum *Philoſophiæ, ac Medicæ facultatis peritiſſimum ſingulariter impulit, ut* Puteolanorum Balneorum *facultates ab Antiquis mirum in modum celebratas, nunc in publicam omnium utilitatem hilari fronte porrigeret. Invigilavit, ſudavitque plurimum (ſciens loquor) ut Thermas iſtas nonnullis Scholiis illuſtraret: ne fœditas vultus omnes ab earum amore deterreret. Pulchritudinem enim omnes amamus, colimus, veneramur. Turpitudinem vero quis non abominetur, deteſteturve? Lege itaque jucundo animo mei* Franciſci *lucubrationes, & venuſtiſſimæ* Εὐχαριςίας *memoriam habens, ipſum in Domino bene valere ores.*

FRANCISCI BALISTERII

Siculi Zanclæi Asclepiadæum.

ΨΥΧΑ'Ν, σῶμα τὸ καὶ τημελετεῖν θέλων
Ενθεῦθεν παρέοντ' ἄκεα ζητέη.
Τὸν νῦν θερμανεῖ ἂρ συννοέων τέλος
Τῶν θερμῶν φύσιν; ἧς σώματος ἴασιν
Ευρήσει προθύμως ἔργον ἔνεστι γὰρ
Θαυμαστὸν μὲν. ὅπερ δῶ κόπος εὐφυὴς
Λομβάρδου, σοφίης παιδὸς ἑκατέρης,
Πᾶς τις γοῦν βιβλίον τοῦτ' ἐπιλαβέτω.

JOAN. BAPTISTAE LOMBARDI

Siculi Medici Octastichon.

Ut Medici nequeant, velut est de more medentum,
Naturæ posthac vendere, ut ante, bona.
Charius argento, & fulvo quoq; charius auro,
Queis bibuli Medici, Tantalus ut, sitiunt.
Munere Aragoniæ curatum, & flamine divæ.
Est Mariæ, in cunctos pro bonitate sua.
Ergo emat, & minimo precio, relegatque libellum
Istum terque, quater, nec semel. (ex animo
Seposito livore procul, linguaque veneno
Suffusa, invidiæ quicquid & ora rigat.)
Commoda Naturæ, genium, dotesque, medullas,
Tempore nec longo, noscere quisquis amat.

JOAN. BAPTISTA ARCUCCIUS

Philos. & Theol. Neapol.

Ornabat olim tua virenti Delius
Francisce myrto tempora.
Nam te puellæ laverant Libethrides
Liquore fontis Pegasi
At nunc opis repertor idem laurea
Ornabit hoc tuum caput.
Dum, quæ latebant temporis caligine
Micantiori lumine
Profers in auras candicantis ætheris,
Hæc tam venusta Balnea.
Quæ membra, quæque corpus omne languidum
Suapte confirmant ope.
Quæ jam Salerni non pavebunt amplius
Timore pulso pectora.
Nec quicquid orbem territat, nec omnia
Jovis trisulca fulmina.
Nunc ergo odorum vitrea ex urna caput
Pontanus efferet meus.
Cantavit ille Balneas inter suas
Plectro decorus aureo.

JOAN. HIERONYMI CORDI

Medici Neapol. Tetrastichon.

Bajarum thermas celebres per secula lector,
Atque dicarchæi balnea sume sinus.
Quæ tibi summa mei Francisci cura dat, istis
Utere, elatum pone supercilium.

DONATI VIRIDIS ROSAE

Montellani Tetrastichon.

Si loca Cumarum, si Balnea prisca Dicarchi,
Lucrinique cupis noscere forte lacus.
Francisci hunc hilari lector lege fronte libellum,
Quem nunc ex Orci faucibus eripuit.

P. ANTONII CEPHALÆI

Nuscani ἐνδεκασύλλαβον.

Thermarum cupias amice lector
Vires noscere forte si Dicarchi,
Bajanique sinus aquas tepentes,
Fere incredibilem dabant salutem
Quæ ægrotis, posito furore Momi,
Francisci Scholia hæc legas diserti.

ALCADINI
VITA
Ex
SCIPIONE MAZZELLA.

ALCADINUS *filius* Garsini Syracusani *missus* Salernum *studiorum causa, ob ingenii præstantiam brevi, admodum tempore tantum profecit in philosophia, ac medicina; ut publice in eadem urbe summa cum laude has scientias profiteretur, unde tantum nominis sibi comparavit, & tam celebris medicus evasit, ut quilibet ex principibus viris illum apud se habere maxime cuperet.* Henricus Sextus *in* Neapolitanum *Regnum veniens, morboque oppressus, & ab* Alcadino *curatus in pristinam sanitatem est restitutus, hanc ob causam fuit apud Imperatorem magni nominis* Alcadinus, *multis opibus & muneribus auctus: mortuo* Henrico *dedit operam* Federico Secundo Henrici *filio cujus rogatu scripsit de* Balneis Puteolanis, *idque metro, ut magis oblectaret Imperatorem lectione carminis, cum poësi* Federicus *admodum delectaretur, uniuscujusque balnei vires duodecim versibus celebravit, imitatus* Democratem, Philonem, Nicandrum, Quintum Serenum, Andromachum, *& alios, qui rem medicinam metro complexi fuere, ut refert Galenus* lib. de Ther. *&* lib. I. *&* v. de composit. *Floruit nobilissimus hic medicus, ac poëta anno Christi* 1191. *excessit annos natus quinquaginta duos.*

EU-

EUSTACHII
Elogium
EX SCIPIONE MAZZELLA.

EUSTACHIUS, sive *Eustasius Materanus* floruit anno Domini 1285. Regnante *Neap. Carolo Secundo*, cum esset medicus scripsit & ipse de Balneis, eorumque virtute carmine incompto & languido, ut facile quivis judicare potest, in medica tamen facultate fuit celebris, & multi nominis, scripsit admodum docte & facili methodo de natura & temperie hominis.

AUGUSTINUS TYFERNUS
SIGISMUNDO MAIR S. D.

NUPER Sigismunde *quum* Puteolis *essem, atque ea quæ ad* Puteolos, Bajas, *& circa* Avernum, Lucrinum*que lacum antiquitatis vestigia cernuntur, mirarer, rogaveram socium itineris mei senem quendam* Puteolanum, *nunquid nomina eorum locorum, quos coram contemplabamur, scripta invenirentur? Dicebat extare quoddam Opusculum de mirabilibus* Puteolanis, *quod contineret, non solum locorum* Puteolis *circumjacentium nomina, sed Balneorum etiam vires, ac naturam, nescire autem se ubi id inveniri posset, quod nunc anni* XXX *& amplius præteriissent, quod æreis literis impressum fuerat. Cogitavi mox ego* Neapoli *in tanta hominum frequentia me illud dubio procul habere posse. Itaque cum* Neapolim *rediissem, diu istud quæsitum Opusculum, tandem vix ad manus meas pervenit. Quod ipsum quidem quum legendo percurrissem, è vestigio Domino meo Reverendissimo* D. Christophoro *Episcopo* Lubaniensi, *ut est antiquitatis egregius admirator; deinde etiam* D. Lucæ de Renadis *Præposito* Xant. *Cæsareis Oratoribus apud Regem Catholicum, legendum exhibui. Quorum utrunque quum ejusdem libelli exemplar habendi miro desiderio teneri viderem, (continet enim res varias, stupendas, admodumque delectabiles) volens non ipsis solum, sed toti Reipublicæ & potissimum* Germanis *nostris gratificari, qui uni omnium inter cæteras nationes (pace earum) semper talium rerum curiosissimi fuere. Te ipsum ad id imprimendum potissimum delegi, quod imprimendi diligentia, & characterum luculentissima forma cæteros tui artificii viros longe post te relinquere mihi videris. Siquidem nisi* Cantalicius *Episcopus* Pennen. *deinde* P. Summontius Neapolitanus *tuam diligentem operam novissent, non hic* Pontani *libros, neque ille opus illud suum poëticum de his recepta* Parthenope *tibi commisissent. Quare id Opusculum tumultuaria quadam lectione revisum ad te misi: hortatus, ut istud quamprimum poteris officinæ tuæ isti ornatissimæ mandes, desque operam, ut Exemplar in plureis formas, typosve transsumptum, paucos hinc post dies habeatur. accingimur enim ad discessum,* Romam *petituri. Addidi quædam, & ea non pauca, quæ legentibus judicavi non injucunda futura. Vale. Anno salutis MDVII. kal. Jun. Regnante* Ferdinando Aragonæo.

AD
*PIUM
PONTIFICEM MAX.
†FRANCISCUS ARETINUS.

EVOLVENTI mihi quædam librorum volumina (*Pie* Pontifex Maxime) & animi laxandi gratia codices illos perquirenti, reperi hoc opusculum *Puteol.* regionum, admirabilium profecto virtutum, quas in Aquis implicitas, ac latentes Sanctitas tua legendo plane inspicere poterit. Illas enim tuæ sapientiæ dicandas putavi, quod te sentiam tanta jucunditate, lætitia, ac summa restaurandi naturam voluptate his in Balneis delectari.

Pu-

JO. FRANCISCI LOMBARDI ΣΧΟΛΙΟΝ.

Pius Papa. *Pium] Pontifex is Ecclesiam catholicam rexit (ut liquet ex Chronographia) Anno redemptionis M. CCCCLVIII.

†*Franciscus*] scripsit hic author opus *de Balneis Puteolanis*: ut fertur, quod ego non legi. Scripsit etiam Pogius Florentinus *in epistola ad Leonardum Aretinum*. Franc. Aret.

Puteolos enimvero petere, si tuam aliquando sanctitatem non tæderet, ob eorum singularem aëris temperiem, & salubres aquarum vires, maxima temporum diuturnitate morari, & illic degere nunquam defatigari crederem. Verum quod potui ex industria (Beatissime Pater) inter cæteras proprietates, quæ à compluribus hujus sæculi celebrantur, nullæ veriores Aquarum istarum sententiæ, quam mihi ex præsentia visæ sunt. Sed cum ea probare attingam, quæ in libello continentur, ad Philosophorum ingenia potius spectare videntur. Nollem à malevolis, qui sese odio, vel invidia movere solent, maledicentia & eorum loquacitate comprimi: quoniam talem assumpserim provinciam, & aliena me contra omne officium arma sumpsisse profiterentur, huic ratus maledicentiæ respondere. Materies quidem ipsa philosophica, & de summa Philosophorum parte primum est desumpta, hominem postulat, qui mature ocio fruatur, & literis quam diligentissime operam det, longeque absit ab illuvie τῆς δυσυχοῦς πενίας, ac gravi rerum familiarium cura: & non philosophicæ artis solum, verum etiam uniuscujusque peritiæ. Quæ si commendare quis saltem conetur quæ non intelligit, videatur verborum solummodo ut puer, sequi potestates, raro ipsa sensa, is interdum solet plurimum aberrare. Quod cum animo volverim quam honesta res esset, quam universæ Reipublicæ inventio fortis, & utilis, quam tibi grata, fretus etiam spe tuæ Beatitudinis non parva: ex qua virtutum & optimarum artium imitatores miris laudibus, ac præmiis extolli solent. Suscepi rem ea conditione, ut tandem in publicum prodeat, tuo sane pio nomini dedicatum, siquid in eo opere Sanctitati Tuæ gratum inveneris, atque utile, Inventori primum, atque auctori gratias agas, & habeas. Si libitum fuerit, illo jamdudum absente mihi referas. Quod autem reprehensibile in eo esse perspexeris, infirmæ, ac fallaci mortalium omnium experientiæ depures. Cum enim in eo titulum Authoris non invenerim, nec à quo, neque ubi liber editus sit, ad tuam Beatitudinem Opus dicare volui. Vale.

BALNEANDORUM CANONES,

Authore eodem

FRANC. ARETINO.

1 Nunquam ad Balnea venias, nisi purgatus. Et cum ad ea veneris, dimitte turbationes, animique curas, operantur enim per alacritatem, sicut artifex per instrumentum.

2 Non intres Baln. nisi celebrata concoctione.

3 Non comedas, nec bibas in aquis ante, vel post, nisi refrigeratus: ne attrahatur indigestum, & fiat obstructio.

4 Comede in Baln. boni succi cibos, & ægritudini tuæ aptos, ne dum malos humores evacuas, pejores gignas.

5 Dum in Baln. degis, cave à frigoribus & ventis.

6 Vino bene lymphato utere, ut sitim tollas.

7 Semel tantum Balneo utere in die, ne nimia evacuatio te debilitet.

8 Sic ingrediaris aquas, ut tegantur humeri. nisi vulnus, aut plaga prohibeant.

9 In aquis Cantarelli, nec non solis & lunæ plagas immerge.

10 Per id tempus in aquis morare, quod incipias sudare in fronte: vel quantum sine fastidio illic jacere delectat.

11 Egressus aquas, illico te linteamine involvas, & composito prius cubili bene coopertus recubes. Sustine in lecto sudorem, & somnum, si adsit.

12 Ubi sudaveris per interstitia, paulatimque vestimenta depone & sudorem deterge.

13 Domum revertere bene vestitus, & rursum quiescas. Sed interim à sudore abstineas.

14 Baln. varietate ne delecteris: unum è multis elige, quo utaris.

15 Cursum Baln. tui sic dirigas, ut aqua in Mare semper defluat. alioquin regulariter erit frigida.

16 Cum Baln. uti velis, ejice primum, si potes, universam aquam, ut nova, & recenter nata utaris.

17 Balnea, sicut alia remedia, tempore operantur. ideo si non statim curaberis, ne desperes, quin alacriter prosequere.

18 Baln. juvamina processu temporis magis experieris, si Deus voluerit.

SCHOLIA.

Canones] Hippocrates omnium bonorum, & salutarium præceptorum author 3. περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων *tex*. 55. præcipit Baln. debere fieri ante cibi assumptionem. quodque in eis nihil edere, aut bibere opus sit. Hanc sententiam secutus est Princeps Avic. III. *primi doc*. 2. & si aliter dicat Alex. Trall. *lib*. XII. *cap*. 7.

Cl. Galenus in commentario III. *de rat. vic. in acutis cap*. 1. dicit, ægrotanti quies idonea est, ut corpus in Baln. laxius, molliusque reddatur. Idem 1. *de san. tuen. tex*. 48. & *lib. de Maras. cap*. 10. præcipit, ut nullus sive sanus, sive æger sit, confestim à cibi, vel potus sumptione se abluat. Quin in IV. *simpl. med. fac. cap*. 8. consulit in Baln. non esse diu immorandum, etenim substantiam nostram dissolvunt, animi deliquia, & quandoque mortem afferunt. Sed & in *comment*. VII. *sect. aphoris*. 46. stante plethorica dispositione Baln. fieri prohibet. Oribasius vero Sardianus *lib*. X. *cap*. 3. ad Julianum Cæsarem & primo συνόψεως ad filium de *Baln. cap*. 29. sic sentit. Aquis natura prodeuntibus uti debemus firmis, & quietis: vapor enim ab ipsis commotis emergens, cum gravis sit, & feriens, capiti molestus est: unde sensim ingrediendum est in aquas, ut vis corpori laxato accedens imprimatur. Verum Paulus Ægineta *lib*. 1. *cap*. 52. sic ait, Thermarum naturalium quædam sunt nitrosæ, quædam salsuginosæ, quædam aluminosæ &c. quæ virtute arefaciendi & calefaciendi præditæ sunt. frigidis enim & humi-

midis naturis conveniunt. Nitrosæ & salsugineæ capiti, thoraci, destillationibus, hydropicis, stomachoque humecto conducunt. Aluminosæ sanguinis excretionibus, vomitui, & abortui opitulantur. Sulphureæ nervos emolliunt, fatigationes sedant, stomachumque subvertunt. Bituminosæ caput replent. Quæ vero æs sapiunt, os, tonsillas, oculosque adjuvant. & quæ ferrum referunt, sunt stomacho, & lieni accommodæ. Aëtius in primo suæ *tetrabibl. Ser.* III. *cap.* 167. adstruit Baln. humidis, frigidisque naturis conferre, nec non morbis chronicis, ut sunt arthritides, podagræ, paralysis, nephritides, & fluida ulcera. & si idem author *lib.* XV. *cap.* 3. consulat, ut à medicatis aquis abstineamus.

Atqui Rhazes (ut Arabas non omittam) *lib.* IV. *cap.* 23. *ad Mansorem* Baln. impuris, cacochymisque corporibus obesse refert. Sed Haly 3 abbas *lib.* V. *cap.* 13. suæ theor. Baln. debere fieri post exercitium suadet. Denique Thurisanus (qui & plus quam commentator) *lib.* III. *tex.* 81. τῆς τέχνης ἰατρικῆς hos canones recenset, quos sub brevitate transcripsi. Oportet, inquit, ne exercitatus ad Baln. pergat, antequam quiescat. Non post cibum, ne fiat obstructio. In pavimentum aqua effundatur, ut fiat aër vaporosus, provocetque sudorem. Post exitum è Baln. se vestibus cooperiat, caputque tegat, ne in coryzas, & catarrhos incidat. Caveat in Baln. bibere quæ actu sunt frigida: quia frigiditas festinans ad membra primatum obtinentia, eorum facultates destruit. Nec actu nimis calidum bibat, periculum enim est de phthisi, & febre hectica, ut author est Avicennas ubi supra.

De his Canonibus lege plenius epitomen Jo. Antonii Sicci ex Hip. & Gal. doctrina. Taceo quæ de sacra antiquitate balneorum scribit Aristoteles in problem. *Sect.* 24. quæque Corn. Celsus *lib.* II. *cap.* 16. & Actuarius III. & VII. *methodi.* Prætereo lubens quæ scripta sunt à Frid. Nausea in *epist. de Baln.* Aponi, Petro de Tussignano *de baln. Burm.* Jo. de Dondis *de baln. Patavinis*, & Bendim. *de baln. Lucen.* cum in magno Balneorum volumine copiose tractata sint. nostra siquidem intentio in hoc libello est, scriptorum Flores, more Apum, carpere. [Isocr. ad demon.]

[Baln. etym.] Num. I. *Nunquam ad Balnea*] Balnei etymus est ἀπὸ τοῦ ἀποβάλλειν τὰς ἀνίας, quia curas repellunt. Sic interpretatur Cœl. Rhodig. XVI. *lect. ant. cap.* 44. ex B. Aug. *lib.* IX. *confess. cap.* 12. dicitur quoque ἀπὸ τῶν βαλάνων, quia mos veterum fuit glandium cortices cum edebant urere. sic enim ait Suidas, βαλανεῖον ἐκλήθη, διότι τὰς βαλάνους ἐσθιόντες τὰ κελύφη ἔκαιον. *Nisi purgatus*] id præscribitur juxta Canonem Topicorum remediorum, cujus meminit Galen. IV. *Metho. Therapeu.* III. *de loc. aff.* in sextum τῶν ἐπιδημιῶν, & alibi sæpius. lege quæ P. Aponen. in *Concil. differ.* 128. & 173.

Num. 3. *Non comedas*] quæ infra *cap.* 22. [Boreas.]

Num. 5. *Dum in Balneis*] quæ infra *cap.* 22. & *de aspectu Baln.* ad Boream &c. lege Const. Cæs. II. *de Agricultura. cap.* 3.

Num. 9. *In aquis*] infra *cap.* 19. & 42.

Num. 10. *Sine fastidio*] Plinius Veron. *lib.* XXXI. *hist. nat. cap.* 9. refert sal, cum sub lingua tenetur, facere, ut convalescentes æstum baln. leviter ferant. [Sal.]

Num. 14. *Elige*] juxta illud ingeniosi Poëtæ.
Elige, cui dicas, tu mihi sola places.

Num. 17. *Balnea*] infra *cap.* 40. & obiter nota ex Gal. *lib. de caus. procatar.* Menandrum quendam statim evasisse sanum ab usu Balnei. *Ne desperes*] juxta illud Mantuani, Homeri. *Tu ne cede malis.* & iterum, *Audentes fortuna juvat.* notum siquidem est illud Tibulli, *spes alit agricolas.* & quod Apost. noster docet in *priore epist. ad Corinth. cap.* 10. ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾶν. [Menan.]

Num. 18. *Si Deus voluerit*] Docet hunc modum loquendi B. Paulus ubi supra, & in *epist. ad Rom* & B. Jacobus in sua canonica. edocti ab Episcopo animarum nostrarum, & Apostolo confessionis nostræ Christo, qui Apostolos, suosque fideles quotidie sic orare docuit. γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Adde quod sacri Theol. in *comment.* IV. *libri senten.* P. Lombar. *dist.* 23. & sacri concil. Trid. (quod feliciſſime Dei gratia sub Pio IV. Pont. Max. ab- 4 solutum est) in sess. XIV. *de extrem. unct. cap.* 2. docent sanctum Sacramentum unctionis extremæ (quod à Christo Domino apud Marcum insinuatum, *Marc.* 6. & institutum, per Jacobum 5. autem fidelibus promulgatum est) non solum gratiam Spiritus Sancti, quæ est res sacramenti, præstare, quo tentationibus Dæmonis calcaneo insidiantis, facilius resistatur: Sed interdum corporis sanitatem, ubi saluti animæ expedierit.

INDEX AUCTORUM,

Quorum testimoniis tam auctor, quam Scholiastes usi sunt.

AUCTORES ECCLESIASTICI.

Adonis martyrologium.
Albertus Magnus.
Alfonsus à castro.
S. Ambrosius.
Antonius Alexius Neapolitanus.
Antonius Berardesca Nolanus.
Antonius Sancto-felicius Neapolitanus.
Antonius Solerius.
Arnoldus Carnot.
S. Athanasius.
S. Augustinus.
S. Basilius.
Bartol. Carrauza.
Beda.
S. Bernardus.
Bernardinus Mandella.
Bernardinus Scardeonius.
Bibliorum libri sacri.
Bunderius Gandaviensis.
Cajetanus Cardinalis.
S. Chrysostomus.
S. Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Concilium Avernense.
Concilium Carthaginense primum.
Concilium Romanum sub Hilario.
Concilium Romanum sub Sylvestro.
Concilium Romanum sub Symmacho.
Concilium Triburiense.
Concilium Tridentinum.
S. Cyprianus.
Cyrillus Hierosolymitanus.
Cyrillus Alexandrinus.
Damascenus.
Decreta, & Decretalia.
S. Dionysius Areopagita.
Dionysius Carthusianus.
Eckius.
Egesippus.
Epiphanius.
Eusebius Cæsariensis.
Eutymius.
Franciscus Titelmanus.
Fridericus Nausea.
Gabriël Puterbius.
Galatinus.
Gelasius Pontifex.
Glossa ordinaria.
S. Gregorius Papa.

INDEX AUTHORUM.

S. Gregorius Nazianzenus.
S. Hieronymus.
Hilarius.
Hipppolytus martyr.
Historia tripertita.
Honorius III. Pontifex.
Hymni ecclesiastici.
Innocentius III. Pontifex.
Joannes Antonius Delphinus.
Joan. Bapt. Mantuanus.
Joannes Diaconus.
Joannes Hierosolymitan.
Joan. Hentenius Mechlinus.
Joannes Tritthemius.
Josephus.
Ireneus.
Isidorus Episcopus.
Julianus Episcopus.
Juvencus Hispanus.
Juo Carnot.
Lactantius.
Laurentius Fulginas.
Legendæ sanctorum.
Lippomanus Episcopus Veronensis.
Liturgicon Ecclesiastic.
Lyranus.
Martyrologium ecclesiasticum.
Oecumenus.
Origenes.
Paulus Orosius.
Petrus Lombardus Magister sententiarum.
Petrus Comestor Magister historiarum.
Philo Judæus.
Primasius Episcopus Uticensis.
Proba Falconia Romana.
Sigebertus.
Strabus.
Symmachus Pontifex.
Tertullianus.
Theodoritus Episcopus.
Theologi Scholastici.
S. Thomas Aquinas.

AUCTORES PROFANI.

Accursius.
Acron.
Actuarius Medicus.
Aëtius Medicus.
Agatius.
Alcadinus Siculus.
Aldus Manutius senior.
Alexander Aphrodis.
Alexander Trallianus.
Amatus Lusitanus.
Andernacus.
Andromachus.
Andreas Alciatus.
Andreas Tiraquellus.
Antipater.
Antonini itinerarium.
Antonetus Capimatius Puteolanus.
Anton. Campanus.
Anton. Fumanellus.
Antonius Nebrissensis.
Antonius Panormita.
Aönius Palearius.
Apulejus.
Appianus Alexandrinus.
Aristophanes.
Aristoteles.
Asconius Pedianus.
Avicenna
Ausonius Gallus.
Bartol. Maran.
Barthol. Taurinensis.
Bembus Cardinalis.
Bendinus.
Benedictus Falcus.
Benvenutus.
Beroaldus.
Berosus chald.
Bessarion Cardinalis.
Blondus.
Boccacius Geneal. deorum.
Boëthus.
Bonfinis.
Brasavolus Ferrariensis.
Catullus Veronensis.
Cœlius Rhodiginus.
Cæsar Imperator.
Censorinus.
Chalderinus.
Chronica.
Christophorus de honestis.
Christophorus Vega.
Chrysippus.
Cicero.
Claudius Galenus.
Claudianus.
Codex Venetus de balneis & manuscrip. S. Severini.
Columella.
Conradus Heresbac.
Constantinus Cæsar.
Cornelius Celsus.
Cornelius Nepos.
Crinitus.
Damocrates Medicus.
Democritus.
Dion.
Diodorus.
Dioscorides.
Dionysius Halicarnassæus.
Donatus.
Don Anton. Altimarus Neapolitanus.
Epigramma Græcum.
Etymolog. Græcum.
Eustasius de Matera.
Fenestella.
Ficinus.
Florus.
Franciottus.
Franciscus Ant. Cattus.
Franciscus Aretinus.
Franciscus Brancaleo Neapolitanus.
Franciscus Petrarcha.
Franciscus Puteolanus.
Franciscus Sylvius.
Gabriel Humel.
Gaspar Barrerius Lusitanus.
Gaudentius Merula.
Gaza.
Gellius.
Georgius de Turchis.
Glossa flori.
Gratius poëta.
Gyral. Ferrariensis.
Haly Abbas.
Hermolaus Barbar. Venetus.
Herodianus.
Herodotus.
Hieronymus Borg. Neapolitanus.
Hieronymus Fracastorius Veronensis.
Hieronymus Gambucinus.
Hippocrates.
Homerus.
Horatius.
Jabolenus jureconsultus.
Jacobus Gæpylus.
Jacobus Perfectus.
Jacobus Sylvius.
Joan. Ant. Siccus.
Joan. Bapt. Confalonerius.
Joan. Bapt. Egnatius.
Joan. Bapt. Pius Bonon.
Joan. Bapt. Rasarius.
Joan. Bernardinus Longus Neapolitanus.
Joan. de Dondis.
Joan. Elysius Neapolit.
Joan. Fornelius.
Joan. Tagautius.
Joan. Villanus.
Isocrates.
Justinus.
Juvenalis.
Laertius.
Lazarus Bayff.
Leander ord. præd.
Leges civiles.
Leo Roganus Cajetanus.
Leonicenus Vincentinus.
Leonicus Tomæus.
Livius.
Lucanus.
Lucretius.
Lucas Gauricus.
Macer.
Macrobius.
Manardus Ferrariensis.
Manilius.
Marcellus Medic.
M. Ant. Falco.
M. Varro.
Matth. de Plantimone.
Mela.
Mengus Faventinus.
Merula.
Nicander.
Nicol. Myrepsus.
Nyphus Suessanus.
Oribasius.
Orus Apollo.
Ovidius.
Palladius.
Pandarus.
Pandectarius Med.
Pandol. Collenutius.
Parrhasius Calaber.
Paulus Ægineta.
Paulus Jovius.
Pausanias.
Petrus Aponus Concil.
Petrus Bellonius.
Petrus Haguelonus.
Petrus Jacob. Tolen.
Petronius Arbiter.
Peregrinus Allius.
Perisaulus Tradocius.
Persius.
Philip. Ingrassias Siculus.
Philo med.
Philop., seu Jo. Grammat.
Philostratus.
Philotheus med.
Pindarus.
Plato.
Plinius secundus.
Plinius junior.
Plotinus.
Plutarchus.
Pogius de Balneis.
Politianus.
Pomponius Lætus.
Pontanus Neapolitanus.
Propertius.
Ptolemæus.
Q. Curtius.
Q. Calaber.
Quintianus Stoa.
Ravisius, seu Jo. Textor.
Razanus.
Rhazes medicus.
Ruphus Ephesius.
Sabellicus.
Sannazarius Neapolit.
Savanarola medicus.
Scipio Capicius Neapolit.
Scoppa Neapolitanus.
Seneca Philosophus.
Seneca Tragicus.
Serenus.
Servius.
Sibyllarum oracula.
Silius Italicus.
Simeon Sethi.
Simon Genuensis.
Simon Portius Neapolitan.
Simplicius.
Solinus.
Sophocles.
Spartianus.
Statius Neapolitanus.
Stephanus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Symmachus.
Symphorianus Campanens.
Tacitus.
Themistius.
Theophrastus.
Thomas Siculus.
Thurisanus, seu Monachus.
Tibullus.
Valerius Cordus.
Valerius Flaccus.
Valerius Martialis.
Valerius Maximus.
Vassæus.
Vellejus Paterculus.
Virgilius Maro.
Vesalius.
Ugolinus de monte Catino.
Vibius Sequester.
Victruvius.
Ulpianus jureconsultus.
Volaterranus.
Xenophon.
Zenobius Acciajolus.
Zimara.

JOAN-

JOANNIS FRANCISCI LOMBARDI,

Neapolitani,

DE BALNEIS PUTEOLANIS SYNOPSIS.

Caput I.

4 Pausil. mons.



NEapoli *Puteolos* versus Mons est pulcherrimus, *Pausilypus* nomine olim (sicut *Plinius lib.* III. *cap.* 6. tradit) villis habitatus, ad 1000 passus excavatus; planum eadem via *Puteolana* curribus iter præbens. Quis autem id memorabile opus fecerit, ignotum est. Quamvis aliqui dicant *Luculli* opus esse. tamen apud *Senec. lib.* VII. *epist.* 58. ipsius loci factam mentionem legimus, ubi dicit: *Cæromate nos* (Crypta Neap.) *excepit Aphe in Crypta Neapolitana, nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obscurius, quæ nobis præstant, non ut nos per tenebras videamus, sed ut ipsas. Cæterum si locus haberet lucem, pulvis auferret, in aperto quoque res gravis & molesta. Quid illic, ubi in se volutatur, & quum sine ullo spiramento sit inclusus, in ipsos, à quibus incitatus est, recidit.* (Virg. sepulch.) Donatus in *Vergilii expos.* tradit, *ipsum Poëtam sepultum fuisse Neapoli via Puteolana ad secundum lapidem.* quod sepulchrum, circa prædictam Cryptam sæpe quæsitum inveniri non potuit.

SCHOLIA.

Pausil. *Pausilypus*] In hoc monte erat piscatio Cæsaris, quæ continuit piscem vivum per annos LX. cujus meminit Plinius *lib.* IX. De hoc monte Plutar. in Lucullo, Dion in August. *cap.* 53. Pontanus in Eridano, & lyra *epist.* 31. Volater. *lib.* VI. & Jac. Sannazarius noster in piscatoriis *cap.* 6. Sed Pontanus de bello Neap. sic ait; *post* (Palæpolis.) *montem, qui Palæpoli imminet promontorium protenditur in meridiem, quod à delitiis sortitum est nomen Pausilypum:* παῦλα *enim græce, latine quietem sonat,* λύπη *vero tristitiam. hinc Jupiter à Sophocle vocatur Pausilypos. qua ratione Augustus* Suet. II. cap. 98. *vocabat Capreas urbem negocii vacantem* ἀπραγόπολιν, *& Alypias herba ejusdem etymi est apud Dioscoridem.*

Crypta. *Crypta Neap.*] Razzanus testatur tempore suo in ea nulla fuisse foramina: quæ postea jussu Al-

A phonsi Regis Neapolitani facta sunt. quem imitatus est superioribus annis D. Petrus à Toleto: 5. ut recolit præceptor meus D. Philip. Ingrass. *lib. de tumor.* De auctore hujus Cryptæ variæ feruntur opiniones, ut refert F. Zenobius in *orat. de Neapol.* Quidam namque tribuunt hoc opus Lucullo (Lucullus.), quidam Basso (Bassus.). Sed neutrius meminit Livius, neque Plutarchus *de nat. vini.* Atqui Reverend. Paulus Jovius in *vita Pomp. Colum.* quem sequitur F. Leander, & Jacobus Perfectus, authorem putat esse Coccejum (Coccejus.). Meminit hujus cryptæ Blondus *de Ital. cap. de Campania*, & Raph. Volater. *lib.* VI. ubi supra. Pontanus vero, cum scribit bellum Neapolitanum, meminit tam hujus,

B quam alterius, quæ est in montis ad mare prominentia. Sed non ab re erit legere quæ scribit disertissimus F. Petrarcha in *itinerario ad Mediol. inter Phalernum,* ait, *& Mare Mons est saxeus manibus hominum confossus, quod opus insulsum vulgus à Virgilio magicis cantaminibus factum putat. De quo cum olim me Robertus regno clarus, sed ingenio* (Rober. Rex.)*, ac literis præclarus, quid sentirem, multis astantibus percunctatus esset. humanitate regia fretus, jocans nusquam me legisse magicum fuisse Virgilium respondi, quod ille serenissimæ frontis nutu approbans, non illic magici, sed ferri vestigia confessus est.* Sub finem fusci tramitis, ubi primum cœlum videri incipit, in aggere edito Virgilii (Virgil. sepul.)

C busta visuntur pervetusti operis. unde hæc forsan ab illo perforati montis fluxit opinio.

Donatus] Virgilii sepulchrum nec à Blondo, neque à Razzano inventum est, quamvis Servius scribat sepultum fuisse ad secundum lapidem versus Cryptam Neapolitanam quod innuit Flamin. III. *Carminum epist.* 6. Hier. Fracast. *in siphyli lib.* II. & Pontanus in *hortis Hesper. lib.* II. *cap.* I.

- - - - - - - - - - - - - - Floreat urna
Scilicet urna, tui qua conditur umbra Maronis,

Donatus vero sic scriptum reliquit. *voluit ejus ossa Neapolim transferri, ubi diu & suavissime vixerat: ac extrema valitudine hoc ipse sibi fecit* ἐπιτάφιον.

D

MANTVA ME GENVIT, CALABRI RAPVERE, TENET NVNC
PARTHENOPE. CECINI PASCVA, RVRA, DVCES.

Translata igitur jussu Augusti ossa, prout statuerat Neapolim, fuere sepulta in via Puteolana, quæ est intra secundum lapidem: suoque sepulchro dictum distichon inscriptum est. Hujus

sententiæ est Reverendissimus Cardinalis Bembus, *epist.* II. qui in tumulo Sannazarii (ut refert Jovius *cap.* 80. in elogiis) sic apposite dixit.

DA SACRO CINERI FLORES, HIC ILLE MARONI
SYNCERVS MVSA PROXIMVS, VT TVMVLO.

Virg. villa. Virgilii villam emit Silius Italicus, ut insinuat Plin. junior *lib.* III. *epist.* 7. 49. 51. ubi meminit monumenti apud Neapolim quod innuit Val. Martialis *lib.* II. dicens:

Sillius hæc magni celebrat monumenta Maronis,
Jugera facundi qui Ciceronis habet.

Et alibi,

Jam prope desertos cineres, & sancta Maronis
Nomina qui coleret pauper & unus erat.

CAPUT II.

De Sudatorio S. Germani.

PUteolos *Neapoli* petens eadem Crypta post se relicta, cum medium viæ perrexerit: si paululum dextrorsum declinave-
6. rit, lacum inveniet piscibus, ferisque carentem, sed ranis, hirudinibus, & serpen-
Lacus quidam. tibus scatentem. Ad cujus lacus oram Domus sita est operta testudine, in qua ex hiatu terræ copiosus & calidus emanat fumus. Hanc domunculam siquis nudus introierit, statim sentiet universum corpus in sudorem resolvi. & ob hoc sudatorium di-
Sudatorii etymus. Inf. a cap. 4. cta est. Sudor hic humores evacuat, corpus alleviat, languidos restaurat, sanat iliacum affectum, ulcera interiora desiccat, & podagricis quamplurimum confert. Hæc eadem operatur aqua undecunque sumpta, & hoc fumo calefacta. In hoc loco B. *Germanus Capuanus* Antistes animam *Paschasii* Cardinalis diaconi invenit. quam historiam S. Gregorius *quarto Dialogorum libro* prosequitur.

SCHOLIA.

Hoc sudatorium vulgo appellatur, *Sudaturo d'Agnano.* ejus meminit Savanarola *lib.* II. *rub.* 19. *de Baln.* dicens conferre scabiei, morbisque cutis. meminit & Ugolinus cum Mengho Faventino.

Ulcera. *Ulcera*] Id enim proprium est aquarum Sulphurearum & bituminosarum, ut notat Aët. IV. *ser.* I. 6. *cap.* 4.

Podagræ. *Podagricis*] Quibus podagris baln. conferant, docet Aët. *lib.* XII. *cap.* 48.

Historia de Paschasio Card. *Gregorius*] Locus est *cap.* 40. cujus verba sunt hæc. *Cum adhuc essem juvenculus, & in laico habitu constitutus, narrari à majoribus audivi: quod Paschasius hujus sedis Apostolicæ diaconus miræ Sanctitatis vir fuerit, eleemosynarum maxime operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor sui. Post* Germ. episc. *multum tempus mortis ejus, Germano Episcopo Capuano Medici dictaverant pro salute corporis, ut in Thermis Angularibus lavari debuisset. qui ingressus easdem thermas, prædictum Paschasium stantem & obsequentem in caloribus invenit. quo viso vehementer extimuit: & quid illic tantus vir faceret, inquisivit. Cui respondit, quod nulla alia causa in hoc loco pœnali sum deputatus, nisi quia in parte Lau-* Symmachus. *rentii contra Symmachum in Pontificatu sensi. Sed quæso pro me Dominum deprecare, atque in hoc cognosces quod sis exauditus, si huc rediens, me non inveneris. quod post paucos dies ita factum est.* Hæc sanctus Gregorius, & ex eo Joan. Eckius *lib.* II.

A *cap.* 5. *de Purgatorio.* Hinc obiter animadvertas Hieron. erga Suffrag. mort. velim orthodoxe lector, suffragia vivorum (Missarum scilicet oblationes, Eleemosynas, Jejunia, Indulgentias, & similia) plurimum defunctis prodesse in transitu aquæ & ignis per viam sanctæ purgationis usque ad sanctam civitatem, in qua nihil coinquinatum introire poterit. Qui usus ad nos defluxit ex Dominica & Apostolica traditione, ut testes sunt locupletissimi, Clemens Rom. Petri successor, Dionys. Areopag. Pauli discipulus, Athanasius, Origenes, Basilius Nazianzenus, Chrysostomus, Damascenus, uterque Cyril- 7.
lus, Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Hiero-
B nymus, Augustinus, Gregorius, Bernardus, ecquis non? Quotidie enim à sacerdotibus novæ legis offertur oblatio munda, atque incruenta victima non solum pro vivis, (ò Dei erga homines τλὼ φιλανθρωπίαν *Tit.* III. *Ps.* IV. *Act.* VII.) verum etiam defunctis; ut tandem refrigerii locum, lu- Sacrif. pro mort. cis, & pacis in idipsum obdormientes in Domino obtineant. Hæc parerga sint, sed quæ tamen prodesse possunt plurimis. Parerga enim quandoque utilia sunt, & à re non aliena, ut inquit Galen. *lib.* III. *de compos. med. cap.* I. *καζὰ τόπους, libro de arte cur. per sang. cap.* 18. & *in commentar. sexti epidemiarum.* 2 *tex.* 14.

C *Sancti Germani*] Advertas lector quædam Bal- Sanctorum Baln. nea à Sanctis traxisse denominationem, ut agnoscas πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως in memoria æterna esse justos, & bonum nomen amicorum Dei in ævum permanere: ut sic frequenti memoria eorum vestigia imitantes (uti docet S. Mater Ecclesia) Deus nos protectionis suæ auxilio, illorum meritis, & precibus intercedentibus, muniat. lege itaque alacriter. est Balneum S. Alberti, & S. Petri martyris. in Clivolo, S. Bartholomæi, S. Helenæ, & S. Petri apud Patavium, S. Cassiani in Urbe veteri, S. Christophori in Faventia, S. Calogeri apud Sciaccam, S. Georgii, & S. Philippi apud Senas, S. Jo. in Corse-
D na, S. Mariæ in Flaminia, S. Martini apud Ariminum, S. Michaëlis in agro Volaterrano, S. Pancratii in Bergomate.

Hoc Balneum, sicut & alia versibus complexus Alcadinus. est Alcadinus poëta Siculus, imitatus (ni fallor) Damocratem, Andromachum, Nicandrum, Philonem, Q. Serenum, & alios, qui medica metrice scripserunt. quorum meminit Galenus in *lib. de Ther.* in *lib.* I. *cap.* 18. & V. *de compos. cap.* 10. *καζὰ γένη*, & alibi. Hic Alcadinus, antequam Medici & poëtæ. Balneorum vires enarraret, sic jucunde, & gratiose exorsus est.

E *Inter opes operum Deus est laudandus in illis,*
In quibus humanæ deficit artis opus.
Res satis est dictu mirabilis, horrida visu,
A Phlegetontæo prævenit amne salus.
Nam quæ defunctos aqua fervens urit in imis,
Hæc eadem nobis missa ministrat opem.
Cætera cum fictis curentur regna syrupis,
Balnea quæ curant Terra laboris habet.
Vos igitur quibus est nullius gutta metalli,
Quærite, quæ gratis auxilientur, aquas.
Quarum virtutes, & nomina maxime Cæsar,
Præsens pro mira laude libellus habet.

Vos igitur] Ex codice manuscripto venerabilis Monast. S. Sever. Monasterii S. Severini de Neapoli sic aptius legitur.

F *Copia queis nulla est argenti, aut divitis auri.*

Gratis] Balnea Naturæ gratuitam medicinam appellat summus ille theologus Gregorius in sua theologia. *lib.* II.

Is itaque Alcadinus poëta prædicti sudatorii vi- Alcad. res sic carmine complexus est.

Absque liquore domus bene sudatoria dicta est,
Nam solo patiens aëre sudat homo. 8.
Ante domum lacus est ranis, plenusque colubris,
Nec fera, nec pisces inveniuntur ibi.

In-

Ingreditur siquis parvæ testudinis umbram,
More nivis tactæ corpore sole madent.
Evacuat Chimos, leve corpus reddit, in ipso
Quovis apposita est vase, tepescit aqua.
Hæc aqua languentes restaurat, & ilia sanat,
Ulcera desiccat sub cute, si qua latent.
Hac re Germanus Capuæ caput, æde repertum
Ad sacra Pascasi pascua te retulit.

Absque] aliter sic legitur. *Absque liquore domus, hinc sudatoria dicta.*

Episcopi.

Caput] Sunt Episcopi positi à Deo, regere Ecclesiam Dei, tanquam capita corporis mystici, & hierarchici ordinis, quod velut castrorum acies est ordinatum, ut docet Sacrosanctum Concil. Trident. Sess. VI. cap. I. & 23. cap. 4.

Pascua] juxta illud regii Psaltæ, *in loco Pascuæ ibi me collocavit. Ps.* XXII. & alibi, *Oves pascuæ ejus. Ps.* XCIV. necnon Dominus per Ezech. dicit: *Vos autem greges pascuæ meæ homines estis: Ez.* XXXIV. & per Joan. *Et ingredietur, & egredietur, & pascua invenit. Joh.* X.

CAPUT III.

De Ore, sive antro, ubi omnia viva intromissa statim moriuntur.

Antrum cavum.

Est apud has Balneas proxime circa lacum ad dexteram, os in montem factum, non amplum, nec longum, sed sensim in arctum desinens, & parum deflexum. In cujus medio est celte, factum signum, ultra quod, si animal ad unum tantum digitum processerit, saltibus aliquibus prius editis, subito in terram cadit, & moritur, attamen si post repente extractum, in subjectum lacum projiciatur, paulatim ad se redit, & erigitur cum trepidatione incedens. Voluit hoc homo quidam temerarius nuper tentare, qui armatus ingrediens, tanquam pestem illam latentem expugnaturus, misere interiit.

Casus quidam.

SCHOLIA.

Vocatur hoc Antrum, vulgo, *Grotta de li cani.* Innuit hoc antrum polyhistor Plinius *lib.* II. *cap.* 95. *hist. nat.* dicens: *in agro Puteolano sunt quæ vocant Spiracula, alii Charoneas scrobes, mortiferum spiritum exhalantes.* Meminit & alterius antri Charonii Strabo *lib.* XIV. *suæ geogr.* & magnus Simplicius *in Arist. lib. de Anima lib.* II. *tex.* 143. Περὶ δὲ τ̃ χαρωνίων βαράθρων. Pau. Ægineta *lib.* II. *cap.* 35. *ex Galeno* VII. *de usu partium.* II. *de nat. Hum. cap.* 8. nec non in primo *Epidem. comm.*
17. I. *in proœmio.* Quin & Cœlius Rhodig. IX. *lect. ant. cap.* 33. meminit Charoniæ januæ. Plutarchus vero magnæ authoritatis vir sic de Milesiis virginibus scriptum reliquit in lib. de Vir. mulie. *cap.* II. *Expirationes noxiæ animum, & corpus lædunt, ut quæ virgines Milesias coëgerunt seipsas interficere. sed illarum furor est compressus propter dedecus, quod patiebantur: illarum enim cadavera nuda in forum efferebantur.* Sed & Rufus Ephesius poëta refert, quendam lacum apud Sarmatas necare aves supervolantes, qui græce dicitur ἄορνος à necandis avibus. qui locus nomen dedit Campano Averno. Testatur Strabo *lib.* XV. non procul à Nysa esse saxum aörnum. & idem scribit *lib.* XIII. apud Hierapolim esse os Plutonium in quodam montis supercilio: quodque tauri illuc introducti cadant, mortuique educantur. quod ipsemet in Passeribus expertus est. Sed & Aristoteles in VIII. de Nat. anim. *cap.* 28. auctor est, Lepores ex Ithaca fugere. & Pomp. Mela in Cilicia præter specum Corycium, meminit specus

Charon. antrum. Milesiæ Virg. Avernus lacus. Saxum aor. Pluton. os. Ithaca.

A Typhonæi. Pontanus vero noster *in bello Neap. lib.* V. similem recitat hiatum apud Petrinum. verba sunt hæc, *Roca montis draconis ad Massicorum exitum montium, qua in mare & meridiem spectat, editissimo vertice sita est. ad ejus montis latus, quod solis ortum prospectat, phanulum extat S. Marci, post cujus aram hiatum esse subterraneum indigenæ affirmant. in quem ubi paulum modo descenderis, ad intimum montem specus panditur, ingens ipsa, ac nunc latis, modo angustis anfractibus vasta, & horrens; quos qui ingressi quandoque fuerant, nunquam post id reversos, quod a dracone antri custode, tetro primum exanimati flatu, mox*
B *etiam devorentur. atque ob hanc causam de Dracone monti nomen est inditum.* Hæc ille.

Typhon. specus. Mons drac. Massici montes. Draco.

Si animal] Refert F. Leander in *libro de Ital.* cum loquitur de Campania, Carolum VIII. Galliarum Regem jussisse, ut projiceretur in antrum istud venenosum Asinus quidam, qui ubi projectus est, quam primum exspiravit.

Carolus VIII.

Celte] vox ista etiam inferius legitur, quam nec alibi me legisse recolo. Atqui Celtæ populi sunt in Gallia, de quibus Lucanus, *lib.* IV. *cap.* 48. *Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.* ut taceam Val. Catul. Mart. Syllium, & alios scriptores. Celtis vero arbor est apud Theophrastum in *lib.*
C *de Historia stirpium, lib.* IV. *cap.* 4. quos vertit absolutissimus vir Theod. Gaza. qui inter latinos græcus est, & inter græcos latinus; Verum quod ad auctorem attinet, scimus ipsum fuisse usum ea voce, ut in scriptura Jobi: *Job.* XIX. legitur, cum dicit. *Sanctus ille vir, vel Celtæ sculpantur in silice.* quo in loco vir incredibilis pietatis catholicæ, singularisque doctrinæ Franc. Titelmanus sic scribit, *corrupta est lectio. non enim legendum est, ut quidam adinvenerunt, dicentes, nomen Celtis significare instrumentum, quo utuntur sculptores lapidum, à cælando nomen deductum asserentes. est enim id figmentum, vel maxime quod nullus commentatorum*
D *hujus libri de hujusmodi instrumento quicquam annotaverit.* Hæc ille. Et vere in Bibliis ad vetustissima exemplaria Antverpiæ castigatis per Catholicum virum Joan. Henterium Mechlin. legitur sic, certe.

Celte. Celtæ. Celtis. Gazælaus. Titelmlaus.

Temerarius] Post casum Phaëtontis, & Icari hic tertius è cœlo in terram cecidisse videtur Hispanus. Quid non cogit mortalium curiositas? nescia præcepti apud Salomonem dicentem. *Eccl.* III. *In pluribus operibus Dei ne fueris curiosus.* 18.
non enim est tibi necessarium ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. in supervacuis rebus noli scrutari multipliciter. Qui amat periculum peribit in illo.
E Eccl. III. & alibi, *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* & idem in parabolis, Prov. VI. *Nunquid potest homo ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus? felix qui alieno* (ut docet parœmia) *discit malo.* Exemplum habetur in sacris literis de Dina filia Jacob; *Gen.* XXXIV. & in profanis de Novocomensi Plinio, ut scribit nepos ejus ad Corn. Tacitum. Lege quæ graviss. auctor Plutarch. ἐν τῷ περὶ τῆς πολυπραγμοσύνης.

Phaëton. Icarus. Curiosi. Dina. Plinius.

CAPUT IV.

De Bulla sudatoria.

F BULLA sudatoria ad occidentem tendens, postquam inter lacum, & *Spinum* montem transierit, à dextris lacum, è læva viam, qua *Puteolos* itur, relinquens, obvium habet montem aridum, ardentem, & continue fumigantem; quem nec feræ, neque aves incolunt. Ad cujus montis radices infra terræ cavernas magno cum frago-

Bulla. Bullæ etymus.

re aqua bullit, & ob hoc *Bulla* vocatur. Hæc aqua parum ad superficiem exiens, non sine arte & industria illic colligitur, sed mirabiliter caput emundat, lumina acuit, uterum purgat, inguina liberat, splenem curat, & hepar. Eadem fertur alienam aquam hic calefactam virtute loci efficere. Hic locus ob solitudinem animantium, ac surgentis fumi in nebulas, aquæque ferventis terribilem sonitum, timorem ei, qui solus fuerit, facile incutit.

Supra c. 2.

SCHOLIA.

Vulgo vocatur, *la Volla.*

Spinus. *Spinum*] Nusquam recolo me legisse de hoc monte, scio tamen Spinum esse quandam avim apud Arist. VIII. *de Nat. anim. cap.* 3. & apud Virgil. esse quandam Pyri speciem in Georg. *lib.* IV. Spina vero nomen est urbis in Italia apud Plin. *lib.* IV. *cap.* 16. & Stephanum περὶ πόλεων. Hic Spinus mons undique serpentibus, venenatisque colubris scatet, sicut incolæ fatentur, & ego cum Puteolis degerem anno 1543. sæpius vidi.

Spina.

Serpentes. Bullæ hujus meminere Savanar. & Menghus, qui propemodum in omnibus Savanarolæ simia est. is siquidem asserit mineram hanc participem esse sulfuris, & æris. Meminit etiam Franciottus *lib. de Baln. Lucc.*

Caput] propterea ab Ugolino vocatur capitis antidotum.

Splenem] lege Galenum IX. de compos. Phar. per loca, *cap.* 2. ubi meminit Balnei pro lienis affectibus.

19. *Solus*] juxta illud Ecclesiastæ: *Ecc.* IV. *Melius est duos esse simul, quam unum. habent enim emolumentum societatis suæ, si unus ciciderit, ab altero fulcietur.* cap. monachi de statu monachorum. Alcadinus sic metrice de hac Bulla scripsit.

Alcad.

Est aqua quæ bullit, quæ ex hoc bene Bulla vocatur
Humani quantum Bulla timoris habet.
Ut rogus inspirat saxis crepitantibus intus,
Sic locus: ignito corda fragore movet.
Quam metuenda magis, tanto magis utilis ægris,
Si studeant in ea sæpe lavare caput.
Et si forte carent, quo possint membra lavari,
Alterius curent sumere fontis aquam.
Hæc virtute loci præstat calefacta salutem,
Luminis antidotum, seu medicina potens.
Hæc caput emundat, matricem purgat, & inguen
Liberat, & splenem purgat, & ipsa jecur.

Sic locus] aliter legitur. *sic locus invito frigore corda movet.*

CAPUT V.

De Astruno.

VErte te ad septentrionem, & parum circunda stagnum: nam occurret tibi à sinistris mirabilis efficaciæ lavacrum, quod à Strunis nomen accepit. Hic duo sunt fontes, sed aqua eadem rheumatibus, & phlegmaticis semper adversa: quæ cerebrum confortat, læsis oculis subvenit, gingivas stringit, dentes roborat, fauces aptat, branchos ex rheumate curat, vocemque clarificat. si uvula quæ in gutture est, ceciderit, ad locum revocat, pectus lenit, appetitum incitat, stomachi fastidia, & membrorum pigritiem tollit, pulmonem à tussi recreat, corpus aquaticum, seu phlegmaticum inflammat, & omne malum phlegmatis, rheumatisque aufert, & quamplures alios morbos.

Astruni.

A

SCHOLIA.

Vulgo vocantur *li Struni.*

Meminit hujus balnei Savanarola quod vocat Astranam, corrupto (ut reor) vocabulo. quod coryzæ conferre, & pectus lenire autumat. Meminit Franciottus, & Ugolinus qui strunam vocat. Mengus vero asserit ejus mineram constare ex nitro, ferro, & alumine.

Et parum] In Codice Venetiis impresso per Giuntam legitur, & parvum stagnum, quæ lectio mihi satis placet. 20.

B

Appetitum incitat] ibidem legitur, Appetitum mutat. sed melior est prior lectio cum Alcad. dicat; Incitat os dapibus, & rerum magistra experientia hoc doceat. Alcadini sic de eo extant versus. Alcad.

Dentibus à strunis prodest, quos rheuma relaxat,
Faucibus ad solitum, si cadat uva, locum.
Faucibus apta satis, branchos ex rheumate passis,
Et læsis oculis hæc aqua præstat opem.
Pulmonem recreat, quem tussis causa fatigat:
Inflammat corpus, cui dominatur aqua.
Incitat os dapibus, stomachi fastidia tollit,
In multis aufert rheumatos omne malum.
Pigritiem tollit membrorum, pectora lenit,
Vocis ad obsequium pectoris aptat iter.
Sæpius unde solet multis occasio nasci,
Ne fluat à summo vertice, phlegma vetat.

C

Faucibus] aliter sic legitur,

Hoc redit ad solitum, si cadat uva, locum.

Tussis] sic, quem tussis anhela fatigat.

CAPUT VI.

De Balneo foris cryptæ.

SItus loci invitat me, ut retrogrediar. itaque à *Crypta* egredienti, & per radices *Falerni* montis incedenti ad oram maris, occurrit mihi balneum, quod à situ loci foris *Crypta* dicitur. Hæc aqua cum sit potu, & operatione dulcissima, ignitos artus refrigerat, desiccata febribus membra rigat, pulmonem læsum, jecur, & pectus sanat, debilitatem stomachi tollit, tussi, & ægræ cuti medetur: nocet tamen hydrope affectis.

Foris Crypta.

D

SCHOLIA.

Meminit hujus balnei Savanarola vocatque Triptam. sic Franciottus, & Barto. Taurin. *lib.* III. *cap.* 30.

Tripta. Balneorum potus. Magnesiarum Aquæ.

E

Potu] Aquarum Magnesiarum potabilium meminit Aristot. in *problematis sect.* 24. *cap.* 1. infra *cap.* 9. & in *Baln. Aenariarum.*

Stomachi] Savanarola testatur hanc aquam calefactam, & epotam ventrem lenire. Mengus *cap.* 3. credit hujus balnei mineram esse nitrum.

Febribus] Balneorum in febribus meminit Hippocr. in sect. 7. *aph.* 42. τῶν ἀφοριςμῶν. Febris.

Hydrope] Adverte ex Galeno *lib.* I. *Simpl. medic. cap.* 7. hydropi sæpe conferre aquas sulfur. alumin. & bitumin. cui dicto consentit Aëtius III. *ser.* 1. *cap.* 27. Hinc refert Gal. XIV. *cap.* 15. Therapeuticæ methodi, Mitylenis aquam scaturire, quæ huic morbo aquæ intercuti summopere opitulatur: valenter enim desiccat. Alcadinus sic de eo. 21. Hydrops.

F

Mityl. aqua.

Alcad.

Lympha foris Cryptæ juxta maris edita littus,
A stomacho pellit debilitatis onus.
Sed nocet hydropicis, cum sit dulcissima potu,
Vim consumendi non habet, inde nocet.
Leniter ignitos assueta refrigerat artus,
Pulmonem læsum sanat, & inde jecur.
Pectoris antidotum, tussi medicamen amicum,
Desiccata febris caumate membra rigat.

Ipsa per occultos telluris ducta meatus,
Subvenit ægrotis, est quibus ægra cutis.
Ut dicunt Veteres (satis est mirabile dictu)
Ipsa foris Cryptæ Bulla ministrat aquam.

Hydropicus. *Hydropicis*] Secunda hujus dictionis syllaba producitur, græce enim scribitur, διὰ τοῦ ὠ μεγάλου. quo modo utitur Flaccus 1. *epist.* 2. Macer quoque (& si non sit ille Nasonianus) *lib.* v. *cap.* 4. 19. Auctor tamen hic metri gratia (sicut & inferius *cap.* 39. 47. & 48; vertit τὸ ὠ in ὀμικρὸν secutus Macrum *lib.* 1. *cap.* 5. *lib.* 11. *cap.* 31. & *lib.* 111. *cap.* 8. Versus omittimus lector, quia brevitati studemus, neve cum Marso videamur scribere Amazoniden.

CAPUT VII.

De Balneo Juncariæ.

Juncaria. ULtra per arenam proficiscenti, occurrit unda *Juncariæ*, à juncis illic nascentibus nomen retinens. Hæc unda mentem lætificat, gaudia fovet, tollit suspiria ultro venientia, Venerem provocat, ad eamque fortes efficit, renes confortat, prodest stomacho, & læsis luminibus, vires jecoris reparat, hepar sanat, corpus impinguat, febres erraticas destruit, & providet ne cutis extenuetur.

SCHOLIA.

Vulgo dicitur, *li Bagni de li Giunchi.*

Dejuncara. Meminit ejus Savan. vocatque Dejuncaram. scribit sane ipsam confortare pectus, & conferre febri hecticæ primæ & secundæ (sic loquuntur Avicennæ sectatores in prima fen. quarti) speciei: quod tamen difficulter credit. Franciottus vero Giuncaram, vel Vincaram appellat. Ugolinus sic
22. de ea scriptum reliquit, pectus roborat, exsiccationis causas removet, febres intermittentes destruit. & est inter cætera balnea saluberrimum. Juncariæ laus. Alcad. Ejus mineram esse nitrum ferrum, & forte aurum putat Menghus Faventinus. Alcadinus sic de eo,

Balnea Juncariæ quæ sunt in littore ponti,
Prosunt consumptis, ni sit adusta cutis.
Pectoris amissas reparant in corpore vires,
Lætificant animos, gaudia sumpta fovent.
Quæ veniunt per se, mentis suspiria tollunt,
Et faciunt alacres in muliere viros.
Efficiunt Veneris renes ad prœlia fortes,
Confortant stomachum, lumina læsa juvant.
Quas hominum cætus febres interpolat usus
Annihilant; necnon triste medentur hepar.
Talibus usus aquis discrimina nulla timebit,
Quæ quandoque solent extenuare cutim.

Juncariæ] aliter sic, Juncaræ.

In muliere] sic, ad meliora viros. nam penultima corripitur, ut Quintil. Stoa recte sentit, sed priorem lectionem habuit Savan. cum versiculum hunc & sequentem pro venereis effectibus in testimonium producit.

Hepar. *Hepar*] vox hæc in prima syllaba producitur. græce enim scribitur διὰ τοῦ η. verum metri gratia (ut superius dictum est *cap.* 6. prima corripitur facta μεταβολῇ τοῦ η εἰς τὸ ἐψιλόν. sicut fecit Macer *lib.* 111. *cap.* 8. Nec mirum, quando (ut ait Manilius in *suis Astronomicis lib.* 111. *Epog.* 3.) ornari res ipsa negat contenta doceri. Et sicut herbarum vires (Stoæ sententia) difficile est elegantissimo stylo celebrare, sic censendum est de nostro Alcadino, & Eustasio in negotio balneorum.

Annihilant] aliter sic, *Ad nihilum redigunt, purificantque jecur.*

Interpolat] metri gratia alterum λάμβδα ablatum est. hic est enim Poëtarum mos in reperi, retuli, & hujusmodi dictionibus.

A

CAPUT VIII.

De Balneolo, seu Balneo Plagæ.

IN radice montis *Olibani*, quæ protenditur versus *Nesida* per arenam procedendo, duo Balnea reperiuntur; quorum unum *Balneolum* dicitur, aliud Balneum Petræ. Balneolum nomen à brevitate fontis invenit, sed tantæ est efficaciæ, ut infirmus non solum aquam ibi, sed Deum adesse putet. Nam caput, stomachum, & B cætera membra confortat, fugat caliginem oculorum, consumptos, & debilitatos reficit: materiam quartanæ, continuæ, & quotidianæ destruit; à doloribus ex quocunque morbo, vel febre procedentibus liberat. Hac aqua *Neapolitani* plus cæteris utuntur: De hoc balneo clarus poëta *Eustasius de Matera* hos edidit versus, Balneolum. Eustas. 23.

Inter aquas Pelagi prope littus sub pede rupis,
Magnus in effectu fons breve nomen
C *habet.*
Balneolum dictum, tantæ virtutis amicum,
Ut patiens illic sentiat esse Deum.
Nam morbo quocunque dolet, seu rheumate quovis
Lotus aqua tali tempore liber abit.
Et caput, & stomachum, renes, & cætera membra
Confortat, tepidam si renovabis aquam.
D *Hæc prodest oculis, oculorum nube fugata,*
Consumptos reficit, quos tenet ægra fames.
Materiamque rudem consumit, & amphimerinen;
Hoc genus plus aliis Parthenopensis amat.

SCHOLIA.

Vulgo dicuntur *li Bagnioli.*

Meminit ejus Savan. quod vocat lotum dicit- Lotus.
E que fugare suffusionem, conferre catharro, stomachum confortare, renes, multaque auditu miranda operari. Aqua hæc suavis est, corporique humano multum grata. Meminit & Ugolinus, quod vocat Balneolum foris cryptæ. sic & Franciottus. ejus minera (ex Mengho) est alumen, æs, & ferrum.

Nesida] Nesis delitiosus locus est prope littora Nesis. Pausilypi: de quo scribit auctor Pharsaliæ, *lib.* VI. noster Statius Papinius 3. sylvarum, *Syl.* 1. Pontanus in Lyra *Epist.* 3. cum Sannazario in piscatoriis *Egl.* 4. ut taceam Plinium *lib.* 19. *cap.* 8. suæ historiæ, & Senecam in *epist.* 54.

F *A brevitate*] diminutivum est à balneo. Juvenalis *Sat.* 7. & Statius in præfat. sylvarum.

Consumptos] Hinc merito celeberrimus præceptor meus Don. Ant. ab Altomari in sua propemodum divina Arte medica, commendat hoc balneum in affectu τῆς γονοῤῥοίας. Gonor.

Eustasius] neminem adhuc legi, qui de hoc Eustasius. viro verba fecerit, nisi apud unum auctorem de balneis Helvet. & forte hunc innuit Ugolinus, cum dicit, se vidisse opusculum de baln. Puteolorum, auctore Matthæo de Plantimone Salernitano: Matth. Saler.

Scholiastæ excusatio ex animo.

nitano: quorum virtutes ibi erant metrice descriptæ. Hujus Eustasii, sicut & Alcadini, amice lector, versiculos, (ut potui, utque mihi licuit tam brevi temporis curriculo) à mendis expurgavi. & longe utilius emendaturus, si licuisset, eram. faciant alii, opus adjuvent, & perficiant, nemo unus omnia novit: id siquidem solius Dei munus & opus est.

24. *Inter aquas*] Hi versus adscribuntur Alcadino, ut apparet ex opere illo de baln. excuso Venetiis necnon ex codice manuscr. superius dictæ Bibliothecæ.

Ut patiens] *Lotus*] hi duo versiculi citantur à Michaële Savanar.

Nam mor.] aliter, De morbo quocunque doles, seu caumate quovis, lotus aqua tali corpore liber eris.

Tritæus.

Materiamque] aliter, Materiam tritæi consumit. verum quia ex diphthongo media producitur à Martiale *lib.* XII. *Epist.* 91. & Macro. *lib.* V. *cap.* 7. & Q. Sereno, *cap.* 51. ideo versiculum sic commode restitui. *Consumitque tritæi hylen, ac amphimerinen.*

Amphim.

Amphimerinam] vox hæc quia Græce scribitur διὰ τῦ η. producitur. sed hic, & inferius *cap.* 46. metri gratia corripitur. hujus febris meminit Gal. 1. *cap.* 17. *de Crisi.* 2. *cap.* 8. *de diff. feb.* & alibi.

Parthenopensis. buc.

Parthenopensis] aliter, Plus aliis genus hoc Parthenopæus amat. ego vero sic legerem, Plus aliis hoc gens Parthenopæa fovet. fovere enim apud Maronem, habere significat.

CAPUT IX.

De Balneo Petræ.

Petra.

DE *Petra* lavacrum sequitur, quod in fine hujus littoris sub rupe dicti montis positum est, ab effectu sortitum est nomen. nam calculum frangit, urinam provocat, renes mundat, educit arenulas, caput à doloribus liberat, detergit ab oculis maculam, auribus auditum præstat, & sonitum removet, cordi, pectorique medetur. Hujus aquæ calidæ potus interiora expurgat. De hoc balneo Petræ *Eustasius* sic scribit.

Eustas.

Cui Petra dat nomen, mirum reor esse lavacrum,
Quod lapidem possit frangere, nomen habet.
Et caput à multis facit absentare querelis,
Auribus auditum præstat, & addit opem.
Lumina detergit tunicis maculosa piatis,
Pectoris, & cordis esse medela potest.
Vesicas aperit, de renibus urget arenam,
Interiora lavat potus & hujus aquæ.
Quamplures vidi calidam potare petrosos,
Queis urina fuit post lapidosa satis.
Vos igitur, quibus est durus cum pondere venter,
Liberat assidue potio talis aquæ.

25. SCHOLIA.

Meminit ejus Franciottus, & Savanar. dicentes quod conferat suffusioni: quodque lapidem vesi-
A cæ frangat cum calida bibatur. meminit Ugolinus, asserens curare oculorum scabiem. ejus maria (secundum Menghum) est nitrum.

Potus] quæ superius *cap.* 6.

Cui petra] hi versus etiam adscribuntur Alcad.

Et caput] sic, Infestos capiti solet hoc arcere dolores.

Tunicis] sic, nebulis maculosa fugatis.

De renibus] nos sic restituimus. renes expurgat arena.

Venter] sic, cum pondere mictus.

Liberat] sic, Assiduus talis liberat usus aquæ.

B

CAPUT X.

De Balneo Subveni Homini.

IN capite sequentis littoris, quod *Puteolos* usque protenditur, infra cryptam in rupe cavatam saluberrima manat aqua: quæ obstructis ob incuriam venis, & fonte relicto, sub arena intra dictam cryptam, & mare perquiritur. Et quia ægrotis hominibus mirabiliter subvenit, *Subveni homini* nomen accepit. Egesta igitur arena, locum dispositum ingressus, æger statim scaturien-
C tium stillarum sentit auxilium. Fons iste animi tristitiam, & defectum stomachi tollit, ipsum confortat, & facit ut appetat: pulmonis, jecoris, splenis, & tumidi ventris deponit onera, vocem clarificat, antiquæ podagræ induciatam dat requiem, & omnem speciem doloris aufert. excellens tamen ejus operatio in restauratione debilitatorum membrorum lucidius enitet. De quo *Eustasius* sic ait,

Subveni homini.

Eustas.

Ex re nomen habet lavacrum, quod sub-
D *venit ægris,*
Nominis effectum gaudet habere sui.
Purgat pulmonem, deponit pondera splenis,
Depurat tumidum certa medela jecur,
Tristitiæ causam gelido de pectore tollit,
Humores ventris leniter unda levat.
Defectum stomachi tollit, confortat & ipsum, 26.
Ut solito solitas appetat ore dapes.
Vocem clarificat, genus omne doloris &
E *aufert,*
Talis amatores convocat unda suos.
Hic etiam deponit onus longæva podagra,
Hic datur articulis induciata quies.

SCHOLIA.

Tempus.

Vulgo dicitur corrupta voce, *Zuppa d'homini.* Nec mirum, omnia enim ad corruptionem tendunt, & cum tempore marcescunt, ut ait Aristot. ἐν τῷ τῆς περὶ γενέσεως καὶ διαφθορᾶς.

Meminit ejus Savan. vocatque lavacrum. U-
F golinus dicit removere causas frigidas, pectoris defectum tollere, & conferre articulis. Franciottus vocat Subsidium hominis. ejus minera (ex Mengho) est nitrum & ferrum, quod ex alembico constare potest.

Podagræ] præceptor meus Altimarus meminit hujus balnei in sua Arte medica *cap. de podagra.*

Dispositum] in Codice Veneto legitur, defossum.

Ex re] hi versus etiam Alcadino adscribuntur.

Ut

Ut solito] sic ut cupido solitas.

Humores] legendum esset, tumores. nisi quod in hac dictione prima corripitur.

Hic datur] aliter, Datur ut articulis sæpe petita quies. nos sic effinximus. Magna quies pressis articulisque datur.

Induciæ. *Induciata*] Quid sint Induciæ lege Paulum *l. post liminium ff. de capt.* & *postlim. rev.* ubi Accursius parum erudite (salva pace) loquitur. lege Varr. apud Gell. I. *noct. act. cap.* 25.

CAPUT XI.

De monte Olibani.

Olibanus mons. ET quia dicta Balnea in radicibus montis *Olibani* manifestantur, etiam de eodem monte aliquid explicandum videtur. Post *Puteolos* enim Mons olim fuit prædurissimi silicis, qui *Olibanus* dictus est; sic dictus, quod totus fuerit fructibus orbatus, nam lapidosus existens, sterilis erat. Hunc Montem *C. Caligula* Imperator Romanus excidi jussit, ut ex ipsius silicibus itinera *Italiæ* sternerentur. quod videtur innuere *Sueton.* sic dicens: *excisæ rupes prædurissimi silices, & montes aggere æquati.* Hujus montis rudera inspici possunt cum acceditur: nam dicitur *Olibanus*, ab ὅλον græce, quod latine sonat totum, & βάνος orbus, & seu
27. sterilis. In hujus enim Montis radicibus plurima saluberrima balnea nascuntur: de quibus aliqua superius dicta sunt, & aliqua inferius dicentur.

SCHOLIA.

Vulgo *lo monte Libano, & li sassi.*

Olibanus. De hoc Monte meminit Ant. Panor. v. *epist. ad Nicol. Pisciellum* Archiepisc. Salernitanum, quem vocat feracem herbarum, & ventorum. Oliba. Oliba tamen civitas est Hispaniæ apud Ptolemæum *lib.* II. *cap.* 6. & Olibanus (ut notat Simon Genuensis apud Pandectarium *cap.* 12.) est thus, quod etiam dicitur græce λίβανος. est Libanus. etiam Libanus mons Arabiæ, de quo Tacitus, & Sacræ literæ sæpius loquuntur, & ut in historia regnorum, & in Prophetis legitur. est & nomen adolescentis apud Constan. Cæs. XI. *cap.* 16. Antilibanus. γεοπονικῶν. Antilibanus quoque ipse mons est, cujus meminit Jul. Strabo *lib.* XVI. *suæ geographiæ.*

Sueton.] locus est *lib.* IV. *cap.* 37. sic, Jactæ moles infesto, ac profundo mari, excisæ rupes durissimi silices, & campi montibus aggere æquati, & complanata fossuris juga montium.

Ab ὅλον] quod hic bonus auctor de orbato somniat, nunquam legi nisi ἀπὸ τοῦ σβεννῦσθαι, (charitas nanque non cogitat quæ mala sunt) quod extinctionem significat, originem traxisse crediderit.

CAPUT XII.

De Balneo Ortodonico.

Ortodonicum. ORtodonicum balneum in radice ejusdem montis est, quod respicit *Puteolos*, in horto domini Episcopi nascitur aqua utilis, & mirabilis, & ob hoc *Ortodonicum* dicitur. In hoc lavacro per ostium ad plagam australem dispositum multos per gradus descenditur: & ideo cum auster flat, calor intus inclusus, exhalationis expers, facile intrantes suffocat. Aqua tamen ejus
A foris educta, restaurat corpora febribus consumpta, nauseam stomachi revocat, illumque confortat, ephemeras, & erraticas febres tollit, maxime ad phthisim paratas.

SCHOLIA.

Meminit ejus Franciottus. Alcadinus sic de eo. Alcad.

Hæc manet absconso telluris lympha meatu,
Hanc via sub terris plena timoris habet.
Tu cave ne subeas thermas spirantibus austris,
Ne calor inclusus sit tibi causa necis. 28.
Hæc aqua mira nimis consumptis est bona valde,
B *Restaurat corpus nobilis usus aquæ.*
Infirmos sicubi febris tenuaverit artus,
Et putat extremam tristis adesse diem.
Has fidens intrabit aquas, & sæpe frequentans,
Sentiet in robur se rediisse vetus.
Phthisis, ephemerinæ febres, & nausea turpis
Pellitur his thermis, hectica victa fugit.

Sicubi] cum hæc dictio in prima syllaba producatur, ut patet apud Statium, in *Achill. lib.* II. & Juvencum Hispanum *lib.* I. *Evang. cap.* 35. ideo versiculum hunc sic aptavimus, sicubi languentes f. t. a. Sicubi.

Phthisis] hujus etiam vocis prima corripitur à Juvenale, *Sat.* XIII. ab Ovidio in primo de Ponto, *El.* IV. & à Q. Sereno, *cap.* 18. ideo sic effinximus, febris ephemerinæ, phthiseos mala, nausea turpis. vel sic, febres, exhibuit quis nomen ephemeros, aufert, Errantesque, phthoën maxime quæ generant. Phthisis. C

CAPUT XIII.

De Balneo S. Anastasiæ.

BAlneum *S. Anastasiæ* obstruitur arena S. Anastasia. sicut *Balneum Subveni*, quod nomen, quia prope ædes huic sanctæ dicatas aqua
D surgebat, assumpsit; facta ergo fossa, aqua recenter egrediens, igniti corporis recreat artus, eorum virtutes renovat, tollit languidis symptomata, vel defectus, si surgentis aquæ patiantur ardorem. De quo dicit *Eustasius.* Eustasius.

Balnea præterea, seu Nastesiæ lavacrum,
Usibus humanis commoda multa facit.
Corporis igniti recreatos efficit artus,
Virtutes etiam corporis unda novat.
Res miranda quidem, quicunque cavabit arenam,
E *In medio fossæ fervida manat aqua.*
Illa recens in fonte suo symptomata tollit,
Languidus ardorem si patiatur aquæ.
Qui petit ergo suo bene de languore levari,
Sentiet auxilium, si renovabit aquam.

SCHOLIA. 29.

Meminit ejus Franciottus sub titulo S. Anastasii. Ugolinus dicit articulos roborare, & omneis vires corporis augere.

F *Balnea*] adscribuntur etiam Alcad. sic legitur, Ascribunt homines tibi Anastasa lavacrum. sed cum utroque modo claudicet, sic in rhythmum metricum effinxi, Balneum Anastasiæ divæ de nomine dictum.

Corporis igniti] sic, corporis ægroti.

Languidus] sic languenti ardorem si patiatur aquæ. post quem sequuntur hi duo versiculi, Fonte relicta suo nihil affert utilitatis, Hæc eadem prodest frigida facta parum.

Ergo

Ergo suo] aliter, sic, inviso sese languore levari sentiet auxilium, si renovabit aquam.

CAPUT XIV.

De Oppido Puteolis.

Puteoli. PUteoli vetus oppidum est, *Bajas* respiciens ad septentrionem: dictum à puteis olentibus aquarum sulphuratarum, quæ ibi scatent. Refert *Tacitus*, quod inter *Puteolanos* nobiles, & plebejos maxima est orta seditio, propter quam ad saxa, & minas ignium devenere. sed nobiles *Romam* (Roma.) ad senatum mittentes, de violentia popularis multitudinis sunt conquesti. Populares etiam legatos ad eundem misere senatum: exponentes quod avaritiam magistratus, & cujusque majorum non poterant sufferre. Senatus igitur voluntate, *C. Cassius* (C. Cas.) adhibendo remedio est delectus. sed quia *Puteolani* ejus severitatem ferre non poterant: præcante ipso ad *Scribonios* fratres (Scribon. fratres.) est ea cura translata. quibus, data cohorte prætoria, cujus terrore, & paucorum supplicio, rediit oppidanis concordia. In hujus oppidi umbilico, est Phanum quoddam antiquissimum, sumptuosissime ex quadrato lapide constructum, & jam à frequenti terræ motu, qui illic creber est, parum scissum; quod à Christianis sancto *Proculo* (S. Proculus.) dedicatum Canonici possident. In ejus fastigio, & frontispicio hoc Elogium magnis literis insculptum, quum esset integrum, legebatur: cujus nunc bona pars ex terræ motu periit.

CALFVRNIVS L. F. TEMPLVM AVGVSTVM
CVM ORNAMENTIS. D. S. P.

In ejus etiam Templi pariete hoc quoque Epigramma cernitur.

30. L. COCCEJVS L. C. POSTVMI L.
AVCTVS ARCHITECTI.

Gigantes. *Pomponius Lætus* in Gigantum ossibus, quæ *Puteolis* visuntur.

Lege in append. Pandari epig. 11.

Huc quicunque venis stupefactus ad ossa Gigantum,
Disce cur Ethrusco sint tumulata solo.
Tempore quo domitis jam victor agebat Iberis
Alcides, captum longa per arva pecus.
Colle Dicarchæo clavaque arcuque Typhones
Expulit, & cessit noxia turba Deo.
Hydruntum petiit pars, & pars altera Thuscos,
Interiit victus terror uterque loco.
Hinc bona posteritas immania corpora servat,
Et tales mundo testificatur avos.

SCHOLIA.

Puteoli. *Puteoli*] Tacitus *lib.* IV. sic habet. *In Italia oppidum vetus Puteoli, jus coloniæ, & cognomentum à Nerone adipiscuntur. Veterani Tarentum, & Antium ascripti, non tamen infrequentiæ locorum subvenere, dilapsis pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant. Neque conjugiis suscipiendis, neque alendis liberis sueti, orbas sine posteris domos relinquebant. Non enim ut olim universæ legiones deducebantur cum tribunis, & centurionibus, & sui cujusque ordinis militibus, ut consensu, & caritate Rempub. efficerent: sed ignoti inter se diversis manipulis sine rectore, sine affectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium repente in unum collecti, numerus magisque colonia. Comitia prætorum arbitrio senatus haberi solita, quod acriore ambitu exarserant, princeps composuit; treis qui supra numerum petebant, legioni præficiendo. Auxitque Patrum honorem, statuendo, ut qui à privatis judicibus ad Senatum provocavissent, ejusdem pecuniæ periculum facerent: cujus ii, qui Imperatorem appellavere. nam antea vacuum id, solutumque pœna fuerat.* Hæc ibi Strabo *lib.* V. ἡ Δικαιαρχία, ἔφη, ἣν πρότερον ὠπίνειον Κομαίων ἐπ' ὀφρύος ἱδρομένον. Ρωμαῖοι μετωνόμασαν Ποτιόλους ἀπ' τῶν φρεάτων. οἱ δ' ἀπὸ τῆς δυσωδίας τῶν ὑδάτων. *Dicæarchia,* (Dicæarchia.) inquit, *quæ primum, fuerat Cumanorum emporium, Romani postea vocarunt Puteolos à puteis, aliqui autem à putore aquarum.* Eusebius vero Cæsariensis ἐν χρονικοῖς *Olym.* LXIV. *cap.* 13. refert Puteolos ante dictam fuisse Dicæarchiam tempore Tarquinii Superbi, & Pythagoræ, ob imperii justitiam. Galenus in I. *cap.* 4. *de compos. per* 31. *gen. Dicæarchiæ*, & IX. *cap.* 28. *de Compos. per loc.* meminit Putiolii. quam Tyrrhenorum coloniam vocat Pausanias, & Campaniæ coloniam. Beda super Act. Apost. ut refert Dion. Cartusianus. Atqui auctor historiæ *Schol.* I. Comestor insulam esse putat; sed melius Card. Cajetanus, qui ibidem vocat civitatem maritimam. Fuit in hoc oppido celebris fortitudo Mariæ Puteolanæ. (Maria. Puteol.) cujus meminit Franc. Petrar. V. *Epist. cap.* 71. & ex eo Jo. Ravisius Textor *prima parte Officinæ. cap.* 122.

De Prochoro (Prochorus) Episcopo Puteol. (cujus meminit B. Lucas *Act.* VI.) & uno ex LXX. discipulis, lege Hippolitum marty. & de Aucupio (Aucupius) Episcopo fit mentio in Concilio sub Symmacho Papa. De S. Sosio (S. Sosius) apud Puteolos meminit Lippomanus *in vitis patrum*, *tomo* IV. De Francisco (Francis. Puteol.) Puteol. Beroaldi præceptore, lege eundem Beroaldum in Orat. Proverb. cujus etiam extat epistola ad Jacobum antiquarium de Chirio fortunato, quem ipse recognovit, imprimique curavit. extat epistola ejusdem in præfatione Corn. Taciti. idem vertit Psalmos & Ecclesiasten Salomonis, quos Hieronymo Quirino Patr. Venet. nuncupavit. & hic ille est, quem noster Politianus II. *epistolarum epist.* 15. amice salutat. De Ambrosio (Ambros. Puteol.) Puteol. medico, unus ex vetustissimis medicis, Marcellus meminit. *cap.* 26. De Andronico (Andronicus.) Puteolano meminit Cicero *lib.* V. *epist.* XV. *ad Atticum.* Sed & Stephanus περὶ πόλεων. Herodianum (Herodianus.) Puteolis Symposia scripsisse testatur. De aëris (Aër Put.) Puteolani natura eruditissime scripsit Petrus Jacobus à Toleto. De aquis (Aqua Put.) Puteol. meminit Cic. *in Orat. pro Plancio*, & in *lege agraria.* de pulvere (Pulvis Put.) vero Victruvius *lib.* II. *cap.* 6. & Seneca III. *cap.* 20. *Quæst. Natural.* & ex eo Cœl. Rhod. XVI. *cap.* 43. *lect. antiq.* Marmorum vero antiquorum meminit meus Franciscus Balistherius in Periocha de accentibus. Et ut obiter annotem, ficuum Volumbrorum Pontanus II. *de amore conjug. cap.* 4. & cerussæ meminit Jac. Sylvius in *appendice dispensarii Valerii Cordi. cap.* 14. Qui vero aliqua alia desiderat de hoc oppido (ut studiosis viris satisfaciam) legat Josephum XVIII. *antiq. cap.* 4. Philostratum VII. *de Apoll.* Melam *lib.* II. *cap.* 2. Appianum *lib.* V. Senecam ad Lucillium, *epist.* 54. Livium III. *ab urb. cond. lib.* IV. Plinium II. *hist. Nat.* L. Florum I. *cap.* 16. Suetonium II. *cap.* 95. Tacitum XIX. *cap.* 43. & Statium

tium II. *Sylv. prima.* E recentioribus vero Blondum de *Ital. illustr. cap. de Campania*, Volater. VI. *cap.* 6. & Pontanum VI. *de Bel. Neapol.* cum Petrar. II. *epist.* 16.

S. Proculus. *Proculo*] is fuit diaconus B. Januarii martyris, socius martyrii, cujus festum celebratur die 19. Septem. passus est enim sub Diocletiano Imp. an. 289. Hujus sancti templum hodie est sedes Episcopi. ut utar voce Concilii Triburiensis. *cap.* 15. quæ infra *cap.* 18. lege officium septem patronorum Eccl. Neapolitanæ, & Martyrologium ecclesiasticum.

Calphur. *Calphurn.*] de Calphurnio equite Rom. meminit Tacitus, *lib.* 16. & Cicero *Orat. contra C. Ant.* & *L. Catil.* est & hujus nominis unus ex bucolicis scriptoribus.

Pompo. Lætus. *Pomponius*] fuit vir antiquitatis, & bonarum literarum consultissimus, ut mutuem mihi verba Ang. Polit. *in suis miscell. cap.* 73. qui septuagenarius (referente Jovio in Elogiis *cap.* 40.) è vita hac excessit.

Cur. *Disce cur*] etsi hæc dictio modo corripiatur, scito tamen illam ex regula produci, necnon ex auctoritate Nasonis II. Elegiarum, *el.* 4. Ausonii *epist.* 44. Venusini poëtæ *primo carm.* 33. & Pontani II. Eridani *cap.* 6. *de Gigantibus:* lege

Gigant. Philonem *lib.* de Gigantibus ex libro Genes. Nu-
32. mer. Deuter. Job, Baruch, aliisque Sacris scripturis, Lucanum *lib.* IV. *Pharsaliæ*, Spartianum in *Adriano*, Macrobium I. *cap.* 10. *Saturn.* Diod. V. *cap.* I. *antiq. gest.* Claudianum *epist.* 8. Ovid. V. *Metamor.* Boccacium IV. *Geneal.* Polit. in *Miscel. cap.* 18. Gyraldum *de Hercule.* ut alios scriptores interim prætercam.

CAPUT XV.

De Theatro Puteolorum.

Theatrum. APud *Puteolos* Theatrum olim fuit, miræ magnitudinis quod hodie quoque pene integrum apparet, circuli formam habens. In quo quondam mixtim homines cum mulieribus, majores cum minoribus ludos aspiciebant. Sed hoc confusissimum spectandi genus, ut dicit *Suetonius*: cum *Augustus Cæsar* celeberrimis ludis, quibus ipse cum Senatorium virum frequenti consessu nemo recepisset, idem princeps spe-

Nota. ctandi modum correxit. Inter hoc Theatrum & *Puteolos* est quoddam ingens Ædificium subterraneum ita pulchrum, & adhuc recens, ut videatur ante paucos annos constructum fuisse, quum tamen referat po-

Centum cameræ. tentiam illam maximam *Romanorum.* Sunt etiam ibi parvæ cellæ quasi novæ, opere fortissimo concameratæ, quarum quælibet habet unum ostium ad alteram apertum, ita ut ex una in alteram quilibet progredi possit. Et sunt tam multæ, ut si quispiam sine lumine intraverit, vix, vel nunquam exire possit. Et ob hoc *Puteolani* indige-

Labyrin. næ vocant illud opus Labyrinthum. Super hæc omnia ædificia sunt horti, atque agri constituti, videturque terra solida esse. Et nisi aliquis loci sit peritus, inveniri non possunt: habent siquidem ingressus arctos

Pulvis Puteol. vepribus, & sentibus obsitos. *Puteolanus* pulvis (ut dicit Seneca) *si aquam attingit, saxum fit. sic è contrario, hæc aqua si solidum tangat, hæret, & affigitur. Inde est, quod res projectæ in eundem lacum, commersæ in lapides subinde extrahuntur.* Hæc ille. Habetur in Actis Apost. quod

Paulus Apost. beatus *Paulus Puteolos* venit, unde legitur. *Et cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo: inde circum legentes devenimus Rhegium, & post diem unum, flante Austro, secundo die venimus Puteolos, ibi inventis fratribus, rogati sumus manere apud eos dies septem.* Mirum est,

Vini prohibitio. quod hodierno die Mulieres in illo oppido non bibant vinum, & si quæ biberint, parum pudicæ habeantur: quum in proximis 33. locis circunquaque subjectis vinum ab eo sexu minime respuatur.

SCHOLIA.

Vulgo *lo Girone*, sumpsit namque etymum à gyro.

Spectacula. *Sueton.*] locus est *in* II. *cap.* 43. *spectandi*, inquit, *confusissimum, ac solutissimum morem correxit, ordinavitque, motus injuria senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat.* Et infra. *cap.* 44. *Facto igitur decreto Patrum, ut quoties quid spectandum usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret senatoribus. Romæ legatos liberarum, sociarumque gentium venit in orchestra considere, cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Militem secrevit à populo. Maritis è plebe proprios ordines assignavit prætextatis cuneum suum, & proximum pædagogis: sanxitque ne quis pullatorum media cunea sederet. Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco concessit. solis Virginibus Vestalibus lo-*

Theatrum. *cum in Theatro separatim, & contra prætoris tribunal dedit. Athletarum vero spectaculo muliebrem sexum adeo submovit, ut Pontificalibus ludis pugilum par postulatum, distulerit in sequentis diei matutinum tempus: edixeritque, mulieres ante horam quintam venire in theatrum, non placere.*

Cellæ] vulgo dicuntur *cento camerelle.*

Labyrin. *Labyrinthum*] lege inferius *cap.* 69. & P. Bellonium I. *de medic. funer. cap.* 9.

Seneca] locus est III. *quest. natur. cap.* 20. de hoc pulvere supra *cap.* 14.

In Actis] locus est *cap.* 28. græce sic, ἤλθομεν εἰς ποτιόλυς. quem locum, (ut id per transennam annotem) Ireneus Episc. Lugdun. citat *lib.* III. *contra Valent. cap.* 14. cum loquitur de B. Luca medico & Evangelista.

Vini prohibitio. *Mirum est*] Hic usus olim invaluit apud Romanos. ut auctor est Plin. XIV. *cap.* 13. Valer. Max. *lib.* II. *cap.* I. Gell. X. *noct. att. cap.* 23. & Tiraquellus noster *in lege* 9. *Connub. num.* 155. Spartiani quoque vino abstinent, ut scribit Xenophon de *lege Lacedæmon.*

CAPUT XVI.

De Ponte Puteolorum in mari facto per C. Cæsarem.

Caligula. A Molibus *Puteolanis* usque *Bajas* (ut *Tranquillus* ait) *C. Caligula* Cæsar *Romanus* pontem fieri jussit, longum trium milium, & 600. fere passuum. quo facto, duobus diebus continuis super eo cucurrit. Primo enim de phalerato equo, coronam querciam ferens in capite, securim, gladium, cetram, aureamque chlamydem. Tertio die in habitu quadrigario per Pontem accessit, habens ante se curriculum bijugum famoso- 34.
rum equorum, comitante eum *Dario* pue-

ro ex *Parthorum* obsidibus, agmine prætorianorum, & in essedis amicorum cohorte.

SCHOLIA.

Tranquillus] locus est IV. *cap.* 19.
Meminit hujus Pontis Blondus, quæ infra in cap. sequenti. Lege quid Laërtius I. *cap.* I. *de Haly fluvio*, & quid Thales promiserit. (Haly.)

CAPUT XVII.

Quare C. Cæsar hunc Pontem fieri fecit.

(Pons cur factus.) QUare autem hic Pons à *Cajo* fuerit excogitatus, ratio triplex assignatur per *Suetonium.* Prima est, *ut imitaretur Xerxen Persarum regem, qui volens de Asia in Græciam transfretare, non sine admiratione.* Secunda est, *ut alicujus operis immensi fama Germaniam, & Britanniam, quibus tunc imperabat, territaret.* Tertia est, quam arbitratus est Suetonius *avum meum, inquit, narrantem puer audiebam, causam operis ab interioribus aulicis proditam: quod* Thrasyllus (Thrasyllus.) *mathematicus anxio de successione* Tiberio, *& in verum nepotem proniori, affirmasset, non magis* Cajum *imperaturum, quam per* Bajanum *sinum equis discursurum. Mortuo demum* Tiberio Cajus *Imperator factus est, qui talem pontem fieri præcipiens, super eo tribus diebus continuis commeavit, quarto die cum multos è littore invitasset ad se, repente omnes præcipitavit. quosdam gubernacula apprehendentes contis, remisque detrusit in mare.* (Nota.) Hæc Suetonius. De pilis hujus pontis meminit *Seneca* ad Lucil. dicens omnis in pilis *Puteolanorum* turba consistit.

SCHOLIA.

Sueton.] locus est IV. *cap.* 32.
Pontem] Josephus XIX. antiq. *cap.* I. sic dicit *ex Dicæarchia civitate, quæ in Campania constituta est, ad Messanam quæ alia quoque maritima civitas est, grave putans uti remis, transitumque facere, putansque sibi subjicere etiam hoc elementum posse, velut domino filet terræ natura sustinere. Voluit ergo à littore ad littus, stadia ferme* 300. *in medio mari & intra tamen vastum sinum, Pontem*
35. *construere: super quem carrucis, & diversis vehiculis itinera valeret efficere.* Hæc ille.
Seneca] locus est *epist.* 78.
In pilis] sic castigatius, in pyris.

CAPUT XVIII.

De Aqua Sulphuraria.

(Sulphur. aqua.) IN summitate montis, qui *Puteolis* præeminet, planicies magna adhuc tota continuis scopulis, & rupibus circundata, nisi ubi ingressus patet. Ex quibus extrahitur innumerabilis thesaurus Sulphuris, Aluminis, & Vitrioli, quæ ex lapidibus, & terra montis fiunt. Aqua ibi nascitur, quæ cum maximo impetu ebulliens in altum usque ad 16. & quandoque 24. palmos, maxime vero cum Mare æstuat, (sicut accolæ testantur) attollitur, ac elevatur. In hac planitie complura fiunt à Natura foramina, è quibus maximus exhalat fumus. ut si in foraminibus lapis projiciatur, (Nota.) etiam magnus, vi, atque impetu fumi rejiciatur. Hæc aqua sulfurea, & hic fumus nervos mollificat, visum acuit, lachrymas, vomitumque stringit, capitis, ac stomachi dolorem aufert, steriles fœcundat, febres cum frigore, seu rigore accedentes tollit, infecta scabie membra purgat. Hujus odor gravis est, locusque undique fumigans terribilis est: verum is fumus rheuma, frigusque capitis tollit.

SCHOLIA.

Meminit hujus aquæ Savanarola, dicens: eam conferre dolori antiquo capitis, dolori stomachi ex causa frigida, & humiditatem phlegmaticam purgare. Ugolinus dicit humores phlegmaticos dissolvere. Menghus *cap.* 6. asserit ejus mineram esse sulphur & æs, quia firmat lachrymas, visumque acuit.

Meminit hujus loci Volater. VI. Pontanus II. Parthen. III. & Franciottus, quod Vulcani forum appellat, sic enim à Strabone *lib.* V. vocatur. qui etiam refert apud Bajas reperiri loca sulphurea. (Sulphuraria.) sed & Galenus V. *cap.* 4. τῶν ὑγιεινῶν aquarum sulphurearum meminit. Locum hunc Plinius *lib.* III. *cap.* 5. vocat phlegræos campos, sicut Sylius Italicus *lib.* VIII. & Diodorus Siculus VI. *antiq. cap.* II. ἀπὸ τοῦ φλέγειν. similiter Plin. *lib.* XVIII. *cap.* 2. & XXXI. *cap.* 4. vocat colles leucogeos, albam terram. Josephus XVIII. *antiq.* refert versus fluvium Jordanem esse paludem (Palus sul.) sulfuriferam. & Ovidius V. τῶν μεταμορφώσεων necnon II. *de Ponto el.* 10. stagna sulphurea apud Palicos esse affirmat. (Palici.) In Istria sunt etiam campi phlegræi, ut ex V. Berosi (modo sit ille antiquus) annotat noster concivis L. Joan. Scoppa in 36. suis collectaneis. *cap.* 24.

Sulphur (ut auctor est Suidas *in collect. cap.* 15.) (Sulphur.) suffitur ad expiationem: & religionibus (teste Plinio *lib.* XXXV.) ad expiandas suffitu domos locum habet. Hinc poeta ille ingeniosus in suis Fastis ajebat,

Cærulei fiant puro de sulfure fumi,
Lectaque fumanti sulphure balet ovis.

& hoc est quod Aristot. XXIV. τῶν προβλημάτων (Bitumen.) sacrum vocat. Suffitur etiam bitumen ad expiationem uti scribit uterque Berosus, ut utar verbis Rever. Gasparis Barrerii Lusitani in censura pseudoberosi.

Bulliens] hujus rei ἐγὼ εἰμὶ αὐτόπτης, cum anno Domini 46. supra sesqui millesimum Puteolis cum parente meo Diogene medico degerem.

Nervos] Oribas. *lib.* X. *cap.* 3. *ad Julia.* refert, aquam, in qua est vis sulphuris, nervos mollire, doloresque lenire, stomachum tamen imbecillum reddere. hoc etiam adstruit Ægineta, & Aëtius ubi supra in canon. baln. sed & Horatius I. *epist.* 15. vim istam non tacuit.

Lacrymas] idem operatur Baln. Dimidiæ viæ apud Ænarias, cujus vires fere sunt cum hac aqua communes.

Tollit febres] Savanarola hoc non credit, cum sit σκληροκάρδιος. sed Ugolinus verum esse fatetur: præcedens tamen congrua purgatione. secus enim pugnaret cum Galeni doctrina *lib. Methodi, de ar. cur. de crisi,* & alibi sexcenties.

Leguntur versus sub Alcadini nomine de hac (Alcad.) aqua sulphuraria in heroico numero: sed cum à consueto more deflectant, illos rejecimus, proque illis substituimus hos elegos.

Sul-

Franc. *Sulphureos fumos mittentia Balnea, nervos*
Mollificant, scabiem, membraque scabra novant.
Hæc aqua fœcundat steriles, stomachique dolorem
Destruit, ac capitis, stringit aquam ex oculis.
Est vomitum cogens, oculos bene reddit acutos,
Pituitam solvit, frigora febre fugat.
Præsertim si præveniat purgatio trina,
Secure intrabis. Corpora pura etenim,
Nota. *Quam semel accipiunt, servant sine labe salutem,*
Balnea ne culpes, quove modo hæc oleant.
Effectum virtutis ama, naresque medela
Quam fugiunt, morbos corpore sæpe fugat.

S. Januarius. Est advertendum prope hunc locum sulphurarii Montis celebrari martyrium gloriosissimi Pontificis, & nostri patroni apud Deum JANUARII. in cujus signum erecta est quædam ædicula, seu sacellum, quod itinerantibus statim sese obviam profert.

CAPUT XIX.

De Balneo Cantarello.

Cantarellus. NOmen à forma balnei sumpsit; hic primus in littore, quod à *Puteolis* trans *Tripergulas* vadit, admirandas exequitur
37. operationes. antiquas, ac novas plagas, fistulasque emundat, desiccat, & solidat, fluxum rheumatis prohibet, clarificat lumina, venas obstruit fluentis sanguinis, arthriticis subvenit, utilis est ad febres, & frigora, ferrum mirabiliter extrahit, & fragmenta ossium fractorum, quæ latent in corpore, & munere chirurgico fungitur. cum autem hæc aqua temperata sit, utero gerentibus nimis confert, sed continuata
Eustas. obest. de quo dicit *Eustas. de Matera.*

Inter aquas pelagi fervens aqua manat, & ipsa
Ne fluat in pontum futile claudit opus,
Cum mare fervescit, locus oppugnatur ab undis,
Vix aliquis poterit æger adire locum.
Cantarus humana fruitur virtute medendi:
Nam plagas veteres, consolidatque novas.
Vlcera qui patitur cutis ex humoribus extra,
Cantarus abstergit, lumina clara facit,
Sanguinis obturat venam quocunque fluentem,
Subvenit articulis, fit medicina pedum,
Vtilis ad febres, & frigora. sed tamen hujus
Vsus aquæ lateri continuatus obest.

SCHOLIA.

Meminit de eo Ugolinus dicens cutis ulcera abstergere, podagræ conferre, & usum illius continuatum lateri obesse. Meminit etiam Franciottus.

Nota. Advertendum est, quod in hac aqua immergendæ sunt plagæ, ut notatur supra in canon. baln. num. 9.

Sanguinis] Alex. Trall. *lib.* VII. *cap.* I. meminit aquarum naturalium, quæ sputo sanguinis opitulantur.

Fragmenta] idem operatur Baln. fontis apud Aenarias.

Hæc aqua] in cod. Veneto legitur, cum autem hæc aqua styptica sit.

A *Inter aquas*] adscribuntur etiam hi versus Alcad.

Ne fluat] sic, *Ne fluat ad pontum sectile claudit opus.*

Vix] ne fiat pentemimeris nos sic restituimus,
Vix poterit quisquam hunc æger adire locum.

Obest] Galen. III. *compos. loc. cap.* I. meminit Mulieris, cui usus aquarum naturalium obfuit.

CAPUT XX. 38.

De Fontana.

B AD *Cantarelli* latus aqua consurgit, proprietatibus ipsi contraria, noviter inventa, nec ab aliis descripta. quæ cum more fontis scaturiat, *Fontana* dicta est. Hæc somnum conciliat, ventrem reddit lubricum, lac auget, infantes soporosos, & placidos facit, nauseam repellit, indurata mollificat, super alia lavacra renes purgat, educit arenulas, vesicam aperit, capillos cogit exire, vulneribus, & podagricis nocet. Hac aqua *Puteolanæ* Matronæ cum suis pueris semper utuntur. Fontana.

C

SCHOLIA.

Vulgo dicitur *la Forma.*

Meminit de eo Franciottus, similiter Savan. vocatque Balneolum. Est hujus nominis Baln. apud Aenarias.

Capillos] rectius legitur judicio meo, lapillos, ut in Cod. Veneto legitur. & facilis error esse potuit: nam similitudines, ut ait Hippocrates, decipiunt. similis error est in Petronio Arbitro, cujus circumferuntur illa aurea verba περὶ τῶν χρημάτων quotidie celebrata à Diogene Cynico, sed
D christiano, cum dicit. Quisquis habet nummos, secura naviget aura, Fortunamque suo temperet arbitrio. Pecuniæ enim omnia, ut ait Sapiens, *Eccl.* 10. obediunt. hæc parerga sint. Pecuniæ vis.

Cum hujus Baln. versus non legantur apud Alcad. neque apud Eustas. duos τὰς θερμοποιητὰς, volui breviter sub metri norma ipsius facultates redigere, ne Balnea πρὸς ἀλλήλας ἐρίζοιντο, ἢ μάχοιντο. Nota.

Fert somnum, ventrem reddit fluxumque, soporem Franc.
Conciliat pueris, lac cito multiplicat.
Saxea mollificat, renes expurgat arena,
Cuncta lavacra super, nausea fit procul hinc.
Vesicam reserat, lapidem frangitque potenter,
E *Affectis podagra, vulneribusque nocet.*

CAPUT XXI.

De Villa Ciceronis quæ hodie dicitur Ciceronum.

HIc non procul supra mare *Bajas* respiciens occidentem versus villa fuit *M. Tul. Ciceronis* cujus altera pars supra mare in edito posita, vetustate dejecta est. quæ 39. vero in proximo, dirutos parietes ostendit. hæc vulgo ab incolis dicitur *Ciceronum.* Cicer. villa.

F

SCHOLIA.

Vulgo *stanza de D. Pietro de Toledo, Vicerè di Napoli.*

De hac villa meminit Syllius, *cap.* I. ut dictum est superius. meminit & Jo. Boccac. *in lib. Fontium, cap.* 2. & Blond. ex Plin. XXXI. *cap.* 48. (ut taceam Pontanum II. *Parthen.* III. *cap.* 36.) qui dicit, factas esse in ea (post Cicer. mortem à liberto ipsius Tul. laurea, ob signum

dilectionis erga dominum) figuras hominum indicantium manibus morborum τὺς πεπονθότας τόπους sedes affectas. Versus, quos citant Blond. & P. Crinitus II. de poëtis ex Plinio hi sunt.

Tul. laurea.

Quod tua Romanæ vindex clarissime linguæ,
Sylva loco melius surgere jussa viret.
Atque Academiæ celebratam nomine villam,
Nunc reparat cultu sub potiore vetus.
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore levant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.
Ut quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

Adrian. Imp. In hac villa obiit, & sepultus est Adrianus Imp. qui Bajis obiit, ut refert Blond. ex Spartiano.

Conviviorum, quæ apud Bajas fiebant, meminit Cicero *in orat. pro L. Cælio.*

Nota, quod D. Gregorius I. *dialogorum cap.* 4. meminit Monasterii, quod Baln. Ciceronis vocabatur. & Cicero V. *ad Attic. ep.* 2. meminit sui Cumani.

CAPUT XXII.

De Balneo Prati.

Pratum. CIceronis opus creditur lavacrum, quod in *Prato* situm est, unde nomen sumpsit. Euntes enim à *Tripergulis Aversam* oppidum post *Hospitalis* transitum ad sinistram partem semitæ statim Cryptam invenient, & per subterraneum descensum aquam reperiunt. quæ multum placida ophthalmiis confert, eorum ulcera tergit, corpus ab humoribus pigris alleviat, viscerum tormina aufert, musculos brachii emollit, caput, & scapulas trahit ad situm naturalem, & toti corpori præsto est. De quo sic *Eustasius.* (Eustas.)

40. *Est lavacrum à vulgo Prati cognomine dictum,*
Creditur à multis hoc Ciceronis opus.
Est via difficilis, quæ ducit ad inferiora,
In quibus inveniet, quam petit æger, aquam.
Hæc bene visceribus fertur conferre molestis,
Allevat hæc corpus, quod gravat humor iners.
Dicunt & duros mire mollire lacertos,
Et caput, & spatulas, ad sua jura trahit.
Detergit lippos oculos, ac ulcera magnam.
In toto pariter corpore præstat opem.
Nota. *In sudore madens fugiat pro tempore frigus,*
Nec potum sumat, dum sua membra calent.

SCHOLIA.

Vulgo *bagno de Prata.*

Meminit de eo Franciottus, & Ugolin. quod vocat Baln. Practæ, dicit conferre rheumati capitis. est etiam apud eundem Baln. hujus nominis in Viterbio.

Alcad. Lavacrum. *Est lavacrum*] hi versus adscribuntur Alcadino. aliter legitur, & melius.

Est aqua, quam vulgò de Prato balnea dicunt.

ponitur enim lavacrum hic, & alibi media correpta, metri tamen gratia: quum ex syllabæ natura producenda sit. quod ostenditur exemplo Claud. II. *contra eutr.* Lactan. in carmine *de Resur. dom.* & Sereno medico.

A

Inferiora] sic, ad interiora.

In sudore] lege supra in can. baln. num. 35.

CAPUT XXIII.

De Tripergula.

TRipergula locus est juxta *Avernum* lacum, dictus sic à tribus tuguriis. (Triper.)

SCHOLIA.

B *Dictus*] Pergula locus apertus est, à multis lateribus aërem excipiens, à pergendo dicta. utitur hac voce. Proper. *lib.* IV. *el.* 5. Juvenal. *sat.* I. Plin. XXXV. *cap.* 10. & Ulpianus jureconsultorum post. Papin. Asylus in *l. si vero ff. de his, qui dejecerunt.* Est & Perga loci nomen apud Gal. II. *compos. per loc. cap.* I. similiter nomen luci, in quo fuit antiquissimum fanum Dianæ. cujus meminit Cicero III. *in Ver.* act. ubi Ascon. ped. (Pergula.) (Perga.)

De Tripergula meminit Blond. Locus hic (proh dolor, & lamentabilis casus) fere totus in cinerem conversus est, ob Terræ inopinatos motus: qui anno salutis M.D.XXXVIII. die XXIX. Sept. in festo S. Michaël. excitati sunt. tunc enim apparere cæpit Mons novus, altitudinis 3. miliarium, qui sepelivit plurima balnea, nedum Triper. sed Averni, Lucrinique lacus. 41. (Tripers. ruina.) C

Hujus balneorum ruinæ meminit Hieron. Borgia, sic dicit: Balnea flete inopes gravibus demersa favillis, Balnea Romanis virtutibus aucta. vel ipsum supra Aponum celebrem, cunctis celeberrima terris. O valde memoranda per ævum pernicies. Vere enim dixit olim Blond. major est ædificiorum Puteolanorum ruina (non tamen de hac loquitur) omnibus aliis, excepta Roma. (Baln. Sepul.) (Nota.) D

Similem Terræmotum retulit Seneca VI. *Quest. nat. cap.* I. & Tacitus in XV. apud Pompejos, qui Stabias, Surrentum, necnon Neapolim infestavit. De terræmotu apud Bononien. meminit Pius in *lib.* IV. Lucretii: deque alio in diebus Nicolai quinti Pandol. Collenutius in *Histor. Neapol.* ut taceam quæ scribit Plin. II. *Hist. nat.* à *cap.* 107. *usque ad* 110. & Fr. Petrar. II. *Dialog. cap.* 91. Deque aliis incendiis lege D. August. III. *de Civ. Dei. cap.* 31. Similiter quæ Appianus de Rivo ignis narrat. (Terræmotus.) (Rivus ignis.)

E De hoc Triperg. incendio latine scripsit summus nostri seculi philos. & theologus Simon Portius Neapol. & P. Jacobus à Toleto medicus: Materno tamen sermone M. Ant. Falco Episc. sed equestri oratione Hiero. Borgia: cujus initium est tale. Horrida naturæ novitas memoranda ministrat carmina &c. ut silentio involvam Anton. Sancto Felicium in Clio divina. Epitome autem eorum, quæ doctiss. Portius scripsit super hac conflagratione. Hæc est. (Portii historia de hoc incendio.)

F *Puteolorum regio fuit biennio fere magnis Terræmotibus agitata, ut nulla in ea superesset domus integra, quæ proximam minabatur ruinam. At die* XXVII. *&* XXVIII. *Sept. anni* M.D.XXXVIII. *perpetuis diebus, & noctibus terra est commota: Mare passibus fere* 200. *recessit; quo loco Accolæ ingentem piscium multitudinem ceperunt, & aquæ dulces erant.*

Die vero XXIX. *magnus terræ tractus, qui inter radices montis Gauri (quem Barbarum appellant) & mare juxta Avernum jacet, sese erigere videbatur, & Montis subito nascentis imitari figuram. Eo ipso die hora noctis* 2. *hic terræ cumulus, aperto veluti ore, magno cum fremitu, miros evomuit ignes, pumi-* (Gaurus mons.)

pumices, lapides, cinerisque fœdi tam magnam copiam, ut quæ adhuc extabant Puteolorum ædificia operuerit, herbas omnes texerit, arbores fregerit, pendentemque vindemiam ad sextum usque lapidem in cineres verterit: aves, & nonnullas quadrupedes bestias interemerit. Fugientibus per tenebras Puteolanis cum natis & uxoribus magno ejulatu Neapolim sese recipientibus; Cinis prope voragineus erat siccus, longe vero lutosus, & humidus cecidit. Sed quod omnem superat admirationem, Mons circum eam voraginem (nunc dicitur Mons novus) ex pumicibus & cinere plusquam 1000. *passuum altitudine una nocte congestus aspicitur: in quo multa inerant spiramenta, è quibus nunc duo supersunt, alterum juxta Avernum, alterum in medio montis Averni magna pars operta cinere. Balnea illa tot sæculis celebrata, quæque tot ægris salutem præsta-* 42. *bant, cinere sepulta jacent. durat hoc incendium usque ad hanc diem, cum aliqua tamen intercapedine. Quæ vero circa dicta philosophice considerari possumus ea sunt. Etenim quæ raro à Natura fiunt, quædam carent causis definitis, ut ea, quæ à casu fiunt: alia autem non sine casis certis, ut Eclipses, Cometæ, Terræmotus. sed cum hoc incendium fuerit post Terræmotum, de eo pauca dicere oportet.*

Mons novus. — Arist. 2. Physi. — Terræ motus. — Sol.

Sol in terram agens humidam, fumum ex ea educit; qui si crassior fuerit, & humidior, dicitur Vapor, humida generans, ut pluvias, nives &c. sin siccior, (quem exhalationem Aristo. in Meteorologicis II. *cap.* 2. *vocavit) sicca gignit. Fumus hic in terræ cavernis genitus, aut totus effluit vi propellens aërem, & generat ventos: aut totus coercetur igneus existens, qui volens velociter exire, terram commovet, & facit terræmotus magnos: aut partim effluit, & partim coercetur, & facit terræmotus leves: cum pars effluens aërem moveat, occlusa vero terram. Non est prætereunda causa superior (ut Astrologi perhibent) stellarum inquam conventus, lunæque defectus, hæc omnia fuerunt his temporibus. Congressus Martis cum Saturno in Virgine, proximo solstitio, qui exhalationes, & terræmotus gignere consuevit. Fuere anno præterito Eclipses Lunæ, & Cometæ. Terræmotus tempora apta sunt Ver, & Autumnus: quibus tunc fiunt incrementa humiditatum & caloris, unde sol gignit vapores: quorum generationem prohibet Hyems ob nimium frigus, & Æstas ob nimium calorem. Hora aptior terræmotibus est diluculum, quia sol ad nos rediens terræ cogit frigiditatem, quæ prohibet egressum exhalationibus: Est etiam Meridies, cum Sol supernas exhalationes resolvat, educatque infernas, quæ terram movent.*

Astrol.

Locus esse debet mari finitimus, & ejus terra velut spongia poris affluens, & cavernis: quibus omnibus obnoxius Puteolanus ager frequentes patitur terræmotus. Cumque exhalationes istæ motu velocissimo raptæ materiam in ea regione bituminosam, atque igne perustam inflammarint, propulsamque ejecerint, hiatum illum effecerunt. Mare recessit, quia exhalationes exire volentes, terram rarefecerunt, quæ veluti sitiens aquam per rimulas hausit. Materia illa bituminis antea ardebat, quia aquæ, quæ juxta eam scaturiebant, erant calidæ: at exhalationum impetu incendium majus sumpserunt. Fumus non semper exit, nec fremitus semper exauditur, quia primis diebus os voraginis erat angustum, hinc flamma illi ori proxima cum fremitu erupit, processu autem temporis non sic contingebat. Cinis hic in locis vicinis est siccior, quod ab ardore fit, at longinquis partibus est humidior, quia transit per aëris mediam regionem, quæ humida est. Tempus durationis sciri nequit, quia nescimus materiæ quantitatem, qua ignis ille alitur. Credo tamen non minori tempore duraturum, quam illud Vesevi montis: maxime cum Puteolanus ager sulphureo bitumine plenus sit. Quid portendat hoc, nil certi cum Peripateticis astruo: tametsi Cicero, eloquentiæ pater, portentis multum tribuat, multumque detrahat. Putarem ego quod siccitatem portendat, cui frugum penuria succedere consuevit. Astrorum periti futura bella prædicant. Aristot. similia contigisse in Heraclia civitate, & sacra insula Æoli refert: sic 43. *etiam imperante Tito, anno imperii sui* 2. *Vesevus mons ab altero vero vertice magnos eructavit ignes.* Hæc ille.

Nota. — Vesevus. — Suet. cap. 8. — Stat. 5. Syl. 3.

CAPUT XXIV.

De Balneo Tripergulæ.

IN hoc loco inter alia Balnea, quæ ibi fore narrantur, unum est dictum *Tripergula.* Vel à loco, in quo est: vel quod tres habeat mansiones, unam, in qua vestes balneantium servantur: alteram, in qua quies datur sudantibus: tertiam vero, quæ aquam calidam contineat.

Triper. mansiones.

SCHOLIA.

Prope hæc Balnea est lucus Sacer. de quo Blond. ex *Livio* III. ab *urbe cond. libro* III. vulgo *Selva de hami.*

Lucus Sacer. Hamæ.

CAPUT XXV.

De Balneo Tripergulæ, seu Veteri.

LOci dispositio dedit balneo huic vocabulum, etenim domus hæc, ut dictum est, in tres partes est divisa dicitur etiam Balneum vetus, eo quod primum in hoc loco inventum balneum, circumpositum domibus, nomen dedit, ut ipsum suburbium etiam *Tripergula* vocetur. Hæc unda omnibus accommoda, aufert mentis defectum, cor exhilarat, alleviat corpus, membrorum onera profugat, stomachi varios dolores arcet, pedum gravitatem removet: hac aqua utens nulla prava tenebit Symptomata. Ex hoc loco ferunt D. N. JESUM CHRISTUM à mortuis resurrexisse, & ab *Averno*, seu Inferno tulisse prædam: unde & altus Mons supereminens *Mons Christi* dicitur. Eustasius.

Baln. vetus. — Mons Christi. Eustas.

Est locus australis, quo portam Christus Averni
Fregit, & eduxit mortuus inde suos.
Hæc domus est triplex, hinc jure Tripergula dicta,
Una capit vestes, altera servat aquam,
Utilis unda satis multum sudantibus, aufert
Defectum mentis, cum gravitate pedum.
Hæc stomachi varias facit absentare querelas, 44.
Flebile de toto corpore tollit onus.
Debilis, atque piger, quibus est non multa facultas,
Consulimus tali ut sæpe fruatur aqua.
Hujus amator aquæ symptomata nulla timebit,
Incolumi semper corpore lætus erit.

SCHOLIA.

Meminit de eo Franciottus, & Ugolinus dicit totius corporis debilitatem auferre & segnitiem: superfluumque dolorem pellere.

Hagiopater. *Ex hoc loco*] Credo cum universa Ecclesia Dei Catholica & Apostolica D. N. JESUM CHRISTUM Dei filium τῶν ὁμοούσιον, Deum de Deo, ad Inferos descendisse, prout Prophetarum oracula testantur. *Zach.* IX. Tertia vero die resurrexisse à mortuis, secundum scripturas. 1 *Cor.* XV. Sed num ex hoc loco, vel ex alio, ignoro. nec audeo quicquam temere asseverare, ut utar verbis τοῦ γαληνοῦ ἐν τῷ α περὶ τῶν κρίσεων. Quapropter melius volo (ut ait Augustinus VIII. *super Gen. cap.* 12. ad literam) dubitare de occultis, quam litigare de incertis. nec dicere audeo (ut idem ajebat VII. *cap.* 5. contra Donat.) quod nescio. Scio tamen ex Ireneo *lib.* II. *cap.* 53. Deum non omnia mortalibus revelare, ut semper ipse videatur docere, nos vero dicere cum Psalmographo. *Ps.* LXXXII. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, & cum Primasio Episcopo Uticensi dicam, quo habitu vitæ, (de Henoch loquitur *in epist. ad Hebr. cap.* 11.) vel quo statu modo consistat in paradiso, non est nostrum inquirere. hoc tamen credendum est, quia sine dolore, aut molestia quiescit illic, hæc ille. simile dicit August. X. *de civit. Dei* XII. *cap.* 15. XXI. *cap.* 27. XXII. *cap.* 29. *lib.* V. *cap.* 23. *contra Julian.* primo de Trinitate, & alibi sæpius. idem Hieron. in prologo Daniel. & Paralip. & Ambr. in Apocal. necnon Hilarius in *lib.* de Trinitate. ut notat Magister Sent. 1. dist. 32. & 4. dist. 50. Hæc parerga sint.

Alcad. *Locus*] hi versus Alcadino sic adscribuntur.

Est locus, effregit, quo portas Christus averni,
Et sanctos traxit lucidus inde Patres.

Averni] apud B. August. XVIII. *de civit. cap.* 23. legitur iste versiculus Flaciani, Portas effringet Averni.

Unda] in cod. Veneto leguntur hi duo versiculi ante istum,

Tertia languentes late excipit, atque lavacrum
Suggerit, & mediam fida ministrat opem.

Utilis &c.

Absentare] aliter, potis est relevare querelas: nos vero sic. Cogit procul esse querelas.

Debilis] hi duo versiculi non leguntur apud Alcadinum.

45. CAPUT XXVI.

De Calatura.

Calatura. TRipergulis est Balneum *Calatura* dictum ab accolis, cujus aqua ab alio rupis latere surgit, quæ à descensu montis dicitur *Calatura.* Unda hæc faciem tergit, morphæam, turpesque notas ab ea removet, cor lætificat, mentem firmat, stomachum roborat, crapulas præteritas digerit, appetitum ciet, tussim abigit, pulmoni levamen porrigit, providetque ne phthisis ex tussi parata procedat. De ea Eusta-
Eustas. sius.

Pulmoni solidam dat Calatura quietem,
Inde fugat tussim, quam grave rheuma parat,
Hæc stomacho vires reparat, vim præbet edendi,
Sæpius absumptas decoquit illa dapes.

A *Deterget faciem, mentem corroborat, & cor*
Lætificat, turpes radit ab ore notas.
Formidat quicunque phthisim cum tusse paratam,
Ut timor abscedat, sæpius intret aquam:
Inveterata suis sicut radicibus arbor
Nequaquam poterit absque labore capi, Nota.
Non aliter veteris serpentia semina morbi
B *Possunt evelli qualibet arte simul.*

SCHOLIA.

Meminit hujus balnei Savan. vocatque celaturam, Ugolinus vero collaturam, seu colaturam. Franciottus calaturam, & sic legitur in manuscripto codice. Ubi obiter notandum est, genus comitiorum esse, quod calatum vocatur, ut refert Fenestella *de magistrat. cap.* 7. quæ Ant. Nebriss. in suo Lexico: Menghus asserit hujus balnei mineram esse nitrum & ferrum.

Morphæam] ab arbore nucis inditum nomen Morphæa.
C habet, ut notat Cœlius Rhod. XIX. lect. ant. *cap.* 41. Symphorianus vero *lib.* V. *morb. partic. cap.* 11. dicit mutationem esse (ἀπὸ τῆς μορφῆς) cutis in colorem non naturalem ex corruptione sanguinis: quando (ut ait Galenus IX. methodi therapeuticæ) amplius nutrire non potest. Manardus Ferrarien. Medicorum phosphorus, & corona *lib.* VII. *epist.* 2. dicit. Vitiligo est fœdus cutis color, ex malo particulæ habitu proveniens, nutrimentum bene assimilare non potentis. Quæ duplex est, alba, & nigra: à Græcis (ut auctor est Corn. Celsus *lib.* V.) dicitur ἀλφός. hæc soli homini convenit, ob cutis tenuitatem, ut asserit 46. Vitiligo.
D philosophos X. sect. problem. *Prob.* V. De hac affectione lege fusius apud Philip. Ingrassiam præceptorem meum *lib.* 1. *cap.* 1. *de tumoribus* ex Avicen. VII. *quarti tr.* 2. *cap.* 9. Pium in *annot. cap.* 120. & Pontanum *lib.* XI. *de reb. Cæl.* Phil. Ingras.

Crapulas] græce κραιπάλη, παρὰ τὸ κάρηνον πάλλειν, ut notat Galenus in V. *comment. aphorism. Aph.* V. & innuit Plinius XXIII. *cap.* 1. forte ex Aristo. III. *problematum. Prob.* XVII. vide Cœlium *lib.* XV. *cap.* 31. Crapula.

Pulmoni] adscribuntur etiam Alcadino. aliter sic, Pulmoni præstat solitam calatura quietem. Alcad.

E *Nequaquam*] sic melius, Avelli è terris absque labore nequit.

Non aliter] sic, Sic etiam veteris serpentia semina morbi; Haud facile evelli qualibet arte queunt.

CAPUT XXVII.

De Balneo Arcus.

IN sinistra parte lacus *Averni*, ubi alta profunditas, & magna est copia diversorum piscium, decem sunt balnea. Quorum primum ab ædificii forma *Arcus* dicitur, cujus in restaurandis consumptis cor- Arcus.
F poribus mirabilis virtus est. restaurat membra, stomachum confortat, interiora juvat. verum tumido ventriculo, hepati, & spleni non confert. De quo scribit Eustasius. Eustas.

Dulce satis lavacrum, quod nomen sumpsit ab arcu,
Virtutem magnæ commoditatis habet.
Hæc

A
Hæc aqua consumptos restaurat corporis artus,
Corpus fortificans, arida membra rigat.
Si quis in extremis patitur, festinet ad undam;
Omnia, ne dubites, interiora juvat.
Non tamen hic prodest, tumidi quos sarcina ventris,
Aggravat, atque dolet splene tumente jecur.
Rem liquet expertam, proprio quam lumine vidi,
Teste mihi populo, quæ scio verba loquor.
Nota. *Vidi consumpto tantum cum pelle relicto,*
Tempore non longo restituisse cutim.

S C H O L I A.

Meminit hujus Balnei Ugolinus dicens nocere hydropicis. meminit & Franciottus.

Lavacrum] *metri gratia corripitur. quæ supra cap. 22.*

74. C A P U T XXVIII.

De Balneo Rainerii.

Raner. RAnerium Balneum in *Tripergula* est, cujus aqua ab inventore nomen sumens, salsi phlegmatis hostis est. Scabiem enim, & impetiginem, seu serpiginem sanat, putridum corpus mundat, restaurat cutim, leprosis prodest. Exigit tamen, si- Nota. qui sanitatem consequi voluerit, ut *Trituli* aquis utatur. unde Eustasius. Eustas.

Balnea Raneri, quæ corpora putrida radunt,
Et quorum salsi phlegmatos, hostis aqua est.
Si sanie, aut scabie pressus, celer illa subintret,
A scabie quavis exteriora lavant.
Infectam mundare cutim quicunque laboras.
Utere Ranerio, nam cito sanus eris.
Non tamen incurras iterum discrimina morbi,
Terribiles Trituli sanus adibis aquas.
Vidi quamplures hoc fastidire lavacrum,
Fecerat hoc hominum pingue putredo putens.
Raneri servivit aquis aqua turgida stagnis,
Felix qui pingues evacuabit aquas.

S C H O L I A.

Meminit de eo Franciottus, similiter Ugolinus dicit pustulas τὰ ἐξανθήματα ἑλληνιςὶ μαλοῦνται) curare, & lacrymas stringere.

Trituli] Ugolinus legit, *Chivioli*, & mendose, ut reor. Notandum est, ut inferius dicetur, *cap.* 30. eum, qui uti volet hoc balneo, cavere salsa, & legumina.

Impetig. *Impetig.*] ab impetu dicitur, sicut innuit Q. Serenus *cap.* 11. græce dicitur λεχὴν à lambendo. Plin. *lib.* XX. *cap.* 1. vocatur quandoque Herpigo, Serpigo. seu Serpigo, ut notat doctiss. Leonicenus *lib.* περὶ νόσου γαλλικῆς, *cap.* 13. & III. *cap.* 14. *de err. Plinii* dicit cum lichenes serpere cæperunt, dictæ sunt serpigines. quæ infra.

Leprosis] quomodo lepra differat à psora, lege Manardum *lib.* VII. *epist.* 2. similiter quomodo ab elephantiasi Crinit. XX. *de hon. disc. cap.* 10. Deque aquis illam curantibus: lege Galenum XI. Simpl. med. fac. *cap.* 3. Lepra.

Fecerat] cum Puteo prima producta gaudeat apud Horatium I. *epist.* 20. lege sic, fecerat hoc putens pingue putredo hominum. Puteo.

C A P U T XXIX. 48.

De Balneo Sancti Nicolai.

B
OMnia Balnea potentes occupant, hoc solum mirifici Confessoris pauperibus subvenit, hinc *S. Nicolai* dicitur. Hæc aqua ab aliis non est descripta, nec ab intelligentibus satis experta. quoad tamen compertum habeo, debiles fovet, consumptos restaurat, stomachum confirmat, & vires reparat.

S C H O L I A.

Meminit de eo Franciottus.

Potentes] juxta illud Aquinatis poëtæ. *Pauper ubique jacet.* & alibi. Pauperes.

C
Nil habet infelix paupertas durius in se &c.

cui dicto succurrit illud Martialis, utinam non verum, sicut argutum.

Semper eris Pauper, si pauper es Aemiliane,
Munera non dantur nunc, nisi divitibus.

S. Nicolai] de vita S. Nicolai Episcopi, lege copiosius apud Reverend. Lippomanum Episc. Veron. *tom.* 2. ex Joanne diacono, & quodam Patriarcha græco. S. Nicolaus.

Hoc Balneum præ sui brevitate unico disticho absolvimus. Franc.

Infirmos refovet, consumptis præstat opemque,
Confirmat stomachum, robur aqua hæc reparat.

D
C A P U T XXX.

De Balneo Scrophæ.

SCrophæ mirabilis unda, quæ sic dicta est, quia scrophas sanat, vel quia in ea volutari Scropha reperta sit. Purgat mirabiliter scabiem, leprosis prodest, impetigines ex salso phlegmate sanat, ventris sarcinam deponit, arthriticis, & podagricis confert. Qui hoc, vel *Ranerii* Balneo utitur, salsa, & legumina evitet. Nota.

E
S C H O L I A.

Meminit hujus balnei Franciottus. Est hujus nominis Balneum apud Aenarias.

Alcadinus sic de eo metrice scriptum reliquit. Alcad.

Has dictas ajunt Scrophæ de nomine thermas.
Scrophula quod fœtens tollitur hic subito.
Vel quia tum primum vis est deprensa lavacri,
Cum scropha his sese languida lavit aquis.
Pellitur & morbus, qui sumpsit ab impete nomen,
Si fuit à salso phlegmate causa mali.
Hæ thermæ scabiem infestam, lepramque fugabunt, 49.
Prosunt articulis, proficiunt podagræ.
F
Ventribus & prosunt plenis intercute lympha,
Cum tumet Ascites, & grave sentit onus.
Harum ope qui sanus fuerit, cavet omne legumen,
Providus hic idem salgama cuncta fugit.

Salgama] græce τὰ τάριχα. utitur hac voce Columella *lib.* X. *cap.* 4. & XII. *cap.* 10. Auson. Gallus *epig.* 118. Tralianus *lib.* VIII. necnon in Codice *tit. est de salg. hosp. non præst.* ubi Accurs. dicit vocem hanc compositam à sale & culcitra: quæ sunt mera somnia ut bene notat Ant. Nebriss. *in suo Lexico civili.* Salgama.

Hoc

Hoc balneum nos octasticho perfecimus.

Franc.

Iste latex dictus sic est, quia χοιράδας aufert,
Aut unda hac volvi scropha reperta quod est.
Leprosis prodest, scabiem (mirabile dictu)
Salso lichenas phlegmate purgat aqua hæc,
Articulis confert, deponit pondera ventris,
Nodosæ eximium pharmacon est podagræ.
Uteris his scrophæ quicunque salubribus undis,
Cum tumidis vites salsa leguminibus.

Infra *cap.* XXXVI.

CAPUT XXXI.

De Balneo S. Luciæ.

IN proximo Sanctæ *Luciæ* balneum est, sic dictum, quia mirabiliter confert oculis, quibus, ex Dei gratia, hæc Virgo gloriosa præsto est. Dolorem capitis, juncturarumque aufert, oculorum suffusiones recentes, & nebulas destruit, auditum præstat, sonitum removet, cæcosque quandoque illuminat.

SCHOLIA.

Meminit de eo Franciottus.

S. Luciæ.

Luciæ] de hac Sancta Virgine lege Adonem in Martyrologio apud Lipomanum *tomo* 4. passa est etenim martyrium sub Diocletiano anno 289.

Hagiopater.

Oculis] De custodia oculorum, quam operatur Deus per hujus virginis merita atque preces, habetur testimonium Jo. Baptistæ Mantuani in libro de Lucia, sic scribentis,

Lumina ut audivit bellum hoc inferre pudori,
Nil cunctata, oculos (opus admirabile sæclis
Omnibus) ancipiti cultro de fronte revulsos
Projicit in patinam: mittensque ea munera amanti,
50. *Accipe respondit, quod amas, & desine posthac*
Talibus insidiis sanctas invadere mentes, &c.

Antididagma novatorum.

Hinc obiter animadvertas catholice lector deliramenta, & insanias falsas novorum dæmoniorum: dum non vident, nec videre volunt, quam mirabilis sit Deus in sanctis suis. Quem sancta Ecclesia, quotidie in illis laudat, cum offert mysticam & incruentam hostiam, simulque horas canonicas septies in die persolvit. Quæ bene novit, semperque docuit cum Basilio, Gregorio, aliisque Patribus, sanctos viros non nasci sanctos ab utero, qui omnes in peccato concipimur, sed effici sanctos ab illo, qui sanctus est, & sanctificator. Qui illos in conspectu hominum mirificat. Qui per ipsorum manus operatur quamplurima signa, prodigia, & miracula, quæ vere humiles, ac pios (procul sunto speciem pietatis in hypocrisi habentes) in stuporem, ac ecstasin attrahunt.

Quis non miretur umbram fimbriæ S. Petri, Apostolorum verticis, curasse multos infirmos? Quis non penes astra boatus efferat, cum legit apud eundem Lucam, Apostoli & doctoris gentium sudarium dæmonia ejecisse? Hæc omnia tamen operati sunt sancti Dei in virtute nominis JESU Christi; cujus mortificationem quotidie in corpore gerebant. Hæc dicta sint παρέργως ex orthodoxorum monimentis adversus Batavi grammatici ineptias: qui sæpius ridendo sua procaci petulantia os suum impune in cœlum posuit ad suam ipsius perditionem. Sed ut ad sanctam virginem redeamus, testatur Jo. Trittemius in suo catalogo script. eccl. *cap.* 358. Sigebertum heroice hanc passionem scripsisse. *lib.* II. *hym.* 17. scripsit etiam è junioribus non minus doctus, quam catholicus F. Laurentius Fulginas ord. min. obser. & è nostratibus non obscurus poëta Anton. Alexius Neapol. in suis hymnis dicens, *lib.* II. *hym.* 5.

Dona laboratæ sunt mollis lumina ceræ,
Quæ dat pro votis sedula turba piis.
Virgo fave, &c.

De hoc balneo sic metrice scripsit Alcadinus.

Alcad.

Hæc lympha veniente replentur balnea semper,
Semper & illimi limpida fonte nitent,
Parthenope tamen his raro utitur, hæc quia tristis
Advena languentum turba replere solet.
Hæc juncturarum pellit, capitisque dolores,
Hæc etiam præsens est medicina oculis.
Seu cataracta nocens, modo non vetus, occulit illos,
Seu nebula exsurgens lumina fida premit.

Nota.

Vidi egomet majora fide, qui venerat orbus,
Discussis tenebris rettulit inde pedem.
Tinnibant aures, remeavit sanus utraque,
Cœpit & auditum, qui modo surdus erat.

Suffusio.

Cataracta] morbus hic græce dicitur ὑπόχυμα, latine suffusio. de qua Gal. IV. loc. aff. *cap.* I. vocatur forsan communi vocabulo cataracta, à καταῤῥήγνυμι, quod fluere cum impetu significat.

Franc.

Hujus balnei vires ob singularem B. Luciæ reverentiam hoc hexasticho complexus sum. est nanque una de numero prudentum, quæque suis orationibus catholicos recipiet in æterna tabernacula sponsi sui. 51.

Suffusos oculos purgat caligine, Christi
Virtute ut sanat Lucia diva oculos.
Auribus auditum præstat, sonitumque repellit,
Qui multos homines excruciare solet.
Mox juncturarum tollit, capitisque dolores,
Quandoque & cæcis lumina restituit.

CAPUT XXXII.

De Balneo Arculi, seu S. MARIAE.

BAlneum hoc non minus laudabile, à forma brevitatis loci nomen accepit. hepar calidum aptat, à nimia frigiditate, ac rheumate absolvit, oculos ab ophthalmia servat, stomachum roborat, somnum nimium, superfluamque vigiliam propellit; aureamque mediocritatem inducit.

SCHOLIA.

Porrectæ.

Meminit hujus balnei Franciottus, & Ugolinus dicit, caput frigidum calefacere, nec minus opem præstare, quam Porrectæ aquam apud Bononiam. Est & balneum hujus nominis apud Urbem veterem: de quo Savan. *lib. de Baln.* II. & Menghus est etiam aliud apud Romandiolam: ut dicit Blondus. item aliud apud Senas, & Viterbium: de quibus Ugolinus: est & in Flaminia, cujus meminit Menghus. est etiam S. Maria Orthonis apud agrum Patavinum.

Maria Orthonis.

Somnus. Vigilia.

Somnum] Hippocr. magnus auctor & magister sic habet II. *aphor.* 3. ὕπνος, καὶ ἀγρυπνίη, &c. hoc est, ex Leoniceni versione, somnus & vigilia, utrunque si modum excesserit, malum.

Alcad.

De hoc balneo sic Alcadinus.

Qui breve nomen habet, magnæ virtutis habetur
Arculus, à flammis, quod calet, arcet hepar.
Rheumatis, & stomachi vitium de corpore tollit,
Liberat à multa frigiditate caput.
Hic ægris oculis medicamina fida ministrat,
Arculeæ, cedit triste papaver aquæ.
Et si forte fugit vigilantia lumina somnus,
Arculus advecto membra sopore fovet.
Balnea quod Trituli, quod Culmæ lympha ministrat,
Arculus in multis hoc operatur idem. 52.
Quamvis inter aquas Trituli sit gratior unda,
Consulo ne dubites hoc breviore frui.

Hepar.

Hepar] quæ supra *cap.* 7. ne inutiliter repetentes. (ut ajebat Galenus VIII. Methodi *cap.* 3.) chartas consumamus: crambe siquidem bis cocta nocet, ut dixit Satyrographus.

Ca-

CAPUT XXXIII.

De Balneo S. Crucis.

IN hoc balneo sæpe miracula videmus: ecquis numeret? multos siquidem hominum vel baculi ope egentes roboravit, à podagra mirifice liberat, juncturas, nervosque sanat, in eis imbibitum phlegma expellit, tumorem à jecore solvit, hydropicis ex crassa pituita subvenit, ventriculo, & hypochondriis prodest. Et quia confert manibus, pedibus, laterique, in quibus sunt Dominicæ passionis insignia, ideo de *Cruce* vocatum est.

SCHOLIA.

De eo meminit Franciottus.

Alcad. Alcadini extant versus de hoc balneo.

Confortat nervos flatus expellit ab ipsis
Ilibus, hæc sanat fida medela latus.
Prodest hydropisi, quæ fit ex phlegmate crasso.
Consumitque cavum, splene tumente, jecur:
Proficit & ventri, si quando hypochondria lassant,
Nota. *Insita seu nervis frigida gutta nocet.*
Vidi ego cui fuerat quondam manus arida dextra,
Nec poterat positos tollere ad ora cibos.
Viribus hujus aquæ parvo post tempore sanam.
Huc illuc lætum vertere sæpe manum.

Ilibus] hoc casu utitur Juvenal. *Sat.* v. & Lucanus *lib.* IV.

Hydropisis. *Hydropisi*] hujus vocis 2. corripitur, cum tamen græce διὰ τῶ ω μεγάλȣ scribatur. quæ supra cap. 6.

Franc. *Fit*] ut vitemus heptemimerim, sic legimus. Prodest hydropi quam crassum phlegma creavit. [Splene] legitur idem hemistichion supra *cap.* 27.

Nos hoc hexastichon ob S. Crucis (τȣ̃ τῶν καθολικῶν ἀντιλύτρȣ) reverentiam edidimus.

Juncturas sanat, nervos, curatque podagram,
Pituitam in nervis imbibitamque fugat.
53. *Arcet ventriculi affectus, hypochondria servat,*
Hydropi ex crasso phlegmate præstat opem.
Inflatumque jecur solvit, pedibus quia confert,
Et lateri, & manibus à Cruce nomen habet.

CAPUT XXXIV.

De Balneo Subcellario.

S*Ubcellarium* prope, subtusque horrendam *Sibyllæ Cumanæ* domum, quæ *Averno* præeminet, quasi ex quadam cella, dulcis, lucida, & præ cæteris utilis aqua labitur, unde nomen hoc traxit. saporem habet jusculi decocti caponis. Capillos prolixos, clarosque facit, labia sanat, dentes, & gingivas emundat, faciei labes, lentigines, scabiemque removet, pulmoni, jecori, & spleni medicinam porrigit, ardorem urinæ, vesicæque pondus solvit, urinam proritat, arenulas ejicit, quartanam, quotidianam, & tepidas febres sanat, tussim fugat, super omnes aquas stomachum confortat, appetitum ciet, corpusque exhilarat. De eo sic Eustasius. Eustas.

Est subcellarium lavacrum, quod convenit ægris,
Lucida quo multum, dulcis & unda fluit.
Pondus, & ardorem vesicæ tollit ab ægris,
Dentes, gingivas mundificatque cito.
A *Provocat urinam, quoque labra dolentia sanat.*
Pellitur hac unda tristis arena statim.
Passus in æstate quartanam, aut quotidianam,
Aut tepidas febres sentiet ejus opem.
Pulmonis, jecoris vitio, splenisque medetur,
Tussis ob hoc lavacrum pectore pulsa fugit.
B *Appetit & stomachus ista perlotus in unda,*
Non bene concoctus redditur inde cibus,
Lentigo, scabies, faciei turpis imago
Hæc curantur aqua, quando lavantur ibi.
Reddit prolixos & claros ipsa capillos,
Et totum corpus exhilarando juvat.

SCHOLIA.

Vulgo *scassa budello*.

C Ugolinus vocat suttilarium. Est & hujus nominis balneum apud Aenarias.

Est subcellarium] versus hi Alcadino adscribuntur. 54. Alcad.

Lavacrum] quæ supra *cap.* 22.

Pondus] sic, Pondus, & ardorem vesicæ tollit in ægris; Provocat urinam tentio cujus obest. Hac oris labia hac leviter curantur in unda, Dentes, gingivas mundificando juvat. Passus in æstate hemitritæum, aut quotidianam aut typicas febres sentiet ejus opem.

Typicas] De Typis edidit opusculum Galenus, in quo Archigenis errata corrigit. meminit horum in 2. *de crisi*, *cap.* 8. & 2. *de diff. febr. cap.* 10. Typi.

D *Appetit*] sic melius, Appetit & stomachus tali.

Lentigo] hi quatuor versus non leguntur apud Alcadinum.

CAPUT XXXV.

De Balneo Ferri.

COnstat etiam *Tripergulis* balneum esse ab alia parte domus *Sibyllæ*, & ex *Averno* aquam manare videtur, colorem, spumamque referens ferri. unde nomen traxit. dolorem capitis, & superciliorum removet mirabiliter, ab oculis sanguinem, caliginem, labemque tollit, eos claros reddit, auribus auditum præstat, tinnitum earum aufert, & tres cerebri, cellulas expurgat. De quo Eustasius. Eustas.

Ante domum Vatis locus est prope littus Averni,
Grande ruinosum præminet artis opus.
Hoc lavacrum spumam mittit ferruginis instar,
F *Dicitur umbrosa (sed procul umbra) domus.*
Siquis hemicranium patitur quandoque dolorem,
Sive supercilii, hanc sæpius intret aquam.
Cum vitio capitis nubem caliginis aufert,
Tollitur ex oculis sanguis, ab aure sonus.

A *Siquis aquæ talis vires cognosceret æger,*
Collyrio nunquam læsus haberet opus.
Pannosos oculos sincerat, & effetat aures,
Congaudet capiti cellula trina suo.

SCHOLIA.

Meminit hujus balnei Ugolinus dicens sanare hemicraniam.

B Est & balneum apud Ænarias ferruginei coloris.

Ferrum. Oribas. x. *cap.* 3. *ad Julian.* dicit aquam, in 55. qua est ferri qualitas, stomacho, & lieni male affectis subvenire. idem docet Aëtius, & qui post ipsum scripsit Paulus Ægineta. lege supra can. baln. lege etiam Albertum IV. *mineral. cap.* 8. & Anton. Fumanellum. De aqua vero (quæ vulgo ferrea dicitur) noviter reperta in Luculliano an. 1558. lege quæ annis superioribus scripsit Bart. Maranta Medicus, & rei herbariæ peritissimus. (Aqua fer. noviter inventa.)

Cerebri cellulæ. *Cellulas*] istas cellulas nostri Anatomes professores non repererunt. nisi forte auctor intelligat C cerebri ventriculos, fornicem, κονάριον, γλουτία, χοάνην, & hujusmodi, de quibus Gale. in libris de usu par. & de anat. admin. & è recentioribus And. Vesalius, qui primas in hac disciplina obtinet Vasseus, Andernacus & Franc. Ant. Cattus vir eruditissimus, & in anatomica facultate exercitatissimus.

Hemicran. *Hemicranium*] sic forte melius vertimus. Quis si hemicranium &c. De hoc affectu Gale. III. *loc. aff. cap.* 9.

Collyrium. *Collyrio*] Vox hæc in media syllaba producitur, ut patet exemplo Horatii I. *serm. Sat.* 5. D Macri II. *herbarii. cap.* 23. & *lib.* IV. *cap.* 12. tamen hic auctor metri gratia, ut alias, & quia τὸ υ apud Græcos vocalis anceps est, illam corripuit. sic fecit idem Macer *lib.* IV. *cap.* 17. Collyriis etiam miscetur pulvere facto.

Pannosus. *Pannosos*] voce hac utitur Martialis III. *Epig.* 71. Juvenal. *sat.* 10. & Persius *sat.* 4. verum non in ea significatione, qua utitur Eustasius: & vox illa [effetat] ad illud evangelicum alludit, ni fallor, cum Dominus noster, apud B. Marcum, Ephetha. *cap.* 7. dixit surdo, Ephetah, quod est adaperire: qua voce utitur S. Ecclesia mater in catechumenorum, & parvulorum baptismo. Itaque nos sic commode restituimus, ac formavimus E versiculum Eustasii.

Abstergit valide hoc oculos, auresque recludit.

CAPUT XXXVI.

De Balneo Palumbario.

Est & ibi lavacrum *Palumbarium*, seu Crypta palumbaris, quoniam ibi palumbes nidificant. Hæc aqua caput, renesque sanat, urinæ meatus aperit, nebulas ab oculis, & ventos ab auribus fugat, F stomachi passiones, etiam ad cor tendentes expellit, arthriticis confert. Qui utitur hac aqua caveat à salsis, & frigidis. De eo Eustasius. (Nota. Eustas.)

Crypta palumbaris fertur, quia grata palumbis,
Vel quoniam lumbis fertur obesse parum.
Unde Palumbaris læsos cum vertice renes
Sanat, & urinæ sumpta recludit iter.
Ex oculis nebulas, & ab auribus excutit euros,
Tollit cardiacen, arthriticosque fugat.
Et majora facit, si scis servare diætam,
A salsis caveas, frigida quæque fuge.
Algentis vitabis aquæ tu sumere potum, 56.
Utere lymphato, quod parit uva, mero.
Crede mihi quod aqua hæc faciet, quodcunque syrupus
(Si bene servetur sola diæta) facit.

SCHOLIA.

Vulgo *lo palumbaro*.

Cor] innuit affectum, qui à Græcis dicitur καρδιωγμός. Veteres enim (ut notat Corn. Celsus *lib.* II. *cap.* 43. Alexan. Aphrod. I. *de Anima*, *cap.* 14. Galenus *lib.* VI. *de tuen. san.* 5. *loc. aff. cap.* 5. & alibi infinities) τὸ στόμαχον, os ventriculi, καρδίαν appellabant, ob exquisitissimum sensum: quo fit ut ad illius affectum, cor in consensum trahatur, & convellatur. Qua de re lege præcept. meum Don. Ant. Altimarum in sua Arte medica cap. περὶ τῆς καρδιαλγίας, καὶ τοῦ καρδιωγμοῦ. Qui primus (quicquid alii crocitent) ad Galeni aures hos affectus ad unguem distinxit, appositissimeque enucleavit. quæ Manardus VIII. *epistol.* I. & Cœl. Rhod. *lib.* XIV. *lect. antiq. cap.* I. (Cor καρδιωγμός. Ventriculos. Altimari præcept.)

Crypta] hi versus adscripti sunt etiam Alcadino. (Alcad.)

Unda] sic, Unda suo hæc læsos fervens medicamine renes.

Renes] dicti sunt ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, id est fluxu, quia sunt rivi obscæni humoris. Varro apud Lacteum Lactantium *de opificio Dei. cap.* 14. (Renes.)

Iter] post hunc versiculum, sequuntur hi duo:

Auxilium nusquam invenies præsentius ullum,
Perpetuus capitis si tibi forte dolor.

Auribus] nos sic, ventos & ab aure repellit.

Salsis] sic legitur etiam supra cap. 30.

Sumere] sic, consuescere potu.

Crede mihi] hi duo versiculi non leguntur apud Alcadinum, quod sciam.

Syrupus] vox hæc, ut credit Manardus *lib.* XIII. *epist. ep.* I. & ego reor id ipsum, videtur Arabica: quod si forte Græcanicum oleat (ut putat Christophorus de Honestis super Mesue, & Brasavolus Ferrar. *in examine syruporum cap.* 64.) succi tractum significat. σύρω namque idem est quod traho. aliam etymologiam lege apud Jacob. Gupylum, & Hermolaum Barbarum *in corollariis*. (Syrupus.)

Diæta] vox Græcula est, & rationem victus designat, extat hujus tituli liber Hippocratis περὶ τῆς διαίτης τῶν ὀξέων νοσημάτων. (Diæta.)

CAPUT XXXVII.

De Balneo Salvianæ.

Est & in ipsarum *Tripergularum* agro, non procul à faucibus *Averni* lacus, inter suas, & *Bajarum* partes confines balneum parvum, quod à nomine Mulieris nomen traxit. Hæc unda muliebri sexui magis confert; nam uteros ab omni humore expurgat, ab infirmitatibus sanat, 75. menstrua provocat, si desierint, si vero super-

perfluxerint, ad medium reducit, steriles fæcundat, & facit concipere, si Domino placuerit. De eo sic Eustasius. *Eustas.*

Salvia diva parens invenit forte lavacrum,
De proprio nomen nomine credo trahens.
Hæc aqua matrices quovis humore gravatas
Purgat, & has steriles fructificare facit.
Menstrua si forsan fugiant, invita redibunt,
Et facit hoc lavacrum, ne sine lege fluant.
Quos patitur matrix casus, hæc temperat, ægra
Unde queri posset fæmina, causa perit.
Vos igitur steriles, moveat si gratia prolis,
Ni vetet annosi temporis ægra quies.
Tam vir, quam mulier te salvia grata frequentent,
Officio exibit aptus uterque suo.

S C H O L I A.

Sylvia dea. Vocatur etiam hoc balneum Sylviana, quia creditur deam Sylviam illud invenisse. sic legit Jo. Elysius Neapol. in *opere de baln. Puteol.* Ugolinus vocat Salmariam, dicitque non permittere, ut menses mulierum ultra suos periodos fluant, & uteri inveteratos affectus curare.

Sexui] Altimarus commendat hoc balneum in *Arte medica cap. de mensium suppressione.*

Concipere] aquas sulphureas, & bituminosas conferre conceptui, mensesque supprimere dicit Aëtius IV. *serm.* 4. *cap.* 26. 63.

Sterilitas. *Steriles*] Aenariis est balneum gurgitelli, quod juvat steriles.

Sterilitas duplicem habet causam, divinam scilicet, & physicam: ut recte notat Jo. Eckius in *homiliis suis. tomo* 3.

Divina est Dei voluntas juxta quæ sterilitatem inducit ob aliquod malum perpetratum, & ut mirabiliter virtus ejus in nobis manifestetur. In Deuteronomio *cap.* 7. dicitur, *Non erit apud te sterilis:* erat enim opprobrium maximum. Quocirca Anna Samuelis mater valde tristabatur de sterilitate. 1 *Reg.* 1. Sara mater Isaac Patriarchæ, *Gen.* 17. Rachel una ex uxoribus Jacob, *Gen.* 29. & Manue mater Sampsonis. *Judic.* 13. Similiter in novo Testamento, *Luc.* 1. & lege divinæ gratiæ Elisabeth mater præcursoris Dominici, & Anna mater gloriosissimæ, semperque Virginis Deiparæ MARIAE, ut ait Hieronymus *lib. de ortu Mariæ.* Causæ vero naturales, quæ ad Medicam facultatem spectant (ut ex Arist. 11. *cap.* 5. *de gen. anim.* refert Altimarus in cap. περὶ τῶν μὴ κυϊσκομένων) hæ sunt. Sterilitas accidit,
58. vel quando à primo Naturæ ortu loci ad coitum commodi oblæduntur, vel in processu ætatis. Hoc autem aut ob corporis pleniorem nutricationem, vel ob morbum; quando inquam viris semen emittitur frigidum & humidum: mulieribus vero menstruæ purgationes vitiantur. Mulieribus accidit sæpe sterilitas ex uteri intemperie, frigida maxime (ut ait Hippocr. V. *aphor.* 62.) aggregant enim multam pituitam, quæ semen viri refrigerat, extinguitque. Nimia etiam humiditas τὴν γονὴν. id est, genituram destruit, sicut

A etiam caliditas superflua. Similiter cicatrix in vasis obducta, vel membrana osculum uteri obturans, vel cervix uteri obliqua: Similiter & mensium suppressio, vel diminutio, aut illorum profluvium insolitum, (ut auctor est Hippocr. *lib. de steril.*) flatus etiam in utero conceptionem impedit, pharmacum per os assumptum, intempestivus in coitu congressus, maxime cum menstrua expurgari volunt: similiter invitus coitus. Amor enim (ut inquit Aëtius *lib.* XVI. *cap.* 26.) conciliat genituram eo magis quando conjuncta sit pulchritudo. Oritur etiam sterilitas, cum viri semen ob sui levitatem nullam in vulva adhæ-
B rentiam reperit, secundum Gal. *de dissec. uteri.* aspera namque idonea sunt ad coälescendum.

Salvia] adscribuntur hi versus Alcadino. ubi legitur, Sylvia diva: quam lectionem sequitur Jo. Elysius. *Alcad.*

Parens] alludit ad illud tritum de salvia in schola Salern. Salvia grata parens solvit manuumque tremorem.

De proprio] sic, Et dedit è proprio nomine nomen aquæ.

Homine] juxta illud poëtæ Sulmonensis. Icarus Icarias nomine fecit aquas.

C *Purgat*] sic, corrigit, hæc steriles fætificare facit.

Vos igitur] sic, Nunc igitur steriles optant qui insignia prolis.

Officio] sic, Tam vir, quam mulier frigidus esse potest.

Caput XXXVIII.

De Balneo S. Georgii.

OCcurrit deinde Balneum hoc, sic di-
D ctum, quoniam sub terris aqua quæritur, γῆ enim latine terram significat: & à vocabuli similitudine nunc dicitur *S. Georgii.* Lapidem mirifice frangit, & ejicit, urinam provocat, frontem, brachia, manus, coxendicem, pedesque à doloribus tuetur, podagram fieri, vel augeri prohibet. De eo sic Eustasius. *Eustas.*

Est aqua quæ poterit nisi flammis indice haberi,
Nam via sub terris plena timore latet.
E *Quantum mens dubia hoc timet ingrediendo lavacrum,*
Mirifice tantum læta requirit aquam
Hæc frangit lapidem, ac urinam solvit ad usum,
Arcet & in multis articulare malum.
Scissaque si crura, aut si pes, si brachia, si frons 59.
Aegrotant, sanctis his relevantur aquis.
Hoc bene contestor, cum quidam mingere vellet, *Nota.*
Evomuit lapides virga coacta duos.

F S C H O L I A.

Est in urbe veteri aliud balneum hujus nominis, quod quidem ulcera deficcat, & mirabiliter ferrum extrahit. sicut legitur de quodam Milite Triviano, anno Dominicæ incarnationis M. D. XXXIII. à quo ferrum extractum est sub genu. est & aliud apud Senas. Meminit hujus balnei Savan. 11. *de baln. rub.* 16. dicens vulnera antiqua con- *Casus nominis.*

solidare. Meminit etiam Menghus, & Ugolinus dicit, articulis prodesse.

S. Geor. *S. Georgii*] obiter in hujus sancti reverentiam, hæc non intempestive annotare volui adversus illum censorem omnium: qui dum male intellexit naturam apocrypharum legendarum ex Gelasio Pont. in *cap. sancta Rom. Eccl.* & August. XVIII. *de civit. Dei*, sæpius in sanctorum Dei catalogum temulente debacchatus est, & quadam dicendi furibunda τῇ αὐτονομίᾳ, ἢ τῇ ἀποστασίᾳ multorum errorum seminarium fuit. Celebratur itaque, ut ad institutum redeam, in Ecclesia catholica solemne martyrium B. Georgii XXIII. Apr. apud Persidem civitatem Diospoleos. In cujus memoriam D. Ambrosius Archiep. Mediolanensis hanc cecinit præfationem. Georgius fidelissimus Christi miles, dum Christianitatis professio silentio tegeretur, solus Dei Filium confessus est; nec tormenta pænarum, quas passus est sub Diocletiano, formidavit. Hæc Ambr. Græci omnes (ut notat Jo. Eckius in *homiliis suis tomo* 3.) festum hujus

S. Theodorus. sancti mira devotione cum fratre ejus Theodoro celebrant: vocantque illum τὸν ἅγιον ἔνδοξον, τροπαιοφόρον, καὶ θαυματουργόν. Hæc dicta sint in gloriam Regis martyrum Dei.

Alcad. *Est aqua*] hi versus etiam Alcadino adscribuntur sic.

Est aqua, quæ poterit de jure georgica dici,
Abdita telluris vena ministrat aquam.
Qua nullus poterit, flamma non indice, fungi,
Nam via, &c.

Coxendicem] Gal. x. *cap.* 2. *de compos.* κατὰ τόπους meminit balneorum, quæ coxendici conferunt.

Plena] juxta illud Pelignensis vatis, plena timoris amor.

Quantum] sic, Quantum mens hominis.

Mirifice] sic, Mirificam tantum læta reportat aquam.

Scissaque] sic melius, si ischia, si crura.

Sanctis] sic, sumptis.

60. CAPUT XXXIX.

De Balneo Pugilli.

EST etiam in *Bajarum* littore *Pugilli* balneum: cujus locus tam brevis est, quod pugilli nomen traxit. Virtus ejus mirifica est, ventrem enim solutum restringit, ani pondus tollit, hydropicos attenuat, caput, & splenem à doloribus liberat: præsto est febribus cum frigoribus, debiles confortat, & membra consumpta restaurat. De eo

Eustas. Eustasius.

Cum Maris unda tumet, tantum vacat unda Pugilli,
Pro statione loci tum breve nomen habet.
Est iter obliquum, parvam quod ducit ad undam,
Vix hominum septem creditur esse capax.
Ani tollit onus, ventrem cessare solutum.
Cogit, & hydropicos attenuare potest.
Si patitur cum splene caput, si frigore corpus
Ferbuerit, certam sentiet æger opem.
Quid de te referam nimis admirande Pugille?
Quod proprio vidi lumine, testor ego.
Aridus usus aqua hac, gerulis addictus amicis, Casus n[...]
Discessit sanus, non ope vectis egens.

SCHOLIA.

Consumpta] D. Fabritius Maram. eques Neapol. qui balneolum hoc anno Domini M.D.XLVI. muro quodam vallavit, ne Maris impetu aliquando aboleretur mirum in modum sibi profuisse testatus est. Fab. Ma[...]maldus.

Maris] adscribuntur etiam Alcadino hi versus sic, Cum maris unda tumet, pugillus tunc vacat unda. Verum hæc dictio Pugillus, in prima syllaba corripitur à Lactan. in carmine de resurrectione. Alcad.

Pro statione] sic, pro brevitate.

Hydropicos] nos sic, & hydropas. quæ supra *cap.* 6.

Ferbuerit] sic, febrierit.

Aridus] sic, Aridus hujus aquæ baculis advectus amicis,

Discessit baculi nulla ope sanus egens.

CAPUT XL. 61.

De Balneo Olei Petrolii.

LAvacrum hoc sic appellari meruit, quia liquorem olei exire cum aqua, visu, & olfactu percipitur. Situm est prope Ecclesiam B. MARIAE semper virginis ad Maris littus. hæc salutaris aqua omne genus serpiginis, morphææ, & impetiginis tollit, faciei turpes notas abolet, lepram sanat, bilim extinguit, phlegma salsum comprimit, cor exhilarat, membra attenuat, in eisque imbibitum frigus pellit, artus omnes suo vigori, suisque functionibus reddit.

SCHOLIA.

Meminit hujus olei Franciottus, & Ugolinus dicit à stomacho phlegma auferre.

De quodam fonte olei Petronici (nacta similitudinis occasione) meminit Blondus de Italia c. de Aprutio. Fons ol. Pet.

Serpiginis. Morphææ] lege quæ supra *cap.* 28. & Gabr. Humel. in *Sereni cap.* 6. Serp. Morph. Alcad.

Alcadini de hoc baln. extant versus.

Culina procul haud locus est, qui fundit olivum,
Hoc lavacrum multum commoditatis habet.
Hoc vitium lepræ, genus hoc serpiginis omne
Tollit, & à stomacho phlegmata salsa fugat.
Extinguit bilim, grossos subtiliat artus,
Exhilarat tristes, cor bene reddit ovans.
Noxia de gelidis depellit frigora membris,
Omnia lætantur membra vigore suo.
Cujuscunque genas nigra si Morphæa notabit.
Hæc aqua rugosas delet ab ore notas.
Virtutem lavacri demonstrat nomen olivi,
Hoc oleum præstat quod petra sudat aquis.

Culina] aliter sic, non procul à culma.

Lavacrum] quæ supra cap. 22.

Hoc vitium] hi versus desunt, Vesicam curat quoties urina negatur, Nulla potest melior renibus esse salus. Si lapides ullos, seu si patiantur arenam, Quælibet à morbo membra gravata juvat. Non opus est intrare semel, nam balnea quanto. Quis magis ingreditur, tum magis ipsa juvant. Quinetiam lepras, genus hoc serpiginis omne: Tollit &c. quæ supra *can. baln. num.* XVII. & *infra cap.* 46.

Extinguit] sic Extenuat crassos, & tristes reddit ovantes, Exhilarat mæstos.

62. CAPUT XLI.

De Balneo Culinæ.

MOns qui prædictæ Ecclesiæ præeminet, ob altitudinem *Culina* vocatur: ad cujus pedes hæc aqua invenitur, per obliquam cryptam fluens. Quæ acuit lumina, pedum affectionibus recentibus subvenit, phlegma crassum à nervis removet. Hæc aqua prodest ægrotis, sanis vero obest: caveasque, ne diu in ea moreris. Nota.

SCHOLIA.

Culina. *Culina*] Franciottus legit, Culma, sic legitur apud Alcad. quem legi in Cod. manuscripto, & supra *cap.* 32. licet idem supra *cap.* 40. legat Culinam.

Meminit hujus balnei Ugolinus, qui dicit sudorem provocare, nervis subvenire, cum opprimuntur à catarrho descendente à capite.

Alcad. Alcadini de eo extant versus.

Inter aquas alias mirabile Culma lavacrum,
Cujus ad accessum non via recta patet.
Imo per obliquum montis accedis ad undas,
Monstrat iter dubium prævia flamma tibi.
Unda latens intus, sudorem provocat intus,
Et facit ad nervos, quos grave rheuma gravat.
Luminibus lumen reddit, vestigia claudis,
Passio ni fuerit inveterata diu.
Rem loquimur certam, non est incognita multis,
Culma nocet sanis, morbida membra juvat.
Hanc igitur caveat qui non eget arte medendi,
Quam qui forte petit vitet in amne moram.

Imo per] usus est auctor figura heptemimeri.

Unda] sic, Si nequeat clausis sudare meatibus æger, Sudores intus provocat unda latens. Si nervos pituita gravat cum forte molesta, Præsentem huc intrans sentiet æger opem. Luminibus lumen, &c.

Hanc igitur] Hi versus non leguntur apud Alcadin. qui impressus est Venetiis.

Arte] juxta illud Hippocr. 11. & v. *sectione aphor.* carnes sanas habentibus difficilis est helleborismus.

63. CAPUT XLII.

De Balneo Solis & Lunæ.

IN eodem *Bajarum* littore est aqua præ cæteris admiranda, sic dicta, quia sicut isti Planetæ lumine stellas præstant, si istud balneum cunctas superat aquas. Ad hanc aquam non est iter pervium, sed per ruinas antiquorum ædificiorum descenditur ad balneum dirutum, & à mari deprehensum: ibi defossa arena manat aqua pinguis, & discolor: quæ omne podagræ genus, ac omnem doloris speciem tollit, ulcera, plagas, & fistulas non radicitus ossibus infixas sanat, venas fluentis sanguinis sistit, menstrua sive plus, minusve fluant ad mediocritatis normam redigit, ferrum in corpore latens extrahit, podagricis mirifice confert, si tamen loca fracta non fuerint. hoc (ut veteres scribunt) Imperatorum balneum erat. De quo sic scripsit Eustasius. Baln. Imp. Eustas.

Cæsaris est lavacrum, quod Sol & Luna vocatur,
Ut stellis Sol, sic prævalet istud aquis.
A *Aufert omne genus podagræ, cunctosque dolores,*
Fistula ni violet viribus ossa suis.
Subvenit antiquæ podagræ regale lavacrum,
Ni faciat fractos inveterata pedes.
Sed tamen ignorat sit ubi tam nobilis unda,
Obruit antiqua hunc forte ruina locum.
Vos igitur quos longa dies fastidit, & ætas, Nota.
B *Qui scitis longi temporis acta senes:*
Demonstrate locum, qui Sol & Luna vocatur,
Utilis à multis ædificandus erit.

SCHOLIA.

Vulgo *bagno de la Nave.*

Meminit hujus balnei Franciottus. Lege supra can. bal. num. 9.

Bajarum] quod Bajis fuerint balnea, innuit Cicero *orat. pro Cœlio.* lege Pontanum 11. *parthen.* 111. quæ infra *cap.* 52.

C *Sol*] cuivis in propatulo cognitum est Deum Opt. Max. rerum omnium opificem creasse duo luminaria in Cœlo, alterum scilicet, quod præesset diei, alterum vero nocti. Sol siquidem (ut ait Cicero *lib.* 11. *de nat. Deorum*) luminum omnium princeps est: etenim ut ostendit divinus Areopagita in *lib. de div. nom. pag.* 1. *cap.* 4. omnia illuminat, fæcundat, implet, vivificat, & tandem cœli tristitiam discutit. Luna vero lumen suum accipit à Sole, quem Phæbum antiqui vocarunt: quo fit ut Phœbe, seu Luna ab Apulejo in flor. *lib.* 11. Solis discipula jure sit appellata. Sol. 64. Luna.

D *Sanguinis*] de balneo, quod obsit sanguinis fluxui, quam græci vocant αἱμοῤῥαγίαν, lege Gale. adversus Erasistratum. Rustic. baln.

Imperatorum] quæ infra cap. 58. 60. 61. 65. 68. ubi fit mentio de thermis, ac lavacris Imperat. At de balneis rusticorum lege Palladium *lib.* 1. *cap.* 40.

Cæsaris] sic etiam Alcadino adscribuntur. Alcad.

Ut sol illustrat radiis fulgentibus orbem,
Et vegetat splendens Numine cuncta suo,
Utque inter stellas resplendet sola minores.
Et tenebras noctis candida Luna fugat.
Balnea sic Lunæ, & Solis discrimina morbi,
Tollunt, & vitæ lumina restituunt.
E *Vincere quam solers nescit medicina podagram,*
Hanc calidæ norunt vincere Solis aquæ.
Norunt occultum membris educere ferrum,
Menstruaque, & venas sistere prima queunt.
Vulnera consolidant, his turpis fistula cedit,
Quam vix ulla artis vincere cura potest.

Candida] hoc epitheto illam honestavit, ut par erat, noster Capicius in aureo libello *de principiis, lib.* 11. lege Jo. Textorem in *epithetis.*

Vincere] desumptus est hic versiculus ex Ovidio *in* 1. *de ponto, El.* 4. dicit.

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

F CAPUT XLIII.

De Balneo Gibborosi.

HOc balneum non est omittendum, sic dictum, quia forma ædificii desuper instar gibbi est elevata. Hæc aqua salutaris, ad quam per gradus itur, lapides, arenulas, pilos, vel humores urinam impedientes à renibus potenter trahit, ilia sedat, vesicam aperit, renibus medicina est nimis

conveniens, dolorem uteri aufert, fluxum muliebrem cohibet, & restituit membra, quolibet morbo fuerint gravata.

SCHOLIA.

Dicitur etiam Gilbrosum, vel Gibbosum.

Meminit de eo Franciottus, & Ugolinus dicit ipsum prohibere sanguinis fluxum.

Pili in urina. *Pilos*] quod pili per urinam excernantur, testis est Galenus VI. *cap.* 3. *de loc. aff.* & *lib.* 4. *aphor.* 76.

65. Extant de hoc balneo Alcadini versus.

Alcad.

Est aqua mirandi nimium nova dicta lavacri,
Gilbrosum proprio nomine nomen habet.
Pene per octo gradus patiens descendit ad undam,
Circuit inter aquas per latus omne gradus.
Ilia componit, prohibetque dolore matricem
Sanguineos fluxus in muliere vetat.
A superis exire cruor prohibetur, & idem
Ne fluat in solitis inferiora fugat.
Vesicam curat quoties urina negatur,
Nulla patet melior renibus esse salus.
Si lapides, qui sive pilos patiantur, arenam,
Quolibet à morbo membra gravata juvat.

Gilbrosum] aliter sic, Quæ de Gibbosi nomine nomen habet.

Octo. *Octo*] etsi vox græca scribatur διὰ τοῦ ὦ μεγάλου ὀκτῶ, corripitur tamen à Martiali *lib.* IX. *epist.* 33. & *apophor.* 87. à Juven. *sat.* 6. & Ausonio *epist.* 24. quos forte secutus est Alcadinus.

Ilia] de aquis naturalibus conferentibus dolori colico, lege Trallianum *lib.* X. *cap.* I.

Matricem] hoc vocabulo utitur Gaza in Aristo. *de nat. anim. lib.* V. *cap.* I. & in Theophr. I. *de hist. stirpium cap.* 3. & Plinius II. *hist. nat. cap.* 21. sed cum hæc vox à Matre deducatur, habeatque primam syllabam productam, ideo melius legitur in Cod. manuscripto sic, Prohibet matrice dolorem.

Vetat] post hunc versiculum sequuntur isti.

Dicitur & duros mire mollire lacertos,
Et caput & scapulas ad sua jura trahit.
Disjicit & lapides, si quos vesica recepit,
Depositoque æger pondere lætus abit.
Renibus illa pilos, illa & deducit arenas,
Atque iter urinæ recte aperire solet.

Dicitur] hi duo versiculi repetiti sunt supra *cap.* 22.

Quolibet à morbo] alludit ad versiculum sapphicum, quo S. Ecclesia utitur in festo Confessorum ad vesperas.

CAPUT XLIV.

De Balneo Fontis Episcopi.

Balneum hoc nobile apud *Tripergulas* sic dictum est, quia (ut veteres perhibent) quidam Episcopus illud renovavit. aut quia Prælati illo potissimum utantur; qui quandoque podagrizare solent. Arthriticis mirifice confert, podagricis, juncturarum doloribus, & cuilibet podagræ præsto est. De eo sic Eustas.

Eustas.

66. *Nomine fons tali fruitur, quod episcopat ægris,*
Vel quia Prælatus tale refecit opus.
Arthriticis prodest, tollit genus omne podagræ,
Hoc habet expertum Pontificale decus.
Et quia Prælatis requies nocet, atque paratus,
Torquentur magno sæpe dolore pedum.

A

Cum constipatus cibus intercluditur intus.
Inde dolent ventres, ilia tensa crepant.
Si tales ergo tibi vis lenire dolores,
Pontificis fontem vade require celer.

SCHOLIA.

Meminit de eo Franciottus.

Podagrizant] Galenus in *commentariis aphorism. sect.* VI. *aph.* 28. *tex.* 18. sic habet: Hippocr. tempore pauci podagra laborabant, ob vitæ moderantiam: nunc vero propter eduliorum varietatem, & ob cruditates ciborum infinita est podagrarum multitudo. idem ferme dicit in I. *de rat. vict. acut. cap.* 17. & *libro de Inæq. Intemp. cap.* 8. nec non Oribasius I. *ad Eunapium.* Podagri

B

Episcopus] vox græca est, qua utitur Aristo. ἐν ὄρνισιν, quæ latine (ut interpretatur August. in *Psalm.* 126. & 19. *de civit. cap.* 19.) superintendentem, seu speculatorem juxta Ezechielis 3. vaticinium significat: & Apostolus in duabus epistolis ad Titum I. & I. Timoth. 3. (quæ sunt canones militiæ clericalis) apertissime testatur, ut taceam verba ejusdem doctoris, quæ leguntur apud B. Lucam in sacra Actorum apost. historia. 20. Episcopus

C

Nomine] hi versus etiam Alcadino adscribuntur.

Episcopat] vocem hanc nunquam me legisse recolo apud Classicos auctores, nedum triviales. utitur tamen illa (ni fallor) Innoc. III. *in tit. de transl. episc.* Et facile crediderim, quod hic auctor ob metri necessitatem usus fuerit hoc novo vocabulo: juxta illud Cicer. III. *de fin. Licuit Zenoni,* &c. Nec non Flacci, *licuit, semperque licebit signatum præsente nota producere nomen.* qui ibidem in arte novum juvenari vocabulum effinxit. quam licentiam non tacuit Aristot. *in suis categoriis.* O quantum (ut Martialis *sat.* V. dixit post Valer. Max.) cogit egestas, duraque necessitas, sed forsan hoc in loco melius legitur sic, ut est in Cod. Venet. impresso, quod competat ægris. Verum in hac re (ut œcumenii verbis utar) volo sit lectorum judicium. satis enim mihi compertum est usque ad hanc ætatem, non omnibus mortalibus eundem esse gustum. nam Alcad. Episcopat

D

Velle suum (ut recte excogitavit magnus ille Persius) *cuique est, nec voto vivitur uno.*

Mille hominum species, & rerum discolor usus.

E

Sed satis sit hactenus digitum nostrum ad fontem veluti è quodam diverticulo digressi intendisse.

Vel quia] sic, Vel quia Pontificis cura refecit opus. 67.

Cum] sic, cum constipantur, ventus concluditur intus.

Si tales] sic, Pontifices fontem perquirite Pontificalem.

Utilis est vobis Pontificalis aqua hæc.

CAPUT XLV.

De Balneo Fati.

F

Ascenditur ad hoc lavacrum per aliquot passus. sic dictum, quia noviter fato repertum est: aut ob operis pulchritudinem, quo ejus testudo elaborata est. Hæc aqua perspicua stomachum roborat, appetitum ciet, nauseam abigit, podagricis confert, ferrum absconsum præ omnibus extrahit, cunctaque membra exhilarat.

SCHO-

SCHOLIA.

Vulgo *grotta de le fate*.

Meminit hujus balnei Franciottus.

Fatum. *Fato*] de eo lege Chrysippum apud Aul. Gellium *lib.* VI. *cap.* 2. Platonem apud Card. Bessar. in *lib.* II. *calumn. cap.* 9. & quæ nuper scripsit literarum parens ac vindex J. Cæsarius in doctiss. commentariis, quos edidit in *primum librum ode.* 12. Flacci. Quod vero fatum quandoque apud scriptores naturam rei significet, Cœl. Rhodig. *lib.* XI. *cap.* 38. *suarum lect.* annotavit: & meus familiaris Zimara ex Aristot. V. *tex.* 57. τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, ubi lucidiss. Themistius, qui (ut moris sui est) sequitur opinionem Alex. Aphrod. in *libello de Fato cap.* 7. dicit fato evenire dicitur, quod naturale est, & naturæ sequitur ordinem. lege Portium *lib.* II. *de princip. cap.* 9. Qualiter autem catholici de fato sentire debeant adversus negantes nostram libertatem, lege Aur. August. V. *de civit. cap.* 72. D. Thom. 3. contra *Gen. cap.* I. & *opusc.* 28. nec non inter recentiores Jo. Ant. Delphin. & Alphons. à Castro *lib.* VII. *contra hæreses*.

Hujus balnei vires nos Tetrasticho hoc absolvimus..

Franc. *Confortat stomachum, vivacem reddit* ὄρεξιν,
Dat podagræ auxilium, nausea fit procul hinc.
Extrahit absconsum, atque latens in corpore ferrum,
Exhilarat nimis hic omnia membra latex.

Orexis. Ὄρεξιν] utitur hac voce Juven. *sat.* VI. & 12. necnon Perisaulus I. *de triumpho stult. cap.* I. ne quis inaudita voce nos uti putet.

CAPUT XLVI.

De Balneo Bracculæ.

BRaccula dicta est ab humilitate, depressione, vel loci rotunditate. Hæc aqua faucium asperitates tollit, raucedinem
68. profugat, dolorem capitis, sive sit anterius, posteriusve removet, oculorum caliginem destruit, spleni, jecorique medetur, quartanam, tertianam, ac febres intermittentes aufert.

SCHOLIA.

Meminit de eo Franciottus, & Ugolinus dicit, sanare ephemeram, & quotidianam: dummodo usus ipsius sit frequens. Vocat Bretolam fortassis ex vocis similitudine deceptus, sicut Plinius in Polio, & Tripolio deceptus est, ut annotavit Tagautius in Mes. & forte ex Leoniceno de err. Plinii. (Bretola. Simil. causa error.)

Alcad. Alcadini de hoc balneo extant versus.

Faucibus antidotum bene confert Braccula crassis,
Et vox si fuerit rauca, fit apta sono.
Si patitur capitis puppis, vel prora dolorem,
Si dolet oppressum splene tumente jecur.
Sique caligo diem noctis germana minorat,
Omnibus his vitiis Braccula præstat opem.
Quartanam perimit, necnon necat amphimerinen.
Hic intermissæ febris origo perit.
Vox igitur quibus est odiosa planetica febris,
Hujus, si sapitis, quærite fontis aquam.
Non opus est intrare semel, nam balnea quanto
Quis magis ingreditur, tam magis ipsa juvant.

Faucibus] ante hunc versiculum leguntur isti duo.

Braccula Bacunas inter celeberrima nymphas,
Euboicas medicis viribus ornat aquas.

Caligo *Sique caligo*] cum hujus syllabæ quantitas producatur ab Ovidio in Metamor. *lib.* X. Gratiò de venatione, & Papinio V. sylvarum, III. ideo sic commodius legendum est, Si caligo.

Quartanam] sic. Braccula quartanam, necnon vetat amphimerinam. de qua supra. Vacuna.

Bacunas] vox hæc mihi ignota est. scio tamen Vacunam esse deam apud Ovid. *in Fastis, lib.* VI. & Plin. *lib.* III. *cap.* 12. similiter nomen est cujusdam oppidi in Umbria, cujus meminit Blondus de Ital. ex Flacco I. epist. 10.

Planetica] id est, erratica ἀπὸ τοῦ πλανᾶσθαι, περὶ δὲ τῆς τῶν πυρετῶν ἐπιπλοκῆς, lege Galen. *lib.* II. *cap.* 9. *de Crisi.* & II. *de diff. feb. cap.* 7. atque alibi.

Non opus] hi duo versiculi non sunt apud Alcadinum, sed leguntur infra. quæ supra can. baln. num. 17.

CAPUT XLVII.

De Balneo Speluncæ.

VLtimum locum spelunca obtinet, ex re nomen habens, quia in spelunca lavacrum est. Rheuma, tussimque sanat, hydropicis succurrit, fugat symptomata cu- 69.
juscunque podagræ, stomachumque confortat. Scripsit *Galenus*, quod si quis quinque drachmas hujus aquæ calentis diebus singulis biberit, sentiet opem in membris, Nota.
quæ sus, & supra diaphragma sunt.

SCHOLIA.

Meminit de hac spelunca Franciottus, & Ugolinus dicit à stomacho pellere pituitam, lepram, herpetemque curare. Spelunca.

Est hujus nominis balneum apud Aenarias.

Est etiam hujus nominis villa apud Cor. Tacitum *lib.* IV. villa.

Galenus] Ugolinus hunc locum citans, suppresso nomine Gal. dixit, fama est &c. Verum ego, ut veritatis compos essem, interrogavi præceptores meos, Altimarum scilicet, qui Galeni scripta ad minutissimas Democriti atomos devoravit, & Jo. Ant. Pisanum, disciplinæ Galenicæ, quin etiam bonarum literarum professorem; si unquam dictum hoc in Galeni monumentis, vel spuriis, aliquando legerint. Qui nunquam legisse ὁμοθυμαδὸν fassi sunt. (Locus hic Galeni etiam inferius *cap.* 54. in testimonium producitur.) Nec mireris lector, si quando legeris similes errores, nam commune est id cum multis aliis scriptoribus. (Galenus. Altim. & Pisanus.)

Nicol. siquidem μυρεψὸς *sect.* I. & *sect.* 17. citat Galenum: qui locus nunquam reperitur apud Galenum. idem accidit Mesue, cum in *cap. de sarcocolla*, & *colocynthide* citat Dioscoridem, necnon cap. de agarico, scammonio, Manna, psyllio, & alibi Galenum: quæ tamen loca inter cimmerias latebras delitescunt, nisi quis cum Jac. Sylvio, & Manardo putet hæc reperiri in libris spuriis, obelisciscque nota præfixis.

De hoc balneo Alcadini leguntur versus. Alcad.

Ultima thermarum laudes spelunca meretur,
Cujus aqua poterit simplice nemo frui.
Ingenio faciente modum capit unda calorem,
Sic intrabit aquas ingeniosus homo.
Cujuscunque velis perimit symptomata guttæ,
Hic fugit hydropisis, tussis iniqua perit.
Ut Galenus ait, drachmas si quinque calentis
Quisquam quottidie sumere curet aquæ.
Et super, & subtus quæ sunt diaphragma medetur,
Rheumatos excludit quod nocet omne genus.
Non domus horroris, non est spelunca latronum,
Crypta salutarem continet intus aquam.

Hydropisis] 2. corripitur hic ut supra. lege quæ ibi.

Diaphragma] vox ista à divino Platone cœpta est dici, ut notat Gal. V. *de loc. aff. cap.* 3. antiqui siquidem vocabant φρένας à mente. quomodo utitur Hippoc. I. *de rat. vict.* ac. VI. *aphor.* 18. I. (Diaphr. φρένες)

18. 1. Progn. *tex.* 28. 32. & alibi. Plinius *lib.* XI. *cap.* 37. vocat præcordia, quasi τὰ περικάρδια. & Celsus *lib.* II. *cap.* 3. τὸ ὑποχόνδριον quod est
70. apud Hippocr. 1. *progn. text.* 27. vertit præcor-
Præcord. dia, sed Gaza in Aristot. 1. *de Nat. anim. cap.* 17. & II. *cap.* 15. necnon *lib.* III. *cap.* 10. *de partibus* vertit septum transversum: lege Philotheum VI. *aphor.* 42. & Christ. Vegam in 1. *prognost.*

Et super] aliter sic.

Sive nocens vitium subter diaphragmate lædit,
Sive etiam supra est improba causa mali.
Fortior hinc surget tum morbo liber ab omni,
Diis grates tanto munere lætus aget.

Non domus] hi versus non leguntur apud Alcad.

Spelunca] alludit auctor ad illud evangelicum, *Mat.* 21. *Marc.* 11. cum scilicet D. N. ejecit ementes, & vendentes de Templo, productisque testimoniis Isai. *cap.* 56. & Hierem. *cap.* 7. dixit, Domus mea, domus orationis vocabitur. qui legit, intelligat, & secum penset quæ hortatur sacrosancta Synodus Trident. in *sess.* 22. *decr. de obser. in celebr. Missarum*, cum inter cætera dicit hæc aurea verba: IRREVERENTIA AB IMPIETATE VIX SEIUNCTA ESSE POTEST.

Templi rever. Nota.

CAPUT XLVIII.

De Balneo Trituli.

SIc dictum est balneum hoc, quia prope est locus *Trituli*, vel quia tertianam sanat, quæ à græcis πυρετὸς τριταῖος dicitur. Balneum præclarum, & admirabile est, ad radices rupis altissimæ, in qua ampla domus cavata est, & in ea Imagines compositæ artificis ingenio, manus tenentes ad loca passionum: quæ vel sunt vetustate consumptæ: vel (ut ferunt alii) à Medicis *Salernitanis* deletæ sunt, ut refugium, quod per ægros habebatur ad balnea pro eorum languoribus, ad solos medicos haberetur. modicum enim emolumentum ex Philosophia trahebant. vel dictum est *Tritulum* à territorio, in quo situm est, vitibus feraci. de quo Juven.

Medici Saler.

Te Tritulinus ager fæcundis vitibus implet.

Aqua autem semel in die, & semel in nocte juxta Lunæ ortum, occasumque calida, & fumigans ad balneum pergit: quo repleto, pars aquæ in æquor refunditur, pars vero reddit ad suum principium. Hoc rheuma fugat, caput, stomachumque confortat, podagram quamlibet curat, liberat hydropicos, febres prohibet, pituitosis prodest, omnemque balneorum energiam corroborat. Quamobrem ubicunque quis balneatus fuerit, tandem per vices aliquot hic se abluat. De eo Eustas.

Nota Eustas.

Est locus antiqua testudine ductus in altum,
Rupe sub ingenti celte cavata domus.
71. *Quæ plena est hominum formis ex arte paratis,*
Ad quid aquæ valeant, quæque figura notat.
Res miranda satis, satis est horrendaque dictu,
Huc veniente die mittitur unda semel.
A *Hæc eadem partim primum petit æquora, partim*
Extenuata fluens refluit unde venit,
Siquis hæc quam olim Bethsaida venerat, anno
Quæ semel infirmis mota ferebat opem.
Hæc nam quotidie multis aqua subvenit ægris,
Rheuma fugat, stomachum roborat, atque caput.
B *Liberat hydropicos, hic omnis gutta fugatur,*
Phlegmaticis prodest, febricitare vetat.

SCHOLIA.

Meminit de eo Ugolinus, vocatque *Fritoli*, & lapsum in febrim prohibere refert. Franciottus vocat de *Tritoli*, vel *Fritoli*, quia ibi homines ob sudorem, frictionem exercebant. sic Blondus asserit vocari Frictolas antiquitus. Fritoli.

Manus] quæ supra *cap.* 21.

C *Vetustate*] Tempus enim ut dixit ille in sua metamorphosi, *lib.* 15. Edax rerum, & invidiosa vetustas omnia destruunt, ac pessundant. Temp.

A Medicis] Dion. Cartus. ex Glossa ordinaria (cujus auctor est Strabus ex Trittemio *de script. ecc. cap.* 269. & Eckio in *Agg. cap.* 1.) super *Act. Apost. cap.* 28. sic inquit. Virgilius fecit balnea medicinalia Puteolis, singula propriis inscripta titulis contra quam valerent ægritudinem. Salernitani medici invidia ducti supervenientes, in manu forti titulos destruxerunt (quid non livor edax cogit? necnon auri sacra fames?) & ædificia plurima mutilaverunt. Hæc Glossa. Quam ibidem sequitur Nicol. Lyra. *cap.* 29. idem dicit Jo. Vil-D lanus 1. *cronic. Neapol. rub.* 19. qui tamen addit, illos Medicos, ubi noctu destruxerunt characteres, dum reverterentur, (Deo malorum vindice irato) tempestate obrutos periisse inter Capreas, & Minervæ promontorium: Savanarola II. *de baln. cap.* 30. quem etiam sequitur Bartol. Taurin. III. *de baln. cap.* 4. meminit horum medicorum, qui destruxerunt literas in marmore scriptas, sed existimant rem esse fabulosam. Ego vero ut Celsum imiter *lib.* IV. *cap.* 2. nec omnino fabulosum dicam, nec absolute verum confitebor: nisi quod rei veritas apud scientem omnia Deum (cui omnia nuda sunt, & qui novit omne E antequam fieret) clarissime dubio procul residet. Dicamque propter morosos quosdam, ne dicam cervicosos homines, mihi semper placuisse auream illam, omnique modestia plenam sententiam Galeni adversus Erasistratum *lib.* V. *cap.* 13. *de loc. aff.* ipse enim dicit: longe præstantius esse, quæ fiunt quærere quomodo fiant, quam negare. simile dicit idem Auctor in *lib. An. Sang. in art.* & II. *de diff. feb. cap.* 14. 15. stulte enim 72. damnatur, (ut bene dicit Boccac. in geneal. *lib.* XIV. *rub.* 21.) quod non intelligitur: & de incognitis judicare damnabile est.

Virgil. Medici Salern. Nota

Advertendum est, quod Savanar. ubi supra *cap.* 12. refert in Sciacca oppido Siciliæ ad finum F Montis gemmariarum habitasse S. Calogerum, ut expelleret dæmonas, ex illo monte: ubi erat balneum nomine Siccum, in quo sæpius se abluebat. (imitatus forte B. Joannem, qui usus est baln. calidis, ut legitur *in historia tripar. lib.* III. *cap.* 12. licet B. Jacobus eis uti noluerit, ut refert Hegesippus VI. *cap.* 3. apud Eusebium) In cujus sedilibus posuit virtutes notis Græcis ibi insculptis: quas Medici ob Avaritiam (quæ est ἰδωλολα-

S. Calogerus.

λολατρεία) aboleverunt. hæc Savanarola in lib. de baln. *cap.* 6. Et quoniam incidit mentio de Salernitanis, scribit Ugolinus se legisse opusculum de baln. Puteol. *cap.* 5. auctor Matthæo
Matth. Plant. Plantimone Salern. quorum virtutes ibi erant metrice descriptæ.

Trifol. *Juvenal.*] locus est in sat. 9. quem locum Aldus, Merula, & Chalderinus legunt sic, Trifolinus, ex Plinio *lib.* XIV. *cap.* 11. quod innuit Mart. in Xen. 114. dicit. Non sum de primo, fateor, Trifolina Lyæo. & Galenus (ut id obiter annotem) v. *cap.* 67. *salubrium*, & 1. *de an-*
Vinum Triph. *tid.* meminit vini triphilini apud Neapolim, & Jovis Triphylii meminit Lactan. *lib.* 1. *contra Gen.* & Trifilii episc. fit mentio apud Trittem. *lib. scrip. eccl.*

Meminit hujus balnei Boccac. *in lib. de fontibus*, cum de Bajis loquitur.

Alcad. *Locus*] Alcadino dantur isti versus.

Celte. *Celte*] vide quæ supra *cap.* 3.

Plena] sic, Plena figuratis morborum conscia formis.

Siquis] sic, Hæc plus quam Solymi templi est aqua, quæ semel anno Uni præstabat mota salutis opem.

Bethsaida. *Bethsaida*] innuit locum Piscinæ probaticæ Hebræorum, quæ, sicut scriptum reliquit nobis dilectus discipulus, & magnus Theologus Joannes v. sanabat semel in anno omnes infirmitates, hebraice vocabatur Bethsaida, seu Bethesda, sic enim græce legitur, ἡ ἐπιλεγομένη (ἑβραϊςὶ) βηθεσδά.

Hæc nam] sic, Nanque hæc quotidie quam multis mota videtur.

Hydropicos] quæ supra *cap.* 6.

Adverte lector prope hoc balneum olim fuis-
Teutaris. se Mercurii templum, quod Teutaris vocatur à Proper. *lib.* 1. & Lucano 1. *eleg.* 11. *pharf.* necnon à magno Livio 3. *ab urbe lib.* VI. & Lactan. *Firm. lib.* 1. *cap.* 21.

CAPUT XLIX.

De sudatorio Trituli.

RUpis hæc eadem in sui cacumine per ascensum multorum graduum sudatorium habet. Est Crypta quædam manu cavata, arcta nimis, sed in longitudinem protensa, odoris suavis: in qua, si erectus ingredieris statim, sudore prehenderis; si te inflexeris statim, frigus te capiet. ulterius autem progredienti tibi post paulum de-
73. scensum occurret aqua perspicua, calidissima, quæ vix tangi potest quam multi putant in supra dictum balneum latenter effluere. Quod si ad aquam pergere volueris, iter carpe sinistrorsum. Ubi vero duos passus introiveris, viam dextrorsum cape, per quam procedens obvium habebis lapi-
Caballus. dem. qui de rupe ruit, & *Caballus* dici-
tur. Ulterius autem incedens per calidum
Crypta pestil. pulverem, invenies coronidem cryptæ, & celtis vestigia: si modo reverteris ad locum, ubi hanc cryptæ partem intrasti, invenies profundam foveam, patentemque, atque propius aliam cryptam, quæ ad meridiem spectat: quam ne adeas, etenim si per illam meabis, absque caloris, frigorisque excessu, absque vento, aerisque motu, flamma sursum tendens ceram, lumenque liquefaciet, ac faces extinguet, facietque homines ex capitis vertigine veluti mortuos in terram cadere. Hoc sudatorium evacuat humores, Nota. caput, stomachumque servat, rheuma curat, Phlegma excutit, alleviat corpus, hydropicis, podagricisque plurimum confert.

SCHOLIA.

Meminit hujus loci Victruvius *lib.* II. *cap.* 6. & Franciottus.

Verum idem Victruvius ubi supra *cap.* 2. & 4. meminit sudatorii Cumarum & Bajarum. & nos supra meminimus sudatorii S. Germani, & Bullæ sudatoriæ: sicut inferius mentionem faciemus de sudatorio Cocti apud Aenarias.

Celte] quæ supra *cap.* 3. Celtæ.

Vertigine] forsan innuit eam, quæ à Græcis vocatur σκοτηδινος, ἢ σκότωμα de qua Gale. III. Scotodinus.
loc. aff. 4. *aphoris.* 17. 4. *de rat. vict. ac. cap.* 8. & Altimarus in arte medica. *tex.* 42.

Hydropicis] hoc etiam testatur Celsus *lib.* III. Hydr.
cap. 21. ubi meminit hujus sudatorii, sicut annotat idem Altimarus in cap. de hydrope.

Hujus balnei vires hoc tetrasticho explicavimus.

Franc.
Evacuat succos, stomacho, confertque cerebro,
Rheuma gravans abigit, phlegma pigrumque liquat.
Alleviat corpus leni sudore, salutis
Hydropi, ac podagræ porrigit usque manus.

CAPUT L.

De Balneo Fœniculi.

SIc dictum est, quia inter Mare mortuum, & *Misenum* montem inter multos fœniculos scaturit aqua hæc. nondum fons iste 74.
formam balnei accepit, nec ob loci distantiam satis est experta. hoc tamen compertum habemus, quod lippos oculos abstergit, eorum ulcera sanat, maculas delet, & super alias aquas visum acuit.

SCHOLIA.

Vulgo *li finocchi.*

Misenum] de eo infra *cap.* 55.

Scaturiat] alia ratio assignari potest, quod sicut fœniculus, ut ait Dioscorides *lib.* III. *cap.* 79. Fœniculus. multum confert oculis, ita & hoc balneum.

Hujus balnei vires hoc disticho complexi su- Franc.
mus.

Abstergit lippos, desiccat & ulcera eorum,
Detergit maculam, & lumina clara facit.

CAPUT LI.

De aliis aquis calidis.

SUrgunt præterea per totum sinum, qui Aquæ calidæ.
a *Falerno*, seu *Postripo* monte usque ad *Misenum* interjacet, multæ aquæ calentes. Quarum virtutes, & nomina propter penuriam, vel magis hominum incuriam oblivio possidet. Fuisse tamen eas magnæ Nota.
efficaciæ antiquorum lavacrorum forma, ac ruina ostendit. etenim supersunt adhuc apud *Bajas* mirificorum operum quædam præclaræ reliquiæ, quas vetustas abolere non potuit, sicut est illud Maris mortui, ubi jus- Mare mort.
su *Octaviani Augusti* terra per magna spacia profunde effossa, & per incisas radices *Miseni* introductum mare stationem classibus tutam dedit.

SCHOLIA.

Postripus. Phalernum.

Postripo monte] de eo lege quæ infra *cap.* 54.

Falerno] Hujus loci frequens fit mentio apud Galenum, potissimum II. *de ar. cur.* 4. *de san. tuen. cap.* 6. V. *cap.* 5. & alibi sæpissime: quod siquis sciolus plura legere voluerit, legat Pers. *sat.* 3. Juvenal. *sat.* 8. Syllium *lib.* VII. *cap.* 2. Martial. Xen. 120. Tibul. II. *el.* I. Horat. II. *car.* 6. Ovid. IV. *pont. el.* 2. Epigram. græc. *lib.* II. Liv. I. *ab urbe lib.* VIII. Plin. XIV. *cap.* 3. Macrob. III. *Satur.* Florum *lib.* I. *cap.* 16. & Jabolenum *l. legatum ita* §. *vini Falerni ff. de annuis legatis.* è recentioribus vero Jacob. Pers. & Jo. Bapt. Confalon. in *libris de natura vini.*

Aquæ natur.

Aquæ calentes] de quibusdam naturalibus aquis scripsit Ovid. XV. *Metamor.* Lucr. *lib.* VI. *cap.* 9.
75. Claudianus *epi.* V. & XXIX. Victr. VIII. *cap.* 3. Pontanus *lib.* V. *τῶν μετεώρων cap.* 40. & seq. lege quæ Gale. VI. *de san. tuen.* & Fernelius II. *suæ methodi.* sed & magnus medicus Hippocr. *in epidem.* meminit Meliorum balneorum. & magnus theologus Nazianzenus ad Olymp. scribens, *Epi.* 137. meminit balneorum Xanxaridis, quibus ipse utebatur. & Theodoritus celeberrimus episc. curam habuit lavacrorum communium ob publicam utilitatem. sic enim græce scribit ad Enteuchium, *epis.* 80. ἐπεμελήθην τῶν λουτρῶν κοινῶν, &c. hæc publica balnea tempore Antiochi medici in usu erant, ut testatur Galenus V. *cap.* 4. *san. tuen.* tamen aliquando fuisse submota ab Antonino Imp. scripsit Jul. Capitolinus. Atqui apud Turcas mos est (ut inquit Georg. *de cerim. Turcarum cap.* I.) circuncisum septem annorum puerum post tertium convivii diem duci ad balnea. quæ, ni fallor, arte parantur. de quibus fusissime scripsit Galenus *lib.* X. *methodi Therap.* adversus Philippi opinionem, qui illas in febribus hecticis damnabat. scripsit & è nostratibus elegantissimum opus Jo. Franciscus Brancaleo *lib. de Virg* totius Italiæ, ne dicam orbis lampas ardentissima: literarum omnium αὐτόματον πανδοχεῖον, ἐν κύκλῳ τῆς παιδείας διδάσκαλος, καὶ τῶν ἠθῶν εὐεργέστατον πάν σπέρμα. Qui magis silentio (ut cum Arnol. & Dionys. dicam) quam sermone prædicandus est: sicut etiam scriptum est ἐξαίρετον ἐν τῷ τῶν ψαλμῶν, Tibi silentium laus.

Lavacrorum. Turcarum mos. Aquæ artif. Brancaleo.

Maris mortui] de eo infra cap. 55.

Aquarum mirac.

Virtutes] de Aquarum variis facultatibus lege Plin. II. *cap.* 106. qui *lib.* XXXI. *cap.* 7. meminit fluvii salis apud Caspias. Sabellicus vero *in* III. *Ennead. cap.* 7. meminit fontis sabbatici. Menghus *libro de baln. cap.* 47. recenset balneum Meldulæ, quod tantum nocte S. Laurentii manare videtur. Nicol. Leonicus *tom. lib.* III. *fontis althæni*, Aonius Palear. fontis Ammonis, *lib.* VI. Mela *lib.* I. *cap.* 4. Fontis solis, & Diodorus *lib. antiq.* aquæ solis meminerunt. sed Epiphanius *hær.* 30. meminit calidarum aquarum in Gadara, & Strabo *lib.* V. lacus Gadarei. Qui *lib.* XI. meminit fontis olei; sicut Herodotus græcanicæ historiæ pater scriptum reliquit de quodam puteo proferente bitumen, oleum & salem. Reliqua alia lege apud B. August. XXI. *de civit. Dei*, Aristot. III. *de nat. ani. cap* 5. Bartol. Taurin. III. *de baln. cap.* 3. & Ravisium II. *offic.* parte *cap.* 12. cum Gaudentio Merula de mirabil. *cap.* 148.

Bajæ.

Bajas] Josephus XVIII. *antiq. jud.* auctor est, quod Bajis fuerint lavacra calida, aquis ex terra ultro manantibus. aptis saluti corporum. qui *lib.* XVII. *cap.* 14. ultra Jordanem circa Callirrhoën, ait, esse aquas potabiles. & *lib.* XVIII. *cap.* 9. refert juxta Genesareht stagnum in vico Ammaus esse aquas calidas.

A

CAPUT LII.

De Myrtetis.

Myrteta

HAec olim balnea dicuntur ab ægris omnibus invisa, & derelicta, ut innuit Horat *lib.* I. *epist.* dicens:

Me facit invisum gelida cum perluor unda,
Per medium frigus sane Myrteta reliqui
Dictaque cessantem nervis elidere morbum,
Sulphura contempsi, vicus gemit invidus ægris.

B

Notandum est, quod *Octavius Augustus* Imperator apud *Bajarum* balnea sæpe morari consueverat, quumque diu dolore arthritico laboraret, *Amelium* medicum elegit, & adscivit sibi, qui eum calidarum aquarum lotionibus tantum lavari jubebat, & rimas cubiculi velleribus obstrui. sed cum hujusmodi curis magis morbus invalesceret, & *Augustus* maxima macie detineretur, *Musam* medicum in sui curam suscepit. à quo prohibitus est, ne amplius balneis uteretur, & vice calidarum potionum aquæ, assumeret gargarismata frigida; qua industria bene convaluit, & *Augustus* beneficii memor, voluntate senatus, xl. sextertia argenti illi assignavit. Propter hoc ægri cœperunt *Bajarum* balnea, Myrtetaque relinquere, & ad frigida loca sese conferre. 76.

Octavius.

C

SCHOLIA.

D

Horat.] locus est *epist.* 15.

Myrteta] de his locis meminit Celsus II. *cap.* 16. & *lib.* III. *cap.* 21. Myrtatum (ut id obiter annotem) obsonii genus est apud Plin. *lib.* XV. *cap.* 29.

Myrteta.

Amelius] De hoc Medico nihil adhuc legi, quod memoria teneam: nec ἀνδροθαύμαστος, καὶ πολυΐστωρ And. Tiraquellus *lib. de nobil. cap.* 31. (cum Medicorum catalogum exactissime, minutatimque recenset) hujus viri unquam meminit. *num.* 305. Est tamen hujus nominis philosophus Platon. qui (auctore Suida, vixit tempore Origenis, de quo Plotinus apud Plutarc. Bessar. *in calumn. lib.* II. *cap.* 4. & Volater. *lib.* XIII. *cap.* 3.

Amelius. Ant. Musa.

E

Musa] de Ant. Musa lege Plin. XXXI. *cap.* 3. XXIX. *cap.* I. Sueton. *lib.* II. *cap.* 59. Flaccum I. *epist.* 15. ut sileam Galen. *lib. de comp. med.* κατὰ τόπους, & Aëtium, qui de eo sæpius loquuntur. Est & hujus nominis insignis medicus Ferrar. dictus Brasavolus, vir nostra quidem tempestate de arte medica optime meritus, bonarum literarum post Leonicenum & Manardum doctiss. professor.

Brasavolus.

Quadraginta] lege Suet. ubi supra. Veruntamen legimus apud Mantuanum I. *cap.* 6. *de patientia*, & Raph. Volat. *lib.* XXI. *cap.* 9. Thadæum medicum Florent. (is enim erat præceptor Thurisani) in cura Honorii IV. Pont. Max. 10000. aureos reportasse. Prætereo lubens nostri seculi tam Altimari, quam Spinelli, τῶν ἐξοχιατρῶν τὴν μυριαμισθοδοσίαν. De honore vero Hippocratis apud Artaxerxem lege Suidam, deque pretio Democedis apud Darium regem legas Herodotum *lib.* III. & de his omnibus Tiraq. *lib. de nobil. cap.* 31. *num.* 380. & quæ Amatus Lusit. *centur.* II. *cap.* 53.

F

Thadæus. Altimari. Spinelli. Hippocr. Democedes.

Fri-

Frigida] hoc etiam in hecticis præcipit Galenus *lib.* x. *Methodi. cap.* 8.

77. CAPUT LIII.

De Myrtetis balneis.

Myrt. etym.

MYrteta vocantur, non quia myrtis abundent, sed quod juxta *Avernum* os Inferni existere dicatur, per quod animæ defunctorum Inferos petere dicebantur: inde myrteta, quasi morteta dicta sunt.

SCHOLIA.

Myrtus.

Myrtis] Myrtus (ut obiter annotem) habet quandam sympathiam cum Malo punico: sic dicit Democritus apud Simeonem Sethum. *cap.* 88.

Averni] de eo infra *cap.* 67.

Infer. Ἅδης.

Os] utitur ni fallor dicto Isaiæ prophetæ, *cap.* 5. *Dilatavit*, inquit, *infernus os suum.* Græci infernum vocant ἄδην id est sine jucunditate, ut interpretatur Julianus II. de progn. fut. sec. vel sine visu, secundum Gazam. Quotupliciter autem sumatur Infernus, apud Hebræos, *cap.* 5. (vocatur enim apud eos, Seol) lege doctiss. P. Galatinum VI. *contra jud. cap.* 7.

Taxus. Cupr.

Morteta] hunc etymum nunquam legi, & cum Varrone *lib.* II. *cap.* I. ignorantiam confiteri non erubesco. Arbores tamen ferales, quæque mortem (ultimam rerum lineam) portendunt, sunt hæ. Taxus, cujus meminit Ovid. IV. *Metamor.* & Cupressus, cujus mentio habetur apud Plin. *lib.* XVI. *cap.* 34. Claud. II. *cap.* 17 *de rap. proser.* lege quæ P. Bellonius I. *de medic. funere.*

CAPUT LIV.

De Authoribus quibusdam.

Galen.

GAlenus Medicus venit ut videret hæc balnea, & miratus est, sed paucis verbis aquam speluncæ differens, aliquarum aquarum virtutes in suis operibus expressit.

Oribas.

Oribasius eorum balneorum, quæ tunc in usu erant, nomina, & efficacias in decimo libro inseruit.

Alcad.

Quem secutus *Alcadinus* poeta Siculus 31. balnea elegantibus versibus ornavit, 12. versibus cuilibet balneo distributis. Metra aquæ, de sulphuraria non sunt ipsius, cum stylum *Alcadini* non sapiant. Lavacra Orthodonici, de scropha, Sanctæ Luciæ, & S. Crucis post istos reperta, quidam versibus male compositis scripsit, de quibus omnibus, præter præscriptos versus *Eustasii De Matera*, cum non reperissemus

Eustas.

78. alios, quam ut supra, mentionem facere non potui, nec eos in hoc opusculo inserui. In hac vero prosa quædam virtutes, quas experientia docuit, & quatuor balnea, necnon sudatorium *Trituli* noviter inventa addita sunt. Sed quia prædicta balnea in littore *Bajarum*, & à *Falerno*, seu *Postripo* monte usque ad *Misenum* sita sunt, in eisdemque locis plurima memoratu digna reperiuntur, de singulis nonnullam menitonem facere intendo: ut qui lavacra ex necessitate, vel animo jucunditatis videre voluerint, etiam de aliis in venerandæ antiquitatis memoriam, noscere valeant.

SCHOLIA.

Galen.

Galenus] quæ supra *cap.* 47.

Orib.

Oribas.] decimus liber hujus viri ad Julianum Imp. de balneis differit. Sed quod hic auctor scribit, non in codice latino, ex Rasarii interpretatione, reperi: nec in Codice manuscr. quem legi in bibliotheca Rever. & Illustr. Card. Hieronymi Seripandi, viri integerrimi, atque sanctissimi. In dicto tamen libro *cap.* 3. sic Græce habet, τῶν λουτρῶν αὐτοφυῶν πολὺ δύναμις ἐστὶν ἰσχυροτέρα, καὶ δραστικωτέρα ἐξ ἐπιτεχνήσεως, &c. superius in canone baln.

Card. Serip.

Alcad. ætas.

Alcadinus] floruit hic poëta anno Dominicæ incarnationis M. C. LXXXIX. tempore Henrici sexti Imp. regis Neapol. & Federici hujus filii, ut ipsemet innuit, in fine versuum dicit.

Suscipe Sol mundi tibi quem transmitto libellum,
De tribus ad Dominum tertius iste venit.
Primus habet partes civilis in arte triumphi,
Mira Federici gesta secundus habet.
Tam loca, quam vires, quam nomina pene sepulta.
Tertius orbatas iste reformat aquas.

Henricus Imper.

Hæc Joan. Elysius in *lib. de baln. Puteol.* Hunc auctorem forsitan innuit Savanar. *lib.* II. *de baln. Rub.* 19. & hic est ille Henricus Imp. (ut ait Benvenutus in Augustali) qui obiit Siciliæ, & sepultus est Panormi. lege quæ Egnatius III. *de Cæsaribus.*

Balneorum Versus.

Quidam versibus] hunc auctorem nunquam legi; nec novi alios, qui metrice scriberent de balneis, præterquam Alcadinum; cujus versus de XVII. baln. huic opusculo inseruimus; & Eustasium, cujus etiam extant versus de XIX. baln. Et nos utcunque potuimus, ne balnea carerent versibus, tantum sex balnea Apollini, ac sororibus ejus consecravimus. adjectis etiam aliis tribus, ex superabundanti, ut ajunt, & nacta occasione Franciotti; qui in lib. de baln. Lucensibus asserit, Terram laboris, seu Campaniam his potissimum balneis gloriari. Advertendum tamen est, quosdam versus Eustasii, eosdemmet Alcadino adscriptos esse in quibusdam codicibus.

Campan. gloria.

Primus habet] aliter, Primus habet patrios sublimi Marte triumphos.

Orbatas] sic, Euboicas.

Aquas] post hunc versiculum, ut liquet ex Codic. Venet. sequuntur sex versiculi. 79.

Cæsaris ad laudem tres scripsimus ecce libellos,
Firmius est verbum, quod stat in ore trium.
Si vacat annales veterum lege Cæsar avorum,
Pauper in Augusto nemo poëta fuit.
Euboici vatis Cæsar reminiscere vestri,
Ut possit nati scribere facta tui.

Verbum] juxta illud Deuteron. *cap.* 19. in ore duum, vel trium stat omne verbum. quod etiam Dominus, & Apostolus docuit in novo Testamento. *Joh.* 8 *Heb.* 10.

Eustas.

Eustasius] de eo quæ supra *cap.* 8.

Postripus.

Postripo] in cod. Veneto legitur, Pausilypo, sicut superius *cap.* 51. De hoc Postripo nihil hactenus legi, nec me legisse recolo.

CAPUT LV.

De Miseno.

Misenus.

MIsenus promontorium est in extremitate *Bajarum*, quinto à *Cumis* stadio. qui, sicut *Blondus* scribit, etsi natura cavernosus fuit, tamen tantis excavatus est operum laboribus marmoreis, vel lateritiis, & lapide quadrato compactis in sublime ductis sustentatur columnis, ut ubique pensilis videatur. Erant in eo (ut apparet) balnea, natatoria, ad cœnas, luxumque tri-

clinia. Dictus est à tubicine *Aeneæ* ibi sepulto. *Servius* enim refert, quod *Aeneas* volens illic mortuorum animas ab inferis evocare, cum sine hominis occisione id fieri non potuisset, occiso *Miseno* sacra ista complevit, sic ut *Ulysses* occiso *Elpenore*. Æneas. Hic Mons ante adventum *Aeneæ* vocabatur *Aereus*, ut innuit Virgil. dicens.

Monte sub aerio, qui nunc Misenus ab illo,
Dicitur, &c.

Huic monti qua spectat in *Cumas* lacunæ Mare mort. adjacent, nunc Mare mortuum vocatæ, circa quas in continentis supercilio ruinæ, & fundamenta cernuntur eximia. Fuit nanque locus, in quo *Suetonius* scribit *Octavium Augustum* classem apud *Misenum* ingentem instituisse, quæ versas in mare *Tyrrhenum* Imperii *Romani* provincias, hinc *Galliam*, & utranque *Hispaniam*, inde *Mauritaniam*, *Aphricam*, & interjectas insulas tutaretur. eratque ejus Plinius. classis præfectus *Plinius Veronensis* quando apud *Vesevum* montem incendio absumptus est. Hæc Blondus.

80. SCHOLIA.

Misenus. Miseni meminit Strabo *lib.* v. dicens *μισηνὸν ἀκρωτήριον πλησίον τῆς κύμης*, &c. Cicero II. *Philip.* Antoninus *in itiner.* Ptolem. *lib.* III. Sueton. II. *cap.* 49. Plin. III. *cap.* 5. Solin. *cap.* 7. Mela II. *cap.* 2. Florus I. *cap.* 16. Tacitus *lib.* XIX. Syl. *in* VIII. Proper. III. *el.* 18. Stat. III. Sylv. I. è recentioribus Pontanus VI. *de bel. Neap.* Boccac. XIII. *geneal.* 23.

Misenus episc. Est hujus nominis Episcopus, cujus fit mentio in Concilio sub Symmacho Papa. In hoc lo- S. Sosius co S. Sosius (λέγεται γὰρ ἀπὸ τοῦ σώζαι) leviticum ministerium exercuit. Qui cum esset annorum 30. martyrium cum S. Januario Episc. capitis detruncatione suscepit IX. Kal. Octob. ann. CC. LXXXIX. Hujus sancti corpus venerabiliter Monast. S. Seve. custoditur Neapol. in religiosiss. Monast. S. Severini. ubi Monachi Casinates quotidie horas canonicas mira devotione Deo humiliter persolvunt, & singulari cum reverentia Missarum τὴν ἱερουργίαν celebrant.

Marius. Marius prope Misenum (ut auctor est Plutar.) multa palatia ædificavit.

Servius] locus est super III. & VI. *Æneidos.*

Virgilius] locus est in VI. *Æneid.*

Huic] hæc lege apud Blondum.

Mare mort. *Mare mortuum*] lege Blondum. Est & hujus nominis lacus, seu stagnum bituminosum in Palæstina (ut refert *Gal.* IV. *Simpl. med. fac.*) cujus aqua salsa est, & amara: in ea planta non gignitur, neque animal, nec piscis: vocatur sal illud Sodom. Sal. Sodomæum. Hinc obiter annotes hujus turpitudinis flagitiosissimam, detestabilissimamque abominationem, (ut sacræ literæ docent *Gen.* 19. *Sap.* 10.) quam pœna apertissime indicat. Ignis enim cum sulphure (quod fœtoris symbolum est, & duplicati incendii) de cœlo descendit super pessimos viros ad ulciscendam tanti sceleris injuriam; combussitque Pentapolim, in testimonium tam perversæ fœditatis, & spurcitiæ, quæ nedum calamo scribi, aut lingua proferri potest, sed nec animo concipi. tanta est Naturæ prævaricatio, & corruptela, ut sacræ Cæsarum leges, *Auth. ne quis lux. con. nat. L. cum vir C. ad l. Jul. de adul.* sacrique Patrum canones *cap. adulterii* 32. *quæst.* 7. arma, ignesque omnes in tantum crimen, tantamque ignominiam evestigio surgere judicaverint. Atqui scribit Jul. Solinus, *cap.* 36. & è nostratibus Hegesippus *de excid. bell. Hieros. cap.* 18. nec non Isid. XIV. *etymolog. cap.* 3. illic Pomum quoddam nasci, quod vel leviter pressum fatiscit in pulverem, favillaceosque emittit fumos. Qui habet aures audiendi, audiat; & qui legit, intelligat. Prætereo ea, quæ Scripsit magnus ille Suessanus *lib.* II. *cap.* 97. de pulchro in tanti criminis execrationem, similiter quæ Bessar. Card. *in calum. lib.* IV. *cap.* I. Bern. Scardeonius *lib.* II. *cap.* 2. *de Castitate*, Jo. Bapt. Pius *in annotat. cap.* 53. Cœl. Rhodig. *lib.* VIII. *cap.* 30. & alii, qui transcendunt numerum stellarum cæli, & arenæ maris. Hæc parerga sufficiant.

Sueton.] locus est *lib.* II. *cap.* 49. supra *cap.* 51. & Tacitus *lib.* IV.

CAPUT LVI.

De Crypta Trachonaria.

IN hujus *Miseni* radice Inarimen versus Crypta est, & in topho montis excisa, ex albario opere tunicata; quæ vulgo crypta *Trachonaria* vocatur. In eam plu- 81. viæ promontorii, ad usum potus habitantium defluebant. Dicta est à traconibus id est aquarum meatibus subterraneis.

SCHOLIA.

Traconibus] τραχῶν meatus aquarum significat, Tracon. sicut annotat Titelm. *in Psal.* 148. licet aliter legat Euthymius. In Cod. tamen Venet. legitur sic, ob varios reflexus suos dicitur Draconaria, quæ stillantes desuper aquas jugiter recipit, & conservat. De hac crypta fit mentio infra *cap.* 58. & Trachonitidis regionis meminit B. Lucas, *Luc.* 3. cum tempus prædicationis Dominici præcursoris describit.

CAPUT LVII.

De Turri Pharo.

IN hoc promontorio fuit olim turris Pha- Turris Pharos. ros, quæ lumine suo portum, de more, navigantibus ostendebat.

SCHOLIA.

Hujus turris meminit Petrar. *in itiner.* De Pha- Pharos. ro aliorum locorum lege Homerum δ ὀδυσσ. Strab. *lib.* XVII. Plin. *lib.* XXXVI. *cap.* 12. Solinum (qui est Plinii simia) *cap.* 34. Egesip. IV. *cap.* 27. Lucan. *lib.* II. Juven. *sat.* 13. Stat. III. *Sylv.* 5. & Ovid. IX. *Metamor.* quæ infra *cap.* 58.

CAPUT LVIII.

De Julii Portu.

JUxta hunc montem fuit olim portus *Ju-* Julii. *lii*, nunc vulgo dicitur Portus maris mortui. hunc portum *Julius Cæsar* effodi jussit, terramque in mare convertit, ut innuit *Flaccus* dicens: sive receptus Terra Neptunus, classes aquilonibus arcet, Regis opus, sterilisque diu palus, aptaque remis. Vicinas urbes alit. Hic portus (ut ait Juvenalis) vix aliquem parem habet, quoniam hinc inde duobus brachiis est naturalis tophi conclusus: quorum unum respicit *Puteolos*, & *Nesida*, alterum vero *Surren-*

rentum, & *Capreas*. Hæc duo brachia undique mari abluuntur, unum mari *Bajarum*, aliud mari *Prochytes*, vel *Pithecusarum*. In hujus portus faucibus *Julius Cæsar ad* repellendos maris impulsus molem fieri mandavit, ne ad procellarum impetus in navium nocumentum nimis licen-
82. ter introiret. Quod iste portus Julii diceretur, confirmat Suetonius dicens viginti servorum millibus manumissis, & ad remum datis, portum *Julii* apud *Bajas* immisso in *Lucrinum* & *Avernum* lacum mari effe-
Nota. cit. Quod turris Pharos fuerit in promontorio *Miseni*, quodque portus duo brachia habuerit, ejusque in faucibus moles dicta fuerit, testatur Satyrographus *Juven*.

Tandem intrat positas inclusa per æquora moles,
Tyrrhenamque Pharon, porrectaque brachia rursus,
Quæ pelago occurrunt medio, longeque relinquunt
Italiam, non sic igitur mirabere portus.
Quos Natura dedit.

SCHOLIA.

Meminit hujus portus Virgilius II. *Georg.* Julia qua ponto, &c. Ubi Servius ille, altiloqui tetigit qui arcana Maronis. & *lib.* IX. *Æneidos*, Saxea pila, &c. lege Blondum.

Flaccus] locus est in poëticis, quem locum Acron intelligit de Jul. Cæs. Bonfinis de Augu-
Labyr. sto, at Jo. Parrasius de labyrintho, quem Porsenna rex Hetruriæ, sepulchri causa, fieri curavit. insinuante hoc Plinio *lib.* 36. *cap.* 13.

Juven.] locus est *sat.* 12.

Sueton.] locus est in *lib.* II. *cap.* 16.

Tandem] locus est *sat.* 12.

CAPUT LIX.

De Vacculo oppido.

Vacculum. V*Acculum*] locus fuit *Herculis* olim a *Bajis* non longe distans, dictum à vaccis, seu bobus. eo quod *Hercules* devicto *Geryone*, *Majoricarum* rege, rediens ex *Hispania*, perque *Bajas* transitum faciens, ibi constituit hoc oppidum. *Servius Baculeos* vocat. De quo *Tacitus* me-
Nero Agrippina. minit. *In hac villa Nero Cæsar olim existens, Agrippinam matrem literis Bajas evocavit ad solennia. Quinquatrium simul celebranda: datoque negocio Tetrarchis, qui Liburnicam naviculam, qua advecta erat, velut fortuito concursu confringeret, pertraxit convivium, sed quum nando evasisset, eam jugulari jussit.* Hæc Tacitus.

SCHOLIA.

Vulgo dicitur *Vaculo*.

Bauli. *Herculis*] de Baulis dictis quasi boalibus, lege
83. Strabonem *lib.* v. sic, ὅ φησὶν ἡρακλέα διαχῶσαι τὰς βοῦς ἐλαύνοντα τὰς γηρυόνου. id est, illum ab Hercule traducendarum Geryone boum causa aggeratum fuisse perhibent. lege Plin. *lib.* IX. *cap.* 55. Solin. *cap.* 25. Justinum *lib.* XLIV. Suet. 6. *cap.* 34. Syll. *lib.* XII. Proper. III. *el.* 18. Martial. IV. *epig.*
A 62. Varr. III. *rustic. cap.* 17. è recentioribus Blond. Volater. *lib.* VI. Pontan. *in lepid. pompa* 5. Sannazar. II. *el.* 7. Gyral. Ferrar. (is enim catholicus est) *in Herculis vita.* quin circunfertur versiculus Symmachi de baulis, corrupta boalia Bau- Boarium forum.
los nuncupat hæc ætas. De foro boario lege Livium III. *ab urbe. lib.* II. Tacit. *lib.* XII. Solin. *cap.* 2. & Proper. IV. *el.* II. qui *lib.* I. sicut Cicero Orat. contra Vul. meminere Viæ Herculanæ.

Servius] locus est VI. *Aen.*

Tacitus] locus est *lib.* XIV. dicit obvius in littora excipit manu, & complexu, ducitque Bau-
B los: id villæ nomen est, quæ Misenum inter & Bajanum lacum flexo mari alluitur.

Agrippinam] hujus lacrymabilis, miserandæ- Agrippina
que mulieris meminit Seneca tragicus in Octavia dicens Parens tanta Neronis? Non funesta violata manu Remigis ante mox & ferro lacerata diu sævi jacuit victima nati?

Quinquatriis] hujus festi meminit lepidiss. Po- Quinquatr.
litianus in miscellaneis. *cap.* 21.

CAPUT LX.

De Piscina Neronis.

C N*Eronis* piscinæ non procul à *Bajis* olim fuerunt, quæ vulgo dicitur, piscina mirabilis, non multum à *Vacculo* di- Piscina mirab.
stat XLVIII. pilis innixa. Has *Nero* incipiens prosecutus est ab eo loco, quo cæptæ fuerunt usque ad *Avernum*, ut innuit *Suetonius* dicens: Inchoabat piscinam à *Miseno* ad *Avernum* lacum contectam, porticibus conclusam. Quo quicquid totis *Bajis* calidarum aquarum esset, committeretur. Quod hæ piscinæ fuerint *Nero-*
D *nis*, innuit *Tacitus* de *Agrippa* loquens, *Nero piscinas Bajarum suarum excolebat, cum meis consiliis adoptio, proconsulare jus, & designatio consulatus, & etiam adipiscendo imperio præpararentur.*

SCHOLIA.

Sueton.] locus est *lib.* VI. *cap.* 31.

Cornel. Tacit.] locus est *lib.* XIII.

Hujus piscinæ meminit Mart. IV. *epist.* 30. Petrar. *in itin.* & Blond. *De balneis Neronianis.* Mar- Baln. Neron.
tialis meminit *lib.* II. *epist.* 47. sunt & Romæ Bal- Domit.
nea Domitiana, nunc dicta Trajana, (ut notat Synodus Roman.
E Bartol. Carrauza in summa conciliorum) in quibus celebratum fuit primum concilium Romanum sub Sylvestro Pont. Max. cum Episc. CCLXXV. Thermarum Zeuxippi, ut obiter annotem meminit *hist. tripar. lib.* IV. *cap.* 18.

CAPUT LXI.

De Piscina mirabili. 84.

NOn longe à *Miseno* in prædictum *Misenatium* classis locum fundamenta visuntur his, qui incredibilia non viderint:
F ubi Piscinam mirabilem vulgo dicunt. Nam Piscina mir.
cum ea (ut pulcherrime constat) ædis desuper destructæ fundamenta fuerint, pars hæc subterranea existens, sublimibus fulta lateritiis columnis 250, longitudine 160, latitudine passus patet, & ita est integra, ut nova videatur. Quam *L. Luculli* do- Lucull.
mum, quæ illi in *Bajano* erat, fuisse tenemus. Et quia in loco omnium *Italiæ* cali-

do ſita eſt, videtur eſſe illa, de qua ſcribit *Plutarchus Lucullum* perbelle cum *Cn. Pompejo* ac *M. Catone*, & pleriſque illius ſeculi principibus jocatum fuiſſe; cum ipſis *Romanis* in *Lucullano* (nunc *Fraſcato* dicitur) apud *Lucullum* æſtate cœnantibus, *Pompejo* ædificandi imperitiam in illo damnanti, quod domum pulcherrimam nimis multis porticibus, & feneſtris apertam, æſtati idoneam quidem, hyemi vero inhabitabilem feciſſet. Illi reſpondit, *Pompejum* ſuo ingenio detrahere, qui Grues ſe prudentiores exiſtimet, æſtiva loca, hyemaliaque alternis vicibus inhabitantes; ſeſe enim dicit, qui hanc in *Lucullano* æſtati idoneam fecit, alteram in ſemper vernanti *Bajano* hyemalem ædificaſſe.

S C H O L I A.

Non longe] hæc lege apud Blond. uſque ad finem capituli.

Tiberius. *Piſcinam*] apud hanc ſe ferri juſſit Tiberius Imp. (ut notat Tacitus *lib.* v.) cum morti eſſet propinquus.

Plutar.] locus eſt in vita Luculli, lege Plin. *lib.* IX. *cap.* 54. & XVIII. *cap.* 6. Corn. nepotem, Tacitum ubi ſupra, & M. Varronem *lib.* I. *rei ruſtic. cap.* 14.

De villa Scipionis meminit Seneca. *epiſt.* 87.

De villa Piſonis meminit Tacitus. *lib.* XV.

De villa Horatii, lege Blondum *de Ital. cap. de latina*

De villa Servilii, lege infra *cap.* 63.

Fraſcato. *Fraſcato*] ſic vocatur alia villa Luculli in Tuſculo. Blond. *de Ital. cap. de latina.* ſed & Tacitus *lib.* XI. meminit Lucullianorum hortorum.

Grues. *Grues*] lege Galenum contra Eraſiſtr. *de ſang.*
85. *miſſ.* & Ariſtot. IX. *de nat. anim. cap.* 10. qui ſimile ſcribit de Piſcibus, in *lib.* VIII. *cap.* 12. ejuſdem tractationis. quod tamen de omnibus animantibus pro conſtanti aſſeveravit Galenus X. methodi. *cap.* 10.

CAPUT LXII.

De Bajis.

Bajæ. BAjæ littus eſt recurvum in *Campania*, 5000 undique paſſuum, & portus pulcherrimus, meridionalem Zonam reſpiciens, poſt *Cumas*, quod littus hemicycli formam habens inſtar Theatri, infra ejus ambitum mare recipit, quod Mare *Bajarum* dicitur. Dictæ ſunt à bajulandis mercibus vel (ſecundum *Servium*) à *Bajo Ulyſſis* ſocio illic ſepulto. Harum ſinum commendat *Horatius* dicens.

Nullus in orbe ſinus Bajis prælucet amœnis.

In hoc terrarum digito (nam tota terra à *Miſeno* digiti ſpeciem præ ſe fert) tam multa cernuntur partim integra in ſubterraneis, partim ſuperius ſemiruta, partim in ruinas collapſa veterum operum monumenta: ut, præter urbis *Romæ* mœnia, nihil illi toto orbe terrarum ædificiorum magnitudine, ac pulchritudine par fuiſſe credam. Hæc *Blondus*. De hoc littore deque ſuis tepentibus fontibus dicit *Florus*, & tepentes fontibus Bajæ.

S C H O L I A.

Strabo *lib.* v. dicit, Βαΐαι ἔχει ὕδατα, τὰ πρὸς τρυφὴν, καὶ θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια, Bajæ habent aquas ad delitias, & ſanandos morbos accommodas. Joſephus vero *lib.* XVIII. *antiq. cap.* 14. dicit Bajæ parva civitas Campaniæ, quinque ſtadiorum intervallo diſtans à Dicæarchia. Dictæ ſunt à Bajo Ulyſſis ſocio, ut innuit Syll. *lib.* VIII. & XII. Quin obiter notandum eſt, Bajon eſſe genus compoſitionis medicam. apud Tralia. *lib.* VII. & Æginetam *lib.* VII. *cap.* 18. & Bai apud Ægyptios animam ſignificare, ut notat Orus Apollo *lib.* I. τῶν ἱερογλυφικῶν. Bajus.

De Bajis nonnulla lege apud Macrob. III. *Satur. cap.* 15. Spartianum in Adr. Ptolæm. *lib.* III. Appian. *lib.* v. Melam II. *cap.* 2. Anton. *in Itinere.* Senecam *epiſt.* 58. Dioſcor. *lib.* v. *cap.* 93. Cicer. XIV. *ad atticum. epiſt.* 7. Var. III. *de ruſt. cap.* 17. & ne poëtarum lectionem negligamus, non grave erit nobis illorum teſtimonia producere, nimirum Martial. *lib.* I. *epiſt.* 89. Virgil. IX. *Æn.* Horat. II. *car.* 18. Stat. v. *Syl.* III. Ovid. I. *de arte.* Proper. III. *el.* 18. Juven. *ſat.* III. ut alios pro tempore ſilentio involvam. ſed & Felicis epiſc. Bajanenſis in Africa fit mentio in *conc. Carthagin. epiſt. cap.* 10. primo, quod temporibus Sylveſtri primi celebratum eſt. Atqui non prætereundum eſt ſilentio quod dicit Ant. Campanus *in tract. de ingratitud. lib.* II. cum dicit, Bajarum cæli temperies, & fontes ſaluberrimi. lege quæ Petrar. *in itiner.* & v. *Epiſt. famil. epiſt.* 71. Bajæ. Felix.

Servius] locus eſt ſuper III. & VI. *Æneid.*

Horat.] locus eſt I. *epiſt.* I. 86.

Florus] locus eſt *lib.* I. *cap.* 16. Hanc Gloſſam Flori nunquam legi.

CAPUT LXIII.

De Villis Servilii & Vaciæ.

SErvilii villa non longe eſt à *Cumis*, ut innuit *Seneca*. *Vaciæ* vero villa inter *Cumas*, villam *Servilii* ſita eſt, à poſſeſſore ſic dicta. Hinc dicit *Seneca*, *Inter Cumas, & Servilii villam littus curvatur, & hinc mari, & illinc lacu Villa velut anguſta ita clauditur.* Hic eſt ille *Vacia*, prætorius vir dives, nulla alia re notus, quam ejus Villæ ocio, in quo conſenuit; ut occupati aliquando clamaverint, ò *Vacia* ſolus ſcis vivere. De ſeipſo refert *Seneca* ſolitum jocando dicere, quando illac tranſiret, HIC SITUS EST VACIA. Servil. Villa. Vacia.

S C H O L I A.

Seneca] locus eſt *epiſt.* 55. Hujus villæ meminit Blond. de aliis lege ſuperius *cap.* 61.

CAPUT LXIV.

De ſpeluncis duabus.

SPeluncæ ſunt duæ magni operis, laxo atrio, paries manu factus: quarum altera ſolem non recipit, altera vero uſque in occidentem tenet. prata bona, medius rivus, & ab *Acheruſio* lacu receptus *Euripi* modo dividit: alendis piſcibus (etiamſi aſſidue exhauriatur) ſufficiens. Sed illi cum Mare patet, parcitur: quum tempeſtas piſcatoribus dedit ferias, manus ad parata porrigitur. Hoc tamen commodiſſimum eſt in Villa, quod *Bajas* trans parietem ha- Cryptæ duæ.

habet, incommodis illarum caret, voluptatibus fruitur. Has laudes ejus ipse novi, nunc esse illas totius anni credo. Occurrit enim Favonio, & illum adeo excipit, ut *Bajas* neget.

SCHOLIA.

Speluncæ] hæc leguntur apud Senec. ubi supra.

Paries] aliter sic, pares manufactæ.

87. CAPUT LXV.

De Villis Marii, Pomp. & Cæs.

Villa. Marii Pomp. Cæs.

VIllæ istæ olim fuerunt apud Bajas in loco eminenti, ut testatur *Seneca* dicens Coss. C. *Marius*, *Cn. Pomp.* & *Cæs.* extruxerunt villas apud *Bajas*, imposuerunt summis jugis montium: videbatur enim hoc magis militare ex edito late, longeque subjecta.

SCHOLIA.

Seneca] locus est *epist.* 52.

CAPUT LXVI.

De Villa Pisonis.

Villa. Pison.

VIlla hæc in *Bajis* erat, locus quippe amœnus, balnea habens multa: qua amœnitate, balneorumque commoditate allectus *Nero* (ut innuit *Tacitus*) illuc frequentissime accedebat, excubiis, & fortunæ suæ mole omissis.

SCHOLIA.

Tacitus] locus est *lib.* xv.

CAPUT LXVII.

De Averno lacu.

Aver.

AVernus lacus est in *Tripergulis*, qui vulgo lacus *Tripergulæ* dicitur. Hic (ut refert *Servius*) olim sic Sylvarum densitate erat circundatus, ut exhalans per aquæ sulphurariæ angustias odor gravissimus volatilia cæli necaret. hinc dictus est *Avernus* id est ἄορνος sine avibus. quod innuit *Lucretius* & *Virgilius* dicit. Unde locum *Graji* dixerunt nomine Avernum. Nascitur hic lacus, ut inquit *Servius*, de æstuariis *Acherontis*. nec mirum, quoniam Αχέρων τὸ ἄνευ τῆς χαρᾶς id est sine gaudio significat.

SCHOLIA.

De hoc lacu lege Vib. Sequest. Nonium Marcel. Aristot. *de admirab. mundi*, Val. Flac. *lib.* II. Senecam in *troade.* 9. Curt. *lib.* VIII. Diod. V.
88. *antiq.* Pontan. II. *hendecasyl.* 19. Est & Averna civitas, in qua olim celebratum fuit Concilium tempore Vigilii Papæ, cujus decreta leguntur apud Ivonem. (Concil.)

Servius] locus est in III. & VI. *Æn.* quem citat Blond.

Aver. Aornos. Petra.

Avernus] quæ supra *cap.* 3. De petra Aorno Diodorus VIII. *de gest. Alex.* necnon Philostr. (quem Gabr. Puterbius nugatorem vocat) *lib.* II. *de Apoll. Beroal. annot.* 96.

Lucr. & *Virgil.*] loca sunt in *lib.* VI. *cap.* 10.

A Αχέρων] dicitur quasi ἄχη ῥέων, ut ait Suidas, *cap.* 5. quasi fluens dolores. de eo Aristoph. *lib.* VIII. *in ranis*, Syll. *lib.* XIII. Ficinus XVIII. Theol. Plat. & Boccac. III. *geneal. cap.* 5. Paludis Acherusiæ meminit Plin. III. Strab. *lib.* I. Syll. *lib.* VIII. Boccac. *lib. de paludibus.* vocatur vulgo Culuccia, quasi acherutia, ut credit Falcus, quod mihi non satis arridet. sed possibili (ut inquit Philosophus ἐν τοῖς φυσικοῖς) posito inesse nullum sequitur ἄτοπον. (Acher. — Palus — Acher.)

CAPUT LXVIII.

B *De lacu Lucrino.*

Lucrinus.

AVerni & hujus lacus fauces *Octavius* aperiri jussit, ut per eas aqua Maris lacus ingrediens, pisces redderet meliores. Quod Maris aqua in dictos lacus immissa fuerit, testatur *Suetonius* & *L. Florus.* Lacum hunc *Maro* vocat nigrum id est profundum. vel quia vicinus est inferioribus partibus. prope enim lacum hunc fuit olim vorago habens hiatum magnum, quod ostendit *Eustas.* dicens

C *Est locus australis*, &c.

hanc voraginem *Virgilius* sic describit,

Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu,
Scrupea tuta lacu nigro, &c.

SCHOLIA.

Vulgo *laco de Licola.*

Hujus lacus meminit Tacit. *lib.* XIV. Plin. *lib.* IX. *cap.* 54. Mela. II. *cap.* 2. Macrob. III. *Satur.* XV. Syll. XII. Horat. II. *carm.* 15. Mart. I. *Epig.* 89. Virgil. II. *Georg.* & III. *Æn.* Ubi Ser-
D vius. Boccac. *lib. de lacu.* Altitudo hujus lacus (sicut expertus est. F. Leander) est passuum 90. Lucrinensium meminit Cic. IV. *ad Atticum. ep.* 9.

Sueton.] locus est II. *cap.* 16.

Florus] locus est I. *cap.* 16.

Profundum] sic putat Vib. Sequester.

Virgil.] locus est VI. *Æneidos.*

CAPUT LXIX.

De lacu manufacto.

Lacus manu. Neró.

AB hoc lacu *Averni* (ut ait *Suetonius*) *Nero* fossam usque ad *Hostiam Tybe-*
E *rinam*, ut navibus, nec tamen Mari iretur, clx. miliaria longitudinis, latitudinis 89.
vero qua duæ quinquiremes contrariæ possent commeare, inchoavit. Quorum operum perficiendorum gratia, quod ubique esset custodiæ, in *Italiam* deportari, etiam scelere convictos, non nisi ad opus damnari præceperat. Ad hunc impendiorum furorem super fiduciam Imperii, etiam spe quadam repentina immensarum, & recon-
F ditarum opum impulsus est; indicio Equitis *Romani* pro comperto pollicentis, thesauros antiquissimæ Gazæ, quos *Dido* regina fugiens *Tyro* secum extulisset, esse in *Africa* vastissimis specubus abditos, ac posse erui parvula molientium opera. Verum ut spes fefellit, destitutus, atque ita exhaustus, & egens, ut stipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi, ac differri necesse esset, calumniis, rapinis-

A pinisque intendit animum. Hujus fossæ meminit etiam *Tacitus*. Revera omnia circa *Avernum* juga cavis anfractibus sunt ocyssime effossa, ut credibile sit ibi fore Labyrintum. nec mirum cum *Isidorus* dicat, unum labyrintum esse in *Italia*, quod facile credi potest. *Dædalus* nanque fugiens *Minois* iram, *Cumas* pervenit, ubi Labyrintum construere potuit, sicut in *Creta*.

SCHOLIA.

Vulgo *lo fusaro de lo lino.*

Hujus fossæ meminit Petrar. in itinerario.

B Villa Germ. Prope hanc fossam erat olim villa Germanici Aug. quæ (ut inquit Falcus) vulgo vocatur bel germano.

Sueton.] locus est. *lib.* VI. *cap.* 31. lege quæ Plin. VI. *cap.* 14. & Tacit. *lib.* XVII. de hac fossa.

Verum] locus est Sueton. ubi supra *cap.* 32.

Quinq. *Quinquiremes*] de hoc navigii genere lege Liv. III. *dec. lib.* X. apud Laz. Bayff. *de re navali.*

Tacitus] locus est *lib.* XV. dicit: *Nero usus est patriæ ruinis, extruxitque domum, in qua haud perinde gemmæ, & aurum miraculo essent, solita pridem, & luxu vulgata, quam arva & stagna, &* C *in modum solitudinum hinc Sylvæ, inde aperta spatia, & prospectus: magistris, & machinatoribus Severo & Celere; quibus ingenium, & audacia erat, etiam quæ Natura denegavisset, per artem tentare, & viribus Principis illudere. Namque à lacu Averno navigabilem fossam usque ad Hostia Tyberina depressuros promiserant, squalenti littore, aut per montes adversos. Neque enim aliud humidum gi-* Nota. *gnendis aquis occurrit, quam Pontinæ paludes: cætera abrupta, aut arentia, ac si perrumpi possent, intolerandus labor, nec satis causæ. Nero tamen,*
90. *ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima A-* D Simile infra cap. 70. *verno juga connixus est: manentque vestigia spei irritæ.* Hæc Tacitus.

Labyr. *Isidorus*] locus est *lib.* V. *cap.* 2.

De Labyrin. lege Plin. XXXVI. *cap.* 13. Catul. *epi.* 59. Ovid. VIII. *Metamor.* & in epist. & Petrar. *in itiner. cap.* 5. quæ supra *cap.* 15. De Labyr. regis Psammetichi lege Melam *lib.* I. *cap.* 3. *sed.* & Galen. I. *de usu par.* Labyr. non tacuit.

Dædalus] Virgilius in VI. suæ divinæ *Æneidos*. Quam longe sequere, (ut Papinii carmine utar) & vestigia semper adora.

CAPUT LXX.

De Monte Gauro, seu Gualdo.

E Gaurus. MOns est ab *Averno* non procul, qui *Gaurus* vocatur. hujus radices ad agrum *Cumanum*, *Averni* labra, & *Bajarum* latus se porrigunt. Hic vites ita feracissimas gignit, quod bis annis singulis racemorum proventus impendant. quod innuit *Florus* dicens bis amictus vitibus *Gaurus*. ubi Glossa, Bis in anno *Gauri* amiciuntur propagines uvarum racemulis. Hic Mons quasi suffossus extitit. unde Juvenalis.

F *Te trifolinus ager fœcundis vitibus implet,*
Suspectumque jugum Cumis, & Gaurus inanis.

Cujus littus habet magna ostrea, eodem dicente, Cœnet licet ostrea centum Gaurana.

SCHOLIA.

Vulgo *Monte barbaro.*

Lege Falcum narrantem historiam quorundam, qui ausi sunt Montis hujus latebras, thesauri inani spe allecti: & risum, si potes, contineas. simile supra *cap.* 69.

Gualdo] Glastus color apud Cæsar. V. *commentar. de bel. gall.* vocatur à Gallis, vulgo il Gualdo, ut notat Tiraquel. *leg. connub.* III. *num.* 10. & ante ipsum Vincentinorum gloria Leonicenus *lib.* IV. *de error. Plinii. cap.* 8. lege quid Alciatus dicat *lib.* II. τῶν παρέργων.

Gauri meminit Auson. *idyl.* 8. Plin. XIV. *cap.* 6. *epist.* 3. Stat. III. Syl. V. Syl. *lib.* VIII. Lucan. *lib.* II. & Pontanus in II. *Partheniæ*, qui II. *hendecas. epig.* 26. meminit Gauridarum nympharum. Obiter annotandum est γαυλὸν significare navem onerariam, ut ex Herodoto & Plutar. notat Bayffius *de re navali.* & γαυρὸν superbum apud Græcos significat.

Florus] locus est *lib.* I. *cap.* 16. dicit hic amicti vitibus montes Gaurus, Falernus, Massicus, & Vesuvius.

Juvenal.] locus est *sat.* 9. De vino Gauriaco, seu Gauriano, quod est prope Neapolim, meminit Galen. XII. *Methodi, de cib. Bo. & Mal. suc. cap.* 12. & I. *cap.* 4. *de Antidot.*

Cœnet] locus est in *sat.* 8.

CAPUT LXXI.

De Vico Crambe.

AD hujus Montis radicem ab occidente in orientem accessus olim fuit vicus, dictus *Crambe*, meridiem respiciens, nunc vetustate consumptus. Dictus est à cameris, nam erat locus, ubi multæ cameræ, seu apothecæ erant: in quibus navium *Puteol. Miseni, Bajarum*que portuum onus suum deportandum per alias regiones *Italiæ* deponebatur. Hic vicus nunc corrupte *Campana* vocatur. eo quod *Campani*, seu *Capuani* à *Cumanis* ibidem dicuntur esse conflictu superati. ob cujus rei memoriam composita est historia, *Crambe* dicta: quæ à Magistris in scholis frequentissime legebatur. hinc Juvenalis,

Occidit miseros Crambe repetita magistros.

SCHOLIA.

Vulgo dicitur *Campana*, à Campania nimirum, ut putat Falcus.

Crambe] species brassicæ est apud Dioscoridem *lib.* II. *cap.* 133. & Plinium *lib.* XX. *cap.* 9. inde parœmia orta est apud Polit. *in miscell.* δὶς κράμβη θάνατος. *cap.* 33. ubi commentitiam Chalderini opinionem refellit. Crambe est etiam loci nomen apud Hippoc. VI. *epidem. comm.* 2. *tex.* 36. & Cynocrambe herbæ genus est apud Galen. *lib.* VI. *cap.* 55. τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεων.

Cameræ] Etymum hunc apud neminem, quod sciam, legi.

CAPUT LXXII.

De Cumis.

QVoniam *Cyme* civitas antiquissima vicina est *Averno*, & sub radicibus *Gauri* sita est, de ea mentionem facere dignum est. Condita est ab *Euboicis* tempore

pore *Solonis* philosophi *Athenienſis* prout teſtatur *Livius*. Civitati huic ab augurio mulieris gravidæ, & dormientis inventæ nomen inditum eſt, κοιμᾶν enim Latine ſignificat dormire. Eſt in ea collis excelſus, Templ. Apoll. in cujus apice fuit *Apollinis* templum, de quo *Andinus* Vates, Arces, quibus altus *Apollo* præminet. Et nunc in ea urbe de-
92. ſerta, præter rupes ſaxorum vivorum pinnæ cernuntur parietum excelſæ: & ubi fuit *Apollinis* arx ſacellum eſt Chriſtianorum vetuſtate conſumptum: cujus nil integrum ſupereſt, niſi caverna frontiſpicio decorata manufacto, quæ dicitur fuiſſe *Sibyllæ* antrum.

Verum ne ſicco (ut ajunt) veſtigio pertranſeam, aliqua de *Homero* referam, quæ leguntur in *Homeri Vita* apud *Plutarchum* Homerus. peregrino *Allio* interprete. *Homerus*, qui & antea *Meleſigenes* dicebatur, cum eſſet cæcus, ex *Colophone Smyrnam* rediit, ibique Poeticæ arti navavit operam: verum procedente tempore, præ inopia vitæ *Cumam* ſe conferre ſtatuit. Profectus itaque per *Hermi* campeſtria *Novum Murum* pervenit, *Cumæorum* coloniam. Quum forte ad officinam coriarii acceſſiſſet (erat illi Nota. nomen *Tichio*) hos primum verſus pronunciavit.

Obſervate virum victuque domoque carentem,
Qui colitis celſæ florentia mœnia Cumæ,
Cumæ Sardenes poſitæ in radicibus altæ,
Quique ſacros latices divini ſumitis Hermi,
Verticibus rapidi, peperit quem Juppiter amnem.

Populus arbor. Dicunt etiam populum arborem, quæ ibi poſtea crevit eo tempore, quo *Meleſigenes* ad eos pervenit, pullulaſſe.

Illic autem tædio paupertatis affectus *Cumam* petere decrevit, ſi forte tolerabiliori conditione poſſet traducere vitam, ſed antequam recederet, hoc diſticho iter ſuum auſpicatus eſt.

Ite citi, patrumque pedes me ducite ad urbem,
Prompti animo qui ſunt, conſilioque boni.

Profecto è *Novo Muro* per *Lariſſam* civitatem brevi, & expedito itinere *Cumam* pervenit; ubi flagitante ſocero (& ut *Cu-* Midas. *mæi* dicunt) *Midæ* Phrygiæ Regi *Gordio* filio hoc epigramma compoſuit, quod in columna monumenti *Gordii* etiam nunc inſcriptum eſt.

AENEA VIRGO MIDÆ PHRYGII SUPERATA SEPULCHRO,
DUMQUE FLUANT UNDÆ, PROCERAQUE GERMINET ARBOR,
SOLQUE ORIENS NITEAT, NITEATQUE ARGENTEA PHOEBE,
STANS SUPER HOC MULTUM LACRYMABILE NUNCIA BUSTUM,
HIC OSTENDO MIDAM VENIENTIBUS ESSE SEPULTUM.
HINC MELESIGENES DICI COEPTUS EST HOMERUS A CÆCITATE.

Cumani enim *Homeros* vocant cæcos. Decrevit igitur ejus ordinis Prætor ne *Home-* Homeri nomen. *rus* nutriretur, idque univerſo conſilio placuit. 93. Qui egreſſus curia *Homero* dictum conſilium expoſuit. *Homerus* vero cum hæc audiſſet, Homeri calam. magna triſtitia affectus, his verſibus vicem ſuam deploravit.

Qua nam ſorte dedit fatis me Juppiter eſſe.
Ludibrium? puero tribuens alimenta parentis
In gremio Æolidos Smyrnæ, quam turribus altis
Conſiliis ſtruxere Jovis populi ante Phryconis,
Flumina bellorum victricia, doctaque turba.
Inſiliiſſe in equos, pugnamque ciere ſub armis.
Quam penes undiſoni ſurgentem littora ponti
Ipſe Miles mediam liquidis interfluit undis,
Unde Jovis natæ veniebant ſemine Muſæ;
Has laudare plagas, urbemque extollere ad aſtra
Inclyta, ni ſacræ ſpreviſſent carmina vocis.
Atque aliquis pœnas dabit, & poſt noſcet iniquas,
Stultitiam peperiſſe malum mihi, dedecus urbi;
Aſt ego quam nato tribuerunt numina ſortem,
(Nec cum Diis luctor) totam patienter, & æqua
Mente feram: ſed non hac amplius immorer urbe,
Spes alio properat, populumque inviſere geſtit,
Fertque animus tenuem, quamvis non multa petentem.

SCHOLIA.

Cyme] utitur hac voce Stat. IV. & V. *Sylv.* 3. Cyme. *Livius*] locus eſt I. *ab urbe cond. lib.* VIII. qui & *lib.* III. *tertiæ dec.* meminit hujus civitatis, ſicut Agathias I. *de bel. Goth.* Dionyſ. Halicar. *lib.* VIII. Seneca *epiſt.* LVI. Macrob. I. *Satur.* Antonin. *in itiner.* Syll. *lib.* VIII. Colum. *lib.* X.

Pindarus in *Pythiis*, Politianus *in nutricia*, Sannazarius noſter *in piſcatoriis.* ut taceam Laërt. *lib.* I. & Vellejum Paterculum in *hiſtor. Roman.* alioſque ſcriptores.

Sed in Martyrologio eccleſiaſtico fit mentio S. Fidelis apud Cumas die XXVIII. Octob. ſicut S. Fidelis. die XVI. Febr. S. Julianæ virginis. Miſeni vero S. Julianus. Epiſcopi Cumani in Concilio ſub Symmacho, & Miſenus Adeodati in concilio ſub Hilario Pontificibus memoria celebratur. Adeodatus. & in *lib. Decretal. cap. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat.* Innocent. III. Cuman. Epiſc. meminit, ſicut Honorius III. *cap. Cumana eccl. de elect. & elect. poteſt.* meminit Cumanæ eccleſiæ. ſed & Cicero in *lib. Lælii*, ſive de amicitia Cumani Bloſii mentionem facit, & in epiſt. ad Pætum de Sylva gallinaria apud Cumas. de 94. Cumano vero ſuo diximus ſupra *cap.* 21. & de Sylva gallin. Cumaco lege quæ Pius in *annotat. cap.* 61. De Cumanum.

Jo. Fr. Lombardus. E loco

loco apud Cumas, quod dicitur, Blacia, lege Etymologicon græcum.

Mulieris] lege Servium in III. & VI. *Aeneidos Maronianæ*.

Templ. Apoll. *Andinus*] locus eſt in ſexto. Hujus templi fit mentio apud Livium *lib.* IV. Dionyſ. *lib.* V. & Blondum.

Arx. Sibyl. *Arx*] quid ſit Arx, lege Pedianum in I. *actione contra Verrem*.

Antrum *Antrum*] domus hæc (ut ait Petrarcha in itiner.) nunc volucrum nidus eſt. In quo flexu ſunt calidi fontes, & tepentes. idem 5. Epiſt. famil. *epiſt.* 71.

B

Novus murus. *Novum murum*] meminit cujuſdam novi muri. Hippocr. III. ἐπιδημιῶν *comm.* I. *tex.* 5.

Obſervate] Græce ſic, ut citat Herod. Halic. *in vita Homeri*, Αἰδεῖσθε ξενίων κεχρημένον ἠδὲ δόμοιο οἳ πόλιν, &c.

Ite citi] Græce ſic. Αἶψα πόδες με φέροιεν ἐς αἰδοίων πόλιν ἀνδρῶν, τῶν γὰρ καὶ θυμὸς πρόφρων, καὶ μῆτις ἀρίστη, &c.

Midæ. epitaph. *Ænea*] ſic Græce, χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδα δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι, &c.

Stans ſuper] ante hunc verſiculum alius legitur, quem nos è græco ſic vertimus.

Dum Mare inundabit, labentur flumina donec.

C

Adverte tamen lector hoc ἐπιτάφειον Homero adſcribi, ex ſententia Philoponi in primo commentar. τῆς ὑστέρας ἀναλύσεως, citato Herodoti teſtimonio. verum Laërtius I. *de vitis* τῶν φιλοσόφων id Cleobulo Lindio adſcribit. Mihi vero ex ſtyli Homerici teſſera opinio Joan. Grammatici ſatis conſentanea videtur.

Pauperes. *Nutriretur*] juxta illud Naſonis non minus lepidum, quam verum.

Ipſe licet veniat Muſis comitatus Homerus,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Et idem in lib. de Triſtibus de parente ſuo ſic loquitur.

D

Sæpe pater dixit, ſtudium quid inutile tentas,
Mæonides nullas ipſe reliquit opes?

Et Juvenalis huic dicto ſeſe obviam offert, cum dixit,

Probitas laudatur, & alget. Quod Diogenes Cynicus ab incunabilis expertus eſt cum Iro, & Codri urceolis, pannuciaque Bauci. dum illi ſemper in ore eſt Flacco Petronius, dicens,

Et genus, & formam regina pecunia donat
Omnibus, & clauſum poſſidet arca Iovem.

E

Smyrna Homer. patria. *Smyrnæ*] De contentione ſeptem urbium ob Homeri natale ſolum, lege verſus Antipatri apud Plutarchum Cheronæum, & M. Varr. apud A. Gell. *lib.* III. *noct. att. cap.* II. Antipatri verſus Græcanicos legito apud lepidiſſ. Politianum præfat. in Homerum. lege eundem in Manto, & Sannazarium *lib.* II. *epig.* 6. & Ciceronem *lib.* V. Tuſculanarum, ubi meminit temporis, in quo viguit hic magnus, καὶ ἀντωνομαστικῶς Poëta. Quod

Corinnus. vero ante ipſum de bello Trojano ſcripſerit Co-

95. rinnus poëta, ſicut poſt eundem Q. Calaber ἐν τοῖς παραλειπομένοις, lege Nicol. Leon. *tomum* III. *de varia hiſtoria. cap.* 23.

F

Heſiod. Certe utcunque ſit Heſiodus poëta Aſcræus fuit ipſo poſterior; quin & magnus Hippocra-

Hippoc. tes, ut colligitur ex libro de fracturis, & notatur à Galeno *lib.* VI. *cap.* 17. *de Decretis Hipp. & Platonis*. qui cum Socrate, & Ariſtotele diſſident ab Homero annorum 500. & amplius intervallo.

Quanam] Græce ſic, οἵη μ' αὐτὴ δῶκε πατὴρ Ζεὺς κῦρμα γενέσθαι, &c.

A

CAPUT LXXIII.

De Sibylla Cumana.

SIbylla dicitur, cujus pectus numen recipit, & illius mentem interpretatur, quaſi Dei ſententia. *Aeoles* enim deos σιὸς, βυλὴν vero conſilium vocant. itaque *Sibylla* dicitur, quaſi θεοβούλη. Hoc declarat *D. Aug.* *Sibyllæ* à veteribus dictæ ſunt (ut ait *Varro*) omnes fœminæ vaticinio præditæ. hoc dicit etiam *Iſidorus*. Inde eſt illud Virgil. Sibylla

---Horrendæque procul reſponſa Sibyllæ,
Antrum immane petit, magnam, cui mentem, animumque
Delius inſpirat vates, aperitque futura.

SCHOLIA.

Æoles] hoc dicit Lactan. *lib.* I. *cap.* 6. De eis lege Clem. Alex. Origenis præceptorem *lib.* V. τῶν στρωμάτων, Feneſtel. de ſacerd. Tacit. *lib.* XV. Macrob. I. Saturn. XX. Gell. I. *cap.* 19. Plin. *lib.* XXXIV. *cap.* 13. Tibul. II. *eleg.* 6. Crinitum XX. *de hon. diſc. cap.* I. Polit. *in nutric. cap.* 5. Cœl. Rhod. XI. *cap.* 70. Serv. in III. & VI. *Æneid.* Franc. Sylvium in Auſonii gryphum, ſeu ternarium, & Beſſar. III. *calumn. cap.* 9. Sibyllæ

Auguſt.] locus eſt XI. *de civit. cap.* 23.

Varro] locus eſt *lib. rerum div. ad Cæſ.* ut teſtatur Lact.

Iſidorus] locus eſt *lib.* VIII. *etymol. cap.* 8.

Virgilii] locus eſt *lib.* VI.

De hoc antro, quod habitarunt Cimmerii, lege Agath. *lib.* I. Ariſt. *de mirabil.* Strab. *lib.* V. Syll. *lib.* XII. & Ovid. XIV. τῶν μεταμορφώσεων. Sibyll. antrum

CAPUT LXXIV.

Sibyllarum numerus, & vaticinia.

DEcem *Sibyllas* fuiſſe ſcribunt quamplurimi, quarum Sibyll.

Prima fuit	*Perſica.*
Secunda	*Lybiſſa.*
Tertia	*Delphica.*
Quarta	*Cumæa.* 96.
Quinta	*Erythræa.*
Sexta	*Samia.*
Septima	*Cumana*, nomine *Amalthæa.*
Octava	*Heleſpontica*, in agro *Trojano* nata.
Nona	*Phrygia*, quæ vaticinata eſt *Ancyræ.*
Decima	*Tyburtina.*

SIbylla Cumana fuit filia *Glauci*: cujus ſacellum (ut teſtatur *Solinus*) prope *Avernum* ſitum eſt. Quæ novem libros attulit ad *Tarquinium Priſcum*, & pro eis 300. Philippæos poſtulavit. Rex vero aſpernatus pretii magnitudinem, deriſit mulieris inſaniam. quæ in conſpectu Regis tres libros combuſſit, & pro reliquis ſex idem pretium poſtulavit. *Tarquinius* multo magis mulierem inſaniſſe putavit. Quæ cum denuo, aliis tribus exuſtis, in eodem pretio perſeveraret, motus eſt, & reſiduos 300 aureis emit. quorum poſtea numerus auctus eſt, Capitolio refecto. Hujus librum Sibyll. Cumana Nota

brum ad *Corn.* uſque *Sullam* Pontifices noſtri conſulebant. Tunc enim una cum Capitolio igne abſumptus eſt. Cujus ſepulchrum in *Sicilia* adhuc manet. Hæc *Sibylla* (ut inquit *Servius*) ſecula per metalla diviſit, diffinivitque quis quo ſeculo imperaret; & Solem ultimum, ideſt decimum eſſe voluit. Dixit præterea, finitis omnibus ſeculis rurſus eadem renovari. Quam rem Philoſophi hac diſputatione colligunt, dicentes: completo Anno magno, Sidera omnia in ortus ſuos redire, & referri rurſus, eodem motu: quod ſi eſt idem ſiderum motus, neceſſe eſt, omnia quæ fuerunt, habeant iterationem. Hæc fuit etiam opinio *Platonis*, quam ſequitur *Virgilius* in bucol. dicens.

Sibyl. Sepul.

Nota.

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas,
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.

Eadem *Sibylla* (ut voluit *Auguſtinus*) de Chriſto ſic prophetavit,

Chriſtus.

Jam nova progenies cœlo dimittitur alto,
Tu modo naſcenti, &c.

quos verſus *Mantuanus* Poeta in ſuis bucolicis complexus eſt. Hæc *Sibylla* in foliis palmarum ſcribere ſolita eſt centum reſponſa, ut innuit Virgilius,

Sibyl. reſpon.

Unde ruunt totidem voces reſponſa Sibyllæ.

SCHOLIA.

Decem] id fuſius legitur apud Lactan. & Iſidor. ubi ſupra lege Solin. de Sibyl. Delphica; cujus verſus (ut ait Boëthus *cap.* 7.) Homerus operi ſuo inſeruit. Librorum Sibyllinorum meminit Plutarc. *in probl.* LXXXIII. *cap.* 9. quæ Scoppa in ſuis collectaneis aſſerit lege.

Sibyl. Delphi.

97. Libri Sibyl.

Cumana] hæc leguntur apud Lactan. lege Plin. *lib.* XIII. *cap.* 13. & Solin. ubi ſupra.

Librum] hæc Solini verba ſunt.

Servius] locus eſt ſupra ecloga 4.

Philoſophi] hanc tractationem diſertiſſime explicavit præceptor meus Jo. Bernardinus Longus Medicus, Phil. & Theologus doctiſſ. cum ſuperioribus annis publico gymnaſio ſub ipſius diſciplina lib. Ariſt. *de cælo*, & *de generat.* audiebam.

Annus magnus] de eo ſic Tacitus in Germania. *Cicero ſcribit in Hortenſio, is eſt magnus, & verus annus, quo eadem poſitio cæli, Siderumque, quæ cum maxime eſt rurſum exiſtet: iſque annus horum, quos vocamus annorum* XII:854. *complectitur.* Hæc Tacitus. At ſecundum magnum Ptolem. (ut refert Alb. in *tr.* IV. *primi de Cælo*) eſt annorum 36000. lege de hoc anno Ciceronem in ſomnio Scip. ibique Macrob. *lib.* II. *cap.* I. Apul. *de dogm.* Platon. *cap.* II. Iſid. V. *cap.* 36. Bedam *de tempor.* & Volaterranum *lib.* XXXI. *cap.* 4. ut taceam Cenſorinum *de die nat.* Lucam Gauricum in kalend. eccl. & P. Hagnelonum in trilin. calendario.

Annus magnus

Auguſt.] locus eſt XVIII. *de civit. cap.* 23. ſic dicit de Sibylla Erythr. tempore quo Roma condita eſt (anno ſcilicet 752.) vaticinata eſt Sibylla Erythræa quædam de Chriſto manifeſta, quæ nos prius in latina lingua verſibus male latinis, & non ſtantibus legimus, per neſcio cujus interpretis imperitiam; ſicut poſt cognovimus. Nam vir

Sibyl. Eryt.

A clariſſ. Flaccianus, qui etiam proconſul fuit, cum de Chriſto colloqueremur, Græcum nobis codicem protulit, carmina dicens eſſe Sibyllæ Erythreæ. Ubi oſtendit quodam loco, in capitibus verſuum ordinem literarum ſic ſe habentem.

Chriſt.

ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ. ΣΤΑΥΡΟΣ.

IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR. CRVX.

Sic enim inchoant illa carmina Græce.

Ἱδρώσει δὲ χθὼν κρίσεως σημεῖον ὅτ᾽ ἔσται,
Ἥξει δ᾽ οὐρανόθεν βασιλεὺς, &c.

Lege noſtram interpretat.

Quæ ſic latine à quodam viro (ut ait Auguſt.) tranſlata ſunt.

B *Judicii ſignum, tellus ſudore madeſcet,*
E cælo rex adveniet, &c.

Aliam interpretationem *τούτων ἀκροστιχίδων* lege apud Gyraldum Ferrar. *lib. de poëtis* in appendice *lib.* VIII. *Sibyl. orac.* Hujus Acroſtichidis meminit Cicero de divin. & Euſeb. Cæſar. *in libro* II. *de vita Conſtantini.* lege quæ Bernard. Mandella *lib. de futuro judicio.*

Acroſtichis.

Virgil.] locus eſt in IV. Ecl. innuit hoc Euſeb. ubi ſupra. Auguſt. x. *de civit. cap.* 27. Hieron. in *prologo galeato bibliorum*, *cap.* 6. Lact. *lib.* VII. *cap.* 24. Proba Falcone in *ſuo admirabili centone*, *lib.* III. ex Maronianis verſibus deſumpto, & noſtræ Parthenopes delitiæ, Jacob. Sannazarius in cæleſti, divinoque opere *περὶ τῆς θεοτοκίας, καὶ ἀειπαρθενίας*: qui verſibus his Maronianis utitur, cum de Chriſti dei noſtri inenarrabili generatione loquitur. Qua de re lege, quæ eruditiſſime ſcripſit R. Presbyter Nolanus D. Antonius Berardeſca, ſacerdos pius, & doctus.

Virgil.

C

Sannaz.

Virgil.] locus eſt VI. Æneid. meminit etiam horum foliorum Juvenal, ſat. 8. dicens folium recitare Sibyllæ.

Sibyllæ folia.

Caput LXXV.

98.

De Sibyllæ parente.

D HÆc *Sibylla* fuit *Glauci* filia, *Phœbi* & *Dianæ* ſacerdotis, ut teſtatur *Virgilius.* Atque una *Phœbi*, *Triviæ*que ſacerdos Deiphobe *Glauci.* Hæc, ut ibi fingit *Maro*, *Aeneæ* petenti reſpondit, ut deſcenderet ad inferna, dummodo excerperet aureum pomum, ſeu ramum de Sylva *Junonis.* Hæc in vocem converſa eſt, (ut *Naſo* fabulatur) & à *Phœbo* longævitatem accepit, ſic dicens,

Sibyl. pater, Glaucus

Si mea virginitas Phœbo patuiſſet amanti,
E *Dum tamen hanc ſperat*, &c.

SCHOLIA.

Virgil.] locus eſt in VI. *Æneid.*

De hoc Glauco, Sibyllæ parte Ovid. XIV. *Metam.* & infra *cap. ſeq.* De alio Minois filio, Boccac. XI. *geneal. cap.* 28. De alio Siſyphi filio, *lib.* XIII. *cap.* 57. de filio Hippolochi, XIII. *cap.* 62.

Glaucus.

Naſo] locus eſt XIV. *Metamor.*

Vitæ] de longævitate ejus orta eſt *παροιμία.* innuit hoc Ovid. IV. *Faſtorum*, Proper. II. *eleg.* 25. Stat. V. Sylv. III. & ideo hæc vivax appellati a Politiano in Manto.

Sibyl. ætas.

F

Caput LXXVI.

De Glauco.

HIc *Glaucus*, *Sibyllæ* pater, fuit cujuſdam *Anthedonis* filius, *Cumanus.* Qui cum in villa non procul a *Bajano* lacu contra inhibitionem Principis piſcaretur, quia

Glaucus.

edictum contempserat, pisces ipsius adhuc palpitantes in mare iterum rejecti sunt, & ipse iratus in mare se demersit. Quod innuit *Martialis* dicens: *Bajano* procul à lacu recede Piscator, fuge, ne nocens recedas.

SCHOLIA.

Martial.] locus est *lib.* IV. *epig.* 30. Multa, & alia in hoc opusculo amice lector dimisimus, cum ob scholiorum, ac designatæ συνόψεως conditionem, tum quia, *ut ait Trallianus*, *lib.* I. *cap.* 15. non omnia oportet scribere; &, ut ingenue fatear cum Plinio, quia nemo omnibus horis sapit.

Scholiastæ excus.

99. Quod si qua in re, ut humanum est, parum prudens deceptus fuerim, christiana charitate corripi desidero; & paratus sum cum Hippocrate, & Stesichoro παλινῳδεῖν. Ut autem habeas: velut in speculo totius operis Epitomen lector charissime, statui Elegiam Antoneti Capimatii nobilis Puteolani ob oculos ponere. ex qua facillime conjectabis hujus juvenis doctrinam, & eruditionem nunquam satis laudatam.

Anton. Capim.

ANTONETI CAPIMATII

Puteolani

Elegia ad

DON ALVARUM

Hispanum.

Alvare non Nemees flagrat frondentis alumnus,
Nec sitiens calido latrat in orbe Canis.
Non furit Orion, nec Aquarius evomit imbres,
Turbida nec gelidis sævit Hyas pluviis.
Cornua Sol nivei Tauri complectitur, æqua
Temperie, cælum splendet, & unda silet.
Frondescunt lentis sociatæ vitibus Ulmi,
Pingitur & variis Dædala terra rosis.
Bistonis umbrosa suspirat in arbore pellex,
Flat Zephyrus, Zephyro quælibet herba viret.
Tempus adest gratum, quo priscam visere terram.
Convenit Italiæ, quæ caput una fuit.
Tempore quo Grajos fugientes mobile vulgus.
Duxerunt celeres in freta nostra rates.
Si venies, prior occurret tibi cærula Nesis.
Cæruleo semper Nesis amica Deo.
Jactatis Euplœa viris, & puppibus omen,
Aspera remigio non erit illa tuo.
Balnea sunt etiam passim, lætosque per agros.
Terra salutiferis semper abundat aquis.
Hæc stomachum juvat, hæc febres extinguit anhelas,
Hæc nimis ignavos excitat unda pedes.
Sulphureos latices quæ non mirabitur ætas,
Infirmis aures restituisse viris?
Hic etiam (sic fama refert) domuisse Gigantes.
Aethereo vindex creditur igne Deus.

Est locus antiquæ prope mœnia prisca Dicarchi,
Facundi nomen qui Ciceronis habet.
Ex quo nascentes succurrunt visibus undæ, 100.
Hic qui luce caret, lumen habere potest.
Quod populo placuit pretiosa veste Theatrum,
Nunc ibi semirutis molibus herba viret,
Intus arant fortes valida cervice Juvenci,
Atria pascentes aggrediuntur oves.
Hei mihi jucundo spectanda Tripergula campo,
Visibus eripitur, nam tumulata jacet.
Mons novus apparet, qui scabro pumice solum
Albet, & antiqua fertilitate caret.
Cæsaris occurret claustrum prope stagna Lucrini,
Qua Venus extensa littora calce premit.
Bajanos complexa sinus, quæ saxa videbis,
Immitis quondam tecta Neronis erant.
Obscuro cernes Hypocausta calentia fumo,
Ruraque purpureis delitiosa rosis.
Culmina Miseni nitidum tangentia cœlum
Videris, & Phrygio nobilitata viro.
Pulvere constructum Caji super æquora pontem,
Protinus in mediis qui lapis extat aquis.
Ingenti structos calcabis ab Hercule Baulos,
Cum pecus hesperio victor ab orbe tulit.
Thesproti campos, & stagna videbis Averni,
Sylva quod umbrosis cinxit opaca comis.
Hic olim nullus volucrum foret Alvare cantus,
Hanc si solus aquam destituisset olor.
Hic surgit Tritolinus ager, Gaurusque virescit,
Cujus in aprico nascitur uva jugo.
Post tu conscendes Cumas, & nobile Templum,
Sunt ubi Dædalea signa notata manu.
Hic Minos auro plorat, volat Icarus auro,
Hic via multiplici tramite nulla patet.
Deiphobes cernes, quamvis cinis occupet, Antrum,
Invida cum patrias flamma cremavit opes.
Hinc Glauci proles venturi præscia, quondam
Imperium Romæ vaticinata fuit.
Mercurii templum poteris, templumque Minervæ 101.
Cernere, cernenti talia templa placent.
Cætera quid dicam? taceat Polyhymnia, nunquam
Undantes fluvios amphora parva capit.
Quæ tamen illa tacet, visu subjecta patebunt,
Tu modo de patrio littore solve ratem.

C A-

CAPUT LXXVII.

De Iscle civitate.

Licet in hoc libello de civitate *Puteol.* & locis convicinis scribere propositum fuerit, tamen quia insula *Iscle* vicina est, aliquid de ea dicendum est & potissimum de ejus abolitione. Olim quippe anno Domini 1301. regnante *Carolo II.* in dicta Insula exiit è terræ venis Ignis sulphureus, qui magnam ipsius partem combussit. Ex quo igne multi homines, & quam plurima perierunt animalia, duobus enim mensibus fere duravit incendium. Multi ex illis, derelicta insula, ad *Prochyten*, *Capreas*, *Bajas*, *Puteolos*, & *Neapolim* confugerunt. Hujus ignis vestigia usque in hodiernum diem remanent. nec in eodem loco herba, vel quidpiam virens nascitur, per duo fere milliaria in longitudine, & per medium in latitudine, vulgo dicuntur, le Cremate. Quod autem hæc Insula habeat venas sulfureas, adhuc videri potest ex balneis sulphureis, & aluminosis, quorum inferius fiet mentio.

Iscles conflagratio.

Balnea.

SCHOLIA.

Abolitione] Pontanus VI. *de bel. Neap.* meminit hujus incendii dicens: *annis circiter* 163. *ruptis repente terræ visceribus, ex anhelato incendio, non modica sui parte Ænaria conflagraverat. Quæ eruptio, & viculum igne absumptum post voragine absorpsit, & qua Cumanum prospectat littus, provolutis ingentis magnitudinis in sublime saxis, fumo, flammis, pulvereque immistis, postque per agros sparsim impetu suo jactatis maxime uberem, atque amœnam insulæ regionem vastavit. Qua tempestate quædam etiam saxa scopulorum instar, in littus provoluta cum essent, ea Bartol. Perdix Genuens. fornacibus post excocta in alumen dissolvit, foditque, revocata ea arte, è Roccho Syriæ ab se allata, ubi ipse plures annos negociatus esset, quæ multis antea sæculis in Italia jacuerat.* Hæc Pont. Meminit hujus incendii quoque Bartol. Marantus in *epist. de aqua ferrea.*

Nota.

A

Quin advertendum est iis, qui humanioribus literis operam navant, civitatem Isclem à Poëtis sæpe vocari Inarimen, legat, qui volet, Virgil. IX. *Æn.* Ovid. XV. *Metam.* Lucanum *lib.* V. & alios: quod vocabulum desumptum est ex Homero ἐν τῷ Ἰλιάδ. β cum dixit, Εἰν ἀρίμοις &c. quem locum Stephanus citat in *lib.* περὶ πόλεων. Sed lege quæ doctiss. Aldus senior in *lib. serm.* Horatii, & Hermol. in Plin. *lib.* III. *cap* 5. annotavit. Vocatur etiam Pithecusa à simiis, vel à doliis; secundum Plin. *lib.* III. *cap.* 5. (quæ πίθους Græci vocant) vocatur etiam Ænaria, à statione navium Æneæ, ut ait Plinius ubi supra, Appianus *lib.* V. & qui Patavinitatem olet magnus Livius I. *ab urb. lib.* VIII. *cap.* 6. Verum enimvero priusquam solventibus oram Baln. Puteolanorum, ea, quæ sunt apud Ænarias aggrediamur; dignum duximus salutare Rever. Fabium Pulverinum, hujus civitatis digniss Antistitem, & de sacris canonibus optime meritum. Cui princeps pastorum, & Episcopus animarum Deus det spiritum bonum; ut factus forma gregis ex animo, verbo, & exemplo pascat sibi commissas oves æterni, ac magni pastoris D. N. IESU Christi, qui est Deus benedictus in secula, & ultra. Amen.

102.

B Inarime.

Pithecusa.

C Fabius Pulver.

FINIS BALNEORUM PUTEOLANORUM.

SCIPIONIS MAZZELLÆ
Neapolitani
INSULÆ ÆNARIÆ DESCRIPTIO,
Quam ISCLAM nunc vocant.



Priusquam de *Ænariæ* Balneis verba faciamus, non erit alienum à proposito nonnulla de insula hac commemorare, quamvis de illa in Descriptione nostra *Neapolis* Regni mentionem fecimus. Conspicitur ergo *Inarime* in sinu *Puteolano* contra *Misenum* promontorium non longe à *Cumis* duo de viginti passuum millibus à *Neapoli* abest. ut etiam scribit *Plinius*, lib. III. cap. 6. qui *Ænariam* eam nominat, in circuitu est ad decem & octo millia passuum, abest autem à continenti circiter quatuor. *Strabo*, lib. V. *Livius*, lib. VIII. *Ptolemæus*, *Ovidius*, lib. IV. Metam. & alii scriptores *Pithecusas* vocant, à *Pomponio Mela*, II. *Appiano Alexandrino*, lib. V. à *Plinio* quoque, & *Livio Ænaria* dicta venit: quæ id nomen ab *Æneæ* nutrice (ut ait *Plinius*) cum hic *Æneæ* naves commorarentur, sortita est. *Græci*

D

Pithecusas, ut dictum est, appellarunt, cum essent hic artifices qui dolia ad vinum servandum fabricarent, *Græci* enim ea vasa, *Pthoi* dicunt, sunt etiam, qui hoc nomen à simiarum multitudine habuisse, quæ hic erant, affirment, quod constanter negatur à *Plinio*, *Homero*, *Virgilio*, & *Ovidio*, vocantes eam *Inarimen*, & montis nomine, inde æstu maris descissa olim creditur. Fuit illa semper terræmotibus, & incendiis subdita ut *Strabo* affirmat libro quinto, ubi refert huc commigrasse ad habitandum *Erythreos*, & *Chalcidenses*, qui maximam hinc fructum, & auri copiam ob aurifodinas distrahere cæperunt. Sed, ut fieri solet ob soli fertilitatem orta inter eos discordia, frequentibus terræmotibus, & assiduis flammarum incendiis coacti fuere insulam ipsam derelinquere, & alio commigrare: Simile quod accidit nonnullis *Syracusanis*, huc ab *Hierone* Tyranno ad incolendum missis. Qui cum firmissimum

E

mum murum adversus incendia erexissent; in tuto consisterent, ob erumpentes flammas, quæ undique eructabant, hinc etiam discesserunt. Post hos accesserunt eo *Neapolitani*, qui meliori ducti fato satis diu ibi demorati fuerunt. Propter hos igitur crebros terræmotus, ob ignis incendia & flammarum eruptiones, quæ fere semper his in locis conspiciebantur fabulati sunt hic esse *Tiphei Gigantis* sepulchrum à *Jove* fulmine dejecti, & sub hac mole depressi, qui diu super alterum humerum jacens, dum alterum vertit, ut conquiescat terra movetur, & flammæ, calidæ aquæ eructant, fertilissima est hæc insula pascuis, generoso vino, aurifodinis, aluminis, & sulfuris, quæ anno 1465. inventæ fuerunt à *Bartholomeo Perdice Genuensi*. Undique habitatur villis, est hic altissimus mons arduus ascensu, in cujus vertice fons exsurgit nomine montis *Abocetus* dictus cum tota fere insula aquarum penuria laboret, littora habet potius curva quam recta, aëris miram temperiem, & salubritatem, multis in locis aquas calidas ad omne morborum genus accommodatas, arenas præterea calidas, quæ calidarum aquarum vires obtinent, habet arcem fortissimam & munitissimam constructam olim ab *Alfonso Aragono* I. *Neapolitanorum* Rege, qui à loci arduita-

A te, firmitudine, & inexpugnabili propugnaculo, nomen ut vulgo nunc dicitur, *Ischia*, quod postea toti insulæ communicavit, imposuit. Arx est imposita monti excelso, abrupto, iter ad illam est perdifficile, & acclive, ferro in saxo excavatum, vix duobus ingressum præbens unde facile à paucissimis tuto servari potest. Huc ut in tutissimum locum confugit *Ferdinandus Alfonsi II. Aragonei Neapolitani* Regis filius cum *Carolus* Rex *Gallorum* Octavus *Neapolim* victor ingrederetur. Anno 1301. Regnante *Neapoli Carolo II.* gravim ruinam passa est hæc insula, nam accenso sulfure quo omnia loca plena habet, grassans &

B excurrens flamma, magnam insulæ partem depopulata est, perveniens usque ad urbem *Gerundam* olim dictam, duravit incendium illius ad duos fere menses, multis interfectis hominibus: & brutis, unde incolæ coacti fuere alii *Puteolos*; alii *Neapolim*, alii in insulam *Prochytem* & alii *Capreas* confugere. Tanti incendii nunc etiam apparent vestigia, nam ibi ad duo millia passuum, nec herba, nec virgultum ullum enascitur, incolæ locum nominant, le *Cremate*, & hæc pauca dicta sufficiant de hac insula à me commemorata in nostra descriptione Regni *Neapolis*.

103

ÆNARIARUM BALNEA
EX
JOANNE ELYSIO
Medico Neapolitano.

CAPUT PRIMUM.
De Balneo Furnelli.

BALNEUM hoc est prope *S. Petrum Pantanellum*. Quod traxit nomen à loco, qui est ad instar furni. Lavacrum hoc confert quartanæ exquisitæ, ac nothæ quotidianæ, spleni, hydropi, & cephalalgiæ: calculum frangit, arenulasque educit; vesicam aperit, podagris prodest, stomachique sedat fastidia. prius tamen æger utatur Diacydonite.

SCHOLIA.

Ne Balnea Inarimes inviderent Puteolanis, facerentque monstrificam τὴν θερμομαχίαν, conatus sum Balnea hæc etiam Thespiadum musæis consecrare. Nec turberis lector, si à carminum

Voces græc. dyspnœa coacti, Græculas voces aliquando inseruimus; nam classicos, atque antesignanos duces secuti sumus. nimirum Lucretium, Nasonem, Martial. Juvenal. Persium, & Auson. Gallum. Ast ego Nasonis munitus carmine dicam. Quod decuit tantos, cur mihi turpe putem? Lege itaque alacri animo.

Quartanæ confert, spleni, capitisque dolori
Subvenit, hydropi, phlegmaticæque febri.
Vesicam reserat, lapidem perfringit, arenas
Educit, prodest mirifice podagris
Omnia languentis stomachi fastidia sedat;
Furnelli à furni schemate nomen habet.

Diacydonite] de eo Galenus VI. *de san. tuend.*

C *cap.* 15. Oribas. Aëtius, Alexand. Actuar. & quotquot de medic. compos. scripserunt.

CAPUT II.
De Balneo Fontis.

Distat à prædicto balneo jactus lapidis intervallo. Sanat vero plagas, ferrum extrahit, jecori, & pulmoni confert, psoram emundat, capillos pulchros, prolixosque reddit, consumptos resumit, & ossium fragmina extrahit.

D

SCHOLIA. 104

Succurrit plagis, ferrum extrahit impete magno,
Pulmoni confert, hepatis atque malo.
Consumptos reparat cito, prolongatque capillos,
Emundat scabiem, fragmina ab osse trahit.

Fontis] est baln. hujus nominis apud Puteol. de quo supra. *cap.* 20.

Fragmina] idem Puteol. operatur baln. Cantarelli. de quo supra. *cap.* 19.

CAPUT III.
De Balneo Castilionis.

E Sic dictum est, quia juxta ipsum fuit olim quoddam castrum, cujus adhuc mœnia supersunt. Stomachi debilitatem tollit, & vim in eo concoctricem auget, morphæam delet, lepræ prodest, cor confortat, visum acuit, plagas sanat, appetitum ciet, ventremque solvit, siquis ea in potu utatur.

SCHO-

SCHOLIA.

Languentem reficit stomachum, ut bene concoquat, urget
Morphæam humano vultu, abigitque lepram.
Visum acuit, cor confortat, plagisque medetur.
Ventriculum solvit, provocat usque famem.

Concoctricem] D. Jo. Paulus Staibanus Medicus hoc sæpius se fuisse expertum testatus est, cum Ænariis publico stipendio medicam artem exercebat.

Morphæam] quæ superius in baln. Puteol. *cap.* 26.

Potu] de baln. potabilibus lege supra ibidem, *cap.* 6. & infra *cap.* 4.

Caput IV.

De Balneo Scrophæ, seu Speluncæ.

AQua hæc clara est, & dulcis, juxta maris littus, prope *Casam Comam.* Quæ adeo fervens est, ut opus sit eam in labro ponere siquis ea frigida uti voluerit. Confert podagris, arthritide affectis, nephriticis, ischiadicis, chiragricisque, tussi opitulatur, potuque alvum solvere potest.

SCHOLIA.

105. *Alvum subducit, tussim, ac nephritida pellit,*
Arthritin, chiragram, ischiada, ac podagram.

Scrophæ, vel Spel.] sunt & baln. horum nominum apud Puteol. de quibus supra. *cap.* 30. & 47.

Potu] quæ supra. *cap.* 3.

Caput V.

De Balneo Gurgitelli.

Casus. Lavacrum hoc preciosissimum est. nam sterilitatem fugat, consumptos reparat, stomachum confortat, calculum frangit, hepati prodest, psoram purgat, appetitum incitat, ferrum extrahit, ut est experimento comprobatum in quodam Juvene, qui vulnus in pectore per annum acceperat. Advertendum tamen est, quod si aulæ hujus balnei primam januam egredieris ad Occidentem, reperies calidissimum fontem: cujus aqua confortat stomachum. Si vero alteram ad Orientem, occurret tibi fons, cujus aqua confert dentium dolori. Oritur quoque occidentem versus fons quidam calidissimus cujus aqua Matronæ cum cinere utuntur, ut absque ignis opitulatione pannos abstergant. hæc aqua capiti, oculisque prodest. Nascitur pariter occidentem versus aqua, quæ vulgo sinigalla vocatur; hæc quidem dolori juncturarum, chiragræ, podagræ, ischiadique: salutarem præstat opem. aqua hæc clara est, saporisque dulcissimi.

Gurgit. appendix.

SCHOLIA.

Hepaticis prodest, à psora purgat, ὄρεξιν
Proritat, ferrum mirificeque trahit.

De aliis aquis ex appendice.

Est & ad occiduam partem, quæ vertitur unda,
Languentem stomachum quæ reparare valet.
Quique orientales spectat calidissimus oras
Fons, dentem haud ulla parte dolere sinit.
Fons quoque ad occiduam plagam conversus, ocellis
Prodest, & capiti mite levamen adest.
Quam vulgo sinigalla vocant, podagræ, atque dolori
106. *Juncturæ, ischiadi præstat opem, & chiragræ.*

Sterilitatem] idem operatur Baln. Sylvianæ apud Puteol. de quo supra. *cap.* 37.

ὄρεξιν] quæ supra annotata sunt legas. *cap.* 45.

Caput VI.

De Sudatorio Cocti.

Sudatorium hoc est in domo *Nizzola.* quod inventum est à quadam anu in rure suo, quæ a fractione tibiarum liberata est, confert hoc sudatorium laborantibus arthritide lienis, ac ventriculi affectionibus. Casus.

SCHOLIA.

Confert affectis arthritide, pondera splenis
Aufert, inflatum ventriculumque premit.

Sudator.] auctor de nat. effos. *lib.* IV. meminit hujus sudatorii. est & aliud apud Tritulos Bajarum, de quo superius diximus. *cap.* 49.

Caput VII.

De Balneo Dimidiæ Viæ.

Lavacrum hoc nervos molles reddit, scabiem detergit, gravidis prodest, cephalalgicis, & dolorem stomachi patientibus, lacrymas stringit, visum confortat, vomitui auxiliatur, phlegma eliquat, rigoremque abigit.

SCHOLIA.

Detergit scabiem, nervos mollescere cogit.
Fit procul hinc capitis, fit stomachique dolor.
Constringit lacrymas, vomitum, pellitque rigorem,
Phlegma liquat, gravidis est medicina potens.

Lacrymas] hoc idem operatur aqua sulphur. apud Puteol. de qua supra. *cap.* 18. & fere omnes hujusmodi virtutes sunt cum illa communes.

Caput VIII.

De Balneo Cytharæ.

Lavacrum hoc parum distat à prædicto. confert spasmo, phrenitidi, tenesmo, sterilibus, cephalalgiæ, & quartanæ: semen viris auget, mulieribus vero lac.

SCHOLIA.

Tenesmum, sterilem, curatque phrenitida, spasmo
Succurrit, capitis hinc dolor omnis abest.
Quartanam delet, mammis lac, testibus auget 107.
Sperma virum. (Juvenes quod faciunt hodie.)

Spasmo] quia, ut inquit Hippocr. II. *aphorismorum* 26. sectione, necnon IV. *aph.* 27. febrem supervenire spasmo bonum est. quia febris, ut explicat Galenus, & Alex. Aphr. II. *problem. prob.* 107. calefacit humiditatem, extenuat, dissolvit, & digerit. lege eundem Gale. VI. *aphor.* 40. V. *aph.* 70. & alibi. Spasmus.

Caput IX.

De Balneo Ulmitellæ, vel Doyani.

Aqua hæc calida est, dulcis, & perspicua: confert arthritidi, dilatat guttur, prodest rugitui stomachi, tenesmo, calculo, & dolori ilium, pituitam educit, ophthalmiæ, anhelitui, cordis palpitationi, quartanæ, leprosis, pulmoni, & lienosis utilis est.

SCHOLIA.

Arthritin pellit, lepram, stomachique rugitum,
Tenesmo prodest, iliacosque juvat.
Spiritui, lippis, quartanæ subvenit, arctum
Dilatat guttur, diminuit lapidem
Liene affectis, παλμῷ κραδίης ϗ ἰᾶξι,
Præsto est pulmoni, è corpore phlegma fugat.

Le-

Leprosis] scilicet in principio morbi.

Palpitatio. *Palpitationi*] veteres Medici huic affectioni invenerunt remedia, quæ extenuare, & calefacere valent: aquasque commendant nitrosas, sulfureas, & bituminosas, ut dicit Galen. *lib. de trem. rig.* & *palp. cap.* 2. lege eundem II. *de symp. cau. cap.* 2. Quod scribit hic Auctor, bis se expertum fuisse, mihi retulit præceptor meus Leo Roganus Cajet. Philos. & Medicus insignis: qui superioribus annis miserabili casu periit. cui dominus det portionem in terra viventium *κατὰ τὴν αὐτοῦ εὐδοκίαν ὡς βλέπειν τὸν Θεὸν ἐν Σιὼν.*

CAPUT X.

108. *De Balneo Succellarii.*

Balneum hoc confert vesicæ, tenesmo, tertianæ intermittenti, & quotidianæ, resolvit frigida, scabiem purgat, capillos elongat, vultusque mulierum deterget.

SCHOLIA.

Tenesmo, intermittenti confertque τεταρταίῳ,
Vesicæ prodest, phlegmaticæque febri.
Prolongat crines, & frigida membra resolvit,
Deterget vultum, & liberat à scabie.

Succell.] est baln. hujus nominis apud Puteol. de quo supra. *cap.* 34.

CAPUT XI.

De Balneo Plagæ Romanæ.

Balneum hoc est prope civitatem, cujus aqua est ferruginei coloris. confert pituitæ salsæ, aufert oculorum pruritum, lacrymas stringit, oculos confortat, bilim purgat, cordis imbecillitati prodest, dilatat pectus, guttur, & pulmonem, sedat tussim, capillos firmat, ne cadant, tibiarum fracturas sanat, pruritumque.

SCHOLIA.

Pituitæ confert, salsus quam procreat humor,
Pruritum ex oculis tollere fama refert.
Lacrymulas cohibet, teneros confortat ocellos,
Expurgat bilem; pectora læta facit.
Cordi imbecillo robur mirabile præstat,
Gutturis amplificat, πνεύμονος atque sinus.
Tussim sedat: neve cadant firmatque capillos,
Pruritum, ac crurum fragmina sanat aqua hæc.

Ferruginei] de baln. ferri apud Puteol. lege supra. *cap.* 35.

CAPUT XII.

De Balneo Nitrosi.

Lavacrum hoc est in eadem plaga. confert scabiei, pruritui que ex pituita, & atra bile genito, nephriticis, & hystericis, ventrem solvit, consumptos reficit, rheuma, tussimque tollit.

SCHOLIA.

Phlegmate pruritum fugat, aut ex bile μελαίνῃ,
Nephritis, tussis, fit procul hinc scabies.
Ventriculum solvit, consumptos recreat artus,
Subvenit hystericis, rheumaticisque malis.

Pruritui] lege de eo Gal. III. *aphor.* 21. 31. Avic. VII. IV. *tr.* 7. *cap.* 6.

Hystericis] lege quæ copiosissime de eis scripsit Gal. VI. *loc. aff. cap. ult.*

CAPUT XIII.

De Balneis Saxorum.

Duo sunt, alterum intus saxa, quod confert podagræ frigidæ: alterum prope littus, quod prodest podagræ calidæ.

SCHOLIA.

Duo] in Antandria sunt duo fluvii: quorum alter gignit oves cum colore albo, alter vero cum nigro. velut ex Aristo. III. *de nat. ani. cap.* 12. notat. Hieron. Gambucinus *de lumbr. cap.* 12. Et Plinius *lib.* XXXI. *cap.* 2. refert in Macedonia non procul ab Euripidis sepulchro duos rivos confluere: quorum alter est saluberrimi potus, alter vero mortiferi. *Ἡμεῖς δὲ τοῦτον μόγις ἐπταμηνιαῖον τόκον ἑλληνορωμαϊκῷ τῷ διστίχῳ εἰς τὸ τούτων γλωττῶν φιλότητος σύμβολον ἐκλείσαμεν.*

Sunt duo: quorum unum gelidæ est medicina Podagræ.
Ἄλλο δὲ τῆς θερμῆς φάρμακον ἐλλόγιμον.

F I N I S.

C Æ S A R I

Doctissimo Viro Illustrissimo summi Pontificis ad Senatum Venetum Legato, Medico Ornatissimo, Nuntio Argentino

JOANNES FRANCISCUS LOMBARDUS

S. D.

TANTUS est animi tui candor, tantaque morum tuorum venustas, atque elegantia (sapientissime Cæsar*) ut qui vel eam Homerico carmine, aut* Demostenis *oratione complecti tentaverit, frustra tam arduum opus (mea quidem sententia) aggredi videatur. Nec ego ex illorum censu esse volo, qui dum alios palam corripiunt, seipsos tacite damnent. Quapropter dignum duxi te magis securo silentio, quam periculoso sermone prædicare. Verum enimvero ne benevolentiæ tuæ erga me, meæque in te observantiæ studium jacturam in hoc discrimine patiatur; non injucundum fore existimavi, te tribus Xeniolis in Saturnalium Christianorum solenni celebritate salutare. Hippocratis sane religioso*

so Jusjurando. Galeni aureo opusculo. quod est totius artis curativæ quædam epitome: scholæque Salernitanæ non inconcinno poëmate, quo universum sanitatis tuendæ negotium commode, & quadam animi delectatione absolvitur. ut nedum prudenter corpora ægra medicamentis purgantibus sanitati restituere: sed in salubria corpora, & quæ Neutra vocant Herophili sectatores, à morborum injuria religiose præservare valeas. His enim veluti duobus limitibus universum facultatis Medicæ negotium contineri, claudive non te latet. Itaque qualecunque illud sit, libenter, placideque ut accipias cupio, atque efflagito. nosti siquidem ex Aristotelis doctrina, cum de moribus agebat, non rem, sed animum spectandum esse in qualibet re. Bene vale diu, meque Illustriss. ac Rever. ad Venet. Leg. Communi patrono, non vulgaribus officiis commendare ne graveris.

Ex Vergilii patria Kal. Decemb. M. D. LXV.

CL. GALENI
DE QUALITATE PURGATIONIS
LIBELLUS:

Interprete

JOANNE FRANCISCO LOMBARDO,

Neapolitano.

Purgari caveat, fruitur qui corpore sano;
Pharmaca nam temere quum talia corpora sumunt,
Sæpe dolor taleis, vertigo, ac tormina vexant,
Solvitur hisque animus. proprium sibi Pharmacon haud cum
Repperiat succum carnem eliquat, atque cruorem,
Fortius ex illis ad se ut trahat impete magno.
At sanos, quos est timor ægrotare; nisi ante
Sanguine detracto, Humorum sit copia siqua;
Purganti aut potu releves, Cacochymia si adsit;
Veris in initio potes hos vacuare libenter.
Quocirca Arthritin, Podagræ sævosque dolores,
Et procul à tophis, erat humor queis male fixus,
Per multos propere purganti avertimus annos
Pharmaco, & hæc celeri fugere pathemata passu.
Herculeum morbum, Attonitum, & quod nomen ab atra
Bile trahit, longis Affectus atque diebus
Extensos, longe à multis cito fecimus omneis.
Phlegmaticus sentit dejecto phlegmate magnum
Auxilium; flava expurgatus bile levamen
Picrocholus; nigra urgebat quem bilis, & ille
Multa seri fuerat, succi cui copia aquosi.
Ostendamus ut hæc exemplis dogmata. Quidam
Ni purgabatur maturo tempore, ab atra
Bile tenebatur districto casse quotannis;
Hunc ego in Autumno purgavi, & tempore Verno,
Est Mulier, cujus prehenderat ubera Cancer;
Hanc quoque curavi vere incipiente quotannis,
Incolumis morbo & confestim evasit ab illo:
Quod si intermissum Medicamen forte fuisset,
Partibus internis languebat mœsta dolore.
Sanguine detracto est Elephas curatus, & alvo
Subducta à nobis, semel egimus idque quotannis;
Negligat at siquis facere hæc, mala dicta redibunt,
Nam morbi hic nigra dejecta bile fugantur.
Morbus & Alcidæ, Attonitus, mox Asthma aboletur
Phlegmate deposito. Arthritis cum caumate lædens,
Bili expurgata; sin ipsa tumoribus alget,
Pituitam articulis opus est incidere lentam.
Cumque laborasset quidam vir febre Tritæa
Tempore in æstivo, flavam purgavimus hujus,

A Cum ver desierat, Bilim; & sine febre per annos
Vixit, Apollinea cum morbo occurrimus arte.
Quique Melancholico affectu cruciatur, & Artus
Cui tumet, Attonitus morbus, quem Epilepsia cæpit,
Vere ineunte potest purgari commode & apte.
Detergit lentos primum, extenuarier æque
Humores crassos, reserarier atque meatus.
Expedit obstructos ante omnia Pharmaca; tum vel
Siquis veratro cupiat purgarier acri.
Pharmacon infarctos succos nam pellit ab imis
Partibus, & facile diuturna pathemata curat,
Regula servetur si nuper dicta decenter;
B At vero canonas siquis neglexerit istos,
Intestinorum cruciatus sentiet acreis,
Cum defectu animi vertigo, & Nausea præsens
Huic erit, & faciet pravos Arteria motus.
Elleborum sumpturus homo prius experiatur
Ad vomitum pronus sit, necne? est semita talis
Nam melior, vomitus quum vi, vel sponte cietur.
Si vomitum non fert, ipsum irritare procures;
Id fiet, vomitum repetens si adsueverit ante
Se ad vomitum egregie, vel si humida corpora fiant;
Hæc cibus efficient, hæc ocia, amica quiesque.
Quod nostrum humectet Requies placidissima corpus,
C Noscitur, exsiccent cum corpora nostra labores;
E contra reddit Cibus humida corpora, amaro,
Qui caret aut salso, immaturo, acrive sapore.
Sic nos Elleborum dedimus quandoque paratum
Raphano; & Ellebori cum ramum infiximus albi,
Veratri tunc fiebat purgatio lenis.
Est quibus adstrictus Thorax, & Pulmo coäctus,
Hos non Elleborus purgat, vomitus nec fortis;
Ne rumpantur, erit magnus timor organa flatus,
Flava petat sursum cum Bilis, ducier extra
Per loca met debet; duci quoque Phlegma deorsum,
Quod si in ventriculo recubet pituita, latebris
Intestinorum aut multus sit Bilis acervus,
Cogimur opposito dicta hæc educere tractu.
D Nigra at Bilis erit semper ducenda per alvum.
Antiquus, doctusque Senex Oracula scribens.
Tempora purgandi præscripsit; caumate sursum

Purgari, & jubet hybernis inferna diebus.
Assuetudo, Aetas eadem præscribit, & Aër,
Tum Regio, affectus varios nam talia condunt.
Assuetus siquidem vomitu purgabitur apte.
Insuetus vero Ellebori si pocula sumat,
Haud facile poterit vomitum sufferre ruentem.
Despicias Genus haud Morbi, sed semper ad illud
Aspice, pro voto ut succedant omnia fauste;
Pituitam purga ducente Anasarca deorsum
Pharmaco in initiis, loca dehinc perquire superna,
Tandem Apophlegmaticis morbo huic succurre medelis.
Nanque universo cum succi corpore abundant,
Plurima mollimur penes hos medicamina prompte.
Distentus sed hydrops, nomen qui sumpsit ab utre,
Exoptat latices avide quæ pharmaca ducant.
Et super & subter curatur Regius apte
Morbus, & urina, nunc naribus, atque palato.
Atque Melancholiam cum Elephante, & Carcinon atra
Mitius educta sanabunt pharmaca Bili.
Herculeus morbus ducentia phlegma requiret.
Purgandum liquet haud morbi Natura figuret
Quod succum, at manibus signet loca debita utrisque.
Hepatis obsedit nam si Inflammatio partes,
Atque cavæ recubet morbus regione parenti,
Putiduli anfractus coctus trudetur ad ani;
Pharmaca purgabunt at gibbam uretica sedem.
Sic partem affectam in reliquis affectibus, æqua &
Sedulitate potes corruptos noscere succos,
E quibus emergit tam sæva potentia morbi.
Quando purgandum, Quid, Quave in parte notabunt
Talia, si comitem se Occasio præbeat illis.
Principio purgare feri referentia formam
Excrementa opus est, crassos educere succos:
Non nisi quam fuerint concocti, ut phlegma, nigramque
Bilim debemus. Purgandi Accessio præstat
Apta modum, sursum poteris quando inchoat, alvo &
Purgare, inclinat cum sese Accessio sensim.
Quæ sponte eveniunt morbis hæc omnia pandunt;
Nam vomitus plures quando est Accessio præsens
Infestat, fluit & sanguis de naribus, alvus
Solvitur, & multis fundit vesica liquorem;
Maxime si est fluxus, Criseos de nomine dictus.
Cum tunc Naturæ motu tollantur in altum,
Humores nequeunt vacuari rite per alvum.
In Morbis, quos longa dies mensurat abunde,
Expectanda tibi est succorum coctio semper.
Si celer est morbus, gestetque pericula secum,
Extremos habeatque brevi donare labores;
Turgeus, initio affectum hunc purgare licebit,
Nec tamen id temere, ne te Metanœa prehendat.
Pharmaca sint calida cum prædita dote, febrisque
Frigida, qua febris est, exposcat, dentur earum
Pharmaca pro causis, nam commoda maxima præbent
Corporibus, putris cum ducitur humor ab illis,
Quam quod eis noxam tribuant ratione caloris,
Spectandum est æger num sit purgarier aptus?
Nam quos infestant crudi, humoresque tenaces;
Difficiles coctu comedunt qui jugiter escas,
Effugiant celeri purgantia pocula passu;
Sunt etiam distenta quibus præcordia flatu,
Phlegmone & haud modice circum districta minaci.
Est opus humores fluidos effingere raptim,
Obstructas reserare vias, ne Pharmaca lædant;
Nuper at hoc dictum in morbis tunc fallit acutis,
Cum succi turgent, quos prima, aut luce secunda
Purgamus, succi cum sit non hora parandi.
Ni cui contingat præstasse Melicraton ante,

A Decocto Hyssopi, Origani, Pullegii, & æqua
Parte Tragoricani, cumque attenuantibus herbis.
Sed cum rarenter succi turgentia fiat,
Morborum initiis purgantibus utere raro,
Si neque ab initio turgens afflixerit humor;
Nec sit eo præsente æger purgarier aptus,
Sit minime nobis occasio prompta parandi.
(At qui tunc aliquis turgescere dicitur humor,
Mobilitate vigens cum hac, illac percitus œstro
Stare loco ignorat, requiem nec repperit ullam,
Qui finit haud miseros ægros requiescere succus,
Efficit at vitam, quæ mors, vel proxima morti est.)
Firmantes succos, & certa parte cubantes,
B Non nisi concoctos opus est purgando movere;
Dædala purganti nam tunc Natura favebit,
Mille modis certans cum morbo. ut concoquat ipsum,
Quem post secernit, secretum & trudit ad ima.
(Hanc dixere Crisim proles Asclepia pugnam)
Si assequitur Natura suum in certamine votum,
Quod satis est, caveas tunc ferre Catharticon illi;
At si proposito frustratur languida fine,
Suppetias afferre potes Medicaminis arte,
Quum definito recubent sub tegmine succi
Corporis, & metuant Naturæ vincier arte,
Non ab re raro turgescere dicimus ipsos.
C Cum validam febrim affectus sociabit Acutus,
(Tum si temperiem haud languentis noveris ægri)
Pharmaca in hoc casu præbere Cathartica noli;
Nam quidam leviora ferunt Medicamina tantum,
Purgari gaudent valido Medicamine plures.
Si febris at non fortis erit, bene cognita & ægri
Sit natura tibi, posita formidine, nigro
Utere Veratro, sive ex Colocynthide facta
Antidoto: apposite à multis quæ SACRA vocatur.
Quæ Antidotus varia formatur imagine; sed cum
Elleboro effingas si forte, tyrannide pulsa
Scammonii, poteris purgare fideliter alvum.
Pharmaco at assumpto Ptisanæ sorbere cremorem
D Coge ægrum, Hippocratis placito, ut virtute cremoris
Ventriculi ima petat, quæ non pertingeret ex se;
Pharmaci & absterget cito siquid adhæreat ori
Ventriculi, (stomachum Medici dixere priores)
Immutare potest nam vim Medicaminis illi,
Et dare temperiem, detergere, ducere ad ima
Hippocratem ratio hæc nam sic dixisse coëgit.
Pharmacon incipiat quod si purgare, cremore
Abstineas Ptisanæ, ne sit purgatio vana,
Munere nec proprio cessent Medicamina fungi.
Sæpius ex multis rationibus accidit Alvum
Non solvi, assumpsit purgans cum pharmacon
E æger;
Vel quia temperiem prima huic Elementa dederunt
Astrictam; exiguum aut purgans quia pharmacon extat;
Scybala quæ balano molliri, aut clysmate debent
Ante, & duritie chalybem superantia Iberum,
Podicis hæc solitos forte obstruxere meatus;
Aut per vesicam expurgat Natura; alimenti
Pharmacon in speciem pertransiit; inque veneni
Denique naturam mutatur, perniciemque.
Pharmaca ventriculum cum lædant quælibet, atque os
Ipsius, (tribuit cui multum provida sensus.
F Natura egregii) miscemus Aromata, odora &
Semina, ne stomachum penetret sincera facultas
Ipsorum, emendent nec Deleteria, verum
Ipsis eximie conferre juvamina possint;
Scilicet incidant crassos, lentosque potenter
Detergant succos, clausos referentque meatus.
Quod si forte velis miscere Cathartica, ut est par,
Harmoniam compone habilem, numerumque decentem
Constituas, ne discordent prædicta vicissim.

Cur

Cur componantur modo dicta Cathartica? causa est
Non quod hoc educat Bilim, non Phlegma quod illud;
(Est tamen educit quod idem cum phlegmate Bilim)
A Illa cito, at tarde hæc quod post assumpta operantur.
Sic fit Naturæ dispar purgatio, quæ non
Æqua est, sint quamvis simul hæc confecta, vicissim
Alterum ut incipiat, postquam cessaverit unum.

HIPPOCRATIS Coi JUSIURANDUM.

Apollinem juro, & per ejus Filium;
Artis medendi principes.
Per magnum Hygiæ, & per Panaceæ numen;
Neptes sacras Apollinis.
Idem Deos, Deasque testor: spondeo, &
Quod juro nunc velle exequi;
Quantum facultas me sinit promittere,
Mea & potest discretio.
Rebor Magistrum Patrem ut alterum, qui Artis
Doctor fidelis extitit.
Vitaque, divitiisque nunquam deero illi,
Inops erit si forsitan.
Ipsius Affinesque, fratres masculos
Ut alteros, addiscere
Artem hanc eandem si velint, mercede eos
Docebo, & absque syngrapha.
Natos meos docebo, natos sic mei
Sorte haud Magistri dispare;
Præcepta, mox Auditiones cæteris
Cum disciplinis omnibus;
Si legibus jurent medendi, & conscribant:
Hos præter ullum haud spondeo.
Utar Diæta pro salute Infirmorum, ut
Mea exigit discretio.
B *A noxiis meque abstinebo, æque injustis,*
Mea ut facultas suppetit.
Letalia haud ulli dabo unquam Pharmaca
Nunquam mali tam pessimi
Consultor, aut ero auctor; & si quis cogat
Me vi, vel auri pondere.
Pessum dabo nec Fœminis, qui procuret
Illis aborsum nequiter.
Vitam meam, ac artem meam ego servabo
Cum castitate sanctius.
Non calculo affectos secabo, at quam cito
Artis perito ipse obsequar.
Ingressus & domos saluti ero semper
C *Intentus ægrotantium.*
Cypri absque, fraude, injuria, aborsu: est Mas, vel Fœmella, servus, sive herus.
Mortalium quod siquid in vita haud curans,
Curando vel perspexerim.
Arcana quæ sit non opus loqui, abdita
Custodiam silentio.
Hoc rite complere ergo si IUSIURANDUM *haud*
Confundar, arte perfrui,
Vitaque fas erit mihi mortalibus
Coram perenni tempore
Cum gloria. At si pejeravero, tunc his
Volo accidant contraria.

FINIS.

SCHOLA SALERNITANA, DE REGIMINE SANITATIS per JOANNEM FRANCISCUM LOMBARDUM *Castigata.*

Anglorum Regi scribit schola tota Salerni,
Si cupis incolumem, & sanam traducere vitam,
Curas tolle graveis, motus ferventis & iræ,
Parce mero, sit cœna brevis tibi, surge parumper
Post epulas, mediæ somnumque propelle diei:
Comprime vesicæ, pariter nec pondera ventris.
Hæc si servabis, per secula plurima vives.
Si desint Medici, hos canones servare memento,
Præstantis medici poterunt qui munere fungi,
Mens sit læta, quies, mediocris regula victus.
E lecto surgens, abstergas lumina lymphis,
Huc, illucque mees, (cunctis moderamine rebus
D Servato) extendasque parum tua membra, capillos
Pectito, mox dentes munda: namque ista cerebrum,
Membraque confortant. post Balnea sumpta calore
Membra fove, haud studeas, post prandia: frigidus & si
Forte eris, haud subito, paulatim at sume calorem.
Inque die media somni fuge limina, ni fors
Sit brevis, ut febri careas, capitisque dolore,
Legnitie, & noxa, quæ Græce est dicta καταῤῥους,
Cum fluit ad pectus, βράγχον cum faucibus obsit,
Ad nares vero Graji dixere κορύζαν.
Si ventris crepitum invito suppresseris ano,

Vertigo, spasmus, cœli cruciatus, & hydrops
Te lædent. lauta ex cœna fastidia fient
Plurima ventriculis: in nocte quiescere quod si
Rite velis, fac cœna brevis tibi sæpe paretur.
Haud comedas, ni tu prius expurgaveris alvum
Fæcibus, atque cibi noscas digesta prioris
Indicia: hæc certo stomachi præbebit ὄρεξις,
Signum æque insigne est, subtilis in ore saliva.
Persica, Poma, Pyrus cum lacte & caseus atra
Obsessis bili sunt multum infensa, salita
Sic caro, mox cervi, ac hædi, leporisque, bovisque. (stant
Pinguia jura, merum rubrum, ova recentia, præ-
Humanæ vitæ celeri munimine vireis,
His similam (Græce quæ est dicta σεμίδαλις) addas.
Frumentum, atque recens impinguat caseus, & lac,
Testiculi cum carne suis, cerebella, medullæ,
Dulcia vina, cibus gustu jucundus, & ovum
Sorbile, maturæ ficus, uvæque recentes. (loris,
Vina odor, & sapor, atque nitor probat usque co-
Qui bona vina cupis, hæc quinque requirito. Vinum (gransque.
Sit tactu frigens, pulchrum, leve, forte, fra-
Dulce, albumque magis nutrit quam cætera vina,
At vini rubei nimio usu adstringitur alvus,
Et vox raucescit. Nux, allia, ruta, pyrusque,
Theriace, & raphanus pellunt genus omne veneni.
Aër sit purus, lucens, habitabilis, omni
Peste carens, oleat non excrementa cloacæ.
Pocula si forsan noceant noctu hausta Lyæi,
Mane semel, rursumque bibas vice pharmaci, abunde
Humores generare probos bona vina valebunt;
Nigra sed antiquo reddent pigra membra veterno.
Sit bene lymphatum vinum, clarumque, vetusque,
Maturum, saliens, tenue, & moderamine sumptum.
Sit bene cocta, acido careat Cervisia gustu,
Sitque recens, gravisque probis confectu bibatur,
Sit tamen, ut stomachus non pondera sentiat unquam.
Prandia sint modicæ frugis per tempora Veris,
Sirius exposcit mediocria fercula adurens,
Fructibus autumni abstineas letalibus horis,
Carpito de mensa brumali tempore quodvis.
Pocula corrigito cum Ruta, & salvia, amorem
Nam minuunt: his atque Rosæ potes addere florem. (rinam,
Cum mero aquam, turbet ne nausea, sume ma-
Sicque sali tutus poteris remeare per undas.
Salvia, Vina, Piper, Scorodon, Petræque selinon
Cum sale præstabunt ταριχὸν laudabile valde.
Ablue sæpe manus, ut sano corpore vivas,
Munera post mensam duo fert ablutio secum,
Nam tergit palmas, & lumina reddit acuta.
Non vetus, aut calidus Panis sit, sed bene coctus.
Frugibus ex mundis, habeatque foramina, laxus;
Crustum ne comedas, bilim quia gignit adustam.
Est caro prava suis sine Vino, & pejor ovilla,
Cum vino cibus est, simulac medicina potensque,
Intestina suum proba sunt, sed cætera lædunt.
Urinam cohibent, alvum nova Vina cientque,
Εμφραξιν Jecoris, splenis, generatque lapillum
Potus Aquæ, stomacho lædit, quia frigidus ipsa
Efficitur, fiuntque cibaria cruda. Caro omnis
Nos vituli plene nutrit; starnæ, atque columbæ
Est laudanda caro, gallinæ, a phaside dicti
Alitis, ac merulæ, perdicis, & ortygometræ,
Frigellæ; tremulæ, capi, & ὠτίδος, ac amarelli,
Atque coturnicis; nec Turturis excipe carnem.
Si fuerint molles, prægrandibus utere semper
Piscibus, at parvis, fuerint si cortice duro.
Gobio cum Perca probus est, & Carpio, Truttæ,
Lucius, & Tincæ, celebrant quas carmina Galli.
Plagicia at quid sit, saxatilis Albica, Gornus,

A Nescio. nosce potest quis singula nomina rerum,
Cujusvis itidemque idiomata propria gentis?
Voci Anguilla nocet, Physici id novere priores,
Præcipue comes in patinis si caseus adsit,
Hæc mala larga abolent sed puri pocula vini.
Sæpe, parumque bibas inter tua prandia molle,
Sitque recens ovum. damno nunc Pisa, quia inflant
Cortice non posito, ast eadem sine cortice laudo.
Hectica subsidium caprillo, & lacte cameli
Febris habet, vaccæ, ac asinæ plus nutrit, ovisque.
Si febris, diro premeris capitisve dolore,
Lac fuge; prisca docent nam sic oracula Coi
B Butyron humectat, lenit quoque, solvit, & alvum
Expurgat; mundatque serum scabiosa potenter
Corpora, & obsessos servat putredine succos.
Caseus obdurat ventrem, sua frigida namque est,
Crassaque temperies, si est nuper ab ubere pressus.
Est cum pane cibus sanis laudandus, & ægris.
Nequaquam ignorant Medici cur caseus obsit?
Languenti stomacho robur dat caseus, istud
Non latuit Physicos, post sumpta cibaria, cogit
Hæc cito ventriculi latebras descendere ad imas,
Cimmerios penetrare sinus, & regna Pylori
Sæpius, atque parum prandens bile fercula, potest
C Non inter, possis morbi ut vitare sagittas,
Id fiet, cœnam incipias si carpere potu.
Post singla ova bibas: post carnes Caseus & sit,
Post pisces Nux una juvat, nocet altera, mors est
Tertia. divinet qui vult ænigma Poëtæ.
Trade Pyro vinum, nux est medicina veneni,
Sit benedicta Pyrus, lædit pyrus absque Lyæo,
Cocta nimis prosunt, sed sunt pyra cruda venenum, (supinum,
Cruda gravant stomachum, relevant sed cocta
Post pyra da potum, scybalon post poma fugato.
Si Cerasum comedas, tibi maxima commoda tradet. (fert,
Ventriculum expurgat, lapidem quin nucleus au-
D Gignitur ipsius sanguis de carne benignus. (dunt.
Pruna alvum laxant, frigentia membraque red-
Persica cum musto sumas sociata racemis,
Cum nuce passa nocet, splenique minaciter uva.
Utilis est nephricis, quibus est satis anxia tussis.
Χοιράδας, atque adenes ficus cataplasma tumores
Tollit, & ossa trahit confracta Papavere misto,
Phthiriasin generat, (Pherecidis fata tragœdi
Quis nescit?) Venerisque ciet torpentis amorem.
Ventriculum obstipant, ἑψήματα Mespila adaugent,
Corticis existunt quæ duri, sed meliora
E Mollia sunt. inflat Mustum, ventremque relaxat,
Urinamque ciet; nutrit Cervisia, plenos
Humores auget, carnem generatque cruorem
Sanguinis, emollit ventrem, de frigore præstat,
Largitur vires, urinam adscisit, & inflat;
Plus tamen exsiccat, plus frigida reddit Acetum
Corpora, & extenuat, bili quæ destinat atræ,
Officit & nervis, minuit de spermate robur.
Rapa nocet denti, stomacho præbetque juvamen,
Urinam ciet, & flatum perducere novit,
Cum bene non coquitur, generat tunc tormina ventris.
Cor tarde coquitur, tarda est digestio cordis;
F Sic stomachi; lingua enutrit dulcedine: Pulmo
Digeritur facile, cito labitur: omnia vincit
Gallinæ cerebrum bonitate cerebra saporis.
Discutiunt flatus cito semina odora Marathri.
Dulce Anisum stomacho vires fert, lumina terget.
Sanguinis effluxum spodium cohibere valebit.
In mensis ante omnia fercula pone salinum.
Sal virus fugat, insipidum conditque saporem:
Nullus enim sapor est, salis usus ubi non extat.
Salsa nocent oculis, scabiem gignuntque malignam,

Pru-

Pruritum exacuunt, minuunt è semine vires.
Est calidus salsus sapor, acris amarus, & alget
Stypticus, austerus cum acido, pingues mediocrem
Insipidi, & crassi retinent dulceisque sapores.
Miscetur panis cum vino, visus acutus
Redditur, atque nitent dentes albedine, crudum
Concoquitur, mediumque statum sortitur abundans.
Servanda est victus ratio assueta, (δίαιταν
Terra pelasga vocat) sit opus mutare nisi illam,
Nam mala multa parit talis mutatio victus.
Hoc docet Hippocrates, docet hoc rerumque magistra.
Pars artis Medicæ est potior stata regula victus,
Qua non servata, nequicquam pharmaca languens
Accipit ægrotus, nullum capit atque juvamen,
Quale, quid, & quando, quoties, quantumque requirat,
Si canones recte volet is servare diætæ.
Brassica non solvit, solvunt tamen ipsius alvum
Jura, utrumque simul sumptum, sed corpora laxat.
Dixerunt Malvam veteres, quia molliat alvum.
(Η μαλάχη λέγεται γὰρ γαστέρας ὅτι μαλάττει)
Extrahit ipsius radix è podice fæces,
Proritat rapido muliebria menstrua fluxu,
Mentitur Menthæ opprobria, & convicia dicens,
Ventriculi nam lumbricos occidit, & aufert.
Dic homo cur moritur, cui salvia crescit in horto?
Nulla hortus contra letum medicamina præstat.
Salvia, confortat nervos, manuumque tremorem
Tollit, ope ipsius fugit illico febris acuta,
Salvia, Castoriumque, lavendula, Primula veris,
Cardamon, Arthemidos quæ dicta est nomine divæ,
Vulgo Athanasiæ, miro insignita decore
Hæc sanant πάρεσιν, resolutaque membra decenter,
Salvia cum salvet, romanum est nomen adepta.
Ruta acuit visum, ad venerem stimulatque puellas,
Retrahit at mares, astum ingeniisque ministrat,
Effugat & pulices raptim decoctio Rutæ.
Scatophagi certant de Cepis. nocte, dieque,
Picrocholis nocet, & confert (referente Galeno)
Phlegmaticis, stomacho prosunt, pulchrumque colorem
Efficiunt, contrita valent generare capillos,
Quam facile & citius capitis reparare dolorem.
Est minimum granum, siccum, calidumque Sinapi,
Cit lacrymas, caput expurgat, tollitque venenum.
Crapula discutitur Violis, dolor atque cerebri,
Purpuream referunt violam curare caduco
Deprehensos morbo, qui est græce ἐπιληψία dictus.
Allicit ægrotis perblandum Urtica saporem,
Destruit antiquam tussim, colique medetur
Tormentis, vomitum cohibet, ventrisque tumorem,
Pulmonis frigus, duramque arthritida curat.
Pituitam Hyssopus regione è pectoris arcet,
Pulmoni prodest coctus cum melle, venustum &
Vultibus eximium fertur præstare colorem.
Gingidium cancrum curat cum melle, dolorem
Cum vino epotum, vomitum aufert, sistit & alvum.
Hellenium sanat præcordia, & enterocelen
Cum rutæ succo curatque salubriter omnem.
Pullegium (βλήχωνα vocat quod Græcia) bilim
Vino atram pellit, veterem curatque podagram.
Cardama constringunt fluxos, arctantque capillos,
Illita cum succo dentis curantque dolorem,
Atque cutis squamas abigunt cum melle peruncta.
Prompta Chelidonio natis succurrit Hirundo,
(Plinius ut scribit) deperdita lumina reddens.
Si Salicis succus vermes interficit auris,
Verrucas cortex in aceto cocta resolvit.
Pomorum succus partum enecat illitus, & flos,
Lætitiam Crocus apportat, cordisque medelam,

A Confortat jecur, & reparat languentia membra.
Fœcundas Porrum, cum manditur, usque puellas
Reddit, & effluxum retinet de nare cruoris.
Dissolvit concreta Piper, pigra phlegmata nigrum
Purgat, ventriculique fovet sine fine calorem.
At prodest album stomacho, tussi, atque dolori,
Ante paroxysmum febris obviat atque rigori.
Ebrietas, somnus, post sumpta cibaria motus,
Ista tria auditus opplent, clauduntque meatus.
Longa fames, vomitus, timor, & percussio casus,
Frigus, & ebrietas tinnitum gignit in aure.
Balnea, Vina, Venus, Ventus, Sol, Fletus, & Ignis,
B Ictus cum fumo pulvis, labor, usus acuti
Usque cibi, fervensque piper, lacrymosaque cœpe,
Allia cum porris, faba, lens, atque acre sinapi hæc
Cuncta nocent oculis, magis at vigilare nocebit.
Ruta, Chelidonium, Marathron, Rosa, sacraque prodest
Herba oculo, ex istis pellucida lympha paratur.
Quæ facit ut superes in acumine Lyncea visus.
Succus Hyoscyami uratur cum semine porri,
Nanque erit hic fumus dentis medicina dolori.
Nux, anguilla, oleum, potus, frigusque cerebri, &
C Immatura viros faciunt raucescere poma.
Rheuma dapes calidæ, labor, & jejunia pellunt
Aëris attractus calidi, & compressio flatus,
Ducere pervigiles noctes, & pocula parca.
Arsenicon cum calce sinus & sulfure curat,
Smegmata si addideris, simul omnia quatuor adsint.
Corporis humani sunt bis centum ossa, decemque,
Atque novem: dentes duo sunt, trigintaque: venæ
Tercentum, quis sex decies, atque addito quinque.
Quattuor ex succis conflantur corpora, utraque
Bili, pituitæ succo cum sanguine: quique
Naturam referunt Terræ, Aëris, Ignis, Aquai.
D Sanguine qui pollet, non est pinguedinis expers,
Ευσαρκον Graji appellant, verbisque jocatur,
Rumores audire cupit, Veneremque, Lyæum
Diligit, & risus loquitur dulcissima verba,
Est hilaris, studiis habilis, irascitur idem
Haud facile, hic inopique manus exporrigit amplas
Est audax, est & mitis, rubeique coloris.
Pallida quem cruciat bilis, ferit impete sævo,
Confestim discit, cupit, & præcellere cunctos.
Pωlyphagas, crescit citius, versutus, & audax,
Magnanimus, largusque petit fastigia cœli,
Prodigus, hirsutus, facile descendit ad iram.
Est fallax, gracilis, siccus, croceique coloris
E Efficitur pinguis, quem pituita prehendit,
(Sanguine pinguedo mediocris gignitur omni)
Fit brevis, & latus, motu fit tardus, hebesque
Sensibus, & multum dormit, spuit atque frequenter.
Ocia amat, languens, piger est, niveique coloris.
Bilis nigra viros tristeis facit, atque malignos,
Pauca loqui, studiis vigiles, mentesque alienas
A somno, timidos, mox propositique tenaces,
Invidulos, vafrosque nimis, fuscique coloris.
Ex quovis humore color fit proprius, album
Phlegma dat, atra nigrum bilis, ruffumque colorem
F Pallida, sed rubeum sanguis, quo vivimus omnes;
Qui faciem, atque oculos rubeos dum corpore abundat,
Corrumpi propior, corpus grave reddit, & inflat
Sæpe genas, pulsum plenum, mollem, atque frequentem
Efficit, adstringit ventrem, tollitque dolorem,
Exsiccat linguam, dulci repletque salivo,
Molitur noctu & rubearum semina rerum.
Septimo, & in decimo vix commoda sectio in anno

Sit venæ, exſiliat ne copia πνεύματος ingens,
Quam vini potus reparat, ſuccuſque ciborum.
Confortat cerebrum, detergit lumina venæ
Sectio, mirifice calidas redditque medullas,
Emundat ſenſus, ventrem arctat, viſcera purgat,
Conciliat ſomnum, tollit faſtidia, voci
Confert, auditum juvat, aufert robur, & auget
Sunt Lunæ menſes Majus, September, Aprilis:
Prima dies Maji vitanda eſt, ultima Aprilis
Necnon Septembris, tunc eſt incommoda venæ
Sectio, & obſtreperi carnis malus Anſeris uſus.
Plurima ſi in juvene, & ſene copia ſanguinis adſit,
Menſe poteſt ſanguis mitti omni, & vena ſecari,
Aprilis, Maji, & Septembris menſe ſecato
Venam, ſi cupias per ſecula vivere longa.
Mittitur haud ſanguis multis rationibus, eſt cum
Frigida temperies, regio, & poſt balnea cypris,
Et puer, atque ſenex, potus, plethora, cibique,
Et dolor, & ſtomachi ſenſus, chronicumque pathema
Adde premunt homines multos faſtidia venam
Qui incidi nequeunt cauſa ſufferre timoris,
Auxilio tamen hoc poſſunt curarier abſque,
Quod Galenus ait, rerum teſtatur & uſus,
Hos canones ſerva incidatur vena priuſquam,
Faſcia ſit prope te, motu, potuque, lavacro
Utere, & unguentis, mulcent quæ ſæpe dolorem.
Exhilarat triſteis homines proba ſectio venæ,
Liberat amentes, fervorem & mitigat iræ,
Plaga ſit ampla, cruor quo large profluat, atque
Exeat uberius, detracto pervigil eſto
Sanguine ſex horis, ſomni ne forte vapores
Alta petant capitis, ledantque habitacla cerebri;
Vitales avidus carpas non protinus eſcas,
Plaga aut ima petat, fiat ne læſio nervis.
Sectio poſt venæ quam facta eſt frigida potu,
Lac fugias, adſit tibi lux, ſed nubibus aër
Sit procul, exultat nimium quia ſpiritus aura,
Apta tibi eſt requies, motu adverſante potenter.

A Utilis eſt venæ in peracutis ſectio morbis,
Quæ conſiſtenti ætati ſit multa, ſenili
Pauca, ſed & pueris; dupla fiet tempore verno,
Fiat & autumni, ac brumæ, æſtus ſimpla diebus.
Tempore in æſtivo, & vernali dextra ſecetur,
Vena ſiniſtra hyeme, ac autumno. cor caput, hepar,
Pes vacuetur item per tempora ſingula veris,
Cor, pes autumno, bruma caput, & jecur, æſtu
Salvatella, (Arabum ſic vulgus nuncupat illam)
Lienem expurgat, pectus, præcordia, vocem,
Et jecur eximie, tollit de corde dolorem.
Si ex potu fiat Κεφαλαλγία, lympha bibatur,
B Nanque πολυποσίη generatur febris acuta,
Si frons, aut vertex capitis cruciabitur æſtu,
Tempora decocto, frontemque fricato Solani.
Temporis æſtivi jejunia corpora ſiccant,
Quovis menſe juvat valde vomitus, quia purgat
Humores ſtomachi pravos, ducitque per ora,
Ver, Autumnus, Hyems, Aeſtas ſunt quattuor anni
Tempora, quæ vitæ menſurant ſecula noſtræ:
Aër temperie pollet per tempora Veris.
Conjugii ratione licet quandoque vocetur
Humectum, ac calidum, docto referente Galeno)
Tempore quo utiliter confert incidere venam
Et Veneris coitu mediocriter attamen uti:
C Balnea cum motu, ſudorque, ſolutio ventris,
Pharmaco at æſtivo ſub caumate ſirius ardet
Quum rapidus, ſqualletque ſolum fervore caloris,
Copia tunc bilis ruffæ eſt in corpore noſtro,
Frigida ſic opus eſt, atque humida fercula dentur,
Balnea pellantur, nullus ſit Cypridos uſus,
Munere ſed proprio ceſſent genitalia fungi
Membra: incidatur rarenter vena, quieſque
Utilis eſt, parcus potus moderamine fiat.
HAEC ſunt quæ ſcripſit Regi ſchola docta Salerni,
Dogmata quæ totum luſtrant per ſecula Mundum,
Teſtentur ſtudia antiqui ut permagna Salerni.

FINIS.

INDEX
BALNEORUM, MORBORUM
AC
MISCELLANEORUM.

A.

Academia, 23. A
Acheron, 61. C. 62. A
Accurſius, 13. A. 30. F
Acroſtichis, 70. B
Ἅδης, 53. B
Adeodatus, 66. F
Ægroti, 12. B. 41. A
Æneas, 55. A. 70. D. 74. B
Æoles, 68. A
Æoli *Inſula*, 26. A
Ænariæ *Inſulæ deſcriptio*, 74. D
Aër *Puteolanus*, 16. E
Africa, 62. F
Agrippina, 57. E
Alcadinus, 4. D. 54. B. *&* alibi.
Alphonſus *Rex*, 2. A
Altimarus, 36. C. 46. C. 52. F
Althenus *fons*, 51. E
Alumen, 74. A
Ammaus, 51. F
Ambroſius *Puteolanus Medicus*, 16. D
Amelius *Medicus*, 52. D
Ammonis *fons*, 51. E
Amphimerina *febris*, 11. B
S. Anaſtaſiæ *balneum*, 14. C
Anatome, 35. C
Ancyra, 68. E
Andronicus, 16. E
Anhelitus, 78. F
Animi *triſtitia*, 12. C
Anna *mater B. Virginis*, 37. E
—— *mater Samuelis*, 37. E
Annus *magnus*, 69. E
Antedon, 70. F
Antididagma *novatorum*, 31. C
Antandria, 80. C
Antiochus *Medicus*, 51. C
Antilibanus *mons*, 13. D
Antonius Berardeſca *Sacerdos pius*, 70. C
Anton. Muſa *Medicus dictus Braſavolus*, 52. E
Antonius *Imperator*. 51. C
Antonectus Capimacius *Puteolanus nobil.* 71. B
Aornos *Petra*, 61. F
Apocrypha, 39. A
Aponus, 24. C
Appetitus, 7. F. 8. B. 12. C. 27. C. 33. F. 44. F. 76. E. 77. D
Aquæ *naturales in Canon. balneorum*, 51. B
—— *miracula*, 51. D
—— *artificiales*, 51. C
—— *Puteolanæ*, 16. C

Aqua *ferrea in Luculliano inventa*, 35.B
Arcus *Balneum*, 28.E
Archigenes, 34.C
Arculi *Balneum*, 32.C
Arenulæ, 11.D.22.B.33.E.42.F.75.C
Ariftoteles, 67.F
Artaxerxes, 52.F
Artritis, 12.C.14.D.21.C.30.D.35.F.38.D.43.E.77.E.78.A
Artus, 8.D.14.D.40.C
Arx, 67.A
Aftrologi, 25.C
Aftrum *balneum*, 7.E
Athletæ, 18.C
Avaritia, 15.B.48.C.F
Aucupius *Epifcopus*, 16.D
Auditus, 11.D.31.B.34.E
Averna, 61.F
Avernus *Lacus*, 5.E.24.F.33.E.34.D.36.F.53.A.57.B.61.D.63.E.68.E
Averfa, 23.C
Aurium *tinnitus*, 11.D.31.B.34.E.35.F
Aufter, 13.F

B.

Bajæ, 20.B.22.E.36.F.30.D.41.D.50.A.50.F.51.F.53.F.58.C.59.D.61.B.64.D.70.F
Bajus, 59.E.60.A
Bai, 60.A
Bajon. 60.A
Balnea *funt naturæ gratuita medicamenta*, 4.F
—— *Ænariarum*, 74.C.75.C
Balneoli *balneum*, 10.A
Balneorum *potus*, 8.D.51.F
—— *Energia*, 47.D.55.A.58.C
—— *verfus*, 54.C
Balneum *S. Anaftafiæ*, 14.C
—— *Arcus*, 28.E
—— *Arculi*, 32.C
—— *Aftruni*, 7.E
—— *Balneoli*, 10.A
—— *Bracculæ*, 45.C
—— *Calaturæ*, 27.E
—— *Cantarelli*, 21.B
—— *Caftilionis*, 76.D
—— *S. Crucis*, 33.A.53.E
—— *Culinæ*, 41.A
—— *Cytharæ*, 78.C
—— *Dimidiæ viæ*, 78.B
—— *Doyani*, 78.E
—— *Fati*, 44.F
—— *Ferri*, 34.D
—— *Fœniculi*, 50.C
—— *Fontanæ*, 22.A
—— *Fontis*, 76.C
—— *Fontis Epifcopi*, 43.E
—— *Foris cryptæ*, 8.C.10.E
—— *Furnelli*, 75.C
—— *S. Georgii*, 38.C
—— *Gibborofi*, 42.F
—— *Gurgitelli*, 77.C
—— *Juncariæ*, 9.B
—— *S. Luciæ*, 31.A.53.E
—— *S. Mariæ*, 32.C
—— *S. Nicolai*, 30.A
—— *Nitrofi*, 80.A
—— *Olei petrolii*, 40.C
Balneum *Orthodonici*, 13.E.53.E
—— *Palumbarii*, 35.E
—— *Petræ*, 11.C
—— *Plagæ Rom.* 10.A.79.C
—— *Prati*, 23.B
—— *Pugilli*, 39.D
—— *Ranerii*, 29.C.30.D
—— *Saxorum*, 80.C
—— *Salvianæ*, 36.E
—— *Scrophæ*, 30.D.53.E.77.B
—— *Solis & Lunæ*, 41.D
—— *Speluncæ*, 46.B.53.D.77.B
—— *Subveni homini*, 12.B
—— *Sulphureæ aquæ*, 19.E.53.D
—— *Subcellarii*, 33.D
—— *Succellarii*, 79.B
—— *Sudatorium Bullæ*, 6.E
—— *Sudatorium Cocti*, 78.A
—— *Sudatorium S. Germani*, 3.B
—— *Sudatorium Trituli*, 49.D 53.E
—— *Tripergulæ*, feu *Veteris*, 26.B
—— *Trituli*, 47.C
—— *Vimitellæ*, 78.E
Baptifmus *parvulorum & Catechumenorum*, 35.D
Bartholomæus Perdix *Genuenfis*, 74.A
Baffus, 2.A
Bauli, 57.F
Beroaldus, 16.D
Bethfaida, 49.B
Bilis, 40.C
Bitumen, 20.D.21.E.37.D
Blacia, 67.A
Blofius, 66.F
Boarium, 58.A
Bononienfes, 24.D
Brachia, 23.C.38.D
Braculæ *Balneum*, 45.C
Branchaleo, 51.D
Branchus, 7.F
Brafavolus, 52.E
Bretola, 45.D
Bulla *Sudatoria*, 6.F

C.

Caballus, 49.E
Cæfar. 61.B
Calaturæ *Balneum*, 27.E
Caligo, 45.F
Caligula, 18.E
Calliröe, 51.F
S. Calogerus, 48.F
Calphurnius, 17.A
Campana, 64.D
Campanorum *gloria*, 54.D
Campi *Phlegræi*, 20.C
Cantarelli Balneum, 21.B
Capilli, 22.B.33.E.76.C.79.B
Capitolium, 68.F.69.A
Capuani, 64.D
Caput, 7.A.10.B.11.D.20.A.23.C.31.B.32.D.34.E.35.E.39.D.45.D.47.E.50.A.77.E
Cardiaca, 37.A
Carolus VIII. 6.B
Cafa *Coma*, 77.B
Cafpiæ, 51.D
Caffius, 15.B
Caftilionis *Balneum*, 76.D
Cafus *raro fit*, 25.B
—— *quidam*, 5.C.38.F.40.A.64.A.77.C.78.A
Catharrus, 10.D.41.B
Celte, 6.B.49.B.50.B
Celtis, 6.B
Celer. 63.C
Centum *Cameræ*, 17.E
Cephalalgia, 75.C.78.B
Cerebri *cellæ*. 34.E.35.B
Cerebrum, 7.E.34.E
Ceruffa, 16.F
Chiragra, 77.E
Chirius *Fortunatus*, 16.D
Chrifti *paffionis infignia*, 33.B
Chriftus, 69.B.70.A
Ciceronis *villa*, 22.E
Cimmerii, 68.C
Cleobolus, 67.C
Coccejus, 2.A
Coecitas, 10.B.31.B
Collyrium, 35.C
Comitia, 28.B
Conceptus, 37.A
Concoctio, 76.E
Confumpti, 10.B.14.A.28.E.30.B.39.E.76.C.77.C
Cor. 11.D.26.D.27.E.35.F.36.C.40.C.76.E.78.F.79.C
Corinnus *poëta*, 67.E
Cornelius Sylla, 69.A
Corporis *exhilaratio*, 33.F
—— *gratia, feu allevatio*, 3.C.10.E.23.C.26.D.28.F.29.A.50.A
—— *impinguatio*, 9.C
Corpus *aquaticum, feu phlegmaticum*, 7.F
Coryza, 8.A
Coxendix, 38.D
Crambe, 32.F.64.C
Crapula, 28.D
Cremate, 73.B.76.B
Creta *infula*, 63.A
S. Crucis *Balneum*, 33.A.53.E
Crypta, 1.B.49.E.56.B.C.60.E
Culinæ *Balneum*, 41.A
Cumachum, 66.F
Cumæ, 50.A.63.A.64.F.66.F
Cumani, 64.D
Cumanum, 66.F
Cupreffus, 53.C
Cur, 17.B
Curiofi, 6.D
Cutis, 3.D.8.D.9.C.E.21.D.29.C
Cynocrambe, 64.C
Cytharæ *Balneum*, 78.C

D.

Dædalus, 63.A
Dæmones, 48.F
Darius, 18.F.52.F
Debiles, 10.B.12.C.26.F.30.B.33.A.39.E.76.E
Dejuncura, 9.C
Democedes *Medicus*, 52.F
Dentes, 7.F.33.E.77.D
Deus *malorum vindex*, 48.D
—— *omnia fcit.* ibid.
Diacydonites, 75.C

Di-

Diæta, 36.E
Diana, 24.B
Diaphragma, 46.F
Dicearchia, 16.B
Dido, 62.F
Dimidiæ *Viæ Balneum*, 78.B
Dina, 6.E
Diogenes, 20.E. 22.C. 67.D
Dioſpolis, 39.B
Dolor. 10.B. 11.D. 12. C. 20. A. 26.D. 31.B. 34. E. 38.D. 39.D. 41.E. 43. A. E. 45.D. 78.B.E
—— *Colicus*, 43.C
Domitiana *Balnea*, 58.D
Doyani *Balneum*, 78.E
Draco, 6.A
Dura, 22.B

E.

Elephantiaſis, 30.A
Eliſabeth, 37.E
Elpenor, 55.A
Ephata, 35.D
Epiſcopare, 44.C
Epiſcopus, 5.A.13.F.44.C
Euboici, 54.D.64.F
Euſtaſius de Matera, 10.B. & alibi.
Exhalatio, 25.E
Euripides, 80.D

F.

Fabius Pulverinus *Epiſcopus Iſclæ*, 74.C
Fabritius Maramaldus *eques Neapolitanus*, 40.A
Facies, 27.E.33.E.40.C.79.B
Fati *Balneum*, 44.F
Fatum, 45.A
Fauces, 7.F.45.D
Febris, 8. D. 10.B. 14. A. 20. A.21.C. 39.E.45.C
—— *Continua*, 10.B
—— *Ephemera*, 14. A. 45.D
—— *Hectica & erratica*, 9.C. 14. A.45.D
—— *Intermittens*, 9.D.45.D. 79.B
—— *Planetica*, 8.D.45.D
—— *Quartana*, 10. B. 33. E. 45.D
—— *Quotidiana vel Amphimerina*, 10.B. 11.B. 33.E.45. D.79.B
—— *Tertiana*, 45. D. 47. C. 79.B
—— *Tepida*, *ſeu typica*, 33.E
Federicus, 54.B
Felix *Epiſcopus Bajanenſis*, 60.B
Ferri *Balneum*, 34.D
—— *Extractio*, 21. C. 41. F. 54.F.76.C
Ferrum, 34.E.35.B
S. Fidelis, 66.E
Fiſtula, 21.B.41.E
Flaccianus, 70.A
Fluvius *ſalis*, 51.D
Fœniculi *Balneum*, 50.C
Fœniculus, 50.D
Fons *olei petronici*, 40.D
—— *de alio fonte*, 51.E
—— *Sabbaticus*, ibid.
Fontanæ *Balneum*, 22.A
Fontis *Balneum*, 76.C
—— *Epiſcopi Balneum*, 43.E
Foris *crypta*, 8.C
Foris *Balneum*, 8.C
Fractio, 21.C.41.F.67.C.78. A.79.C
Fraſcato, 59.C
Frictio, 48.B
Frigida, 79.B
Frigus, 12.F. 20.A.21.C.32. C. 39.E.40.C.53.A
Fritoli, 48.B
Frons, 38.D
Furnelli *Balneum*, 75.C

G.

Gadara, 51.E
Galenus, 46.B.53.A
Gaudium, 9.B.33.F
Gaulus, 64.B
Gaurus *mons*, 24.F.64.E
Γαυρὸς, 64.B
Gaurides *Nymphæ*, 64.B
Geneſat *Stagnum*, 51.A
S. Georgii *Balneum*, 38.C
S. Georgius *martyr*. 39.A
Gerion, 57.D
Germanicus, 63.B
Germanus *Epiſcopus Capuanus*, 3.D
Gibboroſi *Balneum*, 42.F
Gigantes, 15.D.17.C
Gingivæ, 7.E.33.E
Glaſtus, 64.A
Glaucus, 70.D
Gloſſæ *ordinariæ auctor*, 48.C
Gonorrhæa, 10.F
Grues, 59.D
Gualdo, 63.E
Gurgitelli *Balneum*, 77.C
Guttur, 79.C

H.

Hagioparerga, *ſeu Hieroparerga*, 4.A.& alibi.
Haly *fluvius*, 19.A
Hamæ, 26.C
Hemicranium, 35.C
Henricus VI. *Imperator*. 54.B
Hepar *ſeu jecur*, 7. A. 8. D. 9.B. 9.E. 12.C. 28.F. 32.E. 33.A 34.A.45.D.76.C.77.D
Heraclia, 26.A
Hercules, 57.D
Hermus, 65.C
Herodianus, 16.E
Herpes, 46.C
Heſiodus, 67.F
Hippocrates, 52.F.67.F
Hippolochus, 70.E
Homerus, 65.B.66.A
Honorius IV. *Pontifex*, 52. F
Horti *Luculliani*, 59.C
Humiditas, 20.B
Humores, 3. C. 20. B. 23. C. 42.F.50.A
Hydrops, 8.E.29.B.33.C.39. D.46.F.47.E.50.B
Hypochondria, 33.A
ὑποχόνδριον, 47.A
Hyſtericæ, 80.A.B

I.

S. Jacobus *Apoſtolus*, 48.F
S. Januarius *Epiſcopus & Patronus Neapolit.* 21.A
Icarus, 6.D
Ignitum *corpus*, 14.D
Ilia, 3.C.42.F.78.E
Impetigo, 29.F.30.D.40.C
Imperatorum *Balneum*, 41.F
Inarime, 74.B.D.
Induciæ, 13.A
Infantum *ſopor*. 22.B
Infernus, 53.B
Inguen. 7.A
Interiora, 11.D
Invidia *medicorum Salernitanorum*, 48.C
S. Joannes, 48.F
Jo. Antonius *Piſanus*, 46.D
Jordanis, 20.C.51.F
Iſchiadici, 77.B
Iſcles *conflagratio*, 73.A.76.A.B
Iſtria, 20.C
Ithaca, 5 F
S. Juliana, 66.E
Julii *portus*, 56.E
Juncariæ *Balneum*, 9.B
Juncturæ, 31.B. 33. A. 43.E. 77.E
Juno, 70.D
Jupiter *Pauſylipus*, 1.D
—— *Triphylius*, 49.B

K.

Καρδιωγμὸς, 36.B

L.

Labrum, 33.E
Labyrinthus, 17.E. 18.D. 63.A.&D.
Lac. 22.A.78.D
Lacerti, 23.E
Lacryma, 20.A. 29. E. 78.B. 79.D
Lacus *quidam*, 3. C. 51.F. 62. B.C.D
Languidi, 3.C.14.D
Lapis, *ſeu calculus*, 11. D.38. D.42.F.75.C.77.C.78.E
Lariſſa, 65.E
Latus, 21.E.33.B
Lavacra *Communia*, 51.C
Lavacrum, 23.D
Lentigo, 33.E
Lepra, 29.C. 30.A. D. 40.C. 46.C.76.E.78.F
Leucogei *colles*, 20.C
Libanus, 13.D
Liberum *arbitrium*, 45.B
Libri *Sibyllini*, 68.E.69.D
Lien *ſeu Splen*. 7.A. 12. C. 28. F.33.E. 39.D. 45.D.75.C. 78.A.F
Lotus, 10.C.D
S. Lucia *Virgo*, 31.B
S. Luciæ *Balneum*, 31.A
Lucrinus, 57.B.62.B
Lucrinenſes, 62.D
Lucullianum, 35.B
Lucullus, 2.A.58.F
Ludi, 17.D.18.C
Luna, 42.C

M.

Macedonia, 80.C
Magneſiæ *aquæ*, 8.E
Malum *Punicum*, 53.B
Manue *mater Sampſonis*, 37.E
Manus, 33.B.38.D
S. Maria *Orthonis*, 32.D
Maria *Puteolana*, 16.C
S. Mariæ *Balneum*, 32.C
Marius, 55.D
Mare *mortuum*, 50.C.F.55.B. E.56.E
Marmora *Puteolana*, 16.E
Maſſici *montes*, 6.A

Mattheus *de Plantimone*, 10.F. 49.A
Matrix, 43.C
Matronæ *Puteolanæ*, 22.B
—— *Pithecusæ*, 77.D
Medici *& Poëtæ*, 4.D
Meldulæ *Balneum*, 51.E
Melesigenes, 65.B
Melia *Balnea*, 51.B
Membra, 20. A. 28. F. 39. E. 40.C
Membrorum *pigrities*, 7.F
—— *onus*, 26.D.43.A
—— *confortatio*, 10.B.12.C
—— *desiccatio a febribus*, 8.D
—— *exhilaratio*, 44.F
Menghus *Faventinus*, 7.C
Mens, 9.B.26.D.27.E
Menstrua, 36.F.41.E
Mercurii *templum*, 49.C
Messana, 19.D
Midas, 65.E.67.B
Milesiæ *virgines*, 5.E
Minos, 70.E
Miracula *aquarum*, 51.D.E
Misenus *Mons*, 50.C.53.F.54. F.55.C.58.C.E.59.E.64.D
—— *Episcopus*, 55.D.66.F
Mitylenea *aqua*, 8.E
Monasterium *S. Severini*, 4.E. 55.D
Mons *Christi*, 26.D
—— *Dragonis*, 6.A
—— *Gemmariarum*, 48.F
—— *novus*, 25.A
Morphæa, 27.E 40.C.76.E
Muliebria, 36.F.43.A
Mulier, 9.E.18.C.36.F
Musæ, 66.C
Musculi, 23.C
Myrtatum, 52.D
Myrteta, 52.A.D.53.A
Myrtus, 53.B

N.

Natura, 25.B.63.C
Nausea, 14.A.22.B.44.F
Neapolis, 24.D.31.F.49.A. 55.D.64.B
Neapolitani, 10.B
Nephritis, 77.B.80.A
Nero, 15.F.58.B.61.C.62. D.63.B
Nervi, 20.A.33.A.41.A.78.B
Nesis, 10.E
S. Nicolai *Balneum*, 30.A
Nicolaus, 30.C
S. Nicolaus V. 24.D
Nitrosi *Balneum*, 80.A
Nizola *domus*, 78.A
Novæ *voces*, 44.C
Novus *murus*, 65.C.67.B

O.

Octavius *Augustus*, 50.F.52. B.55.B.62.B
Octo, 43.B
Oculi, 7.E.9.B.10.B.11.D. 12.A.31.B.32.C.34.E.35. E.41.A.45.D.50.C.77.E. 79.C
Olei *Petrolii Balneum*, 40.C
Oliba, 13.D
Olibanus, 13.C.D
Ophthalmia, 23.C.32.C.50. C.78.F
Ὀρέξις, 45.E.77.E
Oribasius, 53.D
Orthodonici *Balneum*, 13.E. 53.E
Ossa, 21.C.41.E.76.C
Ostia *Tiberina*, 62.D

P.

Palepolis, 1.C
Palæstina *Syriæ*, 55.E
Palici, 20.C
Palma, 69.C
Palpitatio, 78.F
Palumbarii *Balneum*, 35.E
Palus *Sulphurea*, 20.C
—— *Acherusia*, 62.A
Pannosus, 35.D
Πάρεργα, 4.B
Parthenopensis, 11.C
Paulus *Apostolus*, 18.A
Pauperes, 30.B.65.D
Pausylipus, 1.A
Pectus, 7.F.8.D.9.C.12.F. 79.C
Pentapolis, 55.F
Pergula, 24.B
Persis, 39.B
Pes, 26.D.33.B.38.D.41.A
Petræ *Balneum*, 11.C
Phaëton, 6.D
Phalernum, 2.B.8.C.50.E. 53.F
Pharus, 56.E
Philippus *Ingrassias*, 2.A.28.D
—— *alius Medicus*, 51.C
Philosophi, 69.D
Philostratus, 61.F
Phlegma, 7.A.20.B.29.C.30. D.33.A.40.C.41.A.50.A. 78.B.80.B
Φρενὲς, 46.F
Phrenitis, 78.D
Phthisis, 14.A.27.E
Pili *in urina*, 42.F
Pisces, 59.D.62.B.71.A
Piscina *probatica*, 49.B
—— *mirabilis*, 58.C.E
Piso, 61.C
Pithecusæ, 73.E.74.B
Plagæ, 21.F
—— *Romanæ Balneum*, 10.A 79.C
Plato, 67.F.69.B
Plinius, 6.E.55.C
Plutonis *os*, 5.F
Podagra, 3.E.12.C.21.E.30. D.33.B.38.D.41.F.43.E. 44.F.46.B.47.E.50.A.75. C.77.B.80.C
Podex *sive anus*, 39.D
Polium, 45.E
Pompeji, 24.D
Pompejus, 59.A.61.B
Pomponius *Lætus*, 17.B
Pomum *Sodomæum*, 56.A
Pons *in mari factus*, 18.F
Pontinæ *paludes*, 63.C
Populus *arbor*, 65.D
Porrecta, 32.D
Postripus, 51.A.54.E
Præcordia, 47.A
Præfatio *S. Georgii*, 39.B
Prati *Balneum*, 23.B
S. Prochorus *Episcopus*, 16.C
S. Proculus, 15.C.17.A
Pruritus, 80.B
Psammetichus *Rex*, 63.D
Psora, 30.A
Pugilli *Balneum*, 39.D
Pugillus, 39.D
Pulmo, 7.F.8.D.12.C.27.E. 33.E.76.C
Pulvis *Puteolanus*, 16.E.17.F
Pustulæ, 29.E
Puteo, 30.A
Puteoli, 15.A.F.48.C
Puteus *salis*, 51.E
Putredo *corporis*, 29.C

Q.

Quinquatria, 58.B
Quinqueremes, 63.B
Q. Calaber. 67.E

R.

Rachel. 37.E
Ramus *aureus*, 70.D
Ranerii *Balneum*, 29.C.30.D
Raucedo, 45.D
Renes, 36.D
Rheuma, 7.E.20.B.21.C.23. F.32.C.46.B.47.E.50.A. 80.A
Rigor, 20.A.78.B
Rivus *ignis*, 24.D
Robertus *Rex*, 2.B
Roma, 15.B.18.C.59.F.69.F
Romani, 17.E.18.E.24.C
Romanus *eques*, 62.E
Rusticorum *Balneum*, 42.C

S.

Sacellum *quoddam*, 65.A
Sacer *lucus*, 26.B
Sacrificium *altaris pro mortuis*, 4.B
Salgama, 30.F
Salmaria, 37.C
Salernitani *Medici*, 47.C.48.C
Sanctorum *Balnea*, 4.C
Sanguinis *fluxus*, 21.C.41.E. 42.D
Sani, 41.A
Sannazarius *ex partu virginis*, 70.C
Sara, 37.E
Saxorum *Balneum*, 80.C
Saxum ἄορνον, 5.F
Scabies, 3.D.12.A.20.A.29. C.30.D.33.E.76.E.79.B
Scapulæ, 23.C
Sciacca, 48.F
Scholiastæ *excusatio*, 71.A
Scotodinos, 50.B
Scribonii *fratres*, 15.B
Scrophæ *Balneum*, 30.D.53. E.77.B
—— *seu Speluncæ Balneum*, 46. B.53.D.77.B
Seculorum *divisio*, 69.A
Seol. 53.B
Septum *transversum*, 47.A
Seripandus *Cardinalis*, 54.A
Serpentes, 7.B
Serpigo, 40.D
Servius, 57.E
Servilius, 60.D
Severus, 63.C
Sibylla, 33.D.34.D.65.B.67. A.68.D.69.F.70.D
—— *Cumana*, 68.E.69.D
—— *Delphica*, 68.D
—— *Erithrea*, 68.D.69.F
Sicilia, 69.A

Sicubi, 14.B
Silius *Italicus*, 3.A
Similitudo *causa erroris*, 22.C
Sinigalla, 77.E
Sisyphus, 70.E
Smyrna, 65.B.67.E
Socrates, 67.F
Sodomæum *sal.* 55.E
Sol, 41.F.42.C
Solis *aqua*, 51.E
— *fons*, 51.E
— *& lunæ Balneum*, 41.D
Solon, 65.A
Somnus, 32.D
Sosius, 16.D.55.D
Spartiani, 18.E
Spasmus, 78.D
Spectaculum, 18.C
Spelunca *villa*, 46.C
Speluncæ *duæ*, 60.E
— *Balneum*, 46.B.53.D.77.B
Sperma, 78.D
Spinellus, 52.F
Spina, 7.B
Spinus, 6.F
Stabiæ, 24.D
Sterilitas, 20.A.37.A.77.C.78.D
Stomachus, 7.F.8.D.9.B.10.A.12.C.14.A.20.A.26.D.27.E.28.F.30.B.32.C.35.F.40.D.44.F.46.B.47.E.50.A.75.C.76.E.77.D.78.B.E
Subcellarii *Balneum*, 33.D
Subveni *homini Balneum*, 12.B
Succellarii *Balneum*, 79.B
Sudor 48.B.49.D
Sudatoria *varia*, 50.A
Sudatorium *Bullæ*, 6.E.50.A
— *Cocti*, 50.B.78.A
— *S.Germani*, 3.B.50.A
— *Trituli*, 49.D.53.E
Suffragia *mortuorum*, 4.A
Suffusio, 10.D.11.F
Supercilium, 34.E
Suspiria, 9.B
Surrentum, 24.D
Sylva *Gallinaria*, 66.F
Sylvia *Dea*, 37.C
Sylvianæ *Balneum*, 36.E
Symmachus *Pontifex*, 3.F
Symptomata, 14.D.26.D.46.B
Synodus *Romana*, 58.E
— *Avernensis*, 61.E

T.

Tarquinius, 68.E
Taxus, 53.C
Tempus, 12.E.48.B
Templorum *reverentia*, 47.B
Templum *Apollinis*, 65.A.67.A
Tenesmus, 78.E.79.B
Terræ *motus*, 25.B
Thadæus, 52.E
Thales, 19.A
Theatrum, 17.D
Theodoritus *Episcopus*, 51.B
Theod. *Q. Gazæ laus*, 6.C
S.Theodorus *Martyr.* 39.B
Thrasyllus, 19.C
Tiberius, 19.C.59.B
Tibiæ, 78.A.79.C
Tichio, 65.C
Titus *Imperator*, 26.A
Tormina, 23.C
Tortura, ibid.
Trachonaria *crypta*, 56.B
Tracon, 56.C
Traconitis, 56.D
Trifolinus, 49.A
Tripergula, 23.C.26.B.34.D.36.F.43.E.61.D
Tripergulæ *seu Veteris Balneum*, 26.B
Triphilius *Episcopus*, 49.B
Tripolium, 45.E
Tripta, 8.D
Tritæus, 11.B
Trituli, 29.C
— *Balneum*, ibid.
Tullii *laurea*, 23.A
Tumor, 28.D.33.A
Turcarum *mos*, 51.C
Turris *Pharos*, 56.D
Tusculum, 59.C
Tussis, 7.F.8.D.27.E.33.E.46.B.77.B.79.C
Typhon *specus*, 6.A
Typus, 34.C

V.

Vacculum, 57.D
Vacia, 60.D
Vacuna, 46.A
Vapor, 25.C
Venerea, 9.E
Venter *seu Ventriculus*, 8.E.12.C.28.F.30.D.33.A.39.D.78.A
Ventriculi *os*, 36.B
Ventris *lubricitas*, 22.B.77.A.B
Vergilius, 1.B.2.B.48.C.63.D.70.B
Vesevus, 25.F
Vesica, 11.F.22.B.33.E.42.F.75.C
Via *Herculana*, 58.A
Vigilia, 32.C
Villæ *variæ*, 59.C.60.D.61.B.63.B
Vimitellæ *Balneum*, 78.E
Vinum, 18.B.E
— *Gauriacum*, 64.B
— *Trifilinum*, 49.A
Virium *auctio*, 14.B.30.B
Viscera, 23.C
Visus, 20.A.21.C.41.A.50.D.76.E.78.B
Vitiligo, 28.C
Ulcera, 3.D.21.D.23.C.41.E.50.D
Ulysses, 55.A.59.E
Volumbræ, 16.F
Vomitus, 20.A.78.B
Vox, 7.F.12.C
Urina, 11.D.33.E.35.E.38.D.42.F
Utero *gerentes*, 21.C.78.A
Uterus, 7.A.36.F.43.A
Vulnus, 22.B.38.F
Uvula, 7.F

X.

Xanxaridis *Balneum*, 51.B
Xerxes, 19.B

Z.

Zeuxippi *thermæ*, 58.E

FINIS.



ANTONII FERRI,
Ex Urbe Bitetti,

APPARATUS STATUARUM
NOVISSIME IN DESTRUCTIS
CUMIS
INVENTARUM.

Accedunt

Commentarii ejusdem & Dissertationes super easdem, ut & Descriptio ipsius Templi, in quo Statuæ hæ quondam erant collocatæ.

Opus dignum simul admiratione propter Antiquitatem suam, atque curiositate sua gratum ingeniis peregrinis.

Ex Italico Latine *vertit, Præfationem Indicesque adjecit*

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.



LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa,
Bibliopolæ, Civitatis atque Academiæ Typographi.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS
L. S.

Non ita penitus omnia vetuſtatis miracula edax abolevit tempus, quin ramenta quædam priſci illius ævi hic illic ſparſim inveniantur; ſicut enim immani confracto Coloſſo, per varia agrorum ſpatia pes, manus, digitus, vel quid ſimile legi paſſim & cerni ſolet; ita mirabilium venerandæ Antiquitatis operum priſcæque ac ſtupendæ illius artis *Phidiacæ* manuſque *Praxitelis* veſtigium, una aut altera ſtatua, agris effodi terræque viſceribus erui interdum ſolet.

Rarius illud contingit, ut numeroſus excellentium Statuarum conſpectus una cum ipſo Pantheo ſuo oculis mortalium, poſt multa ſecula, poſtliminio quaſi ſeſe efferat. Ut adeo non ſine accurata contemplatione cenſeam præteriri debere Detectionem hanc, circa initium ſeculi XVI. *Cumis* factam. Bene quod ſervavit eam nobis (utinam & delineationes æri inciſas, quo & oculos paſceremus, addidiſſet) Dominus *Antonius Ferrus*, cujus libellus editus fuit cum Superiorum licentia *Neapoli*, anno MDCVI. apud *Tarquinium Longum*, ad inſtantiam *Bartholomæi Carampelli*. Præfationes ibi vel Dedicationes nullas additas vidi, aliàs & hic vidiſſes. Indicem, qui deerat, addidimus, & numeros, ut ſolemus, paginarum Veteris Editionis, in margine. Vale.



E L E N C H U S
C A P I T U M.

CAP. I. *Statuarum origo & inventio.* Pag. 1
—— II. *Templum & Locus ubi Statuæ repertæ.* 6
—— III. *De prima Statua, quæ* Jovis *creditur.* 6
—— IV. *De secunda Statua, quæ creditur* Apollinis. 12
—— V. *De tertia Statua, quæ* Castoris *creditur.* 16
—— VI. *De quarta Statua, quæ* Herculis *cognoscitur.* 19
—— VII. *De quinta Statua,* Neptuni *credita.* 22
—— VIII. *De sexta Statua,* Mercurio *adjudicata.* 24
—— IX. *De Septima Statua, quæ creditur* Saturni. 28
CAP. X. *De Octava Statua, Deæ* Vestæ *judicata.* Pag. 32
—— XI. *Nona Statua, quæ* Veneris *censetur.* 36
—— XII. *Decima Statua, ut videtur,* Julii Cæsaris. 42
—— XIII. *Undecima Statua,* Othonis, *ut creditur.* 45
—— XIV. *Duodecima Statua, Magistratus cujusdam credita.* 47
—— XV. *Decimatertia Statua,* Agrippinæ, *matris* Neronis, *credita.* 48
—— XVI. *De Numismate, seu Clypeo, ut creditur,* Tiberii; *estque imago* XIV. 53
—— XVII. *De altero Clypeo, seu Numismate, aut imagine, atque ultima, quæ putatur* Caligulæ *esse.* 55



ANTO-



ANTONII FERRI
ex Urbe Bitetti,

APPARATUS STATUARUM CUMIS INVENTARUM.

CAP. I.
Statuarum origo & inventio.

Inter res notatu dignas, quas memorabilis Antiquitas se conservandi studio in tractu *Puteolano*, magis quam alibi, posteritati nostræ reservavit, & quibus insuper a multis retro seculis frui nobis fuit concessum, variæ diversorum Deorum statuæ recensentur, quæ a Majoribus nostris superstitioni deditis, istis temporibus in honore habebantur; præterea etiam multorum Principum *Romanorum* & virorum illustrium; non ita diu, sub terra inter reliquias urbis *Cumanæ* casu quodam repertæ. Quæ, uti sane ob antiquitatem & temporis diuturnitatem, ita tanto magis propter raram artificiosamque formam & decentem proportionem in illis conspicuam, magna admiratione dignæ videntur. Si quis enim illas attente contempletur & consideret, in admirationem rapietur, atque tandem earum desiderio etiam capietur, ut quibus nil nisi solummodo vita desit. Hinc & ipse motus, multum proposito meo inservire judicavi, si præsens de Antiquitate *Puteolorum* opus ad instar magnifici & eleganter dispositi Palatii perfectionem suam acquirat, prædictis statuis vobis ibidem quasi erectis, iisque ipsis sigillatim descriptis tali modo, uti *Cuma* destructa, gloriæ *Romanæ* mater fœcunda, eas nobis quasi peperit; licet partim vastatas, mancas, adesas, & membris deficientibus: certus & persuasus, tales defectus, quemadmodum mihi & aliis curiosis, qui nostris eas conspeximus oculis, non abstulerunt rationem, causamque admirationis, sic nobilioribus animis & novarum rerum cognoscendarum avidis, voluntatem & desiderium sæpissime hæc legendi & simul admirandi non fore adempturos. Quod si vetusta sub terris requies earum lapideam substantiam quodammodo arroserit & vastaverit: eo ipso, admirationis respectu, reddentur integræ & æquabiles, quin & omni admiratione majores.

Antequam vero statuarum descriptionem aggrediar, quum multæ in multorum memoriam & honorem reperiantur fabricatæ; non abs re erit, si ad primariam Deorum cognitionem adscendamus, & simul ob oculos ponamus, quomodo in Urbe *Roma*, jam ab initio, Religio, falsa licet & vana, fuerit introducta, postea vero

A a *Numa Pompilio*, Rege secundo, Deorum cultus fuerit adauctus: Hic enim primus in honorem *Jani* erexit templum, idque eo loco, qui dicitur *Argiletum*. Ita ut progressu temporis ritus superstitiosus apud posteros tantum acceperit incrementum, ut nullus populus, nulla gens apud Antiquos fuerit reperta, Diis tali metu & veneratione serviens; quam populus *Romanus*; quemadmodum ex multis locis apud *Livium* patet, & a *Valerio Maximo* initio Historiarum suarum, in peculiari narratione de Religione demonstratur. Nec iste populus unico tantum Deo fuit contentus: Sed diversis simul multisque Numinibus magna ambitione, & æmulatione B servivit: quibus pretiosa & splendida templa, Altaria, Colossos, & simulacra, non solum in Urbe *Roma*, sed & ubicunque *Romanum* Nomen & potestas percrebuerat, erigebat. Unde etiam legimus *Romanorum* Deum, *Jovem*, ab ipsis mox appellatum *Statorem*, *Feretrium*, *Elicium*, *Trofonem*; aliquando *Latialem*, *Vicilineum*, *Dodoneum*, additis variis & diversis Epithetis, prout variæ & diversæ erant opitulationes eorum & favores, quæ in variis & diversis casibus recipi ab illis posse, frustra sperabant. Fuit insuper eorum Deus *Mars*, ex quo etiam originem C traxisse dicuntur: præterea *Pavor*, *Terminus*, *Silvanus*, *Castor*, *Neptunus*, *Mercurius*, *Janus*, *Hercules*, *Quirinus*, *Æsculapius*, *Genius*, *Vulcanus*, *Summanus*, *Liber*, *Faunus*; *Dii Lares*, *Novensiles*, *Indigetes*, *Infernales*, & *Penates*; de quibus, ut & eorum sacrificiis apud *Romanos*, ipse *Livius* variis in locis mentionem facit. Istis non contentus idem populus, sexus fœminini varia Numina venerari in animum inducere potuit; quæ hoc ordine recensere juvat, Dea Mentis *Mnemosyne* appellata, ficta *Musarum* Mater, Dea *Juventa*, Dea *Pallentia*, Dea *Feronia*, Dea *Egeria*, Dea *Fides*, Dea *Tellus*, Dea *Quies*, Dea D *Matuta*, Dea *Pudicitia Patricia*, & *Pudicitia Plebeia*; *Juno Sospes*, *Moneta*, & *Lacinia* sic dicta a *Lacinio* promontorio *Italiæ*, ubi ejus templum: Porro Dea *Bellona*, Dea *Latona*, Dea *Minerva Itonea*, Dea *Venus* dicta *Murcia*, & *Ericina*, ab *Erice* monte Siciliæ, ubi adorabatur, denominata: Dea *Diana Amaryntis*, & *Ephesia*, Dea *Libera*, Dea *Fortuna Primigenia*, Dea *Vesta*, Dea *Luna*, Dea *Ceres*, Dea *Proserpina*, Dea *Vulturna* Thuscorum; & Dea *Norcia*, quæ & alias Dea *Hetruriæ*: dantur & multa alia tum Divotum tum Divarum Numina, quibus recensendis,

ne tædium moveamus, jam supersedemus. In horum omnium honorem exstructa templa tantum fuerunt& altaria, nihilque præterea multis annis ab ædificatione Urbis *Romæ*: Ast post longum temporis intervallum. *Romani* quoque cognitionem artis & fabricæ statuarum acceperunt, quam artem ab *Ægyptiis* primo fuisse inventam narrat *Herodotus*: quorum imitatione ad *Græcos*, & ab istis tandem ad *Romanos* sculpendi hoc artificium fuit translatum. Hinc legimus primas statuas *Romæ* visas fuisse istas, quas *Marcellus*, urbem triumphabundus intrans, eo adduxit, postquam victis & captis *Syracusis*, inde secum abstulerat quicquid elegans & pretiosum ibi reperiebatur, minime curans utrùm Diis dedicatum esset, an privatum. Quo facto quidem admirationem oculis
6 populi *Romani* attulit, sed cum maximo offendiculo conjunctam; prout scriptis suis nobis reliquit *Titus Livius*, & post eum *Plutarchus*: qui simul subjungit eundem *Marcellum* jactare solitum fuisse, se primum statuas in Urbem *Romam* introduxisse. Ast *Tertullianus* scribit *Tarquinium Priscum* fuisse primum, qui simulacra intra mœnia Urbis *Romæ* intulerit, ut Natione *Græcum*, & non parum expertum & versatum in Religione *Hetrusca*. Quæ duæ Nationes multum in statuis fabricandis celebrabantur. Unde idem, *Tertullianus* refert, *Tarquinium* primo tradidisse modum & artem statuarum fabricandarum. Nec desunt qui statuant (quos inter *Suidas*) primum Statuarum inventorem fuisse quendam *Seruchum*, e stirpe *Japhethi*, filii vetusti *Noachi*, prognatum: Eundemque cultum & modum thuris incendendi coram statuis introduxisse, in memoriam multorum a Diis acceptorum beneficiorum, unde deinceps consuetudo illa enatan, & ut cuicunque statuæ imponeretur Nome ejus Dei, in cujus memoriam esset erecta. Quin & homines ambitiosi & Deorum Gloriæ æmuli, audacter in recordationem facinorum suorum fortium & magnanimorum statuas erigere inceperunt. * Quod & fecit Regina *Semiramis*, quæ sibi statuam decem & septem stadiorum longitudinis ex saxo excisam (si credere fas est) fabricari ausa fuit. Narrat insuper *Paulus Castrensis* Jurisconsultus, in secunda Constitutione Imperiali, Tractatu *de Statuis & Imaginibus*, unicuique Imperatori, statim post inchoatum imperium, erectas fuisse statuas in singulis Urbibus Regno suo subjectis. Quod postmodum observatum fuisse dicit in Regibus *Galliæ*, uti nos docet vetus & antiquum Regis in Urbe *Parisiensi* Palatium, ubi ingens Regiorum simulacrorum conspicitur numerus. Sed & alibi similiter, juxta *Lucam de Penna*, Legum interpretem, libro undecimo *Constitutionis Imperialis*, *constitutione tertia, titulo de Spectaculis & Scenicis*: ubi refert in porta urbis *Capuanæ* positam fuisse Statuam *Friderici* Imperatoris, hisce versibus in basi subscriptis.

7 *Cæsaris imperio Regni custodia fio,*
Quia miseros facio, quos variare scio.

Ad pedes ejusdem statuæ utrinque sculptæ erant duorum judicum imagines: ad quorum alterius caput inscriptum hoc exstabat:

Intrent securi, qui quærunt vivere puri.

Ad alterius vero illud:

Infidus excludi timeat, vel carcere trudi.

Cujusmodi consuetudo per secula continuata ad nostra usque devenit tempora: quibus, in memoriam virorum illustrium, in Ecclesiis & templis Statuæ & Colossi eriguntur, (cujus rei unusquisque sibi oculis suis fidus testis esse poterit) idque posteris in signum & memoriam nobilitatis & claritatis generis illorum, secundum *Juvenalem* initio *Satyræ* octavæ, hoc versiculo:

Stemmata quid faciunt?

A Quæ verba *Accursius* noster exponens in Lege *Stemmata*, *de gradibus affinitatis ad Digesta* post *Paulum*, *Sententiarum Primo*, dicit eo nil aliud significari, nisi Generis nobilitatem. Et *Martialis libro V. Epigrammate XXXVI.*

Longumque pulchra stemma repetit a Læda.

Et libro primo, Epigrammate cxx.

Atria Pisonum *stabant cum stemmate toto.*

Sed & *Cicero* in *principio secundæ Orationis*, ubi agit de *lege Agraria*, hæc ad scopum nostrum pertinentia verba profert: *Est hoc in more positum, Quirites, institutoque Majorum, ut ii, qui beneficio vestro imagines familiæ suæ consequuti sunt,*
B *eam primam habeant conditionem, qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude conjungant.* Quin & *Horatius* Sermonum primo, Satyra sexta, hos apponit versus:

——— *& famæ servit ineptus,* 8
Qui stupet in titulis ut & imaginibus.

Propertius etiam libro primo, Elegia quinta in hunc modum canit:

Nec tibi nobilitas poterit succurrere Amanti;
Nescit Amor priscis cedere imaginibus.

Ovidius ad *Pisonem* scribens, dicit

Nam quid imaginibus quid avitis fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroso Consule Fasti
C *Proficerent, si vita labat? perit omnis in illo*
Gentis honor, cujus laus est in origine sola.

Tandem ipse *Cicero* de antiquitate Familiæ per statuas repræsentatæ, *Oratione* contra *Pisonem*, sic infit: *Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nil præter colorem.* Et in quantum veteres sibi hic indulserint, ex multitudine simulacrorum quondam ut & hodie passim repertorum patet. *Plinius* scribit, in civitate *Rhodo* numerum statuarum ad tria millia adscendisse, nec minor statuarum numerus *Athenis*, *Delphis*, & in reliquis *Græciæ* fuit civitatibus. *Romanos* autem
D simulacrorum numero omnes totius universi Orbis Nationes superasse, inde demonstratur & claret, quod vetus ac pervulgatum exinde ubique proverbium sit natum, scilicet in urbe *Roma* etiam reperiri populum Lapideum. Insuper legimus, in *Villa Luculli*, quondam in *Tusculano*, quod hodie dicitur *Frascati*, quod & nunc temporis quoque *Romanorum* summum est oblectamentum, fuisse tantam pulchrarum statuarum copiam, ut multi ex professo illuc sese contulerint, quo admirationi suæ satisfacerent.

Istæ vero statuæ, sive Diis, sive Viris Illustribus fuerint consecratæ, publico loco, ubi erant
E collocatæ, dimovere nemini erat licitum, cujusmodi quid in Sanctorum statuas committere & nobis traditione sanctorum Patrum est prohibitum. Quemadmodum Divus *Gregorius* nona Libri noni epistola *Severo* Episcopo *Massiliensi* scribens declarat, his verbis: *Perlatum est, quod* 9
inconsiderato Zelo succensus Sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregerit: & quidem quia eas adorari vetuisset, omnino laudavimus, fregisse vero reprehendimus: aliud est enim picturam adorare, aliud per picturæ historiam, quid sit adorandum, addiscere. Quia vero veteres,
F cæci idololatræ, contrarium faciebant, marmora & picturas adorantes, imo pro Diis reputantes, illisque thura cremantes; quod nos lumine veræ fidei illuminati minime facimus; ideo præmonet: *Venerabiles imagines Christiani non Deos appellant, neque serviunt eis, ut Diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis exspectant futurum judicium: sed ad memoriam, & recordationem primitivorum venerantur eas, & adorant; sed non serviunt eis cultu divino, nec alicui creaturæ.* Quin & vera fide illuminati imperatores *Theodosius* & *Valentinianus* (*constitutione secunda Codicis, titulo de*

de statuis & imaginibus,) instituerunt, ut in solemnitate statuarum in honorem Imperatoris erectarum, Magistratus & publica loci Potestas ad honorandum principem in propria persona adsint: Non vero ut ejus statuas adorent, aut iis genua inflectant. Eatenus, ut juxta *Venuleum*(libro secundo de *Publicis Judiciis*, lege sexta, Ad Legem *Juliam* Majestatis in Digestis,) pœnam vitæ sancirent in illos, qui quolibet modo vastationem statuis principum intentaverint: quamvis *Chrysostomus* narret, *Constantini* statuas lapidibus fuisse petitas. Insuper ex privilegio speciali & quadam prærogativa statuæ Virorum illustrium fuere habitæ pro Asylo & loco refugii atque salutis maleficorum, qui eo confugiebant, quemadmodum aperte legimus in Textu Civili, Titulo: *De iis qui ad statuas confugiunt.* Ubi Imperatores *Valentinianus*, *Arcadius*, & *Theodosius* jubent, ne ullus attingat nec vi abstrahat tales, qui ad statuas
10 confugiunt. Unde *Plautus* in *Rudente*, scena tertia, Actu tertio, *Trachalionem* inducens ut *Palæstram* & *Ampeliscam* admoneat fuga sibi in tempore consulere, hosce contexit versus. ℣. 26.

Ne, inquam, timete, assidite hic in hac ara
AMPEL. *Isthæc quid ara plus prodesse nobis potest*
Quam signum Veneris in phano hic intus
Quod amplexæ modo? unde abreptæ per vim miseræ?

Nec secus templa & altaria similibus privilegiis fuere donata, unde vulgo Asyla dicta, quorum primum a *Cadmo* in civitate *Thebis* fuit exædificatum; postea vero simile *Romæ* a *Romulo*, *Cadmi* æmulo, uti scriptis nobis tradiderunt *Livius* libro primo; *Dionysius Halicarnasseus* libro secundo, *Juvenalis Satyra* octava circa finem, *Strabo* libro quinto, *Patricius* Tractatu de Regno, libro octavo, Titulo decimo sexto, & Divus *Augustinus* de *Civitate Dei* Cap. XXXIV. De quo Asylo, a *Romulo* exstructo, *Ovidius* III. *Fastorum* canit in hunc modum:

Romulus *ut saxo lucum circumdedit alto.*
Quilibet huc (inquit) confuge, tutus eris.

Sed & *Virgilius* VIII. *Æneid.* 342. inquit:

Hinc lucum ingentem, quem Romulus *acer Asylum.*
Retulit & gelida monstrat sub rupe lupercal.

De cujusmodi Asylo specialem Tractationem instituêre Imperatores *Titulo decimoquinto libri primi Codicis.*

Fuêre etiam statuæ variis & diversis formis & figuris sculptæ, juxta varium statuariorum ingenium, sed & insuper juxta diversitatem sexuum, virtutum, Heroïcorum facinorum, ætatis, statuum & conditionis Deorum; quemadmodum etiam diversi status & consuetudines sunt in vita humana, quæ secundum *Aristotelem*, ut symbolicæ imagines Deorum, a veteribus sunt æstimatæ. Cujusmodi varietatem infra explicabimus, quando de nostris simulacris sigillatim tractabimus. Et quemadmodum veteres diversarum formarum statuas sculpebant, sic etiam ex varia materia easdem fabricabant. Nam & fiebant ex Crystallo, aliquando & ex ligno, auro, argento, ære, tandem ex lapide & mar-
11 more. Unde *Virgilius* in *Georgicis* pastorem *Corydonem* inducit, votum facientem *Dianæ*, quo statuam ex levi & candido marmore ipsi promittit. Ex hac verò nobili materia universum mundum postea addidicisse morem statuarum fabricandarum, ad tale opus exquisitum & longissimæ durationi aptissimum patet: quum interea consuetudinem fabricandi ex ligno, utpote materia abjecta, vili, tineis obnoxia & exiguæ durationis, intermitterent: imo etiam fabrica ex argento, & auro, utpote metallis superflui sumptus, avaritiam simul producentibus, & multo magis in gloriam possessoris quàm honorem

A & venerationem Deorum tendens, in desuetudinem abiit. Et sic videmus *Romanos* adhuc in usu habere, ut statuas ex subtilissimo sculpant marmore. Quod & clarissime ex nostris, ex candido & polito marmore sculptis simulacris patet. Non solum autem statuæ, sed & templa integra a fundamento usque ad culmen e puro marmore erigebantur, cum dedicationibus, & votivis inscriptionibus. Quod & ipsum docet locus iste subterraneus, ubi nostræ statuæ erant abscondi-tæ: quem locum istis temporibus fuisse templum, clarissime patet, & demonstrant antiquæ reliquiæ quæ hodie ibi conspiciuntur.

B

CAP. II.

Templum & Locus ubi Statuæ repertæ.

Istud Templum non procul erat a mœniis *Cumarum*, quatenus judicare possumus ex reliquiis istius urbis, quæ adhuc supersunt, & ex colle viæ *Appiæ* proximo, quæ ab *Arcu Felici* descendit ad planitiem, ubi quondam Urbs *Cumæ* erat, paululum a littore Maris *Tyrrheni* dissita, & quò *Æneas* appulit, non procul a lacu, vulgo *Lacus*
C *mortuus*, aut *Foce di Patria* dictus. De cujus situ 12
& tractu ratiocinantur *Sempronius*, & *Joannes Annius Viterbiensis* Lib. *Chorographiæ & Divisionis Italiæ*.

Totum prædictum templum a basibus & pavimento ex elegantissimo candido marmore fuisse exstructum, adhuc hodie ex dicto pavimento & basibus quasi recenter exædificatis cernitur. Nec Pavimentum solo erat æquum, sed tres orgias sub terra: Nam ex duobus angulis duæ conspiciuntur scalæ, quarum altera non plus quam quatuor gradibus constat: immediate verò post pavimentum detegitur, omnia vero hæc simul ex
D candido sunt marmore. Forma ejus in inferiori parte erat quadrata; quatenus quatuor anguli etiam marmorei distincte ostendunt: eratque columnis, cornicibus, aliisque partibus tam artificiose incisis & exsculptis, ut opus & artificium *Phidiæ* diceres, & cœlaturam quidem, artificium, & opus majoris pretii ipsa materia statueres. Unde istud Templum sane dignum thesauro tam pretiosarum statuarum erat: utpote quæ illud ditabant & supra alia omnia sui temporis Templa gloriosum reddebant. De cujus casu & ruina, ut & omnium aliorum a veteribus Idololatris cultorum, loquutus videtur *Ezechiel* Propheta *Capite* XXVI.
E ubi vaticinatus fuit ita: *Statuæ tuæ nobiles in terram corruent.*

CAP. III.

De prima Statua, quæ Jovis *creditur.*

Est igitur prima statua falsi cujusdam Dei, cujus caput est detectum; coma prolixa & crispa super humeros dispergitur: barba etiam crispa est, sed mediocriter promissa. A sinistra ejusdem statuæ scapula longum & spatiosum dependet pallium, quod paulatim dorsum obtegens, sub
F brachio dextro supra umbilicum transiens, sinistro nititur brachio, unde usque ad terram dependet: sic ut totum corpus ambiat præter scapulam dexteram & totum pectus. Brachio dextero deficitur, sinistrum vero habet, cui solummodo in duobus digitis est defectus, scilicet in indice & medio; & hac manu videtur comprehendere manubrium, quasi clavæ cujusdam deorsum vergentis & pendentis. Reliqua corporis
parte integra est usque ad pedes, qui artificiose 13
omnino & ad vivum sculpti, & calceamentis,

quondam Fratribus, qui *Apostolici* dicebantur, usitatis, calceati sunt.

De quo autem prædicta statua, & in cujus Dei memoriam, ab idololatris *Romanis* ex marmore erecta fuerit, non legitur: Sed necesse est, ut conferam externam ejusdem faciem & speciem cum istis, quæ in similium descriptionibus adnotata inveni, & mihi sic facilius etiam erit, verosimilibus rationibus adductis, isti statuæ verum nomen indere: quod & insuper in reliquis omnibus statuis sequentibus observaturus sum, sicut postea legenti planum fiet.

Dico igitur, primum hoc simulacrum *Jovis* potius esse, quam alterius cujusdam Dei antiqui; Hic etiam omnium Deorum Pater fingebatur, juxta *Homerum* in *Iliade* Lib. I. IV. VIII. XI. I. & XVI. XX. XXII. XXIV. ut & in *Odyssea* Lib. XV. & XVIII. postea sic etiam appellatus ab *Aristotele* Libro I. *Politices* Capite VIII. unde *Virgilius* II. *Æneid.* apposite ita occinit ỹs. 198.

> *Ex quo me Divûm Pater atque Hominum Rex*
> *Fulminis afflavit ventis.*

Quod & prius ipso attigit *Ennius*, sicque insuper ipsum appellavit *Romulus* apud *Livium* libro I. ubi ait: *At tu Pater Deûm Hominumque, hinc saltem arce hostes.* Penes eundem etiam Antiqui credebant curam & gubernationem Universi esse. Hinc ejus simulacro sceptrum in manûs tradebant; cujusmodi sceptrum principatus & potestatis in alios est symbolum: hocce sceptrum non dextræ, sed sinistræ dabatur; ad denotandum, quod quemadmodum in hominis sinistra parte resideat cor, membrum corporis primarium, in quo vis vitalis est quasi radicata, eodem modo mundus ab ipso Deo vitam ac-
14 cipiat, qui more Regis nostram vitam dirigat, ac de ea disponat juxta suum beneplacitum. Cujusmodi sceptrum denotare velle frustum illud, seu ansam istam manui sinistræ nostri simulacri inditam, certissime statuo.

Dixi præterea statuam nostram toto corpore esse palliatam, excepto pectore & partibus superioribus: Quod clarum & indubitatum est symbolum *Jovis*, hoc modo a Veteribus passim depicti: qui ex eo, quod pectus erat nudum, addiscebant, Deum sese retegere spiritibus cœlestibus, & mentibus divinis, utpote sine omni materiæ concretione: per partes vero inferiores coöpertas & pallio velatas, significari credebant Hominem, usquedum in hoc mundo sub corporalibus exuviis detinetur, Deum videre non posse, qualis proprie sit. Cujusmodi axioma apud nos, utpote credentes & fideles, respectu unius nostri & immortalis Dei etiam indubitatum est, juxta *Thomam Aquinatem Quæstione* XII. *Articulo* III. *Part. prior.* Ubi asserit fieri non posse, ut aliquis Deum videat sensu visûs, aut alio quocunque sensu, sive potentia partis sensitivæ: Quippe cum omnis talis potentia sit actus organi corporei, & insuper actus sit proportionatus & adæquatus ei cujus est actus. Unde sequitur nullam istiusmodi potentiam extra res corporeas posse extendi: ast Deus corpore caret, ideo nec sensu nec imaginatione percipi, videri aut palpari potest; sed solo intellectu discerni & cognosci.

Nec extra propositum erit, si dicamus, calceamenta, pedibus nostræ statuæ adaptata, demonstrare istam esse *Jovis*: Etenim hic Deus sæpissime calceatus à veteribus proponitur; sicuti ex consimili statua, a *Phidia* elaborata, disci potest; unde *Pausaniæ* hæc verba, ad confirmandum id, quod diximus, apponere lubuit:

A *Sedet in solio Deus ex auro & ebore factus: corona capiti imposita est ad oleagri nefrondis imaginem: Dextra victoriam & ipsam ex ebore & auro præfert cum tænia & corona: Læva sceptrum tenet affabre expolitum, & omnium metallorum varietate distinctum: quæ Avis sceptro incumbit, Aquila est: Aurei sunt duo calcei: pallium item aureum,* 15
in eo cum diversa animalia, tum ex omnibus florum generibus lilia inprimis cœlata sunt; solium ipsum auro, & pretiosis præfulget lapidibus: neque in eo vel ebenum, vel ebur desideratur: Animalium vero formis intercurrentibus pictura exornatur: signa etiam in eo eminent,
B *victoriæ quatuor saltitantium specie ad singulas sellæ pedes: Duæ itidem ad pedum calcem sunt: in solii puteali supra simulacri caput sunt Gratiæ ex una parte tres, totidem Horæ ex altera.*

Ita in hac mirabili descriptione *Jovis*, Auctoritas pro nobis clara est, hujus Dei pedibus attribui calceamenta istis nostræ statuæ simillima. Narrat *Silius Italicus*, XIII. *Histor. Carthag.* & cum eo *Virgilius*, *Macrobius* in primo *Saturnalium*, *Servius*, & *Joannes Boccacius* in sua *Genealogia*, simulacrum *Jovis* ab *Orpheo* fuisse confectum & fabricatum ad formam & similitudinem Dei *Panis*, qui ad *Sylvanorum* speci-
C em erat cornutus & caprinus, *Homerus* illum depinxit bilancem auream manu gestantem: in qua (ut dicebat) suspendit & ponderavit *Trojanorum* & *Græcorum* fata & res gestas: ut iis bene collatis deprehenderet, quibus ex illis deberetur victoria. *Ægyptii* depingebant *Jovem* sub nomine Creatoris, formâ humanâ, coloris cœrulei, una manu circulum, altera sceptrum tenentem: super cujus capite pennam depingebant, ut denotarent, Creatorem omnibus esse imperverstigabilem, & inventu difficilem. Quemadmodum de Creatore totius Mundi dixit Apostolus, scribens ad *Romanos* capite XI. ubi agens de Præ-
D destinatione sic infit: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt Judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Tandem ex ore ejus (*Jovis*) exire faciebant ovum: quo designabant illum, quoad sceptrum quidem, esse Regem, in cujus manibus potestas esset largiendi vitam cunctis; per circulum & signum sphæricum, creatorem se ipsum percipere, qui in se ipso, quasi in circulo quodam, revolveretur: & 16
per ovum ex ore procedens, significabant exclusionem *Vulcani*: per ovum intelligentes mundum, per *Vulcanum* vero calorem, qui, undiquaque mundum penetrans, omnia vivificat.

E *Virgilius* insuper in suis *Bucolicis*, *Ecloga* III hunc Deum describit, propriis suis coloribus ipsum quasi depingens, ipsique tribuit figuram ipsius mundi: & dicit, caput *Jovis* cum aurea coma esse cœlum, variis splendoribus circumdatum. In hoc capite duo cornua aurea collocat, cujus alterum appellat orientem, alterum occidentem: Oculos dicit esse solem & lunam; pectus aërem; scapulis, quibus duas attribuit permagnas alas, velocitatem Ventorum vult denotari: quoniam Deus in ictu oculi omnia percurrat, sitque omni loco præsens; juxta illum *Tiraquelli* versiculum *Tractatu* de *Privilegiis piæ causæ*,
F *Privilegio* XV. ibique in *principio*:

> Juppiter *est quacumque vides, quacumque moveris.*

Ventrem deinde dicit esse terram mari cinctam: tandem pedes pro infima terræ parte, *Centrum Mundi* dicta, capit. Populi insulæ *Cretæ Jovem* sine auribus depingebant: ut e contrario *Lacedæmonii* illum cum quatuor depingebant auribus: Illis eo denotantibus, quomodo omnes, qui clavum reipublicæ gubernant, à

à partium studio abhorrere debeant; audire omnes aut neminem: His vero significantibus illum, qui regit alios & gubernat, omnes debere audire partes; & subditorum suorum investigare facta: & sic aliquando ipsum etiam cum tribus oculis depingebant, ut fecêre *Græci*, quorum unum collocabant in fronte; per istos tres oculos denotare volentes tria a *Jove* recta & gubernata regna, scilicet Cœlum, Terram (unde *Homerus* ipsum appellat *Jovem inferiorem*, hoc est *de sub cœlo*;) & Mare, unde *Æschylus* illum *Regem Maris* nominat. *Martianus*, *Primo Nuptiarum Philologiæ*, in Descriptione Senatus & Collegii Deorum, *Jovem* describit capite redimito
17 coronâ flammas emittente, super illam resplendens & transparens ponit velum, quod *Minervæ* erat opus: præterea super candidam ejus vestem collocat pallium coloris hyacynthini & nigri, variis stellis in circuitu distinctum, facitque dextra duos comprehendentem mundos, ex auro alterum, alterum ex electro: Calceos pedibus ejus aptatos ornat frondibus subviridibus, quæ cum smaragdis certarent: quales ipsi a magna Matre *Terra* inditos fuisse fingit, quando iste Deus in itinere suo per terras vagaretur: infra juxta pedes exiguam Fuscinam tenere facit, tandemque eum describit supra pallium expansum sedentem, aut pallio manicato, ocellato & contexto ocellis pennarum pavonis, cum variis coloribus & picturis in circuitu, exornatum atque circumvolutum.

Alii *Jovi* erigebant simulacrum fero, crudeli & vindicantis quid adspectu, cum fulgure in ambabus manibus, sagittâ igneâ percutere perfidos, & perjuros, minitantibus: & hæc statua cernebatur apud *Eleos*, populos *Peloponnesi*, in Occidentali parte, non procul a flumine *Alpheo*, & non sine Mysterio. Revera enim perjuri & perfidi Deum & Hominem offendunt, secundùm *Justinianum* Imperatorem *Authentico* de *Nuptiis*, & *Lucam* de *Penna* Legum Doctorem, *lege* XVII. Titulo de *Dignitatibus*, XII. *Constitutionum Imperialium*: Insuper *Græci* sic eum delinearunt, *Jovem Herceum* ipsum appellantes. Sed *Romani* alio ipsum depinxerunt modo, aliudque ipsi indiderunt nomen, namque ipsum appellaverunt *Deum Fidium*, quasi *Deum Fidei*, promissionis, & juramenti: Cujus *Fidii* species & Simulacrum apud *Romanos* erat Marmor quoddam in fenestræ formam adaptatum, aut undique quadratum, aut superne fornicatum: in eo sculptæ erant tres imagines; quarum imaginum dextra faciem hominis præ se ferebat habitus pacifici; cujus lateri inscriptum *Honor*: Sinistra imago similitudinem gerebat matronæ, similis habitus, cujus caput corona laurea cinctum erat & redimitum, hæc dextram cum prima imagine jungebat; ad ejus latus legebatur *Veritas*: in medio harum, inferius, positus erat venustus & parvulus puerulus, super cujus capite erant
18 hæc verba, *Fidii simulacrum*: & hujus *Fidii* mentionem faciunt *Joannes Annius* super *Antiquitates Berosi* in *Narratione* de quarto *Assyriorum* Rege, & in *Divisione Italiæ*.

Alexander ab *Alexandro*, *Neapolitanus*, *Jovem* depingit formâ puerili, capite coronato, sagittas manu gerentem, cum capra ad latus, ad denotandum & significandum ipsum esse promtum; ut noceat facinorosis: Alii ipsum depinxerunt cum *Bacchi* symbolis, quemadmodum fecit *Polycletus*: qui juxta *Pausaniam* in *Arcadicis* illum depinxit cum cothurnis, & alteri manui imposuit calicem, alteri thyrsum, hoc est virgam pampinis cinctam & circumdatam; in cujus summitate erat Aquila, adspectu juvenili adinstar *Bacchi*; cui simulacro simile erat illud, in

A *Terracina*: quod ab isto populo appellabatur *Axuris*, hoc est, non *indigus novarum rerum*; quippe quum esset juvenis, ipsissima semper illi erat novitas & vigor. Alii simulacrum *Jovis* sculpebant, adjunctâ Ægide, hoc est cum pelle caprina super brachium sinistrum, ejus scilicet capræ, a qua fuerat lactatus & nutritus in insula *Creta*: qua pelle excussa dicebant progigni pluvias: quod & declarat *Servius* in illos Lib. VIII. *Virg.* versiculos, ubi dicit ℣. 352:

—— —— Arcades ipsum
Credunt se vidisse Jovem, cum sæpe nigrantem
B *Ægida concuteret dextrâ, nimbosque cieret.*

Cariæ populi simulacrum *Jovis* sculpserunt sine fulmine, & sine reliquis armis antea memoratis, insuper etiam sine sceptro; sed cum securi in dextra, uti tale simulacrum fabricavit *Gyges*; Rex *Cariæ*, a quo & appellatus fuit *Jupiter Labradeus*, a securi, quæ Lingua *Lydia* dicebatur *Labren*: Postea isti simulacro, juxta *Ælianum*, additus fuit ensis lateralis, cujusmodi ensis appellabatur *Carius*, sic dictus a *Care*, quem instituisse ferunt ferrea primi belli instrumenta, primo pugnam iniisse salarii & mercedis gratia; fuisse etiam primum, qui pennas in galea gestave-
C rit; legitur *Ctesilochus*, discipulus *Apellis*, penicillo 19
depinxisse *Jovem* parturientem *Bacchum*: Unde *Plinius* Libro XXXV. narrat, ipsum depinxisse forma juvenili, ornatum zona, hoc est, redimitum more matronarum partui prima vice propinquarum: post quem partum ex voto istam zonam *Dianæ* consecrare solebant; & narrat, addidisse planctus & lacrymas more mulierum, jam inter Deos obstetrices positum. Fabulam plenissimè narrat *Ovidius* in *Metamorphosi*.

Ægyptii, ubi depingere volebant *Jovem*, sceptrum illi adjungebant, in cujus extremitate oculum simulacro solis seu *Apollinis* similem ponebant: Significare eo intendentes, oportere, ut Ma-
D gistratus, uti in alios potestatem per sceptrum designatam obtinet; tali modo etiam ipsemet semper in suo regimine & justitiæ administratione sit vigilans, juxta *Platonem Dialogo* VII. ubi de legibus agit; & dicit: *Exsurgant, & Magistratus publicum aliquid curent: Magistratus enim nocte in urbibus vigilantes, malis hominibus, tum hostibus, tum civibus terrori sunt.* Quod & post ipsum statuit *Petrus Fullerius* de *Sancto Severino*, Legum Doctor, de *Legibus*, in sua *Marcellina*, *parte prima Ethicorum* suorum.

Suidas narrat, *Jovem* ab aliis ipsa sceptri forma fuisse sculptum: in cujus cacumine avem,
E Ibin dictam, ciconiæ consimilem, collocabant, infernè vero Hippopotamum: quibus indicabant, Magistratum erga Bonos esse debere Justum, & Misericordem; sed severum vindicem contra illos, qui viribus suis sisi pauperes opprimere conantur: quemadmodum *Justinianus* Imperator *Triboniano* Quæstori, *Novella* XVII, Titulo de *Mandatis Principum*, injungit, dicens: *Talem vero præbebis temetipsum omnibus, & publice & privatim, ut terribilis quidem sis delinquentibus, & indevotis circa fiscalia: mansuetissimus autem & mitis omnibus placidis, & devotis, &
F paternam eis exhibens providentiam.* Hinc in urbe *Thebarum* sculpi & pingi solebat *Jupiter* sine 20
manibus, ad indicandum judicibus, ne manus haberent in promptu, ad dona & munera, quibus corrumperentur, accipienda: ne corrupti postea innocentes condemnarent, nec uni auferrent, quid ad dandum alteri: integritatem enim ut servent necesse est; ut sint sicut immobiles & benè fundatæ columnæ, & ad instar nervi, qui non disrumpitur, sed quo magis curvatur, eo magis contra nititur & se obfirmat; alias de illis

dici potest, quod sint, *Canes muti*, *Leones rugientes*, *& quasi lupi rapientes prædam*; *se*, *non oves*, *pascentes*, *& propria lucra perquirentes*, *canes impudici*, *corvi*, *sues rustici*, *galli gallinacei*, *capones*; aliaque probrosa epitheta, quæ dari & inuri possunt injustis judicibus: de quibus plene *Lucas* de *Penna*, Lege XII. Titulo de *Dignitatibus*, Libro XII. *Constitutionum Imperialium*; quin & Imperator, *Authentico*, *de Mandatis Principum*, Paragrapho *Festinabis*, apposite ad nostrum propositum dicit: *Festinabis etiam consiliarium*, *& quicunque fuerit*, *circa te assumere virum optimum*, *& purum undique*, *& contentum iis*, *quæ a fisco dantur*: *& si quid præter spem accesserit*, *& non inveneris eum custodientem tibi fidem justam*, *illum quidem expelles*; *alio verò uteris consiliario*, *legem & justitiam cum puris servante manibus*. Insuper *Jovem* hinc oculis carentem depingebant: ut inde appareret principi & capiti judicum, deponendum esse omnem animi rancorem, odium, & amorem; quin & ipsi omnem personarum acceptionem in administranda justitia esse fugiendam. Hinc *Cyprianus* libro de XII. *gradibus Abusuum*, ratiocinans de Principe, hæc verba profert: *Regem non iniquum*, *sed correptorem iniquorum esse oportet*: *nomen enim regis hoc intelligitur*, *hoc retinet*, *ut subjectis omnibus Rectoris officium procuret*; *quoniam in justitia Regis exaltabitur solium*: *justitia vero Regis est*, *neminem injuste per violentiam opprimere*; *sine personarum acceptione inter virum & proximum suum juste judicare*; *cohibere furta*, *justos super regni negotia constituere*: Aliæque bonæ notæ qualitates, quæ in principe requiruntur,
21 positæ post *Cypriani* locum a *Luca* de *Penna* loco supra citato, ibi videri possunt.

Scribit *Strabo*, in templo quondam *Jovis Olympii* conspectam fuisse statuam eburneam a *Phidia* fabricatam, tantæ magnitudinis, ut templum, licet altum & spatiosum, tamen exiguum & angustum pro proportione fuerit ad illam capiendam; quæ, sedens licet statua, capite supremam templi testudinem attingebat; dicebat vero *Phidias*, se illam tali magnitudine fabricasse ad imitationem *Homeri*, qui in sua *Iliade Jovem* tam tremendum istis versibus descripsit *Iliad* 1. ℣. 529. quos ita contraxit *Virgilius* Lib. *Æn*. IX. ℣. 106.

Annuit, *& totum nutu tremefecit Olympum.*

Sed & *Leontini*, propriis suis sumptibus, ut scribit *Pausanias*, simulacrum *Jovi* erexerunt septem cubitos altum, aquilam sinistra manu tenens, & sagittam dextra: cujus altitudinis esse credo statuam † *Heraclii Longobardorum* Regis, ex ære fabricatam; Opus admirandum, quod adhuc hodie loco publico Urbis *Barlettæ* in *Apulia* conspicitur.

Quidam *Peloponnesiaci* populi simulacrum *Jovi* erigere volentes, Pyramidem quandam sine externa specie aut forma humana exstruebant, cujusmodi significatio bene quadrat significatui supra â nobis tradito de partibus nostri simulacri nudis ut & pallio contectis.

In partibus *Lybiæ* conspiciebatur Aries quidam, sub cujus specie colebatur *Jupiter Ammon*: & hujus occasio & rationes afferuntur à variis scriptoribus tres; quæ apud *Herodotum* legi possunt, ut & *Ovidium* in sua *Metamorphosi*, quas brevitatis gratia hic omittimus. Narrat *Pausanius*, in *Arcadia Jovi Ammoni* erectum fuisse simulacrum forma quadrata, ad modum *Hermæ*, ita ut superne solummodo cornutum *Jovis* exstaret caput. Alii, ut narrat *Quintus Curtius* libro IV. in honore habebant quoddam hujus Dei simulacrum ab aliis multum differens: quippe illud simulacrum ab aliis multum discrepans erat, atque habebat formam umbilici multis smaragdis adornati, aliisque variis gemmis pre- 22
tiosis, ex ordine sub latere collocatis. Qui umbilicus parte inferiori erat sphæricus, indeque paulatim in acutum desinebat: & quotiescunque a prædicto simulacro desiderabant, ut ipsis rem futuram, & adventurum casum præsagiret, magna cum pompa idem simulacrum a sacerdotibus supra naviculam ex auro coaptatam collocabatur: in cujus circuitu permulti calices ex purissimo argento confecti pendebant: conducebatur etiam a compressa multitudine Matronarum quasi ovantium, ut & Virginum, carmina mensura & artificio carentia (prout ipsis in buccam veniebant) canentium, & cum hac solemnitate oracula ex umbilico exspectabant.

Tandem in variis Imperatorum *Romanorum* Numismatibus me vidisse memini imaginem *Jovis* variis modis seu diversimode depictam, & cum variis inscriptionibus: unde in quodam *Neronis* numismate *Jupiter* sedens conspicitur, fulgur dextra, hastam sinistra tenens, cum hisce verbis, *Jovi Custodi*: & in quibusdam Numismatibus Imperatorum *Antonini Pii* & *Gordiani*, *Jupiter* erectus in pedes conspicitur, & nudus; hastam tenens dextra, & fulmen sinistra, addita inscriptione, *Jovi statori*; etiam in Numismate *Diocletiani* conspicitur *Jupiter* erectus, duas sagittas dextra, & hastam sinistra gestans, addita hac epigraphe *Jovi Conservatori*: & in ejusdem Principis alio Numismate etiam videtur *Jupiter* in pedes erectus, qui dextra exiguam & parvam victoriæ imaginem porrigit; sinistra verò hastam tendit in altum, addita dedicatoria hac inscriptione; *Jovi conservatori orbis*; Multis aliis modis veteres sculpserunt & sculpere potuêre simulacrum hujus Dei; quæ disquisitioni studiosorum relinquimus.

CAP. IV.

De secunda Statua, *quæ creditur* Apollinis.

Altera statua, quæ secundo loco mihi videtur ponenda, est Dei Juvenilis, facie venusta: cujus caput nulla re tectum, sed nudum, imo insuper totum corpus nudum conspicitur, solum- 23
modo extremitate apparente pallii super scapulam sinistram, cujus segmentum usque ad terram dependet. Membra, & musculi distinctè & vivaciter undique se produnt. Brachio caret, sed alias integrum est usque ad extremitatem pedum, juxta quos Cygnus reclinatus & declivis ad vivum sculptus & expressus conspicitur, cujus caudam extremitas Pallii istius Dei contegit. Capilli sunt spissi, in cincinnos compositi, adeoque non magnæ longitudinis, sed adspectûs elegantis, genæ ejus læves & venustæ, adinstar bellæ & venustæ Virginis. Stat vero hoc simulacrum erectum in pedes, sinistrum crus exsertum & dextro cruri transversim habens injectum: tamen æquali modo pedes super basim distenti ipsum una sustinent corpus. Signum artis, ex quo dignoscatur, ibi apparet nullum, eo quod brachio destituatur. Nomen ejus, cujus fuerit hæc statua, non legitur: nec aliquod proprietatis ejus dei comparet vestigium, quo medio illam pro certo statuere & appellare possimus hujus vel illius Dei. Nihilominus tamen si partes & externam simulacri faciem consideraverimus, poterimus certò, & sine falsitatis metu, ipsi Nomen *Apollinis* tribuere. Sicut autem dixi, venusti & juvenilis esse adspectus, certum est a *Vir-*

† Imo Imperatoris istius *Græci* notissimi, vide *Bacci* & *Engenii* descriptionem *Neapolis* pag. 98. nostræ editionis.

Virgilio sic nobis describi Ecloga IV. hoc versiculo: A

Lino formosus Apollo.

Et a *Sulmonensi* ejus contemporaneo, qui de pulchritudine hujus Dei agens hunc posuit versiculum:

Pavit & Admeti tauros formosus Apollo.

Et cætera, quæ sequuntur. Dixi elegantes & crispos habere capillos, sed nullam in genis lanuginem; quomodo passim a veteribus nobis ob oculos ponitur. Ideo quum iste Deus fuerit imberbis, a *Græcis* appellatus fuit *Phœbus*, & insuper a *Latinis*, eatenus ut huic potius quam alii Numini juventus fuerit dedicata, & si quando B exprimenda foret, nomine & effigie *Apollinis* hoc fiebat: quod nobis clarissime manifestat *Tibullus* hisce versiculis:

Solis æterna est Phœbo, Bacchoque, juventa:
Nam decet intonsum crinis utrumque Deum.

24 Et *Alciatus* in suis Emblematibus juventutem describere volens, illud sub forma *Apollinis* & *Bacchi* fecit, qui passim etiam juvenilis & depilis seu sine barba exhibebetur.

Dixi præterea, corpus nostri simulacri esse undique nudum & detectum, crure sinistro in dextrum transversim injecto: quo modo & forma nostrum simulacrum passim cernitur sculptum C & depictum a statuariis & pictoribus tam antiquis quam hodiernis, & quidem ad instar juvenis & citharœdi amœni. Sed quid amplius egemus argumentis & judicibus, quum a cygno pedibus statuæ apposito indubitatum nobis adsit signum, *Apollinis* scilicet hanc esse statuam. Fuit *Apollini* hæc aves, utpote candida, consecrata, idque in symbolum & signum ejus Dei, utpote Lucis & Diei Auctoris: insuper ista avis reliquas dulcedine cantus superat, quo designatur, artem musicam ab hoc Deo dirigi, eumque *Musarum* supremum esse Magistrum, juxta hos *Virgilii* versiculos:

Mentis Apollineæ vis has movet undique Musas: D
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Scribit *Ruscellus* libro II. *Emblematum* suorum, *Emblem.* III. in Symbolum *Herculis Gonzagæ* Cardinalis *Mantuani*: ut & libro III. in Symbolum Domini *Cornelii Mussi* Episcopi quondam *Bitontini*; cygnum habere vocem flexuosam, suavissimam, & variantem, ita ut harmoniam dulcissimam & gratissimam auribus exhibere possit; ut ita ex natura sua harmoniæ & musices sit amantissima; adeo ut in plagis Hyperboreis homines se illuc conferre soleant, ubi sciunt, aut opinantur, eorum nidos cum pullis reperiri; ut citharam aut aliud instrumentum musicum pulsent; E cujus sonum isti parvuli & teneri pulli percipientes, proprio nido exeunt & sono musices accedunt, ubi & ipsi suavissime simul garriunt & ad sonum perceptum accinunt: licet tamen etiam eidem Deo dedicatus fuerit corvus, ob præsagium videlicet rerum futurarum, testibus *Martiano Capella*, *Ovidio*, & *Virgilio* in *Georgicis*, qui Pastorem quendam de corvo seu cornice canentem ita inducit:

Sæpe sinistra cava prædixit ab ilice Cornix.

25 Præterea illi consecrabatur avis rapax, Accipiter dictus, vulgò fringillarius, ab *Homero* velox *Apollinis* nuncius appellatus, ubi canit, *Telemachum Ulyssis* filium in *Ithacam* revertentem vi- F disse hanc avem, columbam dilacerantem, unde auguratus fuit, fore se victurum suos competitores & æmulos. Hinc *Ægyptii* sub symbolo Accipitris comprehendere volebant *Osirin*, quo modo apud ipsos appellatus fuit *Sol*. Manifeste ergo patet, simulacrum nostrum esse *Apollinis*: cui quondam in urbe *Neapolitana* erecta & fabricata fuit consimilis statua: in cujus humero erat columba, quam admirabatur & adorabat *Siren* *Parthenope*: quæ etiam augurium dictæ columbæ sequens, e *Græcia* illuc se contulit, ubi jam est *Neapolis*; quæ ab ea fundata fuit, ab eaque sibi Nomen inditum habuit, uti narrat *Alexander* ab *Alexandro*, urbis ejusdem Civis, XI. *Genialium*.

Legitur apud *Eusebium* hic Deus ab *Ægyptiis* depictus fuisse facie juvenili & rotunda, & in navi collocatus dorsoque crocodili sustentatus; per navem significabant motum solis, per crocodilum aquam pluvialem, quæ a sole nasci creditur, qui suis salubribus radiis malum dividit a bono. Idem Auctor subjungit, eos ipsos *Ægyptios* olim *Apollini* Colossum erexisse formâ scarabæi, animalis impuri; cui thus accendebant & offerebant Sacerdotes, ut indicarent, omne in *Apollinis* specie esse masculinum, sine ulla participatione alterius, seu fœminini generis, nam juxta *Ælianum* scarabæorum solummodo unum genus & sexus, & quidem masculinum, reperitur. Hinc legimus Milites & Commilitones *Ægyptiacos* fuisse solitos portare in annulis sculptum scarabæum: ut in Expeditionibus & armorum exercitio eo respicientes, quotidie redderentur animosi, & vigore virili armarentur, deposita mollitie effœminata & vecordia. Iisdem *Ægyptiis* placuit describere hunc Deum Hie- 26
roglyphicè, sceptrum pingentibus & sculpentibus, in cujus summitate oculum collocabant; qui ab illis *Jovis* oculus appellabatur: per sceptrum significare volebant gubernationem & dominium hujus Dei mundo præsidentis: sed per oculum indicabant, *Apollinem*, utpote solem, videre & discoöperire omnia, & ea radiis suis penetrare.

Solebat insuper simulacrum hujus Dei a Veteribus, lyram & citharam manu tenens, sculpi: cujusmodi tenuisse credo nostrum simulacrum, quatenus ex ejus statura mihi conjecturare licet: quo musico instrumento denotatur suavissimus concentus, & dulcissima harmonia, quæ in cœlis observatur, ex ordine, ab istis singulis in suo proprio motu, retento: cujus ordinis causa maxima Sol in medio planetarum est juxta *Platonicos* & *Macrobium*: qui Sol omnes, ut doctus & expertus magister, artem producendi motum docet. Unde unumquodque signum aut citius aut tardius in gyrum circuit & movetur, quatenus plus aut minus virtus Solaris ipsi communicatur: imo, quia Sol medium inter planetas occupat locum, cor cœli, juxta *Porphyrium*, nuncupatur: qui & subdit, a veteribus capiti simulacri hujus Dei impositum fuisse clypeolum, in symbolum & figuram hemisphærii, quod nobis concavum & rotundum, ad instar galeæ apparet aut cassidis: & præterea ex latere ejus dependere faciebant pharetram Sagittis refertam: quibus radii solares intelliguntur, qui, adinstar emissæ & pennatæ Sagittæ, vi & vigore suo usque ad intima terræ viscera penetrant, uti nobis innuitur ab eodem *Porphyrio*, eo Libro, qui ab illo inscribitur *Sol*.

Spartani statuam *Apollini* erigentes, quatuor aures & quatuor manus finxerunt, quasi forma ipsum in agro suo pro defensione sua apparuisse dicebant. Cujusmodi reduplicata membra credo nihil aliud significasse, quam, quatuor quidem aures quatuor partes & quatuor angulos mundi, quorum opera sol perspicit & cernit, omnia illuminans: quatuor manus autem quatuor anni vicissitudines dominio & potestati Solis subdi- 27
tas, utpote quæ in annua revolutione prædictis temporum vicibus dominatur, easque dirigit.

Phœnices loco simulacri *Apollinis* habuêre frustum lapidis, coloris nigri, infima parte lata & circulari: unde paulatim surgebat in acutum more Pyramidis, dicentes hunc lapidem ipsis ex cœlo non sine miraculo esse demissum & projectum:

ctum: ideo pro Hieroglyphico *Apollinis* opere humanum superante captum tenebant. Similem huic lapidem alium habebant *Megarenses*, etiam ab illis pro *Apolline* cultum.

Refert *Alexander Neapolitanus* IV. *Genialium*, capite XII. apud quosdam *Macedoniæ* populos, *Pæonios* dictos, simulacrum *Apollinis* parvum fuisse Discum, hoc est, saxulum ad sphæricam & orbicularem formam redactum: cujusmodi Discus longam habebat ansam, ita ut antiquitus, temporis fallendi & exercitii gratia, brachio excepto projici soleret. Scribit insuper *Didymus* in *Homerum*, Discum istum in medio habuisse funem, quo sæpissime in gyrum volvebatur, ut majori impetu projectus caderet. Cujus ludi mentionem tacit *Martialis* libro IV. his versibus:

Splendida cum volitent Spartani pondera disci,
Este procul pueri, sit semel ille nocens.

Etiam *Plautus* in *Bacchidibus* de Disco:

Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, Pila.

Sæpissime solebant antiqui uti Disco ferreo, ab ipsis *Solos* dicto, ut narrat *Ludovicus Cœlius* in *Antiquis Lectionibus* libro XXXIII. capite XII. ab *Hispanis* nominatur *Herron*: licet in quodam *Homeri* commento, XXIII. *Iliade*, legatur Discus esse planus & latus; sed *Solos* esse rotundum quid & orbiculatum, quemadmodum *Diegus Covaruvia* in *Clementina*, paragrapho IV. Tractatu de *Homicidio*, refert.

Assyrii depinxerunt & sculpserunt *Apollinem*
28 barba promissa, & cum alto eminente canistro in capite, ad denotandam ejus potentiam, quam in res inferiores exercet. Unde vituperabant omnes illos, qui *Apollinem* exhibebant imberbem, dicentes adspectum & faciem juvenilem imperfectionis esse argumentum, quæ in Deos non cadat.

Lactantius, interpres *Statii*, narrat, apud *Persas Apollinem* pro maximo omnium & principe Deo fuisse habitum; Hi autem ipsi simulacrum hac forma erigebant: Vultus erat ad instar feri Leonis cum mitra in capite, qui ambabus manibus cornua Tauri comprimebat. Ex quo simulacro facile significationem eruet, qui sciverit Leonem & Taurum esse signa Zodiaci, per quem Sol in gyrum agitur & volvitur.

Refert *Pausanias* Libro VII. in *Achaicis*, Statuam hujus Dei ex ære fuisse conflatam, planè nudam, sed pedes solummudo calceis calceatam, cujus altero calvariam sive cranium bovis premeret: *Macrobius* II. *Saturnalium* scriptum reliquit, in urbe *Hieropoleos* conspici simulacrum *Apollinis* cum ferreo seu æreo thorace: quod dextra manu hastam gerebat, in cujus summo sculpta eminebat parva imaguncula, quod quidem erat insigne victoriæ: sinistra florem porrigere videbatur: ex dorso simulacri pannus aut pallium dependebat, in quo caput viperinum *Medusæ* effigiatum erat: ad latus erat Aquila, quæ se ad volatum elevare videbatur: ante pedes sculpta erat imago muliebris, quæ undique similitudinem fœminæ flexuoso Dracone circumdatæ gerebat.

Insuper hic Deus ab *Ægyptiis* aliis multis iisque diversis formis fuit expressus: adeo ut ejus simulacri caput etiam semitonsum & calvum effingerent, & dextram partem solummodo capillatam exhiberent: mox (ut *Macrobius* narrat) ejus simulacro variorum colorum, inter cœruleum scilicet & album, pennas adaptabant: & tandem (ut ipse *Macrobius Saturnalium primo* memoriæ prodidit) isti Deo fecêre statuam sub nomine *Serapidis*, hoc modo: capiti ejus modii mensuram imposuerunt, ad significandum in omnibus rebus mensuram esse adhibendam; dextro lateri serpentem adjunxerunt, cujus capiti ille Deus, brachio extenso, dextram manum imponebat. Totum dicti serpentis corpus variis gyris 29
& circulis paulatim per vices in acutum tendens ad instar pyramidis acutæ in caudam finiebatur, recipiens, super circulum maximum, sub capite, tria capita trium distinctorum & diversorum animalium: primum ad dextram erat canis mansueti, medium ferocis Leonis, ultimum Lupi rapacis.

Præterea, animadvertitur, celebris ille *Praxiteles* depinxisse *Apollinem* forma juvenili arcu & sagittis armatum, cominus tendentem insidias Lacertulæ: unde postea *Sauroctonos*, id est, *Lacerticida*, fuit appellatus. Et in templo ejusdem Dei *Alexandriæ* conspiciebatur ejus simulacrum ex omnis generis metallo & ligno fabricatum, & tantæ magnitudinis, ut utramque templi alam manibus attingeret: quo in templo directe Orientem versus fenestra erat, quam Sol, matutino tempore, ut diem auspicaretur, intrans, caput prædictæ statuæ feriebat: unde opinio enata, ut populus crederet, solem, mox ut exortus, quocunque mane ad visitandum & osculandum *Serapin* adfuisse. Verum etiam, huic Numini, ut & sorori ejus *Lunæ*, a quibusdam populis, licet devotione & Zelo eorum ardentibus, nulla simulacra, quibus eorum memoria & cultus conservaretur, fuerunt erecta: & tales maximam partem fuêre *Assyrii*, qui istis Diis solummodo colossos & statuas erexerunt, qui sensui exteriori visûs oculorum hominis non erant subjecti: Ast *Solis* & *Lunæ*, ut talium, qui noctu & interdiu semper oculos nostros feriunt, nullam statuam fabricarunt, dicentes, quod quum isti Dii proprio motu oculis nostris se coram sistant, & facie ad faciem omni tempore se juxta nos repræsentent, gloriosum sui conspectum nobis exhibentes, plane inutile & absurdum esse ipsos ex terrena materia fingere & sculpere. Et sic dicebat & faciebat pars quædam *Assyriorum*: reliqua vero prædictorum populorum contrariam opinionem fovebat: unde accidit, narrante *Macrobio*, ut in alia *Assyriorum* regione, *Apollini* exædificata fuerit statua aurea, adspectu juvenili, & imberbi: cujus dextræ flagellum imponebant, & sinistræ fulgur intra multas spicas. Et eadem consuetudo simu- 30
lacra in hujus Dei honorem fabricandi, licet eos quotidie propriis oculis viderent, nihilominus apud veteres obtinuit *Romanos*, ut testimonii loco hæc nostra est Statua.

CAP. V.

De tertia Statua, quæ Castoris *creditur.*

Sequitur simulacrum tertium Dei cujusdam juvenilis, adspectu venusto & gratioso, statura procera & alta, cujus genæ æqualiter a prima lanugine obteguntur. Totum ejus corpus est nudum: solummodo segmentum Pallii in fascem quasi redactum super scapulam habet sinistram, membra hic apparent ad instar robusti & vigorosi militis. Est vero tota Statua (licet pluribus in partibus ex propriis segmentis consarcinata) a capite usque ad pedes integra, sed ambobus brachiis caret: caput, promissa & crispa coma præditum, pileo conico obtegitur, qui caput æqualiter constringit. Cujus Dei memoria in hac Statua sit conservata, ex titulo non apparet: sed necesse est, ut recurramus ad signa ejusdem & ornatum, quibus inductus dico, esse statuam *Castoris*, filii *Jovis*, qui (ut Poëtæ fingunt) simul cum *Polluce* editus fuit a *Leda*, a *Jove* sub specie Cygni compressa, qui fratres tam amabiles invicem erant, ut legantur, inter sese vitam divisisse

fisse & communem reddidisse; tali modo ut per vices viverent, & alternatim morerentur. Quod & clarissime nobis detegit *Andinus* Poëta *Libro* VI. suæ *Æneidos*: ubi pium *Æneam*, in regione *Cumarum*, ad adorandum *Apollinem* in suo templo super ripam *Averni*, inducit, ita canens ℣. 121.

Si fratrem Pollux *alterna morte redemit*,
Itque reditque viam toties.

Quo facto digni sunt habiti, ut ponerentur & collocarentur in cœlo ad ornamentum Zodiaci, hodieque etiam *Gemini* appellentur: ubi adhuc eundem ordinem retinent & consuetudinem, sic ut alternatim nascantur, & moriantur.

Sed ut ad nostram statuam revertamur, dixi primo, ipsam esse adspectus gratiosi & juvenilis,
31 ut & proceræ staturæ; quomodo hic Deus simul cum fratre *Polluce* ab *Æliano* & *Suida* describitur, & post istos ab *Antonio Verderio* in enarratione *Junonis*, ubi ait: *Juvenes proceræ staturæ, imberbes, inter se similes, militaribus indumentis ornati, gladios ad fœmur, hastamque in manibus habentes, effingebantur.* Et paullo ante ex auctoritate *Justini* de iisdem dicit: *in prælio inter Locros* & *Crotoniatas duos adolescentes egregia forma, in equis albis, diversa ab aliis arma ferentes, purpureis vestimentis indutos, visos esse.* Et licet, quemadmodum dixi, nec hasta adsit, eo quod statua sit sine brachio, nec gladius lateri succinctus, neque alia arma in nostra statua conspiciantur; attamen me in mea sententia confirmat pileolus conicus & concavus, quem in capite gerere dixi. Nec differt a galea quæ cassis apud nos (vulgo *Helmettus*) dicitur. Qua casside isti fratres armabantur, uti *Apulejus* Libro X. de *Asino aureo*, in judicio *Paridis*, nobis demonstrat, & *Catullus* nos docet, tali versiculo:

A Pileatis nona fratribus pila.

Et cum casside in capite hi fratres compareant in antiquis Numismatibus Virorum illustrium nationis *Romanæ*: a quibus in honore & veneratione inter alios Deos vanos sunt habiti: quum templa ipsis sint exstructa, ut narrat *Livius*, II. Decadis I. ubi scribit, repulsis & cæsis *Latii* populis ab exercitu *Romano*, ex voto *Auli Postumii* Dictatoris Templum fuisse fabricatum in honorem *Castoris*, juxta Lacum *Rhegillum*, in Comitatu *Tusculano*, hodie *di Santa Severina* dictum.

Multum autem hi fratres faventes & propitii *Romanæ* genti fuerunt; hujus specimen nobis dat *Cicero*, qui *Libro* III. de *Natura Deorum* narrat, aliquando in veteri Templo urbis *Athenarum* apparuisse *Vacieno* civi *Romano*, quo tempore a prætura sua *Reatina* domum reverteretur; & tempore nocturno ei lætum attulisse nuntium, ipsi indicantes diem horamque, qua * *Persiæ* Dominus in prœlio fuerat vulneratus & captus.
32 Narrat *Justinus*, quomodo in crudeli strage & prælio inter *Locrenses* & *Crotoniatas*, magnæ *Græciæ* utrosque in extrema *Italiæ* ora populos, duo Juvenes elegantis faciei & proceræ staturæ apparuerint, insidentes duobus equis albis, a *Junone* ipsis per manum *Neptuni* dono datis, quorum alter *Xanthus*, alter *Cyllarus* appellabatur: erant præterea dicti juvenes Thoracibus militaribus multum ab aliis diversis, ut & tunica coloris purpurei, induti. Qui primo impetu in favorem *Locrensium*, qui numerum quindecim millium non excedebant, magnam stragem ediderunt *Crotoniatarum*, qui numerum centum viginti millium pugnantium adæquabant, hi vero repulsi, occisi & in fugam acti sunt opera *Castoris* & *Pollucis*, qui & ipsi tandem ex oculis militum disparuerunt.

* *il Signor di Persia*, debuerat dicere *il Re Perseo*, Rex enim, *Perseus* nomine, *Macedonum* ultimus, tum captus fuit.

A *Pausanias* scribit hosce duos fratres in confiniis *Lacedæmoniorum* fuisse solitos & assuetos sæpissime excursiones facere deprædationis gratia: & forte, quum *Lacedæmonii* aliquando delectamenti gratia in agro essent, lætique post prandium diebus festis memoriæ ipsorum fratrum dedicatis, ipsos ex improviso & extra ullam exspectationem comparuisse, candidis Palliis & Lacernis purpureis vestitos, elegantibus equis desultoribus insidentes, manibus etiam hastis armatis; quos mox a *Lacedæmoniis* conspectos & agnitos, creditos fuisse gestientes sacrificiis suis adesse præsentes, utpote voluntariè & ultrò sibi
B oblatis precibus & thuri occurrentes: Sed cogitationes illorum fuisse vanas, vanam etiam persuasionem fuisse eorum: quum ipsi fratres conjuncti in medio commilitonum, magnum tumultum & strepitum commoverent, & militum hastas retinentes mox hunc mox alium percuterent, & sic inde disturbatis sacrificiis, & edita strage magna, discesserint. Iidem fratres, ubi ad ætatem adultam pervenerunt, omnes Piratas exstirparunt: unde leguntur, cum aliis Argonautis inventi in expeditione *Jasonis* ad insulam *Colchorum*: in quo itinere *Pollux* vita privavit *Amycum* Regem † *Bithyniæ*, qui ipsi insidias tendebat,
C & prodere ipsum moliebatur. Sed & *Diodorus Siculus* narrat, quum prædicti *Argonautæ* infeliciter tempestate magna urgerentur, *Orpheum*, 33
unum ex sociis, fecisse votum Diis *Samothraciæ* pro omnium salute, mox duas apparuisse stellas, quæ ubi in caput *Castoris*, & *Pollucis* cecidissent, statim mare fuisse placatum; qua ratione postea pro Diis marinis, ut qui navigantibus propitii essent, habiti fuerunt. Hinc *Seneca*, *Plinius*, & *Pausanias* referunt, in basi cujusdam statuæ *Neptuni* positæ in urbe *Corinthi*, sculptos fuisse *Castorem* & *Pollucem*, utpote qui Numina Salutaria essent nautis. Nec aliquis miretur in memoriam
D *Pollucis* nec templa, nec colossos, neque statuas fabricatas reperiri, licet tamen Deus ille filius *Jovis* æque sit ac *Castor*: quum animadvertendum sit, quamvis etiam *Pollucis* nulla peculiaris fiat memoria in simulacris & templis, attamen eodem tempore & sub eadem statua simul cum *Castore* & adoratum & cultum fuisse: insuper sub nomine *Castoris* etiam *Pollux* comprehendebatur: Hinc templum ambobus consecratum, *Castoribus* in numero plurali dedicabatur sacrum, & sub *Castorum* titulo veniebat. Unde facetum dictum *Bibuli*, collegæ *Cæsaris*, in Consulatu enatum: qui considerans, *Cæsarem* omnem officii
E auctoritatem solum in sese transtulisse, eumque conari, ut omnia manibus suis & nutu peragerentur, (*Cæsare* tam suo tamen quam socii nomine ordinante, & disponente omnia, *Bibulo* & inscio & invito) dicebat sibi accidisse idem quod *Polluci*, quoniam licet in honorem & memoriam *Castoris* & *Pollucis* simul exædificata essent templa, solummodo *Castoris* nomen eadem retinerent, quum interea *Pollucis* Nomen reticeretur. Et hinc possumus credere, hanc nostram statuam a *Romanis* fuisse fabricatam in memoriam duorum fratrum, quibus communia erant genus vitæ & mortis; exercitia, consuetudines, facies, mo-
F res, inscriptiones, effigies, simulacra, templa, professiones; quamvis etiam legatur horum fratrum non fuisse idem exercitium & vitæ genus; sed alterum equis gavisum fuisse, alterum vero pugilatum exercuisse; unde *Horatius* Sermonum II. Satyra prima dicit:

Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis: 34

† Debuerat dicere *Bebrycum*.

Insuper idem Poëta dicit, ipsos etiam maxime fuisse diversos respectu morum, ita, ut nunquam invicem fuerint concordantes, ut ex hisce patet versibus:

Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi,
Sedatum celeres, celerem, gravemque remissi.

CAP. VI.

De quarta Statua, quæ Herculis *cognoscitur.*

Quarta Statua est Dei cujusdam robusti & fortis; spisso & hirsuto capillamento & barba, visu feroci. Caput ejus detectum, sed tamen cinctum serto est sive corona quasi ex frondibus contexta: corpus undique nudum, brachium dextrum in Statua deëst: & licet brachium sinistrum adsit, nihilominus tamen manu deficit: crura hic non conspiciuntur: femora adsunt, quorum dextrum dimidia sui parte abest; at sinistrum femur integrum est, & usque sub genu extenditur, ibique terminatur. A latere sinistro apparet frustum rotundæ & nodosæ clavæ, paululum longioris brachio & ejus dimidio, quod desuper sinistrum brachium extra scapulam porrigitur: ubi distinctè conspicitur ungula Leonis super scapulam deorsum in pectus dependens, cum reliquo pellis, quæ a dorso dispersa & distincta, in aliam ungulam sub femore sinistro simulacri desinit.

Nomen hujus Dei non legitur, sed non erit difficile divinatu, statuam esse *Herculis*, ficti filii *Jovis* & *Alcmenæ*: de quo in plurimis *Prosceniis* ratiocinatur *Plautus*, & *Joannes Annius Viterbiensis* Commentario in *Antiquitates Berosi Chaldæi*, in *Genealogiam Primorum Ducum* post Diluvium. Qui & in Fragmenta *Originum Marci Catonis* nos docet, hunc Deum variis modis fuisse nominatum, ut, (exempli gratia) *Her*, *Hercol*, *Ar*, *Arno*, & *Musarno*, Lingua *Ægyptiaca*. *Her* vult dicere *Pellitum*, quasi Palliatum & coöpertum pelle, cujusmodi erat illa Leonis: *Col* Lingua *Hebraica* significat *totum*, quasi qui sit totus a capite usque ad pedes coöpertus pelle ferina loco armorum: siquidem istis temporibus usus armorum nondum introductus erat juxta *Diodorum*
35 *Libro primo*. *Ari* significat Leonem, dictus autem *Ar*, a suo Leonino robore: sic etiam accidit, ut sæpissime antiqui Duces a suis facinoribus nomen fuerint sortiti: quemadmodum *Macedonius* appellatus fuit *Lupus*, & *Anubis* dictus fuit *Canis*, ut narrat *Diodorus Libro citato*. *No* deinde significat *Fama celebrem*: unde dictus fuit *Arno*, hoc est, *Leo Celebris*, a virtute, quam (juxta eundem *Diodorum*) sibi vindicabat repellendo injurias a genere humano. *Musa* significat *Disciplinam*, quemadmodum apud Grammaticos accipitur: unde dictus fuit *Musarnus* hoc est, *Doctor Leo celebris*, quum fuerit doctus & exercitatus in exercitiis militaribus, juxta *Diodorum*, Libro VI. Et ab isto *Hercule*, postea multi Populi & Nationes Mundi (ab ipso protecti & defensi, in depellendis injuriis) suis rebus gestis, & expeditionibus receperunt Nomen *Leonis*: quemadmodum tales fuerunt *Ligures*, populi Diœceseos *Genuensis*: *Arnenses* in *Hetruria*, *Viterbienses*, & alii, de quibus latissime ratiocinatur *Annius*, loco citato.

Antonius Verderius hujus Dei descriptionem apponens, utitur hisce infra scriptis verbis: *Sed pergamus de* Hercule *dicere, cujus simulacrum hominem fortem ac robustum referebat: erat enim nudum, nisi quod Leonis pelle tegebatur: cujus caput ei erat loco galeæ: clavam una manu, altera arcum tenebat: Pharetra pendebat ex humeris.*

A Quæ verba singula nostram statuam explicare apparet; utpote *Herculem* adspectu ferocem, fortem, robustum, discalceatum, & nudum designantia, humeris solummodo Leonis pelle obtectis: quem Leonem, uti Poëtæ fabulantur, vicit & membratim discerpsit in Sylva *Nemæa*, in Regione *Arcadiæ*. Et clava, quam puto nodosum illud fragmentum fuisse, crederem fuisse eandem, qua *Cacum* morte affecit, juxta *Annium*, libro citato in Narratione de undecimo *Assyriorum Rege*; qua clava in eadem Sylva *Nemea* armatus fuit, uti *Apollodorus* narrat *Libro secundo*: Et legitur hæc clava fuisse ex oleastro:
B quæ postea ab *Hercule* oblata & dedicata fuit *Mercurio*, in agro & territorio *Corinthiaco*, ita ut emissis 36
radicibus, ut ferunt, creverit, & arbor enormis magnitudinis evaserit. Et memini me legisse in *Cornu Copiæ*, sive *Commentariis Linguæ Latinæ*, hanc clavam fuisse repositam & collocatam post primas portas templi *Herculis*, *Romæ* in *Foro Boario*, a *Sylla* ex mandato *Sibyllæ* fabricati: de quo templò *Ovidius* loquens, sic dicit:

Altera pars Circi, custode sub Hercule *tuta*
Quod Deus Euboico *Carmine munus habet.*

Et alibi:

Si titulos quæris, Sylla *probabit opus.*

C In quod templum, ut dicunt, non intrabant muscæ, nec canes, repulsæ vi odoris prædictæ clavæ retro portas absconditæ. Narrat *Pausanias* in *Eliacis prioribus*, in Civitate *Olympia* ex ære similem fuisse conflatam statuam altitudinis decem cubitorum, opera sociorum *Thesei*, filii *Agenoris*, quo tempore circumvagabatur, perquirens *Europam*.

Sed non semper *Hercules* nudus ob oculos fuit positus, siquidem invenio ipsi a *Lacedæmoniis* erectum fuisse simulacrum armatum: cujus rationem & occasionem studiosus indagator reperiet apud *Pausaniam* in *Laconicis*; suffi-
D cit, nos hactenus pro certo habere, nostrum simulacrum esse *Herculis*, ad istum morem, quo modo erat *Olympiæ*, scilicet cum clava significante Prudentiam & Sapientiam, & cum pelle Leonis, utpote Symbolo & argumento nobilitatis & magnanimitatis: quibus virtutibus, prout Poëtæ fabulantur, hic Deus vicit draconem, qui custodiæ Horti *Hesperidum* erat præpositus: unde postea tria poma aurea abstulit, uti vult *Suidas*. Et licet Auctoritas supra in descriptione *Herculis* allegata simpliciter dicat: *cujus caput ei erat loco galeæ*, ipsi nullam coronam aut sertum in capite attribuens: nihilominus nostrum simu-
E lacrum, ut dixi, juxta tempora frondoso circulo cinctum est: cujusmodi frondes, ut constet, quales sint, asserere poterimus esse vel ex quercu ab eodem plantata, uti refert *Plinius Libro* XVI. *capite* XLIV. ut & *Tiraquellus* de Nobilibus lo- 37
quens *Capite* XXXII. vel ex æsculo, cerro, corno, populo, vel alia quadam planta ad instar præcedentium *Herculi* consecrata. *Plinius Libro* XXXIV. mirabiles veterum statuas enarrans, dicit, in urbe *Roma*, in loco qui dicebatur *Rostra*, conspicuum fuisse simulacrum hujus Dei tunica induti & vestiti more *Thracio*; eratque tam torvi & terribilis adspectus, ut quidam illud adspiciens,
F terrore & pavore correptus, in saxum fuerit mutatus, & sic in pristina sua forma humana remanserit, capite elevato, ab ipso etiam suæ transformationis tempore: & sic formidolosus ille & miser statuam contemplando, abiit in statuam.

A *Pausania*, in *Phocicis*, scriptis mandatum fuit, *Delphis* duas fuisse statuas, alteram *Herculis*, *Apollinis* alteram, ambas adinstar pertinacium virorum de re quadam vi maxima contendentium fabricatas: aderat enim tripus, quem uterque vi ad se trahere conabatur; Prope illos insuper adstabant

bant trium ſuppliciter precantium Dearum, litem dirimere conantium ſimulacra: harum una erat *Minerva*, *Herculem* alloquens; reliquæ, *Latona* & *Diana*, converſæ ad *Apollinem*: cujuſmodi ſimulacra credo non fuiſſe exiguæ admirationis: & hæc contentio orta dicitur culpâ Sacerdotis cujuſdam *Apollinis*, qui vice quadam reſponſum non dederat *Herculi*, oraculum conſulenti. Unde *Hercules* ad iram commotus, a templo *Tripodem* abſtulit, illum ſecum aſportans: qui tamen tripus ibi poſtea fuit reſtitutus; unde poſtea omni tempore ab oraculo reſponſum ad petitionem ſuam retulit *Hercules*.

Idem Deus a veteribus unus idemque habebatur cum *Mercurio*, aut ad minimum ab eo non differre cenſebatur: cujus rei teſtimonium evidens nobis reddit ejus imago a *Francis* ſive *Gallis* inventa, utpote qui *Herculem* ut eloquentiæ & politæ, elegantis, & ornatæ loquelæ Numen venerabantur. Cujus imaginis faciem & adſpectum *Lucianus* deſcribens, in hunc modum dicit: *Erat ſenex quidam quaſi decrepitus, calvus, exiguis & raris capillis præditus; colore erat pullo & fuſco, adſpectu rugoſo & criſpo: Pallii loco habebat pellem Leonis; manu dextra retinebat rhopalum*, (hoc eſt)
38 *clavam & nodoſum baculum: aſt manu ſiniſtra tenebat arcum, & de latere ejus dependebat pharetra. Lingua ejus in extremitate erat perforata, e quo foramine multi funes & laquei exibant, imo pretioſæ ex auro & electro confectæ Catenæ: etiam ex auribus multi dependebant laquei, quibus compreſſa populi multitudo erat colligata, qui ſponte ipſum ſequebatur.* Hiſce Laqueis denotare volebant, virum eloquentem ſuis politis & quaſi deauratis verbis & ſuavibus perſuaſionibus juxta ſuum beneplacitum rapere ad ſe omnium animos, eoſdem ad ſe trahendo vi eloquentiæ, non ſecus quam funibus violentis craſſa & inſenſibilia trahuntur marmora: quam qualitatem *Cicero* pro optima æſtimabat virtute, quæ in viro poſſit reperiri, quandoquidem dicit: *Nil præſtabilius videtur, quam dicendo poſſe hominum mentes allicere, voluntates impellere.* Hinc legitur in *Arcadia* ipſi commune cum *Mercurio* Templum fuiſſe exſtructum, ut nos docerent, *Herculem*, hoc eſt, virum fortem plus profeciſſe eloquentia, uti fecit ipſe ille *Hercules*, quam fortitudine corporis, juxta *Fortunium* in *ſuis Palæſtris:* & inſuper ut nobis denotarent, corporis vires eſſe moderandas & refrænandas imperio rationis, ut non impingant in hoc dictum: *Miſer, perdet te robur tuum*, ſiquidem ſapiens *Eccleſiaſtes* capite IX. dicat: *Dicebam meliorem eſſe ſapientiam fortitudine*: cui mox ſubjungit: *Melior eſt ſæpientia quam arma bellica*; & *Philo* in Libro *Sapientiæ*, capite VI., dicit: *Melior eſt ſapientia, quam vires, & vir prudens quam fortis*; & *Phocylides* ad propoſitum noſtrum dicere non omiſit: *Melior forti eſt ſapiens vir*; uti refert *Tiraquellus* in primo *Connubialium.* Et ideo ipſum depingebant ſenem, eo quod eloquentia præprimis in ſenibus ſit radicata, ut *Homerus* de *Neſtore* canit: Unde *Athenienſes* in ſua Academia præter *Muſas*, *Minervam*, & *Mercurium*, habebant quoque *Herculem*: & ejus in honorem erigebant altaria & coloſſos, ut fautori & propitiatori, cujus exercitia exercebantur in ſtudio Li-
39 terario. Imo apud *Lacedæmonios*, in quodam loco *Dromus* dicto, ubi juventus exercitabatur curriculo, inveniebatur vetus & antiquum hujus Dei ſimulacrum. Et valde longum eſſet, ſi narrare hic vellem multos alios modos & varias formas, quibus fuit ſculptum aut ſculpi antiquitus potuerit hujus Dei ſimulacrum: & poſſit hodienum ornamenti ſolummodo gratia in atriis erigi: nec enim abſolute neceſſe eſt hoc vel illo more fingere, imo etiam tot modis depingi poteſt, quot fuere *Her-*

A *culis* heroica & glorioſa facinora, cujuſmodi ſexcenta a Scriptoribus, in variis locis, Antiquitatis ſtudioſis proponuntur, & inter alios ab *Annio* in *Beroſum* in Narratione de Regibus *Hiſpaniæ*, ubi in fine, de octavo Rege agit, ut & in aliis multis locis ſuorum Commentariorum, in Antiquitates prædicti *Chaldæi*: ſed curioſis ſufficient quæ hucuſque enarravimus de noſtro ſimulacro *Herculi* a veteribus *Romanis* fabricato: quorum, jam ab origine ſuæ civitatis, fuit Deus, receptus a *Romulo*, Urbis conditore. Qui, ut narrat *Livius primo Decadis primæ*, monte *Palatino* communito, ubi educatus fuerat, multis Diis ſacrificia obtu-
B lit ad iſtum modum, quem obſervabant *Albanenſes*: & inter alia obtulit ſacrificia *Herculi*, more *Græcorum*, ad inſtar ritus ab *Evandro* propoſiti: qui, mortuo & occiſo *Caco*, latrone quodam magno, manu hujus Dei, quem *Jovis* agnoſcebat filium, in ejus honorem ipſi erexit altare, *Aram Maximam*, dictum, quod & a *Carmenta*, ipſius *Evandri* matre vaticina, ita prædictum fuerat: cujuſmodi altare & Ara Maxima læto & amabili vultu ab *Hercule* fuit recepta, vice verſa ſeſe *Evandro* offerente ad vota ejus adimplenda: & ſic poſtea hic Deus ab omnibus *Romuli* ſucceſſoribus cultus & honoratus fuit, poſitis
C templis, ſacrificiis, & ſimulacris, quemadmodum hujus rei teſtimonium reddit noſtra Statua, quæ quondam *Cumis* extitit, *Romanorum* opus.

CAP. VII.

De quinta Statua, Neptuni *credita.* 40

Eſt vero quinta Statua venerandi cujuſdam ſenis, promiſſa & criſpa coma, criſpa etiam & promiſſa barba præditi: cujus vultus placidus & tranquillus, caput eſt detectum, detecta etiam reliqua pars corporis: ſolummodo Pallii fruſtum
D ipſi a ex ſiniſtra ſcapula uſque ſub femora dependet. Caret brachio, ſed in aliis membris a capite uſque ad pedes adæquatus & ubique eſt arti proportionatus. Nomen Dei ibi non apparet: ſed neceſſe erit procedere argumentis, judiciis & collationibus: quo facto nos ſecuros reddemus, hanc ſtatuam eſſe *Neptuni*, Dei marini: cui *Romani* exædificarunt magnificum & elegans Templum extra mœnia urbis *Puteolorum*, non procul ab *Academia*, quondam *Ciceronis* Villa; ubi adhuc hiſce temporibus prægrandes mirum in modum exſtant reliquiæ. Eſſe vero *Neptuni* ſimulacrum nobis primo manifeſtat capillorum &
E barbæ longitudo, quali modo alias etiam ſæpe ſculptus & depictus a Veteribus idem fuit *Neptunus*, teſte *Servio*: qui etiam dicit, Deos marinos ſæpiſſime fuiſſe depictos ut ſenes, pilis albeſcentibus, a ſpuma undarum maris ſic dealbatis. Hinc *Philoſtratus* in ſuis *Imaginibus* depingens *Glaucum*, utpote qui etiam Maris eſt Deus, illum depinxit barba promiſſa aquam ſtillante, capillis etiam madefactis per ſcapulas diſperſis, ciliis hirſutis, denſis & arcte conjunctis: qui videbatur natare, & percutiendo aquam brachio elevato dividere: pectus ejus coöpertum erat al-
F ga marina & ſpiſſa lanugine accumulatum: tandem venter paullatim diminutus verſus partes inferiores, deſinebat in piſcem: de cujus Dei facie & forma pleniſſime ſcribit *Ovidius* libro XIII. *Metamorphoſeon*, ubi *Glaucum* de ſeſe ratiocinantem inducit hoc verſu 943.

Pabula decerpſi, decerptaque dente momordi.

Et ſic in aliis verſibus, quibus rationem ſuæ *Metamorphoſeos* deſcribit, & poſtea formam ſuam transformatam, quam ſic depingit ℣. 960.

Hanc ego tum primum viridem ferrugine barbam 41
Cæſariemque meam, quam longa per æquora verro,

Ingenteſque humeros, & cœrula bracchia vidi,
Cruraque pennigero curvata noviſſimo piſce.

Dixi præterea hanc noſtram ſtatuam eſſe vultûs placidi & tranquilli, argumentum manifeſtum & ſymbolum *Neptuni* tali modo ſculpti, qualem navigatores *Romani* deſiderabant: & ſic etiam ab antiquis jam tranquillus & placidus, mox vultu turbatus proponebatur, quemadmodum apud *Homerum* & *Virgilium* legitur. Ita enim res ſe habere ſolet, ut mare ſcilicet non ſemper ſit in uno eodemque ſtatu; ſed ex placido in turbidum & ex rabioſo in tranquillum momentaneo temporis intervallo nonnunquam mutetur.

Alii ſimulacro hujus Dei in manu dextra dabant tridentem, & ſub ejus pedibus concavam & ſpatioſam concham marinam, loco currus, a marinis equis (*Hippopotamis*) tractam, qui dimidia parte ſeu interiore ſpeciem & formam piſcium gerebant: quorum equorum deſcriptionem *Statius* libro ſecundo *Thebaïdum* ponens, ſic cecinit ℣. 45.

Illic Ægeo Neptunus gurgite feſſos
In portum deducit equos: prior haurit habenas
Ungula: poſtremi ſolvuntur in æquora piſces.

Sed & non ſolum ab equis, imo inſuper a cetis, enormis magnitudinis, currum *Neptuni* fuiſſe tractum, finxêre antiqui: quin & manui ſimulacri ejuſdem adjuncta fuit Buccina, quod fuit ingentis ſonitus inſtrumentum juxta *Philoſtratum:* qualis Buccina formam habebat contortæ conchæ, hodie *Campanis* populis *Terræ Laborabilis*, tempore vindemiarum, valde in uſu. Et Poëtæ finxerunt, hanc fuiſſe tubam *Tritonum*, qui pro Diis marinis, *Neptuni* ſociis, & *Marinis* tubicinibus quondam ſunt habiti: Forma horum multo magis beſtiam quam hominem referebat, ut nos docet *Virgilius* Libro X. hoc verſiculo ℣. 211

Frons hominem præfert, in priſtin deſinit alvus.

Et apud *Platonem* legitur, *Neptuno*, a Maris
42 *Atlantici* populis, exſtructum fuiſſe enorme & admirandum templum: ubi intus videbatur ejus ſtatua in curru collocata, a duobus equis alatis (*Pegaſis*) tracta: quorum frænum erat in manibus ſimulacri; tantæ autem ipſe magnitudinis erat, ut capite ſummitatem templi attingeret *Hyginus* autem omnibus illis conſilium dat, qui ſtatuam *Neptuni* fabricare vellent, eſtque tale, ut nullatenus a ſtatuariis omitti deberet, ut ſcilicet illi adjungerent Delphinum Piſcem, ſupra omnes alios huic Deo gratiſſimum, & omnium Piſcium Regem; quemadmodum Leo inter feras, & Aquila inter aves primatum tenent: ſubjungitque, cum Delphino aut in manibus aut ſub pedibus fuiſſe ut plurimum iſtum Deum ſculptum in marmoribus, aut depictum coloribus: de quo Delphini additamento nobis ſpecimen offert *Pauſanias* in Deſcriptione ſtupendi & admirabilis Coloſſi, quondam in honorem *Neptuni* erecti, in quodam Templo agri *Corinthiaci:* cui elegantem & grandem coronam adaptare videbatur maxima pars Deorum marinorum. Erat hoc ſimulacrum *Neptuni* ſimul cum ſimulacro *Amphitritis* uxoris ſuæ, currui a quatuor equis tracto impoſitum: ubi proxime conſpiciebatur Delphinus artificioſe fabricatus, cui ad inſtar equitis inſidebat *Palæmon*, hoc eſt, *Portumnus*. Ex utraque currus parte erant duo *Tritones*, ſocii, quemadmodum dixi, & Tubicines iſtius Dei. In medio baſis, qua currus ſuſtentabatur, ſculptum erat mare undoſum: ex quo dein Dea *Venus* exire conſpiciebatur, *Nymphis Nereidibus* comitata: quod opus non exigua admiratione dignum fuiſſe crediderim.

Legitur in Urbe *Elidis* in *Peloponneſo* ibique in partibus occidentalibus, non procul a flumine *Alpheo*, fuiſſe ſimulacrum juvenis imberbis; qui ſtans erectus pedem pedi ſuperinflectebat, & ambabus manibus haſtæ innitebatur: cujuſmodi ſimulacrum juxta varias anni ſtationes & tempora iſte populus jam veſte lanea, mox linea obtegebat & palliabat; credebaturque hoc ſimulacrum eſſe Dei *Neptuni*, teſte *Pauſania.*

Dixi præterea noſtram ſtatuam a capite ad pedes uſque eſſe nudam, quod ſignum manifeſtiſſimum *Neptuni*, ſic a *Martiano Capella* in *Nuptiis ſuæ Philologiæ* deſcripti, ubi ait: *Nudus eſt, ma-* 43
ritima inundatione viridior: coronam albidi ſalis inſtar candidam, atque ſpumarum Caniciei concolorem habens.

Dixi inſuper ad ſiniſtrum noſtræ ſtatuæ latus ſegmentum pallii uſque ad femora dependiſſe, ut certi ita ſimus eſſe *Neptuni:* licet in duobus antiquis numiſmatibus, *Veſpaſiani* ſcilicet & *Adriani* alio more appareat hujus Dei imago effigiata in pedes erecta & nuda, ubi ſolummodo cum pallio in ſcapulam ſiniſtram projecto, manu dextra retinet ſcuticam, aut flagellum triplicatis funibus inſtructum, ſiniſtra autem elevatum tridentem dirigit. In alio etiam numiſmate vidi effigiem hujus Dei nudam, in pedes erectam, gerentem manu ſiniſtra tridentem, dextra vero Delphinum porrigentem: quæ effigies altero pede aquis, altero navis proræ inſiſtebat. Nec dicere omittam hunc Deum a quibuſdam fuiſſe effigiatum, & ut navarchum, & ut agricolam, uti fecit *Philoſtratus*: qui in deſcriptione duarum parvarum inſularum, quæ communia & forum & mercaturam habebant, quum ſcilicet in altera venderentur res e terra productæ, in altera res e mari prolatæ, illic in medio ſtatuam *Neptuni* poſuit cum aratro & curru ad inſtar Agricolæ, per hoc denotare volens mare etiam de terræ fructibus participare: ne autem iſte Deus plane & omnino videatur Ruſticus, Artifex in Aratro ſculpſerat aut depinxerat Navis proram, uno eodemque tempore ipſum Agricolam & Nautam ſimul conſtituens.

Fuit *Neptunus* unus Deorum, qui Nationi *Romanæ* grati & accepti erant: nam ab eadem habebatur in magna veneratione, & maxime colebatur: in quem finem narrat *Livius* Libro V. Decadis I, tempore peſtis *Romæ* per octo continuos dies a Duumviris, qui ſacrificiis præërant, Lectiſterniis, hoc eſt, tribus lectis elegantis & pompoſi apparatus in memoriam ejus confectis, ſimul cum *Apolline*, *Latona*, *Diana*, *Hercule* & *Mercurio*, ipſi fuiſſe thure litatum 44
& ſupplicatum, ut illa peſtifera indignatio placaretur: uude non mirum, inter noſtras ſtatuas illam *Neptuni*, *Romanis* tam gratam, in ſupradicto Templo Civitatis quondam *Cumarum* mari vicinæ, fuiſſe poſitam & collocatam.

CAP. VIII.

De ſexta Statua, Mercurio *adjudicata.*

Placuit mihi hic ponere ſextam Statuam, quæ ſimilitudinem habet juvenis imberbis, pulchro & gratioſo vultu: cujus caput nulla re eſt coöpertum, niſi elegante ſed non prolixa coma, quæ in circuitu cincta eſt, & conſtricta redimiculo duos digitos lato. Statua hæc juvenem refert, carnoſis, plenis & undique proportionatis membris; ſuper carnes aliud non apparet, præterquam ſubtile & tranſparens, ſed inconſutile induſium ab artifice tam ſine collari quam ſine manicis factum: quod in duobus quaſi telæ ſegmentis, quæ pectus, ventrem, & ſcapulas contegunt, magis videtur tenuè mantile

quam

quam aliud vestimenti genus, licet prolixum sit usque sub femora, sic ut a forma sua si denominationem sortiri debeat, mihi nominandum videatur vulgari vocabulo *Camiciottum:* quod in partibus supernis circa medium humerorum a duabus ejusdem materiæ subtilibus tæniolis hinc & illinc retinetur & affigitur: sicuti etiam in medio cingitur & ligatur fascia quadam sive cingulo aliquantulum lato, quod sub pectore in nodum coit & clauditur. Crura exinde usque ad genua etiam sunt obtecta eadem subtili & translucida materia, ad modum (nisi me fallit animus) natantium. Cruribus simulacrum caret, quibus a templi ruina fuit privatum: caret etiam dextro brachio a scapula usque; & sinistrum, licet adsit, attamen meliore sui parte deficit, scilicet inferne, usque a cubito. Hic autem divinare nos juvabit, quandoquidem non solum nullum habet nomen quod appareat, sed nequidem ullum artificii signum adest, quod nobis permittit quoddam elicere indicium: imo qui primo adspectu sine ulla attentione procedere vellet,
45 impune dicere posset, esse symbolum mutilati cujusdam & mendici: sed procedamus accuratius, & duce judicio & studiosa attentione dicamus, nostrum simulacrum esse Dei eloquentiæ, & filii *Jovis*, videlicet *Mercurii*, ad modum tamen Luctatoris: quum hic a veteribus juxta *Philostratum*, & *Horatium* in *Hymno* in *Mercurium*, Palæstræ inventor creditus fuerit: cujusmodi Palæstra postea accepta fuit pro Numine, scilicet ut filia *Mercurii* sculpta & depicta, forma juvenili, adspectu autem inter venustum & elegans: sed non plane facie molli exprimebatur, sic utrum fœminæ an masculi esset dubitares: huic tribuebant comas flavas, quas vulgo *Blondas* dicunt: tantæ vero erant brevitatis, ut vix ex istis formari posset nexus: pectus erat virginis, fæmininum, sed non protuberans nec plenum, sic ut mammillæ potius essent mollis hominis juvenis quam fœminæ. Brachia ejus usque supra cubitum erant sine brachialibus & nuda, sed aliquatenus colore fusco infecta, quasi radiis solaribus essent adusta: cujus *Palæstræ* simulacrum fingebatur sedens, in sinu ferens ramum non parum a se amatæ olivæ: ad denotandum, Luctatores antiquitus se unxisse oleo: quandoquidem oleum vires reducat, & vigorem membris attribuat; recreat enim juxta *Plinium Libro* XII. *Capite* I. Hinc legimus, *Annibalem*, magnum istum *Carthaginensium* Ducem, quum prælium inire cum *Romanis*, non procul a Civitate *Placentina*, vellet, curâsse, ut omnes sui milites hoc liquore ungerentur; sicut nobis refert *Tiraquellus* Tractatu de *Nobilibus*, Capite XXXI.

Sed ut ad *Mercurium* revertamur, audiamus narrationem de facie & forma simulacri hujus ipsius Dei, uti proponitur ab *Apulejo Libro* X. de *Asino aureo*, in *judicio Paridis*, quam pro certo hinc colligemus partim respondere Statuæ nostræ. Narrat prædictus Auctor *Mercurium* fuisse depictum juvenem habitiorem, nudum, pallio amictum, dextrum latus solummodo obvolutum
46 chlamyde decente & juveni conveniente; insuper capillis flavis, unde exirent duæ exiguæ alæ, eæque conjunctæ: & tandem ejus manibus immissa fuit virga, quæ pacis symbolum erat & Caduceus appellabatur: & videtur huic descriptioni multum adæquari simulacrum ejusdem *Mercurii*, descriptum a *Martiano Capella Libro* I. *Philologiæ* suæ, quæ dicit effigiem hujus Dei esse juvenilis cujusdam, atque venusti adspectus, proceri & robusti corporis, malis lævibus, sine signo scilicet lanuginis, de cujus pulchritudine & juventute magnus *Maro Libro* IV. *Æneidos* ℣. 558. hos apponit versus:

A *Omnia* Mercurio *similis, vocemque coloremque,*
Et crines flavos & membra decora juventæ.

Et *Lucianus* suprapositam descriptionem agnoscens, adjungit, dictam effigiem esse seminudam, unum latus solùm opertam exigua chlamyde, ex altera scapula dependente. Verum itaque est *Mercurio* (juxta *Martianum* & *Lucianum*) primam lanuginem fuisse attributam: & tali forma apparuisse *Ulyssi* tunc temporis, quando ipsum admonens tectum reddidit contra incantationes *Circes:* imo *Pausanias* narrat in Narratione rerum *Achajæ*, certo quodam loco in publica platea casu fuisse inventam *Mercurii* statuam, barba
B & capillo in capite præditam: & facile creditu est, illam statuam ejus temporibus fuisse unicam: quum alias constet, hunc Deum semper fuisse depictum adspectu lævi & elegante, ad denotandum, venustam, elegantem, & politam eloquentis loquelam nunquam tempore veterascere. *Plautus* etiam in *Amphitryone* agnoscitur imponere galeam alatam capiti *Mercurii*, eumdem Deum de se ipso ratiocinantem inducens, hisce versibus, quæ exstant in Amphitruone Prol. ℣. 143.

Nunc internosse ut nos possitis facilius,
Ego has habebo usque in petaso pinnulas.

Cui appropinquare & accedere videtur *Petrus*
C *Appianus* in *suis Antiquitatibus:* ubi *Mercurium* describit juvenem, imberbem, cum alis duabus parvis super utramque auriculam, & nudum, exiguo solùm pallio in dorsum dependente; imponens marsupium ipsius dextræ manui, quæ Hir- 47
ci capite sustentatur, & dein sinistræ aptans Caduceum: præterea juxta pedem statuæ sculpserunt Gallum, & proxime Hircum: imo *Homerus* in Hymno, quod in hujus Dei honorem cecinit, pedibus ejus etiam adjunxit duas alas; quo modo illum postea imitatus fuit *Virgilius Libro* IV. *Æneidos*, ubi fingens hunc Deum missum a *Jove Carthaginem* ad pium *Æneam*, sic ca-
D nit ℣. 239.

——— *Ille Patris magni parere parabat*
Imperio, & primum pedibus talaria nectit.

Alatus præterea fuit depictus ab *Accio Sincero Sanazaro, primo* Epigrammatum de *Mercurio* & *Amore* canens hisce versibus:

Dum comes aligero Cyllenius *iret* Amori
Aliger incauto surripuit faculas.

Quales pennæ & alæ aliud significare non volebant, nisi velocitatem & continuam circumgyrationem Mercatorum lucro inhiantium: unde evenit ut *Mercurius* a *Gallis*, aut quicunque illi tandem fuerint, judicatus & habitus fuerit Deus
E Mercatorum, & inventor modi commercia exercendi & lucrandi: imo pro præside & capite furum & facinorosorum: hinc *Suidas Mercurium* appellat *Furem*, & *Prudentius* ad propositum nostrum dixit in Symm. I. ℣. 87.

Expertes furandi homines hac imbuit arte
Mercurius *Majâ genitus.*

Hierocles etiam in *Apollonii* Vita apud *Philostratum libro* IV. considerans maleficos, & facinora prava, quæ in mercatura committi possunt, consilium dedit, debere sordidam vitam & sceleratam vitari: & illi ipsi juveni, qui se mercatorem esse venditabat, increpans illum, dixit: *Infortunatum vivendi genus, ut arbitror, elegisti, primum enim hu-*
F *jusmodi homines omnes nundinas circumeunt, ut ibi minimo emant, quæ sibi opus sunt: deinde cum peregrinis & cauponibus degentibus assidue aliquid emunt venduntque, & sceleratis usuris capita supponentes, ad perniciem suam festinant.* Et *Cicero li-* 48
bro I. *Officiorum* de hoc negotio loquens, ita disserit: *Illiberales & sordidi sunt quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur: est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis; sordidi etiam putandi, qui*

mercantur a mercatoribus quod statim vendant: nihil enim proficient, nisi admodum mentiantur. Nec vero quicquam est turpius vanitate: opificesque omnes in sordida arte versantur. A quasi voto nil discedens legislator *lege* ad *paragraphum Proponitur*, *de Ædilium edicto* in *Digestis*; subjungit, *Mercatores ad vile lucrum & malefacere esse intentos:* Non quod ars, ut malefaciant & furentur, exigat, sed quoniam talia non ex arte proficiscuntur; sed sunt effectus hominis, qui arte abutitur, juxta *Sanctum Augustinum* & alios in *Psalmum* LX. sic *Alexander* de *Alexandro*, *Parte* III. *Summæ*, *Membro* I *Quæstionis* L & *Sanctus Thomas Secunda Secundæ*, *Articulo* IV. *Quæstionis* LXXVII. & multi alii ante *Tiraquellum tractatu* de *Nobilibus*, *Capite* XXXIII. Etiam *Petrus Appianus* manui simulacri *Mercurii* indidit marsupium, & lateri adjunxit gallum, symbolum vigilantiæ, quæ in omnibus commerciis requiritur: & sic à *Gallis* fuit depictus & expressus *Mercurius*, ut narrat *Cæsar* in suis *Commentariis*, ubi ratiocinatur de commisso bello cum illis populis.

Reperitur insuper effigies *Mercurii* apud Antiquos cum tribus capitibus, quæ sibi invicem retro conjunctæ opponuntur, & in partes diversas revolvuntur: Cujusmodi effigies, aut simulacrum ponebatur & collocabatur in loco quodam, ubi tres plateæ trivium faciebant, quo innuere volebant, unicuique capiti statuæ onus & laborem incumbere demonstrandi viam iter facientibus: ubi & subscriptiones ad singulas vias cum illarum nomine proprio addebantur. *Populi Lechei* soliti fuerunt *Mercurio* fabricare simulacrum ex solido ære, posito ad ejus latus ariete: idem fecêre etiam *Tanagri*, populi *Bœo-*
49 *tiæ*: sed arietem ibi posuerunt transversim ejus collo injectum, ita ut *Mercurium* diceres Pastorem: & hoc in memoriam istius Dei, qui tali forma in eorum Civitate apparuerat, quando illos a peste liberaverat & tutos reddiderat: aut dicere poterimus illum Arietem significare ipsum *Mercurium* in Hircum transformatum, tunc temporis, quando fruebatur *Penelope*, uxore quondam *Ulyssis*; ex qua postea natus *Pan*, Deus Pastorum, forma caprina, ut legitur apud *Lucianum* in *Dialogis Deorum*, ut & apud *Dionem*.

Pausanias scripto reliquit, ex *Arcadia*, tempore *Jovis Olympii* translatum fuisse simulacrum ejusdem Dei *Mercurii*, cujus caput pileolo, seu casside erat tectum vel armatum, & corpus pallio amictum, præter interius indumentum chlamydis, sub cujus brachio Aries suspensus conspiciebatur.

Hunc Deum ut plurimum fuisse expressum frusto quadrati & longi marmoris aut trunco, clare nobis a multis Auctoribus affirmatur. Et sanè solebat trunco tali lapidi imponi tantum caput istius Dei, ita ut modo insisteret, non vero adhæreret firmiter, atque ita facillimo negotio auferri vel immitti posset: & hac forma, ut narrat *Alexander Neapolitanus* Libro IV. *Genialium*, *Mercurius* fuit adoratus a *Græcis*; & in urbe *Athenarum* magna talium *Hermarum* erat copia, juxta *Thucydidem* Libro VI. & *Plutarchum* in *Alcibiade*: Cujus commentator *Probus Æmylius*, eodem loco de ruina dictarum statuarum sic dicit: *Id cum appareret priusquam classis exiret, accidit ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant Athenis dejicerentur, præter unum, qui ante januam erat Andocidis.*

Similes hodie etiam videntur in multis palatiis urbis *Neapoleos*: qui antiquitus appellabantur *Hermæ* ex nomine *Mercurii* sic denominati, utpote qui a *Græcis* appellaretur *Hermes*. Hinc enata consuetudo ipsos dedicandi magis *Mercurio*, quam alii Deo, ut narrat *Suidas*; unde &

A proverbio frequentabatur: *Non ex quovis ligno fit* MERCURIUS. Cujusmodi *Hermæ* & marmora, aut trunci quadrati Symbolum erant firmitatis & constantiæ Dei. Horumque inventores fuerunt *Athenienses*. Et inveniuntur quoque 50 *Romani* soliti fuisse in trunco collocare caput *Minervæ* simul cum illo *Mercurii*: quæ statuæ postea, ubi repositæ & dedicatæ fuêre in Academiis, a *Cicerone* fuêre appellatæ *Hermathenæ*, *Libro* I. *Epistola* II. ad *Pomponium Atticum* scripta.

Scribit *Martianus Capella*, Libro I. quum *Philologia* ad secundum pervenisset Cœlum, puellam ipsi tunc obviam ivisse, quæ manu mensam B portabat, aut quadrangulum emblematibus adornatum, & ex ebeno signis quibusdam distinctum, ut & symbolis *Mercurium* denotantibus: Cujusmodi signa erant hæc; avis in medio quadranguli, quæ ab *Ægyptiis* appellabatur *Ibis*, Ciconiæ similis; quæ forma erat eleganti, & hæc videbatur lambere & lingere duos serpentes simul junctos & compactos. Puella in capite gerebat cassidem, & videbatur scipioni inixa, cujus summitas aurea, in medio erat coloris glauci & oleastrini, in fine coloris picei: sub brachio dextro retinebat testudinem & scorpionem cauda minitantem, a sinistra manu conspiciebatur ca- C pella: & hac forma simulacrum *Mercurii* ex Mysteriis *Ægyptiorum* erutum fuit; qui ipsum etiam venerabantur sub nomine *Anubis* cum sculpto caduceo: cujus *Anubis* descriptionem proponens *Apulejus* hoc modo dicit: *Erat ibi* Anubis, Mercurium *dixerunt*, *nunc aurea facie sublimis, attollens canis cervices arduas*, *læva caduceum gerens*, *dextra palmam virentem quatiens.* Ubi notandum per caput canis, quo *Mercurius* sub nomine *Anubis* erat effigiatus, significatam fuisse istius Dei sagacitatem; cujusmodo sagacitas cani, animalium brutorum sagacissimo, attribuitur: Et hæc de *Mercurio* sufficiant.

D

CAPUT. IX.

De Septima Statua, quæ creditur Saturni.

SImulacrum quod hic septimo loco ponitur, sannosi senis decrepiti esse apparet, caput ejus coöpertum longa est & dispersa coma: barbam habet plenam & spissam, sed non prolixam neque largam, estque in formam rotundam 51 reducta. Corpus a gutture usque ad pedes duplici veste est vestitum, siquidem præter vestimentum longum, impositum illi est longum & largum Pallium, quod sub brachio dextro E transiens super sinistra scapula terminatur, more & modo *Ægyptiaco*. Brachio caret, estque sine pedibus: nec titulus dedicatiorius ullibi se prodit; ideo necesse est ad cognoscendum, cujus Dei sit statua, ut etiam in auxilium advocemus conjecturas & collationes: qua diligentia & industria a me jam adhibita, & investigatione, quatenus fieri potuit, peracta, reperio potius seni *Saturno*, quam alii Numini posse atttibui, qui, ut vulgo scribitur, quondam magni *Jovis* pater fuit: a quo depulsus & Regno *Cretæ* ut & *Græciæ* imperio spoliatus, ubi, tempore *Isaaci*, filii justi *Abrahami* regnare inceperat, transitum fecit in F *Italiam*, inde in istas excurrit partes, quæ dominio *Jani* erant subjectæ; hoc est in illam regionem, ubi postea a *Romulo* urbs *Roma* fuit ædificata: ibique a *Jano* humaniter receptus, ab eodem in Regni societatem fuit adscitus. Hinc arripuit occasionem docendi illos populos arationem terræ, & rusticum excolendi agros modum: insuper etiam modum cudendi monetam ex metallo, quum ad illud usque tempus usus obtinuisset, ut coriaceam monetam cuderent. Cujusmodi usus & adinventio ubi introducta, & quasi

quasi opus & inventio plus quam humana est agnita & considerata. In ejus, ut Dei, memoriam ex aversa Numismatis parte sculpta fuit imago ipsius *Saturni*, & ex altera illa Regis *Jani* imago, expressa duobus faciebus connexis, sed diversis & differentibus: & sic mediantibus ejusmodi inauditis & novis arte productis opificiis, *Saturnus* attraxit sibi & acquisivit animos & benevolentiam illarum Nationum, a quibus postea habitus in magno pretio & veneratione, non minus quam *Janus* ipse, inter Deos receptus & numeratus fuit. Unde tunc evenit, ut antiquitus ille, qui exercebat & adinveniebat aliquod novum, aptum, & usibus humanis idoneum, ut & humanæ vitæ proficuum opus, ab illis gentibus occæcatis & ignorantibus, pro Deo agnitus & habitus fuerit. Hinc dicto *Saturno* exædificarunt templa, & propter usum & novum modum pinguefa-
52 ciendi & stercorandi agros, istum appellarunt *Deum Stercutium*, quomodo etiam postea a *Romanis* fuit appellatus: cui jam a principio devota & consecrata fuit falx, instrumentum ab eo etiam adinventum & introductum ad demetendas & resecandas fruges: unde postea *Falcifer* fuit appellatus juxta *Ovidium* hoc versu:

——— *Pererrato Falcifer orbe Deus.*

Et insuper *Macrobius Libro* I. *Saturnalium* ejus mentionem facit. Verum quidem est apud *Annium Viterbiensem* in Antiquitates *Berosi Chaldæi*, in *Narratione* de quarto *Assyriorum* Rege, inveniri, *Janum* fuisse primum inventorem & magistrum agriculturæ simplicis & rudis, quæ scilicet solummodo eo spectabat, ut faceret ad usum & victum gentium: Sed *Saturnus* postea adinvenit agriculturam delectabilem & amœnam; floribus videlicet & herbis conserere agros, hortos adornare, faciliori modo excolere & demetere fruges, putare & emundare vites, & arbores.

Ut autem proprie ad nostram deveniamus Statuam, dixi illam esse Senis, & quidem cani, qui capite est nudus & corpore duplici veste amictus; symbolum manifestum & argumentum certum, illum esse *Saturnum*. Nam etiam a *Græcis* iste Deus expressus fuit ut Senex, capite discoöperto, cætera pannosus: adjungebant ipsi falcem, quam altera manu retinebat, altera involucrum panni gerebat, quocum fauces sibi ipsi obturare videbatur: insuper ipsi adsculpebant ad latus quatuor pusiones, illis titulum temporis & anni in quatuor stationes divisi indicare volentes. Sic, quando ipsum senem & pannosum adinstar nostri simulacri proponebant, æternitatem significabant, quæ semper fuit & erit juxta veram religionem; quandoquidem æternitas mensura est cujusdam Essentiæ permanentis, principio & fine carentis, juxta *Sanctum Thomam Quæstione* X. *Articulo* IV. *Partis Primæ?* Ubi subjungit æternitatem esse *totam simul*: aut juxta communem sententiam, tam veterum quam recentiorum, per senectutem volebant denotare, tempus habere Principium simul cum mundo, eo quod tem-
53 pus est mensura motus, & quod habeat principium & finem juxta *Boëthium Libro de Consolatione Philosophorum*, tunc quando juxta vanum judicium Veterum distinguebantur & separabantur confusa & in unum mixta, in illa discordante massa, in quatuor Elementa: cujusmodi massa a Poëtis *Chaos* appellatur: a qua distinctione postea initium ceperunt, & producta fuêre omnia, idque eo ordine, qui ab *Ovidio* Libro primo *Metamorphoseon* fuit observatus. Hinc ista fabulosa narratio enata, *Saturnum* fuisse Filium *Urani*, hoc est *Cœli*.

Dixi præterea, nostri simulacri, ut & aliorum consimilium apud Antiquos, caput fuisse discoö-

A pertum, ad significandum & exprimendum seculum aureum, quod fingebatur exstitisse tempore dominii & gubernationis *Saturni*, quando non aderant figmenta, mendacia, ratiocinia palliata, & animi obvelati, falsi & corrupti: Sed veritas dominabatur, & simplicitas, ut & integritas in cordibus mortalium radicata erat: qui quasi aperti & nudi, coram invicem apparebant: sic ut, quod illi in ore & inter dentes haberent, ipsis consimiliter esset in corde: quod nobis plane detegit *Ovidius* loco memorato. Aut dicere poterimus, caput nudum *Saturni* aliud non velle significare, quam tempus, quod omnia detegit,
B juxta dictum: *Omnia tempore patent:* & in tali significatione illud reperio apud *Tiraquellum* post multos graves legum peritos in suis præscriptionibus: ubi legitur, illis temporibus Sacrificatum fuisse *Saturno*, capite detecto, quod non in usu frequentabatur nec postea frequentatum fuit in Sacrificiis aliorum Deorum. Per falcem, qualem dixi ab antiquis *Græcis* manibus *Saturni* fuisse inditam, nobis declaratur, tempus esse id, quo omnia demetuntur, roduntur, & consumuntur: quod præter veterem jam experientiam nobis etiam demonstratur ab *Ecclesiastico* (sit mihi licitum hic ipsum nominare) qui capite III. hæc 54
C ponit verba: *omnia tempus habet*, *& suis spatiis transeunt universa sub cœlo:* ad quod clare alludit *Franciscus Petrarcha* illo versu:

Ogni cosa mortal tempo interrompe.

h. e. *Omnem rem mortalem tempus interrumpit.*

Illud panni involucrum, quod a *Græcis* in manu *Saturni* positum dixi, quocum os suum obturare videtur, aliud non innuebat, nisi tempus esse id, quod viam rebus aperit eandemque iis claudit: & sicut tempus principium dat rebus, ita idem illis imponit finem. Et hinc nata fabula, ut, quando ab oraculo prædictum esset *Saturno*, ipsum a quodam suorum filiorum esse depellen-
D dum & Regno spoliandum, ipse uxori suæ *Opi* injunxerit, ut quoties pareret, toties partum ad se deferret; tacite animo suo volvens se morti traditurum, imo devoraturum omnes suos filios masculos: quod uxor præsentiens, ut mater tenera, occulte extra domum enutriri procuravit *Jovem*, *Neptunum*, & *Plutonem:* unde Oraculi præsagium fuit verificatum: quippe postea a *Jove* primo filio suo privatus fuit Regno: quod apud me aliud non significat, nisi varietatem consuetudinum & morum, qui a tempore, ut a patre, jam a Principio fuerunt introducti, & jam semper introducuntur, quum tempus unum propel-
E lat alterum, uti canit *Ovidius* loco citato, ubi dicit, quum *Jupiter* in Regno Patris *Saturni* succederet, seculum aureum simul cum moribus transiisse in seculum argenteum, & sic progrediente tempore, ubi Mundus in pejorem volveretur statum, successisse seculum ferreum. *Martiano Capellæ* placet *Saturnum* depingere senem, tardum motu, circa caput Pallio glauco obtectum: sub Pallio pili erant cani & albescentes, quasi nive conspersi: in ejus dextra manu Draco erat positus, qui ex ore flammas vomitare videbatur, & propriam etiam devorare caudam: cujusmodi Pallium coloris glauci, capiti a *Capella*
F impositum, Symbolum erat ineuntis anni; cujus viror & juventus ornatum & floridum veresse creditur. Quod postea ad pluviosam & pruinosam hyemem accedens, nive palliari videtur, cujus symbolum est canities *Saturni:* cujus tardus motus aliud non significat, quam proprium ejusdem (ut Astrologi loquuntur) cœlum remotum, & ipsum Planetarum esse ultimum, qui ut talis post omnes alios motum suum tardissime conficiat. Nam Astrologi volunt *Lunam* perficere motum suum per Zodiacum diebus vigin- 55
ti

ti ſeptem & octo horis, qui motus & revolutio appellatur menſis Lunaris: *Mercurius* (ut volunt) motum efficit diebus trecentis quadraginta octo: *Venus* totidem: *Mars* ſpatio duorum annorum: *Jupiter* ſpatio duodecim annorum: & *Saturnus* ſpatio triginta annorum, multo tardius reliquis, ut planetarum ultimus, & a Sole maxime remotus & minus a virtute ſolari fotus: qui Sol inter *Venerem* & *Martem* poſitus, curſum ſuum perficit ſpatio trecentorum ſexaginta quinque dierum, horarum quinque, minutorum quadraginta novem, & ſex ſecundarum, diſcurrendo per totum Zodiacum, & per duodecim ejus ſigna, ſingula eorum ſingulis anni menſibus attingens: quod a *Sole* conficitur uno anno, unde dicitur annus *Solaris* trecentorum ſexaginta quinque dierum, horarum quinque, minutarum quadraginta novem & ſex ſecundarum. De quo ſolari anno ex auctoritate multorum Scriptorum late ratiocinatur *Didericus Covarruvias Libro IV. Variarum Reſolutionum*, capite XVIII.

Narrat *Macrobius* a veteribus *Saturnum* fuiſſe ſculptum & depictum cum laqueis & funibus pedibus ejus alligatis; & ſic compeditum ſuum ſimulacrum per integrum retinebant annum: quod poſtea vinculis ſuis liberabant & ſolvebant menſe *Decembri*, idque certis quibuſdam in ejus honorem dedicatis feſtis diebus. quo denotare volebant ſemen & fœtum animatum & perfectum in utero materno proficere quoad vitam; quod, uſque dum in Mundum veniat, vincitur, & retinetur inter teneros naturæ laqueos tempore & ſpatio novem menſium & paucorum dierum, quibus fœtus detinetur in utero; quod tempus, juxta illam computationem a *Martio* initium ſumit. Mihi autem veroſimile videtur ut dicam, illaqueationem iſtam *Saturni* per integrum annum, præterquam certis qnibusdam *Decembris* diebus, eſſe argumentum curſus ipſius anni, qui ad inſtar fœtus eſt in utero materno, ex duodecim menſibus compoſitus; qui etiam a *Januario* incipiens, quaſi perficiendo & animando formatur, & creſcentibus menſibus accreſcit: in quorum compoſitione, ut fœtus in utero inclu-
56 ſus, circumvolvitur: Sed perveniens ad menſem *Decembrem*, omnium ultimum, juxta aliam aliorum computationem, videtur in illo menſe, ubi finitur curſus, annus enodari & extricari a ſua compoſitione: & hoc intelligi poteſt per pedes *Saturni* illaqueatos, unde natum Proverbium: *Deos habere pedes laneos.*

Non etiam defuerunt, qui ſimulacrum *Saturni* cum facie juvenili fabricaverint: & hoc fecêre in Symbolum & argumentum renovationis temporis, quæ quocunque anno fit ex revolutione menſium. Sæpiſſime tamen, & fere ſemper, a veteribus *Saturnus* depictus fuit ſenex & canus, ſæpe etiam erat amictus veſtimentis vilibus, veteribus, dilaceratis, & arroſis; ad denotandum, homines initio, quando ſeculum fingebatur aureum, amaſſe ſimplicitatem & integritatem in omnibus rebus: Tandem a *Romanis* coram ſiſtebatur canus, ut noſtra ſtatua nobis hic demonſtrat; ab iis autem, ut *Macrobius* narrat, in magna æſtimatione & veneratione fuit habitus: erectum etiam ipſi inter alia fuit templum, in cujus pinnaculo *Triton* quidam effigiabatur cum cornu & buccina, ad ſignificandum, progrediente tempore, inventam & introductam fuiſſe hiſtoriam vocalem, primo obſcuram & incognitam: quæ adinſtar Buccinatoris, multorum ſeculorum antecedentium res, etiam quæ ab initio mundi acciderunt, ad noſtra uſque tempora deducit & revelat.

A

CAP. X.

De Octava Statua, Deæ Veſtæ *judicata.*

Octava Statua, quam hic deſcribo, maxime eſt admiranda, & quæ in majorem ſtuporem & admirationem intuentes præ aliis inducit. Eſt hæc venuſtæ & juvenilis puellæ, gratioſo & pariter modeſto vultu prædita. Dextro brachio deficit, ſiniſtrum habet integrum & illæſum una cum manu ſua, cui ſolummodo deeſt digitus index: Cætera a capite uſque ad pedes ſunt integra & intacta, longa veſte eſt veſtita, quæ a gutture

B præter pectus, eminens & plenum, atque artificioſe confectum, uſque ad terram etiam reliquum corporis contegit: 57 ubi inſuper etiam conſpicitur promiſſum & largum Pallium, quod medietatem capitis coöperiens, & inde per humeros tranſiens, uſque ad pedes extenditur: quorum extremitates ſuper ſiniſtrum latus reductæ, ibi ſuper cubito ſtatuæ nodum efficiunt. Anterior pars capitis, ubi Pallium non conjungitur, paucis ſed planis & diſperſis pilis cooperitur: qui frontem radentes ſuper aures revolvuntur: & tandem conſpicitur ejus caput circumdatum circulo elevato aut diademate, cujus extremæ partes verſus

C cervicem capitis plicatæ, ibidem lemniſco colligantur. Hujuſmodi diadema apud Antiquos *Romanos* erat ornamentum capitis matronarum, quod auro atque gemmis pretioſis & Margaritis plerumque erat exornatum. Titulus dedicatorius & votivus nullus ibi apparet; ex quo ſcilicet addiſcamus cujus Deæ ſit ſimulacrum. Non tamen ex collatione cum ſimilibus & habitu putem aliam deſignari, niſi Deam *Veſtam*. Non vero illam intelligo, quæ mater *Saturni* fuiſſe dicitur; a Poëtis *Terra* appellata, dicta *Veſta* a veſtiendo & adornando ſeipſam varietate frondium & florum juxta *Joannem Boccacium* Libro III. Genialium: cujus ſimulacrum a veteribus

D formabatur cum capite coronato, & cincto altis turribus, ambitum Terræ denotantibus, quæ, pro Corona, urbibus & Caſtellis ornatur: veſte etiam *Phrygio* opere paſſim cernitur ornata, quæ intexta eſt variis ramis, truncis, & herbis, reſpectu Plantarum & arborum, quæ ex terra progerminant & producuntur, præterea cum ſceptro in manu, Symbolo Regnorum, Dominationum & potentiarum humanarum, quæ exiſtunt in terris: cum Tympanis a lateribus, ad denotandam Terræ circumferentiam in duas partes diviſam, aut in duo hemiſphæria, ſcilicet ſuperius a nobis inhabitatum, & inferius ab Antipodibus

E poſſeſſum: cum clave in manu ſiniſtra, ad denotandum, terram ſemen tempore hyberno ibi ſparſum in ſinu ſuo retinere & recludere: poſtea vero tempore vernali quaſi quadam clave ſeipſam aperiendo foras producere ibidem ſeminata & ſparſa, juxta opinionem *Alexandri Neapolitani* in *ſuis Diebus Genialibus*: de cujus *Veſtæ* ſimulacro ſcribit *Plinius*, conſpectum fuiſſe juvenili adſpectu in Hortis *Servilii*, Civis *Romani*; ſed lo- 58 quor de illa *Veſta*, quæ fuit filia *Saturni*, ignis hieroglyphum; ſcilicet iſtum ſignificabat ignem ſolummodo, qui Calor vitalis dicitur: qui per

F terræ viſcera tranſiens vitam omnibus rebus a terra productis confert: eatenus ut *Zeno Stoicus* (uti refert *Cicero* Libro I. *Quæſtionum Tuſculanarum*, & *Varro Libro* IV. De *Lingua Latina*) dixerit ignem eſſe animam rerum: cui opinioni adhæſiſſe videtur *Democritus*, ut refertur a *Nemeſio* Philoſopho Libro IV. de *Natura Hominis* capite II. & *Lactantio* Libro II. capite XIII. ut & a *Gregorio Nyſſeno Libro* de *Anima* capite I. qui omnes ſtatuunt ignem eſſe animam rerum: cujuſmodi opiniones quomodo intelligi debeant declarat

clarat ipse *Lactantius*, ubi ratiocinatur de *Officio Dei* capite XVII: unde ad hoc etiam alludens *Terentius*, poëta Comicus, in *Adelphis* dixit:

Seni animam primum exstinguerem ipsi;
Qui illud produxit scelus.

Ubi *Donatus* interpretatur dictionem & verbum *Exstinguerem*, quod anima sit ignis: quod & vulgo a nobis dicitur, quando dicimus calorem naturalem exstingui agonizantibus: & *Virgilius* libro VI. ℣. 730. dixit:

Igneus ex ollis vigor, & cœlestis origo,
Seminibus:

Et in fine libri Quarti ℣. 705.

Omnis & una
Discessit calor, atque in ventos vita recessit

Hinc *Porcius Licinius* antiquus Poëta dixit: *Ignis homo est.* Unde quidam volunt, vitam humanam a *Græcis* fuisse appellatam ζωὴν, quasi *Ferventem:* quandoquidem tamdiu, quam anima existit in corpore, ipsum corpus fervet a calido naturali fomentatum. Neque pauci fuerunt illi, qui voluere ab igne omnia esse generata & producta, ut inter alios *Zoroaster*, *Heraclius Ephesius*, *Heraclius Metapontinus*, & *Hippasus Metapontinus*, ut refert *Plutarchus*, *libro* I. De *Placitis Philosophorum*,
59 *capite* III. & idem in *Vita Camilli*, & *Justinus* in *Exhortatione ad Gentes*; *Tertullianus* libro I. *contra Marcionem*; *Epiphanius Cyprius* Libro III. *contra Hæreticos*, *capite ultimo*; *Lactantius Libro* II. *capite* I. & primo omnium *Virgilius* in *Ætna* ℣. 533. his versibus:

Quod si quis lapidis miretur fusile robur,
Cogitet obscuri verissima dicta libelli
Heracliti (igni nihil insuperabile gigni)
Omnia, quo rerum naturæ semina jacta.

Unde *Apulejus*, alludens ad hoc, *Libro* de *Mundo* dixit:

Spiritus est cunctis, validi vis Juppiter ignis.

Hujus etiam Deæ mentionem facit *Ovidius Libro* VI. *Fastorum* dicens:

Ex Ope Junonem memorat, Cereremque creatas
Semine Saturni, tertia Vesta fuit.

Hæc enim dicitur, obtentâ victoriâ a *Jove* contra *Titanes* & *Gigantes* Terræ filios, precata fuisse *Jovem*, ut vellet, se permanere Virginem castam & pudicam in æternum: & ut ex omnibus sacrificiis sibi offerrentur primitiæ: quod & obtinuit, permanens virgo incorrupta, quemadmodum nobis detegit facies & lineamenta simulacri nostri: similiter, prout narrat *Alexander Aphrodisius*, erigebantur omnes colossi huic Deæ: & habuit etiam primitias rerum sacrificatarum & Diis oblatarum: qualem usum super omnes alias nationes præprimis observavit Natio *Græca*, secundum *Hesychium:* unde postea enatum proverbium; *A Vesta incipiendum*, ut refert *Tiraquellus* in *Præfatione Tractatus* de *Primogenitis*: etiam non sine mysterio nostra Statua visu modesto est prædita, & undique Palliata, quoniam est Virginis Divæ, cui castitas & pudicitia consecrabatur, non aliter quam nostris diebus videmus instituta collegia & receptacula Virginum, quæ vero & immortali Deo castitatem suam obtule-
60 runt. Hinc *Ovidius Fastorum Libro* VI. de hac pudica & casta virgine canit in hunc modum:

Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam,
Nataque de flamma corpora nulla vides.
Jure igitur Virgo est, quæ semina nulla remittit,
Nec capit, & comites Virginitatis amat.

Demonstrare ita volens, quod sicut flamma non gignit, nec concipit corpus, neque patitur materiæ concretionem: sic virgo non cognita maneat sine prole & sterilis: unde multi veterum non voluerunt erigere colossos & simulacra huic Deæ, ut tali, a qua nullum exspectabant fru-

A ctum; quia, ut dixi, per ignem significatum fuit elementum inviolabile, ex quo nihil produci potest: quin potius ad se rapit omnia, juxta *Papinianum* & *Lucam de Penna Libro* XII. *Constitutionum Imperialium*, *Constitutione prima*, *Tractatu de Fabricensibus.*

Dea *Vesta* sic nominata erat a *Vestibulis*, quæ nobis *Atria* & vulgo *Cortilia* appellantur, & ei Deæ juxta *Ovidium* dedicabantur: quidam etiam Scriptores volunt, illam fuisse unam Deorum *Penatium* ab *Ænea* ex *Troja* in *Italiam* deportatorum, de qua *Virgilius* Libro II. *Æneidis* mentionem facit ℣. 296.

B *Vestamque Potentem,*
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Cui proxime accedens *Titus Livius Libro* I. *Decadis* I. affirmat hanc Deam fuisse in veneratione antiquissimis temporibus ante ædificationem *Romæ*, receptam postea fuisse a populis *Albæ*, & ab illis templa erecta ipsi & consecrata ut semper Virgini? Exinde postea a *Numa Pompilio* pro Dea fuisse receptam in Urbe *Roma*, non multis annis post Urbem conditam: a qua etiam, ad æmulationem Urbis *Albæ*, Coloniæ *Lavinii*, ab *Ascanio* filio *Æneæ* ædificatæ, institutum fuit Collegium Virginum, quæ *Vestales* dicebantur a Dea
C *Vesta*, cui consecrabantur: dabaturque illis ex Ærario publico demensum, & venerabiles existebant observatione perpetuæ castitatis: cujusmodi Virgines primò fuêre quatuor, postea sex, 61
electæ ex pulcherrimis Puellarum *Romanarum*, quibus nil perfectionis deërat, quæ natæ essent ex parentibus liberis, & de optimatibus civitatis: & vult idem Scriptor fuisse huic Deæ dedicatas, non minores septem annis, nec decimum excedentes; primæ, quæ per Sacerdotem a *Numa* electum, oblata & consecrata fuit Deæ *Vestæ*, peculiari Privilegio & prærogativa nomen *Amatæ* attributum fuit, ut scriptum reliquit *Agellius.*

D Exercitium istarum virginum consistebat tantum in fovendo & excutiendo igne ex ligno ad favillas emittendas apto: cujusmodi ignis inclusus Vasi ex metallo, in formam cribri facto, & ad templum allato, ab ipsis custodiebatur & observabatur per decem annos continuos, simul illis cura incumbebat augurii populi *Romani*, ut caverent, ne ignis iste unquam exstingueretur: alias Virgini negligenter custodienti crudelissima a Pontifice infligebatur pœna, quemadmodum *Romæ* accidisse narrat *Livius* Libro VIII. tertiæ Decadis, idque Anno XIII. belli
E *Carthaginensis*, *Lucio Veturio Philone* & *Quinto Cæcilio Metello*, Consulibus. Prædictæ autem virgines decem annos erant in novitiatu, quod tempus transigebant & consummabant in acquirendo & addiscendo exercitio & arte ignis alendi: quo tempore finito alios decem annos ignem custodiebant: & exinde ut veteranæ & perfectæ per alios decem annos continuos operam dabant institutioni virginum novitiarum: & hoc modo peractis triginta annis, illarum libertati & arbitrio relinquebatur, vel in custodia religionis & virginitatis permanendi, vel nubendi.

F Constat autem, illam, quæ post triginta annos ibi subsistebat, adstrictam & obligatam fuisse, vitam suam peragere in custimonia & pudicitia: nam alias si contingeret ut vitiaretur, super feretrum & sandapilam porrecta circumferebatur per vias publicas urbis, quasi jam mortua, idque cum planctu & singultibus consanguineorum; pontificibus & sacerdotibus illam sequentibus magno cum silentio & taciturnitate: & sic tan- 62
dem extra portas *Romæ* Urbis exportata, viva defodiebatur, idque cum terrore, pavore, & non exigua totius Civitatis metu, augurantis si-

bi magnum imminere malum illo pœnæ istius tempore: quod & narrat *Livius* Libro II. Decadis III. *Romæ* accidisse *Opimiæ* & *Floroniæ* stupratis: quarum altera viva sepulta fuit apud portam Collinam, altera sibi propriis manibus mortem intulit: & prope eandem portam dextrorsum, in agro scelerato (sic dicto ob peccatum incestus & stupri) viva insuper fuit defossa *Minutia*, Virgo etiam *Vestalis*, propter suspicionem ortam ex ornatu ejus lascivo & superbo, ut narrat *Livius Libro* VIII. *primæ Decadis*: qui & Libro IV. affirmat, eadem occasione & suspicione vivam fuisse humatam *Posthumiam*, etiam Virginem *Vestalem*. Quoniam puellæ etiam pudicæ ob nimium ornatum sæpe in suspicionem impudicitiæ incidebant: unde *Ovidius* Libro IV. *Fastorum* agens de *Claudia*, etiam virgine *Vestali*, hos ponit versus:

Casta quidem (sed non est credita) rumor iniquus
Hæserat, & falso crimine facta rea est,
Cultus, & ornatos varie fudisse capillos
Obfuit, ad rigidos linguaque prompta sonos.

Et sanctus *Augustinus libro de sermone Domini in monte*, *Petitione* VII. hæc ponit verba: *qui immoderato cultu corporis, atque vestitus, cæterarumque rerum nitore præfulget, facile convincitur rebus ipsis pomparum esse sectator.* Hinc *Gratianus* auctoritate sacri Concilii *Gangrensis*, *Capite ultimo* dixit: *Parsimoniam cum veste humili non reprobamus* (loquens scilicet de Religiosis) *sicut etiam ornatum præter corporis diligentiam infucatam laudamus: Dissolutos autem & infractos in vestibus incessus non recipimus.* Indicare ita volebat viris Religiosis non convenire lascive vestiri, præsertim virginibus, quæ vitam suam Deo conse-
63 craverant. Quandoquidem superbus vestitus, & lasciva puellarum ornamenta non solummodo adhibentur, ut viris placeant, & ut concitent lascivi-am: sed insuper illo servitium Dæmoni præstant, juxta ipsum *Augustinum*, *Epistola* LXXIII. ad *Possidonium* scribentem ita: *Fucare Pigmentis, quo vel rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia est: exsecranda autem superstitiosarum ligaturarum, in quibus etiam inaures virorum in summis ex una parte auriculis suspensæ deputentur: non ad placendum hominibus, sed ad serviendum dæmonibus adhibetur.* Hinc *Lucas de Penna*, legum peritus *lege* I. *Titulo*, *Nulli licere in frænis:* dicit, in hoc puellis non esse applaudendum & consentiendum, sed resistendum & contradicendum. Unde *Valerius Maximus libro* IX *capite* I. hæc apponit verba: *Non providerunt seculi illius viri, ad quem cultum tenderet insoliti cœtus pertinax studium, aut quo se usque effusura esset legum victrix audacia: quod si animi muliebris apparatus intueri potuissent, quibus quotidie aliquid novitatis sumptuosius adjectum est, in ipso introitu ruenti luxuriæ obstitissent.* Et *Marcus Tullius* alibi dicit: *Adhibenda est munditia non odiosa, neque exquisita nimis, ut non quærantur colores fictitii aut fucati.*

Et *Innocentius*, *libro* de *Miseria* Conditionis humanæ, sic dixit: *Absit ut alterius color comparabilis sit nativo: quinimo cum facies adulterino colore fucatur, os abominabili fœtore corrumpitur: unde vanitas omnis homo vivens: quid enim vanius quam crines pectere, planare cæsariem, tingere genas, ungere faciem, producere supercilia?* Etiam de vanitate, quæ in vestiendo adhibetur, longe lateque ratiocinatur Doctor Angelicus *Secunda Secundæ*, quæstione CXLIX. Articulo II. Et *Joannes Andreas* Canonista, *Regula*, *Ea*, *quæ fiunt inter Novellas*, *libro* VI. *Epistolarum Decretalium.* Etiam de hisce ritibus & observatio-
64 nibus videatur *Dionysius Halicarnasseus libro* II. *Antiquitatum Romanarum*, & *Plutarchus* in vita

A *Numæ*, & in vita *Fabii Maximi*: hinc *Ovidius* canit libro VI. Fastorum:

Nullaque dicetur vittas temerare sacerdos
Hoc duce, nec viva defodietur humo.

Et *Juvenalis*, *Satyra* IV. non procul ab initio in eundem scopum posuit hos versus:

——— *Cum quo nuper vittata jacebat*
Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.

Longe denique lateque post omnes de hoc ratiocinatur *Tiraquellus* XV. *Connubialium*, Mortuo postea *Numa Pompilio* (sicut *Ovidius* canit) in Urbe *Roma* huic Deæ ædificatum fuit Templum, forma rotunda, in Palatio, quod fuerat
B ipsius Regis; ad imitationem istius *Numæ*, qui quum adhuc esset in vivis, aliud templum, & quidem forma rotunda erexit, uti *Festus* scripto reliquit: Cujus descriptio exponitur per *Christophorum Landinum*, *Commentario* in *Secundum librum Æneidos*, ubi *Hector* pio *Ænea* sacrificia & cœremonias hujus Deæ commendat, dicitque templum hoc non fuisse exiguæ magnitudinis: In cujus medio Altare erat collocatum, super quod inter utrumque cornu ardebat ignis, cujus Custodiæ duæ virgines erant deputatæ: In pinnaculo etiam ipsius templi conspiciebatur simulacrum collocatum Virginis cujusdam, marmore
C candido exsculptum; & in brachiis dictæ Virginis infans, qui habetur pro *Jove*, ab eadem Dea enutrito: sic ut pateat quanta in veneratione jam a principio urbis *Romæ* Dea *Vesta* apud *Romanos* fuerit: quandoquidem non solum intra mœnia ejus, sed insuper in multis aliis locis remotis, attamen eorum dominio subjectis, isti Deæ *Vestæ* erexerunt templa, altaria, & simulacra: Cujus cultus specimen nobis dat nostra dictæ Deæ statua, ex candido marmore artificiose fabricata, reperta in veteri & destructa *Cumarum* urbe.

D

CAPUT. XI. 65

Nona Statua, quæ Veneris *censetur.*

NOn videtur mihi extra scopum, nec proposito nostro minus conveniens, si hic describam, post supra allegatas variorum Deorum statuas in urbe *Cumarum* repertas, elegantissimum & admiratione dignum simulacrum, cui parem vix in vita mea vidi, opus insigne a veteri & antiqua manu fabricatum. Quod simulacrum licet inter reliquias *Cumanas* cum aliis nostris jam descriptis simul non sit repertum, nihilominus tamen, ut
E dicunt, præcedentibus annis prope mœnia Civitatis *Puteolorum* inventum fuit, in villa, quæ quondam fuit *Ciceronis*, ab ipso *Academia* appellata: & hisce temporibus conspicitur in Horto Domini de *Villafranca*, ad pedes prædictæ villæ, ibi elegantiæ & ornatui inserviens, imo potius, pro pretioso Thesauro fontis cujusdam inter spissas & densas alas malorum aureorum statua illa *Veneris* reponitur, non quidem magna sed ex candidissimo marmore sculpta; hanc artificiosus statuarius, ut homines eo magis in admirationem raperentur, exprimere voluit dormientem, & quasi somnolentam super lectulum extensam,
F atque in sinistrum latus reclinatam, capite in cervicale reposito, quod insuper, curvato brachio, dextra manu fulcitur, brachium deinde sinistrum extensum in latus sinistrum conspicitur, & ejus manus ab elevata & grandi concha marina suffulta apparet. Totum Deæ corpus nudum & discoopertum est: tantummodo naturæ Secretum, quasi ex nimia statuarii honestate, quodammodo extremitate lodicis subtilis sub *Venere* extentæ obtegitur: sed ita ut illam partem potius obumbret quam abscondat. Cujusmodi sint

ſint capilli, qualis vultus, quales etiam extuberantes & teneræ in luſu ſuo mammillæ, & quales in genere ſimul cum Venuſtate gratioſæ faciei reliquæ corporis partes, non melius deſcribere potuiſſet *Phrygius* Paſtor quam ſimulacri hujus fecit artifex. Attamen dico partes, ductus & lineamenta ejus eſſe adinſtar bellæ & gratioſæ *Veneris*, quæ, licet in marmore, reſpondeant tamen ejus decantatis elegantibus membris, ex auctoritate multorum a *Tiraquel-*
66 *lo Secunda Connubialium* deſcriptis. Ut autem ſagax ille artifex mirabilibus hujus ſtatuæ ſtuporem adderet, ipſi placuit pariter exiguo marmoris ſegmento inſculpere parvulum *Cupidinem*, qui duabus alis ornatur in dorſo, & ingeniculaotus e regione capitis *Veneris* collocatur, dextra manus nititur ſuper cervicale, & ſiniſtra ſuper ſiniſtrum Deæ brachium inclinatur; capite aliquantulum elevato, affectat quaſi & deſiderat intueri & amplexari vultum & faciem ſomnolentæ & gratioſæ matris; ſuntque lineamenta *Cupidinis* hujus talia, qualia Deo Amoris competunt: ſic ut appareat utraque ſtatua quaſi de palma contendere obſervantibus easdem & ſpectantibus. Narrant, ut jam dixi, fuiſſe hanc ſtatuam in Villa *Ciceronis* inventam inter veteres reliquias *Academiæ* ſuæ, quæ mœniis *Puteolorum* adjacebat: quæ Villa illinc longo tractu ſe extendebat uſque ad limbum montis *Gauri*, qui hodie dicitur *Barbarus*. Quod non videtur abſurdum nec difficile creditu, quandoquidem *Cicero* multum delectabatur habere ſuam *Academiam* ſtatuis exornatam: Quod etiam probatur plurimis ipſiſſimi *Ciceronis* verbis, qui ad Amicum ſuum *Pomponium Atticum* ſcribens, in quadam ſecundi libri Epiſtola demonſtrat oblectamentum, quo tenebatur, reſpectu *Hermarum* & ſtatuarum *Mercurii*, quas omnium *Academiarum* ornamenta appellabat: & ubi ad eundem *Libro* IV. ſcribit, ſic dicit: *Hermæ tui Pentelyci cum capitibus æneis me admodum delectant.* Ubi ſubjungit ſe obſecrare eum, ut quamprimum ſibi eos tranſmitteret, quibus Bibliothecam ſuam exornare poſſet: idem Epiſtola II. Libri I. ad eundem ſcribens dicit: *Quod ad me de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt, ornamentum Academiæ proprium meæ.* quibus auctoritatibus *Ciceronis* credere & concludere poſſumus, noſtram ſtatuam inter alias dicto loco fuiſſe collocatam. Nec mirum, *Ciceronem* fuiſſe delectatum eo, quod hanc *Venerem* contrariam licet & inimicam ſtudiis, nec unquam cum *Mercurio* concordantem, in *Academia* ſua retineret: quum legatur ipſe valde fuiſſe delectatus elegantibus & formoſis fœminis: hinc, quum ſexaginta jam eſ-
67 ſet annorum, in matrimonium ſibi adſcivit *Publiam Verginiam*, formoſam & ætatis integræ fœminam, licet libertus ſuus *Tiro* illum excuſaverit, dicens, *Ciceronem* hanc mulierem duxiſſe, eo quod erat dives, ut ejus dote ſolvere poſſet debita, juxta *Plutarchum* in *Vita* ipſius *Ciceronis*; Imo non temerarium erit credere ſtatuarium iſtum, fabricaſſe ſtatuam eandem juxta delineationem ipſi a *Cicerone* datam: quandoquidem in inveſtigatione partium noſtri ſimulacri deprehendemus, delineationem tam artificioſam nihil aliud eſſe poſſe, niſi partum profundi judicii & elegantis ingenii noſtri *Ciceronis*: Unde ſub ejuſdem ſiniſtra manu poſuit Concham marinam: eo quod ſciebat, *Venerem* traxiſſe originem ex mari: Quod *Virgilius* ejus contemporaneus libro V. ℣. 850. *Æneidos* demonſtrat, ubi *Neptunum* cum *Venere* ratiocinantem inducens hos apponit verſus:

Fas omne eſt Cytherea *meis te fidere regnis,*
Unde genus ducis.

Et *Seneca* in *Hippolyto* de ejus origine loquens, dixit:

A *Diva non miti generata ponto,*
Quam vocat matrem geminus Cupido.

Et *Auſonius* in Deſcriptione hujus Deæ, ex *Lucretio* dicit:

Orta ſalo, ſuſcepta ſolo, patre edita Cœlo,
Æneadum *genitrix hic habito alma* Venus.

Et *Ovidius* inducens *Paridem* ad *Helenam* ſcribentem hoc modo canit:

In mare (nil mirum) jus habet orta mari.

Et idem in Epiſtola *Herûs* ad *Leandrum* poſuit hos verſus:

Quod timeas non eſt, auſo Venus *ipſa favebit,*
B *Sternet & æquoreas æquore nata vias.*

Et in Epiſtola *Sapphûs* ad *Phaonem* dixit:

Solve ratem Venus *orta mari, mare præſtet eunti.*

Et rurſus idem *Libro* IV. *Metamorphoſeon*, inducens hanc Deam de ſe ipſa ratiocinantem, ponit hos verſus: 68

——— *aliqua, & mihi gratia ponto eſt*
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui, Grajum*que manet mihi nomen ab illa.*

Et ante omnes *Muſæus* in ſuo *Leandro* de *Venere* dixit:

C *Ignoras quod* Venus *nata eſt ex mari & dominatur ponto?*

Nec ſolummodo ipſi dedit concham marinam magnus ille *Cicero*, quod originem ex mari traxerit ſimpliciter: ſed quia quoque *Venus* fuit fœtus conceptus & natus in concha maris, ut nobis declarat *Plautus* in *Rudente* hoc verſu:

Te ex Concha natam autumant.

Et *Tibullus Libro* III. *Elegia* III. dixit:

Et faveas concha Cypria *vecta tua.*

Et *Papinius* libro I. *Sylvarum* in Poëmate de *Stella* & *Violantilla* dixit:

Hæc & cœruleis mecum conſurgere digna
D *Fluctibus, & noſtra potuit conſidere concha.*

Et idem Libro III ejuſdem operis, in coma *Earini* canit:

Ite dabit curſus mitis Cytherea *ſecundos,*
Placabitque nothos ſors & de pube timenda
Transferet, inque ſua ducet ſuper æquora concha.

Hinc *Martialis Libro* II. contra *Gallum* Conchas appellat *Venereas*, illo verſu:

Levior O Conchis Galle Cytheriacis.

Sicut *Propertius* etiam illas nomine *Veneris* appellat, dicens hoc modo:

Et venit e rubro concha Erycina *mari.*

Præterea *Cicero* conſiderat illum, qui *Vene-* 69
E *ris* deliciis ſopitus & immerſus eſt, ſæpiſſime ſe ipſum propriis bonis & fortuna ſpoliare, quando iſta, cum fœminis ſe oblectando, abſumit; & extenuare pariter corpus, ubi illud debilitat & naturali vigore privat; mentem denique, quando eandem notat & maculat ſpurca infamia: ut multis auctoritatibus & teſtimoniis approbat *Tiraquellus* XV. *Connubialium*; & inſuper II. *Connubialium* ubi illam appellat *Venerem auream* ex auctoritate *Virgilii* Libro X. hoc verſu:

Juppiter *hæc paucis: at non* Venus *aurea contra*
F *Pauca refert.*

Sciens præterea Amorem non longo temporis ſpatio poſſe occultari, ſed tempus mox adeſſe, ut palam ſiſtatur & diſcoöperiatur, injunxit ideo artifici, ut nudum & detectum ſimulacrum faceret: quare videtur *Ovidius* inducere ſcribentem *Didonem* ad *Æneam*, hæc verba:

——— ——— *Quia mater* Amorum
Nuda Cytheriacis *edita fertur aquis.*

Et alibi dictus Poëta canit:

Illis contulerim, quas quondam nuda Dione
Pingitur humenti ſuſtinuiſſe manu.

Et alio loco idem apponit hunc scopo nostro in- A
servientem versum:

Nuda Venus *madidas exprimit imbre comas.*

Cujusmodi institutum imitatus *Martialis Libro*
VIII. ad proprium librum scribendo, sic in *Ve-*
neris pudorem canere potuit:

Nuda recede Venus, *non est tuus iste libellus.*

Et post hos de ea loqui amabat *Apulejus* libro X.
de *Asino Aureo* his verbis: *Qualis fuit* Venus
cum fuit Virgo, nudo & intecto corpore: Sic in-
super descripta fuit a *Luciano* in Libro, cui Ti-
tulus *Erates*; & a *Theodoreto Cyrenensi* Libro III.
de *Curationibus Affectionum Gentilium*; & a *La-*
ctantio in *Amoribus* suis in insula *Cnido*; etiam ab B
Ausonio & *Apelle* depicta fuit nuda, e mari exi-
ens; non alium in finem, nisi ad denotandum
membra nuda fœminæ escam & allectamentum
70 libidinis esse juxta *Arnobium*, *Libro* VI. *Dispu-*
tationum, hisce verbis: *Ad libidinem concitat* Ve-
nus *nuda*. Et alibi, *eodem libro*, dixit: Venus
nuda, *& aperta depingitur*, *tamquam si illam*
dicas publicare & divendere meritorii corporis for-
mam.

Quoniam vero *Cicero* id animo intendebat, ut do-
mi retineret symbolum & effigiem Deæ Pulchritu-
dinis, jussit, & sculptori injunxit, ut supra mo-
dum & mirabiliter illud elegans faceret, quo æ- C
mularetur ejusdem Deæ simulacrum, a *Praxite-*
le in insula *Cnido* factum: ad quod ob incompa-
rabilem pulchritudinem & venustatem *Cicero* ani-
madvertebat concurrere populos circumvicinos,
ut ejus elegantiam & venustatem spectarent, &
eam admirarentur. Nam scribitur juvenis qui-
dam, captus & victus illa muti & insensibilis si-
mulacri venustate, se abscondidisse in templo; &
tempore opportuno cum statua coiisse tanto de-
siderio, ut super candido marmore signum effræ-
natæ suæ libidinis exstiterit. Voluit insuper *Ci-*
cero, ut caput hujus statuæ ornaretur venusta &
eleganti coma, sciens illam passim hujus statuæ D
& quondam & postea fuisse attributam; ut ita
nihil perfectionis ipsi deesset. Unde *Claudianus*
in nuptiis *Honorii* & *Mariæ*, mentionem in spe-
cie faciens elegantis *Veneris* Comæ, istum appo-
suit versum:

Cæsariem tum forte Venus *subnixa corusco* &c.

Sciens etiam, *Venerem* præ omnibus aliis Deabus
fuisse lacteam, candido marmori illam sculpi cu-
ravit: de cujus candore canit *Virgilius*, *Æneide*
VIII. istis versibus:

Dixerat, & niveis hinc atque hinc Diva la-
certis
Cunctantem amplexu molli fovet. E

Summatim, *Cicero* sciens, ex *Venere* nasci & ori-
ri libidinem, ad latus ipsi apponi fecit propri-
um filium *Cupidinem*, libidini intentum eaque
captum, unde eum nudum sculpi curavit, ad i-
mitationem *Praxitelis*, qui in *Paro* Insula, *Pro-*
pontidis Colonia, eundem Deum nudum in mar-
more expressit, & sic postea ab omnibus Poëtis
fuit descriptus, quemadmodum a *Marullo Tarca-*
gnota hoc versu:

Cur sine Veste Deus? Simplex puer odit o-
pertum.

Et a *Propertio* Libro I.

71 *Nudus* Amor *formæ non amat artificem.* F

Similiter *Moschus*, ante omnes, Amorem fugi-
tivum describens, dixit:

Nudum corpus habet, *mentem fallacia velat.*

Exinde ab *Agathone* in *Symposio Platonis* & a *Tze-*
tze in suis *Historiis* sic descriptus hisce versibus
reperitur: *Juvenem autem pingunt istum simul &*
formosum: veluti quod amari & amare deceat ju-
venilem ætatem; Denique nudus fuit effigiatus a
Plinio, *Libro* XXXVI. Capite V. ut & a *Philo-*
strato in suis *Imaginibus*. Ita ut facile possimus
dicere, nostram statuam esse symbolum *Vene-*
re dignum, a qua ipsi simul cum lineamentis
datum fuit Nomen, imo *Cicerone*, a cujus opti-
mo ingenio nata fuit ejusdem delineatio, & tan-
dem Artifice, ut credo, istius temporis subtilis-
simo.

Alexander ab *Alexandro Neapolitanus*, in *Diebus*
Genialibus scriptum reliquit, in quadam regione
sculptum fuisse *Veneris* simulacrum arieti insi-
dens; una cum testudine pedibus subdita: quæ
testudo, uti *Plutarchus* in *Præceptis Connubiali-*
bus dicit, aliud non innuebat, nisi pudicis fœmi-
nis competere curam domûs, ex qua non sæpe
foras mittere debeant pedes: unde *Menander* apud
Stobæum in *Præceptis Nuptialibus* in hunc scopum
dixit:

Intus manere mulierem oportet
Bonam: egredientes autem foras nullius pre-
tii sunt.

Et *Euripides* in sua *Iphigenia* inducens *Achillem*
ratiocinantem de illis quæ conveniunt fœminis,
ponit hoc metrum:

Maneat domi, *pudicam enim decet pudor.*

Hinc legimus *Dinam*, *Jacobi* senis filiam, eo
quod domo exierat, fuisse raptam & stupro il-
lato violatam, ut legitur in *Genesi*, *Capite*
XXXIV. Unde *Macchabæi* non permittebant,
ut Virgines suæ ullo modo exirent domo, ut II.
Macchabæorum Libro, Capite III. legitur: & 72
Justinianus Imperator in *Authentico*, *ut Lit. Jur.*
Paragrapho, *Si vero Mulier*, dixit, honestatem
vitæ in talem fœminam non cadere, quæ se con-
spiciendam præbeat viris extraneis & peregrinis
extra domum: ne scilicet cadat & in præceps fera-
tur, juxta *Lucam* de *Penna*, Doctorem legalis nostræ
professionis, Libro XII. *Constitutionum Imperia-*
lium, *ad Constitutionem primam Tituli*, *de Com-*
meatu. Similium testimoniorum cumulum qui
desiderat, adeat *Andream Tiraquellum*, Decima
Connubialium Præceptorum. Imo testudo sub pe-
dibus *Veneris* insuper significare & innuere vult,
fœminis convenire parum loqui, juxta *Plutar-*
chum de *Præceptis Connubialibus*, Capite XXXIII.
& *Libro* de *Iside* & *Osiride*, ut & *Stobæum*, Ser-
mone LXXII. & *Pausaniam*, *Libro* VI. ad quod
alludens *Alciatus* in suis *Emblematibus* sequentes
posuit versus:

Alma Venus, *quæ nam hæc facies? quid de-*
notat illa
Testudo, *molli quam pede Diva premis?*
Me sic effinxit Phidias, *sexumque referri*
Fœmineum nostra jussit ab effigie,
Quod manere domi, *& tacitas decet esse puellas*,
Supposuit pedibus talia signa meis.

Nam silentium fœminarum pretiosum est moni-
le & ornamentum, testudine significatum, quæ
juxta *Plinium* lingua caret: Laudem hujus silen-
tii nobis etiam demonstrat auctoritas *Macariæ* his
versibus:

Mulieri enim silentium & modestia
Pulcherrimum, *intus vero tacitam manere domo.*

Apulejus Libro X. *Asini Aurei*, in *Judicio Pari-*
dis simulacrum *Veneris* effingit adspectu elegantis-
simo, colore suavi & jucundo, quod nudum
existens palam omnibus suam venustatem osten-
tabat: solummodo autem coöperiebatur subtili
& transparente Velo, quod potius illud obum-
brabat, quam abscondebat: eratque illud simu-
lacrum tanti candoris, ut quotquot illud con-
templarentur, ex cœlo illud descendisse affirma- 73
rent. Velum erat coloris cœrulei, maris vide-
licet, unde creditur nata & orta, aspectum re-
ferens. Ante dictum illud simulacrum con-
spiciebantur libidinosi *Cupidines* faces manibus
juxta antiquam consuetudinem gerentes, quibus
denotantur daduchi, qui facibus ardentibus con-

comitantur sponsam usque in domum sponsi: ex utroque simulacri latere posuit *Apulejus* hinc *Gratias*, illinc *Horas*, quæ viderentur adornare & redimire Deam sertis, & coronis variorum florum & rosarum.

Horatius porro erigens huic Deæ in Carmine suo simulacrum, illud effinxit hilari & jucundo vultu, totum festivum & ridens, *Joco* & *Cupidine* circa illud ludentibus. Unde *Homerus Venerem* appellat *amatricem risûs*, quandoquidem risus argumentum est lætitiæ, quæ rursum symbolum lasciviæ. Et legitur in Historiis *Saxoniæ*, ibi fuisse statua *Veneris* tota nuda, currui a quatuor avibus tracto imposita, quarum avium duæ erant Olores, reliquæ duæ autem Columbæ, animilia huic Deæ consecrata. Caput istius simulacri myrto erat redimitum, & in ejus pectore fax ardens apparebat: dextra manu mundum tenebat, & sinistra tria poma aurea: sequebantur currum *Gratiæ* (*Charites*) etiam nudæ, manibus invicem connexis, omnes poma, quasi *Veneris* dona, gerentes. Quod vero *Charites* nudæ fuerint expressæ, hoc nobis clare demonstrat *Horatius* Ode XIX. Libri III. in his versibus:

Tres prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia
Nudis juncta sororibus.

Et idem Ode VI. Libro IV. dixit:

Gratia *cum Nymphis*, *geminisque sororibus audet*
Ducere nuda Choros.

Verum est quod *Pausanias* in *Bœoticis* dicit, & probat ex multis picturis & statuis antiquis, *Gratias* antiquitus fuisse depictas non nudas, sed vestitas: & idem in *Eliacis* dicit, gratias fuisse familiares *Veneri*, & ideo altera illarum Rosam,
74 altera ramum Myrti manu portabat, quæ utraque planta est *Veneri* consecrata. Hinc *Pausanias* in *Eliacis* dicit, repertum fuisse *Veneris* simulacrum ex brevi & exiguo Myrti trunco fabricatum: Etiam dictus *Pausanias* narrat, quosdam populos, *Sicyonios* appellatos, habuisse in *Veneris* templo statuam ejusdem ex auro obryzo fabricatam Throno insidentem; in cujus capitis summitate conspiciebatur planta; quæ speciem habebat Cardui.

Alexander Neapolitanus in *Diebus* suis *Genialibus* memoriæ prodidit, in *Cypro* fuisse simulacrum *Veneris*, adspectu virili, & barba quoque præditum: sed vestimenta ejus fuisse fœminea, subjungit & *Suidas*, præter barbam in mento veteres fuisse solitos manibus simulacri *Veneris* immittere pectinem: id quod fecêre Matronæ *Romanæ* tunc, quando per hanc Deam liberatæ fuerunt a morbo pestilentiali alopeciæ; Cujusmodi morbus & calvities ut plurimum certe provenit a nimio usu *Veneris*, & coitus intemperantia, juxta *Plinium*, *Libro* XI. *Capite* XXXVII. quod & prius ante *Plinium* dixerat *Aristoteles* libro V. de *Generatione Animalium*, Capite III. Hinc narrat *Lactantius* Libro I. Capite XX. & *Julius Capitolinus* in *Vita Maximorum*, *Romanos* inde depinxisse *Venerem* calvam, cui etiam adstipulatur *Apulejus* Libro II. de *Asino Aureo*: Cujusmodi *Veneris* effigies virilis & barbata, aliud significare non volebat, nisi illud, *Veneris* legibus ejusque dominio utrumque sexum esse subjectum. Nec defuerunt apud Antiquos, qui *Venerem* depinxerint armatam, & talis fuit *Ausonius* in quodam *Epigrammate*, quod ex *Græco* in *Latinum* idioma versum sic sonat:

Armatam Venerem *vidit* Lacedæmone Pallas:
Nunc certemus (ait) judice vel Paride.
Cui Venus, *armatam tu me temeraria temnis*,
Quæ, quo te vici tempore, nuda fui?

Quo exemplo motus *Accius Sincerus Sanazarus* de

A eadem Dea, quodam *Epigrammate*, in hunc modum canit:

Tractabat Clypeum Marti *placitura* Dione: 75
Sævaque fœminea sumpserat arma manu.

Hinc postea appellata fuit *Victoriosa*. Et in agro *Corinthiaco* aliud erat simulacrum, in cujus cacumine *Victoriæ* imago se prodebat: unde a *Romanis* ut *Victoriosa* fuit venerata & depicta, quemadmodum in quodam numismate imperatoris *Numeriani* conspici potest: Ubi se prodit *Veneris* imago adornata emblematicè exigua Victoria dextra manu, & speculo sinistra. Sed & in alio Numismate (*Faustinæ* scilicet) conspicitur
B *Venus* sculpta, ensem sinistra manu in terram dimissum gerens, dextra vero *Victoriæ* insigne tenens, cum hac Inscriptione VENERI VICTRICI.

Macrobius Libro I. *Saturnalium* scribit, in monte *Libano* repertum fuisse simulacrum hujus Deæ, moesto & tristi vultu, capite obtecto, facem suo pallio absconsam tenens: ex cujus simulacri oculis videbantur scaturire lacrymæ magna copia: qua forma dixerunt ipsam planxisse mortem amati *Adonis* occisi ab apro. Ast sapiens *Cicero* voluit nostrum simulacrum hilaris & gratiosæ esse faciei, cui dormiendi modus multum
C gratiæ adderet; Hujus simulacri naturalem significationem proponit *Macrobius*, *ubi supra*: Qui vero hujus Physicam expositionem desiderat, adeat *Eusebium* de *Præparatione Evangelica*.

CAP. XII.

Decima Statua, *ut videtur*, Julii Cæsaris.

Sequitur decima Statua juvenilis, fortis & robusti militis, thorace & humerali induti atque armati: cujus utraque femina conteguntur promisso & Phrygio epitogio ab humeris dependente:
D ipsi humeri etiam ornati sunt Crocodilis & ferocibus animalibus & feris ibidem incisis. Deëst huic simulacro desuper a scapula brachium dextrum; sinistrum vero non est integrum, sed in manu deficit. Habet femora & genua, sed cruribus caret: & a sinistra scapula segmentum pallii deorsum dependens conspicitur. Caput ejus nulla re est coöpertum, sed habet raros & curtos capillos, corpus est procerum & adæquate undique delicatum, cui conveniens macilentus quodammodo & planus vultus adest. Titulus non adest, ex quo cognoscere possis, cujus sit simulacrum: licet quidam reperiantur statuentes esse
E *Martis*: Quorum judicium valde erroneum & a verisimilitudine videtur alienum: Nam quamvis *Mars* fuerit vir militaris, imo Deus Belli, ex *Junone* sine patre natus, ad imitationem scilicet & æmulationem *Minervæ*, ex patre sine matre natæ: attamen semper effigiatus & sculptus fuit cum armis & lineamentis a nostro simulacro diversissimis: Quandoquidem ab Antiquis expressus fuit visû feroce, crudo adspectu, hastam & flagellum altera manu, altera scutum tenens; nunc equo impositus, mox currui, a duobus equis (juxta *Homerum*) tracto: quorum alter *Timorem*, alter *Terrorem* significabat: & hinc &
F illinc juxta ejus simulacrum Veteres collocabant *Furorem* & *Iram*: insuper arma *Martis* erant ensis, (ex quo ardentes prodibant flammæ) lorica auro gravis, in qua fera & terribilia monstra conspiciebantur: & dictus ensis, colore sanguineo resplendebat. Narrat *Isidorus Martem* aliquando fuisse depictum & sculptum pectore nudo: populique *Arabiæ Petrææ* illum depingebant hoc modo; *Lacedæmonii* autem alio; quemadmodum apud *Suidam*, & *Pausaniam* in *Laconicis*

legi potest, & praeterea apud *Statium Libro* VII. *Thebaïdis*. Ut, si velimus cum suprapostita descriptione *Martis* conferre nostrum simulacrum, reperiamus, illud plane alienum & differens. Unde percipitur, tota via errare istos, qui illud *Marti* attribuunt: Non aliter quam ille majorem adhuc incurreret errorem, qui dicere auderet nostrum simulacrum scilicet esse symbolum *Minervæ* aut *Palladis*, ex cerebro *Jovis* natæ, & sapientiæ Dea habitæ. Quæ licet quidem simul cum *Bellona* prælii Numen fuerit credita, nihi-
77 lominus tamen semper vultu fœmineo fuit depicta, cum theristro usque ad pedes demisso; solum enim ægide in pectore, & hasta dextræ indita, armata erat, scutum vero habebat manu sinistra, caput vero semper galea erat coöpertum: licet aliquando fuerit expressa & effigiata visu virili & feroce, oculis glaucis, colore scilicet inter album & nigrum medio, quasi oleastrino: de cujus descriptione nobis integrum specimen præbet *Sulmonensis Ovidius Libro* VI. *Metamorphoseon*: ubi hanc Deam inducens in contentione cum *Arachne*, efficit ut se ipsam acu quasi depingat his versibus:

At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam,
Dat Galeam capiti, defenditur Ægide pectus.

Eadem ipsa forma ante *Ovidium* prius ab *Homero* fuit effigiata, a quo postea eandem addidicit *Claudianus* in sua *Gigantomachia*.

Quum igitur nostra statua non sit, nec *Martis*, nec *Palladis*, neque etiam *Bellonæ*, quæ a Veteribus pro symbolo occisionis, furoris, stragis, & similium crudelium a bello prodeuntium horrorum, fuit habita, juxta *Statium Libro* VII. *Thebaidis*, ut & *Libro* II. unde illam depingebant, nunc cum flagello in manu, nunc cornu & buccina canentem, rursus facem manu gestantem, ad modum *Ctesiphontis*, iram & furorem ad arma & sanguinem concitantis & instigantis; quomodo *Silius Italicus* illam describit hisce versibus:

Ipsa facem quatiens, & flavam sanguine multo
Sparsa comam, medias acies Bellona *pererrat.*

Hinc superest, ut dicamus, nostrum simulacrum esse illustris cujusdam viri ex gente *Romana*, sed neque ad alium quam *Julium Cæsarem* illam referre possum, illum inquam virum, qui Anno septingentesimo quinto, & Olympiade centesima octuagesima tertia ab Ædificatione Urbis *Romæ*, sese Dictatorem Perpetuum & primum Imperatorem urbis constituit: qui (quemadmodum ejus vitæ scriptores unanimi affirmant consensu) erat bene disposita & eleganter conformata corporis
78 specie; alta statura; ipse tamen macilentus, delicatus & colore candidus.

Et vanum esset, & quasi Crocodilos ducere in *Samum*, si probare vellemus, istum fuisse Militem & bellicosum; quandoquidem symbolum *Martis* fuit, imo speculum & exemplum præliatorum & Ducum omnium: de cujus Virtutibus pleni sunt propria manu consignati libri, taceo multos alios fide dignos scriptores: quin & suæ probitatis testimonium perhibent varii populi subjugati & domiti, effigiati sub tantis & tam multis triumphis, tropæis, coronis, & statuis, publico consensu, in ejus memoriam & honorem erectis, ut narrant *Suetonius*, *Plutarchus*, *Appianus*, & alii in *Vita* ipsius *Cæsaris*. Sed & apud *Plinium* & *Solinum* legitur quinquaginta vicibus iniisse prælium, vexillis explicatis, & semper tamen Victoriam reportasse, Victoremque evasisse: & hæc præter Dignitates & Magistratus quibus in Urbe *Roma* functus est, munere scilicet Quæstoris, Tribuni, Prætoris, summi Pontificis, ut & Consulis dignitate, plurimis vicibus, sed & præprimis Dictatoris Perpetui & orbis *Romani* Im-

A peratoris; licet ejus Dominium non duraverit diutius quam quatuor annos, undecim menses, & quindecim dies, secundum quosdam, sed juxta alios, septem menses: eo quod *Nulla quæsita scelere potentia diuturna est*; ut ex quarto *Quinti Curtii Libro* probat *Justus Lipsius*, Libro II. *Politicorum Capite* IV. Fuit etiam a Populo *Romano* proclamatus *Pater Patriæ*, Restaurator & Conservator ejusdem, & perpetuus morum Censor factus. Imo fuerunt in ejus honorem ipsi statuæ erectæ in tribus urbis *Romæ* partibus & quidem inter illas Regum Antiquorum; præterea sedes & solium eburneum in templis, & in se-
B natu; etiam altus & eminens thronus in theatro, loco ubi Senatores sedebant: pariter illi fuêre positæ imagines in templis & locis publicis; nec ei denegati fuerunt tituli & encomia, quæ solis Diis competebant. Mensi, qui hactenus dicebatur *Quinctilis*, *Romani* cives nomen ipsius *Julii* indiderunt; non secus ac *Martius* a *Marte*, *Januarius* a *Jano* nomen adepti fuerunt; & postea *Augustus* a nomine *Octaviani Augusti*, successoris *Julii Cæsaris*, a quo nomenclaturam fortitus fuit is mensis, qui antea dicebatur *Sextilis*. Insuper ei fuerunt ædificata & consecrata templa & altaria, pariter ut *Jovi* & reliquis 79
C Diis: quod postea factum fuit & observatum quasi usu quodam usque ad *Octavianum Augustum*, non tantum, sed & alios Imperii successores. Pervenit autem ad tantam existimationem tantumque honorem apud Populum *Romanum*, ut (ne dicam de vulgo ignobili & fæce plebis,) a Nobilibus, & sapientibus, & illustribus viris fuerit habitus pro Imperatore omnem humanam Conditionem excedente, & qui Naturæ ipsi leges præscribere foret aptus. Legitur quibusdam civibus, præsente *Cicerone*, ratiocinantibus dicentibusque invicem, Sequenti die solis eclipsin fore, ipsum *Ciceronem* respondisse: *Hoc fiet*, si *Julius Cæsar sic man-*
D *daverit*. Quo *Cicero* alludere volebat ad ejus incomparabilem potestatem, adæquando illum *Jovi*: & de ejus potentia pari gradu cum illa *Jovis* incedente canit etiam *Virgilius* his versibus:

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane,
Divisum Imperium cum Jove Cæsar *habet.*

Fuit hic etiam tam elato animo & dominandi avido, ut in *Alpestri* itinere interrogatus joci gratia a quodam ejus amico, utrum in aliqua illarum casarum vicorumque ipsi arrideret &, gratum foret exercere dominium, responderit: *Mallem hic esse primum, quam* Romæ *secundum*, uti refert *Plutarchus* in ejus *Vita*, & *Tiraquellus* de Nobilibus
E loquens, *Capite* XII. Id quod omnium est commune malum, siquidem *Natura Mortalium avida Imperii* est, juxta *Sallustium* de *Bello Jugurthino*, *& vetus ac pridem insita mortalibus potentiæ est cupido*, ut ex secundo *Taciti* libro probat *Justus Lipsius*, Libro II. *Politices*, Capite IV. Denique cæso maximo hoc Imperatore in ipso Senatu a conjuratis, anno quinquagesimo vitæ, a populo *Romano* divini defuncto honores decreti fuerunt, & appellatus *Divus Julius Cæsar*, & sic numero Deorum Indigetum fuit adscriptus, qui erant viri post mortem in Deorum numerum relati; non secus ac *Æneas* ejus ante-
F cessor, a quo trahebat originem, qui mortuus in *Latio*, sepultus fuit prope flumen *Numicium*; Cui simile etiam accidisse legitur aliis suis successoribus, & in specie *Octaviano Augusto*, nepoti suo: 80 cujus animam quum juramento affirmasset *Numerius Atheniensis*, senator, se vidisse avolantem in coelum, prædicto *Numerio* ducentæ quinquaginta mille auri drachmæ fuere donatæ a superstite conjuge * *Julia Augusta*, filia *Juliæ* & *Marci*

* *Julia*) scibunt eruditi, de *Livia* capi debere, quæ & *Julia* dicta fuit.

ci Agrippæ: eo quod propterea dicta *Julia* consecraverit defunctum maritum inter Deos, procurans ut ipsi intra mœnia *Romæ* exædificaretur templum Heroïcum, variis statuis & simulacris (quæ sedebant, & dextra manu quasdam querceas frondes retinebant) decoratum. Imo Servatorem Generis humani ipsum æstimabant & nominabant. Cujusmodi statuæ & imagines posteà monetis & numismatibus æreis impressæ fuerunt, quorum hodie adhuc quædam exstant. Instituebant etiam ei cœremonias, pompas, solemnitates, & festivitates, ut decursionem in Circo, & ludos ab ejus nomine Augustales dictos, quemadmodum scripsit *Dio*, *Libro* LVI. Etiam *Plinius* Libro XII. Capite XIX. dicit, Templum a *Julia Augusta* in honorem defuncti mariti sui erectum, in proprio ejus fuisse palatio. Idem similiter respectu mariti sui *Claudii* a sese veneno occisi fecit *Agrippina*, mater crudelis *Neronis*: Nam & illum Diis annumeravit, templa eidem præterea & Colossos erigi curavit. Si igitur *Julius Cæsar* in vita sua fuerit vir omnem humanam conditionem excedens, & post mortem Deus factus: mirandum non est, quod inter reliquas falsorum & turpium Deorum statuas ab ignorantibus proavis etiam in nostro templo *Cumarum* locum sortita fuerit *Julii Cæsaris* statua.

CAP. XIII.

Undecima Statua, Othonis, *ut creditur*.

INter alia simulacra, quorum expositionem persequimur, simulacrum apparet, quod illustris viri similitudinem refert: est autem altæ & proceræ staturæ, capite grandi; barba & mystace rasis, more Fraterculorum. Ejus caput est detectum, in quo curti & rari se produnt capilli: est etiam adspectu & facie virili præditum;
81 nasus ejus in aquilinum tendens surgit protuberans, & descendit quodammodo circa medium. Brachio dextro usque ad cubitum deficit, & Brachii sinistri tota desideratur manus. Hæc statua spatioso & longo amiculo obtegitur: & tandem pedes ejus cothurnis fimbriatis calceantur. Non legitur cujus sit simulacrum, sed intelligentes volunt esse *Marci Sylvii Othonis*, Imperatoris *Romani*, & successoris *Sergii Galbæ*, filii *Livii Othonis* Consulis, ex stirpe haud humili respectu paternæ & maternæ originis orti. Fuit autem iste, ut *Suetonius* in ejus Vita, & alii scriptores referunt, exiguæ staturæ, eratque pedibus distortis: In cultu & ornatu corporis fuit effœminatus; sæpe delectans sese eo, quod eleganter & venuste vestitus in publicum prodiret: idque eatenus, ut legamus, siquando exornasset se, potius pulchritudinem fœminæ quam viri formam exhibuisse. Portabat, teste *Suetonio*, semper promissam & prolixam comam sive cæsariem, quæ non erat proprii capitis sed adscititia: idque faciebat ad compensandum naturalem rari sui & curti capilli defectum. Sed quatenus caput suum coma adscititia adornare amabat; propria non contentus; sic e contrario barbam, virorum ornamentum, odio habebat. Unde quemadmodum capiti alienos attribuebat capillos, sic faciei & barbæ proprios auferebat pilos, quotidie semper eos abradens, & reperio ipsum tam similem fuisse *Tiberio*, ut multi ipsum ejusdem filium putaverint. Adeo ut ex hac descriptione formæ *Othonis*, naturali modo, ab ejus vitæ scriptoribus consignatæ, appareat, nostram statuam respectu plurium partium non deviare, uti sunt breves & rari capilli, barba rasa, & malæ omnino tonsæ, simul etiam ablato mystace: Cujusmodi duo conformia signa sufficiunt ad

A cognoscendum, nostrum simulacrum esse *Othonis*: quandoquidem signa præcipua & maximi momenti *Othonis* quondam in forma nostri simulacri se conspicienda præbeant. Nec inde quod *Otho* exiguæ fuerit staturæ, argumentari poterit, hanc statuam utpote longæ & proceræ staturæ ejusdem non esse: quandoquidem ex eo firmum argumentum deduci nequit, si consideremus *Horatii* dictum, initio suæ Artis Poëticæ, ubi di- 32
cit:

——— *Pictoribus atque Poëtis*
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Idque tanto magis, quod longitudo & magni-
B tudo marmoris ansam statuario dederit incidendi & illud exprimendi tanta proceritate, quantam marmor istud obtinebat. Sed quicquid sit, sufficit, nostrum simulacrum in præcipuis partibus, ut dixi, suprapositæ Descriptioni adæquari & convenire.

Ab Astrologo prædictum ipsi fuit imperium, tunc temporis, quando simul cum *Nerone* in *Hispaniis* morabatur: duravitque ejus imperium solummodo quatuor mensibus: quandoquidem inclinavit multorum favor ad quendam *Vitellium*, eodem tempore ab exercitu electum; unde cum illo ad manus & arma venit: & prima Victoria
C licet sanguinolenta, a Ducibus adepta fuit *Othonis*, ast postea quando secunda vice armis contendebant, videns *Otho* suos fugatos & ad incitas redactos; & simul considerans boni civis officium esse patriam retinere in pace, non in bellis civilibus ob proprium commodum, placitum ipsi fuit, ut exercitui persuaderet obedientiam præstare *Vitellio*, eumque pro Imperatore agnoscere: & tempore nocturno solus secedens propriis manibus sese vita privavit. Ob quale facinus heroïcum & nobile; & præterea, quod salutem & pacem patriæ, propriæ vitæ suæque dignitati & magnitudini prætulerit; credibile est, Se-
D natum, consentiente & applaudente omni populo, procurasse, ut in ejus memoriam, præter alia multa simulacra *Romæ*, hoc etiam *Cumis* erigeretur: licet multi affirmare non vereantur, hujus Imperatoris nullam inveniri effigiem: quod etiam credi facile potest propter brevitatem Dominii ejus: Quandoquidem ei defuerint tempus & commoditas, quo se sculpi & imprimi facere potuerit, sive in ære aut electro, sive in auro aut argento, ut alii fecêre imperatores. Et sic mortuo *Othone*, Dominium obtinuit *Vitellius*, jam ab Exercitu electus, juxta *Romanorum* consuetudinem,
E ad quam electionem necessario requirebatur Senatus approbatio juxta *Tacitum* Libris XVII. 83
XVIII. & XX. & *Alciatum*, libro *Officiorum Militarium* & *Civilium*, & *Antonium Vaccam* in legem primam Tractatus de *Constitutionibus Principum* in *Digestis*, ut & *Hattomannum*, *Commentario* de *Dictionibus legalibus*, ad *Dictionem*, *Lex Regia*. Qui omnes exempli loco afferunt tabulam æneam, *Romæ* in Templo *Sancti Joannis Lateranensis* affixam: in qua talis consuetudo in futuram memoriam fuit insculpta: & hoc non sine ratione; quum *Plinius* in *Panegyrico* scribat, eligendum esse ab omnibus, qui dominaturus sit omnibus, ut refert *Justus Lipsius*, Libro II. *Po-*
F *liticæ*, capite IV. Unde *Dionysius Halicarnassæus*, Libro LIII. dicit, Divum *Octavianum Augustum*, consensu Senatus & Populi *Romani*, fuisse declaratum immunem & solutum Legibus, eodem anno, quando decima vice cum *Gneo Norbano* consulatum gesserat; & tunc juxta *Strabonem*, Libro XV. Populus consenserat, ut in potestatem & voluntatem *Augusti* transferretur omnis & summa potestas: & hoc nobis declaratur antiquo quodam numismate, cujus adversæ parti insculpta

pta erat imago *Augusti* cum inscriptione *Divus Augustus*, & aversæ effigies *Jovis*, cum hoc titulo, *Consensu Senatus, & equestris Ordinis* S. P. Q. R. uti interpretatur & declarat *Valerius Probus*, *Libro* de *Literis antiquis*: id quod prius observatum erat respectu Regum *Romanorum*, lege speciali, quæ *Lex Regia* dicebatur, qua continebatur translatio totius potestatis & Dominii ad Regem a populo. Cujus legis mentionem facit *Justinianus* Imperator, *Libro* I. *Constitutionum legalium*, *Titulo*, de *jure naturali*, *gentium*, & *civili*, *Paragrapho*, *sed & quod Principi placuit*; hisce verbis: *Cum lege Regia, quæ de ejus imperio lata est, populus ei, & in eum, omne imperium suum & potestatem concessit.* Et *Justus Lipsius*, *Libro* II. suæ *Politicæ*: & *Quinctilianus Declamatione* VI.

CAP. XIV.

84 *Duodecima Statua, Magistratus cujusdam credita.*

CONspicitur præterea non exiguæ admirationis Statua, &, ut, apparet, etiam non exiguæ, sed magnæ & proceræ staturæ: membrum illi præcipuum, scilicet caput, & integrum brachium dextrum desunt: Sinistri brachii manus solummodo desideratur, & corpus ejus obtegitur vestimento longo usque ad pedes extenso, super quod spatiosum & longum amiculum extenditur. Pedes calceati sunt calceamentis subtilibus superne fasciatis. Et quia capite, manibus, & titulo caret, sine temeritate asserere nequimus, in specie esse simulacrum hujus vel illius: sed quatenus nobis permittitur sumere judicium ex vestibus, in genere dicere possumus, esse cujusdam nobilis Consulis & Magistratus *Romani*: quandoquidem isti induebatur Prætexta, quod erat genus vestimentorum Magistratibus in usu, ex purpura confectum & superiori tunicæ superinjectum; appellabatur autem lingua *Romana* Clavus, supremique erat ordinis indicium: de cujusmodi generis veste ratiocinatur Imperator, *lege*, si *Rufinus*, de *testamento militari*, & *lege ultima*, *ut dignitas Ordinis*, in *Codice*: Et late *Andreas Alciatus* lege C. de *Verborum significationibus* ad *Digesta*; Et ante illum *Ulpianus*, Libro II. De *Officio Proconsulis*. Et hac veste videtur prima vice indutus *Tullus Hostilius*, post reportatam de *Tusculanis* victoriam, quando ab illis *Romam* transferebat sellam Curulem, lituos, togam depictam & fimbriatam, ut & prætextam, qualia erant insignia & tropæa Magistratuum *Hetruriæ*. Et quoniam, pulso nomine Regio ex urbe *Roma*, Consules aliique Magistratus fuêre electi, in istos etiam translata & iisdem concessa est omnis auctoritas, insignia & ornamenta regalia, simul & mos ille ut ante eosdem portarentur Fasces, litui, & secures, quæ omnia fuerunt concessa *Lucio Junio Bruto*, Regum expulsori, Consulatus & aliorum Magistratuum fundatori, & Senatus ad numerum trecentorum & quod excurrit, restauratori; prout narrat *Livius*, *Decadis* I. *Libro* I. & *Annius* in *Berosum*, in *Ge-*
85 *nealogia* primorum Regum post diluvium, & insuper *Lucius Tarquinius Collatinus*, *Lucretiæ* maritus, dicti *Bruti* in Magistratu socius, Anno CCXXIV. ab ædificatione Urbis & decem annis postquam expulerat Reges ex patria, uti refert *Cicero* in ipsius *Bruti* Vita, a quo etiam postea quartus anni mensis denominatus fuit *Junius*: de quo Fascium honore *Bruto* concesso canere videtur *Accius Sincerus Sanazarus* Libro III. Elegia prima hisce versibus:

Hinc Decios, Fabiosque, hinc pectora dura Catones
Vidimus, & fasces Brute severe tuos.

A Licet *Sigonius* ex *Tabulis Capitolinis* eruat, primos Consules isto anno fuisse *Messalam*, ex *Orosio* scilicet, *Rufo*, & *Eutropio*, *Jornande*, & *Solino*: de eo quidquid sit, sufficit tantam fuisse potestatem Consulum, ut omnis *Romanorum* potentia in illorum manus fuerit tradita, idque tam intra quam extra Urbem, simul cum potestate vitam auferendi facinorosis, & eosdem vita donandi. Et quandoquidem hi magistratus libertatem defendebant, multa heroica facinora, multam benevolentiam & favorem patriæ præstantes, eandem, respectu status & gloriæ, augentes: sic vice versa ab eadem patria remune-
B rabantur & ornabantur coronis, statuis, & triumphis, quæ eorum memoriam reddebant immortalem in ære, marmoribus, & pretiosis metallis. Hinc legimus *Marco Valerio Corvino*, & *Gneo Petilio*, Consulibus, ob Victoriam de *Samnitibus* reportatam, a populo *Romano* dapsilem apparatum & triumphum fuisse decretum; idem factum est *Furio Camillo* & *Gajo Memnio*, Consulibus, eo quod *Latium* ditioni *Romanæ* subjugassent; sic *Quincto Fabio* Consuli, ob Victoriam reportatam a *Tyrrhenis*, *Gallis*, *Samnitibus*, & *Umbris*, qui hodie populi Ducatus *Spoletani*; præterea *Lucio Papyrio* Consuli, *Spurio Carvilio*,
C *Lucio* & *Claudio Neronibus*, *Gneo Cornelio*, *Marco Claudio Marcello*, *Marco Fulvio*, & *Gajo Claudio*, ut & omnibus dignitate consulari ornatis, 86
ob varias Victorias reportatas populosque *Romanæ* reipublicæ subjugatos: taceo coronas aureas illis donatas, statuas in eorum memoriam erectas; quemadmodum *Quincto Martio Tremulo* Consuli erecta fuit quædam statua equestris magni valoris, e regione templi *Castoris*, in urbe *Roma*, propter victoriam obtentam & reportatam a *Samnitibus*, sed & *Lucio Furio Camillo*, & *Gajo Memnio*, Consulibus, eo quod subjugaverint pro populo *Romano Latium*, fuerunt etiam statuæ equestres collocatæ in præcipuo Urbis
D *Romæ* loco, sicut de his & aliis infinitis mentionem faciunt laudatam antiquæ Historiæ. Hinc si consideraverimus eam, non jam dicam liberalitatem, sed potius prodigalitatem populi *Romani* in fabricandis statuis in honorem suorum Magistratuum felicium, imo privatorum civium nobilium, sicut *Horatii*, postea *Coclitis* dicti, *Mutii*, *Scævolæ* postea nominati; ut & *Cloeliæ*, *Gaji Fulcinii*, *Gaji Julii Tulli*, *Spurii Nautii*, *Lucii Roscii*, *Ciceronis* Ædilis, ut ille ipse, *ultima Actione* contra *Verrem* nobis demonstrat, & *Alciatus* Libro II. *Parergôn*, *Capite* XXX. similiter & aliorum numero infinitorum: non nobis videbitur mirum,
E inter statuas Deorum & aliorum virorum illustrium inventum fuisse simulacrum cujusdam Consulis.

CAP. XV.

Decimatertia Statua, Agrippinæ, *matris* Neronis, *credita.*

SEquitur hanc alia statua non minore admiratione quam priores digna, licet ad instar præcedentis capite careat, a tempore & templi ru-
F deribus nobis reservata. Hoc simulacrum est proceræ staturæ, vestitum, & præterea amiculo superindutum; quod una cum vestibus est ad talos demissum. Brachio dextro a cubito deorsum versus deficit; sinistrum est intactum & integrum, simul cum manu, cujus tamen medius digitus plane abest. Pectus est elevatum & plenum, ubi sub vestimento exiguæ mammulæ quasi adumbratæ conspiciuntur: Sic ut ex amictu, pectore & forma, ut & aliis Statuæ lineamentis clarissime appareat, esse insignis cujusdam 87
Do-

Dominæ ex ſtirpe *Romana* oriundæ: ſed cujus in ſpecie fuerit, non legitur, nec facile ex conferentiis deduci & trahi poteſt ejus cognitio; quamvis opinio & cogitatio multorum ſit, eſſe ſtatuam *Agrippinæ* Minoris, Matris quondam *Neronis*: cui judicio nec accedo, nec plane ab eodem diſcedo; quandoquidem ille nodus & hoc dubium multis difficultatibus ſit implicitum, quippe non ſola *Agrippina* fuit nobilis & inſignis Matrona; ſed *Romæ* fuerunt multæ ipſi ſimiles & pares, quibus erecti coloſſi, ſimulacra, imagines, & Inſcriptiones fuerunt: unde non video, quare noſtra ſtatua magis ſit *Agrippinæ* Minoris, quam matronæ alterius; Præſtat tamen concludere, eſſe forſan illius *Agrippinæ*, quæ fuit certe ex numero æſtimatarum & venerandarum fœminarum in Urbe *Roma*; ſicuti in Urbe *Trevirorum* ex voto altare in templo fuit fabricatum cum hac inſcriptione: PER PARTVM AGRIPPINAE. Quæ erat *Agrippina Auguſta*, *Major* dicta, gravida *Agrippinâ*, *Minori* dictâ: de qua ratiocinamur ſecundum opinionem *Plinii*; in qua opinione acquieſco, ne hoc loco litem dirimere cogar inter *Plinium* & *Suetonium*, qui vult *Agrippinam* Minorem natam fuiſſe in *Germania*, ſimul cum *Druſilla* ſorore ſua: de quo, quicquid ſit, ſufficit ſcire, *Agrippinam Neronis* matrem inter matronas *Romanas* haud minimam fuiſſe appellatam: cujus effigies & imago ſculpta fuit in averſa parte numiſmatis fratris ſui *Caji*, ad formam & ſimilitudinem Deæ *Conſtantiæ*, ſimul cum illis *Druſillæ* & *Livillæ*, ſororum ſuarum, juxta *Dionem*, Libro LVIII. Et poſtea Auguſta facta, novo modo, vinculo maritali, tertia vice, cum *Claudio* ſuo avunculo copulata, gradu conſanguinitatis hoc tempore legibus prohibito, ſicut latiſſime ratiocinatur *Tiraquellus*, VII. *Connubialium*, nomine etiam *Auguſtæ* fuit inſignita,
88 ut ſcribit *Tacitus*, Libro XII. & inſuper ejus imago inſculpta fuit monetis argenteis, variis formis, &, in ſpecie, formâ Deæ *Cereris*, cum inſcriptione AGRIPPINAE AVGVSTAE; & hoc quidem ex mandato *Claudii*, qui ſimul ejus erat avunculus & maritus: quem poſtea in gratiarum actionem ob tantas favoris prærogativas, iſta, anno decimo quarto imperii ſui, & ſexageſimo quarto ætatis, decimo tertio *Octobris*, veneno ſuſtulit, & interemit, idque ambitione & regni deſiderio, ut filium ſuum *Neronem* ad imperium eveheret, quem ex ſecundo ſuo marito, qui *Cneus Domitius Ænobarbus* dicebatur, ſuſceperat: quippe primus ejus maritus fuerat *Paſſienus Criſpus*, duabus vicibus Conſul, & magnus Orator: quorum omnium mentionem faciunt *Plinius*, Libro XVI. *Hiſtoriæ Naturalis*, *Capite* XLIV. & *Suetonius* in Vita *Neronis*, & *Tacitus* in fine Libri IV. de cujus *Claudii* morte ille verſus celebratur:

Claudius ambiguo concluſit fata veneno.

Parricidium vero illud commiſit mediantibus inſigni Venefica, cui nomen *Locuſtæ*; *Xenophonte* Medico, & *Alecto* Eunucho, *Claudii* Pocillatoribus, immiſcens dictum venenum certæ cuidam ſpeciei Fungorum, qui *Claudio* edendi proponebantur: quemadmodum hujus mentionem facit *Plinius Libro* XXII. capite XXII. iſtis verſibus:

Vilibus ancipites Fungi ponentur amicis,
Boletus Domino, ſed qualem Claudius *edit.*

Et ut deinde tantum ſcelus obvelaret, ipſum conſecravit & annumeravit inter Deos Indigetes: unde apud populum *Romanum* enata ſunt duo proverbia & adagia; alterum, Fungos eſſe Deorum Cibos; alterum, *Claudium* fuiſſe tractum in cœlos uncis & harpagonibus. Hic fuit ille *Claudius* ex tribu *Claudia*, ſic appellata ab *Appio Claudio* primo, qui a *Regillo* fugiens propter
A Militum deprædationem, cum quadam ſociorum multitudine ſe *Romam* contulit: ubi in civem adoptatus, donatusque agro eſt trans flumen *Anienem*, teſte *Dionyſio*, Libro V. ubi loquitur de *Claudio*: poſtea Senatus populuſque *Romanus* eum 89
nobilibus accenſuit: Et de hoc loquens magnus *Maro*, Libro VII. ſic canit:

Ecce Sabinorum *priſco de ſanguine magnum*
Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar,
Claudia *nunc a quo diffunditur & tribus & gens.*

Et inſuper de eo mentionem facit *Andreas Alciatus* Juris Doctor, ad calcem legis CLXXXXV. quæ incipit *Pronunciatio Sermonis* ad Titulum *de*
B *Verborum ſignificationibus*, ad Pandectas. Sic igitur impleta jam voluntate *Agrippinæ*, & *Domitio Nerone* ejus filio in imperatorem *Romanum* erecto, ſuo & filii nomine cuſæ fuerunt monetæ aureæ, ab altera parte cum capitibus aureis ſe invicem reſpicientibus, addita inſcriptione, *Agrippa Auguſta Divi Claudii Neronis mater*, poſita a monetario *Agrippa* loco *Agrippinæ*: ſed & aliæ dignitates & memoriæ infinitæ hujus nobilis fœminæ Orbi fuerunt relictæ, quas brevitatis gratia omittimus: ſufficiat hæc narratiuncula iſtis, qui volunt noſtram ſtatuam eſſe *Agrippinæ*, Matris *Neronis*, dictæ *Minoris*: quibus tamen ego in uni-
C verſum non conſentio, quum multo magis eſſe poſſit *Agrippinæ* ſuæ Matris, dictæ *Majoris*, quæ *Neronis* erat avia: Cui ob excellentiam morum & ſtirpis claritatem, a *Cajo* filio, & imperatore, datum fuit poſt mortem nomen *Auguſtæ*: ejuſque cineres fuerunt delati in *Auguſti* Mauſoleum ad radices Capitolii, addita inſcriptione, in hæc verba: OSSA AGRIPPINAE DIVI AVGVSTI NEPTIS, VXORIS GERMANICI CAESARIS, MATRIS CAJI CAESARIS AVGVSTI GERMANICI PRINCIPIS. Præterea ab eodem *Cajo* inſtitutum fuit, ut in honorem dictæ *Agrippinæ* matris celebra-
D rentur Ludi Circenſes: in quorum Pompa voluit, ut ſimiliter eſſet carpentum ad majorem prædictæ honorem, ut teſtatur *Suetonius* in vita *Caji*, Capite LXIV. & inſuper *Cajus*, ut ſe quam maxime erga matrem oſtenderet pium, 90
ſculpi curavit in monetis argenteis ab altero latere imaginem *Agrippinæ*, ab altero autem ſuam propriam effigiem, ut ſcribit *Dio*, Libro LVIII. & *Suetonius*, Capite XV. de *Vita Caji*: poſtea quum in imperio ſucceſſiſſet *Claudius*, maritus ſupra nominatæ *Agrippinæ* minoris, quæ *Caji* filia; ut memoriam ſocrus & cognatæ ſuæ honoraret, decreto Senatus cudere fecit ejus effigiem in
E nummo ex optimo ære mixto ſeu *Corinthiaco*.

Pariter quoque noſtrum ſimulacrum eſſe poteſt *Octaviæ*, ſororis *Auguſti*, & filiæ *Caji Octavii*, ut & Neptis magni *Julii Cæſaris*; cujus nomine ipſe frater *Auguſtus* in ejus honorem in Urbe *Roma* exſtruxit duas multi pretii & pulchritudinis Porticus, alteram prope Theatrum *Marcelli*, alteram prope Theatrum *Pompeji*, illas a nomine ejus denominans: etiam ei ædificavit templum, & forum quod *Octaviæ* dicitur; ut teſtatur *Plinius*, Libro XXXVI. Capite V. Nec prohibemur ut dicamus, noſtram ſtatuam poſſe eſſe *Liviæ* Auguſtæ, ultimæ *Auguſti* uxoris: cui
F propter magnum honorem, quo maritus illam proſequebatur, juſſu dicti *Auguſti*, ædificata fuit Porticus, non minoris elegantiæ, atque ſumtus immanis, cum titulo *Liviæ*, ut ſcribit *Dio*, Libro LIV. & ſequente, & *Suetonius* in vita *Auguſti*: Cui adhuc ut conſolationem reciperet ſuper inexſpectata morte *Claudii Druſi* ſecundi filii, a Senatu populoque *Romano* plures ſtatuæ fuerunt dedicatæ & conſecratæ, & ipſa adſcripta fuit numero matronarum, quæ tres filios pepererant: licet non plures duobus, ſcilicet *Tiberium*

& *Claudium Druſum* peperiſſet, & unicum abor-
tivum: inſuper ei a Senatu fuit permiſſum, ut
quotiescunque Theatrum intraret, ſedes ejus in-
ter Virgines Veſtales collocaretur, ut *Tacitus*,
Libro IV. ſcriptum reliquit. Etiam quotiescun-
que domo egrediebatur, poſt mortem *Auguſti*
mariti ſui, comitabatur, præter ſolitum, a ma-
91 gna multitudine Civium *Romanorum*, gravium
& doctorum, ob inſignem amorem, quo eam
proſequebantur, juxta *Macrobium*, Libro II.
Saturnalium, Capite XI. Et hæc fuit appella-
ta modo parens, modo mater Patriæ, ut narrat
Cornelius Tacitus, Libro primo. Nec deërat *Li-
viæ* ambitionis & vanæ gloriæ contagio; Poſtea
enim quando Imperium *Romanum* gerebat ejus
filius *Tiberius*, eidem ſtatua fuit collocata a po-
pulo *Romano* prope Theatrum *Marcelli*, cui ipſa
Livia nomen ſuum inſcripſit, deinde ſubtus
ſcribere fecit nomen *Tiberii Auguſti*: quod fecit
quoque, quando civitates *Aſiæ* ædificarunt tem-
plum nomine Senatus & *Tiberii*: nam juſſit ut
etiam ſuo nomine ædificarentur. Hinc quum
ut ambitioſa a nationibus tributariis agnoſcere-
tur, populi Ulterioris *Hiſpaniæ*, adulandi gra-
tia, mittebant *Romam* Legatos, & obtinuerunt
ut ipſis permitteretur ædificare Templum nomi-
ne *Tiberii*, & *Liviæ*, quæ poſtea appellata fuit
Julia, eo quod recepta fuerit in familiam *Julio-
rum* ab *Auguſto* marito ſuo moriente, quemad-
modum, de teſtamento dicti *Auguſti* agens *Sue-
tonius* in ejus *Vita*, Capite CI, videtur dicere his
verbis: Tiberium *ex parte dimidia & ſextante*, *&*
Liviam *ex parte tertia*, *quos & ferre nomen ſuum
juſſit*: & *Cornelius Tacitus*, *Libro primo Hiſtoriæ
Auguſtæ* pariter dixit: Auguſti *Teſtamentum per
Virgines Veſtæ recitatum* Tiberium *&* Liviam *hæ-
redes habuit*: Livia *in familiam* Juliam, *nomen-
que Auguſtæ adſumebatur*. De cujus rei veritate
videatur *Suetonius* in *Vita Claudii*, Capite XI.
& *Plinius*, *Libro XV. Hiſtoriæ Naturalis*, ca-
pite XXX. imo duæ Civitates *Judææ*, quarum
una *Autocratorida*, & altera *Bethſaida*, hæc *Phi-
lippi*, illa *Herodis*, in honorem *Liviæ* poſtea fue-
runt appellatæ *Juliæ*, uti teſtis eſt *Joſephus*, Li-
bro XVIII. *Antiquitatum*, Capite III. Fuerunt
inſuper in honorem *Liviæ* erectæ quam plurimæ
ſtatuæ: & inter reliquas quædam fuit formam
92 habens Deæ *Salutis*, cujus vultus effigiatus erat
ad inſtar lineamentorum naturalium *Liviæ*, ut
narrat *Dio*; eadem imago poſtea fuit cœlata &
ſculpta in numiſmatibus æris mixti metalli ſeu
Corinthiaci. Fuit inſuper imago ejus ſculpta ſub
nomine Deæ *Juſtitiæ*, eique a Senatu (& hoc
novum erat Privilegium aliis antea non conceſ-
ſum) decretus arcus triumphalis. Neque hic fi-
nientur honores & Prærogativæ *Liviæ*, quando-
quidem Decreto Senatûs & populi *Romani* ei con-
ceſſum fuit, ut pro dignitate ſua carpento
veheretur: erat enim quidam currus ab iis carpen-
tum nominatus, qui permitti & concedi non
ſolebat, niſi ſupremi gradus fœminis, quemad-
modum narrat *Dio*, Libro LVIII. ubi dicit *Ro-
manos* conceſſiſſe *Meſſalinæ* eandem præëminen-
tiam, quam habuerat *Livia*, reſpectu uſus car-
penti: cujuſmodi carpentum colore thalaſſino
erat tinctum, & a duobus mulis trahebatur, uti
conſpicitur in numiſmatibus ipſius *Liviæ*, *Agrip-
pinæ*, *Domitillæ Veſpaſiani* filiæ, *Juliæ Titi* fi-
liæ, *Fauſtinæ* uxoris *Marci Aurelii* & reliquarum
Nobilium *Romanarum*: quibus templa, coloſſi,
numiſmata, & Porticus in perpetuam rei memo-
riam fuerunt exſtructa & erecta. Ubi autem poſtea
vita erat defuncta prædicta *Livia*, in pompa
ejus funebri erectæ fuerunt ſtatuæ magna co-
pia, & numiſmata cum nomine *Liviæ*, ejuſque
imagine cuſa: in capite ejus tegumentum vide-

A batur, quod erat velum, quo ejus caput coöpe-
riebatur in ſignum Apotheſeos cum hiſce Lite-
ris: DIVA LIVIA DIVI AVGVSTI: & in
altera parte ſculpta erat forma Pavonis, elegan-
tem adſpectu ocellatis plumis caudam expan-
dens, in cujus circuitu hæ erant litteræ, CON-
SECRATIO: cujuſmodi numiſmata erant æ-
rea, qualia poſtea etiam ab *Alexandro Mammeæ*,
Gordiano, *Philippo* & *Decio*, poſt longum tem-
pus Imperii ſucceſſoribus, percuſſa ſunt: & præ-
dictæ conſecrationes poſt mortem fieri ſolebant a
Senatu & populo *Romano*; reſpectu Virorum il-
B luſtrium, ſpecimen nobis dat *Dio*, *Herodianus*,
& *Tacitus*, qui in concluſione Libri XV. ſic di-
cit: *Nam Deûm honor Principi non antè habetur*, 93
quàm agere inter homines deſierit.

Præterea dictæ *Liviæ* jam mortuæ & conſe-
cratæ fuerunt multæ aliæ ſtatuæ erectæ & de-
dicatæ, quarum una erat fabricata ſub nomine,
& numine *Cereris*, quæ dextra manu duas tritici
ſpicas & caulem Papaveris tenebat: alia ſta-
tua Divæ *Liviæ* impreſſa Numiſmati æreo ſini-
ſtra manu retinebat haſtam, dextra pateram.
Poſtea in Imperio ſuccedens *Cajus Cæſar Cali-
gula*, de quo mox dicemus, ut ejus venerati-
C onem augeret, in memoriam *Liviæ* ſuæ proaviæ,
cudere & percutere fecit monetam quandam æ-
ream cum effigie ipſius *Liviæ*, habitu Deæ *Sa-
lutis*: ſicut & *Claudio*, mox ut ad Imperium
fuit aſſumptus, res digna & condecens viſa fuit,
publice *Liviam* aviam ſuam conſecrare, eamque
honorare Ludis Circenſibus Equeſtribus, etiam
ponere & collocare quandam ejus Statuam in tem-
plo *Auguſti*, imperando etiam Virginibus Ve-
ſtalibus, ut eidem *Liviæ* ſacrificia offerrent, &
thus accenderent: & ſi occaſio ferret præſtandi
juramenta, jurarent nomine *Liviæ*, ut ſcriptum
reliquit *Dio*, Libro LVIII. præterea ordinabat
D & conſtituebat, ut ejus imago currui impoſita
in pompa traduceretur, & a quatuor elephanti-
bus traheretur iſto tempore quando quotannis
celebrabantur in Circo Maximo tales pompæ in
honorem Deæ *Cereris*, Matris *Ideæ*, & *Neptu-
ni*. Cujuſmodi ſolemnitates appellabantur *Ludi
Circenſes* a loco & circo, ubi celebrabantur, aut
ſecundum *Iſidorum*, a gladiis, qui a Latinis *En-
ſes* nuncupabantur; circum quos equi currebant,
ut fuerint quaſi *circumenſes*: fuit etiam iſte Cir-
cus appellatus *Maximus*, eo quod conſecratus
fuerit *Vertumno Jano*, Deorum Maximo juxta
Fabium Pictorem, Libro II. *Seculi aurei*, & in
E *Commentariis Elegiæ Vertumni*. Unde *Suetonius*
in Vita *Claudii*, Capite XI. ſcribit, *Claudium
Liviæ* ſuæ aviæ deſtinaſſe divinos honores; &
in Pompa Ludorum Circenſium fuiſſe currum a
quatuor elephantibus tractum, currui *Auguſti*
aſſimilem. Et denique legimus, *Neronem* ulti-
mum Imperatorem ex progenie *Julii*, ſimiliter 94
voluiſſe honore pari dignari *Auguſtum* & *Liviam*
proavos ſuos, erigendo ipſis ſtatuas, more De-
orum; fabricavit iiſdem numiſmata argentea cum
ipſius *Liviæ* imagine, cujus manui imponi fecit
pateram, Deitatis Symbolum: quandoquidem
ipſi in honorem Deorum a veteribus peragebantur
F ſacrificia: præterea quamplurima alia honoris in-
ſignia, trophæa, & ſtatuæ, in *Liviæ* memoriam
fuerunt fabricata: cujuſmodi omnia poſtea de-
creto & deliberatione Senatus fuere conceſſa *An-
toniæ Auguſtæ*, Matri *Claudii* Imperatoris, &
uxori *Neronis Claudii Druſi*, qui cognominaba-
tur *Germanicus*, eratque filius ſupradictæ *Liviæ
Druſillæ Auguſtæ*, ut teſtatur *Suetonius* in Vi-
ta *Caji*, ejus Nepotis, Capite XV. Cui poſt
obitum a *Claudio* cognomen *Auguſtæ* fuit datum;
& ordinatæ publicæ pompæ funebres, & ut in
pompa Ludorum Circenſium ejus Carpentum ve-
heretur,

heretur, sicut testatur *Suetonius* in *Vita Claudii*, Capite XI. & *Dio*, Libro LVIII. Etiam ei ædificatum fuit Templum, quemadmodum demonstrat *Plinius*, *Libro* XXXV. *Capite* X. & præter hæc, *Antoniæ* Augustæ imago depicta fuit in quodam simulacro *Cereris* coronatæ spicis. Quæ imago postea *Claudii* jussu translata, & monetæ aureæ ut & æneæ insculpta fuit, ubi *Antonia* & ipse *Claudius* cernuntur se invicem respicientes: Capiti *Antoniæ* superimpositum est velum, quo caput velatur, & diadema, quo caput cingitur & redimitur, propter quod postea *Ceres Augusta* dicta fuit. Nec æquali honore carebat *Livilla* ejus filia, quam *Germanicus Drusus* in matrimonio habuerat: quandoquidem inter reliqua ejus encomia in mœnibus urbis *Romæ* intra Portam *Latinam* & viam *Appiam* reperiatur Inscriptio hisce Verbis: OLYMPVS LIVIAE DRVSI CAESARIS LECTICARIVS. Ubi animadvertendum, per *Liviam* intelligi *Livillam*, quæ tali modo sæpe forma diminutiva nominabatur, quando adhuc erat infans, idque secundum *Dionem*, Libro LVII.

95 Fuerunt etiam aliæ infinitæ nobiles Matronæ, quæ urbem *Romam* sanguine, moribus, honoribus, & præeminentiis illustraverunt, de quibus jam plena sunt volumina, & suo loco relinquuntur, eo quod omnia huc transferre nobis non sit propositum: solummodo volui hisce paucis aliquatenus enarrare & illustrare hanc nostram statuam; quam quum in maximo versemur dubio, ob defectum nominis & capitis, non certo possumus affirmare cujusnam sit, nec magis tribuere *Agrippinæ*, matri crudelis *Neronis*, quam alteri ex supra nominatis Matronis illustribus, aut aliis earum similibus & paribus.

CAP. XVI.

De Numismate, seu Clypeo, ut creditur, Tiberii; *estque imago* XIV.

Conspiciuntur exinde inter tam magnam & bellam statuarum copiam duo clypei seu numismata prægrandia, candidis & crassis marmoribus excisa: quorum crassities palmum superat: in circuitu adornata sunt exquisitis, eminentibus & artificiosis incisuris: eorum altitudo fere ad tres cubitos adscendit: circumferentia non minor est sedecim palmis: est autem tam admirandi operis, ac unquam in clypeis & numismatibus reperiatur, ita ut aut nullum aut vix ullum simile opus fuerit conspectum.

In medio alterius illustris deprehenditur viri effigies usque ad umbilicum sive cingulum sculpta, facies ei non deformis, sed quadantenus est gratiosa: Oculi ejus largi, lata quoque & ingens frons. Caput ejus discoöpertum brevibus & curtis capillis est præditum, in genis vero signum pili apparet nullum. Corpus, in quantum ostenditur, totum est vestibus amictum: brachium dextrum a cubito deorsum versus desideratur, sed sinistrum est integrum & in pectus replicatum, ubi manus segmento amiculi affixa conspicitur: in penultimo digito tenet crassum annulum ex ipsissima materia excisum. Non legitur cujus sit, sed ex collatione post multorum judicium reperio esse *Tiberii*, Tertii imperatoris *Romani*, successoris &
96 simul Privigni *Octaviani Augusti*, nati ex *Nerone*, & *Livia*, quæ postea iterum nupsit dicto *Octaviano*, mortuo *Nerone*, utrisque nobilissima stirpe, antiquitate, armorum gloria & magistratibus clarissimis: ut ex scriptoribus, qui de vita eorum scripserunt, distincte nobis demonstratur. Ex quibus percipio, *Tiberium* fuisse non exiguæ & brevis staturæ, corporis robusti, & magnæ fortitudinis: pectus ejus erat largum &

A spatiosum, cui respondebat amplitudo renum & lumborum, juxta *Suetonium*. Facies ejus formosa potius quam deformis dici poterat, in qua facie duo residebant oculi mirum in modum grandes, erantque tam acuti & subtilis visûs, ut (non sine admiratione, quin & stupore sui temporis, & nostri etiam, quando hoc legimus) nocturno tempore in caligine & maxima obscuritate, primo intuitu, maximam partem, discerneret & distincte observaret omne quod in loco erat: & crederem ipsum hac in parte non dissimilem fuisse felibus.

B Principio sui imperii, quod fuit anno septingentesimo sexagesimo sexto ab ædificatione Urbis, quod imperium duravit continuos viginti tres annos, ostendebat se in odio habere honores, palpatores & adulatores; & simulabat quasi omnem expulisset ambitionem: quandoquidem animadvertens amicum quendam incipere quasdam ejus probitates & heroïca facinora venditare, ipsum protinus dexterrime interrumpebat, ad alia colloquia & ratiocinia illi ansam præbens. Imo vice quadam sentiens se a quodam appellari Dominum, ostendit, hoc sibi non arridere, vituperans illum, & prohibens hanc in posterum appellationem, quia sibi illam pro vituperio re-
C putabat; & quasi joci gratia sibi imponeretur Titulus & Vox Dominus, qua se indignum judicabat: multo magis autem odio habebat, quod sibi applicarentur verba & attribuerentur encomia, solis Diis, ratione Religionis, competentia. Versus subditos se ostendebat placidum & benignum, nec ipsi placebant onera & exorbitantes census, nec tributa populo imposita, dicens, *Boni Pastoris esse tondere pecus, non deglubere*; ut vitæ ejus scriptores narrant, & ex illis 97
refert *Lucas* de *Penna* legum lator, lege: *Nihil superindictorum*; Titulo *de superindicto*, Libro X. Constitutionum Imperialium; & *Suetonius*
D Capite II. & *Orosius* Libro VII. ad *Augustinum*. Et si aliquando permitteret, ut in sui Honorem erigerentur statuæ & simulacra, hoc permittebat sub ea conditione, scilicet ne sibi ponerentur in sacris ædibus, nec sine sua præcognitione & expresso jussu.

Interim tamen leguntur omnia hæc fuisse simulata, & solummodo umbra quædam bonitatis, non bonitas & virtus vera, ut tanto melius firmare & fundare posset imperium suum apud *Romanos*, utpote qui bene versatus esset & instructus in scientia rationis status: scilicet non exiguam famam & æstimationem sibi acquirere
E Principem, qui clementem se præbet principio sui Regiminis juxta *Tacitum*, libro IV. Historiarum, & *Lucanum* Poëtam, qui dixit, Libro VIII.

Mitissima sors est
Regnorum sub Rege novo.

Sic uti adstruit post eum *Justus Lipsius*, Libro II. *Politices*, capite V. unde in progressu postea totus videbatur revolutus ad captationem honoris, ad rapinam, vindictam, & ambitionem, aperte requirens templa, aras, colossos & statuas, quas non solum erigebat in locis publicis & profanis; sed insuper in templis & locis Diis suis falsis consecratis; quemadmodum in hoc no-
F stro *Cumarum* templo inter alia Numina collocari fecit suam imaginem, sed formâ ab reliquis statuis differenti, dedignatus forsitan exemplar simulacri *Jovis*: tam superbo & inflato erat animo, sicut etiam eodem more dein ibidem *Caligula* suam posuit. De quo *Tiberio* in Principio sui regiminis quidem bono, sed in progressu & fine, malo, videtur dicere *Tacitus*, (ut & de similibus) *Libro* XV. *Annalium*: *Initia Magistratuum aut principum fere meliora sunt, sed finis inclinat*: & idem, *Libro* XII. *Dum adipiscun-*

tur dominationes multa charitate sunt; & majore odio postquam adepti, & diuturnitate in superbiam mutantur.

98
CAP. XVII.

De altero Clypeo, seu Numismate, aut imagine, atque ultima, quæ putatur Caligulæ *esse.*

IN medio alterius numismatis &, respectu nostri apparatus, ultimæ statuæ, conspicitur etiam illustris Viri effigies, lumbis tenus sculpta: Cui, quemadmodum & priori, deest dextrum brachium a cubito deorsum versus; totum sinistrum brachium est integrum, manu ejus deorsum revoluta & pendente. Ejus facies licet defectu laboret, & in extremitate nasi, & labii superioris sinistrorsum sit arrosa; attamen nihilominus conspiciendam satis se præbet, & apparet quodammodo severa & melancholica: est vero capite satis grandi: tandem pariter ac præcedens circa humeros amicitur. Ingeniosi judicant (a quibus nil discedo) hanc faciem esse *Caligulæ*, quarti Imperatoris *Romani*, successoris, &, per adoptionem, filii *Tiberii*, sed naturâ filii *Germanici*, ut ejus Vitæ Scriptores, & præsertim *Cornelius Tacitus*, nobis demonstrant. Imperium ejus duravit tribus annis, mensibus decem, post quos miseram suam vitam morte violenta commutavit, vigesimo nono suæ ætatis anno. Consignatores vitæ hujus Imperatoris scribunt, eum potius proceræ quam mediocris fuisse staturæ, obesum & valde osseum: sic tamen ut membra ejus non fuerint satis bene inter sese adæquata & proportionata: quandoquidem legantur, respectu crassitiei & obesitatis suæ, nimis discrepasse collum & crura, utpote supra modum gracilia & subtilia: erat vultu turpi & feroce præditus; cui videtur convenire effigies nostro numismati seu Clypeo impressa: ubi conspiciuntur oculi quodammodo concavi, quales habuisse *Caligula* legitur: habuit insuper tempora concava, frontem torvam & latam, & in vertice caput calvum.

Iste, ut primum imperium *Romanum* acquisiverat, quoniam morbidus erat, bono aëre insu-
99 læ *Caprearum* frui delectabatur (ubi etiam quodam temporis spatio moratus fuerat *Tiberius*) & reliquis insulis circumvicinis, ut & civitate *Puteolorum*: ubi incitatus & stimulatus stolida superbia & ambitione, imo & *Xerxis* æmulatione, istum superbum fabricavit pontem, qui ab uno maris littore ad aliud extendebatur: de quo latissime agit *Dio* Historicus, & cujus hoc tempore solummodo duodecim fornicum reliquiæ conspiciuntur. Imo eatenus *Caligulæ* fastus & tumor pergebat, ut dicere fuerit ausus, se terrorem & pavorem intulisse *Neptuno*, Deo Marino, tunc quando duobus diebus & duabus noctibus tranquillitas ponti esset & malacia, quo tempore ipse Imperator triumphans per dictum pontem incedebat, suisque operibus inflatus: & glorians dicebat, ordinem naturæ se immutasse, eo quod mare in terram, & noctem in diem commutasset infinitis istis faculis & tædis, quas in ponte accendi jusserat. Imo non contentus, se esse primum totius mundi virum, ob auctoritatem & potestatem imperialem (nam, plane contrario modo quam *Tiberius*, *Dominus* salutari volebat) eo audaciæ pervenit, ut Diis Epitheta auferret, eaque sibi ipsi attribueret, efficiens ut *Pater exercituum*, & *optimus Maximus* appellaretur; (nomina, quæ nemini nisi *Marti* & *Jovi* assignabantur;) idque perverso quodam affectu, scilicet ut ipsi acclamaretur DEUS, juxta Diabolicam ipsius consuetudinem. Hinc non vereba-

A tur erigere templum, illudque proprio suo dedicare nomini: ubi præterea erexit quandam in sui honorem statuam ad vivum sculptam, & naturali modo effigiatam, præfectis sacerdotibus, qui suffitum & sacrificia administrarent: quam statuam quotidie amiciri procurabat amiculo ejusdem coloris, quo ipse utebatur; addito expresso mandato, ut in honorem dicti simulacri immolarentur & sacrificarentur animalia & aves magni pretii. A simili stultitia & maligna ambitione non procul abfuit *Domitianus*, duodecimus *Romanorum* Imperator: qui, ubi præsensit, Senatum in animo habere, ut sibi statuas erige-
B ret in *Capitolio*, non consensit, ut ex alia conficerentur materia, quam auro purissimo: & sic sem- 100
per de malo in pejus recidens, & arrogantiam sceleribus accumulans, publico Decreto injunxit & ordinavit, ut in omnibus Epistolis, Privilegiis, Diplomatibus & honorum concessionibus, quæ ejus nomine fiebant, adscriberetur, DOMINUS ET DEUS NOSTER. Quod verum esse, uno ore affirmant omnes Historici tam *Christiani*, quam Ethnici, seu Pagani. Contrarium fecit *Alexander Magnus*; qui quum a multis æstimaretur & appellaretur Deus, dixit: se non esse talis naturæ, & quidem ob duos effectus passionum humanarum, scilicet ob somnum, quan-
C doquidem dormiebat; & ob coitum Venereum; cujusmodi passiones affirmabat quam longissime a Divinitate abesse; ut narrat *Plutarchus*, Libro de Differentia inter Adulatorem & Amicum; & in *Vita* ipsius *Alexandri*.

Neque hîc finiebantur pessimi mores & turpitudines *Caligulæ*; quandoquidem parum ipsi videbatur Diis adæquari, nisi etiam gloriæ mortalium & antecedentium *Romanorum* invideret, omnes eorum statuas ad terram prosternens: quo eorum gloriosam memoriam ex mundo se eliminaturum credebat. Hinc insignia multis *Romanorum* optimæ notæ civibus abstulit; *Torquato*
D scilicet torquem, *Cincinnato* Cincinnum, teste *Suetonio*, in *Vita Caligulæ*, Capite XXXV qui etiam subdit, ubi *Caligulæ* innotuisset, quosdam Reges, mensæ assidentes, de nobilitate & prosapia propria concertare, alta ipsum voce exclamasse: Εἷς Κοίρανος ἔστω, Εἷς Βασιλεύς. *Unus Princeps sit, unus Rex.* Volens ita deridere istos Reges de nobilitate concertantes, quam ipse judicabat propriam & peculiarem soli supremo mundi imperatori, uti refert *Tiraquellus*, qui de Nobilibus agit, Capite XXIII.

Aliquando iste malignus Princeps adferri ad se jussit statuas *Jovis* aliorumque Deorum, juxta modum *Hermarum Mercurialium* fabricatas, cum
E capitibus scilicet adscititiis: quæ capita deinde tollens, suum loco eorum unicuique imponebat; 101
addito etiam publico programmate & generali edicto, quod ubicunque per totum imperium similes reperirentur, similis modus etiam obtineret & observaretur.

Sæpe simulabat & fingebat, quasi in templo cum statua *Jovis* sermonem instituteret, auribus suis ad illam appropinquans: addebat varia signa externa, quasi statua revera cum illo colloqueretur & ipsum intelligeret: aliquando ridebat, quasi *Jovis* colloquio oblectamentum caperet: mox
F capite annuebat, mox negabat. Et ejusmodi stolidis figmentis incidebat sæpe in fervorem & iram contra statuam, minitans se illam ex confiniis imperii *Romani* expulsurum, & in *Græciam*, unde quondam venerat, remissurum, ut testantur *Plinius*, & *Suetonius* in ejus *Vita*. *Lampridius* scribit, eandem vanitatem & gloriæ alterius invidiam & æmulationem incurrisse imperatorem *Commodum*: Qui a *Neronis* statua caput auferri & tolli fecerat, suum illi imponens; quo

quo vanum & stolidum gloriæ tumorem ostentabat. Cujusmodi quid alii non perpetrarunt homines sani, licet omni humanitatis affectu carentes, licet Gentiles & Ethnici, qui non solum non quæsiverunt sibi ipsis gloriam alterius, aliorum simulacra & monumenta sibi applicantes: sed ne quidem (licet essent quam dignissimi) voluerunt, ut sibi erigerentur statuæ in propriis Domibus: quemadmodum de Magno *Catone* legitur, qui eatenus sprevit & despexit profana & hominum mortalium simulacra: ut quando die quodam a familiari amico, occasione sic ferente, interrogaretur, cur non similiter ac alii viri graves & illustres sibi erigi curaret simulacrum, responderit, id ideo se facere, quoniam libentius exoptaret, ut viri probi dubitarent, quanam de ratione *Cato* non obtineret statuam, quam ut graviter ferrent eum habere quandam: quod nobis refert *Marcellinus*, libro XIV. *Plutarchus* in ejus *Vita*, & in *Politicis* ad *Trajanum*; & post omnes *Tiraquellus* de Nobilitate loquens, Capite VI. & eandem humilitatem & simul magnitudinem animi *Catonis* imitatum fuisse *Agesilaum*, scribit *Xenophon*: qui respuebat honorem & memoriam simulacrorum, dicens, solummodo valere ad tribuendam laudem & gloriam statuarum artificious & sculptoribus, qui ex lapide formarent hominem; sed suam gloriam esse & consistere in gloriosis & heroicis facinoribus & memorandis virtutibus.

Et ut summatim dicam, *Caligula* ad tantam
102 pervenerat vanitatis gloriam, ut mores induere muliebres averet. Nam promissis vestibus, scilicet stolis & velamentis capitis, ut & aliis ornamentis muliebribus vestiri gestiebat; ut scribunt *Josephus*, *Antiquitatum Libro IX. Capite I.* *Suetonius* in ejus *Vita*, Capite LII. & *Plinius*, Libro XXXVII. Capite II. Quod etiam fecisse legitur ejus æmulus, imperator *Commodus*; *Clysthenes Cleocritus*, *Dinocrates Messenius*, *Sardanapalus*, *Maximinus Junior*, *Demetrius Poliorcetes*, *Scipio Major*, *Scipio Africanus*, *Cornelius Sylla*, *Cato Uticensis*, & alii apud *Valerium Maximum*, Libro III. Capite VI. & *Tiraquellum*, lege III. de *Præceptis Connubialibus*. Adeo ut asserere possimus, *Caligulam* ad culmen vitiorum adscendisse, & pejorem ipsa vitii natura evasisse: quandoquidem *Laërtius* narret, *Diogenem* juveni cuidam obvenisse, qui gressibus & habitu vestimentorum fœminam referebat, eique dixisse: *Non te pudet deterius, quam Naturam ipsam, de te ipso statue-*

A *re? Illa enim te virum fecit, tu te ipsum refingis in mulierem.* Et certe ex tanta stoliditate, sui ipsius æstimatione & intumescente gloria, quam passim ostentavit *Caligula*, crederem hunc ejus Clypeum seu nummum ob mandatum ejus vanum & ambitionis fastum, quo se Diis æquabat, appositum & collocatum fuisse inter tanta immortalium Divorum simulacra, in templo urbis *Cumarum* jam quondam destructo: de cujus urbis magnificentia, gloria, & inclyta atque celebri fama, tempore suo scripsit *Accius Sincerus Sanazzarus* Libro II. Elegia IX. ubi di-
B cit:

Hic ubi Cumeæ *surgebant inclyta famæ*
Mœnia, Tyrrheni *gloria prima maris*,

Hoc tempore eatenus est reducta, ut exiguæ quædam & imminutæ reliquiæ, longe a se invicem dispersæ conspiciantur inter crescentes segetes & sementum ibi apud aratrum projectum: de cujus
urbis miseranda ruina liceat mihi plangere & la- 103
crymari, cum eodem *Sanazzaro*, loco supracitato, illamque describere hisce versibus:

C *Nunc Sylva agrestes occulit alta feras.*
Atque ubi fatidicæ latuere arcana Sibyllæ,
Nunc claudit saturas vespere pastor oves.
Quæque prius sanctos cogebat Curia patres
Serpentum facta est alituumque domus.
Plenaque tot passim generosis atria ceris
Ipsa sua tandem subruta mole jacent.
Calcanturque olim sacris onerata Trophæis
Limina.
Tot decora, artificumque manus, tot nota sepulcra,
Totque pios cineres una ruina premit.
D *Et jam intra solasque Domos, disjectaque passim*
Culmina setigeros advena figit apros.

Ubi iste magnus Poëta, posteris nobis quasi prædicens, statuas nostras sub terra adhuc servari, dixit:

Distractos & tegit Herba Deos.

Sic tempus omnia absumit & destruit, & corruptio omnibus imminet rebus mundanis: ut idem poëta eodem loco, de nostra corruptione, ut & destructione superbarum civitatum ratioci-
E nans, hos protulit versus:

Et querimur, cito si nostræ data tempora vitæ
Diffugiunt? urbes mors violenta rapit.
Fata trahunt homines, Fatis urgentibus, urbes,
Et quodcumque vides, auferet ipsa dies.

F I N I S.



I N D E X

NOMINUM ET RERUM NOTABILIORUM.


Cademia *Ciceronis statuis fuit ornata.* 37.C
Accipiter *Apollini consecrabatur.* 13.E.F
Ægide *adjunctâ, cur Jupiter sculptus.* 10.A
Ægyptii *quomodo Jovem depinxerint.* 8.C.10.C
—— *quomodo Apollinem expresserint.* 15.F
Æternitas *descripta.* 29.E
Agriculturam *quis Jani subditos docuerit.* 28.F. 29.B.C
Agrippina Major, & Minor, *quæ dicta.* 49.B
—— Minor, *Neronis Mater, quare maritum veneno sustulerit.* 49.D
—— — *quare eundem inter Deos Indigetes annumeraverit.* 49.F
Agrippinæ Majoris *monumentum.* 50.C
—— Minoris, *matris Neronis, statua credita.* 48.E
Alæ *Mercurii quid significent.* 16.B.C.D
Alexander Magnus *quare se divinæ naturæ non crediderit.* 56.B
Altare *in Urbe Trevirorum fabricatum in honorem partus Agrippinæ.* 49.B
Amata, *prima Virgo Vestalis.* 34.C
Amycus, *Bithyniæ Rex, a Castore vita privatus.* 18.B.C
Anni *ineuntis symbolum.* 30.E.F
Antoniæ *Augustæ, Matri Claudii Imperatoris, qui honores habiti.* 52.F.53.A
Anubis *sub nomine Mercurius cultus.* 28.C
Apollinis *Statua Cumis reperta, aliaque simulacra.* 12.D
Apollo *a variis varie depictus, & sculptus.* 14.A.E.F.15.A
—-*ejus cum Hercule contendentis statua Delphis.* 20.F
Aqua *pluvialis per Crocodilum significata.* 14.A
Ar, *Herculis nomen, quid significet.* 19.D
Aries *in pictura Mercurii quid significarit.* 27.C.D
Armata *Venus cur picta.* 41.F
Arno, *Herculis nomen, quid significet.* 19.D.E
Aspectus *lævis & elegans picturarum Mercurii quid significet.* 26.B
Assyrii *quomodo Apollinem pinxerint.* 15.C. 16.D
Asylum *ad statuas virorum illustrium.* 5.A.B
Augustus *mensis in honorem Octaviani Augusti ita dictus.* 44.B
Aulus Posthumius *Dictator in honorem Castoris templum exstruxit.* 17.D
Aures *Joves in picturis quid significent.* 8.F
— *quatuor in statua Apollinis quid significent.* 14.E.F
Auribus *carentem quare Cretenses Jovem pinxerint.* 8.F
BArba, *virorum ornamentum, ab Othone Imperatore, odio habita.* 45.E.F
—— *promissa in simulacris Apollinis quid denotet.* 15.C
Barbata *Veneris effigies quid significet.* 41.E.F
Bellona *quorum symbolum fuerit habita, & quomodo depicta.* 43.C
Brutus *(Lucius Junius) Regum Romanorum expulsor, & Consulatus ac aliorum Magistratuum fundator, omnia Regalia insignia obtinuit.* 47.E
Buccina *in manu simulacri Neptuni.* 23.C
CAjus, *Imperator, erga matrem se maxime pium ostendere voluit.* 50.C.D
Calceamenta *statuæ Jovis.* 7.F
Caligula, *Imperator, successor &, per adoptionem, filius Tiberii, sed natura filius Germanici.* 55.B
—— *ejus imperium tribus annis, & decem mensibus, duravit; vita vero morte violenta commutatum.* 55.C
—— *ejus statura & corporis habitus.* 55.C.D
Caligula, *Imperator, a stolida superbia ad mores pessimos incitatur.* 55.D.E.F, 56.A.C.D
—— *cum Jovis statua se colloqui fingit.* 56.E.F
—— *mores muliebres induere avebat.* 57.C
Caligulæ, *Imperatoris, Clypeus seu Numisma, ut putatur.* 55.A
Calva *cur Venus picta.* 41.E.F
Camiciottum, *vestimenti genus.* 25.A
Canities *Saturni quid significet.* 30.F
Caput *Jovis quid in picturis significet.* 8.E
—— *discoopertum in simulacro Saturni quid significet.* 29.F.30.A
Cariæ *populi quale simulacrum Jovi sculpserint.* 10.B
Carpentum *quid fuerit, & quibus Romæ concessum.* 51.E
Castor *qua ratione Deus marinus habitus,* 18.C
—— *ejus sub nomine etiam* Pollux *comprehendebatur.* 18.D
Castoris *Satua Cumis reperta.* 16.E
Cato *noluit sibi simulacra aut statuas erigi.* 57.A
Charites *num nudæ fuerint depictæ.* 41.B.C
Cicero *cur Veneris statuam in Academia sua retinuerit.* 37.D.E
Cithara *in simulacro Apollinis quare sculpta.* 14.C
Clava *Herculis.* 20.A.B.D
Claudia *Tribus a quo appellata.* 49.F
Claudius, *Imperator, Liviam aviam suam consecravit, & ei varios ac insignes honores statuit.* 52.C.D.E
—— *quare ab uxore interfectus, & postea ab eadem inter Deos Indigetes annumeratus.* 45.B.49.D.F
Clavis *in manu simulacri Vestæ quid significet.* 32.E
Clavus, *supremi apud Romanos ordinis indicium.* 47.D
Clypeus, *ut creditur, Tiberii.* 53.D
—— *alius, qui putatur Caligulæ esse.* 55.A
Col, *in Herculis nomine, quid significet.* 19.D
Coma *ascititia ab Imperatore Othone portata.* 45.E
—— *aurea Jovis in picturis quid significet.* 8.E
Commodi, *Imperatoris, vanitas & gloriæ alterius invidia ac æmulatio.* 56.F
Concha *marina sub pedibus simulacri Neptuni.* 23.B
—— —— *quare sub manu simulacri Veneris posita.* 37.F.38.C
Consules *Romani, pulsis Regibus, auctoritatem, insignia & ornamenta regalia obtinuerunt.* 47.E
—— —— *quanta eorum fuerit potestas.* 48.A
—— —— *eorum facinora heroica variis honoribus remunerabantur.* 48.B
Cornua *aurea Jovis in picturis quid significent.* 8.E
Cretenses *quomodo Jovem depinxerint.* 8.F
Crocodilus *aquam pluvialem significans.* 14.A
Cumarum *de magnificentia Accius Sincerus Sanazzarus scribit.* 58.A.B
—— *miserandam ruinam idem plangit.* 58.B.C
Cupidinis *parvuli simulacrum.* 37.B
—— *simulacrum, quare ad latus Veneris positum.* 39.E
Cygnus *Apollini sacer.* 13.C.D
DEi & Deæ *plures a Romanis culti.* 2.B.C.D.E
Delphinus, *piscis Neptuno gratissimus, & piscium Rex.* 23.D.E
Deus Fidius, *Jovis apud Romanos nomen.* 9.D
Discus, *Apollinis apud Pæonios simulacrum.* 15.A.B
Domitiani, *Imperatoris, stultitia & maligna ambitio.* 56.A.B
ELei *quomodo Jovem depinxerint.* 9.C
Eloquentiæ *vis laqueis denotata.* 21.C
FAcies *Juvenilis Saturni quid significet* 31.D.E
Falcifer *cur* Saturnus *dictus.* 29.B.D.30.B
Fascium *honor apud Romanos.* 47.E.F
Fidii *simulacrum Romæ, Jovem denotans.* 9.D
Fortitudinis *cum Sapientia comparatio.* 21.C.E

Fri-

Friderici, *Imperatoris, Statua in porta Urbis Capuanæ, cum inscriptione.* 3. E
Fringillarius *Apollini consecrabatur.* 13. E. F
Funes *ad pedes simulacri Saturni quid significent.* 31. B. C

GAlea *alata in Capite Mercurii.* 26. B
Gallus *vigilantiæ symbolum.* 26, C. 27. B
Gemini *Castor & Pollux dicti.* 17. A
—— *Romanis multum faventes & propitii fuere.* 17. D
—— *in confiniis Lacedæmoniorum soliti fuere excursiones facere.* 18. A
—— *qua ratione pro Diis marinis habiti.* 18. C
Glaucus, *Maris Deus, quomodo depictus.* 22. E. F
Gratiæ *num nudæ fuerint depictæ.* 41. B. C

HEr, *Herculis nomen, quid significet.* 19. D
Hercules *varie ob oculos positus.* 19. F. 20. C. F, 21. E
—— *ejus cum Apolline contendentis Statua Delphis.* 20. F
—— *cum* Mercurio *unus idemque habitus,* 21. B
—— *quare ipsi cum Mercurio in Arcadia commune templum exstructum.* 21. D
—— *jam ab origine Romanorum Deus.* 22. A
Herculis *Statua Cumis reperta, aliaque simulacra.* 19. A
—— *varia nomina.* 19. D
Hermæ *ex nomine Mercurii sic appellatæ.* 27. E. F
—— *quid significarint.* 28. A
—— *omnium Academiarum ornamenta.* 37. C
Hieropoli *quale fuerit Apollinis simulacrum.* 15. D
Horatius *quale simulacrum Veneris finxerit.* 41. A

JAni *in honorem templum a Numa Pompilio erectum.* 2. A
Januarius *mensis a Jano ita dictus.* 44. B
Janus *Saturnum excipit.* 28. F
Ignis *anima rerum.* 32. F
—— *ab eo omnia generata & producta, multi voluere.* 33. B
—— *ejus cura Virginibus Vestalibus demandata.* 34. D
Imperatoris *Romani ad electionem, ab exercitu peractam, Senatus requirebatur approbatio.* 46. E. F
Jovis *apud Romanos varia nomina.* 2. B
—— *Statua Cumis reperta, aliaque simulacra.* 6. E
—— —— *ei cur sceptrum in manus traditum.* 7. C
—— *variæ in nummis imagines.* 12. B. C
Julii Cæsaris *Statua Cumis inventa.* 42. C
Julius Cæsar *quando se Dictatorem perpetuum & Imperatorem primum constituerit.* 43. D
—— —— *ejus fortitudo, victoriæ, & Dignitates.* 43. E. F. 44. A. B
—— —— *ejus Dominium quamdiu duraverit.* 44. A
—— —— *ab eo mensis Quintilis* Julius *dictus.* 44. B
—— —— *quanta ejus apud Romanos fuerit existimatio.* 44. C
—— —— *fuit animo dominandi avido.* 44. D
—— —— *in numerum Deorum Indigetum relatus.* 44. E
L. Junius Brutus, *Regum Romanorum expulsor, & Consulatus ac aliorum magistratuum fundator, omnia regalia insignia obtinuit.* 47. E
—— —— *ab eo quartus anni mensis* Junius *denominatus.* 47. F
Jupiter *a Pausania descriptus.* 8. A. B
—— *a variis varie depictus.* 8. B. C. E. F. 10. A. 11. A
Juvenis *imberbis simulacrum in Urbe Elidis, Neptuni creditum.* 32. F. 24. A
Juventus *Apollini dedicata.* 13. A. B

LAbradeus *cur Jupiter appellatus.* 10. B
Lacedæmonii *quomodo Jovem depinxerint.* 8. F
Lapidis *frustum a Phœnicibus loco simulacri Apollinis habitum.* 14. F
Laquei *in imagine Herculis quid significent.* 21. B. C
—— *ad pedes simulacri Saturni quid significent.* 31. B. C
Leda *a Jove sub cygni specie compressa.* 16. F
Leontini *quale simulacrum Jovi erexerint.* 11. D
Litui *quando Romam translati.* 47. D
Livia *Augusta, ultima Augusti uxor.* 50. E
—— —— *quare ei statuæ dedicatæ, & adscripta numero sit matronarum, quæ tres peperérint filios, licet non plures duobus peperisset.* 50. F
—— —— *varii ei honores exhibiti.* 51. A. C. D. E
—— —— *ejus ambitio & gloriæ vanæ contagio.* 51. B
—— —— *ejus defunctæ pompa funebris.* 51. F. 52, A. B. C. D. E
Livillæ, *Germanici Drusi uxori, quæ honores exhibitæ.* 53. B
Locus *ubi Statuæ Cumanæ repertæ.* 6. B
Ludi Augustales *unde dicti.* 45. A
Luna, *Apollinis soror.* 16. B. C
Lyra *in simulacro Apollinis quare sculpta.* 14. C

MAgistratus *officium picturis Jovis innuitur.* 8. F. 9. A. 10. C. D. E. F
—— *cujusdam statua.* 47. B
Manibus *carens cur Jupiter sculptus.* 10. F
Manus *quatuor in statua Apollinis quid significent.* 14. E. F
Marcellus, *victis & captis Syracusis, primas Romam statuas adduxit.* 3. A
Mars, *Romanorum Deus; a quo etiam originem traxisse dicuntur.* 2. B
—— *quomodo effigiatus fuerit & sculptus.* 42. E. F
—— *ab eo mensis* Martius *dictus.* 44. B
Megarenses *quid pro Apolline coluerint.* 15. A
Mercatura *taxatur.* 26. E. F. 27. A
Mercurii *Statua Cumis inventa, aliaque simulacra.* 24. E. F
Mercurius *cum* Hercule *unus idemque habitus.* 21. B
—— *quare ipsi cum Hercule commune templum in Arcadia exstructum.* 21. D
Minerva *quomodo depicta fuerit.* 43. A
Minutia *Virgo Vestalis, viva defossa.* 35. A
Monetæ *ex metallo cudendæ modum quis Jani subditos docuerit.* 28. F
Muliebres *mores & vestimenta assumere, qui gestierint.* 57. C. D
Musarnus, *Herculis nomen, quid significet.* 19. D. E

NAvis, *motum solis significans.* 14. A
Neptuni *Statua Cumis inventa, aliaque simulacra.* 22. C
Neptunus *Romanis gratus & acceptus.* 24. D
Nuda *cur Veneris & Cupidinis simulacra facta.* 38. F
Numa Pompilius, *Rex Romanorum, Deorum cultus adauxit.* 2. A
—— —— *Vestam pro Dea in urbe Roma recepit.* 34. B
Numisma, *ut creditur, Tiberii.* 53. D
—— *aliud, quod putatur esse Caligulæ.* 55. A
Numismata *varia Imperatorum Romanorum imaginem Jovis exhibentia.* 12. B. C

OCtavia, *soror Augusti, filia Caji Octavii, & neptis Julii Cæsaris.* 50. E
Octavianus Augustus *inter Deos consecratus.* 44. F. 45. A
—— —— *ejus in electionis monumentum numisma antiquum.* 46. F. 47. A
Oculi *Jovis in picturis quid significent.* 8. E. 9. A. 10. C
Oculis *carens cur Jupiter depictus.* 11. B
Oleum *membris vigorem attribuere creditum.* 25. D
Olivæ *ramus in sinu simulacri Palæstræ quid significarit.* 25. D
Ops, *Saturni uxor.* 30. D
Oracula *quomodo ex Jovis simulacro exspectata.* 12. A
Osiris *ab Ægyptiis sub symbolo accipitris comprehendebatur.* 13. F
Othonis, *Imperatoris, Statua.* 45. C
—— *Statura, forma & mores.* 45. D. E
—— *mors voluntaria.* 46. C
—— *num ejus ulla reperiatur effigies.* 46. D

Ovum

Ovum *ex ore Jovis exiens quid in simulacris denotaverit.* 8.D
PÆonii *quale Apollinis simulacrum habuerint.* 15.A
Palæstra *pro numine accepta, & ut filia Mercurii picta & sculpta.* 25.C.D
Pallas *quomodo depicta fuerit,* 43.A
Palliata *& pectore nudo cur sit Jovis statua.* 7.D
Pan, *pastorum Deus.* 27.D
Panni *involucrum in manu simulacri Saturni quid significet.* 30.C
Pausanias *quomodo Jovem describat.* 8.A
Pedes *Jovis in picturis quid significent.* 8.F
Pegasi *currum Neptuni trahentes.* 23.D
Peloponnesiaci *qualesimulacrum Jovi erexerint.* 11.E
Philologiæ *ad secundum Cœlum qualis puella obviam iverit.* 28.A.B
Phœbus *cur* Apollo *dicatur.* 13.A.
Phœnices *loco simulacri Apollinis frustum lapidis habuere.* 14.F
Planeta *quanto tempore motum suum per Zodiacum perficiant.* 30.F.31.A
Pollux, *Jovis ex Leda filius.* 16.F.17.A
—— *Amycum, Bithyniæ Regem, vita privavit.* 18.B.C
—— *qua ratione Deus marinus habitus.* 18.C
—— *quare ejus nec templa, nec colossi, nec statuæ fabricatæ reperiantur,* 18.D
Prætexta, *vestimentorum genus, magistratibus in usu.* 47.C
—— *quando Romam translata.* 47.D
Praxiteles *quomodo Apollinem depinxerit.* 16.A.B
—— *simulacrum Veneris fecit incomparabilis pulchritudinis.* 39.C
Publia Verginia *Ciceroni sexagenario nubit.* 37.E
Puerili *forma cur Jupiter depictus.* 9.E.F
QUinctilis *mensis in honorem Julii Cæsaris* Julius *dictus.* 44.B
REligio, *falsa licet & vana, Romam ab initio introducta.* 1.F.2.A
Romani *ab initio Religionem, falsam licet & vanam, coluerunt.* 1.F.2.A
—— *non unico contenti Deo multis numinibus magna ambitione & æmulatione servierunt.* 2.A.B.C
—— *unde ad eos sculpendi artificium translatum.* 3.A
SAgittæ *in simulacris Apollinis vel Solis quid significent.* 14.E
Sapientiæ *cum Fortitudine comparatio.* 21.C.E
Saturni *statua Cumis inventa, aliaque simulacra.* 28.D
Saturnus *quare filius Urani, hoc est Cœli, narratus.* 29.E.F
—— *a filio regno privatus, quid significet.* 30.D
Sauroctonos *quare Apollo dictus.* 16.A.B
Scarabæi *a militibus in annulis sculpti, & quare.* 14.B
Sceptrum *cur Jovis Simulacro in manus traditum.* 7.C
—— *Jovis in picturis quid significet.* 10.C.D
—— *in manu simulacri Vestæ quid significet.* 32.D
Sculpendi *artificium unde ad Romanos translatum.* 3.A
Sella Curulis *quando Romam translata.* 47.D
Semiramis *ingentem sibi Statuam fabricari fecit.* 3.D
Seruchus *primus statuarum inventor.* 3.C
Sextilis *mensis in honorem Augusti* Augustus *dictus.* 44.B
Silentium, *fœminarum pretiosum monile.* 40.D.E
Simulacra *ut sibi erigerentur, Cato noluit.* 57.A
Sol *apud Ægyptios Osiris appellatus.* 13.F
— *in medio Planetarum.* 14.D
Solos *quid fuerit.* 15.B.C
Spartani *quomodo Apollinem finxerint.* 14.E
Statua *Agrippinæ, matris Neronis, credita.* 48.E
—— *Apollinis.* 12.D
—— *Castoris.* 16.E
—— *Herculis.* 19.A
—— *Jovis.* 6.E
—— *Julii Cæsaris.* 42.C
Statua *Magistratus cujusdam.* 47.B
—— *Mercurii.* 24.E.F
—— *Neptuni.* 22.C
—— *Othonis, Imperatoris.* 45.C
—— *Saturni.* 28.D
—— *Veneris.* 36.D
—— *Deæ Vestæ.* 32.A
Statuæ *quæ primæ Romæ visæ.* 3.A.B
—— *a quo primum inventæ.* 3.B.C
—— *quare erectæ.* 3.D
—— *earum in Civitate Rhodo, Athenis, Delphis, Romæ &c. ingens numerus.* 4.C.D
—— *eas in loco publico collocatas dimovere nemini licebat.* 4.D.E
—— *Principum ne violentur, interdictum.* 5.A
—— *virorum illustrium habitæ fuere pro asylo.* 5.A.B
—— *variæ fuerunt formæ & materiæ.* 5.D.E
—— Cumanæ *ubi repertæ.* 6.B
Statuarum *Origo & inventio.* 1.A
Stercutius Deus *quare* Saturnus *dictus.* 29.B
TArquinius Priscus *Romam primus simulacra intulisse scribitur.* 3.B
Templum *ubi Statuæ Cumanæ repertæ.* 6.B
Testudo *sub pedibus simulacri Veneris quid significet.* 40.A.B.D
Thebani *quomodo Jovem depinxerint.* 10.F
Tiberii *Numisma, seu Clypeus, ut creditur.* 53.D
Tiberius *Imperator, quantæ videatur fuisse staturæ & formæ.* 53.F.54.A
—— *visus dicitur fuisse acutissimi.* 54.A
—— *principio Imperii simulabat, quasi omnem expulisset ambitionem.* 54.B
—— *postea totus revolutus ad captationem honoris, rapinam, vindictam & ambitionem.* 54.E
Toga depicta & fimbriata *quando Romam translata.* 47.D
Tridens *in manu simulacri Neptuni.* 23.B
Tritones *socii & tubicines Neptuni.* 23.F
Tullus Hostilius *qua veste indutus post reportatam de Tusculanis victoriam.* 47.D
Tympana *ad latera simulacri Vestæ quid significent.* 32.D
VEneris *Statua prope mœnia Puteolorum reperta, aliaque simulacra.* 36.D
—— —— *quare eam Cicero in Academia sua retinuerit.* 37.D.E
—— *Origo ex concha maris variis poëtis decantatur.* 37.F.38.A
Venter *Jovis in picturis quid significet.* 8.F
Vesta *Dea unde dicta.* 32.C
—— *precata Jovem, ut vellet se manere virginem.* 33.D
—— *ei erecti colossi, & primitiæ sacrificatarum rerum oblatæ.* 33.D.E
—— *cur ei multi veterum colossos & simulacra erigere noluerint.* 33.F
—— *unde nominata.* 34.A
—— *antiquissimis temporibus culta.* 34.B
—— *ejus Templum in Palatio Numæ Pompilii.* 36.A.B
Vestæ *Deæ Statua Cumis inventa.* 32.A
Vestium *nimius ornatus suspicionem impudicitiæ contrahit.* 35.B.C.D
Victoriosa *cur Venus dicta.* 42.A
Virga *in manibus picturæ Mercurii quid significet.* 25.F
Virgilius *quomodo Jovem describat.* 8.E
Virgines Vestales *quando institutæ, & unde electæ.* 34.B.C
—— —— *earum exercitium in quo constiterit.* 34.D
—— —— *si vitiarentur, ipsis severissima infligebatur pœna.* 34.F.35.A
Vita humana *quare* ζωή *appellata.* 33.B
Vitellius *ab exercitu Imperator electus.* 46.B.C.D
Vultus *in picturis & simulacris Neptuni mox placidus, mox turbatus, quid significet.* 23.A

F I N I S.

JULII CÆSARIS CAPACII,

Neapoleos Urbis a Secretis & Civis,

DE

BALNEIS

LIBER,

ubi

AQUARUM,

quæ

NEAPOLI, PUTEOLIS, BAJIS, PITHECUSIS

extant virtutes;

THERMARUM, ET BALNEARUM

apud Antiquos structuræ, usus & ministeria,

Ad ægrorum commoda, explicantur.

Editio Novissima, priori nitidior & emendatior.



LUGDUNI BATAVORUM,

Sumptibus PETRI VANDER Aa,

Bibliopolæ, & Typographi Academiæ atque Civitatis.

PRÆFATIO
Hujus Novæ Editionis.
LECTORI SALUTEM.



NTER miranda Divinæ benignitatis beneficia, quibus Omnipotens & Optimus Rerum Creator naturam exornavit, aquam postremo haud numerandam esse, in confesso est. Præter usum enim ipsius ordinarium, qui omnium creaturarum illam expetente necessitate patet satis, quamplurima in hoc elemento detexerunt curiosiores rerum naturalium indagatores. Sufficient ad hoc probandum tot thermarum medicatæ vires, quarum ope tantus ægrorum numerus sanitati alias ferme desperatæ restitutus est modo plane mirabili. Dignissima hinc materia, quam erudito suo calamo susciperet celebrandam *Julius Cæsar Capacius*, & argumentum sibi proponeret operis præsentis, quod Anno 1604. *Neapoli*, apud *Constantinum Vitalem* prodiit *in Quarto*, inscriptionem gerens: *Balnearum quæ Neapoli, Puteolis, Bajis, Pithecusis extant, virtutes. Thermarum, & Balnearum apud antiquos structuræ, usus, ministeria. Ad ægrorum commoda. Ad Illustriss. & Reverendiss. Cardinalem Montelparum.* Ejus vero editionis cum diu jam ita distracta essent exemplaria, ut Libri ob suam elegantiam sæpissime, at frustra quæreretur copia: non potuimus, quin opus hocce adeo desideratum publici juris iterum fieri, literisque nitidissimis in charta exscribi curaremus purissima. Observavimus præterea & singula, quæ Lectorum commoditati videbantur inservitura. Errores, qui in priori editione remanserant, typographicos sustulimus. Nomina propria, & aliunde transscripta loca, ut eo felicius pateant, diversis a contextu exhibemus literis. Numeros paginarum editionis veteris in nostra ad marginem notavimus, ut, quæ ex illa occurrerent citata, in hac reperiri queant absque molestia. Indicem utilitates aquarum in Opere descriptarum recensentem, quem cum veteri editione accepimus, in accuratiorem redegimus ordinem, lectuque reddidimus faciliorem, appositis & diverso charactere impressis vocibus, quæ per omnes, excepta prima, lineas subintelligebantur. Indicem denique Rerum notabiliorum in Opere occurrentium subjunximus, in optimum redactum ordinem Alphabeticum. Hæc de iis, quæ in hac editione tentavimus, Tibi, *Benevole Lector*, significanda duximus, Favori tuo nos commendantes. Vale.



EPISTOLA DEDICATORIA.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

GREGORIO PETROCHINO,

S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO, PATRONO MAXIMO,

JULIUS CÆSAR CAPACIUS S.

PUTEOLANA *regio* (Princeps Illustrissime) *naturæ divitiis affluens, balnearum, thermarumque copia, ex quibus veluti ex promptuario corporum salus elicitur, felicissima habenda est. Quod cum* Salernitani *Medici, ut fama percrebuit, labefactarunt, ultimam* Puteolanis *injuriam intulere. Ea tamen non toleranda, quòd scriptorum inopia earum aquarum virtutes prorsus ignoramus. Vetus auctor scripsit aliqua, ut ea tempora tulerant, quæ visa sunt cæteris lumen prætulisse. Dicavit ea* Franciscus Aretinus *Pio II. Summo Pontifici, quæ ab* Joanne Elisio, *Medico Neapolitano, fuerunt repetita, licet anteà* Matthæus de Plantimone, *Salernitanus, de iisdem scripserit. Multa adnotavit* Joannes Franciscus Lombardus, *Neapolitanæ Ecclesiæ Canonicus, in quo tùm linguarum, tùm disciplinarum lumina elucent. Addidit plura* Baccius Romanus, *cujus laboribus cultiùs quàm* Romanorum *opibus thermæ sunt exornatæ. At verò ex scriptore ab* Aretino *in lucem revocato quasi ex capite à posterioribus scriptoribus duos Poëtas,* Alcadinum Siculum, *&* Eustasium Materanum *somniando deduxerunt, nunquam enim ea, quæ circumferuntur, ab iis scripta sunt, sed ab* Ebolitano *quodam (non* Euboico*) qui* Federico *Regi opus illud dicaverat, id quod apud me testatur manuscriptus codex, quem* Joannes Simeon Moccia, *totius antiquitatis arbiter, ex naufragio librorum* Joannis Antonii Pisani, *celeberrimi nostra ætate Medici, servavit, & quem hoc libro typis mandandum curavi. Debent tamen aliquid Puteoli* Michaëli Savanarolæ, Ugolino de Montecatino, *&* Mengo Faventino, *aliquorum* Italiæ *Principum Medicis, qui pauca de ejus loci balneis meminerunt, cum cætera* Italiæ *balnea illustraverint. Debent mihi aliquid, qui confragosas earum rupes virtutum memoria, antiquitatis nobilitate, variarum gentium usu conatus sum exornare. Tuo numini non balneas, à quibus incolumitas te semper arceat, sed hanc in tuam amplitudinem animi mei propensionem dicare libuit, fervet enim ut in thermis amor in te meus & observantia, cujus neque mors flammas restinguet. Dicare, inquam, me totum, liberos, domum libuit, ut ex tuæ humanitatis candore hunc laudis fructum extorqueam, quòd absens impensa voluntate & memoria à me coli internoscas. Vale, Cardinalis amplissime, sacri Senatus splendor, &* Romanæ *exemplar Majestatis.* Neapoli, Cal. Aug. 1604.


APPROBATIO

Pro Impressione,

Quæ in priori Editione in fine Operis habebatur.

Imprimatur. Alexander Gratianus Vic. Gener. Capitul. Neap.

Vidit Cortesius Brana Theol. specialiter deputatus à Reverendiss. D. Vicario Generali.



JU-

5

JULII CÆSARIS CAPACII DE BALNEIS LIBER.

CAPUT I.

Sacræ Balneæ.



AQUAM rerum omnium originem *Thales* existimavit, quod veluti *Heraclitus* in ignem corpora resolvi, sic in humorem ipse pronunciavit. In vulgus ea dimanavit opinio atque ità ut poëticè canerent:

> Ἄριστον μὲν ὕδωρ
> *Optima quidem aqua*

In Olymp. quæ verba *Pindarus* præter cæteros grandiloquus, veluti secretioris materiæ titulum suo præposuit poëmati. *Homerum* quoque ferè divinum, Lib. I. aquas ideò plurimum alere cecinisse, scribit *Athenæus*. Hinc maxima veterum in aquis superstitio. Si quis enim corpus aqua abluisset, peccatorum quoque lue ablutum arbitrabantur, quod expressit Euripides:

> Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά
> *Abstergit mare omnes hominum culpas.*

quapropter & ῥυπτικοῦ ὕδατος, *Aspergentis aquæ*, arbitror *Homerum* meminisse. Paulatim tantùm crevit opinio, ut lavacris inprimis uti optimum & relligiosum judicarent. Nollem intermiscere, Aquarum sacrarum mysteria. quæ Mystæ in aquis creationis initio, *super quas Spiritus Domini ferebatur*, prædicarunt. Id quod aliæ traductiones patefecerunt, quibus & *Fovere*, & *Incubare* Deum aquis, scripsere. Quod etiam ad Regenerationis lavacrum inde apud *Christianos* esse translatum nemo ambigit; quapropter flumen ex maceriæ cavernis prorumpens, ubertimos latices in *Calvarii* fonte coëgit, quibus Ecclesia irrigata, fœcundas gloriæ & majestatis virtutes toto terrarum orbe diffudit. Atqui sacrarum rerum indagatores *Hebræorum* mysteria,
6 quæ ex aquis amanabant, ostendere conati sunt in amplissimo illo *Salomonis* opere, in quo Mare fusile in rotundo labio, quod XII. boves sustinebant, & posteriora celantes, absconditas rerum causas aperire videbantur. Hinc aquarum elogium, in quas projectus est Moyses divina mysteria accepturus. Hinc & Virgæ symbolum, quæ ex petra aquarum fluenta elicuit, qua corporis sitim sedarunt, quemadmodum spiritus sitim gentes erant sedaturæ. Et Dei viventis aquarum fontes & putei, ex quibus quòd abdita multa didicerint, aquarum celebritates promulgarunt. Quid putas inesse virtutis in utre illo *Agarico*, in Cisterna *Davidica*, in *Rachelis* puteo? At verò procul este prophani; earum aquarum sanctitas cum balneis non est inserenda. Hæc innuere sacræ balneæ coëgerunt.

Lib. III. Eleg. X. Poëtæ sacras quoque dixere. Tibullus:

> *Nunc autem sacris Bajarum maxima lymphis.*

Aristoteles sua ætate celebre dictum proponit, *Sacras balneas*; qui tamen, quæ ad divinorum rationem spectant, cùm non intelligeret, dixit,

A ea de causa sacras appellari, quòd in defluxu flu- Cur aquæ sacræ. minum flammas & sulphura elambunt. Et Plutarchus *in Problematibus* admirari se ait, aquas calidas nasci, non autem mirari frigidum fontem; quamobrem aliquid sacrum continere videntur. Idemque arbitrati sunt, qui ob calorem terrestrem aquis insitum, *Vulcanias* dixerunt. *Neptuno* Aquæ Vulcaniæ. item sacras fecere aquas, Nymphisque, & quæ sulphur olent, *Mephiti*, quod numen marem alii & connexum *Leucotoæ* veluti *Veneri* Adonis, aut *Dianæ* Virbius; alii fœminam faciunt, & *Junonem* esse asserunt, quæ quoniam Aër est, corruptionem aëris, *Mephitim* dicunt & putorem, Mephitis.
B quod aquæ genus ubique *Puteolis* reperitur. *Apollo Thermites* à *Syracusanis* adorabatur, & *Strabo* de *Thermopylis* loquens: Καὶ Θερμοπύλας (inquit) Lib. IX. ἐστὶ γὰρ καὶ θερμὰ πλησίον ὕδατα τιμώμενα ὡς Ἡρακλέους ἱερά; *Ac Thermopylæ à calidis lavacris quæ vicina sunt, & Herculi sacra habentur.* Albulas in *Italia* Iciæ sacras legimus, *Veronenses* Junoni, *Clusinas* Æsculapio, *Latinas* Juturnæ, *Avernas* Plutoni, *Cumanas* Sibyllæ. 7

Dicerem, hanc aquarum sanctitatem veteres *Romanos* esse veneratos, quandò aquæ calidæ potus in cœnis fuisse adhibitos docet Seneca: *Irascuntur* De Ira. Lib. I. Cap. XII. *boni viri pro suorum injuriis; sed idem faciunt, si*
C *calida non bene præbeatur, si vitrum fractum*, &c. & Martialis:

> *Caldam poscis aquam, sed nondum frigida venit,*
> *Alget adhuc nudo clausa culina foco.*

Sed præcipuè Paulus Jurisconsultus; *Nec mul-* Leg. XVIII. de Instr. & Just. Leg. *tum refert inter cacabos & aënum, quod suprà focum pendet: his aqua ad potandum calefit; in illis pulmentarium coquitur.* Doctissimus autem Varro *Lib. IV.* scribit Calicem à caldo dici, quòd in eo calida puls apponebatur, & calidam eo bibebant. Plautus *in Rudente* Thermopolium appellare videtur cauponam, in qua venibat calida. Et *Caligula* Cauponem interfecit, quòd per dies funeris
D *Drusillæ* calidam vendidisset. Quocircà vo- De Vita theoretica. luptatis potum videtur innuere, idemque confirmat *Philo*, qui aquam frigidam cæteris datam, calidam senioribus scribit. Et Tiberius, *Biberius*, *Caldius*, *Mero* dictus est, quòd aquæ calidæ potui nimis indulgeret. Qua de re plura collegit Lipsius *in Electis*. Hunc morem *Japonenses* servasse vidimus: qui ad *Gregorium XIII.* Summum Pontificem Legati missi sunt, qui præter voluptatem aliquid in ea superstitionis collocant.

CAPUT II.

Balnearum usus.

E

BALNEARUM usum vetustissimum videtur Lib. VIII. Odyss. innuere *Homerus*, qui earum delicias *Ulyssi* proponit:

> Αἰεὶ δ' ἡμῖν τε φίλη κιθαρίς τε χοροί τε
> Εἵματα, τ' ἐξημοιβά τε θερμά, καὶ εὐναί;
> *Semper à nobis conviviumque gratum, citharaque chorique*

Vestesque mutatoriæ , & lavacra calida , & cubilia.

8 Et *Penelope* Eurynomen alloquitur:

Lib. XVIII. Odyss.

Εὐρυνόμη, μὴ ταῦτα παραύδα κηδομένη περ
Χρῶτ' ἀπονίπτεσθαι, καὶ ἐπιχρίεσθαι ἀλοιφῇ,
Eurynome , non hæc loquere dolens , licet
Corpusque lavare , & ungere unguento.

Hinc *Agamemnonias* legimus Thermas , & *Achilleas* apud *Cassiodorum.* (Lib. I.) Et voluptati deditam vitam *Pheacum* scribit *Athenæus* , qui & *Mercurium* Calipsus domicilium ob hasce illecebras fuisse admiratum affirmat. Apud eundem *Eurypilus* vulnera fovet , & perfundit aqua calida, quæ dolorem mitigat , & placat cruciatus , & quamvis apud illum τὸ λιαρὸν comperies , quod tepidam aquam significat , idem tamen est quod θερμὸν , calida. Putat quoque *Athenæus* tepidam esse, ex qua vapor igneus, fumusque fervens exhalat.

Thucydides à *Laconibus* usum balnearum initium habuisse scribit , qui primi post luctarum pulverem lavari cœperunt , cùm anteà ad ludos *Olympicos* linteo amictu succincti , in luctam descenderent , & *Romæ* post gladiatoria munera observarunt. Et Agonalibus laboribus usui fuisse explicat Papinius: (Lib. I. Silv.)

—— *Neronea qui modo lotus in unda*
Hic iterum sudare negat ——

Et *Neronianæ* Thermæ juxta *Agonalem Circum* erant. Ideo Thermarum amplitudinem cernimus post angustas illas & tenebricosas , quales ad *Linternum* Scipionis Africani Thermas describit Seneca *ad Lucillum.* Et Palæstræ iis fuerunt adjunctæ , veluti *Neronianæ* Thermæ ostendunt, quæ cum Theatro conjunguntur. Idque deinde semper observatum, ut ubi Theatra, ibi quoque Thermæ essent. Et dedicato Amphithatro *Vespasianus* Thermas celeberrimas exstruxit ad exercitationis commoditatem in ludis. *Syris* aliqui initium tribuunt , *Medis* alii , alii *Ægyptiis* , licet ad delicias quoque ab iis balneas institutas
9 constet , propterea quòd in *Palæstina* Balneas, Natatoria , Piscinas , addo etiam convivia , coluerunt. Et Piscinas ab *Herode* in *Augusti* gratiam auguſtiſſimè conditas commemorat *Josephus.*

Quisque tamen fuerit, qui lavacra invenit, eam posteris opinionem reliquit, ut omnem curam omnemque ornatum iis adhibere voluerint, & Ædilitiæ cognitionis erat Thermis consulere , ne scilicet immundæ essent , & ne nimis æstuarent. Tùm primis originibus cùm paucæ essent Balneæ & nullius cultus , ut loquitur *Seneca* , quid enim ornaretur res quadrantaria à quadrante , qui Balneatoribus dari solebat ? & *Romani* raro lavarent, & brachia & crura tantùm labore fatigati abluerent , & toti in Nundinis lavarent ; & quamvis (Epist. LXXXVI.) hæc scribat Athenæus : (Lib. I.) προσφάτως δὲ καὶ τὰ βαλανεῖα παρῆκε , τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἔνδον τῆς πόλεως ἐώντων εἶναι αὐτά; *Nuper quidem Balnea in usum venerunt, quæ principio inter Urbis pomœria ædificari non sinebant ;* & Antiphanem testem adducat:

Εἰς μακαρίαν τὸ λουθρὸς ὡς διεδίκευε
Ἔφθὸν κομιδῇ πεποίηκ' ἀποκναίσειεν ἄν
Καὶ ὅστις οὖν μου λαβόμενος, τοῦ δέρματος,
Οὕτω στερεὸν πρᾶγμα θερμὸν ἐστὶν ὕδωρ;
In rem malam aufer Balneas. Horum incendia
Sic elixarunt corporis mei cutem,
Ut vulsam quivis possit abradere,
Adeò violenta res est aqua fervida,

Et *Hermippum* duo detestantem mala, inebriari , & calida lavari , quæ virum probum nullo modo decent ; post aliquot tamen ætates Balneas & Thermas quàm plurimas exædificarunt publicis, propriis usibus, magna mole & sumptu, *Alexandrino* & *Numidico* marmore , latis speculationibus, nobili cælatura & arte , quæ plurimùm adversari videbantur obscuris Balneis , & gregali tectorio inductis. Neque calidum videbatur antiquis nisi obscurum. Nec ulla *Romæ* regio erat, quin privatas publicasque Balneas & Thermas 10
contineret , ut ad octingentas *P. Victor* hujusmodi distribuerit.

Balneæ & Thermæ Romanæ.

IN prima regione Balineum *Torquati* , *Vectii Bolani* , *Mamertini* , *Abascantiani* , *Antiochiani* ; Thermæ , *Severianæ* , *Commodianæ* ; Balineæ privatæ LXXXII. In secunda, Balineæ privatæ. In tertia, *Trajani* Cæsaris , *Philippi* Cæsaris Balinea ; Balineæ privatæ LXXX. In quarta, Balineum *Daphnidis* ; Balineæ privatæ LXXV. In quinta, Lavacrum *Agrippinæ* ; Thermæ *Olympiades* ; Balineæ privatæ LXXV. In sexta, Thermæ *Diocletianæ* , *Constantinianæ* ; Balinea *Pauli* ; Balineæ privatæ LXXV. In septima, Balineæ privatæ LXXV. In octava, Balineæ privatæ LXVI. In nona, Thermæ *Adriani* , *Neronianæ* , *Agrippæ*. In decima, Balineæ privatæ XVI. In undecima, Balineæ privatæ XV. In duodecima, Thermæ *Antonianæ* ; Balineæ privatæ XLIV. In tertiadecima, Thermæ *Varianæ* ; Balineæ privatæ LXIV. In decimaquarta, Balineum *Ampelidis* , *Priscillianæ* ; Balineæ privatæ LXXXVI.

Alibi XII. Thermas scribit, *Trajani* , *Titi* , *Agrippæ* , *Syriacas* , *Commodianas* , *Severianas* , *Antonianas* , *Alexandrinas* vel *Neronianas* , *Diocletianas* , *Decianas* , *Constantinianas* , *Septimianas*. De Titianis Julius Capitolinus cùm Maximum in Senatu loquentem inducit : *Quid enim opus est de restitutione templorum , de Basilicæ ornatu , de Thermis Titianis , de exædificatione Amphitheatri agere , cùm immineat Maximianus* , & quæ sequuntur. De Antonini Caracallæ Thermis sic Spartianus: *Opera Romæ reliquit , Thermas nominis sui eximias , quarum cellam solearem Architecti negant posse ulla imitatione quæ facta est fieri. Nam & ex ære vel cupro cancelli superpositi esse dicuntur , quibus cameratio tota concredita est spatium , ut idipsum fieri negent potuisse docti Mechanici in usu maximè Romanæ plebis frequentatæ.* De Gordianis , Julius 11
Capitolinus : *Opera Gordiani Romæ nulla extant , præter quædam Nymphæa & Balneas.* Trajanas commemorat lapis:

IVLIVS. FELIX. CAMPANIANAS. V. C.
PRAEFECTVS. VRBI. AD. AGENDAM
THERMARVM. TRAIANARVM. GRATIAM
CONLOCAVIT.

Constantinus suas ædificaverat , quas tamen ferè deperditas *Petronius Perpenna* restituit :

PETRONIVS. PERPENNA. MAGNVS. QVADRATIANVS. V. C. ET. INL. PRAEF. VRB. CONSTANTINIANAS. THERMAS. LONGA. INCVRIA. ET ABOLENDAE. CIVILIS. VEL. POTIVS. FERALIS. CLADIS. VASTATIONE. VEHEMENTER ADFLICTAS. ITA. VT. AGNITIONEM. SVI. EX

OMNI.

OMNI. PARTE. PERDITA. DESPERATIONEM CVNCTIS. REPARATIONIS. ADFERRENT. DEPVTATO. AB. AMPLISSIMO. ORDINE. PARVO SVMPTV. QVANTVM. PVBLICAE. PATIEBANTVR. ANGVSTIAE. AB. EXTREMO. VINDICAVIT. OCCASV. ET. PROVISIONE. LARGISSIMA. IN. PRISTINAM. FACIEM. SPLENDOREMQ. RESTITVIT.

Alterum deinde *Constantinum* filium *Rhenis* Thermas ex Regio ærario desumpta pecunia li- A beraliter condidisse legimus in alio lapide:

IMP. CAESAR. FLAVIVS. CONSTANTINVS. MAX. AVG. SEMPITERN. DIVI. CONSTANTINI. AVG. F. TOTO. ORBE. VICTORIIS. SVIS. SEMPER AC. FELICITER. CELEBRANDVS. THERMAS FISCI. SVI. SVMPTV. A. FVNDAMENTIS. CAEPTAS. AC. PERACTAS. CIVITATI. SVAE. RHEMORVM. PRO. SOLITA. LIBERALITATE LARGITVS. EST.

Quam etiam liberalitatis speciem alii *Romanorum* Imperatores in hujusmodi operibus ostenta-
11 runt, nihilque se *Romanis* gratius facere arbitrati B sunt, quàm his Thermarum deliciis eos irretire. Quapropter in Thermis *Maximianis*:

CONSTANTIVS. ET. MAXIMIANVS. INVICTI AVG. SEVERVS. ET. MAXIMIANVS. CAESS. THERMAS. ORNAVERVNT. AC. ROMANIS SVIS. DEDICAVER.

De Felicibus Thermis *Diocletianis*, quas omni cultu perfectas maximè laudavit antiquitas, multa leguntur in *Romano* lapide. *Constantius* quo- C que & *Julianus* Spoletinis Thermas igne consumptas sua largitate constituere. Meminerunt etiam lapides Thermarum *Philippi* Imperatoris:

L. RVBRIVS. GETA. CVR. P. CCC. XXIII.
D. N. PHILIPPI. AVG. THERM. . . . .

Multos quoque privatas Balineas gratis ædificasse scimus, & pecuniam ad eam rem legasse. At quidem tantum abest, ut *Roma* Balneis carere potuerit, ut *Alexander Severus* eas omnibus *Romanis* regionibus addixerit, quæ non habebant, ut scribit *Lampridius*. Quare plures Balneas quàm privata ædificia *Romæ* conspicies. Ut autem *Victorem* intelligamus, scito, veteres Balineum & Balineas, Balneum & Balneas dixisse. At Balineum & Balneum, publicum lavacrum aliquod; Balineas & Balneas privata significare. Balnea prætereà dici, in quibus lavamur; Thermas vero siccas quasdam cryptas (ut in littore *Bajano*) calidi aëris plenas, nam θερμὴ calorem significat, cùm Balineum dicatur ἀπὸ τῶ βαλάνων, à glandium corticibus; vel ἀπὸ τῶ ἀποβάλλειν τὰς ἀνίας, quia curas repellunt. Et in Thermis calor sufficit, in Balneo etiam lavacrum includitur, licet *Laconicum* Balneum dicamus, in quo solùm sudabant.

13

Caput III.

Imperatorum Luxus in Balneis.

Neronis usus in balneis.

Neronem insuetatæ luxuriæ & sumptuum fuisse, inde arguit *Eutropius*, quod exemplo *C. Caligulæ* in calidis unguentis loco calidarum aquarum lavaret, ἐνελέγετο μὲν γὰρ μύροις θερμοῖς μὲν ἀντὶ θερμῶν ὑδάτων; tantumque honoris Balneis tribuit, ut exilio mulctaverit *Cecinam Tuscum*, qui lavisset in Balneo, quod sibi venturo *Alexandriam* paratum fuerat. *C. Caligula.* De *Caligula*, Suetonius ait, nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superasse, commentum novum Balneorum usum, & portentissima genera ciborum. Idem auctor Balineas *Neronis* marinis & Albulis fluentes aquis in domo illa aurea commemorat, *Augustus.* quibus etiam *Augustus* (raro tamen) usus fue- D rat, de quo his verbis scribit: *Infirmitatem magna cura tuebatur, inprimis lavandi raritate. Ungebatur enim sæpius, sudabat ad flammam, deindè perfundebatur egelida aqua, vel Sole multo calefacta. At quoties nervorum causa marinis Albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo, Duretam; vocabat, manus ac pedes alternis jactaret.* Apud *Dionem*, cùm *Augustus* Consul esset cum *Calpurnio Pisone*, morbo tàm gravi decubuit, ut nulla salutis spes adesset. *Lib. LII.* *Antonius Musa* Medicus, quòd nihil *Augustus* eorum, quæ maximè ad valetudinem opus essent, posset facere, lava- *Antonius Musa.* E cris frigidis, & frigidis potionibus sanitati eum restituit. Quamobrem præter pecuniam & statuam ex ære prope signum *Æsculapii*, annuli quoque usum accepit cùm esset libertus, idemque omnibus Medicis concessit. *Medici annulum accipiunt.* Albulæ quidem in *Tiburino* agro sunt, sed natura calidæ, nam sulphureæ. *Albulæ aquæ.* Martialis: *Lib. I. Epig. XIII.* 14

Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces
Canaque sulphureis Albula fumat aquis.

& Statius: *Lib. I. Silv. III.*

Illic sulphureos cupit Albula mergere crines.

Et Albulis ità utebatur calidis *Augustus*, ut *Tibure* advectas in Balneis *Romæ* calefaceret. De F marino balneo, hæc Plinius: *Lib. III. C. VI.* *Medendi modus idem & marinis erit, quæ calefiunt ad nervorum dolores. Ferruminant & fracturas, ossaque contusa, item corpora siccant. Qua de causa frigido mari utuntur.*

Agrippa. *Agrippam*, scribit *Dio*, Balnea gratis per annum viris mulieribusque concessisse, & prædia ad hoc *Augusto* tribuisse, & ut populo placeret, CLXX. Balnea sive lacus in provinciarum formam *Romæ* gratuita præbuisse, in quibus & si calida priùs abluerent, posteà ut à Balneis corpora multa frigida stringerent, constituit, nec

Trajanus. priùs ungi quàm lavissent. *Trajanus* moribus consulens edicto prohibuit, ne iisdem locis viri cum mulieribus lavarent simul. *Xiphilinus* in Adriano, Καὶ γὰρ λέγεται χωρὶς ἀλλήλων αὐτοῖς προσέταξεν. Et Spartianus, *Lavacra pro sexibus separavit.* Dixerat Martialis: *Lib. VII. Epig. XXXIV.*

Sed nudi tecum juvenesque senesque lavamur.

Idem *Adrianus*, ante octavam, nisi valetudine laboraret, publicis Balneis admisit, tempusque lavandi à meridie ad vesperam destinavit, quo tempore prostare meretricibus permissum. Objiciebatur aliquandò quòd publicè cum amicis lavaret *Julium Cæsarem* eandem horam prioribus sæculis servasse, observavit *Hieronymus Mercurialis*, ex *Cicerone*, qui hæc scribit: *Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad horam septimam, nec quemquam admisit, rationes opinor cum Balbo; indè ambulavit in littore, post horam octavam in Balneum.* Titus Vespasianus plerumque in Thermis admixta plebe lavavit. *Alexander Severus* Balnea mixta exhiberi prohibuit, quod antè prohibitum *Heliogabalus* permiserat, qui nunquam in piscinis lavabat, nisi croco & unguentis essent infectæ. Idem Thermis & suis, & veterum frequenter cum populo usus est, & æstate maximè, balneari veste ad palatium revertens. Hoc tantùm habebat Imperatorium, quòd lacernam coccineam accipiebat. Idem addidit oleum luminibus Thermarum, cùm priùs non antè auroram paterent, & antè Solis occasum clauderentur. Subdit Lampridius: *Opera veterum Principum instauravit, ipse nova multa constituit. In his, Thermas nominis sui juxta eas, quæ Neronianæ fuerunt, aqua inducta, quæ Alexandrina nunc dicitur. Post lectionem operam Palestræ aut Sphæristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dabat. Atque indè unctus lavabatur, ità ut caldariis vel nunquam, vel raro, piscina semper uteretur, in eaque propè una hora maneret. Egressus Balneis, mulsum lactis & panis sumebat, ova, deindè mulsum. Atque his refectus aliquandò prandium inibat, aliquandò cibum usque ad cœnam differebat.* Heliogabalus Balneas multis locis fecit, ac semel lavit, statimque destruxit, ne ex usu Balneas haberet. Semper in iis cum mulieribus fuit, ità ut ipse eas Psilothro (unguentum depilatorium id erat) curaret. *Antoninus Pius* Balneum, quo usus fuerat, sine mercede populo exhibuit, ut scribit Julius Capitolinus. *Tacitus* Imperator apud *Vopiscum*, Balneis raro usus est, idemque validior fuit in senectute. Idem Thermas omnes ante lucernam claudi jussit, ne quid per noctem seditionis oriretur. *Carinus* ita frigidis usus est, ut solent esse cellæ suppositoriæ, frigidariis semper nivalibus. Cùmque hyemis tempore ad quendam locum venisset, in quo fons erat aqua pertepida (ut anni tempus ferre solet) eaque in piscina usus esset, dixisse Balneatoribus fertur: *Aquam mihi muliebrem præparatis.* In *Plutarcho* legimus, antiquiores mollibus & moderatè calidis Balneis usos, ut *Alexander* in lavacro etiam febriens, & *Galatarum* mulieres pultis ollas ferentes unà cum pueris lavarentur, & manducarent. *Romanorum* posteà tempestate maximè calidæ in pretio habitæ fuerunt, quales *Neronianæ*. Martialis:

(Margin notes: *Julius Cæsar.* *Lib. XIII. Ep. ultima.* *Vespasianus.* *Alexander Severus.* *Heliogabalus.* — A, B, C, D, E — 15 *Psilothrum.* *Antoninus.* *Tacitus.* *Carinus.* *Lib. V.*)

Si temperare Balneum cupis fervens
Faustinæ, quod vix Julianus intraret,
Roga lavetur Rhetorem Sabineum,
Neronianas is refrigerat Thermas,

tanta is Rhetor verborum & sententiarum frigiditate scatebat, ut calidissimas potuisset frigidas reddere. *Gallieni* ætate usque adeò calidæ non fuerunt. Malè *Constantius* Balneis usus est, qui obtento totius *Romani* Imperii regimine, *Crispum* filium necari jussit, & *Faustam* uxorem in Balneas ardentes conjecit. Malè *Getæ* hostes, qui ejus Imperatoris partes sequutos in Balneo cœnantes percusserunt. Thermas *Caracallæ* dici *Antonianas* scribit *Spartianus*, & in usu *Romanæ* plebis frequentatas. *Commodus* tanto studio Balneas prosequutus est, ut septies atque octies singulis diebus lavaret, quod de *Gordiano* & *Gallieno* proditum est, qui æstate quinquies, hieme bis in die lavabat. At *Commodus* cùm vel Balneis vel epulis operam daret (inquit *Herodianus*) nullum habebat præstitutum quieti tempus, οὐδένα καιρὸν εἶχεν εἰς ἀνάπαυσιν ὡρισμένον.

(Margin notes: F — 16 *Gallienus.* *Constantius.* — *Caracallæ.* *Commodus.* *Gordianus. Gallienus.* *Lib. I.*)

Diversarum gentium ritus.

Carthaginenses distinctas inter plebejos & patricios Balneas habuerunt. *Græcis* nulla distinctio, sed promiscui lavabant. Cæterùm tanta cujusque hominum generis multitudo aliquando in Balneas divertebat, ut Balneatores injectis carbonibus, gravis odoris odio pertæsos fugarent. *Germani* lavabant in fluminibus, quare natandi peritissimos fuisse scribit *Herodianus*. Cæsar verò de Suevis: *Atque in eam se consuetudinem adduxerunt, ut locis frigidissimis, neque vestitus præter pelles habebant (quarum propter exiguitatem magna est pars corporis aperta) & laventur in fluminibus. Si quando tamen lavarent Balneis, calida abluebantur, & vescebantur lauti.* Æthiopes Macrobii fonte abluebantur, de quibus sic Herodotus in Thalia: θωῦμα δὲ ποιευμένων τῶν κατασκόπων περὶ τῶν ἐτέων, ἐπὶ κρήνην σφι ἡγήσασθαι, ἀπ' ἧς λουόμενοι λιπαρώτεροι ἐγίνοντο, κατάπερ εἰ ἐλαίου· ὄζειν δὲ ἀπ' αὐτῆς ὡσεὶ ἴων; *Et cùm exploratores de numero annorum mirarentur, ad fontem quendam eos adduxit, in quo loti efficiuntur perindè atque oleo inuncti, violam olentes.* Macrobium fontem appellat, quoniam longævos lavantes efficit. *Celtiberos* narrat *Strabo* lotio diù servato in Balneis lavasse, & dentes ac gingivas pumicasse. 17 *Ægyptiorum* Sacerdotes interdiù ter, noctu bis frigida lavari, scribit *Herodotus*, & *Dardanis* & *Illyriis* ter solùm lavare permissum, natali die, in nuptiis, & in obitu. *Lusitanos*, ait *Strabo*, ad *Durium* amnem incolentes, Laconica usos vitæ ratione, bis unguento utentes, & candentibus lapidibus calefacientes, & frigida lavantes. *Spartanis* lavari calida vetitum, quòd *Apollonius Tyanæus* senectam hominum Balneas appellaverit. *Philostratus* in ejus vita addidit, *Antiochenses* in Balneis inclusos vitiis maximis indulgere solitos. *Scythas*, scribit *Herodotus*, nullo fonte lavasse, sed uxoribus aquam fundentibus, cupresso & cedro corpora confricasse. Thuris quoque ligno perfrictum corpus, cum intumuisset, medicamentis oblinire, scribit Joannes Bohemus. *Assyrii* apud *Strabonem*, lavantur manè priusquàm aliquid attingant. At post coitum, & in morte præcipuè; unguntur etiam Sesamo. Quinquies in die *Saraceni* omnes orationibus vacant faciebus ad meridiem versis. Antequam tamen id faciant, perfectissimam corporis munditiem habere coguntur; anum, aures, os, brachia, nares, oculos, capillos, pedes lavare, præsertim post coitum & egestionem, nisi ægrotaverint, vel in itinere fuerint. Quod si aqua defuerit (id quod raro contingere poterit, nam in omnibus civitatibus paratas ad hoc habent Balneas) pulveres mundæ & recentis terræ adjumento perficiunt. Ante ablutionem cum nullo colloquuntur, & à nullo videri se aliquandò permittunt.

(Margin notes: *Carthaginenses.* *Græci.* *Germani.* *Lib. IV. Belli Gallici.* *Æthiopes.* *Celtiberi.* *Lib. III.* *Ægyptii.* *Dardani.* *Lusitani.* *Spartani.* *Antiochenses.* *Scythæ.* *Lib. IV.* *Lib. de morib. gent.* *Assyrii.* *Saraceni.*)

CA-

18

CAPUT IV.
Operosa Balneorum structura.

Scipionis laus.

LAUDAT *Scipionis Africani* mores *Seneca*, quòd in ejus villa ad *Linternum* Balneolum reperit, in quo eximii viri gloria elucebat. Angustum illud erat & tenebricosum. Non pacata lavabatur aqua, sed sæpè turbida, & cùm plueret vehementiùs penè lutulenta. Nec illud lotioni aliquid afferebat incommodi, propterea quòd sudorem non unguentum, & corpus rusticis laboribus fessum cupiebat abstergere. Quòd si quis illum appellaverit immundissimum, nam cœno potius lavari videbatur; dicat etiam, tantum virum, militiam, labores, triumphos, non incestuosum, ebriumque aut pastillos oluisse. Erat inter unguenta *Caligula*; at inter scortorum sordes hircum & libidinis fœtorem olebat. Inter picturas *Tiberius*; at Spintriarum famosa luxuria verè caprineus. Ne *Hostii* portentosos concubitus, cum specillis adjiciam.

Antiquæ Balneæ.

Rustico erant opere apud antiquos exstructæ Balneæ, cùm esset bona antiquitas nullo cultu contenta, ut etiam fides sine ullo fuco omnibus pulcherrima objiceretur, & laudis plurimum habebat is, cui dicebat Plautus:

Vir antiqua fide --------

Balnearum luxus.

Cœperunt deindè parietes magnis & pretiosis orbibus fulgere, & marmora *Alexandrina* (sic *Seneca* loquitur) *Numidicis* crustis distingui, & variata picturæ circumlitione contegi, in quibus obscenæ histrionum personæ, & lubrici palæstritæ, & lascivæ pugilum involutiones. Quantum prætereà, ait, statuarum, quantum columnarum est nihil sustinentium (videntur *Romæ* in Thermis adhuc immanes columnæ) sed in ornamen-
19 tum positarum impensæ causa? Quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? Et illud maximè detestari videtur, quòd eò deliciarum perventum fuerit, ut nisi gemmas homines calcare noluerint. *Sidonius Apollinaris* ad *Domicium* idem ferè his verbis, rusticam suam domum describens: *Jam si marmora inquiras, non illic quidem Paros, Carystos, Proconissos, Phryges, Numidæ, Spartiatæ, rupium variatarum posuere crustas; neque per scopulos Æthiopicos & abrupta purpurea gemino fucata Conchylio sparsa mihi saxa furfurem metiuntur.* Cùm superiùs dixisset: *Non hic per nudam pictorum corporum pulchritudinem turpis prostrat historia, quæ sicut ornat artem, sic devenustat artificem.* Nihil enim sceleratiùs excogitare inter alia potuerunt, quàm varia illa *Elephantidis* impurissimi scriptoris simulacra, quibus *Tiberius* impurissimus in secessu *Caprearum* delectabatur. *Sidonii* tamen & *Senecæ* descriptio, eadem cum *Statii* descriptione videtur esse, quæ ad *Neapolitanum* Balneum valdè superbum pertinet:

Ep. II. Lib. II. — *Sil. Lib. III.*

Una tamen cunctis procul eminet una Diætis
Quæ tibi Parthenopem directa limite ponti
Ingerit. hic Grais penitus desecta metallis
Saxa, quod Eoæ respergit vena Syenes,
Synade quod mœsta Phrygiæ fodere secures
Per Cybeles lugentis agros, ubi marmore picto
Candida purpureo distinguitur area gyro.

& quæ sequuntur.

Accedit ad Balneorum structuram opus illud ab *Antonino Caracalla* excogitatum, qui Thermas nominis sui eximias, quas suprà commemoravimus, ædificavit, quarum cellam Solarem Architecti negabant posse ulla imitatione fieri. Accedunt & spatia Thermarum amplissima, ut, quasdam undecies millies pedum tota area continuisse, affirmet Leo Baptista *in Libris de Archi-*

A *tectura*; præter membra, quæ centum habuisse partitiones in *Diocletianis*, patet. Ut verò antiquorum modestiam cognoscamus, per rimas tantùm Balneæ solem diemque admittebant, ut idem *Seneca* de eadem Scipionis Balnea: *Rimæ magis quàm fenestræ fuerunt, muro lapideo exsectæ, ut sine injuria munimenti lumen admitterent.* Factum posteà, ut intra Conclave succensum (idem quod Hypocaustum) solidus dies, & abundantia lucis inclusæ, verecundos quosque compellat se aliquid plus putare quàm nudos, ait *Sidonius.* Ideò Blattaria vocabantur Balnea, quæ totius diei Solem fenestris amplissimis non reciperent, & ni- 20
B si ex Solio lavantes agros & maria prospicerent. Blattæ siquidem, Lucifugæ *Virgilio* & *Columellæ*, quæ in Balneis largiter proveniunt. Plinius: *E contrario tenebrarum alumna Blattis vita. lucem eæ fugiunt, in Balneis maximè humido vapore prognatæ.* At Plinius nepos[2]: *Quid Balneum illud, quod plurimus Sol implet, & circumit?* In tricliniis enim cæterisque Conclavibus maximus erat usus luminum. *Statius* de Balneo Etrusci:

Lib. III. Georg. — *Lib. IX. C. VII.* — *Lib. XI. Cap. XXVIII.* — *Lib. I. Ep. III.*

Multos ubique dies, radiis ubi culmina totis
Perforat, atque alio Sol improbus uritur æstu.

C Per ampla igitur specularia, & per cameras vitro absconditur (ut *Senecæ* verbis utar) solidus dies, atque ità ut vel nubilo die Solis vicem redderet Hypocaustum, addita luce, quæ ex flammis Balnearibus emicabat.

Solia.

AT nec Solia expetebantur in Balneis, quandò sufficere videbantur vivo sedilia saxo, antiquæ simplicitatis symbolum apud summum Poëtarum. Tùm apud posteros nullius pretii ea fuissent, nisi ex Solio omnia prospicerentur. Sella hæc erat balnearis, de qua *Cœlius Aurelianus*, & *Paulus* Jurisconsultus. *Festus* Alveum appellat. *Glossæ* veteres, ἐμβάσιν. Cùmque esset dimidi-
D ti rotundi forma, Hemisphærium dicitur *Vitruvio.* Aliæ Sellæ erant in Sigmate, & tot erant, quot sigma (quæ mensa erat) capere poterat, quam sic describit Ditmarus Lib. IV. Chronic. *Solus ad mensam quasi semicirculum facta, loco cæteris eminentiori sedebat.* Capiebat autem Sigma septem vel octo. Martialis: 21

Lib. I. Cap. I. tardar. pass. — *III. sent. tit. VII.* — *Sellâ.* — *Sigma.* — *Lib. IV. Epig. LXXXVII.*

Septem Sigma capit -------

& alibi:

Accipe lunata scriptum testudine Sigma
Octo capit --------

Alterius generis Sellam his verbis describit Cassiodorus: *Hic desuper Sella composita, quæ huma-*
E *nis necessitatibus in obsidis speciem perforatur, ægros suscipit interno humore defluentes. Ubi dùm fessi nimio languore consederint, vaporis illius delectatione recreati, & lassa viscera reficiunt, & humores noxia infusione laxatos vitali ariditate constringunt; ut quasi aliquo desiderabili cibo refecti, valentiores queant protinus inveniri.* Quibus non tantum ad voluptatem paratas Balneas, sed etiam ad medicamenta cognoscimus.

Lib. II. Epist. XXXIX.

Partes.

BAlnearum distributiones, cum ipsa simul magnificentia, sic proponunt *Plinius* secundus,
F & *Sidonius Apollinaris.* Alter: *Sed antè Piscina, quæ fenestris servit ac subjacet, strepitu visuque jucunda. Nam ex edito desiliens aqua, suscepta marmora albescit. In cubiculum hieme tepidissimum, quia primo Sole perfunditur. Cohæret Hypocauston, & si dies nubilus, immisso vapore Solis vicem supplet. Indè Apodyterium Balnei laxum, & hilare, excipit cella frigidaria, in qua Baptisterium amplum atque opacum. Si natare latiùs aut tepidiùs velis, in area piscina est in proximo puteus, ex quo possis rursus ab-*

 stergi

ſtergi, ſi pœniteat teporis. Frigidariæ cellæ connectitur media, cui Sol benigniſſimè præſtò eſt, Caldaria magis, prominet enim. In hac tres deſcenſiones, duæ in Sole, tertia a Sole longiùs, non longiùs à luce Apodyterio ſuppoſitum eſt Sphæriſterium, quod plura genera exercitationis pluresque circulos capit. Non procul à Balineo ſcalæ, quæ in Cryptoporticum ferunt prius ad Diætas tres. Harum alia areolæ illi in qua Platani quatuor, alia prato, alia vineis imminet, diverſaſque cœli partes ac proſpectus habet.

Epiſt. II. Lib. II. Alter verò ad Domitium: *Balneum ab Africo radicibus numeroſæ rupis adhæreſcit, & ſi cædua per jugum ſilva truncetur, in ora fornacis lapſu velut ſpontaneo deciduis ſtruibus impingitur. Hinc aquarum ſurgit cella coctilium, quæ conſequenti unguentariæ ſpatii parilitate conquadrat, excepto Solis*
22 *capacis hemicyclo, ubi & vis ferventis undæ per parietem foraminatum fluxilis plumbi meatibus implicita ſingultat. Intra Conclave ſuccenſum, ſolidus dies. Hinc frigidaria dilatatur quæ piſcinas publicis operibus exſtructas non impudenter æmulatur. Primum tecti apice in conum cacuminato, cùm ab angulis quadrifariam concurrentia dorſa ciſtarum, tegulis interjacentibus imbricarentur, ipſa verò convenientibus menſuris exactiſſima ſpecioſitate quadratur, ità ut miniſteriorum ſeſe non impediente famulatu, tot poſſit recipere ſellas, quot Sigma perſonas, feneſtras è regione conditor binas confinio cameræ pendentis admovit, ut ſuſcipientium uſui fabrefactum lacunar aperiret.*

Succendebatur Conclave *Sidonio*, Hypocauſtum *Plinio* cæteriſque, Fornaculam appellamus. Καίειν enim incendere eſt; cujus vapor, & vaſaria ſuperimpoſita, & locum ad ſudationem calefaciebant. Ejus os, Præfurnium. Tres deindè *Calidarium.* Cellæ, Calidaria (*calidarum cella coctilium* Sidonio) *Tepidarium.* Tepidaria, quæ & Unguentaria, & quæ altercatione *Epicteti*, Tepidaria Unctuaria dicitur, *Frigidarium.* *Plinio* Unctorium, & Frigidaria, quam piſcinalem cellam nominat *Apollinaris in Carminibus*, & Piſcinam *Plinius*, quæ, ut *Palladius* docet, in æſtivis Balneis lumen à Septentrione accipiat, & in Hiemalibus à Meridie; Milliarium quoque dicitur μιλιάριον Græcis, maximi aheni inſtar, ac teſtudinata ad circinum à mille librarum capacitate, Vas in quo ſervabatur aqua. *Lib. X. Methodi.* *Galenus* eas partes quatuor enumerat, Calidarium, calidam lavationem, quam λοῦθρον vocat, Frigidam lavationem, & quartam, in qua ſudores detergerentur. In Frigidario aquæ nullius mentio fit, quæ in Frigida lavatione ſervabatur. Neque in *Laconicum.* Calidario (quod à *Vitruvio* & *Celſo* Laconicum dicitur) aqua continebatur, ſed erat ad provocandum ſudorem inſtitutum, quare Calida Sudatio à nonnullis ea cella, à *Cicerone* & *Celſo*, *Aſſa.* Aſſa nuncupatur. Clibanum quoque concamerata ſudatio hæc erat, fornaculam habens, κλίβανον Græci, κρίβανον Attici dicunt. Calidarium πυριατήριον Græci dicunt. Tepidarium, βαπτιστήριον. Hujuſmodi autem fiebat calida; *Ubi & vis*
23 *Epiſt. XC.* *ferventis undæ per parietem foraminatum flexilis plumbi meatibus* &c. Sidonius. At Seneca: *Et impreſſos parietibus tubos, qui ima ſimul, & ſumma foverent æquiter.* Idemque ad eam rem efficiendam ſcribit, uti ſolitos Draconibus, Milliariis, & quamplurimis formis, in quibus aëre tenui fiſtulas ſtatuebant per declivè circumdatas, ut ſæpè eundem ignem ambiens aqua per tantum flueret ſpatii, quantum efficiendo calori ſatis eſſet. Frigidam ità intrare; effluere calidam. Laconicus ſudor in Vaporario eliciebatur, quod exactè deſcribit *Vitruvius*, qui Laconici curvaturam ad circinum exſtruxit. De eo ſic *Dio* inter *Agrippæ* opera, τοῦτο δὲ τὸ πυριατήριον τὸ Λακωνικὸν κατεσκεύασε; *Sudatorium Laconicum fecit.* Idemque Balneum idem auctor γυμνάσιον appellat, nam *Lacedæmonii* nudari corpora, & inungi oleo præcipuè videbantur. Et quoniam vapore exhauſti, mox peruncti frigida more *Lacedæmoniorum* lavabantur, Laconicum eſt dictum. *Martialis* ad Oppianum:

Ritus ſi placeant tibi Laconum
Contentus potes ariolo vapore
Cruda Virgine, Martiaque mergi.

Alcibiadem in ea re *Plutarchus* damnat. Apodyterium, pro exercitatoribus ſpoliandis communis locus, qui cum Laconico conjunctus erat. *Apodyterium.* Apodyterium & Tepidarium idem eſſe, aliqui arbitrantur. In Sphæriſterio, plura exercitationum genera, ubi ſacella æquis undique ſpatiis ſtatuarum. *Sphæriſterium.* Per Platanones patebat aditus ad natationem. *Platanones.* Xyſti ex Platanis, id nominis addiderunt. Ibidem, Palæſtræ, Porticus, Ephebea, Atria, Diætæ ſic dictæ, quòd in iis per diem edebatur, ait *Varro*; apud Juriſconſultos, habitationes amœnitatis cauſa in hortis exædificatæ. *Diæta.* Diætas tamen Hypocauſtas dicebant ad aliarum differentiam, quibus hieme utebantur. Quis numeret Corycea, Coniſteria, Stadia, Theatridia & cætera id genus? adeas *Andream Baccium*, & *Hieronymum Mercurialem*. In Labro tamen, quod ſibi parari ſcribit ad uxorem *Labrum.* *Cicero*, lavabantur. Pila quoque dicebatur, cujuſmodi *Romæ* in *Pantheo*. 24 Zetæ, loca in ædibus erant ad omnem animi corporiſque voluptatem. *Zeta.* Plinius junior: *In capite Xyſti deinceps Cryptoporticus horti Zeta eſt. Amores mei: revera amores ipſe poſui. In hac Heliocaminus quidam, alia Xyſtum, alia mare, utraque Solis, cubiculum autem valvis, Cryptoporticum feneſtra proſpicit, mare contrà parietem medium Zeta perquam eleganter recedit.* Idemque alia Epiſtola: *Contra medium ferè porticum Zeta parum recedit. Cingit areolam, quæ quatuor platanis inumbratur. Inter has marmoreo labro aquæ exundat circumjectaſque platanos, & ſubjecta platanis leni aſpergine fovet. Eſt in hac Zeta dormitorium, quod die clamorem ſomniumque excludit.* Et cùm idem auctor *in Deſcriptione Villæ Laurentianæ* laudet Balnei cellam frigidariam, duo Baptiſteria, Unctuarium, Hypocauſtum, Piſcinam calidam, Zetas, Heliocaminum, & Stibadium, hoc ſanè non prætermittemus. *Stibadium.* Eſt ſiquidem amœnitate vallatus locus, quem candido marmore Vite protegi idem ſcribit, & Vitem quatuor columellas Cariſtias ſubire, dùm è Stibadio aqua velut expreſſa cubantium pondere ſyphunculis effluebat. Cavato lapide ſuſcipi, gracili marmore contineri, atque ità occultè temperari, ut implerit, nec redundarit. Στιβάδιον Græcis torulus ex herbis, & στιβαδοποιεῖν, ex gramine ſibi lectum comparare. Quid igitur Balneis nobilius, magnificentius, voluptuoſius? Nec oſtia Balneorum prætereunda. *Balneorum oſtia.* Tertullianus *libro de Idololatria*, oſtiorum Deos recenſens, Cardeam à cardinibus, Forculum à foribus, Limentinum à Limine, Janum à Janua, & Apollinem θυραῖον, & Antelios dæmones, oſtiorum præſides, Balneorum quoque oſtia adorari ſcribit, idemque inſculptos Genios & Lares.

CAPUT V. 25

Balnearum Miniſteria.

PSYCHROLUTES vocabatur, qui frigida corpus abluebat. *Pſychrolutes.* Seneca: *Epiſt. LXXXIII.* *Ab hac fatigatione magis quàm exercitatione in frigidam deſcendi. Hoc apud me vocatur parum calida. Ille tantus Pſychrolutes qui Calendis Januariis in Eurypum ſaltabam, qui in anno novo quemadmodum legere, ſcribere, dicere aliquid, ſuſpicabar in Virginem deſilire,*

pri-

primùm ad Tiberim transtuli castra, deinde ad hoc solium, quod cùm fortissimus sum, & omnia bona fide fiunt, Sol temperat. Non mihi multum ad Balneum superest.

Fornacator. Lib. V. C. XI. Lib. I. tit. XL. Lib. II. C. III. Mancipia. FORNACATOR, *Paulo* Jurisconsulto, qui fornacem succendebat, cujus os Præfurnium *Catoni*. De fornace *Vitruvius*, *Palladius*, *Constantinus* & *Sidonius*. MANCIPIA lignorum, qui lignorum in thermas subvectionem curabant. In Codice Theodosiano: *Mancipia quæ populo R. lavacris inserviunt*. Et Symmachus Lib. I. Ep. XIII. *Quæ urenda lavacris ligna comportant.* Et ne lignorum strues ad eum usum congesta subriperetur, Præfectus Urbis curabat. *Lib. VI. Ep. IV.* Quod ad civitatis gratiam acquirendam proponit Cassiodorus: *Si exhibitio salubriter accensa Thermarum rapinarum ardoribus non tepescat.* Dendrophoros hos diximus in Corporibus *Puteolanis*. ALIPTES, unctor apud *Cœlium Aurelianum*. Alipta, *Ciceroni*. PILICREPVS, qui pilas pice illitas in Vaporarium conjiciebat ut incalesceret. *In Isidori Glossis*, Pilicrepus, Piliarius, Alipillus, qui alas depilabat. *Papinius* de Balneo Etrusci:

Quid nunc strata solo referam tabulata, crepantis
Auditura pilas ubi languidus ignis inerrat
Ædibus, & tenuem volvunt Hypocausta vaporem?

AQVARII, qui aquam spargebant lavantium
26 corporibus. Aquam argenteis Epistomiis sæpè effundebant. SVPPILONES, qui Strigilibus corpora distringebant. AMPVLLA olearia, in qua oleum servabatur, quo se lavantes ungebant. *Lib. II. Floridorum.* Sic eam describit Apulejus: *Qui magno in cœtu prædicavit, fabricatum semet sibi ampullam quoque oleariam quam gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate.* GVTTVM, vel AMPVLLAM, ex osse Monocerotis habebant Imperatores, cùm alii haberent è vitro, vel bubali cornu. Fundebant ex his olea Roseum, Liliacenum, Crocinum, & unguenta Myrrhinum, Gleacinum, Nardinum vel Spicarum, quod ad luxuriam potius quàm ad utilitatem erat accommodatum. E floribus Populi, & oleo Sabino unguentum citra astrictionem tenuissimum erat. Laudat id *Galenus*, veluti unguenta è Solis floribus, ut Camæmelinum ad omnes lassitudines. Erant & Diapasmata, sicci pulveres, qui deterso sudore injiciebantur. Et Psilothrum, Unguentum depilatorium. PATINA, instrumentum quoque Balinei apud *Juvenalem*, qui de patina *Domitiani* ait:

—— —— *sed ex hoc*
Tempore jam Cæsar figuli tua castra sequantur.

Vellejus inter *Tiberii* sarcinas bello *Germanico* & *Pannonico* meminit, sed in usum ægrotorum, non ad delicias Tiberii: *Jam medici* (ait) *jam apparatus, ubi jam in hoc solum importatum instrumentum Balinei, nullius non succurrit valetudini.* STRIGILES, quibus corpus fricabant. Quapropter semper simul Strigilis & Ampulla. *Aristophanes* à *Suida* citatus,

Lib. IV. οὐδέ ἐστιν αὐλὴ στλεγγὶς, οὐδὲ λήκυθος.

Et Julius Pollux, Τοῖς δὲ παρασίτοις προσῆστε καὶ στλεγγὶς καὶ λήκυθος; quasi vero parasitorum insignia fuerint, qui ad Balneas, & convivia ventitabant. Strigiles aut e ferro, *Plautus*, Sticho:

Rubiginosam Strigilem, Ampullam rubidam,
Lib. XII. *Parasitum inanem, quo recondas reliquias.*

Aut ex arundine; Καλαμίνας Plutarchus vocat *in Laconicis*, quibus utebantur *Lacedæmonii*.
Lib. XII. 27 Aut ex argento, quas *Ælianus* Agrigentinis tribuit. Aut ex ære, aut ex ebore quorum memi-
Lib. XXV. nit *Strabo*. SPONGIÆ. Delicatiores *Romanos* Strigilum loco Spongiis fuisse usos, *Plinius* scribit, easque purpura tingi solitas. Et *Hippocrates* Libro de Morbis acutis; Καὶ σπόγγοις χρέεσθαι ἀντὶ στλεγγίδος. LINTEA quibus astergebantur. Petronius: *Video Gitona cum linteis & strigilibus parieti applicitum, tristem confusumque.* TINTINNABVLVM; dictum quoque æs Thermarum, quo è Gymnasio lavaturi vocabantur ad Thermas, inquit *Cœlius Rhodiginus*: Juvenalis:

Tot pariter pelves, tot Tintinnabula dicas.

& Martialis:

Redde pilam, sonat æs Thermarum, ludere pergis?
Virgine vis sola lotus abire domum.

CAPSARIVS: qui servandas in Balneis vestes suscipiebat. De quo *Paulus* Jurisconsultus *in Digestis*, de Præfecti Vigilum officio loquens: *Adversus Capsarios quoque, qui mercede servanda vestimenta suscipiunt, judex est constitutus, ut si quid in servandis vestimentis fraudulenter admiserint, ipse cognoscat.* QVADRANS, qui Balneatori solvebatur. Juvenalis:

Cædere Silvano porcum, quadrante lavari.

& Horatius:

—— —— *Dum tu quadrante lavatum*
Rex ibis —— ——

Quamobrem apud Senecam, non, *Res Quadratoria*, sed *Quadrantaria*, legendum docet *Rhodiginus*. *Res Quadratoria.* Sic *Cicero* in oratione pro M. Cœlio: *Nisi fortè mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat Balneatori*; quæstum ferè meretricium exprobrans *Clodiæ*, quæ pro quadrante cum Balneatore coiret. *Clodia meretrix.* Et centum quadrantes, vel Sportulas dividebant divites clientibus qui unà lavabantur. Quod sic expressit Martialis: *Lib. I. Ep. LX.*

Dat Romana mihi quadrantes sportula centum;
Inter delicias quid facit ista fames?
Redde Lupi nobis tenebrosaque Balnea Grylli;
Tàm malè cùm cœnem, cur benè Flacce lavor?

Lupus & *Gryllus* Balnea habebant meritoria, pau- 28
peribus accommodata. Et sublatis sportulis, idem doluit:

Centum miselli jam valent quadrantes
Anteambulonis congiarium lassi,
Quod dividebat Balneator elixus,
Regis superbi sportulæ recesserunt.

Bajanam idem sportulam, optimam intelligit lavationem. BALNEATORES, Λουτροχόους appellat *Xenophon*. Hos non nisi servos suos habuit *Alexander Severus*, Persas Reges in ea re imitatus. Eosdem quoque aliquando fuisse *Pancratiastas* docet antiquus lapis in quo inter alia, ξυστάρχην καὶ ἐπὶ βαλανείων τοῦ Σεβαστοῦ, legimus, *Pontificem, & à Balneis Augusti.*

CAPUT VI.

Balneæ, Thermæ variis in locis.

IN Isthmo *Methana* oppidum. Inde stadia fermè XXX. calidarum aquarum Balneæ. Aquas eas è scatebris primùm erupisse ajunt, *Antigono* Demetrii filio in *Macedonibus* regnante, ac prius repentinis ignibus eum locum æstuasse scribit Pausanias *in Corinthiacis*, & sua ætate etiam manare calidas & vehementer salsas. Ibi qui laverint frigidis perfundi non possunt, quoniam neque dulces ullæ propè sunt, neque potest quisquam sine periculo se in proximum mare natandi causa mittere, tùm propter alias belluas, tùm verò canes, quorum copiam pelagus illud gignit. Ad Thermopylas *Lamiacus* sinus maximè cœnosus est propter aquas calidas, quæ indè in mare influunt. Idem in *Atticis*: Modico à *Marathoniis* campis intervallo mons est *Panis*, in quo specus, cujus est ingressus peranguſtus, ubi vero penetraveris, & cellas videas, & lavacra. In 29
Thermis *Ætolicis* comitia fuisse creandis magi-
stra-

Lib. X. stratibus patrio more, scribit *Strabo*. Supra *Amasenum* agrum Thermæ sunt *Phazemonitarum* Lib. XII. admodum salubres. Idem. Sunt *Astyra* calidarum aquarum Balneæ contra *Lesbum*, in eo vico, qui *Atarneus* appellatur, ubi aquam nigram etiam commemorat Pausanias *in Messenicis*: idemque sua ætate ad *Puteolos* (quod *Tyrrheni* maris accolarum *Dicæarchia* Græcis dictum) scribit, aquam existere tàm acuto calore effervescentem, ut intra paucos annos plumbeos, per quos fluit, tubos resolverit. *Lebidorum* Balneæ hominibus salubres, & admirandæ. Sua sunt etiam *Tejis* lavacra in monte *Macria*, partim elaborata è cavernoso saxo erumpentibus aquis, partim ad opum ostentationem exornata. Habent quoque *Clazomenii* lavacra. Ad ea *Agamemnon* colitur, ibidemque antrum Nymphæ, quæ *Pyrrhi* mater dicitur. In *Erithræis* est *Chalcitis* regio, à qua tertia ipsorum tribus nominatur. Porrigit se ex *Chalcitide* in pelagus promontorium, in quo marinarum aquarum scatebræ Balneas efficiunt omnium, quæ in *Ionia* sunt, ægris maximè utiles. Juxta *Genesat* Stagnum, aquas esse calidas, Lib. XVIII. refert *Josephus*. Athenæus cùm multarum aquarum mentionem fecisset, & *Ægis* in *Cilicia*, & *Tragasis* ad *Larissam*, & *Troadis* circa *Magnesiam*, & ejus, quæ in *Melo*, *Lipara*, & *Prusa*; & ejus quæ *Olympo Mysiæ* adjacet, quam *Regiam* vocant, & ejus quæ in *Asia* circa *Thralles*, quam dulcem scribit esse, tandem ait, aquam, quæ ad *Bajas*, *Bajanum*que est sinum, bibi non posse. At verò cum infelices aquæ sint ad *Thermopylas*, quoniam maximè cœnosæ, & monstra varia gignunt; felicissimas aquas *Bajanas* existimaverim, quippè nec ulla monstra generant, & dulcibus aquis, quæ erumpunt finitimæ, & mari adeò puro, & tranquillo, ut nemo se in illud immittere, quamvis natandi imperitus, non exoptet. *Plinius* aquis *Satyellis* in *Liguria*, & *Sextiis* in
30 *Narbonensi* provincia *Bajanas* præstantiores esse affirmat. Cum *Bajanis* aquis conferunt aliqui *Helenæ* Balneas apud *Corinthios*, in quibus aqua, quæ in mare è saxo multa fluit & salsa, nihilo calidior est, quàm quæ igni primùm intepuerit. Alias quoque passim *Corinthios* habere scribit *Pausanias* publica pecunia exstructas, & quas impensa sua *Adrianus* Imperator ædificavit. Thermas quoque *Brigenses* ajunt his non inferiores, quas celebrat *Munstherus*, interceptas montibus & flumine *Rhodano*. Sulphurea aqua est, quæ externas in corpore plagas ex corrosione sanat, surdis auribus, spasmo, tumori, scabiosis, ulcerosis, & sterilibus fœminis prodest. Aprili, Majo, Septembri, & Octobri utuntur. Caveant, qui febre laborant, & qui debili sunt capite, quique renes calidos habent. Thermas item *Badenses* in *Helvetia*, ad mulierum fœcunditatem, ad nervorum vim languidam, ad lethargiam, apoplexiam, ad viscerum tormina accommodatæ. Tùm autem ad lasciviam, & amores, ad quos conciliandos superstitiosi, ignavi, nec *Christiani* homines ad eam confluunt; tantum diaboli valet industria, ut etiam in aquis Medicatis venena infundat. *Geppinenses* quoque in *Germania*, quæ hepatis obstructioni, & spleni medentur; hydropicos, & ictericos juvant; tertianam expellunt. Epist. LXXVII. Aquæ sunt amaræ. Meminit *Gregorius Nazianzenus* Balneorum *Xausaridis*, quibus Medicorum consilio sibi utendum necesse erat, ut scribit ad *Olympium*. Meliorum Balneorum *Galenus*, apud quem etiam publica Balnea in usu erant *Antiochi* Medici ætate. Et publicorum etiam dicebat curam habuisse *Theodoritus* Episcopus, ἐπεμελήθην τ̃ λȣτρῶν κοινῶν.

A

Balneæ Italæ.

QUid verò *Italicas* commemorem Balneas, ne *Puteolanas* tantum in iis gloriam habere dicamus? *Patavinas* proponimus, *Ebani*, *S. Petri*, *Domus novæ*, *Montis Grotti*, *S. Bartholomæi*, *S. Helenæ*, *Montis Orthoni*, *Porrettæ*. Quæ profectò salsæ, & aluminosæ, cum aliqua aliquandò sulphuris, & cineris parte, bituminosæ, asphalti naturam redolentes. *Romandiolas* quoque, *S. Mariæ*, vel de *Turri* apud *Franciottum*, *De Medio*, *Dominorum*, sulphure, alumine, ferro, & aëre participantes. *Lucenses*, *de Corteno*, *Balneum rubeum*, & *de Villa*, sulphureas, aluminosas, nitrosas, salgemmosas. *Pisanas*, *S. Juliani*, vel *Balneum vetus*, *Balneum sanorum*, *Balneum Reginæ*, *Saviæ*, *Balneum magnum*, aluminosas, vehementer sulphureas, frigidas & humidas ægritudines habentibus conferentes; in quibus macerrimus quidam propter debilitatem attractivæ virtutis, cum hæmorrhoidum fluxu curatus est; alius ex fluxu stomatico, alius ex fluxu hepatico, multi vero ex podagra. *Vulterranas*, quas plurimas scribunt eadem minera participantes, multo scilicet alumine, & pauco sulphure, *Montis Groti* aquis similes. Habet etiam ferreas, habetque Lacones (lacus scilicet) in quibus maxima ebullitio cernitur, & maxima vaporum effusio, quibus ad superficiem corpuscula quædam effunduntur, Aves prætervolantes cadunt, atque illicò comburuntur. *Senenses*, in quibus Balneum *de Petriolo*, quod sulphuris emittit odorem: sulphurea in superficie adest spuma, & quoddam unctuosum, quòd in igne projectum ardet, & a lumine participat. *Farinæ*, maximè calidum. *De Cornetis*, tepidum, remissumque. *Caldenarum*, ferreum & aluminosum, atque in sua caliditate temperatum. *De Marcerato*, sulphureum maximè acutum. *Rapolani*, valde sulphureum. *De Avinione*, ferreum, aluminosum. *S. Philippi*, subtilioris substantiæ. *Aqua Borla* Nitrosa, & solutiva. *Viterbienses*, quæ decem præclaris in Balneis existunt; *De Grota*, aurei coloris, aurique vim tenere contendunt. *Vallis Chaim*, vel *Dominarum*, calidissimæ; à mulieribus facilius tolerantur. *Cruciatorum*, sulphureæ, aluminosæ. *S. Mariæ in Felice*, sulphureæ, ferreæ; levissimæ dederunt aquæ suavium nomen. *Prati*, potu suavissimæ, nec tamen plurimùm sulphuris inest. *Paganelli*, nitrum, sal, & alumen habet. *Asinellæ*, æneæ, non nimio sulphure participantes: Hydropi vehementer conferunt. *Æsculanas*, non nimis calidas, *Veronenses*, quæ *Calderianæ* dicuntur, easque sua ætate repertas scribit *Menghus*: claræ sunt, frigidæque in triplici minera, ferri, aluminis, salis constitutæ; ad fluxus hepaticos admirabiles. *Urbis veteris*, quæ civitas novem quoque Balnea celebrat. *Della terra*, vim habet expultricem, ideòque lapides arenulasque explodit. *Calidajæ*, maximè calidum ad scabiem. *S. Mariæ* valdè calidum, & siccum. *Caldagnæ*, calidum quoque & siccum; aluminosum magis quàm ferreum. *Ficuncellæ*, in caliditate temperatum. *Grotæ*, ad lepram, scabiemque. *S. Georgii*, valdè siccum, ulcera antiqua consolidans. *Poti*, sudoris provocativum. *De Luto*, ad crurium crassitiem tollendam. Accedunt *Perusinæ* aquæ, nigræ, & fœtidæ, in quibus sulphur, & asphaltum. Accedunt & *Catinenses*, quibus ad *Tamarisci* paludem, ad podagram, & articulorum dolores rustici utuntur. Aliæ quoque, quæ *novum Balneum* dicuntur, *Florentinorum* usui commodæ. Ventrem solvunt, vomitum provocant, renibus prosunt. Propè *Aquas*, quæ civitas ad montem *Ferratum* posita est,

Right margin notes: *Aquæ Patavinæ.* 31 — *Romandiolæ.* — B — *Lucenses.* — *Pisanæ.* — *Vulterranæ.* — C — *Senenses.* — D — *Viterbienses.* — 32 — E — *Æsculanæ.* — *Urbis veteris.* — F — *Perusinæ.* — *Catinenses.* — *Aquæ.*

Aquarium. est, duo sunt Balnea, articulorum dolorum utilia. Ad *Aquarium*, quod *Rhegio* XXV. millia passuum abest, frigida scaturit aqua, odore suavi, quem ad Camphoræ odorem accedere ajunt: *Carpenses.* nitrosa, & salsa. *Carpensia* præterea Balnea à brutis aquam bibentibus inventa. Aliquid habent sulphuris & aluminis, quæ exsiccant, renibus prosunt, & calefactæ tollunt humiditates. Et *Aponianæ.* *Aponianæ Patavinæ*. Præter alias, quas Natura ubique peperit humanis necessitatibus consulens,
33 ut cùm terræ quoque venas vario minerarum pabulo enutrire voluerit, ex iisdem saluberrima ad vitam propagandam medicamenta eliceret. Quæcunque tamen Thermæ fuerint, quid cum Bajanis?

Statius in Balneo Etrusci.

Nec si Bajanis veniat novus hospes ab oris
Talia despiciat. fas sit componere magnis
Parva —— ——

CAPUT VII.

Cur calidæ Aquæ, & medicatæ.

AQUAS calidas à Solis radiis calefieri plerique censent. Alii, à vento vehementiùs in terræ viscera impulso, & quasi in carcerem detruso, quo posteà in aquas incumbente, in iisdem calorem excitari. Maximum, dicunt alii, terræ inesse calorem, in iis locis, in quibus calidæ reperiuntur. Alii tandem materiam ipsam, per quam fluunt aquæ, ipsis inferre calorem. Quorum facilè opiniones refelluntur, cùm ignem tantùm, cujus unius proprium est res in altissimo caloris gradu collocare, aquis calorem *Lib. VIII. Cap. II.* suppeditare dicemus. Quod Vitruvius expressit: *Neque enim calidæ aquæ est ulla proprietas. Sed frigida aqua cùm incidit percurrens in ardentem locum, effervescit, & calefacta egreditur per venas extra terram. Ideò diutiùs non potest permanere, sed brevi spatio fit frigida; namque si naturaliter esset calida, non refrigeraretur calor ejus.* Et Manilius in Astronomicis:

Sunt autem cunctis permixti partibus ignes,
Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes,
Et penetrant terras, Ætnamque imitantur Olympo,
Et calidas reddunt ipsis in fontibus undas.

Illud in dubium aliqui revocarunt, utrum subjectus ignis canalibus aquarum eos calefaciat, an
34 in suo canales ipsi contineant ignem alveo; quamobrem *Empedocles* sibi persuasit, aquas subterraneas ignibus calescere, si subsint solo, per quod ipsæ præterlabuntur, veluti ahenis suppositis ignibus quotidiè aquas calescere experimur. At quidem cum terræ canales non ex metallis constent, sed ex saxis, & jàm planè cognitum igne saxa perfringi, aquas tot sæculis calorem retinere haud potuissent. Hinc factum est, ut ab *Empedoclis* sententia docti viri discederent, atque statuerent, spiritum ferventem, qui ex occultis terræ incendiis, venisque oritur, per saxorum rimulas in canales aquarum ingressum, interiores eorum parietes calefacere. Sed nunquam tantum caloris à ferventi spiritu accipient aquæ, cùm ignis tantùm illud efficere queat. Affirmandum itaque, canales ignem in alveo continere, aquis perpetuum calorem præbentem.

Sæpiùs tamen, ait Baccius, *Græcos* scriptores, cùm Thermarum mentionem faciunt, spontè calidas nascentes intelligere. Atque has quidem vel actu & potentia esse calidas, veluti sulphureæ, bituminosæ & ejusmodi, quæ tepentes sunt, calidæ & ferventes; vel calidas solùm potentia, frigidas actu ex terra promanare. alias contrà calidas actu scaturire, calefaciendi tamen

A nullam habere virtutem, quas etiam neque medicatas, neque mixtas appellandas esse assererem. Rarissimæ enim aquæ sunt, quæ calidæ scaturientes, non etiam & mixtæ sint, & medicatæ, quemadmodum etiam & mixtæ & medicatæ à natura raro reperiuntur, quæ frigidæ sint omnino. Quæ si aliquæ frigidæ emergunt, id potiùs accidit, quòd per longum terræ locum ferantur, ubi non subsunt ignes, & à terræ frigiditate contrariam accipiunt qualitatem.

Aquas vero medicatas, & minerales, & metallicas eas intelligimus, quæ ex metallorum primis mineris suas vires habent, quæ illorum pri- *Aquæ ex mineris accipiunt qualitates*
B ma sunt origo, & quasi fœtus recens editus, hoc est immaturum metallum cum substantia liquida 35
nondum obdurata, & perfecta per metallicam & corpoream coagulationem. Et hujusmodi optima illa metalli pars, quæ subtilior est, cum aquis illac permeantibus commiscetur, & aquæ dulces vim illam mineralem accipientes, jam iis copulantur. Ideoque has aquas in Balneis sulphuris substantiam continere, argenteas, ferreas, bituminosas, aluminosas, nitrosas, salis partem habere dicimus. De quibus sic Plinius: *Emicant benignè* *Lib. XXXI.* *passimque in plurimis terris medicatæ aquæ, alibi calidæ, alibi frigidæ, junctæque naturæ è cunctis ani-*
C *malium, hominum tantùm causa erumpentes. Nusquàm tamen largiùs, nec pluribus auxiliandi generibus, quam in Bajano sinu. Aliæ sulphuris, aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nonnullæ item acida, variaque mixtura, & vapore quoque ipso aliquæ proficientes.* *Aquæ Bajanæ cæteris præstantiores.* Erant hæc sanè loca plurima, quorum instaurationem *Federico* Regi *Pontanus* tribuit. Obruta tamen incendio & cinere. Quæ supersunt, ab *Antonio Peronoto* Cardinali aliqua ex parte restituta. Calorem hujusmodi proposuit Pontanus:

Bajano sed ne fumare in littore thermas
Mirere, aut liquidis fluitare incendia venis;
Vulcani fora sulphureis incensa caminis
Ipsa movent, latè multum tellure sub ima
Debacchari ignem, camposque exurere opertos.
Inde fluit calidum referens ex igne vaporem
Unda fugax, tectis fervent & balnea flammis.

CAPUT VIII. 36

Balneæ utrum prosint, an noceant.

CLEMENS Alexandrinus *in Pedagogia*, quatuor ob causas ad Balneas homines accedere *Lib. III. Cap. IX.* asserit; ob munditiem, ob calorem, ob sanitatem, postremò ob voluptatem. Voluptatis lava-
E crum rejiciendum docet. Munditiei mulieribus tantùm convenire. Caloris causa lavari putidum esse, cùm quod frigore horridum evaserit, possit aliter recreari. Quod cùm sanitatis tantùm causa reliqua sit, nec eam amplectendam confirmat, quandò frequens earum usus vires adimit, naturalem roboris vehementiam dissolvit, & sæpe ad animi deliquium deducit. Ideoque veteribus Balneas ἀνθρωπογναφείας, hoc est, *fullonicas hominum officinas* esse dictas, cùm ante tempus consenescere cogant. Adstipulatur *Plinius*, qui ad pridianas ingurgitationes concoquendas balneas introductas scribit, & itá obedientissimos homines ef-
F ferri ad sepulcrum. Satyricus Aquinas:

Pœna tamen præsens, cùm tu depones amictus
Turgidus, & crudum pavonem in Balnea portas.
Hinc subitæ mortes, atque intestata senectus
It nova, nec tristis per cuncta fabula cœnes.
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

Et Columella: *Mox deindè ut apti veniamus ad ganeas quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus.*

Hippocrates (quòd febri laborantibus utilia esse Balnea aliqui contendebant) aliquibus assiduè uten-

utendum, aliquibus non item persuadet, in Libro de Victus ratione in morbis acutis: λουτρὸν δὲ συχνοῖσι τῶν νουσημάτων ἀρήγοι ἂν χρωμένοισιν, ἐς τὰ μὲν ξυνεχέως ἐς τὰ δ' οὔ. Minus aliquando iis esse utendum subdidit, propterea quod ad Balnea
37 homines sunt imparati, quandò non quæque domus necessaria habet instrumenta, nec ministros ad eam rem necessarios. Quòd si quis non benè laverit, detrimenti plurimum accipiet; tùm præcipuè si Medici Balneorum virtutes ignoraverint. Et ad benè lavandum, tugurio fumum non habente opus esse scribit, & aqua larga, & balneo multo, & non valdè largè effuso. Defrictionem abesse. Si quis verò defricetur, calido utendum esse ipso defrictorio medicamento; multa insuper aqua & citò perfundendum. Brevi quoque via ad Labrum opus esse, quò facilis descensus pateat, facilisque indè exitus. In eo qui lavatur, laudat moderationem & silentium, nihilque ipsum operari jubet, at cæteros perfundere, & defricare; spongias item parari pro strigili, & non valdè siccum corpus inungi. Tandem magnam lavationis partem ægro tribuit, si sanus Balnei fuerit amans, & lavari adsuetus; tunc enim magis appetit, & lotus utilitatis sibi plurimum afferri sentiet; sin secus, lædetur. Peripneumoniis verò magis quàm ardentibus febribus convenire affirmat, ἁρμόζει δὲ ἐν περιπλευμονίῃσι μᾶλλον ἢ ἐν καύσοισι τοεπίπαν.

Eorum deinde utilitatem ejusmodi commemorat, ut dolorem lateris, pectoris, ac dorsi leniant, sputum maturum faciant, & educant, spirationem facilem reddant, lassitudinem expellant, dùm articulos, & cutis superficiem molliunt; sed urinam etiam cient, capitis gravitatem solvunt, & nares humectant. Ut tamen rectè lavetur, caput resiccatum expetit, ut spongia extergeatur; neque perfrigerari caput jubet, neque extremas partes. Neque Balneo adhibendum, qui recens potum, aut sorbitionem sumpserit; neque mox post Balneum sorbendum, aut bibendum.

Minimè tempestive dicit eos lavare, quibus alvus in morbis liquidior justo est; itemque eos, quibus plus justo adstricta. Debilitatos quoque, & ex ciborum fastidio nauseantes, aut vomentes, aut biliosum eructantes, vel eos, quibus sanguis è naribus erumpit. Eos, qui Balneo delectantur,
38 si bis in die laverint, non peccare scribit: tum demùm si adfuerint signa, quibus lavari conducat, lavare oportere.

Lib. I. de mulierib. Affect. Idem *Hippocrates* scribit, cùm partus purgamenta non fuerint purgata, ex variis affectionibus lumborum, uteri, femorum, febres acutas fieri. Quod si ità fuerit, à Balneis esse abstinendum. Si verò febris adsit, Balneo esse curandam. *Lib. II. de Diæta.* Idem auctor quatuor Balneorum genera constituit, ὕδωρ πότιμον, ἁλμυρὸν λουτρὸν, θερμὰ λουτρὰ, & ψυχρὰ λουτρά. Addidit primùm Balneum, Aquam potabilem, humectare, & frigefacere, cùm exhibeat corporis humiditatem. Secundum, Salsum scilicet, calefacere, & siccare, nam naturà calidum à corpore humiditatem educit. Tertium, Calidum, jejunum attenuare & frigefacere, quandò per caliditatem à corpore humiditatem elicit, & κενουμένης τῆς σαρκὸς τοῦ ὑγροῦ ψύχεται τὸ σῶμα: *educta è carne humiditate corpus refrigeratur.* Post cibum, idem calefacere, & humectare affirmat. At Balnea frigida, vacuo quidem corpore præbere quandam humidam frigiditatem, ubi cibus ingressus fuerit, ab humido existente detrahere, & frigidum siccitate replere.

II. primi. *Avicenna* Balnearum nocumenta sic exprimit, ut dicat, eas superfluitates ad membra, in quibus

A est debilitas facere, leviter descendere, corpus laxare, impedire nervos, & resolvere calorem innatum, tùm comedendi desiderium dejicere, & coëundi debilitare virtutem. Et tertia ejusdem subdit, debilitare cor, si multum morati fuerint, syncopen excitare, nauseam & quietos humores movere, eosque ad putrefactionem præparare, & cum iis ad membrorum nobilium receptacula declinare; indeque apostemata erumpere. Et prima quarti: *Facit descendere phlegma indigestum propter illud quod effunditur ad locum putredinis, & permiscet humorem malum cum putrido, & resolvit subtile, & facit remanere crassum.*

B Rasis: *Non vidi* (ait) *Balneum febricitantibus* *Cap. II. Tract. I. Lib. X.* *in aliqua dispositione esse utile*; *maxime tamen ipsa vitare consulo in febribus putridis, quantum possibile* 39 *est.* Galenus ad *Glauconem*, iis qui ex multitudine laborant, membra quamplurimùm fricare non oportere docet; à vino & cibis abstinendum, & Balneis etiam si febricitaverint. Quæ ad putridas febres referuntur, idem quippe Galenus *X. Lib. Therapeutices* scribit, eos qui hectica febre laborant, & qui jam marasmodo febriunt, modò iis nulla febris, nec ex putrescente humore, nec ex phlegmone sit adjuncta, audacter esse lavandos. Ergò si ex putrescente hu-
C more fuerit, lavare ex ejus sententia non expedit, cùm vires exhauriat Balneum sensibili caliditate, febrim, viscerumque æstum intendat, humores agitet, abscessuum causa sit, frigiditate essentiali calorem naturalem perdat, humiditate etiam obstruat, augeatque putredinem.

Alii contra Balneum paratum ex aqua potabili ad tuendam bonam valetudinem esse summum præsidium dixerunt, sive compositum, sive simplex. Et intemperiei absque materia calidæ affirmarunt Balneum mederi sensibiliter frigidùm, frigidæ calidum, Aneti, Camomeli & similium virtute recepta, siccæ tepidum, humidæ calidum, quæ omnia in balneis reperiuntur. Dixe-
D runt præterea, morbos declinare materiales, humores absumere, & destruere, & cohibitam transspirationem cutim reserantem, tollere. Et calidum præcipuè Balneum obstructionem reserare, fuliginosum, fumidum, atque acre excernere, crudum concoquere, idemque concoctum exhaurire. Quod si *Galenus* in febribus humore existente crudo interdicit Balneo; hujusmodi cruditatem dicunt habere gradus, eumque de maxima cruditate intelligere, quæ Balnei caliditate concoqui non potest; & acerbiores succos Balneo ad maturitatem deduci posse, Medico tuente sanitatem, idque dixisse ipsum Galenum
E Lib. III. de Sanitate tuenda: *Si probe Balneum adhibeas, ipsum quoque apoterapiæ pars est, siquidem duras densasque partes emollit, excrementum putreque, si quod intus ad cutem hæret, evocat.* 40 Idcircò aquarum qualitates esse animadvertendas, nam dulcium calefactarum aquarum, si media temperie fuerint, vis calida & humida est, si tepidiores, humida & frigida; si justo calidiores, calida quidem, sed non perindè humida.

Dicebat itaque *Joannes Franciscus Brancaleo*, Neapolitanus Medicus, in ea disceptatione, quæ coram *Paulo III.* Pontifice morbo affecto habita est, duo potissimum consideranda iis, qui hujusmodi affe-
F ctionibus afferrent medicinam, percoctionem crudorum, quæ ante sanguinis perfectionem fuerint, & eductionem acrium & mordacium, quæ secunda sunt, & sanguine posteriora. Abstinere eos conveniat ab omni valido motu, blandè unctos atque oleo perfrictos perquàm suavi lavare Balneo; inde in otio esse atque etiam somno, si fieri possit. Et addit: *Cum igitur primo die experti, an facile finita lassitudo sit, similiter gravatum hominem cernimus,*

mus, tùm mittendus in Balneum est etiam secundo die; tum quiete, abstinentiaque habendus. atque verò & si iterum & tertio oportere videris, itidem jejunum lavabis quietem & somnum ipsis lavationibus interponens. Atque ut antiquorum in Balneis usum, præter febres, laudaret, *Hippocratis* affert auctoritatem, qui scribit, dulcem aquam madefacere & refrigerare, cùm corpus humidum reddat; calida Balnea jejunum emaciare, & non lavari nec ungi, humido consumpto siccare. Et cùm Balnea varias morborum affectiones curaverint, non esse summum Imperatorum in Balneis studium admirandum. A

Cardanus distinguit Balneorum aquas in calidam, tepidam, temperatam, frigidam. Balnea è calida aqua bene valentibus nihil prodesse asserit, ne quisquam cupiat elixari. Tepida dissolvere vires scribit, & corpus labefactare. Frigida verò gratiora esse, ejusque usum antiquis illis, qui more belluarum vivebant, peculiarem fuisse, quos juvabat siccis frondibus se detergere, & mundioribus involvere. Cùm postea ad huma- B
41 niorem cultum essent mortales redacti, Balneorum usum adeo crevisse, ut nihil esset tota *Italia* Thermarum nomine vulgatius. Temperati Balnei commoda ex *Galeno* profert, qui *VIII. Lib. Artis curandi* ait, Balnea aperire poros, sudorem prolicere, sitim sedare, somnum provocare, mundare atque purgare cutim, sordemque omnem ex illa detergere, humectare corpus, adjuvare coctionem tertiam, corpus impinguare, gracilibus prodesse, & claram vocem efficere. Et præter usum, quem præstant in morbis, de tuenda tantum sanitate loquutus, ait, juvenem exercitatum jam parum, Balneo parum indigere, ut qui ex mediocri exercitatione, & apotherapia omnia jam sit consequutus; si tamen commodè ipsum adhibeas, duras, tensasque partes mollire, excrementum, si quod erit, ad cutim revocare. Et cùm commendasset Balneum tres ob causas, quòd os siccum humidum reddat, sitim extinguat, & corpus calidum & arefactum temperet, mox quid obsit testatur. Insuetis persæpè graviùs nocet. Et ut in fluxionibus ad ventrem est utilissimum, sic etam sanguinis fluxum graviter irritat. Nocet Plethoricis, & crudis, & uterum ferentibus. Dissolvit vires, effœminat homines, nocet inflammationi, erisypelati; putredini obstat, gignit, & auget. Neque lavari debent, qui destillatione aut gravedine, aut capitis dolore ex ardore, neque syncope ex cruditatibus laborant. C D

Frigidam natationem idem scribit corpus corroborare, & caput, & calorem naturalem confirmare, sitim sedare, ciborum appetitum excitare, calorem externum tollere, renibus, & vesicæ conferre, refrigerare, & simul aut substantia aut facultate humectare. Ex accidenti verò calefacere, calore intrò repulso, & in unum coacto, & propterea vehementiore facto, quippe cutim adstringit, ac densat, & sic periclitantem nimia exhalatione innati caloris substantiam reprimit, & vires adauget, nec ab extrinsecùs advenientibus
42 tam facilè læditur. Sed antequàm quis frigida laverit, cavere debet, ne corpus plethoricum, aut cacochimum sit. In plethorico, humores crudos intus premit, & conculcat. In cacochimo, fuliginosos vapores includit. Juvenis prætereа sit destillationibus non obnoxius, qui bene dormiat, nec angatur curis. At nec lavetur pleno ventriculo, nec post Venerem. Probare ait *Galenum* post calidum, Balneum frigidum juvare. temperate tamen frigidum, non nivem, quam dicebat *Hippocrates*. Æstatis tempore, & sub umbra frigidam laudat lavationem. Quæ omnia E F

ad Medicorum diligentiam rejicimus, dum tamen non ægros ad Balnea compellant, cum medicamentorum amiserint disciplinam.

CAPUT IX.

Balneæ Neapolitanæ, Puteolanæ, Bajanæ, Pithecusanæ.

TRIPLICI ordine has Balneas distinximus, ut *Neapolitanas*, præter illas, quas *Strabo* commemorat, aitque, aquas non inferiores *Neapolim* habuisse *Bajanis*, & Balnearum regiones in eadem civitate sub *Græcis* Imperatoribus leguntur. Eas intelligam, quæ extra Cryptam, *Balneolum* usque continentur. Eas inquam, quæ in iis locis reliquæ extant. *Puteolanas*, quæ inde ad *Tritulum*. Bajanas, quæ *Misenum* usque reperiuntur. Ordo verò hic est; *Lib. LV.*

Sudatorium S. Germani.

NEapoli *Puteolos* discedentibus, post *Cryptam*, quæ in *Pausilypano* colle est, ad dexteram *Agnanus* lacus occurrit, circularis, collibus undique conclusus. Per apertum ferro montem immensæ maris undæ, excisi rupium parietes, cavique specus ad piscium stabula, atque recessus facti, limo nunc & arenis oppleti. Ranis 43
nunc & serpentibus domicilium, quorum globi verno tempore è summis rupibus in aquas provolvuntur, aquaticis avibus esca. Quapropter nulla ibi piscium societas. Linis maturandis aptissimus. Mons *Spina* paulò supra sentibus, & viperis redundans, squalore erat obsitus. Ad cultum paucos abhinc annos redactus, inter hortos *Neapolitanos* numeratur, & eodem pacto, quo *Neapolitani*, accolæ immunes habentur. Ad lacus oram cellæ sudatoriæ concameratæ sunt, sub quibus è solo calidi vehementer erumpunt vapores, ut si quis vel nudus introierit, repente quam maximos sentit è corpore sudores effundi. Hinc loco nomen datum. Conferunt hæc vaporaria plurimùm podagricis. Noxios ac nimios humores eliciunt. Ulcera interiora sanant, & ad multiplices corporum morbos valent.

S. Germani & *Paschasii* historiam ex *D. Gregorio* adscribam ad suffragia pro defunctis contra hæreticorum depravatam opinionem commendanda: *Cùm adhuc essem juvenculus* (inquit) *& in laico habito constitutus, narrari à majoribus audivi, quod Paschasius, hujus sedis Apostolicæ Diaconus, miræ sanctitatis vir fuerit, eleemosynarum operibus maxime vacans, cultor pauperum, & contemptor sui. Post multum tempus mortis ejus Germano Episcopo Capuano Medici dictaverant pro salute corporis, ut in thermis angularibus lavari debuisset. Qui ingressus easdem thermas, prædictum Paschasium stantem & obsequentem in caloribus invenit. Quo viso vehementer extimuit, & quid illic tantus vir faceret inquisivit. Cui respondit, Quod nulla alia causa in hoc loco pœnali sum deputatus, nisi quia in parte Laurentii contra Symmachum in Pontificatu sensi. Sed quæso pro me Dominum deprecare, atque in hoc cognosces, quod sis exauditus, si huc rediens me non inveneris. Quòd post paucos dies ita factum est.* *Lib. IV. Dial. Cap. XL.*

Cùm de *Paschasio* in pœnis mancipato loquitur Illustrissimus *Baronius*, verba Gregorii: *In sua tamen sententia usque ad diem sui exitus perstitit*, declarans, ait, exclusive illud esse intelligendum. Etenim omnium est receptum assensu, non posse 44
in cœlum admitti, qui in terra se ab Ecclesia separavit. Gravis illa quidem *Paschasii* culpa fuit, quòd post receptum à Sancta Synodo *Symmachum* in *Romanum* Pontificem, ei minime communicare voluerit; venia tamen factus dignus, *VI. Tomi Annalium.*

cùm in exitu ipſo, facti pœnituerit. Textus præterea, quem idem citat, *In Angularis Thermis*, habet. Melior lectio quàm, *In Angularibus*. Non longe à Sudatorio antrum eſt, cui Canes dedere nomen, quos cùm in antrum injiciant, moribundi extrahuntur, & in lacum immiſſi ad vitam illicò revocantur. Peſtiferæ inde erumpunt exhalationes. Os *Plutonium* ad *Hierapolim* commemorat *Strabo*, & ſpecus *Corycium* & *Typhonæi* Pomponius Mela. *Pontanus* ad *Maſſicos* montes quid ſimile narrat.

Balneum Bullæ.

PRæter hunc Lacum *Bulla* eſt, quaſi aqua bulliens, ob Soli fervidi naturam, in quo effoſſa ſcrobe, & aqua ſuperinfuſa frigida, mox concaleſcit, & ſulphuream virtutem adipiſcitur. Aërem aquæ denſa caligine obnubilant, quamobrem nullas ibi aves videre licet. Ad quartum caliditatis gradum eas accedere, Medici dicunt, quæ deductæ ad privatos uſus in Balneis, mirifice frigidis omnibus capitis morbis, & articulorum opitulantur. Subtilis tamen cùm ſint eſſentiæ, ac digerentis facultatis, eas nitri, atque aëris obtinere mixturam conjiciunt, idcircò auribus, & oculis mederi, nutritoria inſtrumenta corroborare, ſplenem attenuare, uterum flatibus diſcuſſis abſtergere. Eadem alienam aquam ibi calefactam virtute loci efficere, animadverterunt. Mederi præcipue oculis haſce aquas ſcribunt, eaſque cum iis connumerant, quæ *S. Anaſtaſiæ*, *Juncariæ*, *Petræ*, plagæ *Romanæ* in *Ænaria* dicuntur; tùm vero cum Sudatorio in *Minio* Hiſpaniæ fluvio, cum ſcopuli aquis *Viter-*
45 *bienſibus*, & cum iis quæ ad *Vivares* in *Delphinatu*, atque iis, quæ de *Trigorio* in via *Oſtienſi* dicuntur. Addit & *Solini* fontes in *Sardinia*, & *Bracculas* aquas *Bajis*, oculorum nebulis percommodas.

Aſtruni.

CUm ad Septentriones perrexeris, mirabilis efficaciæ lavacrum occuret, quod à *Strunis* nomen accepiſſe ſcribit auctor is, qui ad *Federicum* opus ſcripſit de Balneis. *Aſtranam* vocat Savanarola, & *Strumam* Ugolinus. *Aſturium* appellandum potius aliqui cenſent ab earum avium venatione. Sex millium ferre paſſuum circulo locus intèr montes cricumſcribitur, inter quos peramœna vallis eſt, quæ paulatim ad mille paſſuum latitudinem cogitur, ut Amphitheatrum repræſentet. Silvæ cervorum, & aprorum greges alunt, volatilium præſertim maximam copiam. Regiæ venationi locus dicatus eſt, & præfectus hac de cauſa conſtitutus. Ferunt, Reges *Neapolitanos* ibi venatoria ſpectacula edidiſſe inſpectantibus è jugis collium civibus. Memorabile illud narrant, quod ab *Alphonſo* Rege eſt editum, collocata nepte *Heleonora* Federico III. *Germanorum* Imperatori, cui cum tota fere *Germana* Nobilitate interfuit, compluribus etiam cum *Hiſpanis* Principibus, qui *Heleonoram* ex *Hiſpania* deduxerant. Exhibita tunc venatio fixis ad *Agnanam* paludem tentoriis. Fontes è vario vini genere conſtituti, menſæ apparatæ, in quibus ad XXX. millia hominum diſcubuere. Solem in hoc magnificentiæ genere nihil quicquam vidiſſe magnificentius, aſſerit *Pontanus*. Spiritus ibi ſemper ſulphureus, & calidæ paſſim ſcatentes aquæ. Aliquæ adeò temperatæ, ut neque in potionibus medicatis incommodæ habeantur. Ventriculo auxiliantur, pectus leniunt, appetentiam excitant. Dentibus, faucibus, voci, capiti, & omni rheumatum generi, ſiccando, digerendo, corroborando, ſunt adjumento. Nitratam, æratam, ſulphuream materiam obtinere 46

Lib. de Magnif. C. XVI.

optimi Medici arbitrantur. *Mengus* etiam alumine conſtare aſſerit. Oculorum ſuffuſionibus non adeò Hypochyſi confirmata potus auxiliatur. Cum *Duccia S. Philippi*, & *Badenia* in *Helveticis*, tum *Grotta Viterbienſi* ea in re convenire eas aquas ſcribunt. Ebibitum Balneum Anginas, & Pleuritides arcet. Frequentis uſus præter cæteras *Puteolanas* Balneas habentur, nam præteriti incendii minore calamitate affectæ ſunt, & integram ſuarum aquarum naturam retinent. Vere, æſtate ineunte, & autumni parte utiles.

Foris Cryptæ.

REtrogrediendum eſt, ut recta deinde incedamus, & littoris oram perluſtremus. *Triptam* hoc lavacrum vocat *Savanarola*, re tamen ipſa à Crypta *Pauſylipana* nomen accepit, ex qua cùm egreſſus fueris, ad maris oram occurrit. Apud *Eliſium* ex *Savanarola* aqua hæc potu, & operatione dulciſſima eſt, ignitos artus refrigerat, deſiccata febribus membra rigat, pulmonem læſum, jecur, pectus ſanat. Debilitatem ſtomachi tollit, ſed nocet hydropicis. Ad tuſſim, utiliſſima. Aufertque cutis infectiones.

Juncariæ.

JUncariam, *Dejuncaram* vocat *Savanarola*, confortare ait ſtomachum & hepar, pectus lenire, lætificare animum, gaudia inducere, ſuſpiria tollere, alacres in muliere efficere vires, renes confortare, excitare coitum; ſed hecticas primæ & ſecundæ ſpeciei juvare, non credit. *Giuncaram*, & *Vincaram* Franciottus. *Juncaram*, auctor Balneorum. Ejus mineram nitrum, ferrùm, & aurum arbitratur *Menghus*. A juncis ibi naſcentibus nomen habet. Potu hæc aqua impinguat, viribus tamen non languidis. Venerem juvat, renes confortat, & chronicas febres decernit. Pectus roborare ait *Ugolinus* eas ſequens, exſiccationis cauſam removere, & inter cæteras 47
eſſe ſaluberrimas. Inter potulentas aquas numerantur.

Balneolum, vel *Plagæ*.

BAlneolum ab *Eliſio* in radice *Olibani* montis, quà *Neſidem* protenditur verſus, deſcribitur: *Sed tanta virtutis, & efficaciæ ejus præſtantia, ut infirmus non ſolum aquam ibi, ſed Deum adeſſe putet.* Caput, ſtomachum, & cætera membra confortat, oculorum nebulam fugat, conſumptos & debilitatos reficit, quartanæ continuæ & quotidianæ materiam deſtruit, à doloribus ex quocunque morbo vel febre præcedentibus liberat. *Olibanus* vèro ad *Puteolos* mons eſt ex prædura ſilice (ſaxa hodie appellant) in ſumma omnium rerum ſterilitate conſtitutus, quapropter, ὅλ@ βάν@, totus ſterilis, dicitur. Hunc montem à *Cajo* exciſum ad *Italiæ* vias ſilice ſternendas aliqui dixerunt, nam *Suetonius* dixit: *Jactæ moles infeſto ac profundo mari, exciſæ rupes duriſſimi ſilicis, & campi montibus aggere æquati*, &c. Eliciuntur nunc indè Pontonibus ſaxa ad molem *Neapolitanam* undique firmandam, ne maris æſtu, & fluctuum impetu labefactetur, & ad vias civitatis ſternendas.

Mons Olibanus.

Cap. XXXVII.

Petræ.

IN extremo hoc littore *Petræ* eſt lavacrum. Ab effectu nomen inditum, calculum enim frangit, & educit arenulas. Caput à doloribus liberare ſcribunt, detergere oculos, auribus auditum præſtare, cordi & pectori opitulari. Ejus aquæ potus interiora expurgat. Nitroſa eſt: idcircò laudatur ad internas & calidas affectiones he-

hepatis, renum, uteri, vesicæ, ut aqua potulenta, & remissæ admodum caliditatis, & mediocriter digerentis facultatis. Qualis etiam superior *Plagæ* aqua, *Tritulæ*, & aliæ. Idcircò represso per Balneum temperatum (inquit *Baccius*) fervore
48 visceris, phlegmonæ arcentur, abscessus, causones, aliaque perniciosa vitia: valere item in febribus cum *Plagæ* aquis & *Tritulæ*, sed pituitosis.

Subsidii hominum.

SIc appellat *Franciottus*, quod vulgus, *Zuppa d'huomini*. Mengo nitrosum & ferrugineum est. *Ugolino* causas frigidas removet, pectoris defectum tollit, & confert articulis. Obstructæ ibi aquarum venæ sunt fonte relicto, quæ tamen sub arena infra Cryptam & mare perquiruntur. Maximam iis Medici tribuunt salubritatem, ex qua nominis emanat significatio, mirum enim in modum ægrotis subvenire dicuntur. Ad podagram plurimum valere, scribit *Altimarus*. Elisius, tumidi ventris onera deponere, omnemque doloris speciem auferre. Debilitatis tamen restaurationem præclarè lavantes adipiscuntur.

Orthodonici.

IN *Olibani* radicibus in *Puteolani* Episcopi hortis lavacrum est, ad quod per multos gradus descenditur, quapropter flante Austro calor intus inclusus, exhalationis expers, intrantes enecat. Grave ibi profecto olens spiritus, & Mephitis. Auditas ibi aliquandò lugentium voces, sæpius mihi asseruit *Leonardus Vairus* Episcopus. Aqua tamen educta corpora febribus consumpta restaurat, stomachi nauseam expellit, ephemeras & errantes febres tollit, & maxime ad phthisim paratas. Ad sudationes, & in Balneis sumitur.

Calaturæ.

CElaturam Franciottus, *Collaturam* Ugolinus, *Calcaturam* vulgus. Descendit aqua ex rupis latere, quæ turpes ex ore notas removet, stomacho subvenit, tussim fugat, præteritas crapulas digerit, mentem corroborat, cor lætificat.

49

S. Anastasiæ.

AD monasterium *S. Anastasiæ* defossa scrobe in arena ipsa littoris, aqua erumpit clara, ad arenulas detrudendas, & calculos confringendos aptissima. Habet cum proximis aquis aliquam aëris simul cum nitro portionem, atque idcircò oculorum caligini & suffusionibus medetur. Franciottus *Anastasii* nominat. Olim hic erat *Adjutorii* Balneum.

Cantarelli.

CAntarelli Balneum (inquit Baccius) *à Canthari forma per quam fluit, dictum perhibetur.* Cujus cùm primaria olim esset gloria in *Puteolanis*, utpote quòd mirandis modis tùm occulta persanaret ulcera, tùm ossium quoque fragmenta, quæ opere indigerent chirurgico, extraheret, immò fluentem undique sanguinem supprimeret, uterumque ferentes summopere juvaret. Cæterùm post incendium ad *Tripergulas*, cui vicinum id Balneum extiterat, pluri ex parte submersum cinerem, nec satis post aliquam adhibitam operam restitutum, tota jam laus in *Ænariæ* Balneis defluxit, quæ tam genere, quam copia, & felici usu præsertim *Gurgitelli* ac *Furnelli* aquæ præstantes, similes, ac majores etiam obtinent facultates. Quamobrem non desunt, qui hisce & *Cantarellis*, occultam proprietatem è benigno quopiam cœlesti aspectu tribuant. Ferri & Magnetis habet operationes.

Fontanæ.

A*Retinus* haud longiùs à sua ætate repertas aquas scribit. *Formam*, alio nomine, dixerunt. Nitrata in iis & bituminosa mixtura, & inter suaves annumeratæ, hoc est quæ vel odore, vel sapore nullam præ se ferunt insuavitatem, sed quæ dulcibus non sunt comparandæ, velut etiam *Juncaria*, aliæque Balneæ in *Pateolano*, & *Bajano*. Proprietates his carminibus describit Lombardus:

Fert somnum, ventrem reddit fluxumque, soporem 50
Conciliat pueris, lac cito multiplicat.
Saxa mollificat, renes expurgat arena,
Cuncta lavacra super, nausea fit procul hinc.
Vesicam reserat, lapidem frangitque potenter;
Affectis podagra, vulneribusque nocet.

Ciceronis, vel *Prati.*

D*E Prata*, vulgò Aquæ dicuntur. Opus *Ciceronis* creditur in Academia exstructum. Spontè tamen ibi nascentibus aquis. Divus Gregorius *Libro I. Dialogorum* meminit monasterii, quod *Balneum Ciceronis* vocabatur. Eas vero aquas, quod oculis medicinam afferunt, æratas arbitratur esse *Georgius Agricola*. Ad lippitudinem mirum in modum celebratæ. Conferunt etiam viscerum torminibus. Sed totum ferè corpus languidum restaurant. Ob illud juvandi oculos experimentum, arbitrantur aliqui aquas *Cadmia* participare, quæ in *Cumano* agro naturalis est, *Dioscoride* auctore, ac in *Bajano*. Quippe ibi quoque Chalcitis, Mysi, Sori, Melanteria, Chalcantum; ὥσπερ (inquit) ἢ ὁ ἐν τῇ Κύμῃ λίθος εὑρισκόμενος.

Arcus.

IN sinistra *Averni* lacus parte, in qua Balnearum copia cernitur (decem commemorat *Aretinus*) ab ædificii forma, *Balnea Arcus* nuncupatur. Consumptos corporis artus restaurat, corpori robora addit, ventrem exonerat, pelli cutim restituit, stomacho præsto est, & interiora omnia juvat. Caveant splene & jecore laborantes.

Rainerii.

AB inventore hæc aqua nomen accepit. In *Tripergulis* collocat *Aretinus*. Aquas tamen etiam *Trituli* ad sanitatem exposcit. Scabiem & impetiginem sanat, putridum corpus mundat, 51
restaurat cutim, leprosis prodest, inquit *Elisius*. Salsi phlegmatos hostis aqua est.

Tripergulæ.

UGolinus totius corporis debilitatem, & segnitiem auferre dicit, superfluumque dolorem pellere. *Elisius*, mentis defectum auferre, scribit, alleviare corpus, cor exhilarare, membrorum profugare onera, stomachi varios dolores arcere, pedum gravitatem removere, symptomata explodere. *Balneum vetus* dicitur.

S. Nicolai.

ELisius: *Omnia Balnea potentes, aut magis solliciti occupant; hoc solum mirifici Confessoris pauperibus subvenit, & ideo S. Nicolai dicitur. Hæc aqua ab aliis descripta non est, nec ab intelligentibus satis experta. quantum tamen compertum habeo, debiles fovet, consumptos restaurat, stomachum conformat, & vires reparat.*

Lombardus:

Infirmos refovet, consumptis præstat opemque,
Confirmat stomachum, robur aqua hæc reparat.

Scrophæ.

UNda mirabilis (inquit *Elisius*) sic dicta, vel quod scrophulas sanat, quod *Christianissimorum* tantùm *Gallorum* Regum sputo tribuunt; vel quod scropham in ea volutari viderint. Scabiosis & leprosis prodest, impetigines sanat, ventris sarcinam, & pondus deponit. Articulos juvat. Lombardus:

Iste latex dictus sic est, quia χοιράδας aufert,
Aut unda hac volvi scropha reperta quod est.
Leprosis prodest; scabiem (mirabile dictu)
Salso Lichenas phlegmate purgat aqua hæc.
Articulis confert, deponit pondera ventris,
Nodosæ eximium pharmocon est podagræ.
52 *Uteris his scrophæ quicunque salubribus undis*
Cum tumidis vites salsa leguminibus.

S. Luciæ.

QUòd oculis aquæ *S. Luciæ* subveniunt, id nominis sibi compararunt. Suffusiones oculorum recentes, & nebulas destruunt. Et quamvis *Elisius* scribat, has aquas aliquandò cæcos illuminasse; neminem tamen id vidisse scio. Articulorum & capitis dolores pellunt. Surdis maximo sunt adjumento.

Arculi, vel S. Mariæ.

HUjus etiam nominis aquæ ad Παλαιόπολιν, *Romandiolam*, *Senas*, *Viterbium*, & *Flaminiam.* Quæ non minus frigidum caput calefaciunt, quam *Porrectæ* aquæ ad *Bononiam.* Ædificium lavacro nomen dedit. Hepar calidum aptat (ait *Elisius*) à nimia frigiditate, ac rheumate absolvit, oculos ab ophthalmia servat, stomachum roborat, somnum nimium, superfluamque vigiliam propellit, aureamque mediocritatem inducit.

S. Crucis.

EA quæ in hac aqua miracula enumerat *Elisius*, hoc sanè tempore minimè cernimus, ait enim, quamplurimis id evenisse, ut alienis brachiis & pedibus huc adducti, vel baculis nitentes, sanos deindè, & nullius auxilii indigentes discessisse. Omnes contractiones, etiam ex vulnere, nervis, aut juncturis oblæsis mirificè juvat; ob quam proprietatem ad pedum ac manuum vulnera & distentiones, quas sanat, artuum, nomen & insignia obtinet *S. Crucis*. Viscerum insuper, ac ventris inflationes, testiculorum tumores prohibet, podagram discutit, omnium tandem valde Sulphurearum utilitatem præbet. Hydropicos, & Hypochondriacos mirificè juvat. Phlegma
53 extrudit. A podagra liberat. Crassam ablegat pituitam. Maxima cum voluntate iis aquis ægri utuntur. Quòd si ad corroborandum ventriculum, calidis intemperantiis succurrendum est per Balnea, quæ modicum refrigerent, reprimuntque astrictoria facultate per initia, potus aquæ *S. Crucis* aptissimus habetur, velut aqua in Villa *Lucæ*, & *Porretanæ*.

Subcellarii.

IN *Averno* ad *Cumanæ* Sibyllæ antrum (ut vocant) *Subcellariæ* aquæ sunt; quasi ex cella emanantes, dulces, lucidæ, & quas cæteris *Bajanis* aquis antecellere Medici existimant. Ugolinus *Suttillarium* vocat. Vulgus *Scassa budello.* Decocti caponis juris habet saporem. Capillos prolixos facit (ait *Elisius*) labia sanat, dentes & gingivas mundificat, lentiginem, & scabiem removet; pulmoni, jecori, spleni, medetur; ardorem & pondus vesicæ solvit, urinam provocat, arenulas ejicit, quartanam, quotidianam, & tepidas febres sanat, tussim tollit, præcipue verò

A stomachum confortat, totumque corpus exhilarat. Post longas febres, & in Phthisicis & Hecticis nondum exhaustis, aliquot Medici ex medicatis aquis laudant insessus, non febris ratione, cui plerique quoque ajunt naturales Balneas adversari, sed ad conciliandum robur stomacho, hepati, aliisque nutritoriis, quod in longissimis morbis potissimum primò quæritur. Ad eam rem maxime eas aquas comprobarunt, quæ mediocriter calidæ sunt, nec ultra primum gradum siccantes intèr quas *Petra*, *Plaga*, *Juncaria*, & hæc *Subcellaria* ad *Bajas* probantur, quæ sanis conveniunt, nec admodum qualitate excedunt
B temperatas ac dulces.

Ferri.

FErri mineram, scribit *Plinius*, metallorum omnium esse largissimam, & ubique propemodum reperiri. Fere semper aliquid ferrugineæ 54
naturæ cum cæteris mineris in hisce aquis reperitur. Sed potissimum in hoc lavacro, quod ferri colorem referre videtur. Idcircò oculos, aures, caput mirifice juvat, solvitque Hemicraneas affectiones. Aqua ebibita jecori, spleni, ventriculo, renibus, utero, omnibus interaneis vitiis, à relaxatione ortis, opitulatur. Ex aliqua bitu-
C minis participatione pulmoni confert. Siccat, abstergit, roborat. Quod si aqua Plagæ *Romanæ*, quæ in *Ænaria* est (cujus fontes maximo cum labore, & maxima cum ægrotantium utilitate aperuit *Julius Jasolinus* nostra hac ætate Medicus celeberrimus) cum ferreæ sit mineræ & ferruginei coloris, phlegma salsum dejicit, sanguinem & pruritum oculorum tollit, lacrymas inhibet, gingivas exesas sanat, dentes firmat, ossium fracturas firmat, & fluxiones sistit; eadem profectò aquas has *Bajanas* effecturas non vereor.

Palumbariæ.

D LAvacrum Palumbarium, vel *Crypta Palumbaria* dicitur, à Palumbibus ibi nidificantibus. Hoc si quis uti voluerit, à salsis & frigidis caveat necesse est. Cardiaci, arthritico morbo, renibus, oculisque plurimum prodest. Urinæ meatus aperit, oculorum nebulas expellit, stomachi passiones aufert.

Salvianæ.

SIc dictas aquas à quadam muliere alii scribunt; alii *Silvianam* appellant, & *Silviæ* Deæ antiquos dedicasse scribunt. Nugæ. *Salmariam*
E vocat *Ugolinus*, aitque eas non permittere, ut menses mulierum ultra suos periodos fluant, & uteri inveteratas affectiones curare. Quamobrem mulieribus plurimum confert, cum etiam steriles fœcundet.

Tritulæ.

55
IN *Bajano* littore Balneæ, & Sudatorium eodem nomine appellantur. *Trictolas*, à fricando dictas scribit *Blondus*, atque inde *Tritulas* appellatas. Alii sic dictas asserunt, à Tertiana febre sananda, quæ apud Medicos τριταῖ© πυρετὸς dicitur. *Trifoli* alii dixerunt, & monti *Trifolinum*
F vinum adscribunt. Ubi vegeta in primis natura ignis, cujus communes causas explicat *Vitruvius* *Lib. VI.*
qui aut ex sulphure, aut alumine, aut bitumine *C. V.*
sub his collibus loca, vario caloris gradu afficiat. Infra ad mare calidis abundat aquis, quæ perenni vena, & sub prærupta rupe Balneas efficiant, ubi semota ab imbribus & ventis habentur semper utilissima. Imaginum ex plastc ibi pictarum aliquot fragmenta supersunt, quæ cujusque Balneæ virtutem exprimebant. *Ardores esse in his locis*

cis (addidit Vitruvius) *etiam hæc res poteſt indicare, quod in montibus Cumanorum, & Bajanis ſunt loca ſudationibus excavata, in quibus vapor fervidus ab imo naſcens ignis vehementia perforat eam terram, per eamque manando in his locis oritur, & ita ſudatorium egregias efficit utilitates.* Sudatorium ſic in Itinerario à quodam docto viro deſcribitur:

In primis celſo ſita Sudatoria monte,
In tria diviſus ſpecus eſt ceu brachia, quorum
Sulphureos extrema tenent fumantia fontes
Solis inacceſſos radiis ſub rupe cavata.
Ingreſſu via longa patet, cinis impedit albus
Atque calens mediæ prodientes agmine foſſæ.
Ingrediendo cave tollas caput, arduus unda
Fumus agit, totoque fluunt corpore rivi;
Viſceribuſque trahens animam vapor æſtuat intus.
Sin ſubmiſſus eas, & caute lumina ferves
(Nam ſine luminibus nulli eſt intrare poteſtas)
Victor eris. nimium ſed non tentare ſiniſtram
Dira tibi mens ſit; necat intus perfectus aër,
Profuit & nulli tacitas quæſiſſe latebras.

56 Cornelius Celſus de eo ſic loquitur: *Sudor ejus duobus modis elicitur, aut ſicco calore, aut Balneo. Siccus calor eſt, & arenæ calidæ, & Laconici, Clibani, & quarundam naturalium ſudationes, ubi è terra profuſus calidus vapor ædificio includitur, ſicut ſuper Bajas in Mirtetis habemus.* Quamobrem *Mirteta* ad *Tritulum* fuiſſe dicunt. Balnei tamen locum penitus ignoramus. Idque tantùm ſcimus, quod *Vitruvius*, & *Celſus* ſcripſere. Quaſi *Mortetum* dixerunt, pro funeſta mirti ſignificatione. Omnibus tamen ægris lavacrum erat inviſum,

Sulphüra contempti, vicus gemit invidus ægris.

Morbo Gallico laborantibus plurimum prodeſt, atque iis, qui capitis fluxionibus afficiuntur. Viris, mulieribuſque ſtatis horis locus datur. Juvat ſudantes colloqui atque canere, dùm caloris moleſtias blandis ſermonibus mulcire conantur. Quique dimidia hora ſudaverit, ſtrenuus profectò ad eam rem habetur. *Trituli* Balneas *Divus Hieronymus* viduis, virginibuſque *Chriſtianis* vitandas admonuit. Omnium Balnearum virtutes habere dicuntur.

Aquæ S. Georgii.

HUjus nominis aquas ad *Ducciam* commemorat *Baccius*, ſtrenui ac Divi militis nomine inſignitas, quæ ad fœda ulcera perſananda habent facultatem. Ferrea, atque ærea minera noſtra hæc aqua nitroſa quoque eſt, lapidem frangens, ad ferrum è corpore eliciendum admirabilis. Sed quoniam ſubterranea eſt, quaſi ἐξ γῆ, *Georgii* nominatam, aliquibus placet.

Pugilli.

NItroſas haſce aquas eſſe ſcimus, eandemque cum proximis habere naturam. Ventris ſolutionem compeſcunt, & hæmorrhoidarum fluo-
57 res, calidum, aëremque intemperiem removentes. Qua propter nec à ferro videntur alienæ. A longis febribus liberant. Caput & ſplenem efficaciſſime adjuvant, eorumque dolores arcent, confortant debiles, & conſumpta membra reſtaurant. A brevitate id nominis ſunt aſſecutæ.

Culinæ, vel *Culmæ* & *Petrolei.*

INter bituminoſas *Petrolei* nomine multæ aquarum ſcatebræ, quamvis & nitro conſtent, blandè purgantes, ſubamaræ, & gravi odore reperiuntur. In *Italia* multis in locis ſcatent, & *Senis* non longè ab *Arbia* flumine, ibidemque ad viam maritimam *Petrojum* Caſtellum, ubi *Petroleum* emanat. Et *Viterbii* non procul à fonte *Grottæ* percelebri, calore tactu & eſſentia temperatæ, quapropter pueris, & delicatis naturis perutiles. Multæ itidem in *Bajano* Tripergulanæ, Solis & Lunæ eo nomine celebrantur. Tùm *Culma* ad *Avernum*, in quibus tamen major ſulphuris portio dignoſcitur, idcircò exſiccando valentiores, minuſque emollientes. Hujus tamen generis aquæ abſterſoriam habent virtutem, omneſque cutis maculas, pruriginoſas ſimul & ichoroſas exſiccant. Contractæ emolliunt, diſtenduntque convulſos nervos, craſſa extenuant corpora, fluxiones ſiſtunt, gravedines ac raucedines, & cætera id genus epotæ corrigunt. Eodem omnes aquæ imbutæ ſunt vapore, quæ ſoporem inducunt, vel caput gravant, ſenſuſque obtundunt. Habet has bitumen operationes. A monte, qui ſupereminet, ob altitudinem, *Culma* à *Franciotto* dicitur, & corrupte *Culina.*

Solis & *Lunæ.*

OB aquarum excellentiam, quæ cæteris præſtat, hoc præclarum nomen parvum hoc Balneolum eſt conſequutum. Per ruinas antiquorum ædificiorum eò deſcenditur, directumque invenitur, & mari occupatum. Sed defoſſa arena, ſcatet aqua, ſulphuri commixta, quæ 58
tamen ferri partes obtinet præcipuas, ac nobilem ex Magnete virtutem, quamobrem infixa ſpicula ferrea mirifice extrahit: calefacit egregie, exſiccat, atque corroborat. Ruptis, laxatis, fractis mirum in modum confert, & antiqua crurum ulcera compeſcit. *Divinum* hoc appellarunt *Balneum*, cum præcipue omne guttarum dolorumque genus tollat, fluentem ſanguinem ſiſtat, ulcera ſanet, podagram ſublevet.

Gibboroſi.

HÆc inter nitroſas aquas potabilis quidem, ac præter cæteras in renibus juvandis efficaciſſima perhibetur, meatus urinarios aperiens, abſtergens, firmans; arenulas & mucores his locis adhærentes extrudens; fluores muliebres ex locorum imbecillitate maxime ſiſtens.

Epiſcopi.

NObile hoc Balneum vel ab aliquo fortaſſe Epiſcopo inſtauratum, vel ad Epiſcopum *Puteolanum* pertinens, vel quòd Prælati utantur plurimum, quibus podagra ſolet eſſe familiarior. Roborat ſtomachum, provocat appetitum, extrahit ferrum, & omnia membra exhilarat.

Fatarum.

POdagricis quoque utile & familiare. Stomacho vires addit, nauſeam expellit, appetitum provocat: de quo ſic Lombardus:

Confortat ſtomachum, vivacem reddit ὄρεξιν,
Dat podagræ auxilium, nauſea fit procul hinc.
Extrahit abſconſum atque latens in corpore ferrum,
Exhilarat nimis hic omnia membra latex.

Bracculæ.

AB humilitate, & loci depreſſione ſic dictum. Ugolinus *Bretolam* vocat, fortaſſe vocis ſi- 59
militudine deceptus. Inter nitratos fontes conſtituitur, qui tamen aëre ſimul & ſulphure non mediocriter participat. Quocircà non adeò ſolvit ob ſulphuris tenacem ſiccitatem, temperatè calefaciens. *Ex natura tamen aëris* (inquit Eliſius) *groſſas fauces ſubtiliat*, Broncaulas vocant. Raucam vocem ebibita claram reddit; oculis & cæterorum ſenſuum vitiis opitulatur. Longas febres removere credunt.

Spe-

Speluncæ.

SIc dictum à Spelunca, in qua lavacrum est. A *Galeno* scriptum tradunt, si quis quinque drachmis hujus calentis aquæ singulis diebus biberit, in membris, quæ diaphragmæ adjacent, opem & robur comparaturum. Quem tamen locum nusquam in *Galeno* reperies. Hydropicis, tussi, guttæ est adjumento.

Feniculi.

INter *Mare mortuum*, & *Misenum* montem, inter agrestes feniculos aqua emanat, cui frutex ille nomen attulit, quæ & lippos oculos abstergit, & eorum ulcera sanat, & maculas delet, & oculorum aciem reddit illustriorem.

Quæ Pithecusis extant.

ET Chirurgiæ doctrina, & Balnearum in *Ænaria* Insula inventione, *Julius Jasolinus* maximam sibi gloriam comparavit. An verò huic viro *Ænariam* tantùm debere dicemus? Orbem ipsum plurimum debere affirmabimus, cui ad sanitatem tuendam, ad depellendos morbos in ea felicissima Insula saluberrimæ aquæ ejus opera patent. Debet quoque *Francisco Lombardo*, qui eas, quas noverat, caminibus illustravit.

Aquæ Fornelli.

60 QUartanæ spuriæ, veræ, Lieni, Hydropisi, capitisque dolori medentur. Hypochondriacam affectionem, vel mirarchiam incipientem sanant. Calculo laborantibus, & Apoplecticis sunt subsidio. Vesicam aperiunt, podagricis sunt adjumento, nauseamque stomachi sedant. Asmaticis utiles, si tamen paroxysmo cessante, purgatoque corpore aquas introierint. Aurium tinnitum, surditatem, vertiginem tollit, & paralysim. Quod si cœno utaris, tumores pituitosos expellit, articulorum durities, quæ reliquæ fiunt ex vulneribus, fugat, frigidam atque humidam intemperiem removet. Primam substantiam tenuis sulphuris habent, secundam nitri, tertiam salis, quartam aluminis, & quintam ferri. De quibus sic Lombardus:

Quartanæ confert, spleni, capitisque dolori,
Subvenit Hydropi, phlegmaticæque febri.
Vesicam reserat, lapidem perfringit, arenas
Educit, prodest mirifice Podagris.
Omnia languentis stomachi fastidia sedat;
Furnelli à furni schemate nomen habet.

Scatet ad *D. Petri* ad *Pantanellum* ex montis radicibus.

Fontanæ.

CUique plagæ sunt medicamento; & quasi miraculo quodam ex humanis corporibus ferrum eliciunt. Hepati, pulmoni prosunt, fractaque ossa mirum in modum trahunt, scabiem purgant. Capillos nitidos & longos efficiunt, corporumque vires restaurant. Coërcent, refrigerant, siccantque. Argentea natura, & aluminosa cum Magnete, terræque aliqua salis parte, & nitrosa.

Succurrit plagis, ferrum extrahit impete magno,
Pulmoni confert, Hepatis atque malo.
Consumptos reparat citò, prolongatque capillos,
Emundat scabiem, fragmina ab osse trahit.

Castiglionis.

61 CAlidissimæ ac lucidissimæ aquæ, quæ quamvis aliò perducantur, diutiùs tamen quam reliquæ calorem retinent, atque in ipsis crassitiem cognoscimus. Sulphur olent, minori spiritu cum frigida aqua. Potu, & ablutione his

A utimur. Cùmque biberimus, intestina purgant, renum obstructiones aperiunt, urinam cient, lumbricos enecant, disenteriasque removent. Frigido rheumati, strumosis tumoribus, ventris prosunt inflationi. Hepatis auferunt maculas, omniaque arcent scabiei genera. Aquarum, quæ *Senis*, *Avinioni*, *Pisis* enascuntur, vim retinere affirmat Baccius in libro de Thermis.

Languentem reficit stomachum, ut benè concoquat urget
Morpheam humano vultu abigitque lepram,
Visum acuit, cor confortat, plagisque medetur,
B *Ventriculum solvit, provocat usque famem.*

Speluncæ, vel *Scrophæ.*

QUibus sane aquis suo loco uti non licet, maris enim undæ in cujus margine positæ sunt, & nimia caliditas impediunt. Quibusque fluxionibus commodæ, nervorumque & articulorum doloribus. Frigidis ac flexuosis viscerum morbis Vere præsertim & Autumno adversantur. Femorum, arthriticum dolorem, tussimque sanant. In labro (tantum in eo caloris inest) iis utamur necesse est. Inter sulphureas quarto gradu calidas numerantur.

Alvum subducit, tussim & nephritida pellit,
C *Arthritim, Chiragram, Ischiada & Podagram.*

Gurgitelli.

PRæclarissimæ a Medicis hæ celebrantur. Sterilibus prosunt fœminis. Consumpta ferè corpora reficiunt. Stomachum recreant. Calculum extrudunt. Hepati subveniunt. Scabiem explodunt. Cibi appetentiam revocant. Ferrum ex humano corpore extrahunt. Atque divinitùs factum videtur, ut hisce aquis omnia fere mala curentur. Et quoniam in summa temperie sunt constitutæ, viscerum intemperiem moderantur, gracilia corpora pinguia reddunt, & scirrosos tumores a lenta pituita exortos, propulsant. 62

Hepaticis prodest, à psora purgat, ὀρεξιν
Proritat, ferrum mirificeque trahit.

Stomachi.

CUm aquis *Gurgitelli* conveniunt, puriores tamen ac tenuiores quasi ex Stillatorio deductæ. Stomachum roborant, phlegma vacuant, purgantque uterum. Post potionem ad uncias octo, nec dormito, nec aliud quidpiam bibito, aut edito. Biliosis (ut cum *Celso* loquar) mirifice prosunt.

E Cum ex aquis *Gurgitelli* discesseris, iter ad dexteram faciens Orientem versus alia reperies aquas ex radicibus *Epomei* scatentes claras, pellucidas, gustatui dulces, & crassæ. Antiquis vulneribus præstò sunt, aluminis vigorem præ se ferentes. Morbo Gallico, Aphris, Sporæ, Hepati subveniunt, & potione, & ablutione, & fomentis.

Dentium.

PRædominatur aurum his aquis, ferrumque subsequitur, exilisque sulphuris vapor. Parva enim hujusce aquæ portio, nunquam liquescere potuit, nisi aquæ chimicæ auxilio, salis armoniaci parte addita. Dentium dolori, gingivisque excarnificatis affert medicinam potu & gargarizatione. De quibus, hæc carmina:

Est & ad Occiduam partem quæ vertitur unda
Languentem stomachum quæ reparare valet.
Quique Orientales spectat calidissimus oras
Fons, Dentem haud ulla parte dolere sinit.
Fons quoque ad Occiduam plagam conversus, ocellis 63

Prodest, & capiti mite levamen adest.
Quam vulgo Sinigalla vocant, podagræ, atque dolori
Juncturæ, Ischiadi præstat opem & Chiragræ.

Cotti, vel *Cajuncarum.*

EX uno erumpunt capite; mox derivantur. Æs, Chalcantum, sulphurque redolent. In petrosis rupibus coguntur, & ex quadam materia guttæ prorumpunt, quæ musco, licheni, vel pulmonariæ comparatur. Guttam oculorum, gingivarumque affectiones juvant, capitisque fluxiones præsertim atque calidas. Visum, auditumque recreant. Asmaticis maximo sunt adjumento; curantque vulnera igne, aqua, oleo calidis, tùm etiam bombardarum ictibus inflicta.

Confert affectis arthritide, pondera splenis
Aufert, inflatum ventriculumque premit.

Ferri.

AQua mediocriter calida, clara tamen dulcisque, sulphur olens, quem tamen odorem translata amittit. Potione, ablutione, & gutta est in usu. Et quoniam ferri naturam continet, roborat viscera, sanguinisque sputum coërcet, quod omnibus ferratis aquis contingere scribit *Avicenna.* Hepatis, renum, vesicæ intemperiem moderatur, stomachumque reficiendo, vomitionem retinet. Ictericiem, hydropisim, nocturnas pollutiones, scabiem, & gonorrhœam sanat. Podagræ, paralysi, rheumati strumis, putridis ulceribus, articulis, flatui, spleneticis subvenit.

Auri.

AUreæ quidem aquæ naturæ miraculo observatione dignæ. Cùm anim fons plenus est,
64 aquarum superficies aureo velo obducitur, atque ita ut totus fons auro pellucidus conspiciatur; tunc verò maxime, cum aquæ a Solis radiis verberantur. Quod si quis Balnei virtutem, noscere cupit, *Auri* virtutem non ignoret.

Argenti.

PRope *Aureum* Balneum, exiguo fonte, nitidis dilucidisque aquis *Argenteum* est, quod argentea quoque tela tegitur. Et quæ in *Auro* insunt, in *Argento* quoque inesse, nemo est, qui vereatur. Eaque re tantùm differunt, qua & industria & naturæ actione differre coguntur.

Calæ Umbraschi.

SAliens aqua, quæ illicò veluti ex rupe præcipitat. Calida, lucida, dulcis, aëris, aluminisque mixtione. Capitis, nervorum, articulorumque morbos solvit.

Colatæ.

CAlidissimæ, quibus linteis abstergendis lixivii loco mulieres utuntur. In ipsis ova coquunt, glabrant sues, cæteraque conficiunt, quæ calida ad ignem aqua confici solent. Quamobrem caliditate cæteris antecellunt. Excrementa nitida apparent, atque idcircò aliquid aëris ostendunt. Morbos frigidos & humidos; oculorum, aurium, capitis affectiones, tùm in primis Hemicraniam, pituitamque expellit. Paralyticis, Epilepticisque medetur. Frigidas ex memoria superfluitates ejicit. Asmaticos juvat. Perpetua æstate, tum regnante Canicula prodest. Si qua mulier lacte caruerit, panemque in hac aqua intinxerit, ederitque, lac copiose provocabit.

Sinigallæ.

ODoratis aquis, lacteo colore, liquidi aluminis mixtione, etsi argillosa ibi terra, cinere, calce, gypso illita. Non tantum adultis, 65 viribusque valentibus, sed etiam puerculis, veluti Balnea *Gurgitelli*, & *Fontanæ* est utilitati. Pituitosos morbos, nervorum articulorumque dolores, membrorum contractiones sublevat. Nullusque morbus est ex busto ad pedes, quin aut prorsus sanet, aut aliqua ex parte levet. Luto Balnei ad membrorum contractiones sanandas utuntur.

Bagnitelli.

EXiguum profecto Balneum, sed aurium surditati præsto est. Cujus rei Figuli quotidie periculum faciunt, cùm accenso in fornacibus igne, sibilo, surditateque laborare consueverint.

Fontis retis.

VIsceribus, renibus, & vesicæ est medicamento.

Convulsiones, scabiem, Lienis morbum sanat. Lentigines, impetigines, capitis & stomachi dolorem, oculorum lacrymas, & Egilopas aufert. Visui, & vomitionibus prodest. Phlegma solvit. Lombardus:

Deterget scabiem, nervos mollescere cogit,
Fit procul hinc capitis, fit stomachique dolor.
Constringit lacrymas, vomitum, pellitque rigorem,
Phlegma liquat, gravidis est medicina potens.

Capitelli.

SAlsis aquis, sulphureisque secundo gradu calidis, quæ affectiones per cutem serpentes, & scabiem, impetigines, Dothienosque apud *Græcos*, sanat.

S. Restitutæ.

CAlidas habet aquas exsiccantes, roborantesque. Podagricis afferunt utilitatem. Inflationes 66
Hypochondriorum prohibent. Flatuosam congeriem, ventrisque & uteri tumorem dissolvunt. Colicos dolores repellunt, albasque humiditates in mulieribus purgant. Nemini hoc Balneum, nisi *Jasolino* cognitum.

S. Montani.

CAlidum, salsum, pellucidum, cui sal, sulphur, æs dominatur. Articulorum doloribus, colli præsertim, Ischiadis, podagris, crurum tumoribus, stomacho est valde commodum. Crassos humores dissolvit. Intestinorum ventum fugat. Mulieribus, quæ abortum facere solent, uterum reficiendo, nimis familiare.

Citaræ.

BAlneum phreneticis, tenasmo, sterilibus mulieribus, capitis dolori, quartanæ nimium confert. Semine viros auget, & mulieres lacte. Convulsiones, anusque onus deprimit. Vomitionem provocat, alvumque ciet potione. Vires roborat, & Venerem excitat.

Tenesmum, sterilem, curatque phrenitida, spasmo
Succurrit, capitis hinc dolor omnis abest.
Quartanam delet, mammis lac, testibus auget
Sperma virum (Juvenes quod faciunt hodie.)

Agnonis.

AQuis ad littus calidis, salsis, sulphureisque scabiem, furunculos, dortenas, psoram, impetigines, pellis asperitatem tollit.

Saliceti.

PErennibus, calidissimisque aquis, *Colatæ*, & *Gurgitelli* similibus. Sulphureo odore, ferreo colore. Calefaciunt, & siccant vehementer.

67 Morbo articulari, podagræ, renibus, aſmaticis, oſſium fracturis, ſcabiei, utiliſſimum.

Gradonis.

TErtio caliditatis gradu, ſale & bolo *Armeno* illitum. Calidis morbis ſanandis efficax. Crurum tuberibus utile, eorumque pervetuſtis ulceribus. Dilatatis teſticulorum venis, digitorum reduviis, ſcabroſis unguibus ſalubre.

S. Angeli.

EFficaciſſime morbos ſanat, qui ab aquis *Calæ Umbraſchi* ſanantur.

Dojani, vel *Ulmitelli.*

SEcundo gradu calidum, tenditque ad tertium. Ejus origo nitroſa, cum aliqua ſalis gemmæ parte, & alumine, immixto chalcante, & bitumine; quæ omnia optime à Stillatoriis dignoſcuntur. Guttam frigidam, ſtomachi rugitum, teneſmum, calculum, renum dolorem, oculorum lippitudinem, anhelitus difficultatem, olentem animam, ſpleniticos, cordis palpitationem ſanat.

Anthritim pellit, lepram, ſtomachique rugitum;
Teneſmo prodeſt, Iliacoſque juvat.
Spiritui, lippis, quartanæ ſubvenit, arctum
Dilatat guttur, diminuit lapidem.
Liene affectis, παλμῷ καρδίης καὶ ἰᾶται
Præſto eſt pulmoni, è corpore phlegma fugat.

Fons Nitrolis.

EXtremo Epomei ventre ſcatet; & quamvis calida aqua, cùm tamen friguerit, coquendis cibis, potuſque uſui commodior. Refrigerat, temperatque viſcera, quapropter mulieribus optima corporis habitudo, quæ in illis ſæpius lavant.

Subcellarii.

BAlneum veſicæ morbo, vrinæ ardori, cal-
68 culo, teneſmo, lentibus febribus medetur. Lætitiæ & animi tranquillitati confert. Tuſſim expellit. Stomachum roborat. Scabiem ſanat. Labiorum fiſſuras conglutinat. Dentium, gingivarum, oris affectiones propulſat. Mulierum faciem purgat, livorem ſanguinis, quem verbera induxere, avertit.

Teneſmo, intermittenti confertque τριταίῳ,
Veſicæ prodeſt, phlegmaticæque febri.
Prolongat crines, & frigida membra reſolvit,
Deterget vultum, liberat à ſcabie.

Plagæ Romanæ.

QUod non longe abeſt à *Succellario*, in hortis qui fructuum plantarumque amœnitate, *Nympharium*, appellantur, æris, ferrique mixtura. Aquis primo gradu calidis, tantæ tenuitatis, ut cum alio transferuntur, ſubtiliores ſolvantur partes, virtutemque amittant. Oculos juvat. Viſus aciem acutiorem reddit. Crurum fracturæ confert, callumque fractis oſſibus inducit. Capillos decidentes, denteſque mobiles firmat. Vertigini, calculo, ſterilitati, menſtruo, aſmaticis, cordis, pulmoni, tuſſi, colicis doloribus, hæmorrhoidibus præſto eſt.

Pituitæ confert, ſalſus quam procreat humor,
Pruritum ex oculis tollere fama refert.
Lacrymulas cohibet, teneros confortat ocellos,
Expurgat bilem, pectora læta facit.
Cordi imbecillo robur mirabile præſtat;
Gutturis amplificat πνεύμονος *atque ſinus.*
Tuſſim ſedat, neve cadant firmatque capillos;
Pruritum, & crurum fragmina ſanat aqua hæc.

Nitroſi.

IN eadem plaga, Balneum calidiſſima aqua emanans. Scabiem & pruritum ab atra bile, & pituita proficiſcentem ſanat. Juvatque renum dolores, & Ictericos. Alvum ciet. Debilibus 69
vires addit. Rheuma & tuſſim removet. Genitalium quoque pruritum explodit

Phlegmate pruritum fugat aut ex bile μελαίνῃ,
Nephritis, tuſſis, ſit procul hinc ſcabies.
Ventriculum ſolvit, conſumptos recreat artus,
Subvenit Ictericis, rheumaticiſque malis.

Saxi.

SEmper incognitum. Alterum inter ſaxa, morbo articulari frigido, alterum prope littus, calido idoneum.

Sunt duo, quorum unum gelidæ eſt medicina podagræ,
Ἄλλο δὲ τῆς θερμῆς φάρμακον ἐλλόγιμον.

Hortorum Pontani.

POtu renum dolores, ictericos, hypochondriacos, atram bilem, impetigineſque arcet. Sunt & aliæ paſſim aquæ, aut inter vepres & ſaxa, aut inter terræ aggeres obrutæ. Quarum aliquando, ut cæterarum virtus alicujus induſtria enitebit.

EBOLITANI Vatis *Carmina de Balneis* propono. Neque verò ſyllabarum quantitas quærenda eſt, cùm rerum tantùm naturalium quæramus auxilia. Imaginis rugas fuco noluit auctor implere; Nos eam tantummodo amemus ſimplicitatem. Sic in veteri manuſcripto Codice.

Incipiunt

NOMINA ET VIRTUTES BALNEORUM.

INter opes rerum Deus eſt laudandus in illis,
In quibus humanæ deficit artis opus.
Res ſatis eſt dictu mirabilis horrida viſu,
A tormentorum provenit æde ſalus.
Nam quæ defunctos aqua fervens punit in imis,
Hæc eadem nobis miſſa miniſtrat opem. 70
Cætera cum rebus curantur regna, ſyropis,
Balnea quæ curant, terra laboris habet.
Vos igitur quibus eſt nullius gutta metalli,
Quærite quæ gratis auxiliantur aquis.
Quarum virtutes & nomina maxime Cæſar
Præſens pro veſtra laude libellus habet.

De Balneo, quod *Sudatorium* dicitur.

ABſque liquore domus benè ſudatoria dicta,
Nam ſolo patiens aëre ſudat homo.
Ante domum lacus eſt ranis plenuſque colubris,
Non fera non piſces inveniuntur ibi.
Ingreditur ſi quis parvæ teſtudinis umbram,
More nivis tactæ corpora Sole madent.
Evacuat chimos, leve corpus reddit, in ipſo
Quovis appoſita eſt vaſe caleſcit aqua.
Hæc aqua languentes reſtaurat, & ilia ſanat,
Ulcera deſiccat ſub cute, ſi qua latent.
Hac te Germanus Capuæ caput æde repertum,
Hac ſacra Paſchaſii paſcua te retulit.

De Balneo, quod *Sulphetara* dicitur.

MOllificat nervos lavacrum de ſulphure dictum,
Ceſſat in hoc ſcabies, infectaque membra novantur,
Imprægnat ſteriles, capitis, ſtomachique dolores
Deſtruit, & lacrymas in lumine ſtringit aquoſas

Ad

Ad vomitum prodest, oculos bene reddit acutos,
Phlegmata dissolvit: febrem cum frigore tollit,
Præsertim si præveniat purgatio terna,
Intrabis securus aquas. nam corpora pura
Quam semel accipiunt servant sine labe salutem.
Inspirant quocunque modo. non Balnea culpes,
Effectum virtutis ama. nam sæpe videmus
Quod fugiunt nares: fugat licet à corpore morbos.

De Balneo, quod *Bulla* nuncupatur.

71 EST aqua, quæ bullit, & ob hoc benè Bulla vocatur,
Humani quantum Bulla timoris habet.
Ut rogus inspirat saxis crepantibus intus:
Sic locus ignitus corda fragore movet
Quam metuenda magis tanto, magis utilis ægris,
Si studeat in ea sæpe lavare caput.
Et si fortè carent quo possunt membra lavare,
Alterius curent sumere fontis aquam.
Hæc virtute loci præstat calefacta salutem
Luminis antidotum, seu medicina potens.
Hæc caput emendat, matricem purgat, & inguem
Liberat, & splenem, congruè purgat hepar.

De Balneo, quod *Astrumis* dicitur.

DEntibus Astrumis prodest, quos revera relaxat,
Hic redit ad solitum si cadat uva locum.
Faucibus apta satis brancos ex rheumate passis
Et læsis oculis hæc aqua præstat opem.
Pulmonem recreat, quem tussis causa fatigat,
Inflammat corpus, cui dominatur aqua.
Incitat os dapibus, stomachi fastidia tollit,
In multis aufert rheumatis omne malum.
Pigritiem tollit membrorum, pectora lenit,
Vocem ad obsequium pectoris aptat iter.
Sæpius inde solet multis occasio nasci
Ne fluat à summo vertice plegma vetat.

De Balneo, quod *Juncaræ* dicitur.

BAlnea Juncaræ, quæ sunt in littore ponti,
Prosunt consumptis: ni sit adusta cutis,
Pectoris amissas reparant in corpore vires
Lætificant animos, gaudia sumpta fovent,
Quæ veniunt per se mentis suspiria tollunt,
Et faciunt alacres in muliere viros.
72 Efficiunt Veneris renes ad prælia fortes,
Confortant stomachum, lumina læsa juvant.
Quas hominum certus febres interpolat usus
Annihilant, nec non triste medetur hepar,
Talibus usus aquis discrimina nulla timebit,
Quæ quandoque solent extenuare cutim.

De Balneo *Plagæ*, quod *Balneolum* dicitur.

INter aquas pelagi prope litus sub pede turris
Magnus in effectum fons breve nomen habet.
Balneolum dictum tantæ virtutis amœnum,
Ut patiens illic sentiat esse Deum.
De morbo quocunque doles, seu caumate quovis
Lotus aqua tali tempore liber abis.
Et caput, & stomachum, renes & cætera membra
Confortat tepidam si renovabis aquam.
Hæc prodest oculis, oculorum nube fugata,
Consumptos reficit quos tenet ægra fames,
Materiam tritei consumit, & amphimerini
Hoc gens plus aliis Parthenopensis amat.

De Balneo, quod *Foris Cryptæ* dicitur.

LYmpha Foris Cryptæ juxta maris abdita litus
A stomacho pellit debilitatis onus;
Sed nocet hydropicis, cum sit dulcissima potu,
Vim consumendi non habet unde nocet.
Leviter ignitos assueto refrigerat artus,
Pulmonem læsum sanat, & inde jecur.
Pectoris antidotum tussis medicamen amicum
Desiccata febris caumate membra rigat.

A Ipsa per occultos telluris ducta meatus
Subvenit ægrotis, est quibus ægra cutis.
Ut dicunt veteres satis est mirabile dictu
Ipsa Foris Cryptæ Bullæ ministrat aquam.

De Balneo, quod *de Petra* dicitur. 73

CUi Petra dat nomen, mirum reor esse lavacrum,
Quod lapidem possit frangere, nomen habet.
Et caput à multis facit absentare querelis,
Auribus auditum præstat, & addit opem.
Lumina detergit tunicis maculosa fugatis,
Pectoris, & cordis esse medela potest.
Vesicas aperit, à renibus urget arenam.
B Hujus aquæ potus interiora lavat.
Quamplures vidi calidam potare petrosos,
In quibus urina post lapidosa fuit.
Vos igitur quibus est durus cum pondere mictus,
Assiduus talis potus aquæ liberet.

De Balneo, quod *Calatura* dicitur.

PUlmoni præbet solitam Calatura quietem,
Indè fugat tussim quam grave rheuma parit.
Hæc stomacho vires reparat, vim præbet edendi,
Sæpius assumptas decoquit illa dapes.
Declarat faciem, mentem corroborat, & cor
Lætificat, turpes radit ab ore notas.
C Formidat quicunque phthisim cum tusse paratam,
Ut timor abscedat sæpiùs intret aquam.
Inveterata suis sicut radicibus arbor,
Nequaquam poterit absque labore capi,
Non aliter veteris serpentia semina morbi:
Possunt evelli qualibet arte semel.

De Balneo, quod subvenit homini.

EX re nomen habet lavacrum quod subvenit ægris
Nominis effectum gaudet habere sui.
Purgat pulmonem, deponit pondera splenis,
Depurat tumidum certa medela jecur.
D Tristitiæ causam gelido de pectore tollit,
Humores veteres ventris hæc unda levat.
Defectum stomachi tollit, confortat & ipsum, 74
Ut solito solitas appetat ore dapes.
Vocem sincerat, genus aufert omne doloris,
Talis amatores recreat unda suos.
Hæc etiam deponit onus longævæ podagræ
Hic datur articulis induciata quies.

De Balneo *Sanctæ Anastasiæ*.

ADscribunt homines tibi Anastasa lavacrum,
Usibus humanis commoda multa facit.
Corporis ingrati recreatos efficit artus,
Virtutes etiam corporis unda novat.
E Res miranda quidem: quicunque cavabit arenam,
In medio fossæ fervida manat aqua.
Illa recens in fonte suo symptomata tollit.
Languidus ardorem si patiatur aquæ.
Fonte relicta suo nihil affert utilitatis
Hæc eadem prodest frigida facta parum
Qui petit ergo suo cito de languore juvari,
Sentiet auxilium, si renovabit aquam.

De Balneo, quod *Cantarellus* dicitur.

INter aquas pelagi aqua fervens manat & ipsa
Ni fluat in pontum fictile claudit opus.
F Cùm mare fervescit locus oppugnatur ab undis,
Vix aliquis poterit æger adire locum.
Cantarus humana fruitur virtute mendendi,
Nam plagas veteres consolidatque novas
Ulcera quæ patitur cutis ex humoribus extrà
Cantarus astringit, lumina clara facit
Sanguinis obturat venam quandoque fluentem,
Subvenit artheticis, fit medicina pedum.
Utilis ad febres, & frigora; sed tamen hujus
Usus aquæ lateri continuatus obest.

75 De Balneo, quod *de Prato* dicitur.

EST aqua quam populi de Prato Balnea dicunt,
Creditur à multis hoc Ciceronis opus
Est via difficilis quæ ducit ad inferiora,
In quibus invenit quam petit æger aquam.
Hæc bene visceribus fertur conferre molestis;
Alleviat corpus quod gravat humor iners.
Dicunt & duros mirè mollire lacertos,
Et caput & scapulas ad sua jura trahit.
Lipposos oculos declarat, & ulcera tergit.
In toto pariter corpore præstat opem.
In sudore manens fugiat pro tempore frigus,
Nec potum sumat dùm sua membra calent.

De Balneo, quod *de Arcu* dicitur.

DUlce satis lavacrum, quod nomen sumit ab Arcu,
Virtutem magnæ commoditatis habet.
Hæc aqua consumptos restaurat corporis artus,
Confortat stomachum, arida membra rigat.
Si quis in extremis patitur, festinet ad undam.
Omnia ne dubitet interiora juvat.
Non tamen iis prodest tumidis, quos sarcina ventris
Aggravat, atque dolet splene tumente jecur.
Rem loquor expertam, proprio quam lumine vidi
Teste mihi populo, quæ scio certa loquor.
Vidi consumpto tantum cum pelle relicto
Tempore non longo restituisse cutim.

De Balneo, quod *Tripergula* dicitur.

EST lacus Australis quo portas Christus Averni
Fregit & eduxit mortuos inde suos.
Hæc domus est triplex de jure Tripergula dicta.
Una capit vestes. Altera servat aquam.
Utilis unda satis, multum sudantibus, aufert
Defectum mentis cum gravitate pedum.
76 *Hæc stomachi varias facit absentare querelas.*
Flebile de toto corpore tollit onus.
Debilis atque piger quibus est non multa facultas,
Consulimus tali sæpe fruatur aqua.
Hujus amator aquæ symptomata nulla timebit,
Incolumi semper corpore lætus erit.

De Balneo, quod *Rainerii* dicitur.

BAlnea Rainerii quæ corpora putrida radunt,
Est quorum salsi phlegmatis hostis aqua.
Si sanie, aut scabie pressus celer illa subintret,
A sanie quavis exteriora lavant.
Infectam mundare cutim quicunque laboras,
Utere Rainerio, de cute sanus eris.
Ne tamen incurras iterum discrimina morbi
Terribiles Trituli sanus adibis aquas.
Vidi quamplures defastidire lavacrum,
Fecerat hoc hominum pingue putredo putens.
Rainerii refrenat aquas aqua frigida stagni,
Felix perpingues evacuabit aquas.

De Balneo, quod *Palumbaræ* dicitur.

CRypta palumbarum fuit quia grata palumbis,
Vel quæ quod lumbis fertur obesse parum.
Unda palumbarum læsos cum vertice renes
Sanat, & urinæ sumpta recludit iter.
Ex oculis nebulas, ab auribus excutit Euros
Cardiacam tollit, artheticamque fugat.
Et majora facit, si scis servare diætam.
A salsis caveas, frigida quæque fuge.
Algentis vitabis aquæ consuescere potum,
Utere lymphato quod parit uva mero
Crede mihi quod aquæ faciunt, faciuntque syrupi,
Hæc, bene servetur sola diæta, facit.

77 De Balneo, quod *de Ferris* dicitur.

ANte domum vatis lacus est ibi dictus Averni,
Grande, ruinosum, præminet artis opus.

A *Hoc lavacrum Ferri, quod habet ferruginis instar,*
Dicitur umbrosum, sed caret unda domo.
Si quis hemicraneum patitur quandoque dolorem,
Sive supercilii, sæpiùs intret aquam.
Cùm vitio capitis nubem caliginis aufert,
Tollitur ex oculis sanguis, ab aure sonus.
Si quis aquæ talis vires cognosceret æger,
Collyrio nunquam læsus haberet opus.
Pannosos oculos sincerat, & effetat aures,
Congaudet capiti, cellula trina suo.

De Balneo, quod dicitur *Salviana.*

B *SAlvia diva parens invenit forte lavacrum.*
De proprio tribuit nomine nomen aquæ.
Siccat matrices quovis humore gravatas.
Impregnat steriles, fructificare facit.
Menstrua si forsan fugiant invita redibunt.
Et facit hoc lavacrum, ne sine lege fluant.
Quas patitur matrix, causas hæc temperat ægras.
Unde queri posset fœmina, causa perit.
Vos igitur steriles novæque insignia prolis
Ni vetet annosi temporis ægra dies.
Tam vir, quam mulier, te Salviana frequentet,
Tam vir, quam mulier, frigidus esse potest.

De Balneo, quod *Tritulus* vocatur.

C *EST locus antiqua testitudine ductus in alvum*
Rupe sub ingenti celte cavata domus.
Plena figuratis morborum conscia formis,
Ad quid aquæ valeant, quæque figura notat.
Res miranda satis, satis est horrendaque visu.
Sic veniente die mittitur unda semel.
Hæc eadem partim primum petit æquora, partim 78
Extenuata fluens refluit, unde venit,
Et plus quam dubium Bethsaida, quæ semel anno.
Uni præstabat mota salutis opem.
Hæc aqua quotidie quam multos mota medendi.
Rheuma fugat, stomachum roborat atque Caput.
D *Liberat hydropicos. hinc omnis gutta fugatur.*
Phlegmaticis prodest, febricitare vetat.

De Balneo, quod *Pugillus* dicitur.

CUm maris unda tumet, tanti vacat unda Pugilli,
Pro statione loci tam breve nomen habet,
Est iter obliquum parvam quod ducit ad undam,
Vix hominum septem creditur illa capax
Ani tollit onus, ventrem cessare solutum
Cogit, & hydropicos attenuare potest.
Si patitur cum splene caput, cum frigore corpus
Februerit, certam sentiet æger opem.
Quid de te referam satis admirande Pugille?
Quod proprio vidi lumine testor ego.
E *Aridus usus aqua baculis adductus amicis,*
Discessit sanus non ope vectus egens.

De Balneo *Sancti Georgii.*

EST aqua quæ poterit bene tunc Georgica dici,
Abdita telluris vena ministrat aquam.
Qua nullus poterit flamma non indice fungi.
Nam via sub terris plena timore latet.
Quantum mens hominis timet ingrediendo lavacrum,
Mirificam tantum læta relinquit aquam.
Hæc lapidem frangit, urinam solvit ad usum,
In multis prohibet articulare malum.
Scissaque si crura, si pes, si brachia, si frons
F *Ægrotant, sanctis his relevantur aquis.*
Hoc bene contestor, quidam cùm mingere vellet,
Evomit lapides virga coacta duos.

De Balneo *Imperatoris*, quod *Sol & Luna* dicitur. 79

CÆsaris est lavacrum quod Sol & Luna vocatur,
Sicut Sol stellis prævalet istud aquis.
Omne genus guttæ tollit, genus omne doloris,
Fistula ni violet viribus ossa suis.

Sub-

Subvenit antiquæ lavacrum Regale podagræ,
Ni faciat fractos inveterata pedes.
Sed tamen ignorat, ubi sit tam nobilis unda,
Obruit antiqua fortè ruina locum.
Vos igitur quos longa dies fastidit & ætas,
Quos tàm longævos nutrit adversa polis,
Demonstrate locum, qui Sol & Luna vocatur.
Utilis à multis ædificandus erit.

De Balneo, quod *Arculus* dicitur.

QUi breve nomen habet, magnæ virtutis habetur
Arculus a flammis, quod calet, arcet hepar.
Rheumatis & stomachi vitium de corpore tollit,
Liberat à multa frigiditate caput.
Lyncæis oculis ophthalmita sana ministrat,
Deficit arculea triste papaver aqua.
Et si fortè fugit vigilantia lumina somnus,
Arculus adducto membra sopore fovet.
Balnea quæ Trituli, lympha quoque Culma ministrat,
Arculus in multis hoc operatur idem,
Quamvis inter aquas Trituli sit gratior unda.
Consulo ne dubites hoc breviore frui.

De Balneo, quod *Gimborosus* nuncupatur.

ESt aqua mirandi nimium nova dicta lavacri,
Gimborosorum nomine nomen habet.
Penè per octo gradus patiens descendit ad undam,
Circinat hic & aquas per latus omne gradus.
Ilia componit, vacat in matrice dolorem.
Sanguineos fluxus in muliere vetat.
80 *A superis exire cruor prohibetur, & idem*
Ne fluat insolitis inferiora fugat.
Vesicam curat quotiens urina negatur.
Nulla patet mulier renibus esse salus.
Si lapides, vel si pilos patiantur arenam.
Quolibet à morbo membra gravata juvat.

De Balneo, quod *Culma* dicitur.

INter aquas alias mirabile Culma lavacrum
Cujus ad accessum non via recta patet.
Immò per obliquum modicis acceditur undis.
Monstrat iter dubium prævia flamma tibi.
Unda latens intus sudorem provocat intus,
Et facit ad nervos quos grave rheuma gravat.
Luminibus lumen reddit, vestigia claudis,
Passio ni fuerit inveterata diu.
Rem loquimur certam, non est incognita multis,
Culma nocet sanis, morbida membra juvat.
Hanc igitur caveat, qui non eget arte medendi.
Nam qui forte petit vitet in amne moram.

De Balneo, quod *Petroleum* dicitur.

NOn procul à Culma locus est, qui fundit olivum,
Quod lavacrum multum commoditatis habet.
Hoc vitium lepræ, genus hoc serpiginis omne
Tollit, & à stomacho phlegmata salsa fugat.
Exstinguit choleram, grossos subtiliat artus,
Exhilarat tristes, cor bene reddit ovans.
Noxia de gelidis depellit frigora membris.
Omnia lætantur membra vigore suo
Cujuscunque genas nigra si morphæa notatur,
Hæc aqua rugosas delet ab ore notas.
Virtutem lavacri demonstrat nomen olivi,
Hoc oleum præstat, quod petra sudat aquis.

81 De Balneo, quod dicitur *Spelunca.*

ULtima thermarum, quæ laude spelunca medetur.
Cujus aqua poterit simplice nemo frui.
Ingenio faciente modum capit unda caloris,
Sic intrabit aquas ingeniosus homo.
Cujuscunque velit perimit symptomata guttæ.
Hic fugit hydropisis, tussis in aqua perit.
Ut Galenus ait; si drachmas quinque talenti
Quisquis quotidie sumere curet aquam,
A *Et super & subtus quæ sunt dia flamma medetur.*
Phlegmatis excludit quod nocet omne genus.
Non domus erroris, non est spelunca latronum,
Crypta salutarem continet intus aquam.

De Balneo, quod *Succellarium* dicitur.

ESt succellarium lavacrum quod competit igni,
Lucida quo multum, dulcis & unda manat.
Pondus & ardorem vesicæ solvit in ægris.
Provocat urinam, tentio cujus obest.
Actus oris varii morbi curantur in unda,
Dentes, gingivas, mundificando juvat.
Passus in æstate triteum, vel quotidianam.
B *Aut typicas febres, sentiet ejus opem.*
Pulmonem, jecoris vitio splenisque medetur.
Tussis ob hoc lavacrum pectore pulsa fugit.
Appetit & stomachus ista perlotus in unda.
Nam bene digestus redditur inde cibus.
Lentigo, scabies, turpis pannus faciei,
Hac curantur aqua, quando lavantur ibi.
Reddit prolixos & claros ipsa capillos,
Et totum corpus exhilarando juvat.

De Balneo, quod *Bractula* vocatur.

FAucibus antidotum bene confert Bractula grossis,
Et vox si fuerit rauca fit apta sono.
C *Si patitur capitis puppis vel prora dolorem,* 82
Si dolet oppressum splene tumente jecur,
Sique caligo diem noctis germana minorat,
Omnibus his vitiis Bractula præstat opem.
Quartanam perimit, nec non necat Amphimerinam.
Hic intermissæ febris origo perit.
Vos igitur quibus est odiosa planetica febris,
Hujus si sapitis quærite fontis aquam.
Non opus est intrare semel. nam Balnea quanto
Quis magis ingreditur, tàm magis ipsa juvant.

De Balneo, quod *Fons Episcopi* dicitur.

D *NOmine fons talis fruitur quod epreat ægris,*
Vel quia Pontificis causa reportat opus,
Artheticis prosit, tollet genus omne podagræ,
Hunc habet expertum Pontificale decus.
Et quia Prælatis requies nocet atque perapsis,
In se deficiunt sæpe dolore pedum.
Cùm constipatur cibus intercluditur intus.
Inde dolent ventres, ilia tensa crepant.
Pontifices fontem perquirite Pontificalem,
Utilis est vobis Pontificalis aqua.
Indulgete cibis, ne digestiva fatigent,
Quæ morbi causa sæpius esse solent.

E De Balneo, quod *Orthodonicum* dicitur.

HÆc aqua mirabilis consumptis est bona valde.
Restaurat corpus si capit usus aquæ.
Si fecit extremum subtili corpore febris,
Intret aquam talem, sæpe frequentet eam.
Confortat stomachum. nausea postque fugatur.
Omnibus ephimeris valde paratur aqua.
Hæc manet absconsa telluris lympha meatu.
Hanc non habere potes absque labore gravi.
Cùm flatur australis ad lympham nemo subintret.
Nam via sub terris plena timoris habet.
Vos igitur cunctis ad quos est hectica febris, 83
Cito liberamini fonte fruendo tali.

F De Balneo *Sanctæ Luciæ.*

NOn minus hoc lavacro perutuntur Parthenopenses,
Nam locus est ipse habitatio semper ægrorum
Vel quia non sapiunt virtute lavacri lucis.
Hæc necat ab oculis nebulas & prosit ad aures
Catharatam tollit si non sit inveterata.
Auribus ad sonitum præstat magnamque medelam.
Migraneis prodest qui tempore longo laborant.
Fonte relicta nihil aqua confert utilitatis.

Crebrò renovetur lympha subente nova
Et vidi quendam de lumine stare privatum.
Tempore non longo restituisse visum
Istis consulimus sæpe fruantur aquis.

De Balneo, quod *Scrupha* vocatur.

MUlti mirantur hujus de nomine lymphæ.
Ignorant causam de Scrupha quare vocatur.
Nam fuit inventa lavari hac semel unda.
Vel quia ad scrophulas est medicina bona.
Mundat & consolidat scabiem cum chimine lepræ
Talibus usus aquæ scabies quæcunque medetur.
Tollunt petigines quæ fiunt phlegmate salso.
Hæc valet artheticis, & confert atque podagræ.
Ad pondus ventris mire juvare scias.
Maximè si fuerit hæc stiptica post medicinam.
A salsis caveat legumina nullaque sumat
Utilis est multis ædificanda scitur.

De Balneo *Sanctæ Crucis.*

HOc lavacrum Crucis satis est laudabilis unda.
Jam quibus podagra condominata fuit.
Confortat nervos, & phlegmata pellit ab ipsis.
Prodest hydropicis, quæ fit ex phlegmate salso
Ipsam consumit splene tumente jecur
Ventribus unda juvat: quibus hypochondria gravat.
84 *Ad guttam frigidam nervis intus remanentem.*
Frequentent lympham quæ crescit devacuata.
Hoc lavacrum vidi quendam crebrò visitare,
Qui minimè poterat ad ora porrigere manus.
Tempore non longo lymphæ virtute fruendi
Teste mihi Christo sanus & hinc rediit.

Suscipe sol mundi tibi quem præsento libellum.
De tribus à Domino tertius iste venit.
Primus habet partes civilis in arte triumphi,
Mira Federici gesta secundus habet,
Tàm loca, quàm vires, quàm nomina pene sepulta.
Tertius orbatas iste reformat aquas.
Cæsaris ad laudem nos scripsimus ecce libellos.
Firmius est verbum quod stat in ore trium.
Si placet Annales veterum lege Cæsar avorum,
Semper in Augusto nemo Poëta fuit.
Ebolei Vatis Cæsar reminiscere vestri,
Ut possit nati scribere facta tui.

Ab *Antonio Januario* Ladislai Regis familiari accersitum fuisse Notarium *Dionysium de Sarno*, ipsemet testatur, qui publico diplomate scriberet apud Regem marmoream esse tabellam *Puteolis* in loco, qui *Tre Colonne* dicitur, repertam, in qua *Salernitanorum* Medicorum, qui *Puteolanas* Balneas everterant, hujusmodi memoria erat:

SER ANTONIUS SULIMELA, SER PHILIPPUS CAPOGRASSUS, SER HECTOR DE PROCITA FAMOSISSIMI MEDICI SALERNITANI SUPRA PARVAM NAVIM AB IPSA CIVITATE SALERNI PUTEOLOS TRANSFRETAVERUNT CUM FERREIS INSTRUMENTIS INSCRIPTIONES BALNEORUM VIRTUTUM DELEVERUNT, ET CUM REVERTERENTUR FUERUNT CUM NAVI MIRACULOSE SUBMERSI.

85 *BALNEARUM CANONES.*

Medice,

NAturales Balneas experientia cognoscito.
Corporis affectiones optime explorato.
A Si quid erit supervacuum expurgato.
Ætatis, sexus, virium, rationem habeto.
Ab utentis temperie, tolerantia, consuetudine, normam sumito.
Certos dies ne præfinito, sed necessitas & robur terminus esto.

Ægroti ad Balneas accessuri,

INcommoda in itinere cavento.
Commodas Balneas eligunto.
Insalubrem spiritum certis anni temporibus in Balneis mineralibus præsciunto.
B Hiemis algores, aërisque intemperies, ab iis vos arcento.
Dierum delectum habento.
Imbecilles, biduò saltem quiescunto.
Altero biduo cùm pervenire licuerit, quietem servanto.

Balneas ingressuri,

VEre ineunte, & per æstatem, per totum æquinoctium lavanto.
Sole ab ortu ineunte, & à vesperis ad Occasum trium horarum instar declinante, Balneas ingrediuntor.
Præparationem, si opus fuerit, reiteranto.
C Alvum dejiciendum adhibita quoque arte, curanto.
Aquas, non nisi facta concoctione, ineunto.
Corpus exercitatione ante lavationem non incendunto.
Varias Balnearum aquas vitanto.

Cum ingressi fueritis,

ANimi hilaritatem amplectuntor.
Quantum robora patiuntur, toleranto. 86
Suaviter vosmetipsos componentes, tacento.
Ne prævaricantor.
D Ad humeros cunctanter, ut caliditatem toleretis, vos immergunto.
Donec digitorum pedes rugas contraxerint, vel sudor circa frontem apparuerit, lavanto.
Si bis die innatare cupieritis, à matutina innatatione, ad vespertinam, & à prandio ad cœnam, octonæ horæ intercurrunto.

Ex aquis egredientes.

STatim ad cubiculum vestimentis curiose involutis accedunto.
Contractam humiditatem linteis calidis exsiccanto.
E Per horam plus minus in lecto sudanto.
Inde paululum ad conceptam ex Balnei calore inflationem ambulanto.
Mox si mane fuerit prandento; si vespera cœnanto.
Alimenta boni succi capiunto.
Panem bene fermentatum comedunto.
Pulmentaria ex farina abdicanto.
Vinum mediocris substantiæ, minùs austerum, neque dulce bibunto.
Omnia aquæ pocula fugiunto.
F Reliquis rebus, etsi interdictis, electis tamen, utuntor.
Crapulam & ebrietatem vitanto.
Consueti cibi modum ne transgrediuntor.
A prandio nullo pacto dormiunto.
Venerem longiùs ableganto.
Sic deinceps ægroti vivant, ut iterum ad Balneas accedere non compellantor.



INDEX

INDEX
VIRTUTES AQUARUM RECENSENS,
Cui in veteri Editione præmiſſa erant ſequentia:

Indicem Balneis ab Ebolitano deſcriptis præfixit Arnaldus è Villa Nova, illuſtris ſua ætate Medicus. At quoniam Pithecuſanas addidimus aquas, indicem amplificare non dubitavimus.

A.

AMphimerinæ *ſubveniunt aquæ* Balneoli, Bracculæ.
Anginis *ſubveniunt aquæ* Aſtruni.
Anhelitus difficultati *ſubveniunt aquæ* Ulmitelli.
Anui *ſubveniunt aquæ* Pugilli, Citaræ.
Apoplecticis *ſubveniunt aquæ* Fornelli.
Appetitui *ſubveniunt aquæ* Epiſcopi, Subveni homini, Fatarum, Gurgitelli.
Ardori *ſubveniunt aquæ* Subcellarii, S. Anaſtaſiæ.
Arenulæ *ſubveniunt aquæ* Subcellarii, Gibboroſi, Fornelli.
Articulis *ſubveniunt aquæ* S. Luciæ, Bullæ, Scrophæ, S. Crucis, Palumbariæ, Speluncæ, Dentium, Fornelli, Calæ Umbraſchi, Ferri.
Auribus *ſubveniunt aquæ* Bullæ, Cajuncarum, Colatæ, Palumbarum, Petræ.

B.

BIlioſis *ſubveniunt aquæ* Stomachi.
Brachiis *ſubveniunt aquæ* S. Georgii.

C.

CApillis *ſubveniunt aquæ* Fornelli, Subcellarii, Plagæ Romanæ.
Capiti *ſubveniunt aquæ* Bullæ, Juncariæ, Petræ, S. Luciæ, Pugilli, Fornelli, Calæ Umbraſchi, Fontis retis.
Chardiacæ *ſubveniunt aquæ* Palumbariæ.
Chiragræ *ſubveniunt aquæ* Speluncæ, Dentium.
Cicatricibus *ſubveniunt aquæ* Rainerii.
Claudis *ſubveniunt aquæ* Culmæ.
Colicis doloribus *ſubveniunt aquæ* S. Reſtitutæ.
Contractionibus *ſubveniunt aquæ* S. Crucis, Colatæ.
Convulſionibus *ſubveniunt aquæ* Citaræ.
Cordi *ſubveniunt aquæ* Petræ, Colaturæ, Tripergulæ, Petrolei.
Cordis palpitationi *ſubveniunt aquæ* Ulmitelli.
Cruribus *ſubveniunt aquæ* Solis & Lunæ, Gradonis, Plagæ Romanæ.

D.

DEbilitati *ſubveniunt aquæ* Subſidii hominum, Prati, Arcus, Tripergulæ, S. Nicolai, Pugilli, Fatarum, Fornelli, Fontanæ.
Dentibus *ſubveniunt aquæ* Aſtruni, Ferri, Dentium, Cajuncarum.
Diaphragmati *ſubveniunt aquæ* Speluncæ.
Dothienis *ſubveniunt aquæ* Capitelli.
Dyſenteriæ *ſubveniunt aquæ* Caſtiglionis.

E.

EPilepticis *ſubveniunt aquæ* Colatæ.

F.

FAucibus *ſubveniunt aquæ* Aſtruni.
Febribus Chronicis *ſubveniunt aquæ* Juncariæ.
— Errantibus *ſubveniunt aquæ* Orthodonici.
— Hecticis *ſubveniunt aquæ* Subcellarii.
— Longis *ſubveniunt aquæ* Pugilli.
— Phlegmaticis *ſubveniunt aquæ* Fornelli.
— Pituitoſis *ſubveniunt aquæ* Petræ.
— Tepidis *ſubveniunt aquæ* Subcellarii.
Femoribus *ſubveniunt aquæ* Speluncæ, Dentium.
Ferro eliciendo *ſubveniunt aquæ* Cantarelli, Fatarum, S. Georgii, Solis & Lunæ, Epiſcopi, Fontanæ, Gurgitelli.
Fiſtulæ *ſubveniunt aquæ* Cantarelli.
Flatui *ſubveniunt aquæ* Ferri, S. Reſtitutæ.
Fluoribus muliebribus *ſubveniunt aquæ* Gibboroſi.
Fluxionibus *ſubveniunt aquæ* Ferri.
Fluxui *ſubveniunt aquæ* Gibboroſi.
Frigidæ intemperiei *ſubveniunt aquæ* Fornelli.
Fronti *ſubveniunt aquæ* S. Georgii.

G.

GIngivis *ſubveniunt aquæ* Ferri, Dentium, Cajuncarum.
GonorrhϾ *ſubveniunt aquæ* Ferri.
Guttis *ſubveniunt aquæ* Solis & Lunæ, Tritulæ, Speluncæ, Gibboroſi, Dojani.

H.

HÆmorrhoidibus *ſubveniunt aquæ* Pugilli.
Hemicraneæ *ſubveniunt aquæ* Ferri.
Hepati *ſubveniunt aquæ* Ferri, Petræ, Arculi, Subcellarii, Fontanæ, Caſtiglionis, Gurgitelli.
Hilaritati *ſubveniunt aquæ* Epiſcopi.
Hydropicis *ſubveniunt aquæ* S. Crucis, Speluncæ, Fornelli, Tritulæ.
Hypochondriacis *ſubveniunt aquæ* S. Crucis, Speluncæ, Fornelli, Foris Cryptæ.

I.

ICtericis *ſubveniunt aquæ* Plagæ Romanæ.
Jecori *ſubveniunt aquæ* Foris Cryptæ, Ferri.
Iliacis *ſubveniunt aquæ* Gibboroſi, Epiſcopi.
Impetigini *ſubveniunt aquæ* Fontis retis, Capitelli, Rainerii, Agnonis.
Interaneis vitiis *ſubveniunt aquæ* Ferri.
Interioribus *ſubveniunt aquæ* Petræ, Arcus, Caſtiglionis.
Iſchiadi *ſubveniunt aquæ* Speluncæ, Dentium, S. Montani.

L.

LAcrymis *ſubveniunt aquæ* Ferri, Fontis retis.
Lacti *ſubveniunt aquæ* Colatæ, Fontanæ.
Lapidi *ſubveniunt aquæ* Petræ, Fontanæ, S. Georgii, Fornelli, Gurgitelli.
Laxatis *ſubveniunt aquæ* Solis & Lunæ.
Lentigini *ſubveniunt aquæ* Foris Cryptæ.
Leproſis *ſubveniunt aquæ* Rainerii, Scrophæ, Ulmitelli.
Licheni *ſubveniunt aquæ* Scrophæ.
Lieni *ſubveniunt aquæ* Fornelli Ulmitelli.
Lumbricis *ſubveniunt aquæ* Caſtiglionis.

M.

MAculis faciei *ſubveniunt aquæ* Petrolei, Culmæ.
Matrici *ſubveniunt aquæ* Bullæ, Sulphetariæ, Salvianæ, Gibboroſi.
Membris conſumptis *ſubveniunt aquæ* Foris Cryptæ, Orthodonici, Juncariæ, Pugilli, Gurgitelli.
Mentis defectui *ſubveniunt aquæ* Tripergulæ, Colaturæ.
Morbo cuicunque *ſubveniunt aquæ* Gibboroſi.
Morbo Gallico *ſubveniunt aquæ* Stomachi.

Mor-

Morphææ *subveniunt aquæ* Petrolei.
Mucoribus *subveniunt aquæ* Gibborosi.
Mulieribus abortum facientibus *subveniunt aquæ* S. Montani.
Mulieribus sterilibus *subveniunt aquæ* Salvianæ, Gurgitelli.

N.

NAuseæ *subveniunt aquæ* Fatarum, Fontanæ.
Nephritidi *subveniunt aquæ* Speluncæ.
Nervis *subveniunt aquæ* Calæ Umbraschi, Colatæ, S. Crucis, Culmæ, Scrophæ, Speluncæ.

O.

OCulis *subveniunt aquæ* Bullæ, Astruni, S. Anastasiæ, Prati, S. Luciæ, Arculi, Ferri, Palumbariæ, Bracculæ, Dentium, Cajuncarum.
Ossium fracturis *subveniunt aquæ* Ferri, Fontanæ, Saliceti.

P.

PAralysi *subveniunt aquæ* Fornelli, Ferri, Colatæ.
Pectori *subveniunt aquæ* Astruni, Foris Cryptæ, Petræ.
Phlegmati *subveniunt aquæ* Ferri, Fontis retis, Stomachi.
Phthisi *subveniunt aquæ* Orthodonici.
Pilis *subveniunt aquæ* Plagæ.
Pituitæ *subveniunt aquæ* Fornelli, S. Crucis, Colaturæ.
Pleuritidi *subveniunt aquæ* Astruni.
Podagræ *subveniunt aquæ* Subsidii hominum, Tripergulæ, Scrophæ, S. Crucis, Solis & Lunæ, Episcopi, Fatarum, Fornelli, Speluncæ, Saliceti.
Pollutionibus nocturnis *subveniunt aquæ* Ferri.
Prurigini *subveniunt aquæ* Ferri, Culmæ, Petrolei.
Psoræ *subveniunt aquæ* Agnonis.
Pulmoni *subveniunt aquæ* Foris Cryptæ, Fornelli.
Putredini *subveniunt aquæ* Rainerii.

Q.

QUartanæ *subveniunt aquæ* Balneoli, Subcellarii, Fornelli, Ulmitelli.

R.

RAucedini *subveniunt aquæ* Culmæ, Bracculæ.
Renibus *subveniunt aquæ* Juncariæ, Petræ, Fontanæ, Ferri, Saliceti, Dojani.
Rheumati *subveniunt aquæ* Ferri, Arculi, Castiglionis.
Ruptis *subveniunt aquæ* Solis & Lunæ.

S.

SAnguinis fluxui *subveniunt aquæ* Solis & Lunæ, Cantarelli.
Sanguinis sputo *subveniunt aquæ* Ferri.
Scabiei *subveniunt aquæ* Rainerii, Scrophæ, Subcellarii, Fontanæ, Castiglionis, Gurgitelli, Ferri, Capitelli, Agnonis, Saliceti.
Scrophulis *subveniunt aquæ* Scrophæ.
Somno *subveniunt aquæ* Fontanæ, Arculi.
Spleni *subveniunt aquæ* Ferri, Subcellarii, Pugilli, Cajuncarum.
Stomacho *subveniunt aquæ* Foris Cryptæ, Juncariæ, Othodonici, Colaturæ, Arcus, Tripergulæ, S. Nicolai, Arculi, Subcellarii, Palumbariæ, Episcopi, Fatarum, Fornelli, Gurgitelli, Stomachi, Ferri, Fontis retis.
Strumosis humoribus *subveniunt aquæ* Castiglionis, Ferri.
Surditati *subveniunt aquæ* S. Luciæ, Fornelli.
Symptomatibus *subveniunt aquæ* Tripergulæ.

T.

TEnesmo *subveniunt aquæ* Citaræ, Dojani.
Testiculis *subveniunt aquæ* S. Crucis.
Testiculorum pruritui *subveniunt aquæ* Nitrosi.
Tristitiæ *subveniunt aquæ* Subveni homini.
Tussi *subveniunt aquæ* Foris Cryptæ, Colaturæ, Subcellarii, Speluncæ.

V.

VEneri *subveniunt aquæ* Juncariæ.
Ventri *subveniunt aquæ* Astruni, Subsidii hominum, Arcus, Scrophæ, S. Crucis, Pugilli, Castiglionis.
Ventriculo *subveniunt aquæ* S. Crucis, Astruni, Ferri, Cajuncarum.
Vertigini *subveniunt aquæ* Fornelli.
Vesicæ *subveniunt aquæ* Petræ, Fornelli, Ferri.
Visceribus *subveniunt aquæ* Ferri, Prati, S. Crucis.
Ulceribus *subveniunt aquæ* Ferri, Cantarelli, Solis & Lunæ.
Ulceribus crurum *subveniunt aquæ* Gradonis.
Unguibus scabrosis *subveniunt aquæ* Gradonis.
Voci *subveniunt aquæ* Astruni, Bracculæ.
Vomitioni *subveniunt aquæ* Ferri, Fontis retis, Citaræ.
Urinæ *subveniunt aquæ* Subcellarii, Castiglionis.
Utero *subveniunt aquæ* Ferri, Stomachi, S. Restitutæ.
Vulneribus *subveniunt aquæ* Stomachi, Cajuncarum, S. Crucis.

INDEX
NOMINUM, RERUM ET VERBORUM.

ADjutorii *Balneum.* 25. E
Adrianus *Imperator, omnes promiscue publicis balneis admisit.* 7. A
—— *apud Corinthios balneas impensa sua exstruxit.* 15. D
Ædilitiæ *cognitionis erat thermis consulere.* 3. D
Ægroti *circa Balneas quæ habeant observanda.* 44. A
Ægyptiorum *Sacerdotes quoties laverint.* 8. C
Ænaria (*in*) *Insula Balneæ a quo inventæ.* 31. B
Æs Thermarum *in balneis quid dictum.* 14. A
Æthiopes *Macrobii fonte abluebantur.* 8. C
Ætolicæ *Thermæ.* 14. F
Agnanus *lacus.* 22. B
Agnonis *Balneum.* 34. F
Agonalis *Circus.* 3. C
Agricolæ (*Georgii*) *de Balneis, quæ oculis medicinam afferunt, sententia.* 26. B. C
Agrippa *plurima balnea instituit.* 6. F
Albulæ *aquæ, Iciæ sacræ.* 2. B. 6. E
Alexander Severus *Imperator, balnea mixta exhiberi prohibuit.* 7. B
—— —— *Balneatores non nisi servos suos habuit.* 14. D
Alipillus, *minister in balneis.* 13. B
Alipta, *vel* Aliptes, *minister in balneis.* 13. B
Alphonsus, *Rex Neapolitanus, memorabilem venationem exhibet.* 23. E. F
Altimari *de Balneo Subsidii hominum sententia.* 25. B
Amasenus *ager.* 15. A
Ampulla olearia *in balneis.* 13. C. E
S. Anastasiæ *Monasterium, & Balneum.* 25. D. 38. D
S. Angeli *Balneum.* 35. A
Annulus *Medicis concessus.* 6. E
Antiochenses *in balneis inclusi vitiis maximis indulgere soliti.* 8. D

An-

Antiochus *Medicus.* 15.F
Antiphanes *Balnearum incommoda describit.* 3.E. 4.A
Antiquitas *nullius balneorum cultus studiosa.* 9.B
Antiquorum *modestia in balneis* 10.A.C
Antonianæ *Thermæ.* 8.A
Antonini Caracallæ *Thermæ.* 8.A.9.F
Antoninus Pius *Imperator, balneum populo concessit.* 7.D
Antrum, *cui canes nomen dedere.* 23.A
Apodyterium *in balneis.* 12.A
Apollo Thermites *a Syracusanis adoratus.* 2.B
Apollonius Tyanæus *senectam hominum balneas appellavit.* 8.D
Aponianæ Patavinæ *Balneæ.* 17.A
Aqua *rerum omnium origo habita.* 1.A
— *calida in cœnis adhibita.* 2.B
— — *venire prohibita.* 2.C
— — *senioribus data, frigida cæteris.* 2.D
— — *plumbum resolvens.* 15.A
— *dulcis in Asia circa Thralles.* 15.C
— *nigra in vico Atarneo.* 15.A
— Borla, *Balnei nomen.* 16.D
— Fornelli, *balnei nomen.* 31.C
Aquæ *cur sacræ dictæ.* 2.A
— *ex mineris accipiunt qualitates.* 18.A.B
— *sacræ.* 1.A.2.B
— *cur calidæ & medicatæ.* 17.B.18.A
Aquæ, *Civitas ad montem Ferratum, ejusque Balnea.* 16.F
— Vulcaniæ. 2.A
Aquarii, *ministri in balneis.* 13.C
Aquarium, *ejusque Balnea.* 17.A
Aquarum *sacrarum mysteria.* 1.C
Aquinas *Satyricus in Balneas invehit.* 18.F
Arbia *flumen.* 29.F
Arcus *Balneum.* 26.C.D.39.B
Arculi *Balnea.* 27.C.41.A.B
Argenti *Balneum.* 33.D
Asinellæ *Balneæ.* 16.D
Assa, *vel* Calida sudatio, *cella in balneis.* 11.E
Astruni, Astrumis, Asturium, *vel* Astrana, *Balneum.* 23.D.37.B.C
Astyra, *calidarum aquarum Balnea.* 15.A
Atarneus *vicus.* 15.A
Athenæus *balnearum incommoda describit.* 3.E
— *varia balnea recenset.* 15.B.C
Avernæ *aquæ Plutoni sacræ.* 2.B
Averni *lacus.* 26.C.D
Augustus *Imperator, balneis raro usus.* 5.F.6.D
Avicenna *Balnearum nocumenta exponit.* 19.F
— *ejus de aquis ferratis sententia.* 33.B
Avinione (*Balneum de*) 16.D
Auri *Balneum.* 33.C
BAccius (*Andreas*) *balnearum partes describit.* 12.B
— *ejus de Castiglionis Balneo carmina.* 32.A
Badenses *Thermæ.* 15.E.24.A
Bagnitelli *Balneum.* 34.A.B
Bajanæ *aquæ felicissimæ & cæteris præstantiores.* 15.C.17.B.18.C.22.A
Balineum & Balineæ, Balneum & Balneæ *quid significent.* 5.D.E
Balneæ *sacræ.* 1.A.B
— *cur ita dictæ.* 2.A
— *earum usus.* 2.E.3.A
— *earum usus unde initium habuerit.* 3.B.C,D
— *earum cura Ædilitiæ cognitionis erat.* 3.D
— *antiquitus paucæ & nullius cultus.* 3.D.E.9.B
— *in frequentiorem usum veniunt.* 3.E.4.A
— *earum incommoda.* 3.E.4.A
— *magna mole & sumptu exædificatæ.* 4.A.B.9.C
— *Romæ quamplurimæ.* 4.B.C.5.D
— *omnibus Romanis regionibus additæ.* 5.D
— *quomodo iis Imperatores usi fuerint.* ibid.E.F
Balneæ *pro sexibus separatæ.* 7.A
— *sexibus promiscue concessæ.* 7.A.B
— *calidæ quando maxime in pretio habitæ.* ibid.E
— *iis utebantur antiquiores mollibus & moderate calidis.* ibid.
— *diversarum gentium.* 8.B
— *earum operosa structura.* 9.A
— *earum luxus.* ibid.C
— *antiquorum per rimas tantum solem diemque admittebant.* 10.A
— *dicebantur* Blattaria. ibid.
— *earum solia.* 10.C
— *earum partes & distributiones.* 10.E.F
— *earum ministeria.* 12.F
— *meritoriæ pauperibus accommodata.* 14.C
— *variis in locis.* 14.E
— *utrum prosint, an noceant.* 18.D
— *quas ob causas adhibeantur.* ibid.D.E
— *quomodo iis utendam.* 19.A.B
— *earum secundum Hippocratem quatuor genera.* ibid.E
— *ex aqua potabili.* 20.C
— *earum secundum Cardanum quatuor genera.* 21.B
— *earum Canones.* 43.F.44.A
— *earum nomina & virtutes carminice celebrantur.* 34.D
— Italæ. 16.A
— Neapolitanæ, Puteolanæ, Bajanæ, Pithecusanæ. 22.A
Balnearum *variarum ædificatarum & restitutarum monumenta.* 3.E.4.E.5.A.B.C
Balneator *quid acceperit.* 14.B
Balneatores, *ministri in balneis.* ibid.D
Balneolum, *Balneum.* 24.D.37.E
Balneum Ciceronis, *monasterium.* 26.B
— Vetus, *Balnei nomen.* ibid.E
Baptista (*Leo*) *Librorum de Architectura auctor, Balnearum structuram describit.* 9.F
Baronius *verba Gregorii de Paschasio declarat.* 22.F
Biberius, *Tiberii cognomen.* 2.D
Blattæ, *lucifugæ.* 10.B
Blattaria, *balneorum cognomen.* ibid.A
Bohemus (*Joannes*) *quendam balneis utendi morem describit.* 8.E
Borlæ Aqua, *Balnea.* 16.D
Bracculæ *Balneum.* 23.C.30.F
Bractula *Balneum.* 42.B.C
Brancaleo (*Joannes Franciscus*) *Neapolitanus Medicus.* 20.E
— — — *ejus de Balneis sententia.* 20.F.21.A
Bretola *Balneum.* 30.F
Brigenses *Thermæ.* 15.D
Broncaulæ *Balneum.* 30.F
Bullæ *Balneum.* 23.B.37.A
CAjuncarum *Balneum.* 33.A
Calæ Umbraschi *Balneum.* 33.D.E
Calaturæ, Calcaturæ, Celaturæ, *vel* Collaturæ *Balneum.* 25.D.38.B
Caldagnæ *Balneum.* 16.E
Calderianæ *Balneum.* ibid.
Caldius, *Tiberii cognomen.* 2.D
Calidajæ *Balneum.* 16.E
Calidaria *cella in Balneis.* 11.C.D.E
Caldenarum *Balneum.* 16.C
Caligula *Imperator, Cauponem interficit, quod per dies funeris Drusillæ calidam vendidisset.* 2.C.D
— *ejus luxus in Balneis.* 5.F.9.B
Calipsus *domicilium.* 3.A
Calix *unde dicatur.* 2.C
Campanianas (*Julius Felix*) *V. C. Præfectus, ejusque monumentum.* 3.E.4.E
Canes *in antrum, cui nomen dedere, injecti, moribundi extrahuntur, & in lacum immissi ad vitam revocantur.* 23.A

Canones *Balnearum.* 43.F.44.A.F
Cantarelli *Balneum.* 25.E.38.E.F
Capitelli *Balneum.* 34.C
Capitolinus (*Julius*) *thermarum Titianarum & Gordianarum mentionem facit.* 4.D
Capograssus (*Ser Philippus*) *Medicus Salernitanus, inscriptiones Balneorum Puteolanorum delet, & postea submergitur.* 43.E
Capsarius *in Balneis.* 14.A
Caracallæ *Imperatoris, Thermæ eximiæ.* 4.D.8.A.9.F
Cardani *distinctio Balneorum, & de eorum usu, vel nocumento sententia.* 21.B
Carinus *Imperator, Balneis frigidis usus est.* 7.D.E
Carpensia *Balnea.* 17.A
Carthaginenses *quomodo balneis usi.* 8.B
Cassiodorus *Sellam in balneis describit.* 10.D.E
Castiglionis *Aqua.* 31.F
Catinenses *Balnea.* 16.F
Cecina Tuscus *ob balneum exilio mulctatus.* 5.F
Cellæ *tres in balneis.* 11.C
Celsus (*Cornelius*) *modos sudorem eliciendi explicat.* 29.B
Celtiberi *lotio diu servato in balneis lavarunt.* 8.C
Chaim (*Vallis*) *Balneum.* 16.D
Chalcitidis *Balnea.* 15.B
Ciceronis Balneum, *monasterii nomen.* 26.C
Citaræ *Balneum.* 34.E
Clazomenii *lavacra.* 15.B
Clemens Alexandrinus *quatuor ob causas homines ad Balneas accedere asserit.* 18.D.E
Clibanum, *concamerata sudatio.* 11.E
Clodia, *meretrix.* 14.C
Clusinæ *aquæ Æsculapio sacræ.* 2.B
Colatæ *Balneum.* 34.C
Colonne (*Tre*) *loci nomen.* 43.D
Columella *ad quotidianam cruditatem excoquendam Balnea introducta esse censet.* 18.F
Comitia *in thermis.* 14.F
Commodus *Imperator quanto studio balneas persequutus.* 8.A
Constantinianæ *balneæ ædificatæ & restitutæ; ejusque rei monumenta.* 3.E.4.E.5.A.6.A
Constantius *Imperator thermas ornat; ejusque rei monumentum.* 5.B
—— *balneis male usus est.* 7.F
Convivium *magnificentissimum Alphonsi Regis Neapolitani.* 23.E.F
Cornetis (*Balneum de*) 16.C
Corycium *specus.* 23.A
Cotti *Balneum.* 33.A
Crispus, *Constantii Imperatoris filius, necari jussus.* 7.F
Cruciatorum *Balneæ.* 16.D
S. Crucis *Balneum.* 27.D.43.B
Crypta Palumbaria, *Balneum.* 28.D
Cryptæ (*Foris*) *Balneum.* 24.B.37.F
Culinæ, *vel* Culmæ *Balneum.* 29.F.41.C.D
Cumanæ *aquæ Sibyllæ sacræ.* 2.B
—— *Sibyllæ antrum.* 27.E
Dardanis *ter solum lavari permissum.* 8.D
Dejuncaræ *Balneum.* 24.C
Della terra, *Balneum.* 16.E
Dendrophori, *ministri in balneis.* 13.B
Dentium *Balneum.* 32.E
Diætæ *in balneis.* 12.B
Diocletianæ *felices thermæ.* 5.C
Divinum Balneum. 30.C
Dojani *Balneum.* 35.B
Dominarum *Balneæ.* 16.D
Drusillæ *funeris dies.* 2.C.D
Duccia *S. Philippi.* 24.A
Durius, *Lusitanorum amnis.* 8.D
Ebolitani *vatis, carmina de Balneis.* 36.C.D
Elephantidis *impurissimi scriptoris simulacra.* 9.E
Elisii *de Balneo foris Cryptæ sententia.* 24.B
Elisii *de Balneo Subsidii hominum sententia.* 25.B
—— *de Rainerii, Tripergulæ & S. Nicolai Balneis sententia.* 26.D.E.F
—— *de Scrophæ, S. Luciæ, Arculi, S. Crucis, Subcellarii Balneis sententia.* 27.A.B.C.D.F
Empedoclis *sententia, cur aquæ calidæ.* 17.E
Episcopi *Balneum.* 30.D
Esculanæ *Balneæ.* 16.E
Etrusci *Balneum.* 10.B.13.B
Farinæ *Balneum.* 16.C
Fatarum *Balneum.* 30.B
Fausta, *Constantii Imperatoris uxor, in balneas ardentes injecta.* 7.F.8.A
Federicus III. *Imperator, Heleonoram, Alphonsi Regis Neapolitani neptem ducens, ab Alphonso magnifice exceptus.* 23.E
—— *Rex Balnea instaurat.* 18.C
Feniculi *Balneum.* 31.A
Ferri *Balneum.* 28.B.33.B.39.F
Ficuncellæ *Balneum.* 16.E
Fides *antiquorum sine fuco pulcherrima.* 9.B.C
Flavius Constantinus *Imperator, Rhemis thermas ædificat, ejusque rei monumentum.* 5.A.6.A
Fons Episcopi, *Balneum.* 42.C.D
—— Nitrolis, *Balneum.* 35.C
Fontanæ *Balneum.* 25.E.31.E
Fontis *retis Balneum.* 34.B
Foris Cryptæ *Balneum.* 24.B.37.F
Formæ *Balneum.* 26.A
Fornacator, *minister in balneis.* 13.A
Fornacula *in balneis.* 11.C
Fornelli *Aqua.* 31.C
Frigidaria *cella in balneis.* 11.C.D
Galatarum *mulieres quomodo balneis usæ fuerint.* 7.E
Galeni *de Spelunca Balneo sententia.* 31.A
—— *de usu Balnearum sententia.* 20.B.D.E.21.C.F
Galienus *Imperator.* 7.F.8.A
S. Georgii *Aqua.* 16.E.29.D.40.E
Geppinenses *Thermæ.* 15.E
S. Germani *sudatorium.* 22.B
—— —— *Historia ex D. Gregorio.* ibid. D
Germani *in fluminibus laverunt.* 8.B
Getæ *hostes in balneo cœnantes percusserunt.* ibid. A
Gibborosi *Balneum.* 30.C.D
Gimborosus, *Balneum.* 41.B.C
Giuncaræ *Balneum.* 24.C
Gladiatoria *munera Romanorum.* 3.B
Gordianæ *Thermæ.* 4.E
Gordianus *Imperator, quomodo balneis usus fuerit.* 8.A
Gradonis *Balneum.* 35.A
Græci *in balneis promiscue lavabant.* 8.B
Grotæ *Balneum Viterbii.* 16.B.D.24.A.29.F.30.A
—— *Balneum ad Urbem Veterem.* 16.E
Gryllus *balneum habuit meritorium.* 14.C
Gurgitelli *Balneum.* 32.C
Γυμνάσιον, *balneum Laconicum.* 12.A
Helenæ Balneæ *apud Corinthios.* 15.D
Heliogabalus *Imperator, quomodo balneis usus fuerit.* 7.B.C.D
Hermippus *inebriari, & calida lavari detestatur.* 4.A
Herodes *in Augusti gratiam piscinas condidit.* 3.D
Herodotus *Scytharum balneas describit.* 8.D
D. Hieronymus *Trituli Balneas viduis virginibusque commendat.* 29.D
Hippocrates *quatuor Balneorum genera constituit.* 19.E
—— *ejus de usu & nocumento Balneorum sententia.* 18.F.19.A.C.D.E.21.A
Homerus *balnearum delicias exponit.* 2.E
Hortorum Pontani *Balneum.* 36.B
Januarius (*Antonius*) *Ladislai Regis familiaris.* 43.D
Japonenses *in aqua præter voluptatem aliquid superstitionis collocant.* 2.D

Jasolinus (*Julius*) *Medicus celeberrimus, Plagæ Romanæ Balneum aperuit.* 28. C
—— *Balnearum inventione maximam gloriam sibi comparavit.* 31. B
—— *ei soli S. Restitutæ Balneum cognitum.* 34. D
Illyriis *ter solum lavari permissum.* 8. D
Imperatoris *Balneum.* 40. F
Imperatorum *luxus in balneis.* 5. E. F
Italiæ *Balneæ.* 16. A
Julianus *Spoletinis thermas igne consumptas restituit.* 5 C
Julius Cæsar *quomodo balneis usus fuerit.* 7. A
Juncariæ, *vel* Juncaræ, *Balneum.* 24. C. 37. C. D
Labrum *in balneis.* 12. B
Lacedæmonii, *balnearum auctores.* 3. B
—— *quomodo balneis usi fuerint.* 12. A
Laconicum Balneum, *quid dicatur.* 5. E. 11. D. F
Lamiacus *sinus.* 14. F
Lampridius *Heliogabali Balnea describit.* 7. C
Latinæ *aquæ Juturnæ sacræ.* 2. B
Lavacra *diversarum gentium.* 8. B
Lebidorum *Balneæ.* 15. A
Lintea *in balneis.* 14. A
Lombardi *de Fontanæ Balnei proprietatibus carmina.* 26. A. B
—— *de S. Nicolai Balneo carmina.* 26. F
—— *de Balneo Scrophæ carmina.* 27. A
—— *de Balneo Fatarum carmina.* 30. E
—— *de aquis Fornelli carmina.* 31. D
—— *de Fontis retis Balneo carmina.* 34. B. C
Lucenses *Balneæ.* 16. A. B
S. Luciæ *Balneum.* 27. B. 42. F
Lugentium *voces ad Balneum Orthodonici auditæ.* 25. C
Lunæ *Balneum.* 30. B
Lupus *balneum habuit meritorium.* 14. C
Lusitani *quomodo balneis usi fuerint.* 8. D
Luto (*Balneum de*) 16. F
Luxus *hominum in balneis.* 5. F. 9. C
Macria *mons.* 15. A
Macrobii *fons lavantes longævos efficit.* 8. C
Mancipia lignorum; *ministri in balneis.* 13. A
Manilius *explicat, cur aquæ calidæ.* 17. D
Marcerato (*Balneum de*) 16. C
Mare fusile *in templo Salomonis.* 1. C
Mare mortuum. 31. A
S. Mariæ *Balnea.* 16. E. 27. C
—— in Felice *Balneæ Viterbienses.* 16. D
Marinæ *aquæ & balneæ.* 5. F. 6. F
Martialis *calidarum balnearum usum describit.* 7. F
Massici *montes.* 23. A
Maximianus *Imperator, thermas ædificat, ejusque rei monumentum.* 5. B
Medicatæ *aquæ.* 17. B. 18. A. B
Medici *annulum accipiunt.* 6. E
—— *Salernitani inscriptiones Balneorum Puteolanorum delentes postea submersi.* 43. E
Medicus *quæ circa Balneas observanda habeat.* 43. F
Menghi *de Balneo Astruni sententia.* 24. A
—— *de Balneo Juncariæ sententia.* 24. C
—— *de Balneo subsidii hominum sententia.* 25. A
Mensæ *triginta millia hominum capientes.* 23. E. F
Mephitis, *numen, aliis mas, aliis fœmina.* 2. A
Mercurialis (*Hieronymus*) *balnearum partes describit.* 12. B
Mero, *Tiberii cognomen.* 2. D
Metalla *aquas medicatas reddunt.* 18. A. B
Methana, *oppidum in Isthmo.* 14. E
Milliarium *in balneis.* 11. D
Mineræ *aquas medicatas reddunt.* 18. A. B
Minerales *aquæ.* ibid.
Ministeria *Balnearum.* 12. F
Mirteta *ad Tritulum.* 29. C
Misenus *mons.* 31. A
Modestia *antiquorum in balneis.* 10. A
S. Montani *Balneum.* 34. D
Munditiès *singularissima Saracenorum.* 8. E. F
Musa (*Antonius*) *Medicus.* 6. D
Mysteria *aquarum sacrarum.* 1. C
Neapolitanæ *Balneæ.* 22. A
Neapolitanum *balneum valde superbum a Statio descriptum.* 9. E
Neronianæ *Thermæ.* 3. C
Neronis *usus in balneis.* 5. E. F
S. Nicolai *Balneum.* 26. F
Nitrosi *Balneum.* 36. A
Nocumenta *Balnearum.* 18. D. E. 19. D. E. F
Novum *Balneum.* 16. F
Oculis *quæ aquæ mederi dicantur.* 23. C
Olea *varia in balneis adhibita.* 13. C. D
Olibanus *mons.* 24. D. E
Olympici *ludi Lacedæmoniorum.* 3. B
Orthodonici *Balneum.* 25. C
—— —— *carminice describitur.* 42. D. E
Ostia *Balneorum.* 12. E
Paganelli *Balneum.* 16. D
Palumbariæ *Balneum.* 28. D. 39. E
Panis, *mons intervallo modico a campis Marathoniis.* 14. F
Papinius *Etrusci balneum describit.* 13. B
S. Paschasii *in thermarum pœnis mancipati historia ex D. Gregorio.* 22. D
Patavinæ *Balneæ.* 16. A
Patina, *instrumentum balinei.* 13. D
Paulus III. *Pontifex, morbo affectus.* 20. E
Pausilypanus *collis.* 22. B
Peccata *aquis abstergi credita.* 1. B
Penelope *balnearum delicias exponit.* 3. A
Peronotus (*Antonius*) *Cardinalis, Balneas Bajanas restituit.* 18. C
Perpenna (*Petronius*) *Balneas Constantinianas restituit; ejusque rei monumentum.* 3. E. 4. E
Persæ Reges *quos habuerint balneatores.* 14. D
Perusinæ *Balneæ.* 16. F
Petræ *lavacrum.* 24. F. 38. A
Petriolo (*Balneum de*) 16. C
Petrojum *Castellum.* 29. F
Petroleum *Balneum.* 29. F. 41. E
Phazemonitarum *Thermæ admodum salubres.* 15. A
Philippi *Imperatoris, thermæ & monumentum.* 6. C
Philostratus *Antiochensium balnea describit.* 8. D
Pila *in balneis.* 12. C
Pilicrepus, *vel* Piliarius *minister in balneis.* 13. B
Pisanæ *Balneæ.* 16. B
Piscina, *vel* Piscinalis cella *in balneis.* 11. C. D
Piscinæ *ab Herode conditæ.* 3. D
Pithecusanæ *Balneæ.* 22. A. 31. B
Pindarus *quam poëmati suo titulum præposuerit.* 1. B
Plagæ *Balneum.* 24. D. 37. E
—— Romanæ *Balneum a quo apertum.* 28. C
—— —— —— *carminice describitur.* 35. E
Platanones *in balneis.* 12. B
Plinius *aquas medicatas describit.* 18. B. C
—— *ad pridianas ingurgitationes concoquendas balneas introductas esse scribit.* 18. E
—— Secundus *Balnearum distributiones & magnificentiam proponit.* 10. F
—— —— *zetas balneorum describit.* 12. C. D
Plumbum *ab aqua calida resolutum.* 15. A
Plutonium *Os.* 23. A
Pontani Hortorum *Balneum.* 36. B
Pontanus *calorem Aquarum Bajanarum proponit.* 18 C
Porrectæ *aquæ ad Bononiam.* 27. C
Poti *Balneum.* 16. F
Præfurnium *in balneis.* 11. C. 13. A
Prati *Balneæ.* 16. D. 26. C. 39. A
Procita (*Ser Hector*) *Medicus Salernitanus, inscriptiones Balneorum Puteolanorum delet, & postea submergitur.* 43. E
Psilothrum, *unguentum depilatorium.* 7. D. 13. D
Psychrolutes, *minister in balneis.* 12. F

Pugilli *Balneum.* 29. E 40. D
Puteolanæ *balneæ.* 22. A
—— —— *earum inscriptiones deletæ.* 43. E
Puteolani *Episcopi horti lavacro conspicui.* 25. C

QUadrans *balneatori solvebatur.* 14. B

RAinerii *Balneum.* 26. D. 39. D
Rapolani *Balneum.* 16. C
S. Restitutæ *Balneum.* 34. C. D
Romanæ *Balneæ quamplurimæ.* 4. B. C. 5. D
Romandiolæ *Balneæ.* 16. A
Romani *qua ratione balneis usi fuerint.* 3. B. D. 4. A. B. 5. D
L. Rubrii Getæ *monumentum.* 5. C

SAcerdotes *Ægyptiorum quoties laverint.* 8. C
Sacræ *Balneæ.* 1. A. E
Saliceti *Balneum.* 34. F
Salmariæ *Balneum.* 28. D
Salvianæ, *vel* Silvianæ *Balneum.* 28. D. 40 A. B
Saraceni *quot in die, & quomodo orationibus vacent, quamve studiosi sint munditiei.* 8. E. F
Sarno (*Dionysius de*) *Notarius.* 43. D
Saxi *Balneum.* 36. B
Scaffa Budello, *Balneum.* 27. F
Scipionis Africani *Balneolum & laudes.* 3. C. 9. A
Scrophæ *Balneum.* 27. A. 32. B
Scythæ *quomodo laverint.* 8. D
Sellæ *in balneis.* 10. C. D
Seneca, *quid Psychrolutes sit, describit.* 12. F
—— *Scipionis Africani mores laudat.* 9. A
Senenses *Balneæ.* 16. C
Scrupha *Balneum.* 43. A
Severus *Imperator, thermas ædificat, ejusque rei monumentum.* 5. B
Sidonius Apollinaris *rusticam suam domum describit.* 9. D
—— —— *antiquorum in balneis modestiam describit.* 10. A
—— —— *Balnearum partes & magnificentiam describit.* 11. A. B
Sigma, *mensa in balneis.* 10. D
Sinigallæ *Balneum.* 33. F
Solia *Balneorum.* 10. C
Solini *Fontes in Sardinia.* 23. C
Solis & Lunæ *Balneum.* 30. B. 40. F
Spartianis *lavari calida vetitum.* 8. D
Spartianus *thermas Caracallæ describit.* 4. D. E
Speluncæ *Balneum.* 31. A. 32. B. 41. F
Sphæristerium *in balneis.* 12. B
Spina Mons. 22. C
Spongiæ *in balneis.* 13. F
Sportulæ *in balneis divisæ.* 14. C
Sputo *Regum Christianissimorum quæ vis tribuatur.* 27. A
Statius *Neapolitanum balneum describit.* 9. E
—— *Etrusci Balneum describit.* 10. B
Stibadium *in balneis.* 12. D
Stomachi *Balneum.* 32. D
Strabo *Lusitanorum balnea describit.* 8. D
—— *Assyriorum lavandi morem describit.* 8. E
Strigiles *in balneis.* 13. E. F
Struma *Balneum.* 23. D
Subcellarii *Balneum.* 27. E. F. 42. A
Subsidii Hominum *Balneum.* 25. A
Subvenit Homini, *Balneum.* 38. C. D
Sudatorium *S. Germani.* 22. B. 36. E
Suetonius *Balneorum usum describit.* 5. F
Suevi *in fluminibus laverunt.* 8. B
Sulimela (*Ser Antonius*) *Medicus Salernitanus, inscriptiones Balneorum Puteolanorum delet, & postea submergitur.* 43. E
Sulphetara *Balneum.* 36. F
Superstitio *veterum in aquis.* 1. B
Suppilones, *ministri in balneis.* 13. C
Sutillarii *Balneum.* 27. F
Symmachus *a Sancta Synodo in Pontificem Romanum receptus.* 22. E. F

TAbella *marmorea, Salernitanorum Medicorum, qui inscriptiones Balneorum deleverunt, & postea submersi sunt, memoriam continens.* 43. D. E
Tacitus *Imperator, raro balneis usus est.* 7. D
Tamarisci *Palus.* 16. F
Tepidaria *cella in balneis.* 11. C. E
Thales *quam rerum omnium originem existimaverit.* 1. A
Theatra *Thermis conjuncta.* 3. C
Theodoritus *Episcopus.* 15. F
Thermæ *Romanæ quamplurimæ.* 4. B. C. 5. D
—— *quid significent.* 5. D. E
—— *variis in locis.* 14. E
—— *Græcis Scriptoribus sæpe idem ac calidæ aquæ.* 17. F
Thermopylæ. 2. B
Thermopylarum *aquæ infelices.* 15. C
Tiberius, *quod aquæ calidæ potui nimis indulgeret,* Biberius, Caldius, Mero *dictus.* 2. D
—— *inter picturas, at spintriarum luxuria vere caprineus.* 9. B. E
Tintinnabulum *in balneis.* 14. A
Titianæ *Thermæ.* 4. D
Titus Vespasianus *Imperator, plerumque in thermis admixta plebe lavit.* 7. B
Trajanus *Imperator, moribus consulens balnea pro sexibus separat.* 7. A
Tripergulæ *Balneum.* 26. D. 39. C
Tritulæ, *vel* Trictolæ, *vel* Trifoli *Balneum.* 28. E. 40. C
Tryptæ *Balneum.* 24. B
Typhonæi *specus.* 23. A

VAiri (*Leonardi*) *Episcopi, de lavacro Orthodonici relatio.* 25. C
Vallis Chaim *Balnea.* 16. D
Venatio *memorabilis Regis Alphonsi.* 23. E
Veronenses *aquæ Junoni sacræ.* 2. B. 16. E
Vespasianus *dedicato amphitheatro celeberrimas thermas exstruxit.* 3. C
P. Victor *ingentem Balnearum Romæ numerum fuisse refert.* 4. B
Viduis *quas Balneas D. Hieronymus commendaverit.* 29. D
Vincaræ *Balneum.* 24. C
Virginibus *quas Balneas D. Hieronymus commendaverit.* 29. D
Viterbienses *Balneæ.* 16. D
Vitruvius *explicat, cur aquæ calidæ.* 17. C
—— *ignis communes causas explicat.* 28. F
Ugolini *de Balneo Subsidii hominum sententia.* 25. B
—— *de Tripergulæ Balneo sententia.* 26. E
Ulmitelli *Balneum.* 35. B
Unguentaria, *vel* Unctoria *cella in balneis.* 11. C
Urbis Veteris *Balnea.* 16. E
Usus *Balnearum.* 18. D. E
Vulcaniæ *aquæ.* 2. A
Vulterranæ *Balneæ.* 16. B

XAusaridis *Balnea.* 15. E

ZEtæ *in balneis.* 12. C
Zuppa d'huomini, *Balneum.* 25. A

FINIS.

AMBROSII LEONIS,
Nolani,
ANTIQUITATUM
NEC NON
HISTORIARUM URBIS AC AGRI NOLÆ,
ut &
de MONTIBUS VESUVIO & ABELLA
DESCRIPTIONIS,
LIBRI TRES.
Editio prioribus correctior atque emendatior.



LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa.
Bibliopolæ & Typographi Academiæ atque Civitatis.

LECTORIBUS PETRUS VANDER Aa S. P.

Accuratissimam & novam hîc videtis Ambrosii Leonis de Nola *Editionem, cum exemplari rarissimo,* Venetiis *apud* Joannem Rubrum Vercellanum *A°.* 1514. *impresso, collatam, & sine omni dubio Editione quâcumque meliorem; à qua nihil, quod ad chartæ vel Typi elegantiam facere potuit, abesse curavimus; additis Indicibus Capitum, Rerum, ac Verborum locupletissimis. Valete.*

HENRICO URSINO, PRINCIPI JUSTISSIMO, AMBROSIUS LEO S.

OMNES homines, HENRICE PRINCEPS, vehementer optant, mirificeque nituntur, ut patriam tam ope summa juvent, quam omni officio, veneratione ac pietate prosequantur. Cari namque sunt filii, cari parentes, cari quinetiam atque nihilominus amici: omnium tamen patria una longe carissima est. Non solum enim patria parentum esse parens, atque munera, quæ à parentibus proficiscuntur, omnia contulisse videtur: verum etiam complura nobis alia comperitur præstitisse, veluti solem, æthera, humum, orationem, documenta, mores, nomen, societates, domos atque alimenta. Quibus muneribus simul se benignam atque suavem ostendit: simul etiam nos usque adeo secum conjunxit, ut si quid facto dictove, sive alii sive nos fuerimus de ea benemerentes, id omne æque ac nobis ipsis accesserit, existimemus, atque summopere gaudeamus. Eam ob rem combustam dirutamque à *Gallis* Romam *Fu. Camillus* ardenti animo, cura, solicitudine ab interitu vendicavit, instauravit, adauxit. *Alfonsus* item Rex *Aragonæus* secundus *Henrici* avi tui frater *Parthenopen* patriam, quæ jam pridem aperta prope atque angusta fuerat, tum plurimum amplificavit, tum mœnibus quam præstantissimis circumdedit, *Athenas* quoque alioquin inter urbes illustres facile clarissimas, *Isocratem* ac *Aristidem* inter primos laudibus magnis juvit extollere; idque dicatis *Panathenaïcis* orationibus luculentissimis. Innumeri quinetiam comperti sunt viri, qui se corporaque pro vallo ausi sunt hostibus objicere, eligentes mortem cum vita commutare potius, quam sinere patriam vinci, aut vastari, aut lædi. Alii insuper aliter operam egregiam navavere pro patria: quos recensere opus foret immensum. Ipse vero patriam quoque studio prosecuturus, ut horum omnium benefaciendi cupiditatem videor imitari: ita modo quodam sum dispar munere ipso reddendo. Illi enim patriam opere magno redintegravere, vel effecere majorem; ipse imagine atque aspectus proprii similitudine tanta produxi in medium, adjutus opera *Hieronymi Moceti* pictoris, vt oculis omnium atque ubique terrarum perquam facile possit esse con-

conſpicua. Quinetiam illi patriam concinne affatimque laudaverunt, ac evexerunt ad aſtra: ipſe contra, copia dicendi ſepoſita, relictiſque floribus & orationum lenociniis, ſola ſum hiſtoriæ ſimplicitate complexus. Imagine namque pura atque hiſtoria defæcata in hoc Opuſculo decrevi patriam venerari. Imaginis enim vis atque actio divina nimirum eſt: quippe quæ veram ſuamque rei cujuſque faciem agit & offert: atque abſentem tam exacte præſentem oſtendit, ac ſi foret in conſpectu. In hiſtoria vero non ipſa res ſolum univerſa, & vires ipſius & mores, & honor & dignitas, & geſta lucent: verum etiam ejus ineſſe comperitur promiſſio magna quædam æternitatis. Videor quinimmo interim operæ pretium facturus tam Civibus *Nolanis*, quam hominibus exteris; hi enim nomen *Nola* audientes in quadam inani fictaque cogitatione tanquam in ſomnio vagantur: ſpectantes vero hæc noſtra, urbem ſitumque ejus atque plurima alia, quæ ſunt cognitione digna, æque ac ſi præſentia forent, infallaci certaque deprehenſione noviſſe valebunt. Cives vero, qui hac tempeſtate ſunt, præſertim qui non multa callent, ut hodiernam tuentur, ita veterem *Nolam* perſentiſcere nequeunt, etiamſi nomen & geſta multa urbis audiant: ſimulatque hæc ipſa, quæ nunc edidimus, didicerint, antiqua cum præſentibus conjungentes, rem integram exquiſite norint. Poſteris vero civibus non modo utilitas memorata provenerit: ſed etiam præſentem urbem luculenter deſcriptam capient à nobis: quam nos ne tenebricoſo quidem verbo ſignificatam ab aliquo eorum, qui ante nos fuere, accepimus. Illo quoque poſteri *Nolani* juvabuntur; ſiquidem cernere poterunt, quo pacto cum iis, qui nunc ſunt in urbe, ſe habeant: ut novi aut recepticii & ex collecta illuvie cives, an indigenæ ſint; ac ex obſcuriſne ad claras familias ſurrexerint: an ab optimatum genere ad ignobiles abjectoſque degenerarint. Et præſentis urbis tam figuram quam vires ac morum ordines, item tam urbanica quam agreſtia conferre quam facillime poterunt cum ejus, quæ ſuæ cujuſque tempeſtatis fuerint: num eadem ipſa manſerint, an deleta mutatave tum extiterint. Non enim eſſe ſolet idem rerum vultus hoc atque altero curriculo temporis. Utriſque præterea plurimum conducet hæc tractatio; æſtimantes enim ſeſe atque patriæ dignitatem, liberiore ſane animo conſuetudinem iniverint cum externis; conſcientia enim obſcuræ patriæ magno impedimento loquendi libertati eſſe videtur. Contra vero externi homines, quum *Nolam* non ignorarint magnam dignamque, ac illius antiquæ avitæque virtutis prolem ac hæredem extare, ut ratione locoque majore excipiant ac habeant *Nolanos*, fas eſt, animum inducant; in urbe enim digna æque cives egregie libereque educari, ac emendatis moribus & præceptis inſtitui, reputantur. Indubitatum etiam eſt, nobilitatem patriæ quam maximam fore civibus dehortationem atque cohortationem. Qui enim antiquam patriæ dignitatem honoremque agendis in rebus animo ſervant: ii tam turpia & patriæ indecora patrare perhorreſcunt, quam ad honeſta gerenda ac ſuis digna municipibus accenduntur. Verumenimvero, *Magnanime Princeps*, quod ab Avis Atavisque tantæ urbis imperium ſuſcepiſti, quodque urbs civitaſque ipſa ob ſingulares ac regias virtutes tuas intenta erga te eſt, teque amat atque colit: nefas eſt, ut urbis imago hæc, quam modo deſcripſimus, vel aliorum ſit, vel aliter quam urbs ipſa ſe gerat. Proinde eam cape vel ut tuam, vel ut tibi nuncupatam à nobis, proque *Nola* una duas habe: alteram, quam regas: alteram, quam legas. Diviſum autem Opuſculum eſt in libellos tres, in quorum poſtremo præſentis urbis ac noſtri temporis cives eorumque mores & conſuetudines explicantur. In ſecundo vero ager atque ea, quæ ad ſtructuram præſentis urbis, ſpectant continentur. At in primo de eis, quæ ad urbem antiquam referuntur, diſputatur: qui ab agro hoc pacto auſpicium ſumpſit.



INDEX CAPITUM.

LIBER PRIMUS.

Cap. I. *De Agro Nolano, deque Montibus Vesuvio & Abella, ceterisque agri limitibus.* Pag. 1
II. *De feracitate & gratiis Nolani agri: deque Virgilianis carminibus, & eorum interpretatione.* 5
III. *De positu Urbis: deque Nolana Natione, Urbisque conditionibus.* 8
IV. *Unde Urbs appellata Nola.* 10
V. *De conditione situs Nolæ.* 10
VI. *De incremento & potentia Nolanorum.* 10
VII. *De Ambitu Urbis atque portarum numero.* 13
VIII. *De eis antiquæ Nolæ reliquiis, quæ nunc apparent.* 14
IX. *Quo modo Urbs servata sit in illuvionibus, quæ in eam influxerint.* 17
X. *Quo usque protensus sit Nolanus ager.* 18
XI. *Ubi locorum Stabiæ fuerint, & unde nomenclatura Vesuvii montis.* 20
XII. *De studio & benevolentia Divina erga Nolam.* 22
XIII. *De Nolanorum fide semelque incepta amicitia ac semper servata.* 24
XIV. *De studiis Nolanorum.* 26
XV. *De elegantia vitæque cultu atque felicitate Nolanorum.* 30

LIBER SECUNDUS.

Cap. I. *In eisdem in quibus prius erat sedibus Nolam præsentem stare.* 31
II. *De figura & ambitu præsentis Urbis: & quanto minor sit hæc quam antiqua, deque numero ædium atque civium Urbis utriusque.* 31
III. *De finibus atque figura Nolani agri præsentis.* 34
IV. *Quæ partes sint Nolani agri, qui planus est, & earum quis usus, atque quorum possessio, & de Aucupio regio atque Vini varietate.* 35
V. *De Collibus Gecalæ, deque nomine ipso atque Vesciano.* 37
VI. *De Oppido pagisque, atque ceteris quæ in agro Nolano erecta sunt.* 38
VII. *De muris, pomœriis, promurali, fossa, portis & aggere præsentis Urbis.* 39
VIII. *De Arce Nolana.* 41
IX. *De Regia.* 42
X. *De Porticu Nolana atque Vicis Urbis.* 43
XI. *De Basilica Urbis principe & Episcopio.* 45
XII. *De Basilica & Episcopio antiquo, deque reliquiis divorum, quæ inibi erant.* 49
XIII. *De reliquis Urbis Basilicis.* 52
XIV. *Qua ratione in Urbe præsente sint subterranea cavave sacella.* 56
XV. *Quæ sit figura ædium præsentis Urbis, & qualiter earum partes se habeant.* 56
XVI. *Qui fuerint, qui ædificando benemeriti sunt de Urbe Nola.* 59
XVII. *Quæ fora & quibus in locis pateant, atque quæ res in eis tractentur.* 60

LIBER TERTIUS.

Cap. I. *De sacris initiatis, & dignitatibus ac proventu eorum: item de Beginis, & Vespillonibus Nolanis.* 61
II. *De sacellis sepulcrisque privis, deque funeribus atque eis, quæ circa funera tractantur à Nolanis.* 63
III. *De familiis præsentis Urbis egregiis.* 67
IV. *De Judæis, qui Nolæ sæculo nostro habitavere, ac eorum ejectione.* 75
V. *De studiis Nolanorum præsentium.* 76
VI. *De elegantia & gratis moribus Nolanorum.* 77
VII. *De Magistratibus Nolanis.* 79
VIII. *de Tributis & Vectigalibus, quæ in Urbe Populoque Nolano fiunt.* 82
IX. *De Matrimoniis & Dotibus.* 83
X. *De spectaculis histrionum atque ludo equestri.* 84
XI. *De consuetudine quadam Scerdotum Præsulem venerantium.* 86
XII. *De altera Sacerdotum consuetudine.* 87
XIII. *De more quodam adolescentium Nolanorum.* 89
XIV. *De vindemia & more quodam paganorum, cum vindemiam faciunt.* 90

EMENDANDA.

Pag. 41. lin. 38. *Nolano.* Lege *Nolana.* pag. 61. lin. 17. facris, initiatis, *Lege* facris initiatis Pag. 76. lin. 9. Quorum fuit *Lege* Quorum primus fuit.



AMBRO-

AGER NOLANUS *cum adjacentibus Regionibus.*

Samnites Populi.

AGER NOLANUS

Rivus Abellanus

CAMPANIÆ PARS ORIENTALIS

Hirpini Populi

Scaphati Agri

SINUS SURENTINUS

HIE MOCE

1 *Cancelli.*
2 *Abella Mons.*
3 *Rocca.*
4 *Abella Oppidum.*
5 *Mephitis.*
6 *Sussula.*
7 *Paludes.*
8 *Ticianum Oppidum.*
9 *Clanius Fluvius.*
10 *Laginos.*
11 *Acerræ.*
12 *Nola.*
13 *Colles Gecalæ.*
14 *Coll: Vesciani.*
15 *Vescianum Oppidum.*
16 *Gecala Oppidum.*
17 *Bovianum Oppidum.*
18 *T. Marciani.*
19 *Palma Oppidum.*
20 *Laurinium Oppidum.*
21 *Sarnus Mons.*
22 *Sarnum Oppidum.*
23 *Sarnus Fluvius.*
24 *Pompeii Oppidum.*
25 *Nuceria.*
26 *Gaurus Mons.*
27 *Castellum ad Mare.*
28 *Surentum.*
29 *T. Stabiæ Nunciatæ.*
30 *Vesuvius.*
31 *Herculaneum Oppidum.*
32 *Marianum Oppidum.*
33 *Pompeianum Oppidum.*
34 *Campus Romanus.*
35 *Palæpolis.*
36 *Palus Neapolis.*
37 *Rivus*
38 *Sebetus Fluvius.*
39 *Neapolis.*
40 *Pausilipus Mons.*

AMBROSII LEONIS DE NOLA

LIB. I.

CAPUT I.

De agro Nolano deque montibus Vesuvio, & Abella, ceterisque agri limitibus.



NOLANUS Ager in extremo, ac orientali recessu *Campaniæ* patet, atque a meridie *Vesuvio* monte clauditur, *Gauranosque* colles prospectat: contra ab Arcto sepitur *Abella* monte. Quinetiam ab ortu monte *Sarno*, ac *Gecalæ*, *Vescianique* collibus terminatur. At vero ab occasu campi, planitiesque sunt duntaxat, quæ usque ad *Vulturni* ostia, mareque *Thyrrhenum* æquo solo porriguntur, in quibus *Clanius* fluvius de transverso incurrens, se tanquam agri *Nolani* terminum statuit occidentalem. Idem ager habet ab ortu *Hirpinos* populos confines: a quibus per interjectos colles *Vescianos*, *Gecalanosque* discriminantur *Campani*: ab Arcto vero *Samnitibus* hæret: quos a *Campania* mons *Abella* disjungit. Eo situ quin etiam sub *Abella Vesuvioque Nolanus* jacet ager: ut sicuti *Nolani* coloni prospiciunt occidentem solem hybernum in sinistro *Vesuvii* cornu: ita æstivum in dextro cornu *Abellæ* occidere videant. Sunt autem *Vesuvius* atque *Abella* celsitudine ac mole fere pares; longitudine vero multo superior evasit mons *Abella*. Quin etiam quo magnæ conflagrationes, ac vasta incendia effecerunt *Vesuvium* celebriorem: eo *Abella* quasi frigescens jacuit obscurior, non enim est aliquo præcellenti redimitus bono: neque, ut ille, insigi malo infamatus: quamvis injuriis quibusdam & ipse afficiat accolas, quarum una est hæc. Nam a radicibus dextri cornu, qua spectat agrum nostrum, aquæ sulphure putentes emanant: unde ab earum putore nomen loco inditum est. *Mephitim* enim appellant; haud item procul a *Mephiti* sunt fontes *Clanii* fluvii: qui de eisdem radicibus erumpentes totos fere campos eos, quos *Nola* ab occasu præsertim æstivo spectat, implent, adeo, ut parte maxima paludes jam effectæ sint. Quamobrem *Sessulam* celebre quondam oppidum *Clanio* vicinam, reliquerunt *Sessulani*, cujus vestigia quædam murorum, fanorumque sola nunc apparent; a sinistro vero cornu ejusdem *Abellæ* non parvus solet exoriri pavor: siquidem ab ejus jugis subitus torrens vel aëre sereno defluere, atque fluendo divellere arbores ingentes innumerasque, ipsasque divulsas atque etiam saxa maxima de monte abscissa devolvere sæpe visus est. In quo ni quasi a natura vel potius a deo cautum esset, qui ad eas montis radices colliculos quosdam objecit, ut in vallem primum torrentes influerent: profecto usque ad *Vesuvium* profusi & arboreta, & pagos, & oppida, ac *Nolam* ipsam obruissent. Quamobrem torrentes corruendo in eam vallem, infringuntur, atque a campo *Nolano* divertuntur: perque eam rapti secundum montem occasum versus (*Abella* enim ab ortu æstivo ad æstivum occasum recta porrigitur) fluere coguntur. Neque interea mites: sed evellentes quoque & arbores, & cæmenta quotcunque per vallem occurrerint: demum mitiore raptu cursuque in paludes, quæ sub altero cornu stagnant, recepti delitescunt. Nostra tempestate torrens is semel erupit magno cum murmure, atque rerum strage, rapuit aliquot ædes, quæ erant prope alveum, quem vallis facit: fluxit maximus nocte atque die, namque nocte media prorupit; vastitas enim sua, & vallis obliquitas, atque complicata terra, & saxa, & ligna cum aquis, cursum tardabant: ne cunctus, ut una hora in vallem cecidit, ita totus hora una transiret. Quamobrem deinde triduo magnus viguit, atque per aliquot dies decrescens desivit; reliquit in alveo saxa quam plurima, & arborum truncos innumeros ac maximos: qui videntem in stuporem inducebant. *Vesuvius* autem quo inferior est in profundendo torrentes (nam aliquot & ipse demittit tum solummodo quum nimiæ in eum pluviæ turbinantur: qui nec moles illas *Abellanas* trahunt, neque ingentium arborum strages rapiunt, atque plurimum a sinistro cornu montis non versus urbem *Nolam*, sed in hybernum occasum defluunt. Namque *Vesuvius* ab occasu hyberno ad hybernum ortum aliquanto protensus extat) eo veluti contraria rerum conditione compensata infestior fuit copiosa cinerum eructatione, ac miris incendiis: quibus sæpe tota vicina *Vesevo* ora jugo fœdata combustaque est; unde magna scribentibus materia orta dataque est. De eis namque *Vesuvii* mirandis injuriis plærique viri illustres, tum *Græci* tum *Latini*, scripsere. Quorum *Dio* tanquam pro ceteris scribens, meminit hoc pacto: *In Campania horrenda quædam, atque miranda forte visa sunt, ingens enim ignis autumni tempore derepente exarsit. Vesuvius enim mons mari imminens, prope Neapolim extat, fontesque habet perennes. Is vero quondam simili undique clivo exurgebat in verticem: a cujus medio cacumine ignis erupit; hac nempe parte solummodo incensus est; partes vero externæ, atque juga, ut igne fuere vacantia, ita nunc etiam vacant. Montis igitur juga, quum semper absque igne fuerint, mediæ vero partes combustæ ac in cinerem versæ, factum est, ut cacumina undique antiquam altitudinem ad hoc tempus servarint. At vero quodcunque igne correptum consumptumque est, id tempore longo cavum evasit desidente semper materia ita, ut mons totus (ut parva magnis comparemus) similis theatro venatorio videatur. Ejusque extrema & arboribus & vitibus abundantia sunt: circus vero igne consumitur, atque interdiu fumum efflat, noctu vero flammas usque adeo, ut in eo multa videantur ac varia suffimenta tractari. efflatus autem ejusmodi semper efficitur: quanquam interdum major, interdum minor. Sæpenumero vero cineres ejicit: atque ubi quicquam inversum cohæserit, tum lapides rejectat, si quando vero vis aliqua venti coëgerit, immurmurat, atque reboat perinde, ac si non arctas, sed laxas, profundasque respirationes haberet, talis est Vesuvius: atque hæc ipsa spectacula in eo frequentissime quotannis producuntur. Veruntamen, quæ aliis temporibus apparuere, etsi ingentia visa sint iis, quorum quisque sua tempestate spectavit: comparata tamen eis, quæ autumno memorato visa sunt, per quam parva procul dubio habita fuerint: etiam si omnia veluti in unum collata simul erupissent.* Et paulo inferius secutus *Dio* ait: *Cinis immensus proflatus est, qui terram, mare, aëremque omnem occupavit, multosque perdidit homines, & armenta, & agros: ubi sua quenque fata pati, acciderat. Pisces quinetiam & aves omnes interemit. Oppida tota præterea duo Herculaneum & Pompejos etiam populo in Theatro eorum sedente operuit. Et tanta fuit ci-*

Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosque volucres
Et bibit humorem: & quum vult ex se ipsa remittit,
Quæque suo viridi semper se gramine vestit.
Nec scabie & salsa lædit rubigine ferrum.
Illa tibi lætis intexet vitibus ulmos.
Illa ferax oleæ est: illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.
Talem Dives arat Capua: & vicina Vesevo
Ora jugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.

In quo *A. Gellius* ait a poëta mutatum fuisse verbum & pro *Nola* scriptum esse Ora, vel ob negatum a *Nolanis* beneficium petitæ aquæ: vel, quod ipsi potitus placet, ob suavitatem concursus vocalium finientis carminis atque incipientis alterius. Verum enimvero illud, quod prius refert *Gellius*, hominis est prorsus nugas commentantis, ejusque qui nusquam agrum *Nolanum* novit visitve. Ait *Gellius* se legisse in quodam commentario, *Virgilium* petiisse a *Nolanis* aquam, ut duceret in propinquum rus. *Nolanos* beneficium petitum non fecisse, poëtam offensum nomen urbis eorum quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse: oraque pro *Nola* mutasse: atque ita reliquisse scriptum:

. . . . *Et vicina Vesevo*
Ora jugo.

Ego vero velim diceret ille vir optimus quicunque fuit: quamnam aquam ducendam in rusculum suum petierit *Maro*? quum nulla alia esset ducenda, nisi *Abellana*: aut illa, quæ aquæ ductus est a *Laurinio* venientis. *Abellana* non esset negata: quandoquidem usque ad hæc tempora vulgaris est, communisque omnibus, ruribus, ac pagis, qui propinqui sunt; quisque enim (ut lubet) ducto rivulo in agrum, in hortos, in cisternas derivat aquam: idque absque incommodo vicinorum: neque suspicandum est, *Nolanos* fecisse eam aquam vectigalem: quod usus ejus rivuli non esse potuisset tantus, ut summulam dignam exactione præstitisset; parvus enim agri tractus est, cui rivus usui esse posset. Quod si etiam vectigalis illa fuisset, compertum est, pro derivanda aqua parem fuisse exactionem a *Marone* atque a quovis rustico, villicoque rivuli accola; hosce autem obolos dono petiisse a *Nolanis Maronem*, non modo ridiculum est dicere: sed esset magna *Virgilium* ignominia prosequi: qui adeo cumini sector (ut ajunt) visus fuisset, ut obolos pauculos contendisset petere a *Nolanis*. Rivulus insuper is, quum per extremum agrum *Nolanum* transit, continue per planiciem repit usque ad paludes: quamobrem ad aquandum duntaxat utilis esse potest: ad molendum vero aliasve moles agitandas inutilis reperitur. *Maro* itaque potuisset minimo aquari, ut ceteri omnes: minima autem non petunt magni viri. Eam vero aquam, quæ aquæ ductu ferebatur, quod paucula erat, atque in ornatum urbis magis quam ad usum ducebatur: *Maro* si non benigno, quo erat ingenio, sed moroso potius ac puerili, ut hic fingit, fuisset, non petiisset. Namque si tantillam in agrum aliquem deflexisset, in urbe nulla fluxisset aqua; quam tenuissimi enim sunt rivuli, qui prope *Laurinium* scatent. Nulla itaque negari potuit aqua a *Nolanis*. Nam *Abellana* non erat negata: *Lauriniana* non erat petita. Adde *Servium* super eo carmine *Æneidos*:

Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ,

Scriptum reliquisse hoc. Multi *Nolam* volunt intelligi, & dicunt iratum Vergilium nomen ejus mutasse propter sibi negatum hospitium, & id aperte noluisse dicere: sed ostendere per periphrasin (nam illic Punica vel plurima mala nascuntur.) ut nunc pro *Nola Abellam* posuerit; hæc *Servius*. Tu vero princeps vide quæso, cui potius fidem adhibeas, illine male cogitanti *Gelliano*, an hisce multis somniantibus *Servianis*? In quo primum mirum illud est, hos utrosque cum legisse tum scivisse factum *Nolanorum*,
A atque iram *Vergilii*. *Servium* vero atque *Gellium* non legisse id neque novisse nisi ab eis. Quis item crederet in homine suapte natura tacito prudentique atque semper cum musis summussitabundo, iram cadere potuisse, cogitationemve sumendi pœnas tam minimarum rerum negationis, non solum offensionis aut repulsæ? Quod si magni viri gravesque aut nihil petant, aut tradenda petant: contra vero senatus illustris longe plus magnificat rem bene locasse quam possedisse: profecto nugæ sunt hæ, quas isti viri tam diligenter sunt commenti, a *Vergilioque* neque hospitium neque rivos petitos esse, neque negatos a *Nolanis*. Veruntamen ejus verbi mutationem, si modo unquam
B mutatum est, alia causa fecisse *Maronem*, censeo. Namque carmen cum verbo Ora præterquam quod suavius fertur, etiam pleniore & honestiore significatu præcellit; plura enim dicit: neque vicinos similesque agros afficit injuria; affecisset enim tacendo illos, atque solummodo nominando *Nolanum*: *Vesuvius* namque singularis mons est, atque a meridie mari propinquus ac imminens extat a ceteris vero plagis, agris perpetuis ambitur, qui *Neapoli* procedentes tenduntur sub sinistro occiduoque cornu ipsius ad usque *Abellam* montem: ab *Abella* vero conversi interque *Carnum* montem & cornu dextrum orientaleque ejus-
C dem *Vesuvii* verruca facta, quæ *Altorella* nunc vocatur, protenduntur: deinde æquo solo usque ad *Nuceriam*, & *Gauranum*, & *Pompejos*, & ostia *Sarni* ac *Stabias* contendentes finiunt. *Stabiæ* vero ubi locorum fuerint, monstrabitur inferius. Ea itaque ora, quæ *Vesuvium* lambet, eique vicina est, agrum *Neapolitanum* continet, & *Sarnatem*, & *Nucerianum*, & *Stabianum*, & *Pompejanum*, omnes pari bonitate præstantes. Suavius itaque (ut *Gellio* placuit) & plenius, atque absque offensione cujusquam vicini cecinisse videtur poëta, dicens Ora pro *Nola*. Eandem rationem in VII. *Æneidos* servasse *Maro* videtur. Quandoquidem sub monte *Abella*, qua *Campaniam*
D spectat, est *Bovianum*, est *Abella* oppidum, est *Nola*: Item *Suessula* erat, sunt *Acerræ*, est *Atella*, atque *Neapolis*. Quorum populi omnes eo carmine una significatione continentur; siquidem *Abella* oppidum, quod intra montem esse ipsum dictum est, ab alto aperte despectat ceteros omnes eos populos: qui in planicie jacent, veluti ipsa poëta expressit, quorum nemo reliquos ita spectare potest: significantius itaque, cumque locorum proprietate, quam *Maro* callebat multos annos *Neapoli* immoratus, carmen fertur cum dictione *Abellæ*, quantum nullo pacto neque vere significare potuisset cum dictione *Nolæ* seu *Bellæ*. Ager quoque *Nolanus* & si gratiis
E hisce illustris est: illa tamen peculiaris eundem nobilitavit: apud antiquos enim *Græciæ* medicos laudata est sertula *Campana* in *Italia*: quam meliloton appellant, ea, quæ in Campo *Nolano* nascitur. *Dioscorides* libro tertio de materia medica ita scriptum reliquit: μελίλωτος κράτιστος ὁ Ἀττικὸς, καὶ ὁ ἐν Κυζίκῳ, καὶ ὁ ἐν Καρχηδόνι γεννώμενος κροκίζων καὶ εὐώδης. φύεται δὲ καὶ ἐν Καμπανίᾳ περὶ Νῶλαν μηλίζων καὶ ἄτονος μετὰ τὴν εὐωδίαν. sertula Campana optima est, quæ in Attica, & quæ Cyzico & quæ in Carthagine nascitur, crocea ac odora. Nascitur quoque in Campania circa Nolam; sed lutea, atque odore remissiore.

F

CAP. III.

De positu urbis: deque Nolana natione, urbisque conditionibus.

IN hoc tam pulcro atque utili solo urbs *Nola* fundata surrexit: quæ a *Vesuvio* quinque millibus passuum abest, ab *Abella* quatuor, a *Clanio* fluvio octo, a *Gecalæ Vescianique* collibus stadiis tum sex, tum octo,

octo, tum decem, tum etiam duodecim. Gens autem *Nolana*, quæ fuerit, & unde terrarum originem traxerit, ambiguum esse videtur; varia enim atque inter se dissentanea autores etiam clarissimi de ea scripserunt. In Epitomis namque *T. Livii* colonia *Romanorum* fuisse legitur hisce verbis: *L. Cæsar Cos. male adversus Samnites pugnavit. Nola colonia in potestatem Samnitium cum L. Postumio prætore venit, qui interemptus est.* Idem autor lib. 7. tertiæ decadis: *Hæc acta in consiliis.* XXX. *tum coloniæ Po. Romani erant, ex his* XII. *quum omnium legationes essent Romæ, negaverunt consulibus esse, unde milites pecuniamque darent.* Et paulo post: *pro duodeviginti coloniis M. Sextilius Fregellanus respondit, & milites paratos ex formula esse: & si pluribus opus esset, plures daturos, & quicquid aliud imperaret velletque Po. Romanus, enixe facturos, ad id sibi neque opes deesse, animum etiam superesse.* & paulo post ait, *Segnini fuere, & Nolani, & Norbani*, ac ceteri. *Plinius* III. na. hist. coloniam *Romanorum Nolam* esse docet scribens: *Intus coloniæ Capua, Aquinum, Suessa, Venafrum, Sora, Theanum Sidicinum cognomine, Nola, oppida, Abellinum, Aritia, Alba longa.* & ceteræ. *Strabo* vero lib. 5. *Capaniæ* urbes *Græcas* fuisse docet his verbis: *Res Campanorum initio Græcas fuisse, deinde Græcis permistas*, indicio sunt præfectorum urbis nomina, ritus, & educationis Græcorum hoc in loco plurima servantur adhuc vestigia *Silius* lib. 12. *de Nola* sic cecinit:

Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam,
Campo Nola sedet crebris circundata in orbem
Turribus: & celso facilem tutatur adiri
Planiciem vallo.

Justinus quoque lib. 20. *Chalcidicam Nolam* fuisse docet, Quid inquiens, *Cerem urbem? quid Latinos populos, qui ab Aenea conditi videntur?* Jam *Falisci, Japygii, Abellani*, non ne *Chalcidensium* coloni sunt? In quo sciendum est, plures fuisse *Chalcides*, ut *Stephanus* testatus est, quarum præstantissima ea habita est, quæ in *Euboea* sita est: atque ab hac sola profectas esse tum ad alias provincias, tum in *Italiam* colonias. Quamobrem quum superiores autores *Nolam Chalcidicam* esse scripserunt: ex ea *Chalcide*, quæ in *Euboea* est, originem traxisse, audiendum est. Quod *T. Livius* quoque lib. 8. decadis primæ memorasse videtur, scribens: *Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est: duabus urbibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi: Cumani Chalcide Euboica originem trahunt. classe, qua advecti ab domo fuerant, multum in ora maris ejus, quod accolunt potuere: primo insulas Aenariam & Pithecusas aggressi: deinde in continentem ausi sedes transferre.* Illud quoque non est prætereundum, quod docuit *Libanius* dicendi magister in argumentis orationum *Demosthenicarum* hisce verbis: ὄλυνθος ἦν πόλις ἐπὶ Θρᾴκης. ἑλληνικὸν δὲ ταύτῃ τῶν ἐνοικούντων τὸ γένος ἀπὸ χαλκίδος τῆς ἐν εὐβοίᾳ. ἡ δὲ χαλκὶς ἀθηναίων ἄποικος. *Olynthus urbs est mediterranea Thraciæ. In qua incolarum genus Græcum est: atque a Chalcide, quæ in Euboea est, deductum. Chalcis vero Atheniensium colonia est.* Quamobrem ubi hæc ita se habent, quis est, qui non videat censeatque, *Nolanos* etiam *Athenienses* esse atque ab *Athenis* oriundos? Sunt itaque *Nolani* tum *Romani*, tum *Athenienses*: utravis gens sub sole præstantissima. Veruntamen sicuti monuit *Strabo*, prima ac antiqua *Nolanorum* origo *Græca* & *Attica* fuit: deinde miscella facta *Græcorum Latinorumque* hominum, *Romana* quoque habita est: antea vero quam cum *Romanis* tractaretur, tumque cum urbs *Nola* condita est, natio *Nolanorum Græca* & *Chalcidica* & *Attica* fuisse comperitur, idem conditores fuere urbis. Duces vero quinam fuissent *Romanorum Chalcidensiumve* coloniæ, nullibi scriptum esse novimus.

CAP. IV.

Unde urbs appellata est Nola.

A HUic vero nomen *Nola* inditum fuit, neutiquam (ut arbitror) a conditore, duce reguleve aliquo. Nec a natione ipsa quidem incolentium; sed potius sumptum est a suopte agri ingenio, in quo urbs ipsa fundata est, sedesque jam dictas occupavit. *Nola* enim verbum *Græcum* est: atque per o magnum scribitur, ut Νῶλα. hoc vero compositum est ex νῶ particula privativa & nomine λᾶς λα: quod significare
B Græcis volunt lapidem atque fluvium: hoc est locus absque lapidibus & fluvio. Campus enim *Nolanus* neque lapides habet ullos, neque flumine aliquo rigatur: ut monstratum est superius. Quamobrem *T. Livius*, ut eam nominis compositionem atque proprietatem interpretatus exprimeret, fecit exclamare ad suos *Annibalem* hisce verbis: *Expugnate Nolam campestrem urbem, non flumine non mari septam.* Eodem quinetiam obtuitu & animi spectro, *Silius* illa cecinisse videtur carmina:

Campo Nola sedet crebris circundata in orbem
Turribus, & celso facilem tutatur adiri
Planiciem vallo.

C Eo nimirum veriora sunt hæc, quæ de nominis *Nolani* structura disseruimus, quo minus in historia *Græca* & *Latina* reperire valueris nomen gentis alicujus aut principis, a quo appellationem hanc ipsam urbis aptius attendisse, ausis asseverare.

CAP. V.

De conditione situs urbis Nolæ.

MAgni momenti fuit urbem *Nolam* in eo situ fundatam esse, cum ad hominum consuetudinem, tum ad occasiones belli. *Lucanis* nempe *Oeno-*
D *triisque* populis omnibus atque *Siculis Romam Ethruriamve* aptius accessuris, *Nola* transeant, opus est. Eodem modo quibus ab urbe *Roma* ad harum gentium plagas proficiscendum est, eadem transire coguntur; contra vero a *Campania Neapolique* in *Apuliam*, atque illinc ad hæc loca transituris, via per *Nolam* commodissima est. In medio itaque horum se concidentium itinerum sedere, maximum refert ad hominum consuetudinem; ad belli vero occasiones urbem in eo loco extare plurimum referre, duorum (ut ceteros taceam) prudentissimorum imperatorum conscientia atque contentio patefecit in secundo bello *Punico*; namque quanto studio *Annibal* at-
E que *Pœni* duces *Nola* potiri conati sunt: tanto nisu *Marcellus* atque *Romani* tueri ac retinere *Nolam* studuerunt. Proinde tum hoc ipso bello, tum aliis, quam plurima prælia circa *Nolam* commissa sunt: atque urbs ipsa sæpissime capta ac vastata est, sicuti victoriæ causa plurimum fuit iis, quibuscum urbs ipsa in societate mansit. Quinetiam ubi tanta hujus loci conditio est: fit nobis magna fides, in eo urbem sæculis innumeris stetisse, spesque futurum, nunquam urbem deletum iri posse.

CAP. VI.

De incremento ac potentia Nolanorum.

F HAnc veluti infantiam. *Nola* urbis legimus excrevisse usque ad *Samniticum* bellum: quod cum *Romanis* gestum est ante *Augustum* ducentesimo ac septuagesimo anno. Ea nempe tempestate populus *Nolanus* in tantam potentiam & dignitatem auctus est, ut cum *Samnitibus* non subditicia, sed consocia arma ferre, atque bella gerere potuisset: ut *T. Livius* testatur. Tum duo millia *Nolanorum* militum in-

 quit

A quit & quatuor *Samnitium*, magis *Nolanis* cogentibus quam voluntate *Græcorum*, recepta *Palæpolin*; fuisseque *Palæpolin* haud procul inde, ubi nunc *Neapolis* sita est: atque urbibus his duabus eundem populum habitasse; hæc quantum ex historicum licet conjectari, videtur fuisse ea, quæ nunc *Turris Jopparellorum* appellatur; est nempe locus is prope *Neapolin* ad tria millia passuum: quin etiam prope mare, prope montem *Vesuvium*, & in ipsa via, quæ *Neapoli Nolam* fert, atque tum conterminus *Nolano* agro; quam *Palæpolin* eo bello *Nolani* subigere contendisse videntur potius, quam *Samnites*: tum nempe *Nolani* erant duces atque cogebant: *Samnites* vero stipendia faciebant: consocia quoque arma cum *Samnitibus Nolanos* B fecisse, testatur marmor quoddam antiquum: in quo inciso legitur exercitus *Samnitium Nolanorumque* victoria illustri potitos, nec plura legi queunt: literis ob antiquitatem interlisis. Est autem hoc ipsum marmor in oppido quodam *Hirpinorum*, quod *Mirabella* nuncupatur, atque in lævis ante portam australem fundatum, quam autem ea victoria fuerit illustris, atque grandes exercitus, indicat nomen facti, quod etiam loco pugnæ inditum est; illic nempe bella mira fuere gesta, in quibus *Samnis* imperator ante ivisse videtur, quæ quum ita se habeant: compertum est, *Romanos* bellum illud *Samniticum*, tam atrocissimum longissimumque non cum *Samnitibus* solum gesisse: sed etiam cum *Nolanis*, quorum tum præ- C stantes erant vires in *Campania*, illud quoque illustrem populum *Nolanum* testatur. Namque templum Victoriæ *Nolanos* dicasse constat: quod non modo exercitum ingentem; sed etiam victoriam partam ostendit fuisse gloriosam: parva nempe facinora non eo probe attollunt, ut pro eis templa erigi dignum decorumque esse videatur. Idem autor ait: *Dictator Clarissimus Petilius quum audivisset, arcem Fregellanam ab Samnitibus captam, omisso Boviano ad Fregellas pergit; unde nocturna Samnitium fuga sine certamine receptis Fregellis, præsidioque valido imposito, in Campaniam reditum fecit: maxima ad Nolam armis repetendam: eo se intra mœnia sub adventum dictatoris & Samnitium omnis multitudo & Nolani aggrestes contu-* D *lerant. Dictator urbis situ circumspecto, quo aptius aditus ad mœnia esset, omnia ædificia (& frequenter ibi habitabatur) circumjecta muris incendit. Nec ita multo post sive a Petilio dictatore, sive a Clarissimo Junio consule, nam uterque traditur) Nola capta est, qui captæ decus Nolæ ad consulem trahunt, adjiciunt Atinam & Calatiam ab eodem captas.* Ex quibus clarum fit, tum a frequenti habitatione, quæ circa urbem, tum a societate cum *Samnitibus*, tum ab exercitibus *Palæpolim Mirabellamque* missis, tum a gloria Consulis ob expugnatam *Nolam* rem *Nolanam* ea tempestate extitisse non humilem, sed potentem atque superbam, in quo illud spectare nos licet, *Nolanos* damno doctos non etiam posteris sæculis extra muros ædificia con- E dere consuevisse. usque nempe ad secundum bellum *Punicum* aditus liber remansit accedere volentibus undequaque ad muros: indicio illo. Nam *Annibal Nolam* aggressurus, scalas statim muris summittendas paravit: non etiam impeditus in delendis suburbiis, quod etiam usque ad nostra tempora servatum est, nulla nempe circa urbem præsentem ædificia videntur extitisse, nec etiam extant. Secundo autem bello *Punico*, quod gestum est anno centesimo decimo post *Samniticum*, quanto fuerit amplior & dignior *Nolana* res, ostendit cum *Livianus Annibal* hortando suos: *hinc vos ex tam opulenta urbe præda,* F *spoliis onustos vel ducam, quo voletis, vel sequar.* tum *Herennius Bassus Nolanus* vir primarius hisce *Annibalis* verbis respondens patefecit: *multos annos jam inter Romanum Nolanumque po. amicitiam esse, cujus neutros ad eam diem pœniteret: & sibi, si cum fortuna mutanda fides fuerit, sero jam esse mutata eam, dedituris se Annibali, non fuisse accersendum Romanum præsidium, cum iis, qui ad se tuendos venissent, & omnia sibi esse consociata, & ad ultimum fore.* Hæc non sunt populi societatis specie subditi: sed potius liberi ac magnifici & per se ipsum constantis. Magnas item vires *Nolanas* eodem bella excrevisse, indicare potest pugna illa illustris: qua *Annibal Nola* vertere terga coactus est, atque usque ad castra fugere; non nempe verisimile est, *Marcellum* cum expedita manu præsidiarioque milite valuisse tantum ducem, tantum exercitum in fugam vincendo vertere: nisi *Nolanorum* copiæ additæ illius copias justas æquasque *Pœnis* fecisset. Magnam etiam *Nolanorum* potentiam eodem bello viguisse, testatur illud. *Samnitibus* namque atque *Campanis* hostibus Po. *Romani Nolanique*, inter *Romam Nolamque* sedentibus cum *Punicis* etiam præsidiis, potuere *Nolani* duce *Marcello* totum *Samnium* vastare incendereque, atque *Samnites* cogere, ut auxilio revocarent ex *Apulia Annibalem: Samnites* inquam, qui tot annos bellum gessere cum Po. *Romano Nolanorum* magnarum virium, quæ per ea tempora fuere, magnum argumentum est, namque senatus, si plebs aliquantum non inclinata fuisset ad *Annibalem*, neque quoque *Marcellum* e *Suessula* auxilio vocari fuisset opus, potuisset fretus propriis armis, *Annibalem* accedentem arcere ab urbe atque agro *Nolano*. Rem quoque *Nolanam* extitisse longe grandiorem atque potentiorem etiam post bella *Punica*, apertissime constat. Extant nempe reliquiæ quædam duorum amphitheatrorum, quorum alterum erat ad occasum æstivum: alterum ad ortum hybernum. illud antiquius: hoc posterius extructum fuisse videtur, illud latericium, quæ Murara nunc dicitur: hoc marmoreum ac lapide quadrato compactum, quod Castellum ruptum hodie nuncupatur, siquidem consilium ædificandi, & sumptus immensi, atque eorum usus, non esse possunt arcti, humilis, obscurive populi: sed sua potius sunt opera ampli, magnifici, atque splendidi senatus. Compertum est plurimum etiam auctam esse *Nolanam* rem post secundum bellum *Punicum*, quod in eo nihil detrimenti fecit, atque charissima Po. *Romano* evasit: par est itaque si in bello se magnam servavit, etiam benivolentia Po. *Romani* maximam se reddidisse in pace, quæ longissima secuta est. Namque in *Campania* ab eo bello usque ad *Syllam*, nullum unquam bellum gestum est. Quam magna fuerit Res *Nolana*, conjectari quoque est, cum ab ambitu urbis, tum a numero civium, siquidem ut inferius monstrabitur, ambitus excreverat adusque bis mille passus: civium vero capitum supra quinquaginta millia censa; illud quoque rem *Nolanam* arguit fuisse excelsam, siquidem multa post bella, quæ *Romani* gessere in *Italia*, non modo cum invadentibus barbaris, sed etiam cum *Latinis*, cum *Samnitibus*, cum servis, cum sociis, atque post eorum intestina bella, in quibus *Nola* sæpe periclitata captaque est, potuit vel magna remanere, vel brevi instaurare sese, atque magnam ac divitem extollere; tempestate nempe Beati *Paulini* a *Mauris Vandalisque Nola* vastata est, atque bonis cunctis spoliata, per quæ tempora ditissima tot malis supererat; quarum divitiarum, magnitudinisque populi *Nolani* testes sunt tum ipse *Paulinus* in epistola ad *Severum Sulpitium*, tum *Paulus diaconus* de gestis *Romanorum* lib. xv. Indicio nimirum magnificentiæ *Nolanæ* sunt quoque monumenta, quorum aliqua etiam nunc extant, partim in via antiquæ urbis: quæ *Neapolim* ferebat: partim ad viam, quæ ab *Abella* per agrum *Nolanum* sub *Gecala* colle fert ad *Stabias*, hæc nempe sunt eleganter ædificata: nec mediocres ponentium sumptus ostentant: multa quoque marmora passim inveniuntur in urbe, atque circa urbem præsentem in quis incisa nomina sunt eorum, qui monumenta sibi fuis-

1 Templum Iovis.
2 Templum Servatoris.
3 Templum Mercurii.
4 Templum Victoriæ.
5 Templum Augusti.
6 Amphitheatrum Latericium.
7 Amphitheatrum Marmoreum.
8 Paries Antiquus.
9 Per hæc loca cavantibus inventæ sunt Antiquitates.
10 Antiqua excava.
11 Hic extumet ſolum ob Fabricam.
12 Hic excavantur Antiquitates.
13 Diametros DCLX. Pass.
14 Turris rotunda.



15 Porta et Via Abella.
16 Porta et Via Lauriniana.
17 Porta et Via Sarni.
18 Videtur hic Porta cum Turre et Murorum pars.
19 Hic extumet solum videturq Porta cum Turre.
20 Porta et Via Vesuvii.
21 Via Neapolitana Portaq quæ nunc etiam dicitur.
22 Antiquus Ambitus MMLXXIV passibus.
23 Antiqui Tumuli.
24 Via Boviani.
25 Hic pugnatum est cum Annibale.



NOLA VETUS ac PRÆSENS.

suisque posuere, tum oratione tum scriptura eleganti: quæ humilibus parvisque nulla ratione quadrare, congruereque valent. Adde templa multa urbis, de quibus inferius dicetur, quæ in quavis urbe erecta non possunt nisi potentiam magnanimitatemque civium testari.

CAP. VII.

De ambitu urbis atque portarum numero.

SIcuti ea, quæ dicta sunt, demonstravere *Nolanos*, potentes & magnos atque illustres: ita valent ambitum areamque urbis ipsam non angustam ac hiantem, sed amplam ac sane quam refertam extitisse, consentanee significare magna nempe magnos decent. Quinetiam licet certa ratione atque mensura colligere ab eis fragmentis reliquiisque antiquæ urbis, quæ adusque nostra tempora duravere, extantque, quantum areæ urbs ipsa occuparit, quaque fuerit figura: & quanto sit ambitu circumducta; videre nunc namque est, duo memorata amphitheatra inter se distare circiter trecentis sexaginta passibus; passum esse audiendum est, spatium VIII. pedûm. Quinetiam singulorum amphitheatrum diametrum passuum esse quinquagenum, præterque ea spectare licet, extra utraque amphitheatra per eandem rectitudinem, in qua illa sita distant, alta vestigia ac fundamenta magnorum ædificiorum, ut extra latericium versus occasum æstivum circiter centum passus: extra vero marmoreum versus ortum hybernum tantundem; amphitheatra nempe extra urbem, aut intra, sed juncta muris, aut muris vicina non poterant erigi: tempore nempe belli plurimum potuissent officere ac impedimento esse. Quamobrem collectis in eadem longitudine mensuris quinque, ut quæ est inter amphitheatra, quæque sunt duarum diametrorum ipsorum, atque præter eas duabus aliis, quibus utrinque amphitheatra erant secreta a muris urbis, compertum est, diametrum urbis sexcentis sexaginta passibus patuisse. Quod si *Nola* rotunda erat figura, & crebris circumdata in orbem turribus, ut *Silius* cecinit, utque vestigia & relicta fundamenta quoque nunc indicant, orbem undique, quo continebantur, monstrantia: fuit nimirum maximus urbis ambitus duum millium ac septingenti quatuor passus. Sexangulam vero urbem si in orbem circumdatam saltem intellexeris, singula ejus latera trecentenum tricenum passuum excurrisse oportet, fuisse itaque minimum urbis ambitum duum millium passuum demptis XX. compertum est; sin vero duodecangulam mansisse urbem velles: ambitum patuisse oportet medium inter utrosque mensus hosce: hoc est duum millium ac XX. septem passuum fere. Tantum ambitum continuisse urbem, illud quoque indicio est. Namque autore *Livio*, *Marcellus* ex tribus portis occurrisse scitur *Annibali* urbem *Nolam* invadenti, quas portas tres in eadem urbis plaga patuisse oportet, atque intervallo vicinas: ut milites sibi propinquiores erumpentes, densius ac tutius in adversos hostes incurrissent. Quod si illæ tres portæ non a se mansere aversæ, sed ex ordine atque vicinæ: manifestum est, ab hisce ternas alteras aversas fuisse, atque inter utrasque a dextera ternas, a læva item ternas, omnesque fuisse XII. verum quatuor earum præstitisse principales: reliquas vero commodatarias arbitrandum est; tot autem portas campestris rotundæque urbis tantum circuitum quantum diximus exposcere, consentaneum est porta enim altera ab altera illarum distare minore tractu non poterat, quam centenorum sexagenorum quinum passuum majorem vero portarum numerum in eo circuitu ambituque desiderare, est tempore pacis supervacaneum: belli vero non tutum; minorem vero

A numerum utroque quidem tempore & pacis, & belli minus commodum, pacis vero potius ineptum est.

CAP. VIII.

De eis antiquæ Nolæ reliquiis, quæ nunc apparent.

QUatuor sunt, quæ nobis hactenus reliqua fecit urbs antiqua *Nola*, ut amphitheatrorum duorum partes quasdam, ut tumulos, ut pavimenta quædam templorum, ut fundamenta etiam terra tecta multorum ædificiorum: verum inter omnia hæc, B certa & clara melius sunt amphitheatra & tumuli. amphitheatrorum igitur duorum, quæ dicta sunt, latericium adhuc servat ambitum, atque parietem exteriorem etiam supra fornices & arcus infimos: superiora vero corruerunt, videturque habuisse duos ordines fornicum. Namque paries exterior non usque adeo solidus validusque est, ut etiam tertium supremumque ordinem testudinum sustinere valuisset. Quare latericium amphitheatrum, & si cum marmoreo area pari & æquo ambitu consentiat: eo tamen minus, & humilius fuit uno ordine: marmoreum vero, quod nobis pueris magis corruptum atque dirutum erat, quam latericium, etiam paulo post fere funditus extirpatum est ab *Urso Ursino Nolæ* tum regulo, *Nicolæ* avi tui patruele. Is enim quum reficere C amplificareque regiam constituisset, omnia fere amphitheatri fundamenta fodiendo exhausit, totque quadrata marmora effodit, quot non solum primorem parietem regiæ, qui Arctum spectat, construere potuerunt & extollere: sed etiam ad magnum usum reliquæ ædificationis sufficere: inque multorum civium commoditatem concedere. atque præter ea vel quam plurima alia superesse, fundamenta ejus jacta adusque viginti pedes, ac e lapidibus quadratis maximisque compacta ostendunt; antea vero quam ab *Urso* excavarentur: extare nos vidimus duos arcus solos quadratis lapidibus compositos: quorum alter occasum hybernum, æstivum alter spectabat. D & horum fundamenta fundamentis aliorum arcuum certo intervallo atque in eodem circuitu respondebant. Ex quo ordine ambituque atque arcubus clare scire licet, eo in loco amphitheatrum stetisse; idque altissimum: simul quia fundamenta erant amplissima validissimaque tolerare superinjecti operis altitudinem: simul quod ejusmodi marmorea amphitheatra non minoribus ternis ordinibus arcuum erigi solent. Ea autem marmora quanquam innumera, tamen asperiora erant: non item pellucida, non peregrina: quamobrem in subditicio opere jacta, atque alia pulcriora effigiataque adjecta crustationi esse oportuit: veluti etiam multa crustationis fragmenta reperta indicant quorum & materia est pulcrior, E & ars, quæ in eis videtur, diligentior. Hoc opus nobilissimum extitisse, indubitatum est, ac maximo animo, ingenio, labore, sumptuque editum: sive ea marmora fuerint crate convecta *Stabias*, & *Stabiis* plaustro *Nolam*: sive illa asperiora excisa fuerint de monte *Gecala*: peregrina vero de *Liguria Circæisve* advecta. Quam maximum extitisse hoc opus, ruina etiam testatur, dirutum enim ædificium verrucam grandem quasi naturalem extuberavit. In eo etiam opere certasse videntur *Nolani* cum *Campanis*: namque huic operi simile ab eis extructum fuisse manifestum est: duobus millibus passuum citra *Vulturnum* amnem: ubi tum *Capua* sita erat. Veruntamen F *Nolanis* opus longe difficilius extitit, illi enim per *Vulturnum* atque scaphis, *Nolani* vero *Stabiis* plaustro domum cæmenta devexere. In quo nemini velim mirum sit, si videat in medio amphitheatro hoc marmoreo quædam ædificiorum vestigia, ut scalas singulas fornice tectas, ac duas alias fornices, quæ

in

in amphitheatro locum habere nequeunt, cujus me-
dium vacuum erat & ſub dium. Namque a poſteris
illa ædificata ſunt, ſtructura enim earum fornicum
multo vilior eſt. Quinetiam eadem adjecta ædificia
quadrata figura fuiſſe, indicant tum duo fornicum
latera in angulum concurrentia: tum ſcala, quæ a
cavædio aſcendentes videntur tertio lateri hæſiſſe.
Quamobrem ſpeciem arcis præ ſe ferunt, quam aſ-
picientes ii, qui poſteris ſæculis fuere, appellave-
runt eam ruinam verrucamque, Caſtellum ruptum,
cenſentes arcem fuiſſe non amphitheatrum, ſed am-
phitheatrum fuit non arx. Arces enim primorem
murum ſolidiſſimum continuumque maxime volunt:
non ſuper arcubus piliſque erectum: ſicuti ſuum eſt
amphitheatri ſuper pilis arcubus atque teſtudinibus
in ambitu ductis extare, his enim ſedilia attolluntur,
potuit hoc amphitheatrum ſupra triginta millia ho-
minum ſpectatum excipere; ſingula enim ſedilia in
tanto ambitu ad ſepties centena capita facile capere,
quorum ordines ab imo ad ſummum ſcandentes ad
quadragenos atque quinos deinceps ſubjeciſſe ſibi
convenit. Extra autem amphitheatrum latericium
via ampla etiam nunc eſt, qua recta tenditur verſus
occaſum vernum, fertque *Neapolim*, quæ antiquæ
urbis fuiſſe indicatur: partim quia locus is videtur
ſemper appellatus fuiſſe porta, & ſacellum quoddam
quod illi adjacet, vocatum eſt ſanctus *Petrus* ad
portam: partim quia eidem viæ hærent tumuli qui-
dam antiquiſſimi, idque e regione illius ſacelli; ſunt
ejuſmodi tumuli eleganter conditi, non etiam mul-
tum extantes: ſunt ampli atque rotundi coronati-
que, tectum quorum ab orbe exurgens pedetentim
faſtigiatur turbinaturque in apicem medium; ſtructu-
ra latericia, eſt ac tam apte compacta, ut materia
ſolida eſſe videatur: ab averſo autem latere urbis,
quod ad ortum vergit vernum, via *Lauriniana* etiam
nunc exit ampla recta oblongaque, quæ portam
aliam urbis antiquam indicat, quæ averſa erat a por-
ta *Neapolitana*. Item parvo tractu ab amphitheatro
marmoreo recedens verſus Arctum fanulum eſt, quod
humi depreſſum eſt, atque pavimentum teſſelatum
in eo cernitur, figuramque baſilicæ habet: quæ
nunc ſancta *Victoria* nuncupatur. Quod templum
Victoriæ priſcis temporibus fuiſſe videtur; eſt autem
hoc ſacellum inter amphitheatrum & arcem præſen-
tis urbis. In eadem parte arctica atque majore receſ-
ſu facto amphitheatro eſt Epiſcopium, in quo pavi-
mentum antiqui templi, quod *Jovi* dicatum erat,
detegitur, quod nunc ſubterraneum ſacellum eſt bea-
ti *Felicis*. Atque prope ipſum alter locus etiam humi
depreſſus comperitur, qui nunc vocatur ſanctus A-
poſtolus; ſed ambos hoſce locos depreſſos ejuſdem
templi *Jovis* extitiſſe partes, notum eſt, ut inferius
dicetur, ad hæc parvo intervallo verſus æſtivum oc-
caſum ſecedens ab Epiſcopio, locus eſt etiam humi
depreſſus, in quo erectis quibuſdam pilis baſilica con-
ſtructa eſt, quæ nunc appellatur Sanctus *Felix* in
platea: quod antiquum templum extitiſſe creditur, al-
terum enim templum ſuper eo erectum eſt: ſed igno-
ratur cujuſnam numinis illud antiquum fuerit. Ve-
runtamen hæc tria pavimenta antiqua in eodem cur-
riculo tractuve conſiſtunt qui ab occaſu æſtivo in
ortum hybernum diſtenditur: in quo, Apoſtolus eſt
ab hyberno, *Felix* in Epiſcopio eſt in medio,
Felix in platea eſt ab æſtivo latere. Nec alia pa-
vimenta, quæ humi ſint depreſſa, apparent in-
tra metas ambitumque antiquæ urbis. Veruntа-
men in eo jam memorato tractu, ſiquis epiſco-
pio per centum paſſus verſus hybernum ortum pro-
recta proceſſerit, obvius fit locus, in quo templum
fuit *Servatoris*: nunc vero appellatur ſanctus *Serva-
tor*; neque locus depreſſus eſt humi, ut illi: ſed na-
turali ſolo eſt altior; præſens enim ſacellum videtur
eſſe erectum ſuper fabricam atque ruinam antiqui:

A nam omnis ejus viciniæ ſolum extumeſcit ob anti-
quarum ædium ruinam; eſt autem hoc præſens *Ser-
vatoris* ſacellum ſub turre *Megaldina* præſentis urbis:
idem adjacet muro cuidam, in quo porta urbis pa-
tuiſſe videtur, ſed non antiquæ, ſed ejus, quæ poſt
caſum antiquæ reſarcta modo quodam fuit. Præter
hæc in media duorum amphitheatrorum diſtantia
etiam inventa ſunt marmora aliquot quadrata: inter
quæ, unum erat inciſum litteris dicentibus: TEM-
PLUM AUGUSTI, ceteræ deletæ erant. Quæ
certo argumento ſunt, illic extitiſſe *Auguſti* tem-
plum, ab hoc vero loco ſi quis recta inter auſtrum
& occaſum hybernum ad ducentos paſſus proceſſe-
B rit, incurret fragmenta quædam locumque, ubi
quam plurima marmora quadrata effoſſa ſunt tem-
peſtate etiam noſtra, eaque *Neapolim* plauſtris trans-
vecta fuere a *Carolo Caraffa*, ex quibus conſtructæ
ſunt omnes partes imæ ædium, quas ille edidit pro-
pe porticum, quod ſegium Nidi vocant; hic igitur,
ubi effoſſa ſunt marmora, templum antiquæ urbis
videtur extructum fuiſſe, quod fundamenta, quæ
erant jacta domibus, latericia reperiuntur: non au-
tem tanta congerie quadratorum lapidum ſtabilita.
atque illud templum credendum eſt, dicatum fuiſſe
Mercurio: ſiquidem in quodam marmore inciſo legi-
mus *L. Stattium* fuiſſe magiſtrum & *Mercurialem* &
C *Auguſtalem* in urbe *Nola*: eundem vero virum ma-
giſtrumque duorum vicinorum templorum manſiſſe,
veriſimilius eſt. Quinetiam ab *Auguſti* templo re-
cta in auſtrum proficiſcenti trecentes paſſus: fit ob-
vius locus quidam extumeſcens ob antiquæ fabricæ
fragmenta: quas reliquias murorum antiquæ urbis
fuiſſe, menſus atque rotunditas urbis ipſius oſten-
dunt. Quinetiam illic portam cum turribus patuiſ-
ſe, qua *Veſuvium* verſus ferebat, ſicuti nunc via eo-
dem ducens patet. Ab amphitheatro præterea mar-
moreo recta eunti verſus *Vulturnum* ventum ad cen-
tum paſſus, locus extumeſcens alter occurrit: ubi
murus urbis ſtetiſſe, eadem ratione creditur: atque
D ſimiliter porta cum turribus, quæ *Sarnum Nuceriam-
que* euntibus iter præbebat. At vero, quod *Anni-
bal* primum *Nuceria* via hac ipſa ad *Nolam* expu-
gnandam venit, veriſimile eſt ante hanc portam eſ-
ſe caſtrametatum, atque cum eo ſub hac eadem ur-
bis plaga illa illuſtri pugnatum eſſe pugna, in qua
victor *Annibalem* docuit poſſe vinci. Inter autem
Mercurii templum atque portam *Sarni*, amphithea-
trumque marmoreum, ac portam *Veſuvii*, paſſim
effodiuntur ædium antiquarum fragmenta: item an-
tiqua oblongaque fornix inibi extat, quod nunc bal-
neum *Ceccii* vocant. Quinetiam in omni ea plaga,
quæ patet inter templum *Auguſti*, atque portam
E *Neapolitanam*, latericiumque amphitheatrum, atque
Mercurii templum, effodientibus antiqua fundamen-
ta crebro paſſimque deteguntur. Regio demum ſe-
ptentrionalis, quæ eſt ab amphitheatro temploque *Jo-
vis* verſus arctum atque portam *Abellæ*, referta eſt
fragmentis antiquarum fabricarum, uſque adeo, ut
terra cum intrito lapilliſque ac fruſtulis miſta ſit,
non modo altius tegantur ubique locorum funda-
menta parietum. Aliquantulum quinimo parietis
magni & ſolidi in eadem plaga extat: qui aut ma-
gnarum ædium fuit, aut templi magni, aut murus
urbis, ut dictum eſt; reſarctæ poſtquam antiqua
peſſumivit ceciditque aut bellis, aut peſtilentia af-
F flictata. Is vero paries diſtat a templo *Jovis* quadra-
ginta paſſus, qua vergit ad Arctum: cui nunc pa-
rieti hærent ædes *Cæſarinorum*, & *Macceorum*, &
Fricciarum, & *Tangorum*. Hæ ſunt igitur reliquiæ
antiquæ *Nolæ*, quas area, urbiſque ſedes potuerunt
ab injuriis temporum omnia conſumentium vendica-
re, nobiſque uſque ad hanc tempeſtatem ſervando
transducere: Amphitheatra diruta pauci tumuli tem-
plorum magnorum pavimenta arctiſſima, atque de-
letá-

letarum ædium rudia, atque solo tecta quam plurima fundamenta.

CAP. IX.

Quo modo urbs servata sit in illuvionibus, quæ in eam influxerint.

HOc in loco aliquantisper sistere gradum nos cogit ambiguitas quædam: siquidem tempestate nostra vidimus, illuviones magnas inundasse superasseque quandam *Nolani* agri partem; veluti eam, quæ incipit abusque radicibus *Gecalæ*, ubi colles ejus in angulum protensi conjunguntur, procedensque circa amphitheatrum marmoreum, ac ante portam *Vicancium* urbis præsentis, item circa templum *Augusti*, atque secus ambitum australem amphitheatri latericii, prolabitur adusque paludes: a principio scilicet usque ad finem veluti arcum laxum faciens, cujus convexitas versus *Vesuvium* vergit, estque longitudine duum millium atque quingentorum passus, latitudine vero trecentorum. Quamobrem non parvam antiquæ urbis partem in hoc ipso arcu plagave illuvionibus obnoxiam mansisse, compertum est; omnis enim australis urbis regio in mediis illuvionibus constitit. Qui igitur factum est, ut illuviones nullas urbs, agerve senserit, optimeque & in tota urbe, & in agro, & ædificatum, & habitatum, & cultum sit? præsertim si illuviones natura ferente statis siderum curriculis fuissent erupturæ. Quam dubitationem statim delet mentio inductæ fossæ; siquidem via, quæ *Laurinium* fert, a dextra etiam nunc retinet vestigium altæ fossæ: quæ secundum eam protenditur ab aggere, qui sub *Megaldina* turre præsentis urbis est, quousque subiverit prope angulum, quem *Gecalæ* colles claudunt. Contra vero alterius fossæ vestigium apparet: quæ ab aggere, qui sub turre rotunda exurgit, incipiens versus occasum recta excurrit secundum viam, quæ a porta, quæ nunc clausa est, exibat; hæ duæ, utrinque fossæ in eodem recto tractu manent; quas intercedere opportebat fossam aliam subterraneam veluti magnum aquæ ductum per urbem veterem ductam, utrasque utrinque contingentem: quæ nunc est præsentis urbis meridionalis fossa, a *Megaldina* per *Vincancium* ad *Rotundam* turrem excurrens; fossa vero, quam versus occasum descendere diximus, ad paludes declinat: quamvis non appareat, quo progressu in paludes evadebat; est enim magna ex parte æquata solo: in paludis vero parte, quæ vicina *Nolæ* est, iterum fossa alta edita est, quæ recta usque ad *Clanium* fluvium producitur: quem *Lagnum* corrupto verbo *Græco* vocant *Nolani*: quod dicere debent *lagynum*; λάγυνος enim *Græcis* significat non modo vas, sed etiam receptaculum quodcunque, in quod aqua liquoresve excolantur & influunt; nam in eam fossam omnis fere aqua palustris, quæ prope *Nolam* stagnat, furtim penetrat. Quamobrem a radicibus *Gecalæ* adusque *Lagynum* fossa alta ducta erat: in quam omnis aqua, quam *Gecalanæ* valles atque radices imæ in campum *Nolanum* profudissent, excipiebatur: atque per eam in *Lagynum Claniumque* amnem defluebat. Quamobrem ubi non impedita aqua alveum curriculumque inveniebat, tum stagna lacusve nullus in agros urbemque exurgere quibat servabatur quoque ea fossa; sicuti *Lagynus* hucusque servatus est. Augusto enim mense, quum aquæ funditus ab æstu fervoreque solis exuctæ sunt, *Lagynus* quotannis expurgatur excavaturque (sicubi ripæ corruerint) ut hyberno atque verno tempore expeditus alveus aquis in *Lagynum* fluxuris paretur; cavatur autem a cunctis paganis in agro *Nolano* colentibus, jussu ac more antiquo coactis. Hoc itaque ingenio & ager & urbs vetus ab illuvionibus vendicata est.

A Quod si ea fossa nostra tempestate, atque septuagesimo ante anno servata fuisset, non tantam civium suorum stragem semel atque iterum *Nola* vidisset. Nique futurum eadem excavetur, toties pestilentiam expectare urbem necesse est, quoties longa pluvia valles *Gecalanas* complerit, ac in agrum *Nolanum* illuviones erumpentes profuderit.

CAP. X.

Quousque protensus sit Nolanus ager.

B SI quæ dicta sunt, vera sunt: videtur, ut eo *Nolanorum* agrorum fines fuerint ampliores, quo cives censi sunt plures: quoque urbs ipsa grandiori area fuit dilatata; idem vero exquisitius quisque atque facillime dignoscere ex his, quæ dicemus, poterit; a *Nolanis* enim vel ad hæc tempora ager possessus est is, qui si non *Clanium* usque fluvium, aut ejus fontes: tamen ad usque *Mephitim*, putidarumque aquarum conchas protenditur, ab urbe *Nola* initium sumens; fontes autem *Clanii* ad occasum æstivum vergere, dictum est. Itidem recta progredientes ab urbe per octo milliaria versus occasum hybernum, assidue suum agrum calcabant *Nolani*: quousque venissent ad conterminos agros *Neapolitanorum*. C Erat autem finis is intra radices sinistri occidentalisque cornu *Vesuvii* montis: quo in loco, quum lis de finibus agrorum cum *Neapolitanis* orta esset, & ad eam arbitrandam missus esset a Senatu *Romano Q. Fabius Labeo*, judicium vafrum ab eo latum est de agrorum terminis. Siquidem is, quum ad locum venisset, cum utrisque separatim locutus, ne cupide quid agerent, ne quid appeterent, atque ut regredi quam progredi mallent. Id quum utrique fecissent, aliquantum agro in medio relictum est. Itaque illorum fines sic, ut ipsi dixerant terminavit. In medio relictum quod erat Po. *Romano* adjudicavit: qui vel usque ad nostra tempora Campus *Romanus* D appellatus est; hujus meminit *Cicero* atque *Val. Maximus*; si quis igitur limitem ducat a fontibus *Clanii* vel a *Mephiti* adusque *Romanum* hunc campum, certo novit confinia *Nolana*: quæ tum in occidentem plagam protendebantur; quod eo præsertim credere est, quod intra hosce terminos nullum oppidum alicujus nomins extitisse constat. Nostra quinetiam tempestate *Nolanum* solum fere porrigitur abusque urbe adusque radices dextri ac orientalis *Vesuvii* cornu: videlicet ad terminum, qui inter verrucam, quam nunc *Altorellam* appellant, & dextras *Vesuvii* radices interjacet. Si ergo intellexeris duos terminos, alterum ab urbe adusque Campum *Romanum*, E alterum item ab urbe versus Vulturnum ventum protensum adusque *Altorellæ* metam, clauseris intra eos omnem australem sortem *Nolanæ* possessionis, in qua *Vesuvii* montis juga, quæ vergunt ad arctum, concepta sunt; compertumque cum sit, nullum oppidum clari nominis tum, quum *Nolani* florerent, inter *Vesuvium*, urbemque *Nolam* stetisse: etiam manifestum est, omne id *Nolæ* possessionis fuisse, quod claudit limes ductus a Campo *Romano* ad verticem *Vesuvii* montis: ac a vertice ipso ad *Altorellæ* terminum. At vero quod intra hos terminos cadit *Octavianum* oppidum, cujus nunc etiam possessiones extenduntur usque eo, quo dextrum cornu *Vesuvii* F declinat, ac ubi sunt agrorum confinia *Pompejorum*, qui hodie sanctus *Petrus* scaphatæ nuncupatur, iccirco eodem usque promotos *Nolanos* agros fuisse par est. Namque quæ *Octavianorum* sunt, quum ipsi fuerint prius *Nolani* pagani, posterius vero *Octavii Augustii*, a quo nomen id sibi traxisse videntur, ea omnia *Nolanorum* dominatu subjecta fuisse oportet; a vertice itaque *Vesuvino*, per orientale ejus cornu, ad *Pompejorum* confinia deductus limes, atque per

lævum adusque Campum *Romanum* porrectus clausit omnem meridionalem *Nolanorum* agrorum possessionem. Adhæc versus ortum vernum via, quæ ab urbe *Laurinium* oppidum fert, nunc etiam euntes campum *Nolanum* calcant: quousque ad fossam quandam turremque pervenerint, quæ sub colle australi *Gecalæ* erecta est, quæque *Martiani* Turris appellatur; hic enim sunt confinia *Nolanorum* & *Laurinienium*; ducatur itaque linea a cornu lævo orientalique *Vesuvii*, confinibusque *Pompejorum* ac scindat de monte *Sarno* omne id cornu, quod versum est ad occasum, protendaturque usque ad hanc *Martiani* turrim, ipsa terminabat *Nolanum* campum ea parte, qua est ortus hybernus; ab urbe quinetiam versus æstivum ortum recta euntibus finis *Nolani* agri etiam nunc occurrit illic, quo declinans finit collis *Vesciani*: in eo enim angulo jacent campi *Tophinensium* & *Gallensium*. *Tophinum* enim & *Gallum* pagi sunt *Nolani*. Proinde limes ductus a turre *Martiani* super colles, adusque declinationem cornuque collis *Vesciani*, clausit *Nolanum* agrum, qui vergebat ad ortum vernum & æstivum. Ab hoc demum ipso cornu ductus limes adusque *Clanii* fontes *Mephitimve*, unde profecti fueramus, etiam nostra tempestate terminat agrum *Nolanum*: qua spectat septentriones. Hos fuisse agros *Nolanorum*, exactiore ratione ausim asseverare. Quod si nostra tempestate in eo agro sunt in occasu *Marianum*, vel ut ajunt, *Marilianum*, & *Pompejanum*, quod *Pomilianum* nunc appellant: ad meridiem vero sancta *Anastasis*, ac *Summa* oppidum, & *Octavianum*, quæ intra radices *Vesuvii* existunt: item ab oriente *Palma* oppidum & *Democella*, quæ ad radices *Sarni* montis est, qua is vergit in occasum: atque postremo a septentrione *Titianum*, quod *Cicianum* vocant: nihil inquam hæc turbant eos, qui dicti sunt agrorum fines. Omnia enim ea oppida fuere pagi & villæ ruraque *Nolanorum*: quæ a *Romanis* empta (ut fit) aut rapta cœpere primum seorsum, atque per se agere: deinde paulatim crescere in speciem oppidi. Demum declinante *Nolana* potentia, partem *Nolani* agri veluti proprio jure, quam nunc possident, occupavere; licet hoc ipsum discere a *T. Livio*, *Sylla*, inquit *Nolam a Samnio recepit*, *& legiones in agros captos deduxit*, *eosque illis divisit*; a *Cicerone* quoque libro decimo tertio epistolarum est cognoscere, hæc fuisse *Nolanorum*; scribit enim hoc pacto: *& alicui des negocium*, *qui quærat. Q. Faberi fundus*, *nunquid in Pompejano Nolano venalis sit*. Est autem *Pompejanum Nolanum*, quod *Pomilianum* hodie vocant. In quo *Cicero* addidit verbum *Nolano*: ne si scripsisset in *Pompejano* solum, intellectum fuisset in *Pompejanorum* agro. Fuisse autem aliquos agrestes *Nolanos*, etiam *Livius* docet: *Dictator*, inquit, *Cl. Petilius in Campaniam reditum fecit: maxime ad Nolam armis repetendam*; *eo se intra mœnia sub adventum Dictatoris*, *& Samnitium omnis multitudo*, *& Nolani agrestes contulerant*. Vera quinimo esse ea, quæ diximus de agris, ex hisce, qui velit, conjectari valuerit; labefactatam nempe multis temporum injuriis *Nolanam* rem excepit posteritas, atque recordata *Nolani* nominis, tum pudore tum reverentia superioris urbis excita est, atque testificata quodammodo *Nolanorum* jus & dominationem in hæc ipsa omnia loca, quæ ausa sunt, tanquam fugitivi a dominis, atque membra a corpore abducere se. *Nolæ* namque urbi vel maxime afflictæ cum omnia hæc, tum alia quoque plura oppida obnoxia fecit: ut non modo jure civili, sed etiam pontificio regerentur ab ea quod usque ad nostra tempora servatum est: quanquam aliqua eorum nunc jura civilia non capiunt ab urbe, cuncta tamen dicto parent, ac pontificio jure a *Nolanis* gubernantur. *Marianum* nempe *Pompejanum*, sancta *Anastasii*, *Vallis Summa*, oppidum jure pontificio urbis

A sunt *Nolæ*; *Octavianum* vero & *Palma* utroque jure gubernantur ab urbe; *Laurinium* vero, *Bovianum*, ac *Abella* oppidum, quæ extra agri *Nolani* fines erant, etiam utroque jure ab urbe *Nola* reguntur; at *Montefortium*, quod intra valles & confinia *Hirpinorum* extructum oppidum est, jure communi solummodo ab urbe nostra moderatur. *Ticianum* autem in caussis solis criminalibus *Nolano* judici paret; a *Stabiis* demum quotannis magnus atque albus agnus cum cornibus auratis *Nolam* ad præsulem mittitur.

CAP. XI.

B *Ubi locorum Stabiæ fuerint*, *& unde Nomenclatura Vesuvii montis.*

EA, quæ ante dicta sunt, jam postulant, ne amplius differamus docere, ubi nam loci antiquæ *Stabiæ* steterint, sitæve fuerint. Namque clari viri sunt, qui scribunt, *Stabias* esse, quod Castellum maritimum, aut Castellum ad mare hodie vocant: quod verum non est. In quo, ut ea res apertius intelligatur, audire oportet ea, quæ *Galenus* lib. 5. curatoriæ artis de *Stabiis* scripsit; solus enim is rem omnem explicuit quam enucleatissime: cujus verba C hæc sunt: *Stabiarum sedes ad mare adjacent*, *atque ad imum littus Surentini sinus*; *qui Surentum Neapolimque interfluit: & si Stabiæ potius a Surentino latere sint. Est autem in toto hoc latere magnus collis*, *atque oblongus*, *excurrens in mare Tyrrhenum*, *atque sensim declinans occasum versus*, *non nempe recta in meridiem protenditur. Idem mons tanquam tutum vallum objectus orientalibus ventis Vulturno*, *Subsolano*, *atque Aquiloni*, *ipsum sinum tuetur. Quinetiam eisdem Stabianis sedibus conjungitur mons alter excelsus*, *qui prope imum littus ipsius sinus est: quem montem antiqui Romani scriptores*, *atque qui nostra tempestate sunt elegantiores*, *appellant Vesuvium. Veruntamen celebre atque* D *novum nomen monti Lesbius est*, *omnibus notum est*, *quod a profundis sedibus ignem excitum cacumine hiante eructat*; *qui (ut arbitror) plurimum confert ad desiccandum aërem*, *qui ea loca circundat: quanquam etiam absque eo igne idem aër suapte natura siccior est*, *quando neque lacus aliquis*, *neque paludes fluviusve alicujus momenti resident*, *fluitve aliqua in parte sinus*; *ventis vero cunctis*, *qui ab arcto occasuve æstivo perflant*, *Vesuvius is ut provallum obest*, *inter imum sinum atque arctum excurrens versus vernum occasum*; *sæpe quoque numero cinis ab eo ejectus*, *adusque mare devenit: quæ sunt reliquiæ combustæ jam materiæ*, *atque ejus*, E *quæ nunc etiam comburitur*; *hæc omnia aërem illum sane quam siccum reddunt*. Hæc *Galenus*: quæ sicuti nullo pacto congruunt Castello maritimo: ita exactissime consentiunt cum eo loco, qui Turris *Nunciatæ* nunc appellatur; Castellum nempe maritimum non est in imo sinu, sed in latere, atque intra montem *Gaurum* qui in *Tyrrhenum* mare protenditur, ac parum distat a *Gaurano* oppido: quod corrupte dicunt *Granianum*: parum etiam abest a *Surento*. Turris vero *Nunciatæ* in ipso imo sinu est: quanquam limite dirimente sinum atque ejus imum littus in duo latera, hinc *Surentinum*, hinc *Neapolitanum*, ipsa Turris magis est a latere *Surentino*, sicuti *Vesuvius* a latere potius est *Neapolitano*. Quinetiam agri F Castelli sub *Gauro* monte patent, atque citra hosce sedet ager *Pompejorum*, quos *Sarnus* fluvius alluit. *Vesuvius* vero multo occidentalior ac citerior *Sarno* fluvio jacet. Quamobrem *Vesuvius* non conjungitur cum Agro Castelli interjacentibus *Pompejis*: contra vero ager Turris in eadem ora continetur, quæ citra *Sarnum* fluvium est, atque dextrum orientaleque cornu attingit *Vesuvii*; is enim ager inter *Vesuvii* dextrum cornu atque ostia *Sarni* extenditur. Quinetiam ignis & cinis ignescens, qui a *Vesuvio* ad mare

mare devolvitur, per agrum Turris, non autem per agrum Castelli descendit. Quare aër Turris magis, quam Castelli ab eo desiccatur. Quinetiam *Galeni* dictis consentiunt, quæ *Plinius*. Nepos ad *Tacitum* scripsit. *Rectum*, inquit, *ipse cursum*, *rectaque gubernacula in periculum tenet*, *adeo solutus metu*, *ut omnes illius mali motus*, *omnes figuras*, *ut deprehenderat oculis*, *dictaret*, *enotaret*. *Jam navibus cinis incideret: quo propius accederet calidior & densior*. *Jam pumices etiam nigri ambustique*, *& fracti igne lapides*: *Jam vadum subitum ruinaque montis littora obstantia contanti parum*, *an retro flecteret*, *mox gubernatori*, *ut ita faceret*, *monenti*: *fortes inquit*, *fortuna juvat*. *Pomponianum pete*. *Stabiis erat*: *dirimit sinu medio*. hæc *Plinius*, quæ naviganti versus *Vesuvium*: Turremque *Nunciatæ* contingere necessum est: ei vero, qui ad Castellum maritimum tenderet, non possunt; semper recta navigavit *Plinius Vesuvium* versus, nec usquam reversus est, aut aliquo pacto divertit; petens namque Castellum, divertisset iter. Quare *Stabiæ* in ea regione erant, in qua Turris *Nunciatæ* nunc est. Est autem hæc Turris oppidulum cum villis & emporiis, quæ *Nolanorum* quoque erant, in quas abiere antiquæ *Stabiæ*, ut *Plinius* testatur. Verum hoc oppidulum parvo tractu distat a mari: *Stabiæ* vero majore intervallo a mari aberant, atque magis versus montem secedebant. Jacet hoc oppidulum ad imum littus *Surentini* sinus, atque ab arcto cornu orientale *Vesuvii*: ab occasu vero *Heracleam*, vel ut alii dicunt, *Herculaneum*, quam nunc Turrem *Græci* vocant: ab ortu *Sarnum* fluvium, & *Pompejos* confines habent. Verum enimvero his, quæ dicta sunt, obstare videtur *Columella* canens:

Fontibus & Stabiæ celebres, *& Vesuvia rura*.

Namque circa turrem *Nunciatæ* nulli sunt fontes, propter quos illa tantopere celebraretur: ni fontes pro puteis, qui parum illic alti sunt, usurparit, a quibus aquæ illimes hauriuntur. Nec desunt, qui in ea sententia sunt, *Columellæ* tempestate plures fuisse fontium scaturigines, quæ nunc exeso littore teguntur a mari, in quo etiam se vidisse ajunt, dulces aquas ab ima salsa veluti bullientes, idque crebris in locis exurgere, aut legendum est non fontibus, sed flatibus. Flatus enim Favonii Africique illic perpetui atque placidissimi increbrescunt; a mari enim ejusmodi flatus & auræ excurrentes *Heracleam*, atque *Stabias* perflant, ac nullo impediente montis jugo transeunt in campos *Pompejanorum* atque *Nuncerianorum*. Quamobrem omni ei oræ, in qua *Stabiæ* sunt, atque *Heraclea*, summam cum amœnitatem, tum salubritatem pariunt, ut etiam *Strabo* & *Galenus* testantur, neque silentio prætereundum est caprarum lac hujus *Vesuvianæ* oræ, quod *Stabias* quoque indicat; non quidem inquam, quia *Galenus* primus id summopere laudavit, eoque plurimos curavit: verum etiam quod a salubritate laudatum erat (ut idem autor scriptum reliquit) atque iccirco in usu magno prius habitum fuerat, *Galenus* deinde commendavit, factum est, ut magnopere homines uterentur; quod usque ad nostra tempora servant *Stabiani* atque *Heracleenses*; pascunt enim per radices jugaque meridionalia *Vesuvii* montis plurimos caprarum greges, idque ad usum solummodo lactis, quod perparum coactum tenerrimumque fiscellulis planis excipientes, ad circumpositas urbes convehunt cotidie, ad quas statim tempore matutino facile pervenire possunt; proinde *Neapoli*, *Nolæ*, *Sarni*, *Nuceriæ*, ceterisque in locis vicinis haud pluribus XII. passuum millibus magna pressi lactis copia *Stabiam* divenditur. Quanquam hoc ipsum potius *Heracleenses* quam *Stabiani* nunc factitent, hi enim per pauci sunt: *Heracleensium* vero populus multo major. Illud insuper minus prætermittendum est, quæ *Galenus* superioribus monstravit inter

A scribendum: *Monti*, ait, *Vesuvio nomen esse Lesbium insigne atque novum*. Namque mutata litera L. in B. atque V. vocali interposita, fit de verbo *Lesbius Besubius*: ac deinde *Vesuvius*. *Latina* enim oratio non facile patitur literam S. ante B. sicuti S. cum P. frequentissime conjungit. *Lesbius* itaque appellatus mons est, quod in eo *Lesbii* patria exeuntes aliquando incoluere, quod verisimillimum est: siquidem legitur apud *Solinum*, *Lesbios* imperium maris aliquando tenuisse, ipsumque amissuros multo antea *Sibyllam Erythræam* præmonuisse, aut quoniam *Lesbii* ob quandam orationis turpitudinem infamantur a scri-
B ptoribus: unde Lesbizire, proverbium factum est, quod est inquinare cum os, tum alia, aut injustis aut obscœnis dictis; & alterum proverbium; *Lesbiis* digna: quum fœda, inquinata, turpia, injustaque significare quisquam velit. *Vesuvius* enim cacumine hiante tanquam ore aperto cinere ignesque eructans fœdat omnem oram, quæ ei subjecta est. Nec ignoramus in quibusdam codicibus etiam antiquis scriptum esse *Besbium*, atque plærosque dixisse *Besbium* non *Lesbium*. In quo siqui sint, qui magis ament legere *Besbium* quam *Lesbium*, ne crebro acceptam dictionem mutent, nihil moror: modo videant per quam facile dilucideque verbum *Besbius* etiam dedu-
C ctum esse a verbo *Lesbius* ratione atque modo, quem diximus. Nec erit ab re arbitrari *Besbium* dictum esse non a *Lesbiis*, sed ab duce aliquo *Pelasgo*, qui in eo monte damnatus aliquando, fecit loco nomen. *Pelasgorum* enim nomen *Besbicos* unum ex propriis est, ut *Stephanus* scribit: a quo nomine litera C. exempta *Besbius* remansit. Neque quinetiam veri dissimile est, *Besbium* dictum esse a gigantis nomine *Besbicos*, qui nomen indidit insulæ parvæ, quæ prope *Cyzicum* extat, ut idem autor refert; mons enim *Vesuvius*, quum usque ad imum pertusus cavernosusque sit, videtur etiam excavatus esse, quæ opera sola gigantum esse creditur: gigantes enim quorum princeps fuit *Besbicus*, leguntur excavasse littora,
D atque per maria devolvisse saxa: ut ostia *Rhyndaci* fluvii clauderent. Ex quo nomine litera utraque B. mutata in V. consonam, atque altera vocali V. injecta effectum est verbum *Vesuvius*. Quod si prisci favillas nuncupavere vesuvias, ut quidam arbitratur *Latinus* Grammaticus, erit *Vesuvius* Latinum verbum, dictusque *Vesuvius* quasi favillosus ob crebras favillas, quas eructare olim solebat, cui addita litera altera V. fit *Vesuvius*: & mutata utraque litera V. in B. fit *Besbius*. Adhæc licet homini *Latino* verbum idipsum exquisite monstrare, *Latinum* esse, compositumque ex tribus, ut ve particula adauctri-
E ce, & sus dictione, quæ motum ad superiora ostendit, & via, nomine, quod iter vult significare, hoc est, mons, in quo perquam arduum sursum iter fit, si quando cacumina *Vesuvii* ascendere volentibus ardua ad scandendum juga deinceps occurrunt: veluti *Joannes Antonius Dondus Cremonensis* vir omni literarum genere redimitus interpretatus est. Quare a loci proprietate factum nomen est *Vesuvius*, a quo & per mutationem & per exeptionem literarum & *Besbius* & *Vesevus* attendere quam facilime potest. Veruntamen quod gens *Campana* antiquior fuit *Græca* quam *Latina*, placet locorum nomina antiquissima *Græca* potius, quam *Latina* esse reputare, atque rationibus *Græcis* magis quam *Latinis* interpretari.

F

CAP. XII.

De studio & benevolentia Divina erga Nolam.

Quis, rogo, non asseverare fuerit ausus, illud favore Divino quodam contigisse laribus, genioque ac sedibus *Nolanis*? Secundo nempe bello

Punico tum præsertim, quum res *Romana* ubique terrarum afflictata esset, maxime clade ad lacum *Thrasumenum*, & illa omnium truculentissima quæ ad *Cannas* suscepta est, extaretque *Annibal* cunctis tum terribilis, tum omnibus appareret invictus. *Nolæ* duntaxat concessum fuit a Deo optimo maximo, ut in ejus conspectu *Annibal* primum *Romanis Nolanisque* terga veteret, vincique posse monstraretur, atque deinde sæpius apud *Nolam* rejectus, victus, atque in castra fugiens reclusus sit: qui nullis unquam antea in tot quæ gessit bellis, vertisse terga hosti legitur. Quæ non tanta fuit, ut ceteris illius belli temporibus non solum superior nusquam evaserit *Annibal*, verum etiam longe inferior habitus sit, ac veluti pedetentim consenescens tandem, propulsus sit *Italia*. Apud *Nolam* quoque minimo absuit *Annibal*, ut a *Marcello* obtruncaretur, iterumque illi arma ferenda *Feretrio Jovi* darentur. Veruntamen interim ipse periculum evadens reliquit puerum dilectissimum *Cynipa* deliciasque suas, cui cassidem *L. Pauli* dono dederat, quo obtruncato ab illustri juvene *Pediano Patavino*, insignis illa galea *Romanis* restituta est. Quis non etiam nutu divino illud urbi *Nolæ* evenisse affirmaverit? *Cæsarem Augustum* in ea diem claudere; quo in obitu (ait Dio) stellas comatas atque sanguinolentas visas esse. Qua pro re a *Tyberio* templum *Augusto* erectum atque dedicatum est *Nolæ*: ut idem autor atque *Suetonius* scribunt, nosque ejus sedes & vestigia vidimus. Quis etiam non ad deos referat? rem *Nolanam* spectantes vasta illa incendia *Vesuvii* montis accidisse tempestate & imperio potius *Titi*, qui liberalitate & bonitate sua pessundatam ab illa conflagratione *Campaniam* restituit, ut *Suetonius* autor est. Quorum malorum non parvam partem *Nola* sortita est. Namque tam etsi in urbe nihil damni susceptum est, in pagis tamen, qui circa *Vesuvium* erant, detrimenta multa subivit. Ni illud multo benignius existimandum sit, *Nolam* ipsam non eis aliisve *Vesuvinis* incendiis deletam esse, veluti *Heraclea* & *Pompeji* fuere consumpti. Agrum quoque urbemque *Nolam* a torrente *Abellano* defensam esse, quum illi ruenti quasi obex collis oppositus sit, sola benignitate & voluntate divina actum esse impium est ire inficias. Magna quinetiam benevolentia *Nolam* agrumque *Nolanum* dii prosecuti sunt, ubi profusione quadam non solum liberalitate tot gratiarum hunc adornavere, quas tum quis a deo optimo profectas esse, evidentissime viderit, quum innumeras urbes agrosve compererit omnibus aut plurimis ejusmodi gratiis privatos. Demum quis non asseverare ausit etiam illud studio atque decreto quodam divino esse *Nolæ* tributum, neminem in *Italica* terra tempestate prisco regem aut ducem insigniri ornarique excellenti corona potuisse, nisi illam illi *Nola* misisset? Siquidem melilotos, quam sertulam *Campanam* nomine vocant, herba florida est, ac in *Italia* laudatissima ea est, quæ in *Campania* nascitur; coronas ex hac antiquitus factitatas, indicio est nomen sertulæ, quod occupavit, ut *Plinius* testatur de coronis scribens. Veruntamen *Campana* appellata est, quam circa *Nolam* pulcherrima *Italicarum* omnium oritur, ut *Dioscoridem* docuisse memoravimus. *Arabes* autem secuti potius usus nomenclaturamque *Italorum* quam *Græcorum* etymologiam herbam appellaverunt Elcilelmelicum: quæ vox quadrat cum *Latina* voce, quæ corona regia est, ut interpretatus est *Symo* vir *Arabicæ* linguæ peritissimus. Quamobrem ex herba ea corona regum vel serta contexebantur, sed laudatissima, quam solummodo *Nolanum* agrum ferre, benignitati divinæ placitum est. Neque mos coronandi ille vetustissimus apud *Nolanos* deletus oblivionive traditus est. Vere nemadolescentuli puellæque ex ea herba florentissima concinne affabreque intexere corollas illisque capiti apte impositis cantando tripudiari solent. Illud quoque ad benignitatem divinam referendum, quod *Nolæ* urbi non modo alia multa, sed etiam vim campanas inveniendo largita est, ut opera *Nolana* ubique terrarum sacrificio atque cæremoniis, quæ cum divis, tum ipsius erga majestatem agerentur & ornamento & adjumento forent, atque ut parum dignæ reputabantur regum coronationes, nisi sertula *Campana* fuisset intexta: ita divina officia ut occulta transigerentur, ni campanæ illustrarent vocalitate. Nam ut sertula nuncupata est *Campana*, quod *Nolæ* optima oritur, ita id semivivum instrumentum campana nuncupatum est, quod *Nolæ* inventum; atque eam ob rem *Nolæ* sibi insigne solam campanæ figuram assumpsit, atque prætulit, quod usque ad nostra tempora in faciendis signis usu servatum est. Quas ob res *Nolam* sedesque *Nolanas* magnas sacrasque esse ausim affirmare; si sacra magnaque solum aut ante alia dii & spectant & colunt & amant.

CAP. XIII.

De Nolanorum fide, semelque incœpta amicitia ac semper servata.

ILlud insitum esse *Nolanis* ingeniis, compertum est, fidem datam atque semel incœptam amicitiam semper servare, idque ad ultimum vel incidentibus imminentibusve periculis maximis, patriæque ipsius expugnatione ac interitu; bello namque *Samnitico Nolani* fœdere & amicitia cum *Samnitibus* conjuncti; non eam prius frangere solvereve voluere: quam incursiones in agrum passi sint suum, multitudinem *Samnitium* in urbem, ut municipes proprios receperint, incendia omnium suburbiorum spectarint, demum urbem ipsam expugnari atque capi viderint; tulere *Nolani* hæc omnia; quum a Clarissimo *Petilio* dictatore urbs *Nola* capta est, ut autor est *T. Livius*: secundo deinde bello *Punico* quantam fidem *Romanis Nolani* servarint, monstravit tum *Herennius Bassus* quum respondit multa promittenti ut se darent *Annibali* hisce amici veri verbis. Multos annos jam inter *Romanum Nolanumque* Po. amicitiam esse, cujus neutros ad eam diem pœniteret: & sibi, si cum fortuna mutanda fides fuerit, sero jam esse mutare eam; dedituris se *Annibali* non fuisse accersendum *Romanum* præsidium; cum iis, qui ad se tuendos venissent, & omnia sibi esse consociata, & ad ultimum fore; hæc ille: quæ omnia facto comprobata ostensaque sunt, namque postquam *Nola* capta fuit a Clarissimo *Petilio*, cum *Romanis* amicitia usque adeo magna stabilisque jacta fuit, ut nusquam ab eis aliqua fieri potuerit alienatio. Et in eodem bello in fide manentes *Nolani*, sæpe se patriamque summo periculo exposuere; ter enim *Annibal Nolam* summo conatu aggressus est. In quo nemo magnitudinem *Nolanæ* constantiæ æstimare certo quiverit, nisi qui senserit, pavescere *Romanos*, *Romamque* totam contremiscere tum, quum *Annibalem* castra adversus urbem *Romam* movisse nunciatum est. Quin etiam *Capua Samniumque Annibali* jam dedita exclusam *Nolam* a *Romanis* (quum ipsa interjacerent) prope fecerunt: atque eam fere undique hostilibus circundedere; nec ob hæc ipsa unquam a fide discedere placitum est *Nolanis*: sed potius in fide manentes totum fere *Samnium* incursionibus devastavere. Neque si plebs *Nolana* spe effugiendi incommoda, quæ obsessi ferre solent (*Annibali* nempe favebat) ideo *Nolana* res infida est habenda; urbs enim civitasque proprie illud est, quod caput est, atque melior pars, qui senatus & primarii urbis existunt: sicuti enim in exercitu omnes milites Imperatorem ducemve sequuntur: qualisque hic fuerit, talis exercitus æstimatur, quanquam (plerique milites averso sint animo) simi-

similiter habet res in urbe atque populo; qualis videlicet fuerint senatus primariique, talis cunctus populus est habendus, vel si ab illis aversa fuerit plebs ignara atque timidula. Num majora polliceri offerreve *Damoni Phytias* valuisset iis, quæ Po. *Romano Nolani* obtulere, & milites paratos ex formula esse, & si pluribus opus esset, plures daturos, & quicquid aliud imperaret velletque Po. *Romanus*, enixe facturos: ad id sibi neque opes deesse, animum etiam superesse? Privatæ vero conditionis hominis fides & constantia quanam inferior fuit illa *L. Bantii?* qui Po. *Romano* ne fidem solveret, datumque locum in ea pugna, quæ ad *Cannas* commissa est, linqueret, maluit ab hostibus obtruncari; quare vulneribus prope confossus inter occisos semianimis inventus est. Idem deinde recordatus veteris amicitiæ *Romanæ* monente *Marcello* adeo ceterum egregie se gessit: ut nemo sociorum rem *Romanam* fortius ac fidelius juverit: testis est *T. Livius*; fidei demum servandæ *Nolanis* insitum ingenium causa potissimum fuit, ut sæpius urbs capta expugnataque sit: desciverit nunquam. Ita ergo se habens, primum a Clarissimo *Petilio* magno cum damno capta est tum, quum bellum *Samniticum* gestum est. Deinde bello sociali, quum *L. Cæsar* cos. male adversus *Samnites* pugnavit, tum enim *Nola* colonia in potestatem *Samnitium* cum *L. Posthumio* prætore venit, qui interemptus est. Tertium Civili bello, in quo *Marianis* partibus hæsisse videntur *Nolani:* tum enim *Sylla Nolam* a *Samnio* recepit, & legiones in agros captos deducens, eos illis divisit. Quarto a *Mauris Vandalisque* anno post *Augustum* quatercentesimo ac quinquagesimo, quo tempore *Paulinus Nolæ* Episcopus erat, urbs omnis direpta atque vastata est. Anno quoque fere millesimo quadringentesimo post *Augusti* decem & octo menses obsidionem regiarum copiarum pertulit *Nolana* civitas, ne *Nicolam Ursinum* regulum suum proderet. Paucis annis post illud facinus præteritis *Blasius* quidam, qui cum turmis militum aliquot mane summo capta clanculum urbis porta, *Nolam* intravit, regiamque militibus circumsepsit, ut *Raimundum Ursinum Pyrrhi* filium caperet (erat enim is tum puer ac *Nolæ* regulus) eo enim capto sperabat *Blasius* urbe potiri. *Nolani* vero id sentientes; facto civium armatorum cuneo, statim tempore *Blasium* aggressi sunt, eumque urbe pepulere, ac regulum servavere. Porro nostra tempestate quum *Carolus* VIII. *Gallorum* rex dejecisset de regno *Ferdinandum Neapolis* regem, fractæque vel potius extinctæ essent regiæ vires, atque confugissent *Nolam Virginius* atque *Nicola Ursini* genere, atque *Ferdinandi* duces illustres: quorum *Nicola* avus tuus *Nolæ* regulus tum erat, pauloque post huc adventassent turmæ aliquot equitum *Gallorum*, qui recepti sunt a ducibus hisce in urbem, posteraque die duces ipsi a *Gallis* capti essent, dicentibus eos jure belli capi debere, atque iccirco volentibus illos ab urbe abducere, *Nolani* obstiterunt: postulantes, ne regulos suos extra urbem abducerent, quousque ab eorum Rege decretum esset, an duces jure capti essent, nec ne; de hoc enim ipso lis contentioque erat; quibus *Galli*, ut eorum animum, qualis esset, explorarent, dixere, an dum id a Rege judicatum sit, vos solvere velitis militibus nostris cunctis expensas? namque si velletis, nos eos forte non abduxerimus. *Nolani* se id, quod proposuerant *Galli*, facturos animo per quam libenti, responderunt: at vero *Galli* metuentes sibi, duces eos ab urbe *Nola* abduxere, minitando *Nolanis*: quod tantum pro eis regulis adversum *Gallos* auderent. Duces vero paucos post dies soluti evasere. Quantum ament fidem *Nolani* homines, indicat quoque odium summum atque convicium omnium in eos, qui fregisse fidem comperiuntur; siquidem ubi quisquam non servasse fi-

A dem, infamatur, statim tempore a cunctis maximo odio habetur, digitoque monstratur, atque illum tanquam scopulum quisque vitat, ac fugit. Quumque forte cum ejusmodi fidei corruptore aliquo rixari acciderit, tum palam convicio proditionis tanquam vehementissimo ictu illum extemplo lacessunt. Adhæc non facile in aliis locis tot paria amicorum offenderis, quot *Nola* semper scatens producit & alit. Neque cum civibus *Nolanis* solis amicitia percrebrescit, verum etiam cum externis plurimum solet coalescere. Quod non spe lucri quidem *Nolani* agere usque sunt comperti, veluti quamplurimi idipsum de industria & arte quadam factitavere: sed
B idea & amicitia ipsa sola gaudentes.

CAP. XIV.

De studiis Nolanorum.

IN omni recte constituta atque ordine fundata Republica quinque studiorum genera semper antecelluisse, compertum est. Divinorum cultum, philosophiam, artem militarem, agriculturam, atque mercaturam: hæc omnia vel non parva *Nolanis* tractare placuisse, apertissime demonstratur. Divino namque cultui enixe navatam a *Nolanis* operam priscis illis sæculis, testantur nobilia complura templa,
C quæ in urbe erecta fuerunt, veluti templum *Mercurii* & templum *Augusti*. In marmore enim antiquo hisce literis inciso legimus, L. SATTIO LL. PHILEROTI. MAGISTRO. MERCURIALI. ET. AUGUSTALI. NOLÆ. *Tranquillus* & *Dio* scripsere *Augusto* templum erectum esse *Nolæ*. Nos quoque ut dictum est, marmor quoddam *Nolæ* effossum vidimus, quod erat incisum hisce literis. TEMPLUM AUGUSTI; cetera vero verba deciderant. Templum quinetiam Victoriæ erectum fuisse *Nolæ*, illud sacellum indicat, quam hodie sanctam *Victoriam* vocant. Quinetiam in angulo urbis præsentis, qui Vulturno vento occurrit, in quo turris *Megaldorum* extat, sacellum sancti *Servatoris* nunc erectum est, ad decem passus distans a muris. In hoc ipso, ubi
D sacellum memoratum est, loco, atque in tota vicinia, quæ septentrionem versus extenditur, quousque via sese erigit, portam *Cortefellam* ostendit, terra ipsa eminentior cetero solo extat, ac tanquam verruca exurgit: non quidem naturalis, sed factitia cementitiaque; ex quibus conjectare licet, illic fuisse non arcem, sed templum potius aliquod nobile: simulque sacellum antiquiusculum superstructum est, consuetudo nempe fuit super vetera, etiam nova sacra ædificandi statuendique, simul etiam quia extra eum locum vel tractu magno alia complura vestigia antiquorum ædificiorum inventa sunt, quod circa templum ædificari potuissent: circa vero arcem non
E potuissent. Neque dubitarim affirmare apud veteres *Nolanos* priscos id templum dicatum fuisse *Jovi* Servatori, appellatumque esse templum Servatoris, quemadmodum apud alios populos tum *Græcos* tum *Latinos Jovi* Servatori fana erigi consuevisse; favet nobis eo pacto rem censentibus loci hujus nomenclatura hodierna vulgarisque: nuncupatus nempe vulgo semper fuit is locus, ut a senioribus audivimus, sicuti nunc appellatur etiam, Servator: non autem sanctus Servator, retinens vetustiorem, non autem sacelli recentioris appellationem. Extat præter hæc vel tempestate nostra templum quoddam extra urbem ad primum lapidem, qua spectat arctum, quod Cœmeterium appellant *Nolani*, quan-
F quam nomen hoc ipsum Græcis κοιμητήριον significat locum in quo complures dormire solent, quod dormitorium ajunt, non templum. In templo vero ipso medio ara magna quadrataque est, quam ambiunt secundum quatuor ejus latera aliquanto secce-

dentes quatuor columnarum ordines: quarum singulæ binis insidentibus arcubus subjacent, atque super curvaturas omnium arcuum æqua atque terminata continuitas est, non exurgens in parietem; triangula vero, quæ acciderunt inter binos quosque arcus, repleta sunt fabrica lateritia, totum itaque hoc opus quo per arcus columnis insidet, crustationibus vitreis opertum est, tesserulæ nempe vitreæ, quarum versicolores aliæ, aliæ vero atque quam plurimæ deauratæ sunt, graphice compositæ compactæque varias rerum picturas repræsentant, quanquam a plusculis locis cecidit ejusmodi crustatilis pictura, longitudine temporis dissoluta. Præter hoc vermiculatum antiquumque opus basilica grandis recentiorum more ædificata est, ambiens tegensque memoratum opus antiquum; atque inter antiqui operis columnas, aliqua sunt marmorea sepulchra ad quatuor pedes supra pavimentum extantia, cum inscriptionibus multorum divorum in eis tumulatorum. Extra vero basilicam novam multæ compertæ sunt reliquiæ ædificiorum ac marmora, quæ significant magnitudinem ac dignitatem antiquæ loci ejus fabricæ. Quinetiam circa eandem basilicam parvo interjecto spacio sacella quædam extant, novissimo ædificandi more erecta viliaque quanquam eorum aliqua sunt aliquantum humi depressa, qua res antiquitatem præ se ferre videtur. Omnia igitur ea indicantia sunt illius sacri sanctique loci dignitatem, licetque spectantibus certo conjectari, illic stetisse fanum pulcherrimum atque ditissimum, cum sacerdotum assidue deum orantium cœnobio ac (ut ajunt) dormitorio. Viris nempe recte sacris initiatis duo loca satis esse, alterum in quo faciant sacra, alterum ubi corpora curent; structura autem illa antiquæ aræ videtur esse ætatis sexcentorum annorum: siquando compertum est opera eo modo tressellata per ea increbuisse tempora; nomen autem loci *Græcum* vult antiquiores ceremonias significare, atque eas, quæ tum fiebant, quum urbs *Nola* cives *Græcos* alebat; solita sunt namque & *Romæ* & in plærisque aliis locis templa atque loca sacra servari: atque ut fuerant dicata antiquis quibusvis mysteriis, ita in usum meliorem recentium posterarumque cærimoniarum admitti. Quoniam vero legitur in historia divi *Felicis* Junioris de templo *Apollinis* quodam, quod prope urbem *Nolam* erectum erat, ubi responsa *Apollinis* per verba vatum dabantur, quos, ubi ad eos venit *Felix*, rogando mendaces arguit, quamobrem spreto *Apolline* imago ejus dejecta est etiam a sacerdotibus templi ipsius, censentibus vitam ac verba *Felicis* a deo vero proficisci, inque eo oratorium constitutum est, quod a posteris *Felici* dicatum est, atque nomine ejus quotannis celebratum, idque servatum adusque nostram tempestatem. Non ab re igitur credere ex hisce quisque potest, templum hoc *Apollinis* fuisse, quod nunc cœmeterium vocant. Adhæc templum *Jovis* in urbe *Nola* extitisse compertum est, tum quod eorum princeps *Jupiter* erat, tum quia repræsentatur etiam nunc bellum giganteum in eo templo, quod *Nolanum* nunc est episcopium, atque basilica princeps. Alia plura extitisse *Nolæ* egregia fana, credere est. Namque si a *Nolanis* duo nobilissima amphitheatra constructa sunt ad studia cultumque atque voluptatem; longe liberius & templa multa atque magna superbaque ab eisdem erecta dicataque diis fuisse, consentaneum est: quæ injuria temporum deleta sunt, monumentisque literarum carent. Verum hæc, quæ dicta sunt, monstrare satis possunt, quantum operæ a *Nolanis* hominibus perpetuumque divino cultui navatum sit. Philosophiæ vero *Nolanos* magnam operam dedisse, ex hisce cognoscere est; civitas nempe in duas divisa erat partes senatum atque plebem; hæc paret, ille regit; regere vero qui usquam quisquam potest senatus ab-

A que legum peritia? absque historiarum cognitione? absque arte dicendi? accusatur nempe, defenditur, suadetur, dissuadetur, laudatur, reprehenditur: in quibus omnibus insita est philosophiæ pars princeps, quæ prudentia est. Quinetiam *Nolæ* duo amphitheatra fuisse, in quibus fabulæ præter cetera recitabantur & poëmata, poëticam vero cum philosophia una incolere monet *Synesius* scribens ad *Nicandrum*. Et *Aristoteles* censuit poëtam philosophum esse; proinde omnis antiqua philosophia solis poëtis tractabatur *Homero*, *Hesiodo*, *Orpheo*, *Empedocle*, *Parmenide*, *Melisso*, *Arato*, Comicis Tragicisque. Quamobrem *Plutarchus* præcepit, philosophaturos B adolescentes a Poëtis incipere; sive enim Comœdiam, sive Tragœdiam, sive quod velis poëma antiquum spectes, maximam philosophiam inveneris, & rerum humanarum atque divinarum scientiam. Humano autem generi insitum esse in abstrusum est, ut eorum, quibus quisque audiendo fuerit delectatus, idem author esse percupiat, ut alios delectet. Qua pro re fit, ut quum rem gratam miramque (namque quod mirum est, id gratum est) audiverimus, quæramus alios, quos eadem voluptate referendo afficiamus; delectati igitur homines audiendo fabulas, easdem componere ac edere referreque, ut alios oblectent, amant, & gaudent; volunt itaque facere fa- C bulas, quos juvat, illas audire, & qui volunt, idem student, idem philosophantur. Sicuti in omnibus hominum actionibus compertum est, quæ earum apud quoscunque honore præstiterint, eas multos magistros genuisse, aluisse, auxisseque. Poësim igitur, quum magno honori summoque loco apud *Nolanos* habita est, aliquot ex eis reddidisse poëtas necesse est, plurimumque apud eos esse philosophatum. Quod si *Atella*, quæ hodie *Aversa* dicitur (ut autore *Stephano* cognoscere est) quæque distat urbe *Nola* sexdecim millia passuum potuit nomen Comœdiis quibusdam facere, (Namque Comœdiæ *Atellanæ* fuisse leguntur, risum ex jocis saltationibusque ap- D tissimis commoventes) cur *Nolam* multo illustriorem quam *Atellam* non hujusmodi histrionicis, sed honestioribus studiis indulgere minus juverit, atque poëtis & philosophiæ incumbere? Adde *Nolanos* genere *Græcos*, ut dictum est, fuisse: monstrabimusque cum elegantia vixisse, quare ex hisce opinandum, ita natura constitutos fuisse, ut scientiarum omnium studia exercuissent; sicuti de *Neapolitanis* idem atque eadem de causa censuit *Philostratus*. Artem autem militarem enixe minusque inglorie tractavisse *Nolanos*, testatur primum templum, quod Victoriæ in ipsa urbe *Nola*, erectum dicatumque est: testatur societas cum *Samnitibus*: testantur exercitus E extra urbem missi: item incursiones in hostes. *Samnium* enim semiustum est a *Nolanis* incursantibus duce *Marcello*. Quinetiam extollunt Historici *L. Bancium Nolanum*, erat vir acer, & sociorum ea tempestate nobilissimus eques, quo nemo rem *Romanam* fortius ac fidelius juvit. Is igitur unus ceterorum *Nolanorum* ingenia martialia fuisse, facile indicare potest, tantus enim vir accendere reliquos vel timidos valuit, cui sua ipsius gloria tum plurimos pepe-risse æmulos, tum multos sectatores imitatoresque credendum est, si modo inter *Nolanos* nusquam quisquam alius exercuisset arma. Simile enim & in aliis artibus fieri solet, vel in eadem familia vel civitate; F a magno enim unius fulgore ceteri quodammodo illustrantur ac eriguntur. Verum enimvero quum alias tum præsertim ea tempestate *Nolani* ferociores armis viguere, cum auxere usque adeo copias *Marcelli*, ut coactus sit in pugna *Annibal* sæpius apud *Nolam* terga dare vincentibus. Qui enim potuisset usquam prætorius exercitus cum *Annibale* totis castris pugnare, eumque in fugam vertere, ni maximum *Nolanorum* robur acies *Romanas* auxisset ac

æquas

æquas *Pœnis* reddidisset? si non verius fuerit, victum esse *Annibalem* a *Nolanis* adjutore atque duce *Marcello*. Marmora quinetiam martios *Nolanos* fuisse testantur, quæ passim cum incisis Ducum nominibus dignitatibusque comperiuntur in agro *Nolano* ac in ipsis urbis sedibus; ut illud. P. SEXTILIUS. P. F. FAL. RUFUS. AID. ITERUM. II. VIR. QUINQ. POMPEI. DECURIO. ADLECTUS. EX. VETERIB. NOLA. AUFIDIÆ. ST. F. MAXIMÆ. MATRI. L. PETRONIO. L. F. FALVERO. VITRICO. DECURIONI. NOLA. EX. TESTAMENTO. HS. CVLↃↃ. ARBITRATU. FIDI. L. extat alterum in hæc verba: CURIATIO. L. F. FLAMINI. DIVI. AUGUSTI. PRIMI. PIL. TRIB. MILT. II. PRÆFE. CASTR. PRÆ. FABR. ARBITRATU. HYACINTHI. LIB. hic *Nolanus* fuisse monstratur eo, quod flamen *Augusti* fuit, cujus templum *Nolæ* solummodo erectum fuisse constat: non etiam in cetera *Campania*, in qua dignitate *Nolanos* esse prælectos intelligendum est, nisi certa proprietas cognomenti addita vetuisset. Idem & illud: T. RUTILIO. VARO. TRIB. MIL. LEG. V. MACEDONIC. PRÆF. ALAE. BOS. Q. DIVI. VESPASIANI. AED. CUR. COM. IMPERATO. PATRONO. D. D. hunc quoque fuisse *Nolanum* ex eo licet conjectari. Namque marmor magnum est, atque *Nolæ* incisum. Quare præsentia sua nomen patriæ significatur, addique ipsum non oportuit. Quinetiam locus datus est a Decurionibus *Nolanis*. His similia quam plurima alia comperta leguntur. Demum certamina, quæ inter pueros *Nolanos* fieri solent, atque cursus & magistratus quidem testantur militarem artem placuisse summopere *Nolanis*, de quibus inferius suis in locis amplius disputabitur. Magnam curam nimirum agrorum quoque atque rei rusticæ inivisse *Nolanos* clarum est; omnis enim *Nolanus* ager a crebris villis pagisque fuit occupatus, atque eo modo ad nostra usque tempora divisus permansit. Quod eo factum est, quo coloni prope agros colendos forent, ac jumenta, boves, porci, capræ, oves, gallinæ, columbi, examina melius curarentur & alerentur: messes quoque atque vindemiæ oportune domum transportarentur. Non enim eodem tempore magna res commode & colligi & advectari via multa potest. Quinetiam fœcunditas agri suapte natura ad agriculturam colendam, ut nunc allicit, ita tum homines allexisse creditur: utilitas enim magna accedit iis, qui agros colunt fœcundos: idque summa cum voluptate honesta. In agro item *Nolano* multam rerum culturam viguisse ostendunt *Stabiæ*; ad has enim omnes fructus *Nolanorum* venales, ut nunc devehuntur, devehebantur, atque illinc *Romam* aliove navibus transferebantur. Quamobrem *Romani* erant allecti fœcunditate felicitateque agri *Nolani*, & facilitate transferendi *Romam* agrorum fructus & proventus, villas non paucas in agro *Nolano* fecisse videntur: aliquæ nempe villæ in agro nostro a *Romanis* nominibus apparent appellationem accepisse, veluti *Pompejanum*, *Marianum*, *Octavianum*, *Fabianum*. Quinetiam tanto gratior agricultura *Nolanis* fuit, ut non opere solummodo eam tractarint executique sint, sed etiam libros de re rustica placitum sit aliquando edere; eosdem nimirum docte factos, non modo *Romani* doctiores deinde minus sprevere, sed etiam summo studio secuti & edocti sunt. Præsertim *M. Cato*, qui in libro de re rustica sæpius legitur citasse *Memium Percenium Nolanum*, is nempe præter alia primus visus est docuisse quo pacto seri cupresseta oporteret, diligentis quoque agriculationis *Nolanæ* indicio sunt instrumenta concinne fabrefacta. Namque præter cetera *Italia* tota laudabantur agricolarum quædam instrumenta *Nolana*, idem

A *Cato* autor est. Mercaturam demum exercuisse *Nolanos*, agricultura coëgit, & docuit præter innatam lucri facilitatem. Namque collecti fructus emptorem expectant ac optant: emptio vero fit aut compensatione nummorum, aut rerum aliarum commutatione. Evehentes itaque *Nolani* suos fructus interdum commutationem facere cogebantur cum iis mercimoniis, quæ *Nolam* aliove revecta lucrum majus parere valuissent. Quin etiam *Stabiæ* monstrant mercaturam *Nolanam*, illic nempe extitisse *Nolanorum* emporium, scribit *Strabo*: quod usque ad nostra tempora tum ipsum, tum usus servatus est. Ex quibus aperte jam patet &
B divinum cultum, & philosophiam, & militarem artem, & agriculturam, ac mercaturam inter *Nolanos* excelluisse: quibus studiis ingeniisque recte structa constansque fuit respublica *Nolana*.

Cap. XV.

De elegantia vitæque cultu atque felicitate Nolanorum.

Dictum, est in agro *Nolano* plurimas villas mansisse disjectas, in quibus omnia *Bacchi* atque *Cereris* arma ac instrumenta servabantur; hoc ipsum
C omni rusticana sorde liberasse urbem, necessum est; hac autem amota reliquæ solæ politiæ & urbanitates solæ in urbe ipsa manebant ac retinebantur: accedebat quinetiam opulentia magna, cum ex agricultura mercaturaque, tum ex arte militari adaucta, quæ sociata cum munditiis atque moribus a philosophia temperatis, non nisi summam ac æmulandam elegantiam vivendique cultum civibus cunctis parere valebat. Proinde certo conjectari atque nosse quisque potest, sicuti amphitheatra tum duo, tum illustria erecta erant, ita & muri, & turres, & viæ stratæ, & templa, & exedræ, & ædes ornatu
D & decore magno ædificata extructaque cernebantur: vestimenta quinetiam elegantia & domicilia ornata, item dapes opiparæ, & politæ mensæ. Quin etiam servi, & equi, & canes, & arma egregia, idque eo libentius, quo *Nolanus* populus amicitia *Romana* tuebatur, fovebatur, gaudebat. Neque nisi consequens his est, orationem *Nolanorum* atque mores non barbaricos difficilesve aut rusticitate pollutos, sed urbanos mitesque, atque quales vel *Athenis* vel *Roma* oriundos decebat, cujus vel illud indicio esse potest. Namque populus *Nolanus* adusque nostra tempora illam priscam bonitatem ac orationem retinuit, mitis nempe est, vocesque *Latias* tam exacte profert ut *Italorum* barbarorumque *Latina* verba melius
E quam *Nolani* pronunciet nemo. Quod vir aure solerti ac nostra tempestate doctissimus *Laurentius Valla* excipiens sentiensque, referre solebat atque admirari magnopere. Eo itaque pacto *Nolani* educati cum concordia & amicitia transegisse creduntur, libereque caveas amphitheatraque spectatum auditumque ascendisse, atque musicis & honestæ voluptati statis suisque temporibus indulsisse; per quæ deprehendere quisque potest, nusquam seditiones atque civilia odia aluisse *Nolanos*: sicuti nostra etiam tempestate hujuscemodi hominum insanias ignorat nescitque populus *Nolanus*. Quinetiam ubi natura ita constitutum est, ut homo antequam nascatur,
F non solum postquam natus fuerit, elegantiam & vitæ diligentiam atque cultum expostulet, ut omni ex parte completus evadat: videtur fortunatus ille vir esse, cui nasci, educari, institui que in urbe vitæ cultus, ac elegantiæ amatrice contingit. Nam omnino pulcher erit. Deformitas nempe semper errorem arguit atque defectum. Ea pro re inter homines rusticos, in quibus nullum est elegantiæ vitæque studium, turpitudo vehementer abundat. In urbi-

urbibus vero illustribus homines maxima ex parte pulcherrimi producuntur. Quod si *Nolani* quaque in re fuere elegantiæ sectatores: æquum est, pulcherrimos evasisse. Quibus ex locis compertum est,

A *Nolanos* aliquando fuisse tribus præditos generibus bonorum: animi, corporis, atque rerum externarum dominæ: atque iccirco nobilissimos atque felices.

AMBROSII LEONIS DE NOLA

LIB. II.

CAPUT I.

In eisdem in quibus prius erat sedibus Nolam præsentem stare.




VRBS *Nola* quo in agro fundata, quamque magna, atque quibus moribus *Nolani* fuerint, idque abusque origine adusque tempestatem nostram, iis, quæ memorata sunt superiore libello, explicatum est. Quonam autem modo nunc se habeat, hoc est Anno M. D. XII. post *Jesum* Dominum consequens est, enarremus; *Nola* igitur præsens in eodem agro atque sedibus eisdem jacet, in quibus olim stabilita extiterat. Quo ex loco illud conjectari licet, nunquam bello deletam urbem funditus fuisse, usque adeove afflictatam, ut civium reliquiæ fugere coactæ ad aliquam villam vicinam venerint, coluerint, auxerint, *Nolamque* illam nominarint; sicuti plærisque accidit populis bello, aliove casu de patrio solo propulsis, qui de monte in planiciem, aut de planicie ad montem, aut de urbe ad pagum, sedesque atque lares mutando transmigravere: sed sedes antiquas, quasque primum dantibus diis occuparant, semper coluere *Nolani*: neque mutando tantillo locum a laribus genioque suis degeneravere, seque cum paganis miscuere, hospitesve apud populos alienos usquam mansere. In eisdem autem sedibus, in quibus prius erat, urbem præsentem stare, evidentissimum est. Pars enim hodiernæ urbis, quæ ad occasum hybernum vergit, quæque vocatur Turris rotunda inter duo amphitheatra prope procurrit; qua vero spectat arctum ad portam *Samuelis*, parietis partem lateritii antiqui validique habet, quem vel templi vel magnæ domus fuisse, necessum est, is nunc intra urbem est, distatque a muro arctico, *Samuelinaque* porta circiter decem passus. Eidem parieti videlicet domus *Tangorum*, *Friciarum*, *Macceorum*, atque *Cæsarinorum* inhærent, atque via, quæ per *Samuelinam* portam intrat urbem, scindit hunc eundem inter *Macceas* & *Cæsarinas* domos. In media vero urbe præsente episcopium est, quod erat in antiqua *Nola* templum *Jovis*. Quinetiam in angulo urbis in quo turris *Megaldorum* extat, fundamenta templi Servatoris antiquæ urbis a muro præsentis clauduntur; relinquo alia plura vestigia ædificiorum, quæ passim per urbem inventa apparent, continueque ab effodientibus reperiuntur: quod ea, quæ retulimus, satis fidei lucisque præstare facereve possunt ad ostendendas antiquæ atque hodiernæ *Nolæ* easdem sedes esse.

CAP. II.

De figura, & ambitu præsentis urbis: & quanto minor sit hæc quam antiqua: deque numero ædium atque civium urbis utriusque.

FIgura præsentis urbis quanquam undecim est angulorum, aliquanto tamen est longior; longior


B nempe est, qua ab ortu occasum versus protenditur. Quinetiam qua ad occasum vergit paulo arctior: qua vero ad ortum, latior. Latus quoque quod occasum spectat, rectum est: id vero quod orientem solem excipit, angulosa rotunditate curvatur. Proinde dimidio humani calcis vestigiive, quod talo est, urbs hæc spectatur per similis: mensus vero ambitus nongentorum ac xx. quatuor passuum inventus est. Area vero tanta est, quanta capere potest duo quadrata quorum singula latera sunt centenum quinquagenum quaternum passuum. Ea quinetiam duo quadrata in unum collecta efficiunt quadratum magnum, cujus singula latera sunt ducentenum septenumque
C denum passuum cum ternis quintis passus unius: ejusdem vero ambitus est octingentorum septuaginta passuum cum ternis duabus quintis. Diameter vero ipsius trecentorum ac octo passuum fere. Id ipsum autem quadratum etiam tantum continet, quantum sunt duo minora quam illa duo, quæ prius dicta sunt quadrata, atque dimidium alterius. Quorum minorum quadratorum latera singula sunt centenum tricenum septenum passuum cum ternis quartis. Eadem vero duo quadrata cum dimidio simul conjuncta redduntur æqualia sexangulo spacio, cujus singula latera sunt æqualia lateribus singulis eorum duorum quadratorum. Sexangulum nempe spacium, quod æquilaterum fuerit alicui quadrato, est etiam
D eidem quadrato duplo sesquialterum. Quamobrem quadratum illud magnum æquum est huic sexangulo. Areæ itaque *Nolanæ*, quæ ad quadrilateram speciem redacta fuerit, ambitus oræ erit octingentorum ac septuaginta passuum fere. Diameter vero trecentorum & octo fere; redactæ vero in speciem sexangulam erit ambitus octingentorum. XXVI. cum semiss. Diameter vero ducentorum septuaginta quinque cum semisse. Item si circuitus sexangulæ areæ reddatur orbis, erit ejus diametri minor diametro sexangulæ. Est nempe diameter rotundæ areæ ducentorum sexaginta quatuor passuum fere. Atque hac ratione non arcta brevive, sed ampla & tanquam passim progressa certam diametri quantitatem inve-
E nimus, atque comparabilem cum diametro antiquæ urbis: oportebat nempe urbis præsentis aream cum antiquæ embado comparaturos invenire diametrum rotundæ areæ præsentis sicuti factum est: primum nempe redegimus præsentis urbis aream in duo quadrata æqualia inter se: secundo hæc duo conjunximus in unum quadratum magnum: tertio magnum hoc divisimus in duo quadrata & dimidium alterius: quarto hæc duo cum dimidio congregavimus postremo sexangulum in orbem transformavimus: ut hujus inveniremus diametrum certam comparabilemque cum diametro antiquæ. Qua inventa manifestum est, quanto præsens urbs arctior minorque est antiqua; ambitus nempe orbis antiquæ urbis erat duum millium sep-
F tuaginta quatuor passuum, Diameter vero sexcentorum sexaginta; præsentis vero urbis circuitus orbis est octingentorum viginti sex cum semisse. Diameter vero ducentorum sexaginta quatuor. Quare area anti-





Ambitus 924 pass.


Ichnographia praesentis Urbis


NOLAE.











K 4 I 4 H 2 G

2 | 8 | 8 | 4 | 2

L O F

4 | 16 | 16 | 8 | 4

M N E

4 | 16 | 16 | 8 | 4

A 4 B 4 C 2 D

antiquæ urbis est sextupla sesquiquarta præsentis urbis embadi, capit nempe hoc illa vetus sexies & quadrantem. Namque duorum orbium circulorumve alter ad alterum ea ratione refertur, qua quadratum diametri hujus orbis ad quadratum diametri illius: ut si diameter hujus mensura fuerit quatuor pedum, illius vero duum, illius orbis ac circulus ad hujus circulum ita se habebit comparatus, sicuti quadratum diametri quatuor pedum ad quadratum diametri duum; est autem quadratum illius sexdecim pedum, hujus vero quadratum quatuor, quadruplus ille igitur hujus est. Quamobrem quum diameter antiquæ urbis sit sexcentorum sexaginta passuum præsentis vero ducentorum sexaginta quatuor: estque illa ad hanc dupla sesquialtera, non etiam area illius est dupla sesquialtera præsentis, sed sextupla sesquiquarta; quadratum nempe illius ad quadratum hujus ita se habet: quod hoc modo facile est videre; pone diametrum præsentis esse quatuor pedum, pones etiam diametrum antiquum esse pedum decem (est nempe dupla sesquialtera) constituasque ambas diametros in eadem linea, quæ sit decem pedum A.D. hanc diviseris in duobus locis B. & C. ita ut linea A.B. sit quantitate quatuor pedum. Item B. C. totidem; C. D. vero remaneat duum pedum; deinde constituas quadratum supra lineam A.D. erectis lineis D G. & A. K. atque ducta linea K. G. Item dividas lineam erectam D. G. duobus punctis E. & F. pari mensu quo divisa est linea A.D. eodem modo dividas lineam e regione erectam A.K. in punctis M. L. similiter quoque dividas lineam K. G. ex transverso descriptam videlicet in punctis I. H. ducasque deinde lineas M. E. & L.F. Item B. I. & C.H. fecisti jam quadratum super lineam A. D. quod capit quadratum lineæ A.B. sexties cum quarta. Namque A.C.O.L. sunt quatuor quadrata sibi æqualia. Item columna D. N. & altera columna N. F. sociatæ junctæque sunt æquales quadrato lineæ A. B. sunt enim dimidia quadrati, similiter se habent columna L. I. & I. O. sunt nempe æquales quadrato lineæ A. B. sunt igitur sex quadrata lineæ A. B. quadratum vero parvum. H.F. est quarta pars quadrati lineæ A.B. est enim productum ex dimidia linea; A.B. Quare quadratum lineæ A.D. est sextuplum sesquiquartum quadrato lineæ A. B. Idem est videre in numeris. Namque si latus A. D. sit decem, ejus quadratum erit centum; & si A.B. latus sit quatuor, ejus quadratum erit sexdecim. Centenarius vero capit sedenarium sexies atque quartam ejus, sicuti in his figuris spectare apertissime licet. Sin autem areas urbium antiquæ & præsentis non rotundas, sed sexangulas feceris, eandem habere rationem necesse est, sin vero duodecangulas utrasque redegeris, proportione atque comparatione eadem habere se oportet, qua quadrata diametrorum se habere dictum est; hanc itaque rationem habet area præsentis urbis ad aream antiquæ.

Quod si voluerimus veriore comparatione rem *Nolanam* dignoscere, oportet etiam harum ambarum urbium non solum embada, sed etiam habitandi modum & rationem recensere æstimareque. Ita igitur compertum est, antiquæ *Nolæ* adeo frequenter habitatum esse, ut priusquam a *Petilio* dictatore caperetur, plurima suburbia oportuisset ædificari. In hac vero hodierna *Nola* tum suburbia nulla manent, tum etiam intra muros areæ multæ amplæque & horti quam plurimi atque amplissimi reperiuntur. Quinetiam in ædibus singulis fere cavædia singula multo quam par est, dilatata, quas cortinas cortesque vocant; horum omnium superfluam amplitudinem si conjunxerimus, alteram saltem urbis partem inanem esse nimirum cognoverimus, reliquum vero si ad decentem habitandi in urbe modum constrinxeris, inveneris præsentem urbem non sextam partem antiquæ,

A sed duodecimam remansisse; præsens itaque pars duodecima est antiquæ, undecim vero reliquæ deletæ sunt. Quinetiam ubi hæc ita se habere novimus, compertum quoque est, si nostra tempestate in urbe fuerint civium ad quatuor millia, in antiqua censa fuisse ad quinquaginta millia, sunt enim in urbe præsente haud pauciores quam septingentæ ædes, in ædibus vero singulis plurimum sena civium capita incolunt, idque servis a connumeratione semotis. Quinetiam ex hisce rationibus videtur in antiqua urbe extitisse ad octo millia ædium. Verum hoc ipsum non est usquequaque asseverandum. Nam in urbe majore etiam ædes majores aliquanto stetisse decet, ad
B sex millia vero excrevisse, probabilius est, reputanti tantum continuisse domum antiquam, quantam nunc occupat domus una cum quincunce. Numerum vero civium, potius fuisse majorem, quam qui paulo ante prolatus est. Nam quo domus est illustrior majorque, eo etiam familiam numerosiorem habere par est: census itaque civium fuit congruentior, qui ad sexaginta millia capitum excrevit. Nisi quoque tantus fuisset populus *Nolanus*, nec amphitheatra nobilia condere, neque *Annibalem* arcere ac vincere, idque ter valuisset. Est autem *Nolæ* præsens reliquum quoddam ejus partis antiquæ, quæ tum
C arctum, tum ortum spectabat; namque præsens urbs a meridie spectat amphitheatrum marmoreum, ab occasu vero lateritium, quæ intra urbem veterem extitisse dictum compertumque est.

CAP. III.

De finibus atque figura Nolani agri præsentis.

QUo urbis ambitus arctior nunc est quam prior, eo minor quoque nostra tempestate in agris ora & possessio redacta est. Quam hoc nunc pacto se habere intelliges, si ab urbe protendas lineam ver-
D sus occasum vernum ad mille & quingentos passus; in cujus fine metam ponas. Item altera educta versus occasum hybernum linea ad duo millia passuum metam alteram in calce figas: deinde a *Mephiti* rectam ducas ad metam vernam antepositam: atque ab hac iterum alteram extendas adusque metam hybernam, quam fundaras, terminatus erit prope ab occidentali plaga *Nolanus* ager. Rursum ab urbe educta linea versus meridiem, interque austrum & libonotum ad duo passuum millia & quingentos metam constituas. Iterum ab urbe altera ducta versus meridiem, ipsumque austrum ad tria millia passuum,
E alteram metam statuas. Insuper ab urbe recta tertia protracta inter notum & vulturnum ventum, atque versus dextrum cornu *Vesuvii* ad quinque millia passuum tertiam metam signes: quibus metis positis ductus sit limes a meta hyberna per ceteras metas, omnis ora *Nolani* agri, qui sub *Vesuvio* est ad meridiem vergens, terminata est. Quinetiam ab urbe extensa linea versus ortum hybernum, atque sub cornu *Sarni* montis, ubi *Palma* oppidum extat, ad quatuor millia passuum, positaque illic meta, ad quam limite tracto a meta *Vulturni* memorata, atque ab hac ad turrem *Martiani*, quæ meta antiqua nobis posita erat, conclusa est ad ortum vernum ea orientalis pars: a turre vero *Marciani* procedens li-
F nea super collem *Gecalæ* meridionalem, descendensque per vallem, quam facit collis *Gecalæ* occidentalis atque *Vesciani* collis, usque ad pagum *Nolanum*, quæ *Casamarciana* vocatur, & quæ sub ipso colle *Vesciani* jacet, atque ab hoc pago proficiscens secundum radices ejusdem collis usque ad exitum cornu ipsius, scilicet metam antiquam, quæ erat versus ortum æstivum, terminat *Nolanam* possessionem reliquam, quæ vergit ad ortum; ab hoc vero cornu tracta linea occasum æstivum versus, aliquanto ci-

tra *Titianum* oppidum reprimens se, atque deinde procedens secundum radices *Abellæ* usque ad *Mephitim*, claudit omnem *Nolani* agri septentrionalem plagam. Intra hosce limites metasque *Nolanorum* agri tempestate nostra continentur; iidem limites metæque dictæ figuram describunt, præsentantque prope quadrangulam, cujus duo anguli oppositi longe plus inter se distant, quam reliqui inter se duo. Angulus enim qui ad *Mephitim* est, oppositus est illi, qui vergit ad vulturnum ventum: distatque ab eodem decem prope millia passuum. Qui vero angulus ad ortum æstivum incurrit, opponitur ei, qui ad metam hybernam cogitur: atque ab eo quinque fere milliaribus abest.

Cap. IV.

Quæ partes sint Nolani agri, qui planus est, & earum quis usus, atque quorum possessio, & de aucupio Regio atque vini varietate.

Accedenti a *Mephiti* versus urbem *Nolam* per duo millia & quingentos passus, duæ partes agri, qui in eo angulo est, obviæ fiunt, quarum altera vergit ad *Abellam* montem, altera ab occasu hyberno est, illa vacat arboribus omne genus, atque arva sola sunt, ac interdum palustria, eadem vero frumentorum ac leguminum omnium feracissima tum, quum palus aquis non exundarit, ac vomeri copiam sulcandi fecerit; altera pars omnis nemorosa est, quercis præsertim densissime exurgentibus, quæ plurimum palustris est maxime hyberno vernoque tempore. Contra vero si quis ab angulo vulturni venti, qui huic oppositus est, ut antea diximus, per tantundem tractus accesserit versus urbem, campum quoque utrinque arboribus vacantem viderit, non lapidosum, sed terrenum vomerique aptissimum, non palustrem, sed siccum adeo ut fodientibus etiam puteos aqua non facile occurrat, nisi ad viginti passus descenderint excavando. Omnis ea plaga quoque, ut luto hyeme, ita æstate pulvere caret; herbida quinetiam semper est, pabulique ac omnis generis frumenti fœcunda, nobis vero pueris is angulus duas quoque habebat partes, alteram, quæ spectat *Vesuvium*, quæque perpetuum nemus atque quercetum erat densissimum: alteram, quæ spectat cornu *Sarni* montis occidentale, quæ campestris erat, ut dictum est; idem vero angulus tam hisce quam superioribus temporibus planum *Palmæ* appelatus est, non eo, quod ager sit possessio *Palmæ* oppidi, quod in monte *Sarno* extat: sed quod oppidi illius prospectu subjaceat. Hoc ipso campo primum delectatus est *Alfonsus Aragonum* primus, qui *Neapolitanis* imperitavit, idem abavus tuus: deinde ejus filius rex *Ferdinandus* in eodem regno primus: item hujus filius *Federicus* rex, quotannisque verno tempore eorum quisque aucupatum eo veniebat: nam ceteris anni temporibus campus concedebatur ovibus, bobus, equisque solis ad pabulandum. Aucupium erat milviorum aquilarumque, quod hoc pacto agebatur in medio campo. Milvium aquilamve aliquam alto volantem per carnis humi sparsas, aut etiam ustarum nidores prius alliciebant, ut aliquanto propius terram devolaret. Nam ubi ad quinquaginta passus abesse humo aquilam aut milvium vidissent, tum hieraces, quos falcones sacrosque vocant, ad id edoctos solvebant, ternos scilicet adversum singulos milvios, sacri vero diversum primo volitabant ascendendo ita, ut crederes aversos a milvio abituros: atque a domino fugituros: deinde revertebantur ad milvium, & sursum summo nisu petentem: sed non redibant, nisi superiores illo se esse

A vidissent. At ubi supra rediissent, tum ab alto impetum faciebant in milvium, inque ipsum subjectum involantes alter post alterum, ea cursus temporisque mensura se regentes, ut secundus nondum percussum descenderet, ni qui prior percusserat, cœpisset revolando ascendere; milvius contra interdum subvolando vitabat involatum superioris hostis, interdum feriebatur: qui etsi aliquando dexteritate quadam & volandi vi post longissimam altissimamque pugnam evadebat, frequentius tamen non potens tribus hostibus deinceps invadentibus obsistere, tandem capiebatur ab uno atque altero sacro, ac ex
B tribus ipsis, duobusve, aliquando omnibus veluti globus factus devolvebatur humum versus; quibus cadentibus statim auxiliabantur equites celerrimi ad id ipsum parati, atque assidue subtercurrentes avibus pugnantibus, hi itaque milvium capiebant, ac fractis ejus alis, collo, & tibiis raptandum liberius aliquantisper sacris exponebant, sinebantque: deinde scisso illius pectore cor extractum cum sanguine etiam dissultante alteri sacro vorandum præbebant, cerebrum alteri, tertio medullas. Hac pugna rapacium avium adeo delectatus est quisque regum, quos diximus, ut sæpenumero in eo spectaculo diem totam insumpserit, atque ut creberrima deinceps pugna spe-
C ctaretur, usque ad trecentos sacros domi aluit. Quinetiam ut campus foret amplior, ad cursumque equitum liberior (Nam longum tractum sæpe prætervolant aves pugnando) totum vicinum campo nemus *Ferdinandus* extirpavit atque consumpsit, idque usque ad radices *Vesuvii* ita, ut nemus in similem campum abiverit. Nunc vero ubi aucupia ea summota sunt omnis campus arvum est, & aratro facile scinditur, frumentique omne genus ferax. Idem quinetiam angulus atque alter, qui e regione est, non est possessio *Nolanorum* civium. Regulorum enim est: quanquam usus per solutam partem fructuum quartam concessus est civibus; reliqua vero campi pars,
D quæ inter hosce angulos patet, in qua media urbs ipsa sedet, consita est arboribus: quæ quoque angulorum versus protenditur ab urbe ad bina millia passuum, atque tam ejus diametri, quæ ab ortu æstivo ad occasum hybernum, quam quæ ab ortu hyberno ad occasum æstivum porrigitur, mensus quatuor prope millium passuum est. Consiti igitur agri hujusmodi pars altera coryleta continet hæc ad meridiem occasumque in extimo agro sita est, ac ab occasu verno incipiens procedit adusque occasum hybernum, atque ab hoc discedens per meridianam agri oram ambit arboreta, quo ad ortum hybernum pervenit. Est ea corylorum pars longitudinis qui-
E dem quatuor millium passuum, latitudinis vero ad mille, sed in ejusmodi coryletis nec sementis quidem aliqua fit, neque vites seri recte possunt. Avellana nempe hastatim crescit, quasi ex eadem radice aut cespite eodem complures hastæ in orbem exeant, quæ ad vicenos quinos pedes crescendo extendi solent; harum mediæ erectæ stant: quæ vero in ambitu oriuntur, terram propius sese demittunt. Proinde sub eis magnam jactant umbram, quæ sementem perdit, vitem contra tolerare nequeunt, quæ inclinantur, quæ vero in media cespite eriguntur, densitate sua cultum vindemiamque supprimunt. Altera vero pars, quod reliquum agri est, arboreta con-
F tinet, sunt autem hæc loca, quæ etiam *Nolani* arbusta vocant, parte maxima populis, minore ulmis, minima quercis in quincuncem distincta; omnes tamen hæ arbores in magnam altitudinem grandescunt, quibus adjunctæ ac maritæ vites scandunt quo ad cacumina illarum superarint, atque exuperantes ab ramis pendeant. Quamobrem racemi alte pendentes melius sole coquntur, atque vindemiæ tempore scalis longissimis adhibitis commodius colligunt arboreta, quinimmo præter arbores vitium sustentratrices etiam

etiam inter antes habent malos, sorbos, mespilos, cydonios, piros, juglandes, atque hisce similes. Solum præterea horum arboretorum quotannis vomere scinditur, atque sementem recipit cujusque generis, acceptamque cumulatius reddit, quamvis ab umbra arborum imminentium aliquantum lædatur. Eorundem item arboretorum quæ jacent ad meridiem, inter urbem atque coryleta, debile ac tenue, sed odorum vinum ferunt, quæ vero ad ortum hybernum versus *Sarnum* montem, subtilia atque aliquanto austeriora, ad septentrionem autem vergentia, præsertim quæ radicibus collis *Vesciani* per *Tophinum* pagum Cœmeteriumque procedentia usque ad paludes, vina odora, plena, validaque gignunt. Ea vero quæ sunt ad ortum vernum inter collem *Gecalam* atque urbem: item ea, quæ ad occasum vernum jacent, vina ferunt mollia atque aquea. Sunt item vina *Nolana*, etiam colore variantissima: alia enim sunt nigra: alia rubra: alia rosea: alia hyacinthina: alia aurea: quædam lutea: non nulla pomea: quædam ut aqua candida. Sunt demum hæc arboreta coryletaque omnia possessa a *Nolanis* atque paganis: exceptis perpaucis, quæ regulorum sunt, veluti privatos cives decentibus.

Cap. V.

De collibus Gecalæ, deque nomine ipso atque Vesciano.

JAm de planis agri partibus dictum est, superest ut colles recenseamus, qui nulli alii sunt in agro *Nolano* nisi *Gecalani*, hi igitur duo sunt occidentalis & meridianus, coalescentes tanquam ad angulum uncumque, quem jacentem ad ortum vernum *Nola* spectat is vero angulus secedit ab urbe mille fere passibus. Duorum autem collium eorum meridianus, recta procedit ab ipso angulo per sex milia passuum versus ortum vernum, quousque *Sarno* monti connectitur. Veruntamen finis *Nolanæ* possessionis in eo statutus est ad *Marciani* turrem ita, ut pars, quæ a *Nolanis* possessa est, præstantior sit, non enim hæc pars vallem claudit cum *Sarno* monte, veluti reliquus collis: quamobrem dextera ejus juga soli post ortum, meridianoque atque postmeridiano patefacit. Alter vero *Gecalanus* collis ab eodem angulo proficiscens, inter occasum æstivum & arctum, ad mille & quingentos passus, ad usque pagum *Casamarcianum* excurrit: juga ejus læva antemeridiano soli, meridianoque, atque in occasum inclinanti: dextera vero orienti atque postmeridiano pandens. Proinde angulus ipsaque collium curvitas hybernum occasum spectat. Collis item occidentalis maxima parte, atque qua ad arctum vergit, terrenus est: vix nempe marmora in eo vides, idque vel in cacumine, vel in jugis: meridianus vero quique in ortum excurrit, atque ipse uncus marmoreus est, præsertim circa verticem: rarius terrenus, idque per juga atque radices; & ille placide exurgit, raroque ad quingentos passus: hic vero meridianus frequentius ad mille passus ascendit, est arduus atque circa verticem non facile cultum suscipit. Hi itaque *Gecalæ* colles parvi quidem, ac perbreves sunt: verum quo minores eo gratiosiores atque præstantiores, feracitate tanta, quanta ne ullis orbis partibus sive colles, sive campi, sive verrucæ sint, cedant. In his enim *Bacchi* vis maxima est, una nempe dulcissima suavissimaque gignuntur, alia item austera, alia Muscatella vocata, atque præter hæc vina *Græca* (ut ajunt) quæ omnia alba sunt; cetera rubra pellucida & odoratissima, cuncta pretiosa habentur. Oleæ nusquam generosior liquor, pomorum ut omnia genera, ita nullis secunda; sunt specus, sunt speculæ, sunt perspectus gratissimi, æstate auras perpetuas,

A hyeme apricitatem magnam invenis, nives, aut gelu, aut pruinas nesciunt hi colles. Quamobrem fructus & flores præcoces quam plurimi in eis veniunt: alii contra serotini usque ad hyemem in arboribus integerrimi pulcherrimique servantur. Citreorum item omnis varietas, prunus, cupressus, myrtus, rosmarinus, atque complures frutices nusquam frondem linquentes; medicarum herbarum ingens numerus. Apibus certa atque optata mansio; lusciniarum, aliarumque avicularum vocalitate gaudentium civitas in eis collibus esse creditur. Et ne aliquando aures offendat *Gecala* dulcis, cicadas nullas gignit, admittitque, veluti omnis ager *Nolanus* etiam ea molestia
B caret. Demum colles hi non inferioribus gratiis afficiunt incolas, quam quibus stirpes & aves prosequuntur; salubres enim usque adeo sunt, ut plærique macrobii & adusque centenos annos in eis vixisse comperti sint, ob has itaque partes gratiasque, omnis ea collium regio a *Græcis* illis, priscisque *Nolanis* appellata est γήκαλα, *Gecala*, hoc est, terra bona pulcraque: qualibet enim in parte tum bona, tum pulcra, tum feracitate sua utilissima, tum aspectu prospectuque jucundissima. Oppidum vero, quod in concursu duorum ipsorum collium anguloque extructum est, terræ cognomine est, *Gecala*
C enim ei quoque nomen est, quamquam posteritas mutatis literis, & *Cecalam* & *Cicalam* appellaverit, sicuti hodierni *Nolani* appellant. Horum autem collium pars a Regulo urbis, pars a *Nolanis*, pars a *Gecalanis* civibus possessa est, oppidum vero ipsum solius reguli est. Legitur autem apud *Stephanum* *Vescia* urbs fuisse antiquæ *Ausoniæ:* & ut quidam arbitrantur in *Samnio:* a qua, quum esset deleta, videntur quædam reliquiæ civium transmigrasse in eam vallem, quam ad ortum facit collis *Vescianus*, qui a *Gecala* proficiscens versus *Abellam* extenditur, atque in ea oppidum struxisse, ipsumque fecisse oppidanis cognomine, *Vescianum* appellantes. Est au-
D tem hoc oppidum in confinibus *Hirpinorum* & *Campanorum.* Collis vero *Vesciani* fere gratias omnes concessit collibus *Gecalæ:* est enim obscurus & umbratilis, quippe qui eo prope vertitur, unde vix occiduum & inclinantem solem excipiat. Nam qua *Gecalam* attingit, aliquam parit utilitatem oleas præsertim per saxa producens atque fovens.

Cap. VI.

De oppido pagisque, atque ceteris quæ in agre Nolano erecta sunt.

E OPpidum unum ac pagi complures, qui nunc in agro *Nolano* extant, hi sunt. Namque in collium unco *Gecala* oppidum circumspectatur, hoc primum a *Nolanis* ædificatum esse credere licet: simul propter belli occasiones (imminet nempe urbi *Nolæ* locus is) simul etiam propter commodiorem eorum collium cultum, *Nolanos* vero aliquos eo habitatum ascendisse veluti in coloniam quandam, indicio est illud, quod ab antiquo tempore ad nostram usque tempestatem in usu *Nolanis* est, quum nempe matrimoni nuptiæve sanciuntur, pactaque & dotes spondentur, illa more antiquo *Nolæ* atque *Gecalæ* rata servari oportere exprimuntur, quod proprium est
F suumque coloniarum. Hoc autem oppidum superioribus temporibus grandius fuisse, reliquiæ ædificiorum ac murorum ostendunt: nunc vero pauculas casas circa arcem retinet etiam muro septas, solitudinem oppidi videntur fecisse oppidani, qui alta loca relinquentes ad juga, radicesque collium habitatum devenere, idque ob meliorem locorum conditionem, præsertim, quum etiam campos colere placitum est; commodius enim & colles & campos colunt, qui inter utrosque habitant. Quamobrem sub unco ipso

atque colle meridiano per radices passim incolunt *Gecalani* pagos multos jungentes. Quorum primus sub unco ipso est Sanctus *Paulus* nuncupatus, deinde *Liber*, ac *Liberi*, ulterius vero *Bardi*. Nam ut eorum nomina plurativa ostendunt, plures villæ fuere, atque eorum, qui aliqua ratione liberi atque egregii, item qui bardi atque rusticani eo tempore habebantur. In ipso autem campo planicieve, qua *Vesuvium* meridiemque spectat, est pagus appellatus Sanctus *Eramus* ab urbe distans ad octingentos passus; deinde pauco tractu interjecto *Syricum* est, & *Sabinianum*. Quorum uti priores incolatu minores, ita *Sabinianum* maxime excellit. Quinetiam prope *Syricum* ac ab occasu hyberno vestigia sunt magni pagi jam deleti, quæ *Centuria* appellabatur, quæque nomen loco, atque vestigia pauca ædium reliquit; ab occasu vero pagus nullus extat. Ea vero pars agri, quæ vergit ad arctum complures pagos continet; ut Cœmeterium templum jam memoratum atque cognominem pagum, ulterius vero *Campasanum*, *Fabianum*, ac versus *Vesciani* collem *Tophinum*, *Vineolam*, *Gallum*, *Comitianum*, *Cotinianum*, *Resinianum*, *Ponticulum*. Sub colle vero ipso *Pedemontium*, quod prope deletum est, atque ad vallem *Gecalæ*, *Casam marcianam*. Præter hæc in jugo *Gecalæ* occidentali templum est divo Angelo dicatum, cum cœnobio sacerdotum præcepta divi *Francisci* sectantium, atque inter hoc monasterium & pagum Sanctum *Paulum* sub ipsum oppidum *Gecalam* ad ipsasque radices collis, fanum extructum est, ac Divo *Joanni* dicatum, cognomento *Cæscum* (cæscum enim *Nolani* saxum magnum vocant) quasi de monte cæsum: fanum nempe super saxo erectum est; complura quinetiam sacella huic similia passim per omnem *Nolani* agri plagam licet videre. At vero inter *Cæscum* ac memoratum *Francisci* monasterium extat quasi subterranea porticus, antiquum opus, quam cryptoporticum architecti quidam vocant, quæ ad voluptatem nunc tepore nunc frigore captandam extrui solebat, non publica modo publicoque ære, verum etiam ut quisque amabat, ære privato sibi ædificabat. Colle etiam sub ipso lapidicinæ marmorum videntur fuisse, unde abscissa creduntur cæmenta, quæ ad construendum aducta sunt amphitheatrum.


CAP. VII.

De muris, pomœriis, promurali, fossa, portis, & aggere præsentis urbis.

TUetur se nostra hac tempestate *Nolana* civitas muris, pomœriis promurali, fossa, portis, atque aggere; murus est latitudinis quinque fere pedum, altitudinis vero xx. idem distinctus est frequentibus turribus quadratis terna latera extra murum exerentibus, interque se distantibus per octogenos pedes, quas vero turres supra portas, aut in concursu murorum angulove, extrui contigit, hæ ceteris sunt excelsiores, atque nomine proprio sunt insignes. Quinetiam in hoc muro quatuor portæ patent binæ binis aversæ, atque singulæ singulas cœli plagas spectantes; ad meridiem nempe *Vesuviumque* prima versa est, quæ *Vicancius* appellatur; is nempe locus in urbe veteri videtur fuisse vicus *Anciorum*, unde attendit vicus *Ancius* atque *Vicancius*. Altera porta spectat occasum vernum, cui nomen est Portellum. Nam in eodem muro occidentali erat porta antiquior, cui nomen erat porta, verum quod Regia aliquanto ab ipsa aberat: iccirco aliam parvam portam huic vicinam reguli aperuere, ne vero duæ manerent portæ tam vicinæ veterem clausere muro, novam vero reddidere majorem, cui nomen minutum jam inditum remansit, claudendi veterem portam etiam hoc causa fuit. Namque via, quæ per eam ferebat,

A magna aqua ex urbis stillicidiis collecta defluebat; quæ adeo illam excavarat fluendo, ut in fossam prope descendere redacta sit. Qua pro re portam ineptam transeuntibus redditam clausere. Tertia porta spectat arctum ac montem *Abellam Vicancio* aversa, hæc appellata est *Samuelis* a custode vel vicino id nomen assumens, est nempe familia civium *Samuelium*. Quarta ad ortum vernum versa est, ac occidentalem *Gecalæ* collem conspicit: eadem Portello aversa, nominata autem est *Cortefella*: videlicet a malo. Namque Cortem *Nolani* vocant tum domus cavædium, tum magni viri domum, fellum vero hominem appellant, qui felleus pravus falsusque est,
B in quo itaque loco porta statuta est, domus aliqua egregia quidem, sed pravorum dominorum fuerat, quæ deleta & loco & portæ nomen id ipsum reliquit, atque a posteris servatum simul ad infamiam facti, simul etiam ut qui infamari metuant, caveant malefacere. Murus item a *Vicancio* procedens versus occasum æstivum, perparum in urbem incurrit: primumque angulum ac foris cavum facit; in quo turris præstans est, appellata Pinus: quod intra urbem vicina ei pinus altissima stabat, quam etiam vidimus, ab hoc angulo exiens murus ad occasum vernum procedit quodam tractu usque ad angulum, quem claudit cum muro occidentali recta veniente ab arcto. In quo angulo turris enim appellata Rotunda, quod magna ac ea figura est; spectat hæc turris occasum
C hybernum, atque prope media est inter duo amphitheatra. Item murus occidentalis ab hac turre proficiscens usque ad portellum in quo turrem habet nominatam a Portello: deinde recta procedit quousque facit angulum cum muro occurrente ab ortu. In quo angulo turris extat vocitata Quinque pontarum, quam angulosa turris erat, pontam nempe a pungendo angulum omnem appellant; arcticus vero murus ab hac turre exiens in ortum vernum usque ad portam *Samuelitanam*, in qua turrem habet altam nominatam turrem *Samuelis*: deinde paulo etiam recta procedens, angulum facit cum muro occurrente ab ortu fere hyberno, in quo angulo turris est appellata
D Prioris; quam ei subjacent ædes Prioris. Prior autem is intelligitur sacerdos, qui præfectus est monachorum Annunciatæ, cujus templum ac monasterium est in jugo collis *Vesciani*, quod *Casæ marcianæ* pago imminet; ab hac item turre murus excurrens in ortum fere hybernum recto atque longo tractu quousque facit angulum cum muro occurrente fere a Vulturno vento, in quo angulo turris est *Massæorum*, quod illorum domus ei turri subjacet; ab eo vero idem, qui occurrit, murus brevi tractu progressus attingit murum venientem prope a meridie, atque in concursu turrem habet *Ciminorum* appellatam ab ædibus illorum. Ab hac item exiens murus recto ac longo progressu usque ad *Cortefellam* portam per-
E venit, in qua turrem habet nuncupatam a porta. Item ultra portam hanc ipsam exiens parum declinat ab austro, atque brevi spatio, quousque angulum facit cum muro veniente fere ab africo, ac in eo turrem sancti Spiritus habet, quod fanum huic dicatum subjacet, ab ea item turre murus progressus versus africum unde occurrerat, longo rectoque tractu obvius fit muro venienti ab occidente prope verno, & in eo concursu turris est *Megaldorum*, quod omnes domus, quæ sub eo sunt angulo, ejus familiæ sunt, a *Megaldina* turre procedit is, qui dictus est murus ad occasum vernum recto ac longo spatio, quoad ei fit obvius murus ab occasu prope
F æstivo veniens, angulumque cum eo claudit, in quo turris est *Scrignariorum*, quod vicina est domus, quæ ejus familiæ fuit, ab hac demum turre parvo tractu murus proficiscitur ad fossam usque arcis; arx nempe inter hunc murum atque portam *Vicancium* interjacet. Citra vero murum omnem urbis pomœrium

NOLA PRÆSENS.



1 Turris Quinque Portarum.
2 Porta Samuelis.
3 Turprœris.
4 Turmasseor.
5 S. Franciscus.
6 Area.
7 Sacellum Iesu.
8 Ramus Viæ Portelli.
9 Docana.
10 Via Vicancia.
11 Via Portelli.
12 Collegium.
13 Portellum.
14 S. Felix.
15 Area.
16 Porticus.
17 D. Io. Bp. Episcopium.
18 S. Apostolus.
19 Via Scrignariana.
20 Casale Novum.
21 S. M. Nova.
22 Regia.
23 Via Cortefellana.
24 S. Paulinus.
25 Clara Stella.
26 S. Clara.
27 Porta Clausa.
28 Tur Rotunda.
29 Turris Pinus.
30 Porta Vicancius.
31 Arx.
32 Via Scrignariana.
33 Tur. Scrignariorum.
34 Via Megaldina.
35 Tur. Megaldorum.
36 S. Servator.
37 S. Spiritus.
38 Turciminor.
39 Porta Cortefella.
40 Via Lauriniana.
41 Pomerium.
42 Pro murale.
43 Erisma.
44 Fossa.
45 Agger.

rium eſt ad XV. pedes latum. quare nulla domus pacto aliquo attingit mœnia; ultra quoque mœnia alterum eſt pomœrium aliquanto arctius, quod inter murum & promurale procurrit, promurale vero altitudinis eſt decem fere pedum, latitudinis duum, inter binas quaſque pinnas habent intervalla ſingula, a fundamento etiam promuralis eriſma dimittitur in foſſam uſque ad aquam ita, ut tegat internum foſſæ latus, atque promurale ſuffulciat; quod eriſma cum promurali, verbo novo Barba canis appellatur. In eo quinetiam promurali propugnacula quædam prominent, ſunt hæc ipſa turres veluti trilateræ metæ inverſæ; namque angulum ſolum exertantes, conum uſque ad imam foſſam demittunt. Turrium autem harum trilaterarum ſingulæ inter binas murororum turres reſpondent ſpectantque. In angulis vero hujus promuralis, turres ſunt rotundæ. Promurali quinetiam ſubjacet foſſa alta ad xx. pedes, lata ad quindecim, cujus latus externum terrenum eſt, non ulla anteride, quam ſcarpam vocant, munitum; ultra foſſam agger extat latitudine xx. pedum, altitudine ſupra naturale ſolum ſex pedum, ſuper quo via eſt, foſſam urbis ambiens. Verum ultra aggerem occidentalem forum Boarium patet longitudine centum, latitudine vero quindecim paſſuum, ultra vero ceterum aggerem horti atque olitorii campi dilatantur, qui multo ſpatio patentes amotis altis arboribus, omne genus ambiunt urbem; quamquam in foro Boario quod ante Portellum eſt, Tiliæ aliquot ordine digeſtæ extant, quæ ab *Urſo* ſunt ſatæ, ut ſub umbra poſſent mercatores paciſci; foſſa itaque urbem ambiens facit, ut ponte ſit opus ante portam unamquamque, ut in urbem fiat ingreſſus; ſtructura autem murorum ac turrium non ex quadrato eſt lapide, ſed e ruderibus novis tophi atque intrito confecta.

Cap. VIII.

De arce Nolano.

ARx erecta eſt inter portam *Vincancium* atque murum extremum, qui ab ortus plaga aduſque foſſam arcis protenditur. Eſt inſula quædam quatriquetra, cujus latera ſingula ad octogenos pedes longa ſunt, quamque undique circundat foſſa altitudinis xx. pedum, latitudinis prope totidem: excepta meridiana parte, quæ arctior quam cetera eſt, eriſmatis & anteridibus utrinque firmata: quæ ab imo ad ſummum exurgentia terram lateraque defendunt, ne foſſam ruendo compleant. In inſula vero ſunt quinque turres rotundæ, quarum una ceteris major in media inſula extat, ambitu cxx. pedum, altitudine totidem. Ferunt eam fuiſſe altiorem quadraginta pedibus cum pinnis mœnianis ſuper mutulis ſtantibus: ſed ab *Urſo Urſino* minutam ea celſitudine fuiſſe. In imo turris hujus carcer eſt, in quem per oſtium, quod in prima eſt teſtudine, ſontes demittuntur, retinenturque quoad cauſam dicant, atque pœnas dent. Quatuor vero turres reliquæ minores ſunt hærentes ſingulæ ſingulis inſulæ angulis, exurgenteſque ab ima foſſa quouſque ſupra ſolum ad quadraginta pedes extent: circuitus vero earum ad LX. pedes eſt; harum quælibet ſuper mutulis pinnas mœnianas ac propugnacula habet: inter binas vero angulares turres paries ductus eſt latitudinis quatuor pedum, altitudinis paulo minoris quam turres, a quo media turris abeſt quindecim fere pedes. Duo arcis oſtia ſunt, alterum ad meridiem, quo itur extra urbem: alterum vergit ad arctum, quod ab arce in urbem ducit, atque ponte erectili greſſus in arcem utrinque fit; ambo quinetiam oſtia veluti in ſemiturribus quadratis ſunt aperta, quarum ſummitas expoſitis mutulis propugnacula habet. Quinetiam

A ultra foſſam meridianam arcis, altera inſula parva eſt in ſpeciem hemicycli figurata, cujus curvatura & umbo exterior eſt, frons vero e regione jacet oſtio arcis, hæc etiam circundatur a foſſa ſimili continuaque ceteris arcis foſſis, ab ima vero foſſa exurgit eriſma quouſque extet XVI. pedibus ſupra ſolum, idque in curvatura ipſa umbonis. Namque in fronte eriſma ſupra ſolum non exurgit; umbonis vero ambitus eſt ad LX. pedes. Eſt hæc veluti ſemiturris tanquam præmurale, quod ante oſtium arcis externum erectum eſt; ab arce itaque ad hoc promurale ponte erectili tranſitur. In arce ſemper eſt præfectus a regulo, quem caſtellanum appellant. Ex quibus jam
B liquet urbis præſentis principem partem atque caput hoc in loco eſſe.

Cap. IX.

De Regia.

ANtiqua regulorum domus ad portam eam urbis erecta eſt, quod Portellum appellatur, ut dictum eſt. Verum ea principum domus regiaque non ſcindit urbis murum altera parte intra, altera extra urbem manens, velti arces extare ancipites ſolent: ſed univerſa intra urbem comprehenditur, tanto a muro portaque ſecedens, quantum internum pomœ-
C rium ſemel atque iterum patet. Regia itaque ab occaſu, pomœrio: ab arcto area longa, in quam Portello intrantes, recipiuntur, ab ortu atque meridie hortis cingitur. Hæc autem ſub *Raimundo Urſino* atque regulis ſuperioribus, ita ſeculo ferente, abjecta erat atque ſtructuræ vilioris. Sub *Urſo* vero *Urſino*, qui domi militiæque vir fuit illuſtriſſimus, magnificentius ædificari cœpit: idque noſtra tempeſtate. *Urſus* nempe dirutis fere cunctis ædificiis veteribus domum quatriquetram erigere aggreſſus eſt cujus arcticum latus longitudinis eſt ad XXV. paſſus: orientale vero prope par eſt; ſed opus inchoatum reliquit: ea autem latera, quæ finem ſunt conſecuta, altitudinis ſunt fere duodenum paſſuum. Fabri-
D cæ autem ceteri parietes tophacei ſunt: paries vero ſeptentrionalis ſolus ex marmore quadrato eſt commiſſus, exceptis fundamento ac parte ejus interiore. Fundamentum enim totum eſt tophaceum: parietis vero facies exterior marmorea, interior vero tophacea conſtat: quod ſorte quadam evenit. Mens erat *Urſo* fabricam omnem ex tophis conficere, ignoranti multitudinem marmorum, quæ in fundamentis amphitheatri latebant orientalis; ergo jacta ſunt regiæ fundamina ex tophis, auctaque quouſque ſolo terræ æqua eſſe videbantur. Interea vero aliqua effoſſa ſunt marmora in amphitheatro, ut illis regiæ anguli firmarentur; at effoſſa effodientibus alia ſubeſſe marmora patefecere, quamobrem tot effoſſa
E ſunt, ut ejus parietis tres ordines ex eis marmoribus, non modo anguli erecti ſint ſupra fundamenta. Res cœpit apparere magnifica uſque adeo, ut Regulo auctus ſit animus erigendi modo eo parietem, quoad marmora ſuppeterent. Cui amphitheatrum tot præſtitit, quot non modo totam parietis altitudinem atque angulos regiæ pilaſque multas & baſes atque coronamenta omnia conficere: ſed innumera quoque potuere ſupereſſe; at vero ubi viſum eſt id opus expediri, omnes, qui fabricam eam ab initio norant, judicarunt illum parietem brevi deciſurum: quod
F tophacea fundamenta nequirent diu tolerare tot immenſa marmorum pondera, atque in tantum altitudinem evecta. In eodem pariete oſtium marmoreum eſt: atque ſupra oſtium ſtatua ex marmore *Pario Urſi* reguli: in pariete vero meridiano alterum eſt e regione apertum oſtium, quod in hortos ducit. Fabrica autem abuſque medietate fere lateris occidentalis incipiens ac procedens verſus arctum, vertenſque

ante arctum, deinde vertens ante ortum usque ad medietatem orientalis lateris, finita est ita, ut tectum etiam sit indepta: sequens vero usque ad ostium meridianum jam dictum, inchoatum opus est; in hac enim inchoata parte solæ sunt cœnationes testudinibus altis validisque contectæ: quæ veluti primam contignationem præstitere: reliquus vero regiæ angulus, qui occasum hybernum spectat, vetusta illa ædificia etiam retinet; quod evenit, bello *Hetrusco Ursum* trahente. Rex *Ferdinandus* enim cum *Florentinis* bellaturus in *Hetruriam* misit *Ursum* ducem exercitus: is inibi contractis torminibus *Viterbii* ægrotans hominem exuit: nec fabricæ deinde quisquam unquam quicquam adjecit.

CAP. X.

De porticu Nolana atque viis urbis.

IN media urbe tethredra quædam extat, quod *Segium* vocant a sedendo; mihi vero non tethredram hexedramve: sed porticum liceat appellare; figura est quatriquetra: ac altera longitudinis est quinque passuum, altera latitudinis pedum xx. altitudinis vero ad tres passus; extenditur autem ab ortu versus occasum vernum. Hujus latus occiduum atque arcticum solidus paries est. Lateris vero meridiani sinistra pars paries quoque est, dextera vero arcu ducto adaparta est. Latus autem orientale est solus arcus: sed uterque arcus altero cornu super uno eodemque capitello columnæ firmantur: quæ in angulo, quem ipsi concurrentes arcus terminant, sola extat; hæc alta est ad x. pedes, tegitur autem porticus testudinibus duabus medio intercedente ac longitudinem porticus secante: cacumen pluteis coronariis circunductis finitur. Qua re ab ortu toto & a dimidiato meridiano porticus aperitur, totaque intus videtur, cetera clauditur. Neque viis ambientibus æquum pavimentum habet: sed altius adeo, ut sex gradibus ascendendum in ipsum sit. Intus autem ambitu toto sedilia solummodo eriguntur: quæ dividuntur a duobus, qui in ipsa scandunt aditibus: altero sub medio arcu meridiano: altero sub medio arcu orientali: qui aditus sunt latitudinis ternorum pedum. Viarum autem urbis duæ sunt principes: altera a porta *Vicancio* ad portam *Samuelinam* exensa est: altera a *Cortefella* ad portam antiquam, quæ nunc clausa est, protenditur. Sed harum *Vicanciana* est nobilior; a capite nempe principeque urbis parte, quæ *Vicancius* est, exoritur, atque omnis hospitum advenarum viatorumque transitus hac ipsa fit; domus quinetiam meritoriæ fere omnes atque nobiliores viæ huic adjacent; hæ vero principes viæ duæ sese concidunt sub porticu eo modo, ut illius columnæ basis coronaque prematur ab angulo ipso viarum, qui ad occasum æstivum vergit. Neque recta procurrunt hæ viæ. Nam præsertim dextrorsum sinistrorsumque serpentes, partim recte procedunt. Ex quo licet conjectari: præsentem urbem, non ut divisa: sed ut rapta fuisset, ita ædificatam esse. Neque ædificiorum viarumve ratio & ordo habitus est in ædificandi principio: sed lubentia & propria cujusque commoditas antecelluit. Præter autem has vias celebrantur aliæ duæ, non ut principales, sed secundo loco præstantes, quæ a meridiano pomerio exortæ versus arctum sulcando urbem protenduntur eædem secant viam principem, quæ a porticu ad *Cortefellam* portam excurrit. Verum earum duarum altera, quæ orientalior est, paulo citra turrem *Megaldinam* exorta, anteque fanum Servatoris procedens, ad murum pomœriumque septentrionale pertingit ita, ut sinistrosum, parumque distantem turrem prioris habeat; eadem item medio curriculo viam *Cortefellanam* incurrens de transverso

A secat: atque angulo, qui vergit ad ortum æstivum, facellum Sanctæ *Mariæ* Novæ concipit; ab hac vero sectione adusque murum arcticum ipsa via ampla rectaque patet, quæ *Casale* novum appellatur. Altera vero hujus socia ac non principalis via a turre *Scrignariana*, quæ prope arcem extat, incipit, principio parum obliqua: deinde ampla & recta procurrit, ac viam *Cortefellanam* etiam incidens secat paulo inferius sectione antedicta, atque in angulo hujus sectionis, qui vergit ad occasum hybernum, erectum est fanum divo *Paulino* dicatum. Deinde versus arctum serpens per quinquaginta passus finitur, inque ejus fine monasterium obvium fit virginum, quod Col-
B legium appellant. Est insuper tertia ac non principalis via, quæ non ab austro ad arctum ut illæ: sed ex transverso ab occasu versus ortum excurrens; hæc enim initium sumit a pomœrio, quod inter portellum ac turrem quinque pontarum interjacet: primumque recta, deinde parum obliqua procedit, secatque viam *Vicancianam*, quæ inter Porticum est & portam *Samuelinam* ita, ut absit ea sectio a porticu triginta quinque passus, habetque in angulo, qui vergit ad occasum æstivum, emporium extructum compluribus pilis arcubusque tum in ambitu tum in solo ipso, quod non fornice sed contignatione tectum est: quæ docana hoc est susceptorium appellatur; in angulo vero, qui ad occasum hybernum
C vertitur, templum *Felicis* in platea erectum est; eadem deinde via XII. passus procedens paulum extumet, Macellumque inibi a sinistra ostendit, extumet autem quoad fundamenta & reliquiæ templi ac basilicæ divi *Felicis* Junioris, quæ usque eo extendebatur, ut dicetur inferius, extuberant eo in loco solum. Superato vero hoc solo serpens procedit eadem *Portellana* via, incurritque in extremam viam, quæ ab austro & a turre *Scrignariana* venire memorata est, atque angulum unum cum ea facit; non enim se scindunt, nec prætereunt. Cujus anguli e regione monasterium est Virginum, ut dictum est. Verum ab eo angulo viarumque earum concursu angiportus quidam derivatur, qui per anfractus per
D breves versus ortum vernum procedens in *Casale* novum erumpit. Ceteræ autem urbis viæ veluti rivuli sunt ab hisce, quæ dictæ sunt, defluentes, atque insularum sectiones, & viciniæ sunt: excepto pomœrio interiore, quod sub mœnibus perpetuo procedens tanquam Oceanus cunctas urbis vias gignit & ambit. Harum quinetiam viarum aliquæ stratæ marmore spectantur: quæ marmora *Nolani* vocant silices. Ea enim quæ a *Vicancio* ad *Samuelis* portam tenditur, strata tota est: quæ vero a *Cortefella* venit quousque scindit *Vicancianam* viam sub porticu, atque paulo ulterius, ea omnis strata est: cetera vero, quæ adusque portam clausam, quæque Clara stella vocatur, silice vacat. Quinetiam adjectinarum via-
E rum atque non principalium ea pars, quæ inter facellum sanctæ *Mariæ* Novæ atque fanum Servatoris interjacet, strata solummodo est. Item ea, quæ a sacello Servatoris versus *Cortefellam* vertitur, donec cum portæ hujus via jungitur, silice contecta est. Contra vero quæ a Portello ascendit usque eo, ubi *Vicancianam* secat sub docana, strata perstat: cetera silice caret: eadem via quæ a Portello tenditur, antequam *Vicancianam* attingat, ramum sinistrosum producit, qui docanam ab occasu terminans revertitur serpendo versus occasum æstivum: quoad in latus templi *Francisco* dicati incurrit: is ramus silice stratus est; Item *Vicanciana* statim in urbem intrans
F ramum dextrorsum fundit viam *Scrignarianam* usque procurrentem, qui marmore tessellatus est, quique nostra vicinia est. Eadem insuper *Vicanciana* citra portam *Samuelinam*, ultra vero parietem antiquum, alterum ramum dextrorsum derivat pomœrium usque protensum, qui quoque stratus est: reli-

reliquæ vero viæ omnes silice atque stramento marmoreo omni vacant.

Cap. XI.

De Basilica urbis principe & Episcopio.

SIcuti viæ primariæ sese recta sectione concidentes in angulo, qui vergit ad occasum æstivum a duobus lateribus porticum ambiunt: ita in altero angulo, qui vertitur ad ortum æstivum insulam quandam claudunt ab occasu quidem *Vicanciana*, a meridie vero *Cortefellana*; sed tamen *Vicanciana* recta procurrens a Porticu ad usque alteram sectionem, quæ sub Docana fit curriculo XXXV. passuum: *Cortefellana* vero ab eadem porticu recta procedens usque ad sectionem fani *Paulino* dicati, tractu passuum quinque & quadraginta. Eandem quinetiam insulam ab arcto claudit via Portelli, quæ a Docana usque ad angulum, cui Collegium monasterium hæret, procedit mensu quoque XLV. passuum ab ortu vero claudit via *Scrignariana*, quæ ab hoc angulo adusque sectionem Divi *Paulini* protenditur, curriculo quadraginta fere passuum. In hac itaque insula templum urbis maximum primumque extat, Divæ *Mariæ* nunc dicatum, quod Episcopium vocant: aut quod ipsi templo Episcopium, hoc est Episcopi domus hæret: aut quod in eo sacra facit Episcopus; veruntamen verbum id diversa pronunciatione a *Nolanis* quam a ceteris *Latinis* profertur; hi nempe Episcopium cum accentu in ante penultima *Latina* facta dictione pronunciant. *Nolani* vero *Græcam* & peculiarem loco vocem servantes cum flexo in penultima proferunt. Tempore autem Divi *Paulini* dedicatio templi fuit *Dominedio*; Deus nempe tum *Dominedius* vocabatur: quod verbum in ore jurantium ac invocantium Deum usque ad nostra tempora servatum audimus. Præter hæc ædis hujus si non figuram sed sacrificia spectaveris, templum appellare convenit: sin vero figuram non sacrificia, basilicam potius dices; basilica enim ædes oblonga quadrangulaque est, altera januam, altera e regione cellam, vel dicas hemicyclum habet. Neque quoque certa basilica est: nam inter ædem & cellam transversa interjacet altera oblonga ædes, quem titulum appellant. Quamobrem hæ duæ ædes figuram T. literæ præsentant: cui si cellam super addideris, tunicam cum cucullo ac extentis manicis finxeris. Neque in hoc templo hæc memorata solum reperiuntur: sed etiam hæc ipsa tanquam cum capite tunica additas continet duas alias basilicas, titulo eodem discriminatas a cellis: quarum ædes, mediam jam dictam majorem ædem utrinque adjacentes continent: cellæ vero circa cellam majorem locantur. Quoniam vero totum ædificium templumve constat ex cellis ædibusque: quæ partes sunt basilicæ, non templi: basilica potius appellanda est quam templum. Sunt itaque hujus basilicæ septem partes: tres quidem ædes pari longitudine, sed media amplior ceteris: quarum media appellatur media ædes, a recentioribus vero navis: alteræ laterales ædes, nunc alæ dicuntur; quarta pars est ædes transversa his tribus, quibus & ipsa aliquanto est brevior, vocaturque trabs sive titulus; quinta pars est Hemicyclum sive cella major, quam tribunam dicunt, debentes dicere tribunal; quæ in altero tituli latere est e regione mediæ ædi respondens, sexta septimaque sunt duæ cellæ minores utramque alam e regione spectantes, ac in eodem latere tituli, in quo major cella est, positæ mediam cellam circunstant, siquando titulus altero longiori latere ac occidentali capita ædium trium terminat: in altero vero orientali huic æque distanti cellas tres habet, sive tribunalia dicas; basilicæ autem longitudo patet a pariete januarum adusque curvaturas cellarum: latitudo vero ab externo pariete dextræ alæ ad externum sinistræ; caput basilicæ est titulus atque cellæ, præcipueque cella major, quod ab eis tanquam a capite cetera initium habent; pes vero ejus, paries est, in quo sunt januæ, ad eum nempe terminatur basilica: sicuti ad pedes desinit corpus a capite originem sumens. Quod si parietem januarum frontem velis esse, eo quod a fronte est: cellas basilicæ dices occiput atque recessum. Longitudo quoque basilicæ ab ortu versus occasum tenditur: atque pes basilicæ est prope mediam viam *Vincancianam*: a qua per interjectam parvam aream distat: caput vero in insulam penetrat. Est autem tituli longitudo ad XV. latitudo ad quinque, altitudo XII. passus. Ejusdem paries occiduus, quo cum tribus ædibus conjungitur, habet tres magnos arcus, quorum medius est aliis major: per quos arcus non modo transitus amplissimus fit de titulo in alas & navem: verum etiam idem aër, & eadem innanitas omnium quatuor ædium redditur; paries autem tituli orientalis cellas tres memoratas habet, singulas singulis arcubus prædictis e regione jacentes: atque singulæ cellæ singulas continent aras, sed ara majoris cellæ aliquot gradibus excellit. Quinetiam tituli paries australis in angulo orientali parvo arcu aperitur: per quem transitus fit descendentibus in templum Apostolorum, de quo inferius dicetur. Media autem ædes in longum porrigitur ad XX. passus: cujus latitudo altitudoque pares sunt titulo. Ejus vero dexter atque lævus paries, quibus distinguitur ab alis suprema in parte, fenestras multas atque oblongas continet: in ima vero pilis ac interpilaribus & arcubus magnis æqualibus apertus est: unde & mediæ ædis & alarum utrarumque inanitas & prospectus idem redditur. Alarum vero parietes exteriores solidi sunt, raras solummodo fenestras habentes. Et in eorum, qui septentrionalis est, medio ostium est, quo iter fit in parvam aream: quæ ante fanum divi *Joannis Baptistæ* patet; sunt iidem parietes longitudine pares parietibus ædis mediæ, altitudine vero dimidio minores. Eodem modo & alæ ipsæ sunt longitudine pares ædi media: amplitudo vero earum alarum est triente quam media minor. Demum media ædes atque alæ in pede basilicæ clauduntur pariete uno, in quo tres sunt januæ; quarum media multo aliis major, supra vero majorem januam sunt duæ fenestræ oblongæ, supra quas est oculus, atque fastigium; at supra majores januas singulæ sunt fenestræ, illis, quas diximus minores, supra quas semifastigium erigitur; tectum imbricatum, solum vero lithostratum, media quinetiam ædes divisa est in duas partes: quarum major vergit ad januam: minor a titulo est, parietibus parvulis distinguentibus ac in medio arcum ut ostium continentibus: per quem arcum de majore in minorem navis partem transitur; alti sunt hi parietuli ad x. pedes, non solum ea minor pars hisce parietulis in longitudine terminatur: sed etiam a lævo ac dextro latere clauditur. Quamobrem ab occasu arcum, ab ortu vero interpilare magnum tituli habet: quæ expedita apertaque sunt, ille quidem ut ingredientibus pateat aditus: interpilare vero ut ara magna videatur. In hac ipsa parte sunt quatuor sedium ordines, quæ ex asseribus nuceis compactæ sunt: bini a dextra, ac bini a sinistra; qui ab antis ostii arcusve ad angulos dextrum lævumque & ab angulis adusque pilas tituli porriguntur; eorum ordinum vero exteriores duo sunt eminentiores, atque concameratione una veluti fornice contecti: in quis sellæ distinctæ sunt opere pulcherrimo segmentato ac virgulato: reliqui vero ordines duo sunt inferiores carentesque & tegmine camerato & ornamento segmentationis, quam obrem, qui in medio eo loco est, omnes undique intuetur sellas. Quinetiam sub ordinibus inferioribus sedilia

lia quædam alia extenduntur non distincta in sellas, sed unam communemque sedem facientia. Appellatus est locus is chorus; dicitur quoque a recentioribus chorhospita numero plurativo: hoc est loca vel solia hemicyclave suscipientia chorum; sunt qui dicunt chorhospitæ: hoc est, sellæ capientes chorum: hospitum nempe id esse vult, quod suscipit cum amplexu & charitate quadam: chorus autem ordo canentium est; hic nempe sacerdotes sedentes quotidianas rogationes & hymnos divinos cantant. Reliqua vero ædis pars nomine caret: appelletur ergo prochorus, seu chori atrium, sub choro autem hoc ipso sacellum est subterraneum, divo *Felici* dicatum: quod testudine tegitur, quæ tribus columnarum ordinibus fulcitur, huc descensus duo per gradus aliquot fiunt: singuli de altera basilicæ ala adeuntes. In occiduo vero sacelli hujus latere ara extat: & supra aram mensa marmorea erecta ac pertusa trajectaque canaliculo argenteo, unde liquor quidam striatim fluens decidit tum, cum maxime urget hyemale gelu, quem liquorem mannam vocant, idemque divi sudor esse creditur: cujus corpus in puteo jacet; hic nempe a tergo tabulæ marmoreæ patet, ac in imum descendit. Hoc quin etiam sacellum antiqui partem templi fuisse, arbitrandum est: quod subterraneum est humi & depressum; appellant hoc subterraneum sacellum jusum corpus: jusum dicentes contrarium ejus quod sus & susum dicunt, hoc est, locus corporis beati *Felicis* quod subterius est: sed basilica tempestate nostra constructa est. Cujus fabricæ, præfectus fuit etiam gratuitus patruus noster *Leo* vir militiæ domique egregius, patriæ amantissimus adeo, ut dum illius curaret rem, negligeret frequentissime suam: modestia ac justitia tanta præditus, ut omnia Reipublicæ præclara ei credita sint munia: non modo magnæ hujus fabricæ præfectura. Gratus insuper fuit populo, gratissimus regulis, præsertim *Raimundo Ursino Salerni Nolæque* Principi, atque *Joanni Antonio Ursino Tarenti* regulo potentissimo: idem malos conniventer præteribat: bonos ac doctos colebat, observabat, sectabatur. Pollebat oratione non quidem celeri longave, sed brevi, severa, plena ac lucida, quamobrem in consessu dicens semper laudatus fuit: privatim quoque quam familiariter se gesserit, vita & vivendi ratio argumento esse potest, cum *Marino* enim fratre tum superiore ætate, tum maxime senescens triginta annos in eadem domo amicissime vixit, in eademque mensa semper cum eo cœnavit, vixit annis octoginta. Longe demum major digniorque fuit is *Leo*, quam qui hoc nostro calamo repræsentari valeat. Sub basilicæ autem fronte præter aream viamque, area magna est in conspectu, quem mercatum appellant. Quinetiam lateri meridianæ alæ hæret turris, in cujus summo vertice campanæ pendent: unde illam vocant Campanarum, hoc quadratum est, atque celsitudine templo imminet, infima vero pars amplior, ac e lapide quadrato compacta, quæ marmorea pars altitudinis sexaginta fere pedum existit in ambitu vero ejus marmora quædam ordine locata sculptaque sunt, tum poësim, tum militarem artem ætatis suæ testantia; opus id ipsum sculptile a manu docta elaboratum, antiquissimum est: atque non ut campanariæ turri basis fundaretur, sed ut superbiori potius ædificio subjaceret. Quinetiam in eadem insula atque angulo basilicæ, qui ad vulturnum ventum vertitur, basilica alia parva antiquaque hæret, media æde alisque atque cellis tribus composita: titulus vero deest; hujus mediæ ædis parietis supra columnas ex marmore peregrino tornatiles pulcherrimasque insidentes erecti sunt: quarum columnarum singulæ longitudinis sunt senum denum pedum. Sed in meridiano latere undecim earum erectæ sunt, in arctico vero novem: quod hujus lateris duas columnas occu-

A pavit angulus tituli basilicæ majoris, in quo angulo, ut dictum est, transitus per arcum apertum de altera in alteram harum ambarum basilicarum fit; parietes vero tantundem super eis columnis exurgunt. Pavimentum autem fani hujus depressius XII. pedibus, quam vulgare solum est: alæ vero fronsque atque cellæ, parietibus clauduntur, tectum imbrice structum. Ejusdem longitudo ab ortu in occasum tenditur ad decem passus. Janua non in fronte, sed in ala meridionali patet. Ala enim eadem per aream XX. pedum latam distat a via *Cortesellana:* ea vero janua non statim descensum præbet in templum: sed

B secus ejus frontem iter æquale habet usque latus meridianum, arcumque illic apertum tituli magnæ basilicæ. Quare janua sua utriusque basilicæ etiam alterius est. Est autem hoc iter latum quindecim fere pedum, longum autem quinquaginta: a quo toto dextrorsum per multos gradus descenditur in hanc minorem basilicam: cui nunc nomen est sanctus Apostolus. Eadem item in insula, atque a plaga septentrionali extat altera basilica minor simplexque, hærens angulo tituli ac alæ arcticæ majoris basilicæ, appellaturque divus *Joannes Baptista*, eadem versus occasum vernum ab angulo tituli procurrit, sicuti basilica Apostoli ab angulo opposito in orientem ex-

C tenditur; basilica *Joannis*, tota tophacea fabrica constat: cujus arcticum latus januaque viam attingit, quæ a Portello exoritur, macellumque e regione spectat. Duorum vero angulorum insulæ qui circunstant frontem basilicæ magnæ, alter ad emporium docanamque, ad Porticum alter spectantes, officinis tabernisque divisi occupantur. Nam a janua meridianæ alæ Episcopii adusque angulum sinistrum insulæ, qui Porticum spectat, atque ab hoc adusque januam Apostoli tabernarum ordo distenditur; eodem modo a janua arcticæ alæ Episcopii adusque angulum dextrum insulæ, qui emporium spectat, atque ab hoc adusque januam *Joannis Baptistæ*

D alter tabernarum ordo protenditur. In eadem præterea insula atque a tergo cellarum basilicæ, domus extat Episcopi: cujus ostium patet a tergo cellarum basilicæ Apostoli, in *Cortesellanam* viam exiens. Ab hoc vero ostio usque ad angulum insulæ, qui templum *Paulini* specta, tabernæ sunt. Ceterum autem insulæ, quod ab angulo quarto continetur, horti sunt amplissimi episcopalis domus. Tota item insula possidetur ab Episcopo excepta basilica *Joannis Baptistæ:* hæc enim a vespillonibus seu libitinariis possidetur: magna enim civium multitudo in vespillonium munus nunc conspirata est, quam fratrariam appellant; hi enim præter alias lustrationes rerum

E sacrarum atque munia, ubi fuerit opus, saccos induti funus efferunt, ac longo ordine bini incedentes pompam, aut augent aut soli faciunt: lustrandoque a domo defuncti proficiscuntur, atque usque ad locum sepulturæ procedunt; namque primum perpauci abjectique homines esse solebant ejusmodi vespillones, qui solummodo funera efferebant: paupercula deinde eorum multitudo etiam per ingenuos viros conscriptos adaucta est, simul præ misericordia, simul etiam præ mutua pietate atque proprio quodam divinorum cultu; est autem saccus is, quem induunt, tunica talaris ex tela linea albaque, cui consutus est cucullus, qui & collum undique & caput tegit, a

F cuculli vero fronte oritur buccula, quæ a fronte usque ad pectus descendens faciem omnem occulit adeo, ut induti hominis nihil cerni possit, in buccula vero tria sunt foramina, quorum duo præbent oculis visum, tertium ori spiritus viam pandit: induti saccos fune cinguntur, idem saccus a tergo pedale foramen habet, ut nudum tergum appareat, atque a manica dextra scutica pendet, ut quum quis graviter commissorum pœnas sit Deo soluturus, non solum pœnitentia factorum, sed etiam corporis dolore indutus so-

solummodo eum saccum vel ambulando ad fana complura, vel genibus flexis ante crucem Domini rogando, scutica acrius percutiat tergum: idque ubi dextra sumptam scuticam nunc super humerum lævum, nunc sub dextram axillam celeriter versando agitat. Hæc de insula deque basilica principe atque Episcopio, quæ nostra sunt tempestate.

CAP. XII.

De basilica & episcopio antiquo, deque reliquiis divorum; quæ inibi erant.

AT vero referre posthæc, quonam pacto basilica eodem hoc ipso in loco se habuerit tempore divi *Paulini* operæ precium est; licebit enim videre tum & insulam hanc ipsam, de qua superius aliqua sunt memorata, tanquam divino nutu semper fuisse dedicatam mysteriis atque cæremoniis sacris: atque quantopere sit vel veneranda vel observanda vel timenda: non solum ob tot millia millium tot annos factarum in ea rogationum atque celebratorum sacrificiorum, sed etiam quod sub ejus solo multa latent occultaque sunt, quæ ignorantur nostra hac tempestate, corpora divorum & martyrum & confessorum. Quod autem res ita se habeat, divus *Paulinus* ad *Severum Sulpicium* scribens enucleatissime patefecit. In ea enim epistola docet *Severum* de basilica *Fundana* atque *Nolana*. Namque *Paulinus* prius extitit *Fundanus* Episcopus: deinde *Nolanus*, quod ipse quoque hisce verbis monuit: *Egrediamur*, inquit, *jam Nolana hac basilica, & in Fundanam transeamus. Fundis nomen oppido est, quod æque familiare mihi fuit, dum maneret possessio, quam illic usitatiorem habui.* De *Nolana* vero hæc scripsit: *Basilica igitur illa, quæ ad Dominedium nostrum communem patronum in nomine Domini CHRISTI DEI jam dedicata, celebratur, quatuor ejus basilicis additis reliquiis Apostolorum & martyrum intra absidem trichoraque sub altaria sacratis, non solo Beati Felicis honore venerabilis est. Absidem solo & parietibus mormoratam camera musæo infusa clarificat.* Et paulo post ait: *totum vero extra concham basilicæ spatium alto & lacunato culmine geminis utrinque porticibus dilatatur: quibus duplex per singulos arcus columnarum ordo dirigitur; cubicula intra porticus quaterna longis basilicæ lateribus inserta, secretis orantium vel in lege domini meditantium, præterea memoriis religiosorum ac familiarium accommodatos ad pacis æternæ requiem locos præbent.* Et paulo post subdidit: *prospectus vero basilicæ, non ut usitatior mos est, orientem spectat: sed ad domini mei Beati Felicis basilicam pertinet, memoriam ejus aspiciens: tamen cum duabus dextra lævaque conchulis intra spatiosum sui ambitum absidibus multis laxatur; una earum immolanti hostias jubilationis antistiti patet: aliæ post sacerdotem capaci sinu receptant orantes; latissimo vero conspectu tota simul hæc basilica memorati confessoris aperitur trinis arcubus paribus perlucente transenna, per quam vicissim sibi tecta & spatia basilicæ utriusque junguntur. Nam quia novam a veteri paries abside cujusdam monumenti interpositi obstructus excluderet: totidem januis patefactus a latere confessoris, quot a fronte ingressus sui foribus nova reservabatur: quasi diatritam speciem ab utraque in utramque spectantibus præbet*; hæc ille, quibus aperte monstrare videtur, duas tum extitisse basilicas, quarum altera erat divi *Felicis* confessoris, hoc est Junioris: altera erat Episcopium suum *Paulini*, & illam fuisse antiquam, *Paulini* vero episcopium: mansisse novum: atque alteram ab altera solius fornicis pariete sequestratam, qui ubi pertusus fuit atque per tres arcus apertus, veterem & novam basilicam in unam conjunxit usque adeo, ut ambarum idem esset prospectus, &

A templi inanitas: vixit autem *Paulinus* post tempestatem *Felicis* Junioris anno centesimo ac sexagesimo. At vero quum jam exploratam habeamus in præsente episcopio basilicam *Felicis* (nam ea est, quæ sub choro est) convenitque, ut illa protenderetur usque ad viam Portelli, super qua erant tria ostia templi, veluti in eo loco solum extuberatum indicare nunc videtur, spectaretque arctum, ac extensa foret versus meridiem, consentaneum est: basilicam vero *Paulini* habuisse januas supra viam *Cortefellanam* atque protensam fuisse versus arctum. Nam (ut ait) ea basilica non erat orientem spectans. Ex quo B perspicere licet, aream tituli præsentis episcopii atque ejus trium cellarum omnem basin conceptas mansisse in area basilicæ *Paulini*. Neque id solum conceptum fuisse: sed etiam aream sacelli totius, quod nunc appellatur Sanctus Apostolus, atque omnem eam aream, quæ a tergo est trium cellarum, quousque dilataretur secundum longitudinem sacelli Sancti Apostoli namque longitudo basilicæ *Paulini*, quæ a meridie versus arctum porrigebatur, erat ad xxv. passus: tantundemque patebat in latera, ac divisa duobus columnarum ordinibus. Ergo dextrum & orientale latus basilicæ *Felicis* conjunctum erat cum sinistro ac occidentale latere basilicæ *Paulini* usque adeo, ut figuram repræsentarent duarum tesserarum: quum sibi ita hæserint, ut angulus C alterius medium, alterius latus attigerit. Tam magnam autem patuisse *Paulini* basilicam conjectandum est ex ordine columnarum: ex alto lacunatoque tecto: ex marmoribus: ex opere musæo: quæ omnia arguunt multos sumptus; multi autem sumptus non possunt esse arcti parvique ac humilis populi: magnum vero magnificumque populum etiam magna nec minor, quam quæ dicta est, basilica decet, quæ quum verisimilia sunt, inducunt etiam nos credere, fanum, quod nunc Sanctus Apostolus vocatur, non tum temporis extitisse: sed post ruinas magni illius templi editum esse a pauperculo populo ex fragmentis reliquiisque magni templi: columnasque pulcherrimas, quæ in eo nunc sunt erectæ, D fuisse etiam illius templi manifestum apparet. Quinetiam ex hisce perspicere licet, antiquum episcopium fuisse basilicam *Felicis*: quam declaravimus, ipsam superioribus priscisque temporibus extitisse templum *Jovis*. In quo mortuus est *Felix* Junior, ut etiam dicemus apertius: sepultus vero in latere orientali ejus templi, atque iccirco de episcopio mutatam esse in basilicam *Felicis*. Episcopium vero translatum esse per nova ædificia, erectumque ubi erat basilica *Paulini*, quam monstravimus: ita ut utraque basilica esset secreta pariete ab altera, quem parietem *Paulinus* factis tribus arcubus magnis aperuit, atque ex utrisque basilicis vetere & nova unam effecit, ut ipsemet docet; paries autem dividens utrasque E basilicas erat, ubi nunc est paries occiduus tituli; is enim habet ab occasu fanum subterraneum beati *Felicis*. Videtur quoque *Paulinus* adeo eo opere delectatus: ut in illis arcubus plusculisque locis carmina depinxerit, decantantia, & conjunctionem basilicarum mansisse congruentissimam, & divinam, atque omnibus spectantibus jucundam atque commodam; quæ hæc sunt:

Ut medium nulli pax nostra resolvit Jesus,
Et cruce discidium perimens duo fecit in unum.
Sic nova destructo veteris discrimine tecti
Culmina conspicimus portarum fœdere jungi.
Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus intrantumque manusque lavante ministro.
F *Plebs gemina Christum Felicis adorat in aula*
Paulus Apostolico quam temperat ore sacerdos.

Hi versus, ut eorum autor scribit, erant e regione basilicæ novæ super medianum arcum, ac intra ipsam transennam, qua breve illud, quod propinquas

ſibi baſilicas prius diſcluſerat, intervallum continuabatur. Quinetiam hæc binis notata verſibus epigrammata ſuper arcus alios dextra lævaque erant:

Attonitis nova lux oculis aperitur, & uno
Limine conſiſtens geminas ſimul aſpicit aulas.

In altero:

Tergeminis geminæ patuerunt arcubus aulæ:
Miranturque ſuos per mutua limina cultus.

In eiſdem item arcubus a fronte, quæ ad baſilicam divi *Felicis* patebat mediana, hi erant verſus:

Quos devota fides denſis celebrare beatum
Felicem populis diverſo ſuadet ab ore:
Per triplices aditus laxos infundite cœtus.
Atria quamlibet innumeris ſpatioſa patebunt:
Quæ ſociata ſibi per apertos comminus arcus
Paulus in æternos antiſtes dedicat uſus.

Super alios arcus hi bini:

Antiqua digreſſi ſacri Felicis ab aula,
In nova Felicis culmina tranſgredere.

Item:

Una fides trino ſub nomine, quæ colit unum,
Unanimes trino ſuſcipit introitu.

Baſilicam beati *Paulini* habuiſſe a fronte tres ingreſſus non ſolum idem ipſe autor monuit, quum dixit: *Paries totidem januis patefactus a latere, quot a fronte ingreſſus ſui foribus nova reſerebatur:* verum etiam epigrammate, quod ſuper januis erat edito monſtravit, quod hoc pacto habet:

Alma domus triplici parte ingredientibus arcum,
Teſtaturque piam janua trina fidem.

Baſilicam vero *Felicis* per tres item januarum ingreſſus adiri non monuit Divus *Paulinus:* ſed ex dictis ejus facile eſt perſpicere. Nam ubi dixit: *paries tribus januis patefactus, quaſi diatrilam ſpeciem ab utraque in utramque ſpectantibus præbet*: docuit de tribus etiam januis baſilicæ *Felicis*. Nam quum baſilica *Paulini* tres contineret porticus, vel dicas ædes, vel aulas, duobus columnarum ordinibus diſcriminatas, factiſque tribus arcubus in pariete medio per eos accidit, tres alias aulas conſpici ita, ut qui fuiſſet in baſilicæ novæ latere ſeptentrionali, is ſpectaſſet verſus meridianam partem, trinas aulas, quæ in ipſa baſilica erant, & verſus occaſum alias trinas, quæ de nova in veterem baſilicam per arcus protendebantur: Eodem modo qui manſiſſet in latere meridiano baſilicæ veteris, idem ſpectaſſet verſus arctum trinas aulas, quæ in ipſa baſilica erant, atque trinas alias ab ortu, quæ de vetere in novam baſilicam directe porrigebantur. Hoc enim pacto eſt ſpecies diatrita vel diatritæa. Illud quoque ex ea *Paulini* deſcriptione baſilicarum compertum eſt. Nam ubi de omnibus baſilicæ partibus docuit vel uſque ad ſacrarium, & ſecreta oratoria, nihil de campanaria turre, & campanis meminit, quod indicio eſt, illius Divi tempeſtate campanas aut ullas aut magnas inventas non eſſe. Nam apud *Hieronymum* legitur: *quouſque campanula in clauſtro pulſabitur.* Præter hæc autem, quæ omnia ſunt hominum opera & copiarum potius vires: etiam aderant in eis baſilicis plæraque alia multo cariora & admirabiliora. Nam præter *Paulini* ſanctiſſimi viri præſentiam, aderat corpus Beati *Felicis* Junioris, atque ut dicemus inferius alterius *Felicis* martyris: aderant etiam reliquiæ quædam apoſtolorum atque martyrum, veluti idem autor ſcribendo docuit; quamobrem, ni fallor, altaria ea ſub quæ erant ſacratæ reliquiæ, in eo loco baſilicæ novæ extabant, ubi nunc eſt fanum Sancti Apoſtoli. Poſteritas enim ubi alia reficere nequiſſet: eum ſaltem angulum baſilicæ novæ ut venerabiliorem erexit in formam, quæ nunc eſt, quæ res quum ita habere videatur, etiam expoſtulat, ut illa baſilica fuerit antiquitus appellata Sanctorum Apoſtolorum & Sancti Apoſtoli numero plurativo: non autem unius Apoſtoli: ut nunc pronunciatur; illic

A enim Apoſtolorum non autem Apoſtoli unius reliquiæ ſacratæ ſunt. Quinetiam aderat inter alia divina dona pars quædam e ligno crucis, quo munere ſolo impartita urbs *Nola* connumerari poteſt inter eas orbis partes, quæ vel fortunatiſſimæ fuere, vel Deo gratiſſimæ; lignum igitur illud ſanctiſſimum *Nolam* abſportatum eſſe a *Judæa Hieroſolymaque*, & a quo viro delatum, & quo in loco ſervatum ſit, atque cum quibus ſociis, idem autor clarum carmen cantando docet, hoc pacto:

Hic pietas, hic alma fides, hic gloria Chriſti:
Hic eſt martyribus crux ſociata ſuis.
Nam crucis e ligno magnum brevis haſtula pignus
B *Totaque in exiguo eſt ſemine vita crucis.*
Hoc Melani ſanctæ delatum munere Nolam,
Summum Hieroſolymæ venit ab urbe bonum.
Sancta Deo geminum velant altaria honorem,
Cum cruce Apoſtolicos quæ ſociant cineres.
Quam bene junguntur ligno crucis oſſa piorum:
Pro cruce ut occiſis in cruce ſit requies.

Ergo in ſacello Apoſtolorum cum eorum reliquiis lignum crucis ſervatum fuit. Quamobrem ſi ejuſmodi reliquiæ in eo loco obrutæ ſunt, præſentia & honore tantarum rerum locus is venerandiſſimus eſt; ſin vero illæ non ſunt diſperditæ obrutæque, ſed amotæ: nihilominus locus ſacer eſt, quod ſacrarium fuit non auri, ſed magnarum divinarumque rerum;
C utrum autem obrutæ maneant an amotæ ſurreptæque fuerint, incertum eſt. Veruntamen ſi conjectura uti vellemus, dicere valeremus, eas ſervatas eſſe uſque ad noſtra tempora: nec furto ſummotas raptaſve eſſe, aut obrutas latere. Namque in ſacrario præſentis epiſcopii cuſtoditur manus ex argento ad quantatem naturalem effigiata, in qua multæ ſacræ reliquiæ ab antiquo diligentiſſime ſervantur: eas eſſe illas, de quibus *Paulinus* locutus eſt, veriſimilimum eſt: fertur tamen in ea argentea manu incluſam eſſe manum beati *Paulini:* namque ceterum corpus, ubi nam ſit, ignoratur, quamobrem pridie feſtum ejus Beati per urbem fertur a præſule, tum, fit luſtratio ſacrorum. At nihil vetat manum *Pau-*
D *lini* poſteritatem conjunxiſſe cum illis reliquis. Namque ſi ſanctitate animi cum illis una fuit *Paulinus*, & corpus cum corporibus ſociari dignum viſum eſt: manus autem argentea a cubito extat, habetque medium atque indicem digitos erectos junctoſque, reliquos vero concluſos. Nam Epiſcopus ea ſpecie manus ſignum benedictionis populo facit, ſignando in aëre crucem, digiti enim illi duo erecti junctique indicant gratiam Dei cum animo hominum conjunctam, nihil enim aliud eſſe videtur benedictio, quam cum homine Dei gratiæ & benevolentiæ conjunctio.

CAP. XIII.

E

De reliquis urbis baſilicis.

CEterarum baſilicarum egregiarum prima eſt ea, quæ dicata eſt Divo *Franciſco:* hæc erecta eſt in angulo urbis, qui ſpectat occaſum æſtivum ſub turre Quinquepontarum; ſimplex baſilica eſt, habet ædem & cellam: longitudinis vero CL. fere pedum: latitudinis XXXV. altitudinis LXX. eadem, a meridie arctum verſus extenditur frons meridiana, ſub qua area magna eſt; inter eam & alteram aream; quæ ante regiam panditur, intercurrit via Portelli, hæret lateri baſilicæ occidentali campanaria turris atque dormitorii pars; ſed hæc, quæ ab arcto, reliquaque pars, quæ ab occaſu eſt, ambiunt cavædium qua-
F dratum amplumque, atque præter hoc etiam alterum ſequitur parvum cavædium oblongumque, quod ad pomœrium urbis internum pertenditur; inter quæ cavædia altera pars dormitorii eaque major interjacet: eſt cavædium quadratum proprie ut antiquitus

quitus fuisse legitur; subdium nempe quadratum circumcurrunt quatuor porticus testudinatæ, quarum latera, quæ subdium terminant, ordines columnarum sunt basibus coronis atque capitellis & arcubus. Verum hoc non cavædium vocant, sed inclaustrum & incloſtrum; dormitorium est supra primam contignationem, longus amplusque locus tecto imbricato opertus, in quo medio curriculum est, cui utrinque ordo cubiculorum adjacet, singula nempe cubicula singulis sacerdotibus ad dormiendum manendumque delegata sunt, tota vero horum sacerdotum habitatio monasterium Sancti *Francisci* vocatur. Sub dormitorio vero atque a meridie horti sunt pomœria & via Portelli atque area memorata ambiti, hic sacra faciunt sacerdotes, quos divi *Francisci* fratres appellant, quod indumenta & vivendi rationem divi illius sectantur. Altera quinetiam basilica erecta est inter porticum & portam clausam, cujus latus arcticum attingit viam *Cortesellanam*, quæ via hac in parte *Clarastella* vocatur, ut diximus; hæc autem basilica antedictæ similima est: præter quam quod cella & tribunali caret. Hæret vero basilicæ campanarium & dormitorium cum cavædio quodam hortisque amplis ab altis parietibus clausis; dicata est hæc basilica divæ *Claræ:* sacerdotes sunt virgines, quas monachas divæ *Claræ* vocant. Angulo præterea, quem claudunt via Portelli & via *Scrignariorum* adjacet alterum cœnobium virginum, quod collegium vocant. Est hic dormitorium & horti atque basilica simplex cum quadam cella & Campanario parvo: basilica vero Annunciatæ *Mariæ* sacra est, sub angulo vero urbis in quo turris est Sancti *Spiritus*, sacellum ignobile superioribus temporibus erectum erat, cui nostra tempestate additum est cœnobium virginum: vetula nempe dives coëmptis aliquot vicinorum domibus monasterium mediocre confecit, in quo ipsa prima initiata cœpit incolere, atque locum aliis dare; sacellum vero Divi *Paulini* ubinam sit, clarum est; ædes sola est absque cella: hærent illi magna domus, quæ nobis pueris hospitium mendicorum solummodo adventantium erat: Hospitale eam ob rem appellatum, & ab ipso tota vicinia cognominis facta est, nunc vero in cœnobium mutata est, in quo Divi *Augustini* sacerdotes inhabitant. In eo vero sacello quotannis ceremoniæ atque nundinæ aguntur, cum pompis, spectaculis, atque magistro nundinarum: ut inferius amplius dicetur: quod divus is servitute solutus atque ab *Africa* rediens *Nolam*, secum omnes etiam *Nolanos*, nomine ejus liberatos, transvexit, qui capti serviebant in *Africa*. Nam quum illic cujusdam principis olitor foret *Paulinus*, mira quædam prædixit suo domino, quamobrem solutus liberque factus est, atque omnibus *Nolanis*, qui tum in ea provincia servirent, (Nam multi capta *Campania* a *Mauris Vandalisque* in *Africam* delati fuerant) petitis, donatus est a principe; servus autem in *Africa* fuit quod eo cum vidua quadam navigavit, ut sese dando redimeret illius filium, quum alias sua omnia petentibus fuisset libentissime largitus: redeuntem ergo tantum *Nolanæ* civitatis patrem, tantumque de *Nolanis* bene merentem, omni pompa lætitiaque excepere *Nolani:* atque deinde eundem diem statis pompis, festis, spectaculisque venerati sunt, atque usque ad nostram tempestatem venerationes sunt factitatæ, idque a XVI. kalend: Julias usque X. easdem. Quod si in cærimoniis sanctorum legitur memorata die celebrari natalis divi *Paulini*, hoc est ejus obitus (Namque tum divi & sancti nascuntur, quum obeunt) non cogimur audire, pompas & spactacula agi ob natalem diem beati: quoniam pompas, ut reditus ab *Africa* longe prior fuerat obitu & natali, ita multo prius inceptum erat quotannis agi. Quare potius natalis dies redactus, confusque fuit cum die reditus: ut hujus

A diei pompis etiam natalis celebraretur, quum dies reditus promotus sit ad natalicium diem; fanum quoque divo *Felici* dicatum, jam monstratum est extare ad sectionem, quæ sub Docana est; vocatur autem *Felicis* in platea. Verum fanum ipsum duplex est: alterum nempe est subterraneum in humumque depressum, alterum vero supra hujus testudines erectum; in illud subterraneum alteris scalis descenditur, ad hoc alteris ascenditur. Et infernum rudis inanitas est: in qua pilæ quædam extant testudinem fulcientes. Supernum basilicæ figuram habet; hærent sacellis his habitacula pauca, ad quæ etiam mendici adventantes excipiebantur, atque ic- B circo appellatum est hospitale; idem a civibus vespillonibus regebatur: nunc vero ejectis vespillonibus prohibitisque mendicis proventus & usum capit sacerdos unus, hujus autem fani depressæ sedes atque pavimenta indicant, in eis templum antiquum fuisse extructum. Verum enimvero hoc in loco scire oportet, plures *Felices* fuisse divinitate donatos; fuere namque duo *Felices* fratres genere *Romani*, ambo sacerdotes, atque citra dignitatem episcopatus iidem sub *Diocletiano*, anno post Dominum *Jesum* fere trecentesimo, horum major natu a *Draco* præfecto urbis *Romæ* capite mulctatus est, idque ad mille passus extra *Romam*, ac in fossa, quam forte illic evul- C sa arbor fecerat, atque cum *Adaucto* socio obrutus est. Junior vero ab eodem *Draco* verberibus cæsus est, ac missus ad *Circeos*, ut illic exilium agens vitam finiret. In quis tum forte locis præfectus erat quidam *Probus* genere *Nolanus*; hic igitur *Felix* incolatum agens, præfecti filiam, quum furens esset, ac uxorem, quæ aqua intercute laborabat, solo nomine *Jesu* liberavit. *Probus* igitur miris hisce commotus, *Christianus* factus est: atque exacto magistratu *Nolam* rediit, *Felicemque* secum duxit; is vero paucis *Nolæ* moratus primum ad templum *Apollinis*, quod prope urbem erat, quodque hodie Cœmeterium dicunt, accessit, vatemque *Apollinis*, qui illic vera D respondere rogantibus profitebatur, mendacem arguit; quamobrem tanta cunctis suborta est indignatio, ut statim tempore imago *Apollinis* a populo sacerdotibusque dejecta sit, ac deinde illic oratorium Christicolarum constitutum est. XII. vero anno (tot nempe annos post ejus adventum *Nolæ* vixit *Felix*) quum factis sacris populo dedisset pacem, idque in urbe atque in templo, non discedens loco obivit: Deo eum vocante, non autem martyrio aliquo: ac in eo templo tumulatus est; Anno vero post hunc quinquagesimo alius *Felix* illuxit pontifex atque martyr, qui *Roma* ejectus ad villam, quæ cum sacello erat, secessit, atque illic capite truncatus est E ab inimicis, ibidemque sepultus, idque XVII. Kalend. Decembres. Legitur quartus micuisse *Felix Aquilejensis* ac frater *Fortunati* etiam sub *Diocletiano*, amboque fratres hi capite truncati fuere: sed alter in *Aquileja*, alter *Vincentiæ* tumulati sunt. Per eadem tempora extitit quintus *Felix* genere *Scylitanus Cucufati* concivis & socius: qui in *Gerunda Taraconensis Hispaniæ* urbe martyr obivit: quinetiam per eadem tempora *Diocletiani* fuit sextus *Felix Tubizacensis* episcopus; is *Roma Nolam* missus est omni interdictus cibo ac compede etiam vinctus (nave nempe vectus est) qui quum primum *Nolam* deductus est, a præfecto urbis capite mulctatus est, idque XIX. Ka- F lend. Februarias. Horum itaque sex divorum duo corpora *Nolæ* habentur. Verum quum Junior ille in templo obiverit, atque illic sepultus sit, antiquumque testimonium dicentium doceat in sacello subterraneo, quod sub choro basilicæ est, manere divi *Felicis* corpus: censendum est, Juniorem *Felicem* illic esse. Atque ea pro re basilicam Episcopi templum *Jovis* fuisse licet conjectari. Namque ille pacem populo dedit factis sacris in templo: quod

primum urbis fuiſſe conſentaneum eſt; primum autem tum templum primo deorum, qui *Jovis* erat, ſacrum fuiſſe, nemo ambigit; corpus vero *Felicis* epiſcopi ac martyris ignoratur ubinam ſit. In quo ſi conjecturali ratione rem liceat dejudicare, arbitrandum eſt, hujus corpus in eodem ſacello cum *Felice* Juniore tumulatum eſſe: vulgo nempe; & dicitur & & creditur *Felix* martyr illic eſſe. Quinetiam quoniam junior *Felix* in cœmeterio deturbarat vatem *Apollinis*, eratque hoc ipſum quoque facinus magnum cæremoniis illuſtrandum: *Felix* vero martyr XIX. Kalend. Februarias obiverat: eadem dies quaſi facta ſocietate utrorumque feſtivitate celebratur in cœmeterio; illic nempe ea die multæ cærimoniæ aguntur, accedentibus univerſo *Nolano* Po. atque circumpoſitis oppidanis, diem teſtantibus, & in memoriam revocantibus concurſum populorum, qui ea die factus eſt, qua diruta eſt *Apollinis* imago. Templum autem duplex, quod in ſectione emporii eſt, duobus etiam divis videtur eſſe dicatum. Namque a cærimoniis, quæ XVI. Kalend. Decembres aguntur illic, dicatio arguitur *Felici* pontifici ac martyri, at vero quod eadem die etiam ſacellum, quod ſub choro magnæ baſilicæ eſt, ornatur, ac in eo cæremoniæ factitantur: videtur eſſe templum *Felicis* Junioris, aut Epiſcopi martyris, qui ſub choro tumulati ſunt. Quod ſi non ob eandem martyrii rationem (nam in utriſque de martyribus dicitur) fit ut in duobus fanis eadem die eædem cæremoniæ habeantur: erit ut templi duplicis pars ſubterranea ſit ſacellum *Felicis* Epiſcopi martyris: ſuperna vero *Felicis* pontificis ac martyris, cui a *Nolanis* etiam erectum eſt fanum atque dicatum: quanquam *Nolæ* non ſit aut mortuus aut ſepultus (cum qua ſententia concors eſſe videtur in epiſtola *Paulinus*, qui baſilicam, quæ erat, ubi nunc chorus epiſcopii, ad *Felicem* confeſſorem, id eſt, juniorem retulit) aut pars ſubterranea dicata eſt *Felici* ſacerdoti martyri fratri majori natu *Felicis* junioris: ſuperna vero *Felici* pontifici. Quæ ſicuti complicata ſunt, ita quoque antiquula pictura, quæ in duobus parietibus atrii baſilicæ ſuperioris ſpectatur, compoſita eſt e facinoribus miris, atque ſuppliciis diverſorum divorum, non unius *Felicis*. Illud quoque ex prædictis claret, neminem eorum divorum *Nolanum* genere fuiſſe; junior vero *Felix Nolanus* vocatus eſt, quod XII. annis *Nolæ* vixit, ac *Nolæ* obivit, *Nolæque* ſepultus habetur; atque ob hunc unum tum ei, tum pluribus cognominibus divis cæremoniæ ac ſacella *Nolæ* increvere adeo, ut ſolorum *Nolanorum* videantur credanturque eſſe divi *Felices*. Eſt inſuper fanum Domino *Jeſu* dicatum; ædes ſola eſt ſine cella, ſed turrem campanariam habet: idem ſpectat ab occaſu verno aream eandem, quæ ante baſilicam divi *Franciſci* patet, regitur autem a veſpillonibus multis, qui nunquam mendicis locum dedere: quoſque imitati veſpillones divi *Joannis Baptiſtæ*, mendicis oſtia cluſerunt. Namque illos in quædam habitacula, quæ baſilicæ hærent, excipiebant. Hæc ſunt clariora urbis ſacella fanave: præter hæc etiam plura alia ſunt ignobilia, quæ paſſim in urbe erecta ſunt, quorum etſi aliquorum meminimus enarrando vias, cetera referre non opus eſt. Illud potius meminiſſe decet, multum in urbe numerum baſilicarum atque ſacellorum non niſi multum ſtudium *Nolanorum* erga divinas cæremonias teſtari: idque non modo orando, ſacraque audiendo: ſed etiam efferendo funera, mendicoſque domo, lecto & alimentis excipiendo. Qui mores a *Felice* Juniore atque *Paulino* urbis Epiſcopo introducti eſſe videntur. Quippe quod *Paulinus* non ſolum ſua pauperibus libenter ac mendicis largiebatur, verum etiam pro liberando redimendoque viduæ filio, ſeſe in perpetua ſervitia intruſit ac dedidit.

CAP. XIV.

Qua ratione in urbe præſente ſint ſubterranea cavave ſacella.

IN ſuperioribus ſæpenumero dictum eſt, in baſilica majore, atque ſub choro ſacellum eſſe ſubterraneum: item baſilicam Apoſtolorum ad multos pedes depreſſam in humum: ſacellum etiam infernum divi *Felicis* ſubterraneum ſpectari: id inquam, mirum quibuſdam videri poſſet in urbe campeſtri, præſertim quum ſolum aliarum baſilicarum, atque urbis ipſius, & agrorum æquum omne eſſe ubique loci comperiatur: ſed miri nihil erit, ſi vetuſtati hoc ipſum referatur: qua hæc quoque in ſolo æqua erant cum urbe & agris: referaturque fabricis urbicis, agrorumque incrementis, ſolum enim urbis altius redactum eſt ex fabricis ruinis, multiſque aliis, quæ in urbem ad continuum vitæ uſum commodumque invecta ſunt: hæc enim tantum illa loca pavimentaque templorum adaugere potuerunt: quantum vias & domos impleverunt, ſi quando domus aliquæ etiam nunc demiſſius ſolum occupant, aliquæ quoque viſæ ſunt demiſſioribus ſedibus prius fuiſſe, deinde ab ædificiis & ruinis repletæ æquatæque ſunt viarum ſolo, uti nos plæraſque vidimus. Sed tamen nemo paſſus eſt, quoad fieri potuit, ut pavimenta templorum obruerentur omnia, aut ea, quæ magis videbantur populo veneranda. Quamobrem depreſſa, ut erant, ſemper ſervata ſunt. Agros quoque altiores cotidie redditos eſſe, neceſſe eſt, quod a tribus lateribus ſunt circumdati montibus, e quis multa materia devolvitur excuſſa depulſaque a pluviis, a ventis, a tonitribus, a terræ motibus. In quo illud noſſe operæ precium eſt, non ſolum agros augeri, ſed etiam aquas certis temporum intervallis in altiore vel alveo fluere, vel ſtrato fundove jacere, limo enim tenuiſſimo vel confluente, vel incidente fundum aquæ, aſſidue excreſcit, tolliturque; quam rem aperte cernere licet in *Pado* limum fluxu multum trahente: qui non inter ripas, inter margines aggereſque fluit, inter quos alveus fluminis longe altior eſt, quam agrorum ſolum utrinque adjacentium. Aquæductus quoque & rivi omnes niſi expurgentur ſtatis temporibus aut a curſu & impetu proprio, aut a manu hominum, obſtruuntur ac impediuntur. Proinde quo nunc ſolum urbis abeſt ab aqua puteorum (nam altius eſt plurimum XXV. pedibus) eo tum altius erat ſolum ſubterraneorum horum locorum quam puteorum aqua. Quod ſi ſolum aquæ auctum ſit: horum vero ſacellorum pavimenta aucta nuſquam ſint: nihil mirum etiam eſſe debet, ſi ſacellorum pavimenta tam vicina aquæ nunc ſint, aqua enim ipſo inferior eſt octo fere pedibus, ſubter enim fundum aqua excrevit, ſolo ſacellorum nihil ſupercreſcente; compertum itaque eſſe remur, ea ſacra loca ceteris vetuſtate præſtare, inque eis templa priſcis extitiſſe temporibus.

CAP. XV.

Quæ ſit figura ædium præſentis urbis, & qualiter earum partes ſe habeant.

QUa figura quove modo antiquorum ædes habuerint *Nolanorum*, nulla earum in præſentiarum extante, ignoramus. Ne igitur poſteritas aliquando deſideret, cognoſcereque nequeat: placet hoc in loco illas illarumque partes ſcribendo repræſentare. Ædium itaque ſpecies aut quatriquetra conſpicatur, aut, quod frequentiſſimum eſt, oblongior quam lata patet; ædium quinetiam ita habentium quædam ac per quam paucæ inveniuntur, quæ ca-

carent cavædio: quædam vero atque quam plurimæ reperiuntur cavædium continentes. Quæ vero cavædium amplectuntur, illæ frequentius unum latus ejus attingunt: multæ tamen ſunt, quæ binis illud lateribus ambiunt: quædam, quæ ternis: rariſſimæ omnium offenduntur, quæ undequaque çavædium cingant. Domus autem partes, ædiumve quæ magno interſtitio ſeparantur, ſunt hæ: atrium, cella vinaria, equile, conclave, cubiculum, porticus ſuperior, bibliotheca, penus, navis, turris, cavædium, atque horti; atrium locus eſt in ſolo ipſo ſedibuſque domus, in quem primum per januam de via excipiuntur intrantes; hoc ſæpius protenditur aduſque cavædium, ut lucidius ſit, atque ad introducenda utenſilia expeditius, idem latitudinis minimæ eſt decem pedum: maximæ vero XXV. altitudinis vero XVI. aut plurium, ita, ut uſque ad XXXII. pedes interdum tollatur, quouſque contignationem primam ſubierit, eſt autem latius quam janua; hæc enim ampla eſt pedibus quinque aut pluribus (nam uſque ad XII. pedes dilatatur) alta vero tantundem cum ſemiſſe, aut triente, aut quadrante. Contignatio vero atrii frequentiſſime ex tignis conſtat, raro teſtudine tegitur, ſolum vero pavimento ſtratum eſt: quod ex calce & parvis pumicibus, quos lapillos vocant, ac pauca arena conficitur, quod lithoſtratum ſeu pumiciſtratum volentes dicere *Nolani*, aſtracum dicunt, verbum *Græcum* ſequentes; pumiculi vero hi tum in agro *Nolano* fodiuntur, quum altius fuerit excavatum, tum in radicibus *Gecalæ* collis occiduis, ubi quoque arena præſtantiſſima abunde comperitur, quæ argumento ſunt, eorum collium imas ſedes magna ex parte arenoſas pumiculoſaſque eſſe, non argilleas, atque aquarum ſuſtentatrices: atrium demum hoc porticum vulgo appellant; in eodem etiam ſolo equile, quam ſtallam vocant, ædificatur, locus oblongius porrectus eſt, in quo equi mulique ad equitandum vehendumque curantur. Eſt cella vinaria oblongior quoque, quod etiam cellarium, verbis illis corruptis in unum hoc ipſum, vocant in ea ſervantur vina doliis ligneis recondita; ſunt autem ejuſmodi dolia vaſa rotunda duabuſque partibus inter quas porriguntur, compreſſa, duploque longiora quam lata; longa vero ſunt, quantum homo tendere poteſt brachia: media in parte parum extumida; ſtructura ex tabellis caſtaninis, interdum quernis tantundem longis, palmo latis, digito altis ad unguem commiſſis, atque utrinque a plurimis circulis ligneis arctantibus perficitur. Quin utraque frons aut cornu dicas, orbe ex compactis aſſeribus tabulato clauſa eſt, quem orbem tympanum appellant, quod ſpeciem tympani præ ſe fert, in media vero dolii longitudine foramen ad amplitudinem mali terebratur, per quod impletur vas: illudque cavonem nuncupant, quod dolio fabricato cavatur. Quinetiam in altero cornu tympanove tria duove foramina parva faciunt, ut in uno eorum inſito canaliculo vinum (ut lubet) hauriatur, hoc ipſum vas bottem vocant, ſectantes vocem *Græcam*, hoc eſt, magnum conceptaculum; βȣ namque magnitudinem vult ſignificare: θήκη vero id, quod rem impoſitam ambiendo capit, ex quibus compoſitum eſt βȣθήκη butheca: a quo verbo abſciſſa ultima remanſit buthe, & bothe, & botte mutatione literarum atque pronunciantis aſperitate. Atrio autem frequentius equile hæret quam cella vinaria, hæc enim ſtrepitus odit, qui & in atrio & in via fiunt ſæpiſſime. Super his autem aulis inferioribus prima ſternitur contignatio ex trabibus caſtaninis conſtructa: raro enim infernæ domus partes teſtudine operiuntur. Equile quinimmo caret pavimento: cella vero creberrimum pavimentatur: atque in quibuſdam cellis etiam fovea ad magnitudinem dolii fit, quæ pavimento incruſtatur; hiſce vero partibus cavædium adjacet, in quo

A plurimum puteus coronatur: is pluviarum aquarum nihil ſuſcipit. Nam ad eam, quæ ſuapte natura ac ſubterranea ſcatet, deſcendit. Poſt cavædium patent horti parvo duntaxat pariete excluſi a cavædio, interdum pars domus inter cavædium hortoſque interjacet, in eodem quinetiam ſolo frequentius & furnus & lavacrum, quod cantarum pannorum vocant ædificatur. Ab atrio præterea cavædiove ſcalarum gradibus aſcenditur ſupra primam contignationem, quod ſolarium primum nuncupant; in hac frequenter conclave & cubicula ſociata ſtruuntur: conclave autem vel *Græce* dicas triclinium, ſalam *Nolani* vocant a ſaltando. Nam in ea ſaltare ſolent, vel quum

B nuptiæ fiunt, vel quum convivia parantur; locus eſt longior duplo, quam latus: in altum vero tollitur, quantum eſt latus: ſolet imminere viæ, atque ab eo latere feneſtris duabus magnis aperiri, unde quæ fiunt in via (ut lubet) ſpectarent; hærent conclavi cubicula, quas cameras appellant; hæc laudatiſſima ſunt quæ exacte quadrata figura cernuntur, latera enim ſingula ad XXXII. pedes extendi ſolent, ſingula autem cubicula ſingulis alteriſve feneſtris illuſtrantur, feneſtrarum altitudo eſt ſex pedum, latitudo trium. Quarum podium non altius tollitur quam ut ad cingulum noſtrum pertingat: conclavis vero feneſtræ multo ſunt majores quam cubiculorum; interdum cubicula non omnia conclavi hæ-

C rent, ſed eorum unum ſolummodo, cui cetera deinceps ſunt adjecta, ab eoque ad reliqua tranſit, quæ aut ſerie diriguntur, aut primo cuncta hærent cubiculo. Habet conclave caminum magnum cum foco: cubiculum vero hæc eadem, ſed dimidio minora. Hæret quoque conclavi bibliotheca, locus eſt cubiculo minor: interdum æqualis, in eo libri in pluteis pendentibus, parietive affixis panduntur; hic contemplatur, literariiſque rebus incumbitur, tractaturque quod ſtudium vocant. Interdum etiam hæret conclavi porticus ſuperior; hujus aut duo latera arcus ſunt, duntaxat inſidentes ſuper pilis columellisve, aut unum latus adapertum eſt uno duobusve arcubus, quam logiettam, hoc eſt, ſcænulam, vocant, ſcænam nempe logia vocant, quod in ea ſedentes ſub

D umbra λόγον, id eſt, ſermonem ſerere ſolent, & colloqui; tegi conſuevit ea porticus contignatione laquearibus pulcris ornata, raro vero teſtudine picta; uſus hujus etiam eſt ad captandum lucidiorem amplioremque aëris proſpectum, atque auras excipiendas; ædificatur quoque in hac prima contignatione coquina; illud tamen referre oportet: nam in quibuſdam ædibus ſunt cœnationes ſolummodo, in plurimis vero cœnacula & cœnationes, ubi & amplitudo ſoli, & animus magnus, atque divitiæ conſenſerint, quemadmodum ab horum contrariis contingit, ut in ædibus plæraque ex hiſce deſint. Vicina quinetiam conclavi manet penuaria cella, quæ ſæpius in cœnatione ſtatuitur, quam ſpenſam vocant. Prima autem contigna-

E tio orditur ex trabibus caſtaninis paſſim ſuper duobus parietibus ſitis, atque ex tranſverſo aſſeribus coaſſatis confixiſque atque his injecto pavimento pumici ſtrato teguntur conclave, cubicula, ceteraque, quæ ſuper contignatione erecta ſunt, ab altera contignatione, quæ inferiori ſimilis edi ſolet; interdum vero ex trabibus ac aſſeribus abſque pavimentatione conſtruitur: ſuper qua plurimum unus atque indiſtinctus locus patet, qui ſuper cœnaculis exurgentes etiam habet parietes cum crebris ac parvis feneſtris; cooperitur vero hoc ſupremum ſpacium, a pectinato tecto, interdum a ſemifaſtigiato, ac imbricibus injurias cœli defendentibus. Uſui autem

F hic locus *Nolanis* eſt ad ſtipandas ſervandaſque maxime avellanas, quarum ingens nunc hiſce copia naſcitur, appellant hunc locum navem domus, a ſimilitudine longæ navis, quæ pectinato tegmento ſolet operiri, a *Nolanis* vero nuncupatur verbo Græco

megacenum avellanarum, μεγάκενον enim Latini interpretantur magnum vacuum, est enim hic locus magnus vacuusque, ubi merces multæ stipari atque servari possunt. Turris autem rara in ædibus *Nolanis* extat: sicuti rara pavimenta subdialia, his enim aliqui cives loco tecti utuntur. At vero tertia contignatio omnium rarissima in ædibus *Nolanis* reperitur; fabricæ autem *Nolanæ* non latericiæ, tophaceæ sunt omnes, ex cœmentis enim topheis arena, calceque corrupta conficiuntur. Numerus ædium *Nolanarum* omnium, quæque in urbe nunc sunt, ad septies centum censetur, sunt insuper ædes ejusmodi semotæ a tabernarum locis: quod factum est honestioris vitæ causa; non enim decens esse dicunt, ut in eo loco & matronæ & puellæ inhabitent, in quo omnis est virorum consuetudo. Namque tabernæ ac meritoriæ domus sitæ sunt in media urbe circa porticum, circa emporium, circa forum frumentarium, circa insulam basilicæ: ceterum vero urbis solum ædes occupavere. Quamobrem virorum omnis congressus exercitium interdiu agitur in tabernis, & in earum viis: noctu vero quisque ubi servavit tabernam, suas ad ædes se confert. Ea vero loca, quæ supra tabernas manent aut megacena sunt non hominum habitationes: aut diversoriarum domorum triclinia cubiculaque atque prætoris est, noctu custodire tabernarum solitudinem, circa eas assiduas excubias facientis.

CAP. XVI.

Qui fuerint, qui ædificando benemeriti sunt de urbe Nola.

OPeræ pretium erit hoc postulante loco, ea referre, quæ a suis autoribus in urbe edita ac ædificata sunt: quique illi fuerint, declarare; idque quantum aut scriptores, aut inscriptiones, aut relatio, aut præsentia ipsa facti præstare docereque possunt. *Tiberius* igitur *Cæsar* templum *Augusto* erexisse legitur; *Nicola Ursinus Pyrrhi* pater cœnobium divi *Francisci*, atque divæ *Claræ*, atque Collegium virginum condidit: in media vero urbe porticum fundavit. Arcem alii ad *Ladislaum* regem, alii ad *Pyrrhum Ursinum Nicolæ* filium referunt. *Raimundus Ursinus Pyrrhi* filius promurale cum erismatis fecit: idem semiturrem, quem umbonem vocavimus, ante ostium arcis externum construxit, omnes quinetiam vias, quas silice stratas esse mostravimus, abeo plantatas esse, atque extra urbem in clivo ipso collis *Gecalæ* occiduo basilicam cum cœnobio erexit, divoque Angelo dicavit; *Ursus Ursinus* nostra tempestate regiam instaurare magnificentius aggressus dimidiatum opus expedivit. Namque morte præreptus ædificium imperfectum reliquit, idem aream, quem Mercatum appellari monuimus, ampliorem apertioremque atque specie quatriquetra reddidit. Carnarium quoque quod superioribus temporibus in hac area exercebatur amovit, illudque inclusit in angiportu, qui a via Portelli divertitur, ut dictum est. Emporium quinetiam, quod antea arctissimum ac vetustate nutans erat, instaurans amplificavit. Basilica Episcopii incepta est a *Raimundo Ursino* memorato: finita vero est ab *Urso* atque Episcopo *Nolano*, *Joanne Antonio Tarentino*. Chorhospitæ basilicæ fabricatæ sunt ab hoc ipso *Joanne Antonio* Episcopo, a quo episcopale palatium etiam instauratum magna ex parte fuit, atque aptius distinctum. Palatium, quod in medio plano Palmæ extat, conditum est a *Nicola Ursino Petiliani Nolæque* regulo avoque tuo, in quo *Ferdinandus* primum, deinde *Federicus* ejus filius reges incolebant, quum eo ad aucupium milviorum rapaciumque avium certamen spectandum se contulissent; *Gentilius Ursinus* pater tuus columnas

A earumque coronas & spiras, item latera cuncta pavimentumque ac testudines omnes sacelli Beati *Felicis*, quod sub choro obstrusum est, lævigatis asseribus quernis concinne contexit, ac sacelli ejusdem totum parietem, qui supra altare extat, signo marmoreo eleganti adornavit. In quo principe animus magnus erat illustrandi mire factis urbem *Nolam* adeo, ut frequens ab ejus ore verbum audiretur, se omnes de urbe benemeritos superaturum; quod fecisset profecto, ni ab inchoata juvenilitate febris iniquissima virum tantum evulsisset. Basilicam divi *Joan. Baptistæ* atqui Domini *Jesu* sui cujusque vespillones tum
B ære collato, tum legato extruxere. Idem cœnobium fanumque divi Angeli, quod ut monitum est, in *Gecalæ* jugo erectum est; partim amplificavit; partim elegantius atque commodius reddidit industria, studio, & auctoritate sua *Joannes Infantius* concionator divinorum. Quinetiam omnem clivum, qui ante templum ipsum ac monasterium assurgit, ductis arcubus atque testudinibus pilisque oportunis fundatis adeo affabre contexit, ut ab ima ejus collis radice gradus rectos longosque exciperet deinceps exurgentes, quo usque aream, quæ ante templum & monasterium est, scanderent; opus magnum pulchrumque, atque ascendentibus facillimum sternens iter, atque veluti erisma firmissimum jugo suppositum est, quo, ne fanum cœnobiumque labante cli-
C vo ruinam faciant, tutissime sustentantur.

CAP. XVII.

Quæ fora & quibus in locis pateant, atque quæ res in eis tractentur.

LOcus jam ab his datus est, ut pauca de foris referantur; fora namque complura exercentur: quorum unum est boarium, quod extra Portellum amplissime patet, in quo armenta, greges, & animalia omne genus venduntur: idque Mercurii qua-
D que die, quæ octava quæque est. Namque pridie diem Mercurii illucet Martis dies: ac pridie Martis est Lunæ dies; pridie item Lunæ Solis dies illucescit, quæ etiam Dominica nuncupatur, estque semper dies festus nefastusque, at dies postera Mercurii, Jovis dies est, & hujus postera est Veneris, atque post hanc est dies Saturni, quod Sabbatum vocant. Alterum autem forum est farinarium: quod emporium & docana est, verum in hoc ipso non farina solum, sed etiam caseus, oleum, cera, lana, panni, coria, ac plæraque alia venduntur: idque non paulatim liberatimve, sed summatim; hæc om-
E nia Mercuriana die præsertim a circumpositis oppidis apportantur; venduntur que, farina vero die Lunæ atque Veneris quoque invecta foris divenditur. Est tertium forum frumentarium in conspectu basilicæ, quem Mercatum appellant: in quo Mercurii die frumentum omne genus venditur, & legumina, & poma, & linum, & quæcunque a domo rustica cistis asportare in urbem possunt paganæ mulieres, in hoc autem foro spira magna quædam marmorea sita est, super qua trabs etiam marmorea quadrilateraque transversa jacet, qua in trabe excavata sunt omnia mensurarum publicarum genera: ut vini, frumentorum, avellanarum, ceterorumque pomorum,
F ut omnes harum rerum mensuræ, quæ ex alia materia fabrefiunt, tum probarentur, cum hisce illas æquas esse magistratus compererit; olei namque mensuræ a pondere non a vasis capacitate accipiunt emendationem. Quinetiam ab alterutro trabis ejusdem cornu magna catena pendet, qua collare ferreum ultimo ligatur, hic sontes quidam citra dolorem corporis dant pœnas, siquidem nudi atque eo vincti collari exponuntur conspectui & maledictis omnium, qui ea die mercandi causa *Nolam* se conferunt: exacta

cta vero vendendi hora, quæ ad inclinationem usque solis prorogatur, sontes tamquam satis pœnarum eo pacto solvissent, dimittuntur. Qui locus pœnaque vergonia vocatur, quod sontes assidue aversi faciem in humum vergunt. Est insuper forum asserum, quod eadem die exercetur in area, quæ sub basilica patet Apostolorum, in quo trabes, asseres, ac similia nova lignorum rudera venduntur. Forum quinetiam cupedinis patet, sed quod in duobus urbis locis atque cotidie habetur; alterum nempe ad sacellum divi *Paulini*, quod Hospitale etiam, appellatum est: alterum prope emporium frequentatur; in his manent cupedinarii omnis generis, ac omnia, quæ esu apta sunt, venduntur exceptis pisce ac viscere. Est laniena eo in loco, quem diximus, atque in eodem forum piscarium etiam statutum est. Artes vero utensilium in officinis tabernisque, quas apothecas appellant, exercentur, quæ circa ea fora passim adjacent, ut dictum est. Lupanari vero, quod tanquam prostituentium puellarum forum est, locus nullus descriptus est, meretriculis nempe concessum est, ut in diversoriis domibus solummodo se prostituant, suique corporis operam illic, ut lubet, divendant.

AMBROSII LEONIS DE NOLA

LIB. III.

CAPUT I.

De sacris, initiatis, & dignitatibus, ac proventu eorum: item de Beginis, & Vespillonibus Nolanis.



SUPERIORE Volumine præsentis urbis forma structuraque omnis atque locorum viarumque descriptio, quinetiam ager ac ejus partes explicatæ sunt exacte. In hoc autem tertio quem mox exaraturi sumus libello referentur cives, atque eorum mores & exactiones: cives inquam tam profani, quam sacris initiati & addicti: item tam principes præsulesque quam qui hisce reguntur, hisque obnoxii sunt. Verum prius de sacris imbutis: posterius de profanis enarrabimus; sunt igitur sacerdotum *Nolanorum* alii episcopales, quos clericos presbyterosque vocant: alii cœnobitæ, quorum hosce monachos & fratres, feminas vero monachas appellant; clericorum autem alii sunt conscripti statutique in officio quoad vixerint: nonnulli vero extraordinarii vagantur, statuti vero sacerdotes ii sunt, qui in chorhospitis sedent, quique omnes duo sunt atque XXX. Quorum XX. canonici, duodecim vero numerales appellantur, canonici sedent in chorhospitis superioribus deni, quidem in ordine dextro, ac deni in sinistro, numerales vero in sedibus inferioribus sessitant seni, in latere dextro, atque seni in latere lævo. Atque sicuti canonici sede excellunt numerales, ita quoque in quavis re participanda præferuntur. Quamobrem majores partes capiunt & proventuum & rerum ceterarum, quæ communi conditione ad eos accesserint. Canonicorum quinetiam quatuor sunt dignitates Archidiaconus, Thesaurarius, Decanus, & Cantor. Quorum Decanus & Cantor primi sedent in ordine sedium dextrarum: Archidiaconus vero ac Thesaurarius a latere Episcopi in ordine lævo, harum dignitatum quælibet semel concessa nunquam tollitur, nisi possessor renunciaverit Episcopo; tum igitur alter loco renunciantis tanquam defuncti adscribitur ac admittitur: sed tamen in locum canonici tam absque dignitate prædictarum aliqua quam dignitate ornati, adscribitur vel unus e numeralibus, vel aliquis qui extra omnem ordinem Episcopii manserit: vel etiam canonicus ad aliquam earum dignitatem attollitur. Ad numeralis vero sacerdotis locum, ubi mortem cum vita commutarit, solummodo recipiuntur, qui extraordinarii sunt; hac enim spe plærique sacris initiati & diaconi gratuito templo serviunt, quorum nemo aut canonicus est aut numeralis; qui etsi nihil rerum clericalium participant, alunt se tamen lucellis, quæ orationes faciendo colligunt, atque parvis aliis vectigalibus, quæ ab extraordinariis sacellis, in quibus sacra agunt, capiunt. Quinetiam præter eas personas etiam eligitur Sacrarius, quem Sacristanum vocant, qui unus e numeralibus computatur. Sed ea dignitas non est illi perennis; mutatur enim ab Episcopo, quum mutandi necessitas aut voluntas aderit; præter hosce sunt duo procuratores, atque quæstores, quorum alter e canonicis, alter e numeralibus designatur. Neque ejusmodi quæstura perpetua manet, quotannis enim quæstores deliguntur. Episcopus autem, qui omnium Dominus est; primus sedet in choro ac in ordine sedium lævo superiore. Namque sedem primam, quæ in ordine dextro est, regulo concessit. Episcopus quinetiam in ædibus habitat, quæ basilicæ conterminæ structæ sunt: canonici vero atque ceteri omnes clerici, suæ quisque (ut lubet) domi; sacrarius autem solummodo cum ministris ejus assidue in templo præsens est, ac in aula sacraria corpus curat. Namque diluculo primum campana pulsata citantur clerici omnes ad matutinas orationes, inclinante vero ad occasum sole iterum campana revocantur ad orationes vespertinas. Nec aliis horis ad templum clerici se conferre coguntur. Proventus autem tam Episcopi quam cleri colliguntur ex agris, aut domibus tabernisve locatis aut tributariis, quarum possessioni successere legatis & testamento defunctorum. Veruntamen separata est possessio ac reditus locorum Episcopi ab ea, quæ est cleri. Quamobrem proventus cleri in status suos sacerdotes dividuntur eo pacto, quo singuli canonici tricenis senis aureis quotannis impertiantur; numerales vero vicenis quaternis. Nam præter hosce proventus, quilibet eorum alios habent redditus ex aliis extra ordinem possessis sacellis. Episcopi vero annalis proventus ad octingentos aureos consummatur; aureus autem atque argenteus pondere pares sunt, sed censu differunt. Namque aureo decem argentei æquum censum faciunt, quamobrem aureus etiam decatus appellatus est, quod decies argenteo valeat. Cœnobitæ autem distinguntur. Nam alii sunt monachi sectantes beati *Augustini* statuta, qui in monasterio vivunt, qua beati *Paulini* fano hæret: alii vero beati *Francisci* ordines ac præcepta subeuntes vitamque agentes in cœnobiis duobus, quorum alterum est intra *Nolam* in angulo, qui est sub Turre Quinquepontarum, alterum in jugo *Gecalæ* collis. Verum hi nudos pedes socculis & soleis duntaxat ligneis muniunt,

niunt, atque interulam pilis asperis confectam assidue indutam gerunt, linea omnia tam vestiendo quam dormiendo fugientes. Quamobrem observantes appellantur, illi vero & lineas interulas induunt, & in lecto linea sternunt, atque caligas laneas, & calceos crepidasque quæ e subere corioque consuuntur, admittunt, conventualesque vocantur. Omnes, qui prædicti sunt, ostiatim in urbe mendicant: sed *Augustinenses* atque *Franciscani*, conventuales, præter prædicamenta, etiam vectigalia ex agris ac domibus & tabernis colligunt, observantes vero solis munusculis atque petitis mendicatisque alunt se, possessionibus quibuscunque non solum redditibus abrenunciantes. Cœnobitæ autem feminæ omnes virgines sunt, atque tria intra urbem cœnobia habent. Nam aliæ in monasterio clausæ sunt, quod collegium appellari, dictum est; aliæ in cœnobio divæ *Claræ*. Item in Sancti *Spiritus* conventu aliæ; aluntur omnes reditibus atque lucellis, quæ suendo filandoque faciunt. Nec ulla in cœnobium prius admittitur, quam decentem pecuniæ quantitatem, tanquam dotem ferat, cœnobioque largiatur: sex itaque *Nolana* cœnobia sunt. Veruntamen ut in monasteriis marium cœnobitæ perpauci sunt *Nolani*: ita feminæ cœnobitæ maxima ex parte de familiis *Nolanis* sunt exceptæ, paucissimæ enim externæ admittuntur quod eo factum est; namque monachi fere quotannis cœnobium mutant: feminæ verò non solum non mutant monasterium, sed quod semel intraverunt, nusquam ab eo proficiscuntur foras. Sunt præter hosce umbræ quædam initiatorum veluti *beginæ*, seu ut aliis placet dicere, *bezeguæ*, quos *Nolani beziguas* vocant: atque veluti sunt vespillones, quos confratres appellant. Namque *beginæ* sive mares sive feminæ sint, non includuntur, domi enim quisque suæ vitam agit, atque ut profani consuetudinem ineunt; videntur tamen initiati, quod ex eodem panno indumentis similibusque prope figura iis, quibus sacerdotes utuntur, atque statis quibusdam horis; ad fanum accedunt veluti sacerdotes, statasque quasdam orationes faciunt: item institutiones & leges observant, quas potissimum a cœnobitis divi *Francisci* accipiunt, hos enim tanquam magistros audiunt & venerantur: atque ad eorum fana maxime oraturi accedunt. Vespillones autem ut fanum proprium habent, ita ab orandi temporibus statis, atque observandis aliorum sacerdotum præceptis se vendicaverunt. Namque profani prorsus sunt: umbræ vero videntur initiatorum, quod curam quandam subeunt regendi basilicam, quam collato ære construxerunt, atque efferendorum funerum adhæc se vinculo jurisjurandi mutuo astrinxere ita, ut æque ac fratres se colerent ac adjuvarent. Quamobrem conventus eorum, & veluti familia numerosa appellata est *fratraria*. Quinetiam tam hi quam *beginæ* nihil rerum proventuumque, quod ad fana spectaret, attingunt, inque proprium usum aut alimentum abducunt: Sed potius contra de suo assidue penu sacculoque erga basilicam atque sacerdotes, quos sequuntur, aliquid effundunt atque conferunt.

CAP. II.

De sacellis sepulcrisque privis, deque funeribus atque eis, quæ circa funera tractantur a Nolanis.

IN crebuit tempestate tam superiore quam nostra, ut sicuti in urbe quisque sibi domum condidit, in qua cum familia bene ageret atque viveret; ita quoque contendat extruere sacellum cum sepultura, in qua mortuus humaretur honeste cum suis. Neque ejusmodi sacellum sepulcrumque extruitur extra urbem secundum celebres vias, ut viatoribus nomina ma-
A gna ponentium ostentarentur in marmore incisa candido, veluti priscis seculis consuetum fuit. Neque in excavatis in monte verrucave aliqua magnis concameratisque cuniculis, quæ aliquanto tractu semota sint ab urbe, incavantur sepulcra singulis defunctis, quæ sicuti capsæ longa serie ac sibi hærentes ordinatæ, tum in dextro tum in lævo cuniculi latere soloque calle, qui in medio est cuniculo relictus, discriminante structa spectantur. Quamobrem in visceribus montis terrave facta esset veluti civitas defunctorum, atque tanquam per vicinias, ita per cuniculos tumulatorum iretur, quemadmodum ætas, quæ secuta est illam priscam, fecisse comperta est,
B utque *Neapoli* atque *Syracusis* ejusmodi mortuorum civitates excavatas etiam nunc est cernere, quanquam neque tempestate nostra neque longis anteactis temporibus quisquam in eis conditus sit. Verum nostrates sacella priva, quas capellas vocant, (hoc est ædes parum capientes) in basilicis magnis urbis non in cuniculis struunt: ut in episcopio, in Sanctis Apostolis, in basilica divi *Francisci* ac ceteris; quasi defunctos sacris initiatos minus deceat, nisi in locis sacris jacere. Sacellum igitur parieti basilicæ hærens extruitur latum ad octo, decemve pedes; namque factis utrinque duabus semipilis in pariete ipse arcus superincurvatur, qui a solo extat ad XII. pedes. Quinetiam eriguntur duæ columellæ singulæ ante
C singulas semipilas; super quibus testudo vertitur ita, ut cum arcu prædicto eandem faciat camerationem; deinde super testudine opus fastigiatur in sigilla imagunculasque vel virorum vel foliorum apte se complicantium. In medio vero sacello ara extat longitudine trium, latitudine quatuor pedum hærens etiam parieti; super qua fiunt sacrificia & divinæ rogationes quædam, quas missas vocant, super ara vero tabula magna erigitur, quæ parietem, quem a tergo habet, omnem fere tegit; in hac frequentius picta est Dei mater sinu gerens JESUM Dominum infantem: atque a latere utroque divæ matris pinguntur divorum imagines, quos sacelli dominus maxime colit. Hanc tabulam Græco verbo econam vocant, in ali-
D quibus vero sacellis non tabula est, sed in pariete ipso eædem picturæ conspicantur; tegitur itaque econa & ara atque sacerdos, quum sacra in ea facit, a testudinis cameratione; sub ara vero fossa alta ad XVI. pedes cavatur, lata ad VIII. longa ad X. erismatis undique firmata atque subterranea quoque testudine operitur; fossa ostium quadratum est, laterisque trinum pedum, quod clauditur a mensula marmorea, estque hoc ipsum ostium ante aram: lapis autem tegens interdum protensus est ad hominis magnitudinem, latus vero pedes tres: atque insculptus in eo esse solet sacelli dominus, atque circa ejus imaginem, nomen etiam & laudes inciduntur, idque tum præsertim fit, quum vir fuerit virtute præstanti, hoc
E itaque modo se habent sepulcrum domusque defunctorum atque sacellum. Quum igitur quisquam civium egregius mortem cum vita commutarit, etiam biduo defunctus continetur domi, frequenter die una pridie vero quam exequia agantur, ad primas faces campana maxima pulsatur; prius quidem in Episcopii campanaria turre, atque quam vehementissime percuti potest, ut sonus sit terribilior, ac tanquam pro mortuo clamores etiam campana mittere videatur, pulsaturque ad ducentos ictus. Post hanc pulsatur altera campana etiam maxima in campanario divi *Francisci* ad totidem ictus, modoque eodem utraque vicissim ter pulsatur, quum defunctus mas fuerit. Namque pro femina semel atque iterum sin-
F gulæ pulsantur; si vero defunctus fuerit opifex aut non ex ordine meliorum, tum campanæ hæ ad quinquagies sevagiesve ictum accipiunt; interdum non utraque sed alterutra duntaxat ictu agitur. Quum vero qui obiit, puer infansve fuerit, campana parva pau-

paucisque ictibus, idque in altero solum campanario auditur. Quinetiam sub diluculum posteræ diei pro primario solummodo viro campanæ eædem ut pridie tractantur: item tertio post exortum solem, atque sub ipsam funeris elationem. Defunctus vero quum domo educendus est, in capulo strato culcitra & lodice pulcherrima imponitur vestitus eo modo, quo preciosissime ornatus fuisset vivens; sequuntur ipsum mulieres usque ad capulum passis capillis, lugubri veste plorantes plangentesque, inter quas si qua uxor fuerit defuncti, ipsa palam resectis forfice capillis omnibus pectus mariti contegit, ac relinquit largiens, ut illos in sepulturam rem suam uxoris carissimam conferat; deinde osculis postremis datis lamentationibusque magnis factis evellitur a cadavere, quod amplexa tenet: plorantem illam evellunt magistri pompæ ac viri amici; postea filiolæ atque affines mulieres etiam plorantes defunctum osculantur, atque ultimis his officiis actis tollitur capulum humeris quatuor validorum juvenum vespillonum, atque effertur; mulieres sequi conantes domi retinentur ab aliis amicis, quarum numerus ingens ad id ea die accurrit. Pompa vero partim præcedit, partim sequitur funus; præcedunt enim primum libitinarii bini incedentes tacentesque, sequuntur hosce cœnobitæ: postremo sacerdotes Episcopii bini quoque sed concinentes psalmos næniales: eorum vero trium generum singula præferunt altam crucem, quam veluti vexillum comitantur: atque singuli omnium ordinum horum candelam accensam gerunt, sequuntur funus primum affines pullati omnes, idem bini gradientes plorant, eis amici catervatim comitem præstant; vehitur funus ad basilicam sacelli sui, atque in ea media capulum demittitur, collocaturque in mediis castellaminibus. Castellamina autem ad id extruuntur hoc pacto, eriguntur quatuor tigna veluti pilæ, singula senis pedibus alta, quorum bina a reliquis distant sexdenos pedes, binorum verum alterum ab altero pedibus octonis, his insident quatuor triangula ex tigillis constructa, binis tigillis singula triangula fastigiantia angulum, per eorum vero triangulorum latera omnia passim candelæ accensæ eriguntur, in angulo vero faces extant; hanc itaque structuram fabricamque lignorum ad id temporis paratam, castellamina vocant. Defunctus autem intra ea tenetur quousque divinæ preces, atque nænia a sacerdotibus decantantur, atque collaudatio facta sit: siquidem interdum habetur oratio, qua defuncti mores ac vita laudantur in ipso funeris officio, interdum vero post ipsius humationem, quod magis probatum est; quo nempe oratio habetur humatione posterior, eo magis a silentio & hominum oblivione veluti ad vitam defunctus revocatur, magisque amari ac desiderari videtur: contra vero quum præsente defuncto oratur, una cum eo humari ac sepeliri videtur oratio. Proinde *Gentilis Albertinus* juvenis magna eloquentia præditus biennio post tumulatos luculentissima oratione collaudavit *Sigismundum Alfanum* atque *Baldasarem Judicensem*; actis itaque inferiis næniisque primum dimittitur ab æditimis tota lugubritas, quæ comitata funus erat, ut domum redeat illaque prius ad defunctum accedit, atque osculo dato revertitur domum versus. Deinde defunctus in arca lignea linteis solis convolutus includitur, atque in fossa sacelli sui stipatur ac tegitur. Illustrioribus vero viris atque Episcopis & regulis arca fit excavato insculptoque marmore, quæ non in fossam demittitur, sed erectis quatuor columellis pilisve superponitur extans a terra ad sex pedes, in qua ubi defunctus situs est, tegitur altero marmore imagine defuncti effigiato, atque nomine & laudibus ejus inciso, quorum vero tanta non est vel vis vel ambitio, in fossas publicas intruduntur, quæ per reliquam basilicam

A sunt excavatæ: neque castellaminibus incalescunt, aut collaudationibus illustrantur. Illi vero qui occisi sunt tam repente, ut ne sacra quidem a sacerdotibus accipere quirint, extra basilicam humantur, fit nempe ligone fossa alta ad quinque sexve pedes, in qua cadaver absque pompa & næniis delatum a paucis sola terra operitur; est autem hisce occisis sepeliendis area quædam destinata, quam ambit a meridie ala Episcopii, ab ortu vero areola basilicæ divi *Joannis Baptistæ* ea area quadrilatera patet: cujus singula latera sunt ad quadragenos pedes protensa totaque sub dio, appellataque est olearum horti; namque consitæ illic alias fuere oleæ, quas nos vidimus, il-
B lud quoque referendum est, qui namque sacellum privum sibi suisque condere cupit, eum oportet, non prius rem struere, quam mercari locum a præfectis basilicæ, vel Episcopo, vel sacerdotibus: atque præterea opus est, tradere edito sacello agrum ædesve subdititias redititiasque, ut ex eis pecunia tanta valeat exigi, quæ justum præmium orantibus statis horis in eo sacerdotibus esse possit, contingit quinetiam, ut ea possessio amittatur: vel quum Domini familia extinguitur, vel obscuratur adeo, ut nullus hæres appareat, quamobrem iterum a præfecto venditur sacellum: interdum vero ipsum hæres vendit; emptor autem ubi factus sacelli dominus statim tempore fossam expurgat eximens & terram & ossa om-
C nium eorum, qui superiore sæculo illic sepulti fuerint, illaque plaustris extra urbem tanquam alteris exsequiis efferunt, ac in viis cænosis sparguntur, ut viatoribus calcata reddant itinera ficciora; præfecti quoque basilicarum vel quum publicas foveas mundare purgareque volunt, aut novas aliquas excavare, purgamina & terræ immista ossa defunctorum eodem modo extra urbem ejiciunt, viatoribusque sternunt, ne ita ferente conditione humana sit aliquis etiam mortuis quieti locus, utque animadvertat, inter ipsum atque terram quam pedibus calcat, nihil interesse. Postquam autem a funere æditimisque dimissi sunt filii affinesque defuncti, domum se conferunt sola amicorum turba comitante: ubi offen-
D dunt mensas magnas opipare paratas; vicini nempe amicique ac affines varias optimasque dapes eo præmiserant, discumbitur a cunctis: fiunt colloquia nihil ad defunctum attinentia: sed ea, quæ tristes animos mitigent ac levent, atque interim si qui sint, qui plorent, illos consolantur ii, quibus curæ est convivium & levamentum, nam illud, quod dici solet, servare velle, videntur, solatium in adversis: familia vero defuncti post humationem triduo biduoque domi se continet: deinde ad officia quisque sua foras exit. Sed tamen pater pro filio, atque filius pro parente, item frater pro fratre, ac patruus avunculusque pro nepote, & hic pro illis annum lugubris inter homines agit, nigram pallam vestiens, quæ
E ubi in collari vincta sit, soluta descendit usque ad talos tegens omnes corporis partes, quam Gramaliam vocant, verbo enim gramum significatu novo lugubre significatur; capitis quoque tegmen nigrum est, strophium vero quod capiti intortum gestari deberet, solutum humero pendet, barba quinetiam promittitur, capillos intonsos alit; per id quoque tempus non ridet præ viribus, non læta loquitur, auditve: nec ad ea loca accedit, in quibus aut nuptiæ celebrantur, aut sodalitia aguntur. Ceteri vero affines per tres menses, interdum duos, aliquando minus lugent. Mulieres autem domi forisque lugent: uxor quidem vidua facta perpetuo pullata est, tum nigris vestibus, tum velis capitis fuscis utens, nisi transie-
F rit ad alteras nuptias. Filiæ item defuncti aut semper, aut usque quo maritentur, nigra induunt: ceteræ vero affines aliquot menses luctum ostendunt, vittis tribus sericis nigris rubrisve, pede longis, digito latis, quæ sub velo pellucido alboque ab

occipiti per verticem usque ad frontem distinctæ locis tenduntur.

CAP. III.

De familiis præsentis urbis egregiis.

A NEmo (quæso) me *Nolanus* accuset, si scribens de familiis *Nolanis* neque de omnibus neque de paucis earum tanquam de illustrioribus mentionem fecerim. Namque si paucas duntaxat referre velim, multas alias memorandas honore suo defraudem necessum est: siquidem præter paucas etiam plæræque aliæ numerantur memoria dignæ familiæ; sin vero omnes censerem, profecto multas quoque injuria quadam afficerem: inter omnes nempe plæræque sunt, quarum nomen est in obscuro quarumque qui meminerit dicendo cunctas, is indignas dignis æquas fecisse existimatur. Eas itaque censere familias recte videor facere, quæ studiis ingenuis non artibus sordidis aut multum servitii continentibus incumbentes, alunt se: quæque vel mercaturæ studio, vel literis, vel armis utentes clarius ceteris degunt, atque ad honestum vitæ modum bene beateque vivendum cotidie attollere se summa ope nituntur. In quo nemini quoque mirum esse velim, si alicujus familia unum alterumque nominaverim virum egregium, atque horum causa etiam familiam exceperim enotarimque: quamvis illa tota sordida sit. Siquidem bonitatis atque virtutis munus hoc ipsum potissimum est, ut potius a viro vel modico studioso claroque familia ignobilis obscuraque possit illustrari, quam lumen virtutis viri solius valeat extingui ab obscuritate familiæ, quasi minima scintilla facilius magnas tenebras, quam tenebræ maximæ parvam scintillam vincere atque superare possint; adde nullam esse familiam etiam nobilissimam, quæ non ab uno parvoque aliquo tanquam igniculo cœperit illustrari, quod si magnæ gradus fecerunt a primis inchoantibus, nefas est, de primis non etiam sua merita commemorare. Neque hoc in loco mihi negotium est conferendi laudandique unamquamque familiam, virosque in eis præcellentes, sed ut dictum est monendi repræsentandique duntaxat posteris civibus, duos præsentium ordines esse, alterum obscurorum, clarorum alterum; ut illorum quisque possit judicare, quo pacto consentiant posteriora cum præsentibus, cernereque unde nam genus trahat; atque an receptitius sit, an indigena civis, & an a servitiis ad honestos evectus, an a claris ad servitia degenerarit, quod summopere nunc nos cupientes conferre cum præteritis præsentia, consequi non possumus; nequimus nempe comparationem facere præsentium cum anteactis sæculis: de familiis nempe ut de plærisque aliis rebus *Nolanis* nihil a quoquam relatum usquam legimus. Verum enimvero recto censuros *Nolanas* familias, primum omnem urbem in quatuor partes veluti tribus divisam tueri oportet, quarum una continetur a pomœrio *Vicancii* atque via *Cortefellana*, quæ oritur a porta clausa procurrente adusque sectionem, quæ sub sacello beatæ *Mariæ* novæ fit, atque via, quæ ab hac sectione descendit adusque turrem *Megaldorum*: hæc enim populi pars *Vicancianorum* est; altera concluditur a pomœrio *Cortefellano* atque via procurrente a turre *Megaldorum* per sectionem beatæ *Mariæ* novæ, atque per *Casale* novum adusque pomœrium arcticum: quæ pars populi *Cortefellana* est. Tertia clauditur item a pomœrio *Samuelitano* atque *Casali* novo via *Cortefellana* qua tenditur a sectione beatæ *Mariæ* adusque Porticum, atque a *Vicanciana*, quæ procedit a Porticu adusque emporium, demum a ramo viæ Portelli, qui ab emporio adusque divi *Francisci* basilicam reflectitur, quæ regio *Samuelini* populi est. Quarta pars est reliquum

A urbis, quod clauditur ab eodem ramo, eademque *Vicanciana* atque via *Cortefellana*, quæ a Porticu protenditur usque ad portam clausam, atque pomœrio Portelli, quæ urbis pars *Portellanorum* est. In hisce ita factis urbis populique partibus tribusve hæ familiæ meliores tempestate nostra incolere reperiuntur.

Nam in regione *Portellana* sunt *Ferarii* inter quos *Bartholomæus* Jureperitus, ac *Adrianus* ejus filius etiam jureperitus atque poeta: item *Placitus* scientia juris utriusque floruere. Censentur *Infantii*, inter quos *Altobellus* eques acerrimus extitit, atque *Joannes* monachus concionator divini verbi: cujus industria

B studioque multa addita sunt in templo atque cœnobio divi Angeli, quod in *Gecalæ* jugo erectum est. *Antonius* quoque hujus frater, quod & decanus in Episcopio, atque Episcopi *Vicarius* perpetuus vixit. Incolunt *Calabrii*, quorum *Hieronymus* excelluit moribus, elegantia, atque armis non modo in *Campania*, verum etiam apud *Insubres*. Sunt *Coronæ*, quos inter *Jacobus* atque *Antonius* ejus filius arte chyrurga polluere; comperiuntur *Corriales*, ex quibus *Joannes* eques micuit; censentur *Boccalati*, inter quos *Marcus* Philosophus atque Medicus præcelluit; *Aloisius* vero *Marci* filius atque *Joannes Paulus*, item *Pyrrhus* & *Franciscus* arma exercuere: & *Bernardinus* mercaturæ studio pollent. Sunt *Albertini*:

C ex quibus *Jacobus* utriusque juris peritia excelluit, atque *Neapoli* regius judex conscriptus est in foro, quam Magnam curiam vocant; idem in bello *Gallico*, magno habitus est loco. Quinetiam *Gentilis* hujus filius legum scientia atque oratione præstanti floret. *Symo* item *Trojanus*, ac *Joannes Antonius* Senatores boni existunt. *Angelus* quinetiam canonicus atque thesaurarius clericatus præstat: *Felix* quoque arma exercens. *Hieronymus* vero & *Antonius* legum scientia redimiti. Sunt *Fulcii*: inter quos *Hercules* musica & armis excellit. Præter autem hosce familia tua *Ursinorum* fulget: quæ etsi *Romæ* ac *Italia* tota Illustrissima est: ex ea tamen multos duces protulit *Nola* urbs, ut *Colam*, *Pyrrhum*que, qui

D *Nolæ* principes atque multorum in *Umbria* oppidorum Domini fuere, item *Raimundum*, qui *Fregellarum*, quod quidam *Atripaldum* nunc vocant, ac *Sarni Salerni*que non modo *Nolæ* princeps fuit; *Joannem Antonium* itidem, qui *Tarenti* magnæque *Apuliæ* partis, quæ olim *Calabria* dicebatur, regulus extitit, is aliquando tantum præstitit consilio, potentia, atque armis: ut Regem *Ferdinandum* primum ad fontes *Sarni* fluvii magno cum exercitu vertere in fugam quirit, penesque eum aliquando fuerit, illum *Neapolis* regem futurum, quem ipse designasset, tum enim inter *Ferdinandum* ac *Joannem* de regno bellum gerebatur; extitit alter *Joannes Antonius* frater tuus e *Gentile* atque *Catharina Ferdinandi* regis

E nepte ortus, quam vel ante pubem eleganti & soluta & numerata polluit oratione, atque memoria tanta præditus fuit, ut vel quatuor quinqueve scribentibus varia epistolarum genera eodem tempore dictaret; equo quoque & hasta accommodatissime utebatur; vixit annis XVIII. Ex eisdem parentibus tu quoque *Henrice* dignissime genitus es: qui tam præclaro & paterno & materno genere illustratus, etiam ingenio ac moribus regiis præfulges, ornatusque magno excellis imperio. *Nolæ* enim urbis præstantis Regulus evasisti, in cujus ætate tenella posita est spes generis patriæque summa, & indoles maxima conspicatur: quæ gesta clara, ac avis patreque tuo digna pollicentur; quem Deus optimus maximus

F benignitate summa cum illustri *Maria Sanseverina* carissima conjuge complectatur, ut & *Nestoris* annos superetis prolemque dignam producatis, atque res summa omnes cum gloria geratis.

Hæ familiæ sunt in *Portellana* urbis plaga. In Sa-

A

Samuelitana vero sunt hæ; siquidem *Sarini* primum occurrunt, inter quos *Marcus* ac *Bartholomæus* ob magnam equorum curandorum peritiam claruere, quamobrem etiam ducibus regibusque cari habiti sunt; numerantur *Todones*, in quorum numero *Melchionus* & *Antonius* ingenio mercaturæ polluit. Item *Alexander*, qui arma exercuit, atque contra *Turcas* in *Asia* recte se gessit. Censentur *Jordani*, inter quos *Jordanus* magno mercaturæ studio valuit; *Verginius* vero arma tractavit. Incolunt *Mennati*, quorum *Leonardus* literas exercuit; *Antonius* vero frater atque horum pater *Georgius* peritia curandi equos præstitere.; *Alexander* vero nepos eques acerrimus floret: ac *Silvagius* hujus patruelis, qui armis gloriose

B

incumbit. Censentur *Coci*, qui etsi literis & armis caruere, nusquam tamen ausi sunt eorum aliqui fœdare se abjectarum artium servitio, sed honestiore studio vixere mercaturam exercentes, ut *Pyrrhus* pater & *Antonius*, & *Jacobus*, & *Santillus*, & *Alexander* filii. Incolunt *Cæsarini*, quos inter *Colangelius* armis floruit; vir enim manu, fide atque consilio præstans, duxque exercitus etiam extitit; is inter *Salernum Ebulumque*, *Aloisium* ducem strenuum cum exercitu fugavit, inque ea pugna cum eo singulari certamine manus conseruit, spoliaque cæsi ducis cum ingenti gloria reportavit; hujus tres filii extant: *Joannes* alter, qui eques laudatus est: alter *Michelis* canonicatus dignitate honoratus: Tertius *Jacobus Antonius*, qui scientia legum consilio atque facto floret;

C

is nempe ab *Aldoblandino* patruo in *Hispaniam* missus est, ad regem navigavit, cum rege tractavit, obtinuit. Sunt præter eos *Landi*: inter quos *Martinus* mercaturæ diligentia polluit, atque *Sylvester* ejus filius arithmetica; numerantur *Matrenses*, quos egregios reddidere *Antonellus* atque *Felix Antonius* literas exercentes; spectantur *Tangi*, unde *Sanctillus* studio mercaturæ singulari excelluit, atque *Baptista* ejus filius canonicatus dignitate decoratus. Item *Antonius*, qui literas exercuit. Extant *Friciæ*: ex quibus *Trojanus* armis inservivit, ac *Antonius* ejus filius miles acer extitit. Item alter *Antonius* poëta, qui doctam ætatulam cum morte commutavit. Sunt

D

Canditæ: de quorum numero *Alexander* eques floret egregius. Censentur *Maccei*: inter hosce præstitere tum *Lionellus* senator bonus ac elegantia vivendi ornatus: tum hujus tres filii, *Joannes Felix*, *Pyrrhus*, & *Philippus*, omnes enim fuere equites præstantissimi atque in singulari conflictu hastiludiove, quam giostram appellant, debentes clostram dicere, excellentissimi: idque præsertim in *Insubribus*; clostra enim concursus duorum certantium est, atque locus clausus in quo hastis concurritur. Illorum autem *Joannes Felix* domum reversus *Ferdinando* regi gratissimus fuit: bisque orator ad *Matthiam Pannoniæ* regem ab eo missus est: unde multis muneribus honoribusque onustus rediit. In bello vero *Turcico*,

E

quod ad *Hydruntum* gestum est, glande ignescente genu ictus obivit; *Pyrrhus* in conflictu cecidit surculo & hasta scissa trajectus tempora; *Philippus* peregre semper arma exercens vixit. Quinetiam ex eadem familia atque genere altero duo fratres claruere, *Franciscus* atque *Vincentius*, ille nempe sæpe regiæ exigendæ pecuniæ quum pax fuit, quum vero bellum, commeatuum præfectus extitit. *Vincentius* vero regis erat a secretis, quique studiis humanitatis atque musica polluit. Incolunt *Sanctori*: inter quos *Nardus* jureperitus excelluit atque *Joannes* mercaturam exercens. Sunt *Sardi*: ex quibus *Angelus Felix* studio mercaturæ peritia nituit; numerantur *Samueles*: quos inter *Hieronymus* mercatura tractanda præstitit.

F

Item *Paccæ* innumerantur: quorum *Angelus* & *Antonius* ejus filius literas exercuere; sunt *Gratiani* inter quos *Vincentius* literas exercuit: atque *Franciscus* mercaturæ studio pollens, censentur *Perillii*: quos *Franciscus* nobilitavit dignitate Archidiaconatus. Item *Philippus* sagacitate mercaturæ egregius.

Cortefellana autem regio hisce nationibus illustratur siquidem censentur in ea *Abundi*, ex quibus *Felix* præstanti musica redimitus floret. Sunt *Gallucii*: inter quos *Joannes* gladiaturæ magister illustris extitit; incolunt *Russi*: quos *Angelus Felix* præstans cursu, vi, & armis nobilitavit. Sunt *Sicoransæ*, quos inter armis excelluere *Angelus* ac *Nardus*; censentur *Tancilli*: ex quibus extitere duo *Micheles*, alter monachus Philosophus & concionator verbi divini, alter Philosophia atque Medicina ornatus. Item horum patruelis *Vincentius* Philosophus ac Medicus; numerantur *Caposcrofæ*: quorum numero *Orolandus* Senator, *Felix* vero ejus filius jureperitus extitit. Immorantur *Griphi*: unde *Aloisius* extitit, qui in *Aquilanorum* urbe præfectus urbis electus est: & *Felix* ejus filius arma exercuit, item *Dantes* mercaturam exercens, atque alter *Felix*, mercaturæ indulgens: ac *Alexander* ejus frater, qui armis incumbit. Sunt *Massei*: ex quibus *Joannes* Philosophiæ & Medicinæ scientia polluit: *Blasius Marinus* vero ejus pater senatorio ordine adscriptus est. Censentur *Balletæ*: ex qua gente *Marchisella* mater orta est nostra: atque *Jacobus* miles. Item *Patricius* Canonicatus dignitate honoratus: atque *Ferdinandus*, qui armis tractandis delectatus est; comperiuntur *Rehæ*: inter quos præstitit *Joannes* studio mercaturæ pollens. Item *Nicolaus* Musicus atque Canonicus; quinetiam *Carulus* Historicus, & hujus filius *Annibal*, qui arma exercuit: atque *Hieronymus* vir Senatorius. Sunt *Suffolani*, quos inter *Franciscus* atque *Laurentius* ejus filius Juris utriusque scientia clari præfulsere: atque *Petrus* Sacerdotio ac literis circumseptus; numerantur *Marifeolæ*; in quorum numero *Fuscus* extitit mercatura præstantissimus ditissimusque, & hujus filii duo *Marcus* Senator optimus: ac *Felix* corpore & manu validissimus. Item *Hierardus* literis insignitus. Quinetiam *Joannes* atque *Antonius* ejus filius boni senatores. Censentur *Liæ*: inter quos *Petrus* ac *Vincentius* jureperiti præstitere. *Petrus* vero in *Apuliam Oenotriamque*, quam nunc *Calabriam* vocant, sæpe auditor causarum a Rege missus est. Item *Petrus* Canonicatus dignitate honoratus: & *Symo* mercatura pollens, atque *Paulus* hujus filius literis ornatus. Censentur *Mastrillii*: inter quos *Antonius* Medicus præstantissimus atque Philosophus extitit; *Gabrieles* vero ejus filius jureperitus & Senator optimus viguit, gratusque regulis atque populo, octogenarius, atque felicitate prope potitus obivit; verumtamen filii filiæque totque nepotes atque pronepotes exorti sunt ab eo, ut octoginta unus numerati sint omnes: quos senex ille quotannis convivio excipiebat, ut in eadem mensa cuncti discumberent, ipseque sedens in altero mensæ cornu longam summa cum voluptate prolem conspectaret; *Cyrus* hujus filius armis polluit: quo rex sæpe usus est, ac senator optimus fuit; *Franciscus* alter filius Jureperitus extitit, ac regius magnæ curiæ *Neapolitanæ* Judex consedit. *Angelus* vero tertius *Gabrielis* filius mercaturæ diligentia præstitit atque Senator optimus; a *Cyro* orti sunt *Mattheus*, qui eques juvenisque in castris obivit: & *Antonius*, qui Senator optimus atque publicis in rebus sæpe præfefectus, tertius *Nicolus* eques atque senator optimus: utrique populo ac regulis cari. *Alfonsus* vero rex in *Hispaniam Nicolum* misit. Erat enim is regis familiaris; atque præter hosce ortus est *Victorius* mercatura magna pollens; *Francisco* autem quatuor filii orti sunt: *Joannes Thomas* Jureperitus egregius, idem auditor causarum in *Oenotriam Brutiosque*, a rege missus est; *Neapoli* quoque regius judex adscriptus fuit in eo foro summo, quod sacrum vocant consilium: atque in altero foro, quæ magna curia nuncupatur,

Fiscalis Advocatus sessitavit; alter *Felix*, qui in Epis- A
copatu locum præsulis tenens clerum juraque Epis-
copatus multos annos gubernavit; idem canonicatus
cantorisque dignitate præcelluit; tertius *Ambrosius*,
qui adolescens arma egregie exercens obivit; quar-
tus *Cornelius* Senator bonus. Verum hosce *Francis-*
ci filios inter *Vicancianos* connumerari oportet; in
illa enim tribu incolunt. *Angelo* vero complures filii
orti sunt. Sed unus *Innocentius* ac *Joannes* alter le-
gum scientia præstitere. *Alexander* vero ingenio mer-
caturæ, ac *Antonius* literis ornatus extitit. Quinetiam
altero genere *Mastrilliorum Euricellus* ac ejus filius
Micheles extitere magna mercaturæ diligentia pol-
lentes, senatoresque prestantes; hujus vero filii tres,
Bernardinus scientia legum emicuit: qui tandem
contemta hominum consuetudine cœnobium arctum B
intrans sacris initiatus est, ut solitaria vita gauderet.
Quinetiam *Vincentius*, juvenis parvo corpore ani-
moque audaci extitit; *Joonnes* vero Senator bonus
evasit. Computantur *Barones:* inter quos *Colucia*
præstitit Arte Medica. *Felix* vero ejus filius Senator
bonus extitit *Felicis* vero filii quatuor: *Palamedes*
Senator optimus ac elegantia & liberalitate nobilis
poëticaque gaudens, a quo complures orti sunt, ut
Petrus Senator bonus, *Albentius*, qui Jureperitus
excellens: *Lucius*, qui eques evasit: *Argentinus*, qui
equestri ordine floruit, ac a singulari certamine,
quod sæpe inivit, semper victor atque cum gloria
rediit; *Mirantes*, qui arma exercuit: quos ille filios C
nominavit secundum ordinem elementorum nominis
sui atque præter hosce *Annibal Petri* filius Senator
præstans excellit. *Joannes* vero alter *Felicis* filius
eques bonus extitit: cujus item filius *Marianus* eques
laudatus: & alter *Adrianus*, qui arma exercuit; ter-
tius vero *Felicis* filius *Franciscus* fuit Senatorio egre-
gius munere, cui etiam duo filii orti sunt: alter *Fe-*
lix, qui Senatoria diligentia fulget: atque *Andreas*,
qui literis ornatus ante frugem obivit. At *Servator*
quartus *Felicis* filius dignitate Archidiaconatus at-
que Canonicatus insignitus est. Sed tamen hi tres
Coluciæ nepotes ac pronepotes in plaga *Vicanciana*
sunt censendi: illic nempe immorantur. Sunt præ-
ter hosce *Saxi:* inter quos *Maximus* cum literis or-
natus, tum Architecturæ peritissimus. Item *Ma-* D
rius hujus filius poësi atque scientia legum excellens.
Sunt *Scrignarii:* inter quos *Restainus* Senator: *Tho-*
mas vero atque *Raimundus Carulusque* utriusque Juris
scientia præstitere. *Maximus* item mercatura pollens
atque Senator magnus: ac hujus filius. *Petrus Cola*
literis insignitus, cujus alta ingenia, quæ in legibus
præ se ferebat adolescens mors cita vetuit explicari.
Censentur *Januarii:* quorum *Jesueles* Senator opti-
mus extitit, Regique *Ferdinando* carissimus. *Felix*
vero hujus filius literis ornatus ac Senator præstans
præcellit; numerantur *Alfani*: inter quos *Joannes*
præstitit, vir adeo continens, ut ab omni reipubli-
cæ Gubernatione se temperarit. *Urso* vero regulo E
carus fuit. *Sigismundus* hujus filius excelluit tum elo-
quio tum legum scientia: qui vir magnus evasisset
nisi morte præreptus fuisset in adolescentia. Quin-
etiam *Franciscus* ac *Ciccus* Senatores boni. Sunt
Campiones: inter quos *Joannes* Philosophus ac Medi-
cus magnus præstitit. Item *Franciscus* hujus filius
monachus atque Philosophus *Carulus* quoque ac *Pyr-*
rhus Aloisius mercaturam exercuere. Sunt *Motones*:
inter quos *Julianus* mercaturam exercuit. Extant
Caraccioli, ex quibus *Altobelius* floret arte Musica,
ac *Felix* & *Joannes* armis inserviere; numerantur *Ba-*
silii: in quibus *Bernardinus* Philosophus ac Medi- F
cus viguit. *Carulus* vero pater ac *Antonius* arma tra-
ctavere. Incolunt *Perarii:* in quorum numero *Co-*
lantonius Jureperitus extitit ac Senator optimus: ac
Jacobus Senator bonus. *Caspar* item eques egregius:
& *Aloisius*, ac *Vincentius* monachi Philosophi atque

divini verbi concionatores: & *Hilarius* Jurisperitia
insignitus. *Bernardinus* quoque Philosophus ac Me-
dicus: ac hujus pater *Ansoisius*, qui arma exercuit;
sed hi duo *Vicanciani* sunt; censentur *Sclavi*: quo-
rum *Bernardinus* monachus Philosophus & Concio-
nator extitit: ac *Jacobus* & *Thomas*, qui arma exer-
cuere; sunt *Cucurbitæ*: inter quos *Danieles* sacerdos ac
peritia Juris pontificii polluit: & *Nardus* qui literis
fuit ornatus. Item *Ambrosius* scientia legum redimi-
tus. *Joannes* quoque Canonicatus dignitate honora-
tus: cujus opera Pannonum Regina usus est; sunt
Pappones: inter quos *Ciccus* extitit Canonicatu ho-
noratus, ac regi *Ferdinando* percarus: Item *Panta-*
leo, qui literas exercuit. *Paulinus* quoque Canoni-
catus dignitate insignitus; numerantur *Thetii*: inter
quos *Citatinus* vir illustris emicuit, duxque exerci-
tus. *Orolandus* vero hujus filius eques egregius at-
que elegantia vitæ nitens. *Bernardinus* vero & *Ur-*
sus hujus filii literis redimiti fuere; numerantur *Vi-*
carienses: ex quibus *Palamedes* vir prudens lauda-
tur ac Reguli rerum curator atque magister (ut
ajunt) hujus filii duo *Felix* alter: Alter *Bernardinus*:
ille sacerdotio canonicali ac humanitatis studio: hic
scientia jurium atque vi dicendi emicuere; cui tanta
innata fuit suaviloquentia, ut quum loqueretur alios
conticentes intentosque redderet. Proinde ab ora-
tionis suavitate cognomentum assumpsit. *Lepidus*
enim cognominatus est; mores vero utriusque ele-
gantiores: amor ingens erga justa honestaque, apud
eos ut locum nullum occuparet pecuniæ tenacitas,
liberalitate ubique gentium nemini concedebant. Re-
gulis ac populo cari amicique: ac nullius unquam
malevolentiæ altores extitere; incolunt *Tocci*: inter
quos *Robertus* eques egregius extitit: idem *Clanche-*
tellæ oppidi cujusdam, quod in *Samnio*, Dominus;
comperiuntur *Hierardi*: unde *Gabrieles* Chyrurga ar-
te præstitit; hujus filii duo *Felix* ac *Antonius* Phi-
losophi ac Medici evasere; ac tertius *Cæsar*: qui li-
teras exercuit. Sunt *Palmenses*, inter quos *Philip-*
pus eques acer floruit, ac senator senescens optimus.

In angulo vero *Vicanciano* censetur primum *Risia*
natio: in qua *Gabrieles* Jureperitus ac Senator opti-
mus virque gravissimus extitit. *Antonius Felix* vero
hujus filius utriusque scientia juris eximius, eloquio
quinetiam magno excellens, senatorque optimus ha-
bitus est. Idem auditor causarum in *Apuliam* sæpe
missus est a rege; *Nolæ* vero a Regulo electus est
auditor universi *Nolani* dominatus; cui tres filii or-
ti sunt: *Franciscus*, qui legum scientia ac morum
bonitate præstitit: *Gabrieles* alter, qui armis nisu
magno insudavit, *Felix* vero tertius Canonicatus di-
gnitate honoratus. Sunt *Angelici*: in qua gente *Fe-*
lix micuit Poësi atque scientia legum: & *Sansonettus*,
ac *Joannes* pater: avusque ejus ob ingentem merca-
turam magni viri. Item *Silvius*: qui arma cunctis
rebus anteposuit. Censentur *Judicenses* in qua fami-
lia *Baldasar* præstitit Poësi atque Philosophia. Item
Paulus hujus frater minor natu, Philosophus illustris
atque Medicus, is autem quum patriæ *Campanæque*
scholæ parum placerent, ad *Venetas* adque *Patavi-*
nas navigavit, in quis brevi subtilis disputator evasit,
ingensque opus edidit de contradicentibus doctorum
locis, quæ antilogica nuncupavit. Sunt *Campasa-*
ni: inter quos *Antonellus* Senator optimus præstitit,
præfectusque urbis tum quum pestilentia afflictata
fuisset, quam summa diligentia juvit. *Pyrrhus* ve-
ro hujus filius literas exercuit: item *Colafranciscus*
qui mercaturam sectatus est. Sunt *Cyrolii*: unde
Majellus ac *Antonellus* fratres, & *Alexander* hujus
filius equites laudati evasere. *Antonius* alter filius mi-
les extitit; censentur *Sansones*: quorum *Sansonettus*
& duo ejus filii *Antonius* cognomento ac *Robertus*
arma exercuere, *Joannes Maria* vero mercaturam tra-
ctavit. Reperiuntur *Triumphii*: quos *Joannes Ba-*
ptista

ptiſta arma exercens illuſtravit. Numerantur quoque *Motorii*: quorum unus *Matthias* elegantia vivendi, atque arte muſica canonicatuque honoratus excelluit. *Joannes Antonius* vero armorum fulgore delectatus eſt. Sunt *Bulini*: inter quos *Lyſias* ac *Georgius* ejus filius ſtudio magno mercaturæ præſtitere: & *Laurentius* hujus filius literas exercuit: item *Thomas* filius alter legum excelluit ſcientia: utrique patriæ amantiſſimi. *Jacobus* vero ejuſdem filius arma præter cetera ſecutus eſt. Altero vero *Bulinorum* genere *Ciccus* ortus eſt, qui & animo & armis & conſtans & valens fuit: quo ſæpenumero uſus eſt *Ferdinandus* rex, cui quoque per quam carus extitit; ex hoc ortus eſt *Franciſcus*: qui Jureperitus ſenatorque optimus præſtitit, atque inter *Nolanos* callidiſſimus. Auditor quoque cauſarum omnis reguli ditionis declaratus eſt. Item *Vennerellus* hujus frater magni animi juvenis: is arma exercens *Hydruntum* adverſus *Turcas* miſſus eſt, ac in aggreſſu quodam in oppidum, murum ſcandit, hoſtem dejecit, in eo glande igneſcente caput ictus decidit ad ſuos, ac paucos poſt dies obivit; præter hoſce *Ferdinandus* miles extitit; ſunt hic quoque *Tancilli* altero genere orti, inter quos *Cola* atque *Joannes Bernardinus* ejus filius Philoſophia & Medicina egregia præſtitere. Cenſentur *Campobaſii*, ex quibus *Antonellus* illuſtri extitit robore, prudentia arteque militari: duxque aliquando exercitus, magno quinetiam loco rege *Ferdinando* habitus eſt; & hujus filius *Baldaſar* ſenior floret egregius: item *Carulus* qui armorum decore perfulget. Sunt *Perioannii*, inter quos Don *Petrus* clarus armis atque potens fuit: & *Joannes Rubinus* eques acerrimus, ac *Ambroſius* hujus filius eques, juveniſque ingenti animo, ac omne audens adire periculum. Quinetiam alio genere ortus eſt *Laurentius* laudatus Philoſophus atque Medicus filius primus *Calliander* Jureperitus evaſit: alter *Eugenius*, tertius *Suavius* Philoſophi atque Medici; quartus *Jocundus* ſcientia legum præſtans; quintus *Amænus Theanenſis* decanus *Nolanuſque* Canonicus ac *Julii* ſecundi cubicularius: ſextus *Benignus* eques excellens. Ultimus *Perioannis* utriuſque ſcientia juris inſignis, extitere; at *Perioannis* in *Oenotria* regius auditor jura dixit. Quinetiam *Rainaldus Suavii* filius Canonicatus dignitate ornatus, ac *Aloiſius Jocundi* filius, qui arma exercuit. Sunt *Morgani*, inter quos *Angelus* Canonicatus dignitate præditus. Sunt *Candicii*: inter quos *Bernardinus* literas exercuit: atque *Felix* Canonicatu redimitus. Sunt *Morræ* inter quos *Antonius* armis excelluit: atque *Felix* qui arma tractavit. Sunt *Lyſii*. Quorum *Micheles* armis præſtantiſſimus antecelluit; is enim in pleriſque *Italiæ* locis ſingulari certamine, quod ſtichatum clauſum vocant, pugnavit, ſemperque cæſo hoſte palmam ingenti cum laude atque illæſus reportavit. Quinetiam in plæriſque bellis ductor magnæ peditum turmæ militavit, ducibus carus, cunctis terribilis; erat enim juvenis quadrato quodam validoque corpore, capillo fulvo intortoque non criſpo, facie fulva, animo interrito, oculis acerrimis, vir tacitus, juſtus, innocuus, impigerrimus, laboris tolerantiſſimus, callidus, ac ſi velis nihilominus ſimilia audire alter *L. Bancius*. *Scaramella* item hujus frater exercuit arma. Extant hic *Barones*: ut dictum eſt. Inveniuntur *Cærii*: inter quos præſtitit *Jacobus* mercaturæ ingenio. Sunt *Cajetani*: ex quibus *Nardus* atque *Oliverius* literas exercuere, *Narduſque* Muſica præſtitit: & *Bernardinus*, qui arma tractavit. Manent *Labrones*: inter quos *Barbatus* miles laudatus micuit; immorantur *Samueles* hic quoque: quorum *Ceccius* eques floruit: ac *Antonius Felix* ejus filius, qui literas exercuit, ſpectantur *Fellichiæ*: quorum *Jacobus* eques laudatus extitit, atque *Andreas* hujus filius Jureperitus: atque *Antonius Ferrandus Andreæ* filius legum ſcientia præditus. Item *Leonardus* ac *Fedoricus* ejus filius Senatores boni. *Felix* item qui arma & literas tractavit; numerantur *Angeli*: inter quos *Felix* Jureperitus atque poëta extitit, & *Colantonius* literis & Canonicatus dignitate ornatus. Sunt *Munciolæ*, inter quos *Cola* eques optimus extitit ac *Alfonſo* regi carus; ſpectantur *Claramontii*. Quorum *Pacellus* peritia rerum magna excelluit, hoc ſæpe *Ferdinandus* rex uſus eſt; idem tanti ingenii atque judicii fuit, quanto primus viam ditandi *Nolanis*, ſi voluiſſent, potuit monſtrare. *Angelum* enim filium juvenem patre non inferiore in *Ægyptum* atque *Alexandriam* navigare juſſit, evehentem ſummam ingentem avellanarum; adivit ille: rem bene tractavit: rediit onuſtus cinnammomis ac ſpeciebus (ut ajunt) quæ ita in *Italia* ſunt precioſæ, ut in *Campania* viliores Avellanæ. Item *Vincentius* alter ejus filius Philoſophia & Medicina ſingulari micuit; & *Sigiſmundus* Senator bonus: item *Antonius* mercatura pollens; incolunt *Venæ*: inter quos *Angelus* literas exercuit, ſunt hic quoque *Mennati* alio genere orti: inter quos *Joannes* dignitate canonicatus & literis ornatus: item *Marinus* ingenio mercaturæ præſtitere; ſunt *Mirandæ*, inter quos *Bernardinus* Canonicatus dignitate ornatus extitit; ſpectantur *Romani*, in primis *Serpentinus*, qui eques eximius præſtitit; is corpore parvus, magnus vero conſilio rerum militarium erat, ductor equitum turmæ. Regi carus adeo, ut ille ſæpius viri hujus prudentia uſus ſit. *Marcus* item ejus filius eques egregius extitit; incolunt *Baruli*: inter quos *Andreas* miles in juventa, ſeneſcens vero mercatura excellenti præſtitit. Cenſentur *Burſelli*, inter quos excelluit *Cola* magno mercaturæ ſtudio, atque divitiis magnis. Comperiuntur *Fontanæ roſæ*, inter quos *Aloiſius* Senatorio ordine nituit. *Joannes* ac *Polydorus* ejus filii ſcientia legum redimiti; comperiuntur *Verteraimi*: quorum *Andreas* Philoſophia præſtanti floruit (is Epiſcopus *Sarni* extitit) atque *Troilus* literas exercuit: & *Franciſcus* hujus filius literator; ſunt hic quoque *Griphi* alio genere orti: ubi *Danieles* ac *Darius* ejus filius literas exercuere. Manent *Joſephi*: inter quos *Turcus* eques præſtitit. *Matthæus* vero ejus filius armis magno niſu inſervit. Item *Angelus* & *Contarenus*, arma exercuere, ac *Petrus* Muſica præſtans. Sunt hic quoque *Maccei*: quorum *Antonius* rerum antiquarum fuit ſtudioſiſſimus, atque *Mirabilis*, Senator bonus. Cenſentur *Martini*, unde *Felix* ſtudio mercaturæ præſtanti excellit, atque *Gaſpar*; qui optime mercaturam ſectatur, item *Rentius* Geometra; ſunt *Florentii*, inter quos *Neapolitanus* extitit Geometra; comperiuntur *Peruſini*: inter quos *Antonius* mercatura polluit, ac *Baro* Geometra; *Joannes Thomas* vero hujus filius legum ſcientia præditus. Sedent *Vitaliani*, inter quos *Ambroſius*, & *Dominicus*, & *Joannes Baptiſta* literas tractavere: *Andreas* vero *Antonius* hujus filius mercaturam. Cenſentur *Megaldi*: inter quos *Verteraimus* Jureperitus extitit; is animadvertens immenſum litium pelagus, averſus ab eis ad ſacerdotia animum applicuit. Item alio genere ortus eſt *Colella*, atque tres hujus filii *Angelus*, *Antonius*, ac *Joannes Baptiſta*, qui literas exercuere; verum hi ſunt numerandi cum *Cortefellanis*. Sunt *Verrilli*: ex quibus *Petrus* literas exercuit, *Paulus* vero hujus filius Muſica arte & Philoſophia emicuit: item *Minichellus*, qui arma exercuit. Cenſentur *Crucini*: quorum *Joannes Franciſcus* literas exercuit. Sunt *Carminiani*; inter quos *Angelus* ac *Felix Antonius* ejus filius uterque ſenator bonus perfulſit. Sunt *Scavetti*: in quorum numero *Franciſcus* ac *Lucius* ejus filius arma exercuere: *Aurelius* vero literis redimitus. Comperiuntur *Hiaſii*: quorum *Macceus* literator laudatur: & *Nardellus*, qui literas exercuit. *Felix* vero Canonicatus dignitate ornatus; ſunt *Vivaquæ*: inter quos *Pauli-*

nus monachus & concionator divini verbi præcelluit. Numerantur *Hierordi*: inter quos *Patricius* literas exercuit. Censentur *Spatarelli*: e quibus *Felix* Jureperitus, atque *Colangelus* ejus filius literator extitere; fuere item hic altero genere *Scrignarii.* Sunt *Gravinæ*: inter quos *Sansonettus* atque *Carulus*: item *Validus Sansonetti* filius literas exercuere; immorantur item *Mastrillii*; de quibus dictum est; sunt *Supini*: inter quos *Joannes Paulus* Philosophus ac Medicus, *Raimundus* vero ejus frater Medicus extitere: & *Franciscus* Musicus & Canonicatu insignitus & *Bernardinus* qui literas exercuit. Censentur *Leones*, quæ familia nostrum est genus; inter hosce *Leo* patruus, qui tum armis præstitit, tum senator optimus habitus est, de quo superius satis dictum est. *Marinus* item noster pater vir prudens ac studio mercaturæ excelluit. *Masellus* horum pater mercatura quoque polluit. *Damianus* vero Musicus præstantissimus extitit, regi *Alfonso* primo carus. Quinetiam *Masellus* noster frater arma exercuit, *Camillus* vero noster filius literis insignitus; me quoque inter hosce connumerato *Leones*, qui maximis amicitiæ vinculis connexus sum cum *Marco Musuro Cretensi* viro optimo gravissimoque, ac in utraque lingua & doctissimo & facundissimo omnique scientiarum genere ornatissimo. Demum inhabitant hac in nostra vicinia *Notarii*: inter quos *Micheles* atque *Ciarlus* equites extitere; ac hujus filii duo *Nicolaus* atque *Vincentius* arma exercuere. Item *Franciscus Robertus* & hujus filius *Bernardinus* Senatores boni; quinetiam *Silvester* Canonicatus dignitate ornatus. In hac quoque familia *Beatrix* puella venustissima illuxit: cujus orane an ingenia potius divina forent, non erat hominis etiam *Paridis* opus dijudicare; utraque enim visa sunt summa esse, atque supra quam ubi vis humana constituta est, evecta; hanc *Thomas Malvicus* sculptor præstantissimus e marmore finxit: sed inter cœlandum creduntur *Gratiæ* atque *Horæ* affuisse, opificisque oculos illuminasse, manusque eruditissimas reddidisse; siquidem marmore *Pario* miranda proprietate edita est; ubi enim marmor vivaque coram præstoque fuissent, *Beatrices* geminæ cernebantur: altera audiens, loquens altera, ridens altera, altera læta. Neque *Malvicum* solummodo magnus ille puellæ decor atque splendor ad effingendum commovit: verum etiam omnes *Italos* poëtas ad canendum excivit, atque inter primos *Antonium Thebaldeum Ferrariensem* virum, ut divino ingenio, ac eloquio fulgentissimum: ita viris doctissimis assidue atque ubique terrarum laudatissimum. Quamobrem poëmatis innumeris utraque illa divinitatis imago celebrata est, prænomenque accepit a *Musis*; namque Diva *Beatrix* ob omnibus est cantata. Eadem duodevicesimum jam annum agens, atque ad *Gecalæ* pulcherrima juga profecta, quum inter oleas quercusque ascenderet, e medio (rem miram) statim tempore sublata est, nec usquam a quoquam deinde visa fuit; creditur tamen ob ejus optimos divinosque mores viva volare cum superis, atque alio successisse cœlo. Hæc sunt *Nolanorum* genera, quæ tempestate nostra in urbe excellunt: quos vero in singulis viros generibus memoravimus, parte maxima novimus, vivuntque plærique eorum, quamquam plurimi ob eam pestilentiam, quæ ab illuvione anni millesimi quingentesimi quarti post Dominum JESUM, orta est, desiderantur: seniores vero perpaucos a senioribus, qui illos cognovere, dedicimus.

CAP. IV.

De Judæis, qui Nolæ sæculo nostro habitavere ac eorum ejectione.

DE *Nolanis* familiis & habitatione satis dixisse videmur: consequens est, docere de incolatu *Ju-*
A *dæorum*, quem aliquando fecere in urbe *Nola*; tanquam de corpore locutis; consentaneum sit, etiam de accidentariis rebus meminisse; accidit enim forte quadam *Judæos* incoluisse *Nolam.* Ex qua facti narratione erit posteritas multo doctior earum rerum, quæ nostra tempestate actæ sunt in hac urbe. Anno itaque millesimo quatercentesimo quadragesimo in urbe *Nola* incolere cœpere *Judæi* atque perquam pauci. Quorum fuit *Vilielmus* Chirurgus Medicus, homo pannosus ac pauperculus: veluti senes nostri retulere; is ubi *Nolam* ingressus est, urbem statim totam commovit novitate præsentiæ *Judaicæ*: usque adeo, ut postquam auditum fuisset adventasse *Ju-*
B *dæum*, turmatim *Nolani* per urbem ruere, ut illum tuerentur: tanquam sperassent unum ex illis cernere, qui Dominum JESUM cruci affixere; illi vero conductis ædibus cœpere vivere civem *Nolanum*: quum antea nullum in urbe *Judæum* habitavisse auditum cognitumve sit a senioribus nostris. Deinde hisce veluti initium aditumque facientibus advenere paulatim alii totque, ut ad viginti ædes conduxissent. Priores vero paucos annos ditissimi evasere fœnore faciendo, namque vestes omnis generis, vasa ænea, stannea, argentea, annulos, gemmas, ceteraque preciosa quæcunque potuissent accipere in fidem & pignora capientes fœnerabant, fœnus autem erat menstruum: velut pro sexagenis mutuatis nummis
C singulos cum semisse expilabant, quæ lucella super pignore ultra mutatam pecuniam adjecta brevi augebant sortem adeo, ut usuræ debitum precio justo rei æquaretur; unde res de pignoris proprietate in *Judæi* possessionem silenti devoratione transigebatur. Neque id eis satis fuit: sed *Vilielmus* etiam primus, senex jam ausus est ædes magnas mercari, easque fabrica majores pulcrioresque efficere: idque super via *Vincanciana.* Item agrum amplum emere ad Turrem *Martianam*, quæ ædes agerque postea possessi sunt a *Cæsarinis* tum, quum adventantibus *Gallis Judæi* omnes expoliati fuere. Incoluerunt vero *Judæi* in urbe *Nola* annis septuaginta. Namque millesimo quingentesimo nono ejecti fuerunt, non
D solum e *Campania*, sed etiam de *Pelignis*, *Apulia*, *Calabria* nunc dicta: ac longe antea de *Sicilia*, omnique *Hispania* ab altero *Ferdinando Aragonæo*, qui prius *Hispaniarum* rex erat ac *Siciliæ*, deinde pulsis nostris regibus longo bello habito cum *Gallis*, ipse successit imperio *Neapolitano*; quo in bello *Gallico Judæi* plurima passi sunt damna. Namque divitiis omnibus spoliati sunt partim a militibus, partim a populis, idque anno M. CCCCCVI. post *Jesum* Dominum.

CAP. V.

De studiis Nolanorum Præsentium.

E EX ante facta de civibus historia plusculisque locis aliis memoratis quam facilime perspici possunt omnia studia *Nolanorum*, qui hodie extant: atque eadem illa vetusta a præsentibus hominibus tractari: ut cærimoniæ divinæ, Philosophia, militaris ars, agricultura atque mercatura; hanc nempe peculiarem *Nolanis* esse, atque magnopere cultam multitudo eorum civium, qui solis mercaturæ muneribus se domumque egregios reddiderunt, apertissime testatur; quanquam mercatura longe major ditiorque agi posset, quam agitur a *Nolanis*; materia enim magna atque via facilima data eis est; via nempe brevissima facilimaque patet ab urbe ad *Stabias. Stabiis* vero na-
F ve exire licet ad omnes orbis partes, præsertim in *Ægyptias Alexandrinasque* nationes, ubi *Nolani* fructus preciosi habentur: atque illinc revectare aromata speciesque in *Italiam*, in qua carius venduntur, quod utilissimum expeditissimumque esse, ostendit

dit aperuitque primus *Pacellus Claramontius* ac *Angelus* ejus filius, ut antea dictum est; maximi quoque momenti id esse docuere *Veneti*, atque *Ligures* mercatores: quorum quicunque (nam complures venere) *Nolam* mercatum fructus nostros; accesserunt, ii ditissimi in patriam rediere; quam rem animadvertentes *Neapolitani*, & ipsi summo cum lucro idem tractaverunt: ut *Franciscus* atque *Matthæus Coppula*, *Colantonius Galiardus* ac plærique alii; materiam vero noster ager tum alias, tum nostra tempestate aptissimam produxit: vina enim optima plurimaque *Nolana* sunt, atque Avellanarum ingens copia; vina quidem *Romæ Venetiisque* paratum liberalemque inveniunt emptorem: avellanæ vero gratissimæ omnibus non solum *Italis*, sed etiam *Afris* populis habentur: quod si ad ea loca exteri mercatores hæc devectant magna cum utilitate: cum eadem devehere facilius possent *Nolani*, si vellent; id autem ab eis, ut satis perspectum aliquando fuisse videtur, ita nec factitatum unquam, quod mediterraneis ingeniis insitum esse creditur, humi hærere velle potius, quam undis fluctibusque huc atque illuc more piscium agitari. Agriculturam vero rem magnam dignamque esse, animo concepisse *Nolanos*, illud maxime indicare potest: siquidem omnis ager *Nolanus* colitur. In quo quanquam cetera omnia lætissime veniunt: duobus tamen *Nolani* præsertim nunc indulgent, arboretis atque coryletis. Proinde summum *Nolanorum* vectigal ex hisce duobus capitur. Vina enim atque avellanæ abunde colliguntur. Quantitas autem vini omne genus, quæ vendi potest, quæque superesse ei, quæ usui cuique est, duum milium doliorum est; dolium autem vas est capiens XXIV. cados, quos baryles vocant, a pondere justo decentique humero hominis; βαρύ namque ponderosum est. Cadus enim vasculum est ligneum, quod quum plenum fit, fit hominis justum ad ferendum pondus: equo vero tres cadi justam sagmam sarcinamque faciunt; venditur autem *Nolæ* vini dolium, quum mustum est, triginta argenteis. Est autem argenteus nummus ex argento ponderis quatuor scrupulorum: horum singuli vicena grana frumenti ponderant. Avellanarum autem summa collectio est sexaginta centenaria *Nolana*: centenarium vero triginta modios capit, modius avellanarum apud *Nolanos* mensura est decem & octo tumulorum, aut duas jumenti sarcinas capiens, singula enim jumenta novenos tumulos juste ferre possunt; tumulus vero avellanarum mensura est capiens decem & octo rotula cum semisse fere, namque tumulus frumenti LX. rotula capit rotulum vero est pondo triginta trium unciarum cum triente: uncia vero pondus est triginta scrupulorum. Quinetiam centum rotula pondus complent, quod cantarum circumflexa penultima vocant *Nolani*. Quamobrem si pondera avellanarum collegeris, quæ in uno sunt centenario, invenies centenarium capax esse centum cantarorum: hoc est centenarium cantarorum, quod sine illa adjectione præferentes, centenarium appellant, quodque duntaxat de avellanis intelligunt. Neque tamen hæc pondera audienda sunt, quum avellanæ siccæ fuerint: sed tum, quum de coryletis domum vehuntur. Centenarium vero mensura, quod primum a pondere sumptum est, auditur tam in siccis antiquisque, quam recetibus avellanis. Venditur autem *Nolæ* modius avellanarum frequentius XXIV. argenteis.

CAP. VI.

De elegantia & gratis moribus Nolanorum.

SErvant *Nolani* hac etiam tempestate mores illos antiquos atque vetustam vivendi elegantiam; in urbe enim nulla rusticitas admissa est; soli enim fa-

A bri & rerum utensilium opifices incolunt atque viri primarii, quorum (ut nosti) meminimus. Gaudent pulchris ædibus sumptuosisque domiciliis atque domus ornamentis, præsertim lecti, cubiculi, conclavis, atque mensæ: gaudent pulchris vestibus, annulis, gemmisque mulieres vero solæ aureos torques bullasque pulcherrimas a collo pendentes gestant, atque in utramque manum immissa bina ternave dextrocheria seu dicas armillas argenteas aureasve, quas manilias vocant. Quamobrem *Antonellus Campobasius* vir gravis atque censorius sæpe numero carpere accusareque solebat *Nolanos*, quod nimis impenderent vestibus & ornatu corporis; utuntur equis mu-
B labusque atque servis: alunt canes ad venandum, atque ad aucupandum accipitres; hi enim edocti in coturnices a domino de manu immissi involant, capiunt, atque captas domino servant. Gaudent quinetiam hospitalitate, libentissimeque hospitibus domum adaperiunt: opipare lauteque illos excipiunt, ut spectatores testesque habeant ornamentorum atque erga cunctos innatæ familiaritatis. Cibos rusticorum fugiunt. Laudant si quid ornate dictum factumve senserint: sordidos oderunt, castigant, ut quisque quantum fieri possit eleganti honestæque vitæ indulgeat. Natos quinetiam diligenter ac liberaliter educant: neque hisce contenti studens etiam in nuncupandis filiis, volunt enim & puellis & pue-
C ris statim ortis nomina pulchra indere. Quamobrem pulchriores & viros & mulieres *Nola* gignit, quam quævis ex circumpositis locis. Ex quibus studiis mores placidissimi increbuere, præsertim mutua omnium benevolentia; factiones quoque nesciunt *Nolani*, neque homicidia, neque proditiones, neque latrocinia, illud quoque mirum est, nusquam visas esse *Nolanas* meretrices, neque mendicos per alias urbes vagari. Quorum omnium fons atque magistra est domestica patriave atque pertinax vitæ elegantia atque cultus. Has ergo partes *Nolanorum* sentiens *Joannes Franciscus Caracciolus* Poëta illustris, virque moribus integerrimus, (ut ajunt.) *Petrarcha* Neapolitanus, summopere & nomina & corpora &
D ingenia & facilitatem atque elegantiam *Nolanam*, non modo mirifice laudabat: verum etiam admirabatur magnopere, eamque ob rem frequentissime *Nolam* spaciandi gratia se conferebat. Et *Jovianus Pontanus* nostra tempestate florentissimus Philosophus & Poëta, urbe & moribus *Nolanis* delectatus est adeo, ut pestem *Neapolitanam* fugiturus omnibus circumpositis urbibus posthabitis, *Nolam* diverterit, ac in ea integram etiam æstatem magna cum voluptate (ut nos vidimus) contriverit. *Laurentius* quoque *Valla*, qui *Latinæ* orationis atque elegantiarum autor ac indagator summus superiori tempestate fuit, *Nolam* sæpe se conferebat, delectatus *Nolanorum* oratione, non modo amœna, atque ab
E omni rusticitate remota, sed etiam quod antiquam *Latii* proprietatem servatam in ea videbatur agnoscere; proinde sæpius dicere solebat: *Latina* verba nec a *Barbaris* rectius quam a *Nolanis* pronunciari: veluti compertum habuimus ab *Antonello Petrucio Atellano Laurentii Vallæ* discipulo, atque *Philippino Bononio Laudensi*, qui nunc monasterii Sancti *Bassiani* commendatarius est: quorum uterque vir optimus atque doctissimus habitus est, atque Regis *Ferdinandi* primi a secretis extitit. *Joannes* quinetiam *Attaldus* Philosophus præstantissimus, quamquam Archiepiscopus *Tranensis* erat, maximam tamen partem ætatis *Nolæ* consumpsit, hic mortuus est, hic quoque opertus tumulo. Eadem ratione *Aurelius*
F *Biennatus* Poëta atque Orator optimus, etsi Episcopus erat *Martorani*, *Nola* tamen allectus frequentissime ad eam se conferebat. *Annibal* etiam *Januarius* vir acri ingenio ac literis omnibus ornatus: etsi *Salerni*, *Neapolique*, multa digna possideret: sæpe

numero tamen *Nolam* ſe contulit delectatus urbe ac moribus *Nolanis*. *Antonius* quoque *Galateus* utroque literarum charactere atque ſcientia omni vir maxime circumſeptus, *Nolam* libentiſſime veniebat, ſemperque domum noſtram divertens, is præter cetera dicere ſolebat: *Nolam* ſibi ſolam *Syracoſias* eſſe Nam *Syracoſiæ* videntur appellatæ, quod vel invitos homines ob amœnitatem trahant. *Petrus Graviani Panormita* Orator atque Poëta illuſtris virque vitæ elegantioris diligentiſſimus, aliquot annos *Nolæ* ſuaviſſime vixit. Quinetiam *Raimundum Urſinum* *Nolæ*, *Sarni*, *Salerni*, multorumque aliorum locorum principem, *Nola* ſola potuit trahere, delectare, ac per omne vitæ curriculum detinere. *Urſum Urſinum* quoque virum graviſſimum adeo *Nola* oblectabat, ut creberrime *Neapoli* & a regis latere *Nolam* diſcedere cogeretur. *Gentilis* pater tuus tantopere *Nola* gaudebat, ut ſemper triſtis ab ea proficiſceretur: ad eam vero reverteretur lætiſſimus. Neque mirum id ſit: ſi eadem etiam tum, quum injuriis *Syllæ* laceſſita fractaque jaceret, potuit *Auguſtum* allicere detinereque, atque *Ti. Claudium* excire, ut in *Campaniam Nolamque* crebro accederet. Multos prætereo alios, ne multos recenſeam *Nolæ* conditionis amatores. Hæc inſuper in cauſa eſt, cur multi e *Nolanis* peregre diu vivere, atque extra patriam incolere nequeant: ſed quam celerrime fieri poteſt, ubi exierint, domum reverti percupiant, non nempe inveniunt in exteris morum ſuorum dulcedinem, quibus domi educati alitique fuere, quare aſperitatem quandam offendentes ab ea ut a contrario hoſteve repelluntur ad ſuos. Unde factum eſt *Nolæ* veluti proverbium: *Nolanum* campanarium, in eos, qui non longius tolerant aut manere, aut proficiſci, quam unde campanarium ſpectare quirint. *Laurentius Bulinus* nepos jam adoleſcens, quum triduo peregre mecum forte per *Samnium* veniſſet, adeo offenſus eſt moribus externis, ut reverſus *Nolam*, non prius portam *Samuelitanam* ingredi voluit, quam equo deſiliens antas oſcularetur: quod ſæpius inter equitandum voverat, ſi cito *Nolam* reverteretur, ſed hujus felicitatis fortuna quaſi invida illa, quæ ex illuvione jam dicta orta eſt, peſtilentia multum rem *Nolanam* afflixit, atque non magnum modo hominum numerum ſuſtulit: verum etiam divitias immenſas exhauſit; quamobrem æqua ratione cetera quæque diminuta perditaque eſſe quoque oportere, compertum eſt.

CAP. VII.

De Magiſtratibus Nolanis.

N*Olani* magiſtratus ſunt hi: Prætor, Auditor, Electi, Præfecti eduliorum, Præfectus menſurarum Ædilis, Quæſtor urbis, Magiſter nundinarum. Quæſtor reguli, præfectus arcis. Horum plurimi conſtituuntur a regulo: pauci a populo: Regulus prætorem quotannis in urbe præponit, quem Capitaneum vocant, atque eum, quem ei lubeat: is tamen vir externus eſt frequentiſſime, non civis *Nolanus*, controverſias omnes civium primum judicat, ſonteſque quoſcunque punit. Nam lites, quæ ſacerdotum ſunt, Epiſcopi eſt componere; ubi vero forum agit, domus eſt conductitia, quæ circa medium urbis propeque Porticum eſſe ſolet; ſalarium prætori ſtatutum eſt a Regulo, cui quoque licet nonnullas parvas pecuniarum exactiones facere. Namque ſontium mulctæ in ærarium fiſci deferuntur: verum prætori qualicumque literarum genere fuerit redimitus, aut literis caruerit, ſemper adhibetur aliquis jureperitus, quem aſſeſſorem vocant, ejus officium eſt controverſias dirimere, judicia nempe quæ ab hoc ipſo feruntur, ea prætor feciſſe, exi-

[A] ſtimatur; idem plærumque ex civibus *Nolanis* atque a regulo quotannis conſtituitur: a quo etiam ſalarium delegatur. Regulus etiam Auditorem prætore ſuperiorem conſtituit: qui non modo prætoris urbani: ſed ceterorum etiam oppidorum, quæ *Nolæ* ſubdita ſunt, cauſas aſſumit: ſi quando in his aliqua male tranſigantur; is nempe qui injuria lite cecidiſſe credit, appellat Auditorem. Eſt autem Auditor frequentius *Nolanus* civis, forum conventumque juridicum domi ſuæ habens: præmia quoque ſtatuta a regulo capit: tempus autem magiſtratus, annus eſt. Electura vero ſenos homines excipit, quos electos vocant, quod quarto quoque menſe a populo [B] eliguntur terni de primariis: totidemque de plebeis, horum ſumma urbis poteſtas eſt: de unaquaque nempe re verba facere poſſunt, atque republicæ intercedere regi, regulo, prætori atque ceteris magiſtratibus, atque cum ea autoritate rempublicam gubernant. Exercent autem magiſtratum ſuum electi non ſtipendis munereve conducti: ſed prorſus gratuiti ac ea charitate concives amplectuntur, qua patres filios proſequuntur; præfecti vero eduliorum a populo etiam ſtatuuntur, quos catapanes vocant, debentes dicere catapani hoc eſt præfecti catapan id eſt circa omne eduliorum genus; nihil nempe eſculenti vendi in urbe poteſt, niſi indicto declaratoque ab eis præcio; ſi qui ſint ergo, qui rem pluris vendiderint, [C] aut injuſto pondere menſurave, aut rem vitiatam adulteramve, ii ab illis pecunia mulctantur; conſcribuntur autem hi a populo altero quoque menſe atque bini, ſed alter ex primariis, ex plebeis alter: pro præmio vero his mulctæ conceduntur, quas ab iis, qui cum fraude vendidere, exegerint. Verum quum acriores in ſumendis pœnis ſunt, ab Electis refrænantur. Quæſtor autem urbis, (quem Syndicum Græco verbo appellant) populi magiſtratus eſt: is enim ſyndicus eſt, ad quem communia a populo publicata deferuntur, quod ea juſte recipit; ergo pecuniam exigit a Publicanis populi, atque a concivibus ſecundum publicatam a populo Electiſque formulam. Eligitur autem quotannis atque unus a populo [D] Electiſque, cui præmia quædam ſolvuntur, quod labores multos ſubit in eo officio, illaque ex pecunia publica ſumit. Aedilis vero magiſtratus a regulo pronunciatur; verum is quoad vixerit, rem tractat: præfectus eſt viarum, arearum tam in urbe quam extra urbem ſtillicidiorum & ad hæc ſpectantium; idem ſolus unus eſt, eique nulla ſtipendia ſolvuntur. Namque mulctæ, quas a tranſgreſſoribus exigit, illi conceduntur. Præfectus vero menſurarum etiam unus eſt, atque a regulo declaratur, ei curæ ſunt menſuræ, ſtateræ, trutinæ & cetera id genus: mulcta vero, quæ ex injuſte his utentibus exigitur, ſtipendia præbet; ſolet idem ſemper in magiſtratu eſſe. Præter hoſce quæſtor reguli, quem ærarium vocant, [E] a regulo eligitur cum annuo ſalario: ſed ad incerta tempora, is colligit omnem reguli pecuniam, verum quotannis quaterni homines de plebe urbana paganiſque deliguntur, quibus ille ut lictoribus ſemper præſentibus utitur, horum unus ex plebe *Nolana* jubetur: alter de paganis, qui a *Vicanciana* porta ſunt. Tertius de paganis, qui a *Cortefellana* ſunt plaga: quartus de paganis, quos *Samuelis* porta excipit; ſinguli quinctiam horum baculum tanquam inſigne aſſidue ferunt, unde Bajuli ſunt appellati: vel quod Ærario bajulant, hoc eſt ferendo, quod velit, ſerviunt. Habent hi Bajuli forum, controverſiaſque minutulas cognoſcunt: præſertim eas, quæ oriuntur ex damnis illatis in agris; verum quod literis [F] carent, judex eis datus eſt ex civibus *Nolanis*, qui literas exerceat, pœnaſque pecuniarias duntaxat exigunt. Præfectus vero arcis a regulo ſtatuitur, qui ut cuſtos eſt arcis: ita nemini obnoxius eſt judici niſi uni Regulo; ſtatuitur autem ad interminata tem-

tempora. Magister autem nundinarum etiam a Regulo constituitur: sed ex primariis *Nolanis*: fit quotannis quidem, verum octonum tantum dierum imperium habet, quibus nundinæ & cærimoniæ Beati *Paulini*, aguntur, ut superius dictum est. Licet enim tum omnibus libere impuneque in urbe publiceque esse, vel si alios magistratus fugerint; tum enim omnium magistratuum potestas interdicta conticescit, sicuti omnia vectigalia sublata sunt. Quamobrem ab externis populis mercatores quam plurimi ad urbem se conferunt, cum mercimoniis innumeris, ut vendant emantque absque solutione vectigalium ac portoriorum. Huic itaque conventui octomerino magistratum præesse oportet, ut controversiæ compescantur, quæ inter negociantes solent excitari; is ergo prima die magnum imperium ostentat. Nam a Regia sumpto vexillo magno Reguli, exiens ordine longo, per urbem totam procedit: primum nempe omnis multitudo paganorum pedes progreditur arma gerentium, quæ turmam peditum in aciem descendentium præ se fert, hos sequuntur tubicines tibicinesque atque tympanistæ equo sedentes, ac vexillum præcedentes, sequitur hosce vexilliger, is juvenis validus est atque ex equestri ordine delectus, equo sedet pulcherrimo, quem nunc in hoc nunc in alterum latus agitans, gestat vexillum erectum, quum dextra ac cubito exerto illud fixerit, ubi genu premit equum, atque dederit, ut ejus velum assidue obvius ventus crebras in undas verset. Post hunc lictores magistratus pedes sequuntur, hosce sequitur ipse magno equo delatus ornatusque vestibus, gemmis & auro, sceptrumque dextera tenens: comitantur omnes *Nolani* cives, qui equo sequi possunt; tandem facta lustratione ad Porticum, quæ per eos dies aulæis ac frondibus ornatur, devenitur, hic vexillum erigitur super Porticus fastigio. Magister vero solio alto sedens jura cunctis dicit. Septimo vero die ac pridie festum beati *Paulini*, altera fit lustratio; primum nempe agricultores cum falcibus procedunt, sequentes tanquam vexillum eorum, ingentem ut columnam facem accensam, spicisque triticeis redimitam; hæc adeo magna est, ut pondus injustum sit homini ferenti, quare in capulo quodam erecta præfertur a pluribus, ex collata pecunia agricultorum confecta est: atque quotannis augetur, non solum reficitur id quod in lustratione inceditur, quod cereum vocant; similiter fax alia conficitur ab aliis, quam in hac pompa suam quique præmittentes sequuntur, deinde ergo sequitur fax olitorum cæpis alliisque corollata: quam sequuntur olitores, ac deinceps reliquæ faces opificum. Post hosce incedunt ordines cœnobitarum, ac ordines sacerdotum clericorum: quorum ultimus Episcopus est, ferens manu reliquias Apostolorum, ac ligni crucis, quorundamque martyrum, ac divi *Paulini*, easque in manu argentea clausas. Episcopum comitantur Regulus, atque magister nundinarum, deinde primarii urbis, atque plebs reliqua: omnes videlicet pedes incedentes. Postrema vero die nundinarum, quæ festa divi est, præmia cursoribus exponuntur in ipsa Porticu pendentia: quæ tria sunt. Primum militares vestes: alterum scorpio cum pharetra: tertium ensis: conveniunt ergo undique, qui cursu præstant; curriculum est mille & quingentorum passuum, curritur per portam *Vicancium*: carceres sunt extra urbem ad *Candicios*, meta est ad Porticum; cursores nudi ac revinctis capillis certant; horum primo vincenti primum: sequenti alterum: tertio tertium præmium datur. Post hoc currendi certamen primores adolescentuli, qui duodecim annis natu non fuerint majores, equo insidentes cursu altero certant hastulas gestantes, curritur eadem via per trecentos passus: carceres sunt extra portam *Vicancium*, meta ad Porticum; hic enim in media viarum sectione orbis auratus pendet amplus, quem hastula sub axilla dextra firmata directaque incurrentes transfigunt. Transfigentibus crumenæ sericæ donantur. Hæc omnia gradum facere videntur ad militarem artem: non solum ad pompam instruuntur, testanturque apud veteres horum spectaculorum autores magnam curam fuisse rei militaris, non modo divini cultus. Quibusque expeditis magister abdicat se magistratu, domumque se confert privata facturus.

Cap. VIII.

De Tributis & Vectigalibus, quæ in urbe populoque Nolano sunt.

IN urbe *Nola* tum publica pecunia exigitur, tum privata; publicam exigit populus *Nolanus*, privatam vero Regulus atque civis. Verum ea, quæ publica est *Nolanorum* etiam in privatam mutatur; transfertur enim in tributa regia: a Rege namque jussa est anniversaria pecunia præ numero ædium, quæ & in urbe sunt, atque in pagis villisque *Nolanis* palantur; itaque ut pro singulis ædibus populus jussus sit denos quinos argenteos solvere: atque præter hosce singulæ ædes jussæ sunt accipere ab eo modios singulos salis; modius nempe hic (qui & tumulus dicitur) pondo est centum ac decem librarum; atque pro sale distributo exiguntur argentei quini cum semisse in singulos modios; quamobrem ædes singulæ, quas focos appellant, vicenos argenteos cum semisse solvere tenentur. *Nolanæ* vero ædes tum urbanæ tum paganæ, quum usque ad millenarium numerum censeantur, fit ut singulos annos Populus *Nolanus* tributum vicies centenum quinquagenumque aureum regi pendat. Verumtamen etsi populus numerum pro numero ædium pensurus est: non tamen ea tessera pecuniam colligit, ut pauperes sortes æquas locupletioribus solvant, sed rem cuique ita impartitur, ut suum cujusque peculium ac census est. Quinetiam ne omnis ea summa hauriatur a civibus, indixit annuente Rege atque Regulo quatuor vectigalia rebus quibusdam, quæ publice venduntur, quas gabellas appellant, volentes dicere capiellas a capiendo. Eorum unum est super farina, quod in emporio venditur: in quo emptor solummodo solvit in singulos tumulos memorati ponderis obolos quosdam, quæ argentei decima est pars. Alterum vectigal indictum est super vino, quod duntaxat in tabernis diversoriis venditur. Caupo enim in singula dolia aureos quaternos solvit. Tertium est super viscere rotulatim vendendo; Lanius enim pro bove vituleve, aut porco, aut ceterorum quolibet solvit habita ratione æque ac rotulatim libratimve fieret solutio. Quartum est super eis, quæ sale macerantur, inter quæ etiam recentes pisces audiuntur: in quo venditor solum solvit præ numero rotulorum; omnium horum vectigalium, atque distributi salis pecuniam Syndicus & Quæstor urbis colligit, idemque ex ea tributum Regi nomine *Nolanorum* pendit. Regulus autem privatam pecuniam excipit simul per vectigalia quædam, quæ super mercatura rerum injecta sunt, simul per reditus agrorum atque ædium & tabernarum, quas possidet. Vectigalia sex sunt: unum est super statera; nam pro omnibus rebus, quæ publice summatim venduntur pondere, quum statera sint librandæ, solutio fit libratori a venditore. Alterum super animantibus, quæ venduntur, solvitur pro precio animantis venditæ; solutio fit ab emptore; atque par a venditore: quo vectigali soluti sunt *Nolani* tam emendo quam vendendo. Tertium est, quæ Grassa nuncupatur. Namque præ absportandis rebus ab urbe aut transigendis per urbem agrumve *Nolanum* portorium sol-

vitur a rerum domino. Neque huic vectigali obnoxius est *Nolanus* civis. Quartum est super jugulandis animalibus, quorum viscus divenditur, quod Lanius etiam solvit præ magnitudine animalis, quod jugulat. Quintum est super mensuris frumentorum & leguminum, atque fructuum, qui in Mercatu venduntur: cui *Nolanus* civis si emptor fuerit, non manet obnoxius: venditor vero frumentimetra præ numero mensurarum solvit. Sextum super pannis, in quo advena, si in urbe vendiderit, præ venditorum precio pannorum facit solutionem. Collectio igitur regulinæ pecuniæ, quæ in agris urbeque *Nola* quotannis fit, excrescit ad bis millenos atque quingentenos aureos. Pecunia autem privata civibus exigitur, partim a feudis partim ab agrorum fructibus; feudum enim est jus quoddam regium, quod habetur in plærisque aut ædibus aut tabernis aut agris, aut omnibus his, quorum feudatarii tenentur quotannis tributula quædam pendere feudi domino. Quod jus nusquam dividitur, sed integrum semper venit ad hæredem eum, qui natu fuerit primus; cives autem, qui feuda non possident, ex agris tabernisve aut domibus usum fructusque capientes, vectigalia faciunt; nemo tamen civis *Nolanus* est vel cum feudo vel sine feudo, qui præter impensas factas in agris, tantum pecuniarum exigere potest, quod excedere valeat trecentos aureos.

CAP. IX.

De Matrimoniis & Dotibus.

MAtrimonia *Nolani* contrahunt primum, per occulta pacta: deinde antequam fidem dent sponsi, referuntur ad Præsulem, atque in Episcopio audiente populo publicantur: ut si quod forte conjugium occulto fuisset patratum, detegeretur, neve duo conjugia conjungerentur; atque ubi compertum sit, nullam adesse fraudem, illud, de quo agitur; paucos post dies data fide compleretur. In quo mulier Dotem fert viro. Contra vero vir dono mulierem prosequitur. Namque ob sumptum primum osculum illi mulieri de pecunia sua tantum largitur, quanta est Dotis decima. Quinetiam præ onere prolis tollendæ, quanta est Dotis quarta. Dos autem si parva aut mediocris fuerit, frequenter ex triente utensilia sunt, e besse vero nummi, aut domus aut ager, qui nummis sit censu par; si vero magna, e sextante utensilia sunt, e dextante vero nummi aut prædia: vir vero veluti acceptæ summæ, quæ fit ex Dote constituta, & quarta & decima memoratis, obnoxias & obligatas facit possessiones suas, præsertim domos & agros, adeo ut illarum usus ipsius sit mulieris vero hypotheca seu primum jus. Manet autem sponsa domi paternæ aliquot menses, interdum usque ad annum virginitate servata; exacto vero tempore manendi statuto ad Episcopium deducitur a parente cum pompa & sonis: atque illic idem sumpta filiolæ manu, eam viro tradit, dedit, atque addicit; at is cum accepta sponsa ad aram accedit ducente sacerdote: & actis illic orationibus, acceptaque benedictione domum viri, puella cum eadem pompa deducitur, atque illic tum die tum biduo, interdum triduo nuptiæ celebrantur inter sonos & tripudia & choreas, & cantus, & opipara amplaque convivia. Nam quamplurimi ad convivia invitantur, ad tripudia vero & choreas cuique accedere & intrare licet; hoc pacto *Nolani* ante prolem gignendam præludunt, ut summo honore & lætitia eos excipiant, quibus sunt senectutem gravem commissuri; summa vero Dos adusque septingentenos aureos excrescere, minima vero non infra quinquagenos minui & tenuari solet. Quamobrem ubi tantum auri cum puella transferri

A videretur, autore *Raimundo Ursino Nolæ* Regulo cautum est, edictumque factum, ac a Populo *Nolano* jurejurando sancitum, quod hoc pacto habet. *Nolano* homini a conterminis popillis uxorem ducere licito; in uxorem vero *Nolanam* puellam mulieremve ad externos populos mittere non licito, quod multis annis servatum est: nostra vero tempestate prope antiquatum.

CAP. X.

De Spectaculis histrionum atque Ludo equestri.

B QUanquam per hæc tempora nulla extant amphitheatra, neque vestigia aliqua videntur eorum, quæ extare potuissent; post illa duo, quæ in urbe antiqua (ut dictum est) mansisse: spectacula tamen quodam modo aguntur, quæ similitudinem & speciem faciunt illorum ludorum antiquorum; siquando nunc spectacula redduntur tum personatorum, tum etiam juvenum veris armis certantium, atque illi pedes, hi vero equo sedentes rem agunt. Veruntamen personatorum spectacula quædam sunt ad ostendenda mysteria religionis: veluti quum repræsentatur resurrectio Domini *Jesu*, aut quum Reges tres, stella monstrante viam, visere natum *Jesum*, quæ omnia in Basilicis solent agi. In quibus reddendis C peritiores extiterunt actores *Paulus* monachus, *Baptista Tangus*, *Bernardinus Miranda*, *Bernardus Gratianus* & *Antonius* frater ejus, *Joannes Monfortes*, *Joannes Moscarellus*, *Petrus Paulus* ejus filius, atque *Carulucius Tangus*. Quædam vero ad voluptatem apparantur; quæ quoque maxime varia sunt; neque ipsa hæc in templis, sed in areis urbis magnis actitantur, veluti in foro frumentario, ut in area ea, quæ est ante Basilicam divi *Francisci*, atque ante *Porticum*: aut etiam vagando per urbem. In his quam maxime comœdia *Atellana* introducta esse videtur; omnia nempe vel choreas & tripudia capiunt, vel jocos & sales habentia, risum creberrimo movent. Peritiores quam plurimi etiam in his D apparuere histriones: sed præstantissimi omnium tres, *Joannes Gratianus* cognomento *Rosta* (rostam nempe dicunt frustulum assum carnis: erat nempe illius corpusculum rostæ perquam simile) *Damianus Capuanus*, atque *Angelus Massellus Saffius*. Is adeo facetus fuit, ut ne moriens quidem jocorum oblitus sit; quum nempe rogaretur, quo nam in templo placeret humari? voce sanequam tenui respondit, in Sancto Apostolo, ut sicuti vivus bene bibi, ita mortuus bibam assidue, erat nempe vini amantissimus; in Sancto vero Apostolo pavimentum adeo humi depressum est, ut parum absit ab aqua. Proinde qui illic sepulti sunt, fere semper aqua madent. Eorum vero qui equo sedent, spectaculum E tanquam equitum certamen est; singuli enim armantur ubi primum calcaria fuerint calciati, ocreis a talis ad usque inguina, quarum scinerios, quibus tibiæ, arnisios vero, quibus coxæ teguntur, appellant; item faleris, quæ a cingulo adusque genua pendentes ambiunt clunes ac coxas, quasque faldas vocant. Tertio semilorica vel semitunica, quæ & brachia & ceterum corpus, quod a collo ad cingulum est, operit, quod fiancale appellant; verum tam faleræ, quam semilorica tela quædam est ex solis annulis ferreis textilis. Item thorace, manicis, casside, atque buccula, quam baveram appellant. Quinetiam humero sinistro veluti quædam alæ, quod spallarolum vocant, adje- F cta est, quæ tegit usquequaque humerum axillamque atque scapulam, habetque anterius ea ala veluti parvum scutum: quo & axilla & pectoris pars sinistra tutius armantur Quinetiam adjicitur femorale; hoc nempe est tegmen, quod

quod a cingulo pendens tuetur alvi sinistram partem atque coxam; læve nempe validius armantur, quod lævo latere ictus hostis excipiuntur; sunt autem hæc arma præter faleras atque semitunicam solido duplicique ferro constantia, tersaque, ac veluti speculum fulgentia; cassidi quoque semper assidet crista aliqua aurea argenteave, ut equitis fert libido; habet is eques armatus in conflictu turbinatam hastam longam pedibus quatuordecim, cujus citra capulum cauda est longa trium pedum, crassa vero tantum, quantum apte ab axilla astringi posset; ultra capulum vero turbinis ambitus est duum pedum, cuspide vero summa ambitus est digitorum sex, quinetiam ultra capulum statim affixus est orbis ferreus magnus ac nitidus, qui ubi hastæ cauda sub axilla tenetur, regit & manum & axillam tenentis, quod schifum vocant; in cuspide vero hastæ spiculum nullum; ea nempe secta est solummodo. Neque tam longa magnaque hasta, ubi inclinata in hostem fuerit, posset teneri ab axilla atque dextra manu; nisi etiam exertus a thorace esset ferreus veluti dens porcinus, hoc nempe tanquam unco mutulove hasta quam maxime sustinetur, quem dentem restam appellant. Ascendit itaque is armatus equum magnum ac validum, atque eum exeuntem quatuor juvenes etiam equo sedentes antecedunt, quorum singuli singulas hastas, quales diximus, gerunt erectas, atque cum comitibus aliis ad curriculum spectaculumque gravi incessu devenit; locorum vero certaminis hujus alter extra urbem est in foro Boario: alter intra urbem atque in ea via, quæ a sacello *Paulini* versus turrem *Scrignariorum* procurrit; est enim ampla, recta, planaque, cujus solum non cœnosum est, neque silice stratum. Sed tamen ut in foro Boario rarissime fit conflictus: ita hoc in loco frequentissime agitur. In hac autem via media sepes extruitur altitudinis sex pedum, longitudinis vero passuum xx. contexta ex perticis tenuibus viridibusque atque frondosis, primum quidem pedatim humi fixis, deinde altera inclinatis, quam telam appellant: conflictus vero fit aut quum duo concurrunt uterque ab altero telæ cornu ita, ut concurrentes tela sola mutuo dirigat, atque discriminet, aut quum eorum alter ictum excipit expectans in altero cornu telæ, alter vero ab altero impetum facit. Sæpius tamen eodem in spectaculo alterque socius omnes incurrentes expectando excipiunt; expectantes tabulerii nuncupantur: qui duo interdum sunt, ut unus eorum semper sit in spectaculo; licet autem singulis quaterna incurrere, quod quaternæ hastæ feruntur a singulis, atque quod in eo numero omnis vis & equi & equitis experitur. Neque singula paria certantium in singulis spectaculis, sed deinceps quamplurima numerantur: accidit itaque in eo conflictu hastarum confractio aut omnium aut plurium; verum qui omnes eas frangit feriendo, is præmia refert, ni fuerit, qui hostis cassidem ejusque frontem feriat, is enim præfertur cunctis, ubi nemo hostem ab equo feriendo detruserit. Nam hic ante omnes dignus habitus est; accidit casus, accidit confractio, aut brachii, aut tibiæ aut capitis, accidunt vulnera ob surculos frustaque fractarum hastarum, quæ per commissa arma infiguntur ab impetu, accidit interdum etiam mors tam a vulnere quam a casu. Præmium vero aliquando tela serica est, aliquando pannus, aliquando annulus aureus. Neque in conflictum hunc *Nolanum* milites descendunt, sed juvenes, qui militarem artem inire cupiunt paranturque; appellant autem hunc conflictum giostram, debentes dicere clostram; quippe quod in loco veluti clauso id genus certaminis agitur. Ex quibus licet videre veluti quasdam umbras antiquarum institutionum, quibus populus oblectabatur & discebat in amphitheatris, atque quibus juvenes ad ingenium pugnandi

A erudiebantur. Namque sicut in scholis primum adolescentes declamando docentur orare, ut in foro concioneve apposite dicendo suadere valerent: Ita in spectaculis juvenes & equos & hastam regere atque arma tolerare, ut discunt, ita assuescunt, ne in pugna veriore ab ignorantia & novitate facti tardarentur. Verumenimvero mos hic usque ad nostra tempora servatus, si non per se degeneravit, cœpit tamen corrumpi a more alio, qui nuper in *Italiam* furtim inductus esse videtur, hoc pacto se habens. In eodem enim curriculo funis e transverso tenditur, a cujus medio pendet bacillus ultimo annulum ferreum continens, non majorem eo, quem medius
B digitus indueret, quam quintanam vocant. Curritur igitur ab equite inermi atque cum hastula tenui ad transfigendum eum annulum: transfigenti cuique datur pecten, aut speculum, aut crumena, aut muscarium setaceum; ei vero qui equo decidit (namque hoc etiam contingit) utriculus quidam mittitur; currunt hic equo sedentes tam personati quam non personati, atque in curriculo nulla his tela sepesve erigitur.

Cap. XI.

De consuetudine quadam sacerdotum præsulem venerantium.

C Antiquus mos *Nolæ* increbuit is; septimo enim quoque Kalend. Majas omnes sacerdotes episcopales, quos presbyteros vocant, tam qui in urbe, quam qui in conterminis oppidis immorantur, ad urbem Episcopumque se conferunt: oppida vero, quæ sub præsulatu *Nolano* sunt, superius enumeravimus; veruntamen non licet clericis urbem intrare, nisi coronatis, atque ordine canentibus cum pluscculis tibicinibus; cantus sunt Dei ac sanctorum hymni; corollæ vero contextæ sunt e rosis floribusque citreis aliisque, si quos pulcherrimos ea dies producere solet, manu quoque ferentibus fasciculos rosarum affabre contextos ac apte distinctos. Eo itaque
D modo ornati sacerdotes, urbem templumque Episcopi ingrediuntur, singulæ vero turmæ eorum a singulis oppidis adventantes. Deinde ubi omnes in choro congregati sunt, singulatim vocantur ad Episcopum. Is vero tum sedet in solio quodam alto, quod situm est sub parva testudine: testudo autem hæc inter majorem cellam atque minorem lævam, erecta a duabus columellis atque pariete, tribus arcubus parvis interjacentibus sustentatur, quæque per solia atque imagines quasdam fastigiatur. Sed hoc solium, quod in cella majore esse deberet, expositum est eo pacto, quo dictum est; vocatus igitur sacerdos de ordine ac turma sua solus ab æde ad cellam, & a choro ad Episcopum accedit coro-
E natus atque floribus redimitus, deinde solium ascendit ac genu flexo extractaque capiti corolla Episcopum veneratur, corollamque ac fasciculos florum omnes illi largitur, & exosculata præsulis manu recedit ad suos, atque eodem modo ceterorum singuli vocati accedunt floridaque munuscula ferentes donant. Episcopus vero ubi plusculæ corollæ fuerint collectæ, dono eas mittit ad primarias urbis matronas. Populus enim omnis ad hunc veluti triumphum spectandum collectus est. Inter hosce vero sacerdotes unus a *Stabiis* mittitur, qui agnum bajulo portante conducit; agnus est magnus candidusque atque cum cornibus auratis: quem ille dono ad præsulem ducit, ut alii serta rosasque largiuntur; facto itaque eo pa-
F cto censu sacerdotum, cum communi omnium eorum cantu sacræ rogationes finiuntur; domumque cuncti suam hilares revertuntur. Ea res atque clericorum quasi census usum basilicæ antiquum auctoritatemque ostendit. Prætor enim tum in cellæ alto

loco sedens jura dicebat populo collecto in æde *Nolanorum* quoque antiquum imperium in circumposita oppida, quod superius monstratum est, testatur. Quinetiam cæremonias quasdam *Jovis* indicare videtur, quas *Nolæ* in templo ejus contermini populi quotannis factitabant: in quibus agnus albus cum auratis cornibus a *Stabianis* mactabatur; auratum enim agnum *Jovi* mactari cecinit *Apollonius Rhodius* in secundo Argonauticorum ab iis, quibus in profugiendo *Jupiter* præfuisset. Proinde videre licet quoque ex his *Nolanum* Episcopium, non modo templum atque celeberrimum *Jovis* extitisse; sed etiam *Jovis Profugii* atque *Fœdericii*, *Stabianosque* aliquando profugisse ad *Nolanos* atque *Nolanis* deditos fœdus deditionis percusisse. Nam apud *Homerum* III. Iliados a *Menelao Græcisque* ducibus *Jovi* mactatur agnus albus, qui servatores fœderum juvaret; male contra puniret eorum transgressores atque ruptores. Rosarum autem atque florum serta, fasciculi & glomi lætitiam ac hilaritatem ubique testari volunt; flores etiam sunt veluti gaudia & lætitiæ stirpium. Sunt enim apertiores pulcherrimæ atque gravissimæ. At vero qui ad dominum præsulemque suum veneraturi accedunt, eos primum benignos hilaresque lætosque esse atque gaudia animi præ se ferre decet; quamobrem ad illud maximum judicium *Paridis* legitur iisse *Venus* non solum *Horis* & *Gratiis* redimita: sed etiam rosas manu ferens, ob quas tam læta grataque visa est judici, ut pro rosis palmam reportarit. Severitas contra atque tristitia, & superciliorum corrugationem vacuæ manus, & inornatum caput, quandam animi aversionem atque detestationem ostendit & arguit, quæ res quam plurimum ab officio venerantis reputatur aliena.

CAP. XII.

De altera sacerdotum consuetudine.

Consuetudo sacerdotum altera ita habet. Paucis enim post memoratam diem coronarum sertorumque præteritis atque tum, quum dies illuxit, quod posca rosarum appellatur, Basilicam, Episcopium fronde atque floribus spargunt ornantque sacerdotes, ac inter sacrificandum ex eis unus vasculo arctissimi orificii roscæque semipleno singulos accedentes irrorat; exactis deinde rogationibus sacris in spectaculum erigunt populum hoc pacto; templo enim pendet porcella viva, magna, valida, præcepsque atque tota sævo illita, cujus posteriores pedes ligantur fune ductorio, qui per trochleam templo alligatam fluitat: nam alteram funis partem trahentibus porcella statim extollitur, eisdemque laxantibus & illa humum versus celerrime ruit; trahentes autem non humi, sed supra fornicem minoris cellæ dextræ firmantur. Super trabibus tituli quinetiam coassatio quædam asserum contabulatur adeo, ut certa contignatio videatur, in qua paratur copia maxima aquæ, ac ingentes cumuli fascium urticarum, stupeorumque glomorum magna multitudo, ut iisce porcellæ defendantur. Contra vero ad raptandam porcellam datur iis, qui in pavimento sunt libertas aditus, iccirco ad eam capiendam accinguntur juvenes validissimi rusticique nudi brachiis, coxis & cruribus, quorum capita cervicalibus conteguntur: quibus non licet accedere pluribus quam quinque aut sex, trahentibus vero uno alterove licet pluribus esse; permittunt igitur superiores porcellam paulatim defluere usque ad capita ipsam aggredientium, hi vero primum manu (ut lubet) pedes auresve illius prehensant, sed quum tenere abducereque arbitrantur, statim tempore a superioribus retracta e manibus tenentium dilabitur, iidem vero saltando sequuntur ascendentem, iterumque capiunt detrahuntque sensim etiam sinentibus superioribus, deinde iterum cogentibus extollunt eam quam facilime dilabentem interea a contignatione aqua infunditur in raptores major omni pluvia, omni nimbo & imbri. Neque qui fundunt, videri possunt ab eis, qui in pavimento manent; illinc quoque raptores feriuntur fascibus urticarum, atque glomis stupeis inflammatis ustulantur tam apte jactis, ut fulminibus videantur esse percussi; raptores vero tolerant hasce veluti cœli injurias maximas, intenti summopere ut porcella potiantur; crebri risus primum cuncto fiunt populo, deinde cachinni, demum etiam conclamationes nunc hosce, nunc illos hortantium; certantes autem tam superni quam inferni non amplius de porcella contendere, sed de robore honoreque, quem populus exclamans polliceri se vincentibus, ostendit, accenduntur. Quare vis omnis utrinque colligitur adhibeturque, pugnaque vehementissima redintegratur, raptorumque cernuntur alter super alterius dorso humerisque scandere, ac sæpe eorum duo super tribus sese summittentibus extare ita, ut cumulus ex eis veluti mons ex montibus erectus esse videatur, unde porcellam facilime capere sperant; verumtamen quo se altius aggerant, eo acrius feriuntur, faciliusque veluti vasta moles quassata præcipitantur; hoc itaque pacto per horam certatur, ac interdum victoria horum est, rupto, inciso, aut soluto fune; interdum supernorum. Sed tamen superni vincentes demum porcellam sinunt raptoribus prædari, ubi multum afflictatos esse senserint, spectaculumque solvitur. Hujus quinimmo simile *Neapoli* factitatur atque in basilica Archiepiscopali, quod a plærisque vitio magno datum est. Quorum unus est *Jovianus Pontanus*, is enim in *Charonte* scripsit, id tractari ab iis, qui ut porci luto gaudent. Nobis vero aliter visum est, censentibus eum morem vetustissimarum cærimoniarum rationem retinere, bellumque eo illud repræsentari, quod *gigantes* cum *Jove* diisque quondam ausi sunt gerere, ut a poëtis fictum est. In quo raptores validi rusticique pro *gigantibus* inducuntur, porcella vero illis objecta est, ut in eam faciant impetum; qua re demonstrantur *gigantes*, ubi opinantur aggredi cœlum *Jovemque* atque deos, in abjectissimam atque fœdissimam quadrupedem invehi; veluti *Sophocleus Ajax*, qui quum contemneret deos, atque aggredi obtruncareque *Agamemnona*, *Ulyxem*, ac ceteros Heroas *Græcos*, ut pararat, crederet, in boves arietesque impetum fecisse dicitur; aut porcella significat cupiditatem ab omni ratione semotam, quæ in *gigantibus* imperare creditur; hanc igitur secuti *gigantes* in cœlum impetum facere præsentatur, dum juvenes porcellam insultare cernuntur, percussi sunt *gigantes* jaculis cœlo missis, fulmine, imbre, æstu, frigore, pro quibus in spectaculo sunt ignescentes globi, aqua, & urticæ a contignatione intortæ; demum ut juvenibus sanequam attritis afflictisque sordidum animal solummodo lucro est præque manibus habetur, ita *gigantibus* spe frustratis præterquam quod pœnas maximas dedere, injusta etiam est temere appetendi turpitudo atque infamia, cujus facti simile omnibus iis evenire solet, qui nimia atque ea quæ supra captum hominis sunt, consequi animum inducunt. Namque pro rebus magnis appetitis abjectissimas ac indecoras solummodo nanciscuntur. Quamobrem spectaculum ejusmodi in honorem *Jovis*, ac opprobrium *gigantum* factitatum esse ætate illa prisca credendum est, idque in templo ipso *Jovi* dicato maximaque diligentia & paratum & actum. Quinetiam basilicam ipsam Episcopii templum *Jovis* fuisse, vel hoc spectaculum indicio maximo est. *Christiana* vero posteritas, cui semper placuisse videtur corrigendo servare vetusta, omniaque ad usum bonum sanctumque quantum licuit, transferre, minus id spectaculum turbavisse, sed

po-

potius ut convenientissimum religioni ac populo consuetum & gratum reliquisse. Eo enim significatur Deus optimus maximus ultor tum malorum præsertim superborum hominum, ac injuste raptare honesta nitentium, tum eorum, qui irato furentique animo cogitant in cœlos atque Dei sævire majestatem. *Jovianus* vero non omnino ab re rem vitio dedit. Namque illud scripsit, dum *Neapolitanorum* spectaculum cerneret. In quo non solum ea, quæ dicta sunt, superni jaculantur in raptores, sed etiam lotium, excrementa, fæces, & omnia quæcunque potuerunt suggerere purulenta.

CAP. XIII.

De more quodam adolescentium Nolanorum.

QUæ sacerdotum consuetudines sint, explicatum jam est; nunc de quodam adolescentulorum urbanorum more transigendum. A Januariis igitur Kalendis adusque Kalendas Martias bellum quoddam civile *Nolani* adolescentes gerunt, scilicet quousque dies abstinendi a viscere edendo, aderint: quæ Quadragesima nuncupatur. Tres igitur portæ sunt urbis, quibus adolescentes sui cujusque addicti bellum gerunt *Vicancius*, *Cortefella*, *Samuelis*. Nam interdum *Vicanciani* cum *Cortefellanis* pugnant, interdum hi cum *Samuelitanis*, aliquando vero *Vicanciani* cum *Samuelitanis*. Locus vero pugnandi *Vincancianis* & *Cortefellanis* totus agger est, qui inter utrasque eorum portas extenditur; *Cortefellani* vero & *Samuelitani* pugnant in aggere interjecto inter eorum portas. At locus pugnæ *Vicancianis* & *Samuelitanis* non extra urbem atque in aggere, in urbe ac via ipsa *Vicanciana* est, præsertim sub ipsa porticu, quæ in media urbe erecta est. Pugnatur in aggere eminus quidem glebis, cespitibus, ac luto, interdum, quum irritantur utrinque animi, etiam lapidibus. Cominus vero pugnis, cæstu, involatu, impulsu ut de aggere hostem defendat, alterutro aut in fossam aut in hortum. Item raptu, nam adjecta manu aut capillos aut collare capientes rapiunt hostem in humum. Neque silendo manus ejusmodi conserunt, sed cum clamore pugnantes magno, suosque quique hortantes, aliquando vero pugna æquo marte solvitur, plærunque ab altera victoria est. Sed tum videntur fugientium cadentia multa corpora, atque passim alia super alia corruentia, aliqui quinetiam capiuntur, in quos atque prostratos pugnis quantum lubet, sævitur. Interdum fugientes refecta acie additoque animo convertuntur adversum vincentes jam acriter, ut illorum impetum sustineant, perstringant cogantque eos etiam terga dare atque reddere vicem pœnæ, interdum victis nulla spes reficiendi aciem restat. Quare quanto maximo cursu possunt fugiunt; victor vero acriter instat sequendo adusque portam adversam, quam claudere quoque aliquando coguntur, qui victi sunt. Victores vero tum verba cantant in contemptum fugientium inclusorumque. Sed tamen hoc non diu licet agere. Namque omnes viciniæ tum colliguntur, ac aperta porta in pauciores incurrunt, quos superant, profligant, ac in fugam retrovertunt, insequuntur fugatos adusque portam adversam. Ea pro re raro vincentes adusque portam fugientem insequuntur. In hisce certaminibus frequenter pugnant adolescentes natu quindecim annorum plurumque usque ad xx. Veruntamen utrinque veniunt spectatum quam plurimi natu majores, quorum quisque suis favet, atque quum rem inclinatam vident, ineunt pugnam, in quo adeo turgescunt interdum spectantium animi, ut etiam senes nihil pudeat in aciem eam descendere, ac se pugnis vehementer contundere. Hora vero pugnæ postmeridiana datur. Neque omnes ado- A lescentes civesve ad hanc semper pugnam descendunt, sed frequentissime plebei, interdum etiam primarii. Longe autem frequentius in aggere pugnatur, quam in urbe; atque ut rarissime certatur inter *Cortesellanos Samuelitanosque*; ita creberrimæ maximæque pugnæ committuntur inter *Vicancianos* & *Cortefellanos*. In quo illud maxime mirum licet spectare; namque etsi vespere pugna maxima pugnatum sit, postera omnes amici consuetudinem agunt, qui hesterna tanquam hostes inter se concurrerant, simulque ridentes egregie facta recensent, ac validiores laudantur, victi vero æquo animo fortunam ferunt. Hic ipse mos ab antiqua profectus esse videtur institutione. Prisca enim illa ætas omni ratione, qua po- B tuisset, conata juvenes ad bella ac pugnas evocabat, parabat, instruebat. Hæc enim imago præludiumque quoddam est illius, quæ armis pugna certa committitur. Ex quo fides quoque nobis major sumitur, non parvam fuisse curam artis militaris apud priscos *Nolanos*, veluti superioribus sæpe jam monstratum etiam est.

CAP. XIV.

De vindemia & more quodam paganorum cum vindemiam faciunt.

ARboreta omnia non vineta *Nolana* esse superio- C ribus dictum est, eam ob rem vindemia fit scalis longissimis pluribusque arbori admotis; undique enim rami veluti promissa brachia exerti sunt, quibus malleoli flagellaque cum racemis plurimis deorsum luxuriantes sustentantur; quaternæ quinæve scalæ singulis arboribus admoventur; singulis vero scalis singuli racemorum decerptores, quos videmiatores vocant, utuntur. Turba vero horum varia est. Nam aliquando quindecim decerptorum est, aliquando viginti, & xxv. ac xxx. fert quisque sursum cistam turbinatam cujus basis conus est, suprema pars ampla ac virgulata; amplitudo est decem palmorum, altitudo pauco minor brachio; habet capulum qua vimen in semicirculum flexum supra os utrinque D affixum est, cui longus funis atque uncus ligneus alligantur; hæc fiscina nuncupatur a findendo; namque quum plenæ ascendit suo cono vites ac ramusculos implicatos findit, (ut *Varro*) a ferendo, aut quod contexta viminibus tota est fissilis; fiscinam ergo racemorum plenam manu veluti facta trochlea per ductarium funem demittit ab alta arbore vindemiator; atque alta voce assidue clamat nuncians fiscinæ descensum; humi vero pueri sunt, quos fiscinarios vocant, qui demissas fiscinas capientes in folium invertunt extemplo, racemosque de fiscina in illud excutiunt; folium vero cupellum a cupo & & capacitate vocant, vel *Græcum* nomen servantes κύπελλον· nam hoc est calicis pars, quæ humore im- E pletur; folium autem tres fiscinas capit, fiscinam vero evacuatam videmiator sursum iterum per eundem funem paulatim retrahit. Cupella singulatim capiti imposita defert ad currum mulier una, aut altera quam cophinariam appellant; currui enim magnum folium superpositum est, quod recte vocant labellum *Nolani*: est enim labrum & labellum vinarium; curru deinde labellum plenum uvarum conculcatarum ad lacum convehitur; hæc est *Nolana* vindemia. At vero vindemiatores ea die, qua pro quoquam vindemiam faciunt, atque per totum vindemiæ tempus *Bacho* Deo pleni esse, ac furere pror- F sus videntur. Tria enim præter omnem consuetudinem modumque factitant, esum, vindemiam, clamorem lascivientium; singuli enim tantum comedunt una die, idque ter, quantum alias quatuor hominibus satis esset, quinetiam celerrimam vindemiam, ac rem omnem agunt ridentes, saltantes,

currentesque, quum humi sunt, scalas quoque altissimas erectasque altera manu de arbore ad arborem assidue facillimeque transferunt. Clamor vero captum omnem hominis superat, atque qui vix audientibus creditur. Nam omnino furentium est. In agro quinetiam in quo vindemiant, semper pudibunda vindemiando inclamant, obscœnasque quasque partes suis nominibus pronunciantes, veneres vel obscœnissimas se optare exclamant, eas jactant, minitantur; idque omnibus iis, qui humi sunt: atque ob hæc dicta etiam risitant atque cachinnantur. Quod si agri dominum dominamve aut domesticos horum spectarint (Namque tota familia ad agrum vindemiamque se conferre solet) tum veluti crabrones irritati simul omnes exclamant, atque certatim efflant, quod cuique venereum lubet; reliquos vero advenientes ad agrum aut forte per transeuntes, non modo his ipsis verbis excipiunt, sed etiam omni genere conviciorum lacessere gaudent; quod si in itinere obvii fuerint vel civibus vel hospitibus tum convicia auditu mirabilia inveniunt, atque contorquent in eos præter injectas omne genus veneres. Nec parcunt regulis, magistratibus, aliisve summis viris. Sacerdotibus quoque præsertim cœnobitis, omnium furiarum furentissimi eadem male obscœneque dicta incutiunt, sicubi viderint. Neque ob hæc pœnas ullas solvunt, more loci eos absolutos ferente. Monentem vero, si quis eos castigare velit, derident, ac exerta lingua contemnunt, oreque ipso in eum

A oppedunt, pudor nullus, reverentia omnis deleta est in eis, loquendi summa licentia atque, arrogantia in promptu est, demum non homines videntur, sed *Satyri* ac *Bacchi* sacerdotes petulantes, injurii, lascivientes, luxuriantes. Postquam vero vindemia exacta est, omnia sanant, oblivionique omnem illam obscœnitatem mandant, modestiam amant, eademque temperantur, pudor eos regit, verba omnia (ut decet) ab omni obscœnitate purgata proferuntur, quasi exhalarit insania; eundem nempe spectare est honeste viventem, qui non ita pridem fuerat maximis corruptus insaniis. Verumtamen hunc ipsum morem inolevisse paganis *Nolanis* ab orgiis *Bacchicis*

B atque trietericis, veluti *Bacchum* ipsum nascentem quotannis atque vindemia ipsa celebrantibus, quamobrem modo quodam sacer habitus esse videtur mos isce. Ex quo nobis conjectari licet, priscorum *Nolanorum* diligentiam summam atque studium magnum in re agraria extitisse. Namque sicuti rusticis æquo animo tantam libertatem concedentes, videntur voluisse *Bachum* per sua sacra coli, excipi atque doliis condi; ita vites, arbores, arboretaque summa cura atque diligentia coluisse, creduntur. At vero *Henrice* princeps eo jam (ut vides) reversi sumus, unde principium facientes fuimus progressi; ab agro enim auspicati in eundem cunctis, quæ ad urbem *Nolam* patriamque nostram spectarent pertractatis, rediimus.

C Quod nisi eadem iterum recensere velimus, fas est, modum hic atque finem faciamus.


FINIS.



IN-

INDEX
AUCTORUM, NOMINUM, RERUM ET VERBORUM.

A.



Bella *a mense Octobri nivibus tecta* 3. C
—— *aquilonem ventum ingentem generat* 4. B
—— *non tantum Clanium, sed etiam plerosque alios magnos fontes parit* 4. B
—— *nullo insigni malo infamatus* 1 C
—— *plurimas producit & alit cicadas* 4. D
—— *unde dicta* 4. C
Abundorum *familia* 70. A
Ædilis *Magistratus a Regulo creatur* 80. D
Ædium *magnarum partium descriptio* 57. A
Ædes Nolanæ *quantum quotannis solvere tenentur* 82. B
Ædium Nolanarum *antiquarum figura ignoratur* 56 E
—— Nolanarum *numerus* 59. A
—— Nolanarum *præsentium descriptio* 56. F
Agnus *albus cum cornibus auratis a stabiis ad Præsulem Nolam mittitur quotannis* 20. A
Agri *fœcunditas homines ad agriculturam allicit* 29. D
Albertinorum *familia* 68. B
Alfanorum *familia* 71. D
Amphitheatra *cur non potuerunt fuisse extructa muris vicina, vel extra urbem* 13. C
—— *fuerunt intra muros urbis antiquæ* 34. C
—— *inter & arces discrimen* 15. B
—— Nolana *quantum a se invicem distant* 13. B
Amphitheatri *marmorei forma ante extirpationem* 14 C
Amphitheatrorum *duorum reliquiæ quædam Nola restant* 12. C
Amphitheatrum *Marmoreum ab Urso Ursino funditus extirpatum est* 14. B
Angelicorum *familia* 72. D
Angelorum *familia* 74 A
Annibal *primo apud Nolam a Romanis Nolanisque victus* 23. A
—— *ter Nolam summo conatu aggressus est* 24. D
—— *ubi castra metatus ad oppugnandam Nolam* 16 D
Apollinis *imago a populo & Sacerdotibus quare distructa & quando* 54. D
Aqua *ex puteis Nolanis optima* 5. C
Aquæ *ab illuvionibus advectæ in Clanium vel Lagi-num influebant* 17. E
—— *in agro Nolano stagnantes putrescunt, & aërem vitiant atque morbos afferunt gravissimos* 4. F
Aræ *Basilicæ Nolanæ* 46. B
Arbores *& plantæ variæ exoticæ in agro Nolano proveniunt* 6 E
—— *Frutices & Herbæ, quæ in agro Nolano facile proveniunt* 6. C
Area *antiquæ urbis Nolæ* 13. B
—— *Nolæ præsentis* 32. B
Arx *Nolana ubi sita* 41. D
Assessoris *officium quale* 79. F
Astracum *quid Nolanis significat* 57. B
Atella *quibusdam commœdiis nomen fecit* 28. C
Atrium *quis in domo est locus* 57. A
Attellana *commœdia introducta Nolæ* 84. C
Aucupium *aquilarum & milviorum quomodo instituebatur* 35. E
Auditoris *Nolani munus* 80. A

Avellana *quomodo crescit* 36. E
Avellanarum *collectio quanta Nolanis* 77. D
Augusti *templum Nolæ* 16. A
Augusto *a Tiberio Nolæ templum erectum* 23, B
Augustus *Cæsar Nolæ diem obiit supremum* 23. B

B.

Balletarum *familia* 70. B
Bantii *fides erga Romanos* 25. A
Banilorum *familia* 74. C
Baronum *familia* 71. B
Basilica *divæ Claræ* 53. B
—— *Episcopii a quibus incœpta & perfecta* 59. E
—— *Felicis fuit templum Jovis* 50. D
—— *Joannis Baptistæ possidetur a Vespillonibus* 48 D
—— *quomodo fuit tempore divi Paulini* 49. B
Basilicæ *antiquæ atque parvæ descriptio* 47. E
—— *divi Francisci descriptio* 52. E
—— Nolanæ *descriptio* 45. D
—— *Paulini descriptio* 50. A
Beatricis *puellæ venustissimæ historia* 75. C
Bellum *Jovis cum Gigantibus quomodo Nolæ repræsentetur secundum Auctorem* 88. C
Besbicus *princeps Gigantum* 22. C
Besbius *dictus Vesuvius a duce quodam Pelasgo* 22. C
Bibliothecæ *descriptio* 58. C
Biginæ *mares & feminæ, qui dicuntur* 63. C
Blasius *cum turmis militum clanculum Nolam intravit, & quem in finem* 25. C
Boarium *forum ubi situm* 41. B
Boccalatorum *familia* 68. B
Bottem *cur Nolani vas magnum vocant* 57. E
Bulinorum *familia* 73. A
Bursellorum *familia* 74. C

C.

Cæscum *quid Nolanis significat* 39. C
Cælabriorum *familia* 68. B
Caeriorum *familia* 73 E
Cæsarinorum *familia* 69. B
Cajetanorum *familia* 73. E
Campanæ *magnæ nondum inventæ tempore divi Paulini* 51. E
—— *pro mortuis pulsantur* 64. E
Campaniæ *locorum nomina potius Græca quam Latina esse* 22. E
Campasanorum *familia* 72. E
Campionum *familia* 71. E
Candiciorum *familia* 73. D
Canditarum *familia* 69. D
Canonicorum *quatuor sunt dignitates* 61. E
Capellarum *Nolanarum pro sepeliendis mortuis descriptio* 64. B
Capitaneus *quotannis a Regulo constituitur* 79. E
Caposcrofarum *familia* 70. B
Carucciolorum *familia* 71. E
Carcer *est in arce Nolana* 41. E
Carminianorum *familia* 74. E
Castellamina *quæ dicuntur* 65. C
Castellum *ad mare esse Stabias non est verum* 20. B
—— *ruptum cur dixerint posteri Amphitheatrum marmoreum* 15. A
Catapanes *præsunt eduliis & eorum mensuris* 80. B
Cavædii *& Hortorum descriptio* 58. A
Cellæ *vinariæ & doliorum descriptio* 57. C
Chorospita *quæ loca sint* 47. A

Cice-

Cicero (*Marcus Tullius*) *citatus* 18. D 19. D
Cicala *oppidum in collibus Gecalæ* 38. B
Civitates *mortuorum Neapoli & Syracusis videntur* 64. A
Claramontiorum *familia* 74. A
Cocorum *familia* 69. B
Cœmeterii *descriptio* 26. F
Cœnobitæ *feminæ tria intra Nolam habent cœnobia* 63. B
Cœnobium *in quo divi Augustini sacerdotes inhabitant* 53. D
Columella *citatus* 21. C
Comparatio *diametri Urbis Nolæ hodiernæ cum antiquæ urbis diametro* 32. E
Conclavis *descriptio* 58. A
Conflictus *equitum fit a nobilibus Nolanis* 85. E
Convivium *opipare extructum post exequias celebrant* 66. C
Coronarum *familia* 68. B
Corpus *Felicis Martyris ignoratur ubinam sit* 55. A
Coryleta *in agro Nolano sunt* 36. D
Criptoporticus *ad voluptatem extructus* 39. C
Crocus *optimus ex advecto semine in agro Nolano colligitur* 6. D
Crucinorum *familia* 74. E
Cubiculorum *descriptio* 58. B
Cucurbitarum *familia* 72. A
Cursus *equestris pro feriendo annulo* 86. A
Cyroliorum *familia* 72. E

D.

Decatus *nummus aureus unde sic dictus* 62. E
Defunctus *quomodo domo educitur* 65. A
Diaconi *& sacris initiati qua spe templo serviunt* 61. F
Diameter Urbis Antiquæ *quanto major hodiernæ* 32. E
Differentia *inter numerum incolarum hodiernæ & antiquæ Nolæ* 34. A
——— *inter Vesuvium & Abellam* 3. B
Dio *citatus* 2. B
Docana *vide Emporium.*
Dominedius *a Nolanis vocabatur Deus* 45. C
Dondus (*Joannes Antonius*) *Citatus* 22. E

E.

Electi Nolani *quinam dicuntur* 80. A
Emporium Nolanum *ubi extructum* 44. B
Episcopi *& clericorum proventus unde sumitur* 62. D
——— *& Reguli sepultura* 65. E
Episcopium *antiquo pavimento templi Jovis superstructum* 15. D
——— *nunc est quod antiquitus fuit templum Jovis* 31. E
Episcopus *omnium sacerdotum dominus est* 62. C
Equites *quomodo armati* 84. E

F.

Fabii *Labeonis judicium vafrum de terminis agrorum Neapolitanorum & Nolanorum* 18. C
Familiæ *in Tribu Vicanciana* 72. C
——— *in Tribu Cortesellana* 70. A
——— *in Tribu Portellana* 68. A
——— *in Tribu Samuelitana* 69. A
Familias *quare non omnes describit auctor* 67. A
Fanum *Divo Paulino dicatum in qua via* 44.
——— *Domino Jesu dicatum* 55. D
Favonii *Africique flatus perpetuo increbrescunt circa Stabias* 21. D
Fanum *Felicis duplex, subterraneum alterum & alterum super hujus testudine erectum* 54. A
Felices *fuerunt plures & quot* 54. B
——— *inter nemo fuit Nolanus* 55. D
Felicis *sancti Basilica* 15. E
Fellichiarum *familia* 73. F
Ferariorum *familia* 68. A
Feudum *nunquam dividitur* 83. B
Fiscina *unde ita dicta & quid est* 90. D
Florentinorum *familia* 74. C
Fontanarum Rosarum *familia* 74. C
Fora varia Nolana *& quid in eis tractetur* 60. C
Fossa *alta in via quæ in Laurinum fert* 17. C
——— *altera sub turre rotunda excurrens* 17. C
——— *subterranea per veterem urbem ducta* 17. D
Fragmenta *antiquarum fabricarum ubi Nolæ inveniuntur* 16. E
Franciscani *Observantes se solis mendicatis alunt* 63. A
Friciarum *familia* 69. C
Fulciorum *familia* 68. C

G.

Gabellæ *quibus rebus impositæ* 82. D
Galenus (*Claudius*) *Citatus* 20. D
Gallucciorum *familia* 70. A
Gecala *oppidum a Nolanis ædificatum* 38. E
——— *unde dicta* 38. B
Gecalæ *colles amænissimi & præter vinum variorum fructuum feraces* 37. F
——— *colles feracissimi sunt variorum vinorum* 37. F
——— *colles sunt salubres* 38. B
——— *collis meridianus marmoreus est* 37. E
Gecalani *colles in agro Nolano siti* 37. C
Gellius (*Aulus*) *citatus* 7. A
Giostra *dicitur equitum conflictus* 85. E
Gratianorum *familia* 69. F
Gratianus *Rostia peritus histrio* 84. D
Gravinarum *familia* 75. A
Griphorum *familia* 70. B

H.

Hiasiorum *familia* 74. F
Hierardorum *familia* 72 F
Hierordiorum *familia* 75. A

I.

Illuviones *non crebræ sed rarissimæ in agro Nolano* 5. B
Inclaustrum *& Inclostrum quid est* 53. A
Infantiorum *familia* 68. A
Jordanorum *familia* 68. A
Josephorum *familia* 74. C
Jovi *mactatur agnus albus* 87. B
Judæi *fœnere faciendo evasere ditissimi* 76. B
——— *omnes a Gallis sunt spoliati* 76. C
——— *aliquando Nolam incoluerunt* 76. A
Judicensium *familia* 72. D
Justinus *citatus* 9. C

L.

Labronum *familia* 73. E
Lac *caprarum oræ vesuvianæ salubre* 21. E
Laginus *quotannis excavatur a paganis* 17. F
Lagnus *vel Laginus quid Nolanis significat* 17. D
Landorum *familia* 69. C
Lauriniana *via etiam superest* 15. C
Laurinium *oppidum in agro Nolano* 5. C
Leonis *auctoris patrui descriptio* 47. C
Leonum *familia* 75. A
Lesbii *imperium maris aliquando tenuerunt* 22. A
Lesbizire *quid significat* 22. B
Liarum *familia* 70. C
Libanius *citatus* 9. E
Liquor *decidens Manna vocatur & Divi sudor creditur* 47. B

Livius (*Titus*) *citatus* 9. A 10. B 13. E 19. D
Locus *in quo spectacula equitum eduntur* 85. C
—— *sepulturæ eorum qui ultima sacra a sacerdote non acceperunt* 66. A
Longiettæ *vel Scænulæ descriptio* 58. C
Luctus & *Vestitus lugubris Nolanorum* 66. D
Lysiorum *familia* 73 D

M.

Macodorum *familia* 69. D
Magister *nundinarum a Regulo creatur* 81. A
Manus *argentea in qua variæ adservantur reliquiæ* 52. C
Marcellus *ex quot portis occurrit Annibali Nolam invadenti* 13. E
Marifeelarum *familia* 70. C
Marmora *inveniuntur in agro Nolano incisis Ducum nominibus* 29. A
Marmora *unde convecta ad ædificandum Amphitheatrum* 14. E
Martinorum *familia* 74. D
Martyrum *quænam erant reliquiæ in Basilica* 51. E
Masseorum *familia* 70. B
Mastrillorum *familia* 70. D
Mastrillius *Gabriel senex quotannis octoginta nepotes & unum, convivio excipiebat* 70. D
Matrensium *familia* 69. C
Matrimonia *Nolanorum* 83. C
Megaldorum *familia* 74. E
Mennatorum *familia* 69. A
Mensula *in agro Nolano illuvioni obnoxia* 5. A
Mensuræ *avellanarum* 77. D
Mephitis *unde dictus, & ubi situs* 1. C
Mercatus *Nolanus* 47. E
Meretriculæ *ubi se prostituant* 62. A
Monachi *sectantes statuta beati Augustini* 62. E
Monumenta *quædam in agro Nolano extant* 12. E
Morbus *ab illuvione ortus octo millia hominum in urbe & agro Nolano interemit* 5. A
Morganorum *familia* 73. D
Morrarum *familia* 73. D
Motonum *familia* 71. E
Motoriorum *familia* 73. A
Munciolarum *familia* 74. A
Muri *urbis Nolæ descriptio* 39. D

N.

Navis *quæ pars domus appellatur* 58. F
Nemus & *quærcetum perpetuum erat ab Urbe Nola versus Vesuvium* 35. D
—— *totum extirpatum pro liberiori aucupio* 36. C
Nola *adhuc in iisdem sedibus est in quibus olim fuit* 31. B
—— *antiqua frequenter habitata fuit* 33. E
—— *hodierna habitata vix duodecimam antiquæ urbis partem continet* 33. F
—— *quoties capta ab hostibus* 25. B
—— *quo tempore a Mauris Vandalisque vastata* 25. C
—— *tempore beati Paulini a Mauris Vandalisque vastata est* 12. E
---- *unde ita dicta* 10. A
---- *urbs quomodo in illuvionibus servata* 17. A
Nolæ *antiquæ diameter* 13. C
—— *erat pars e ligno crucis* 52. A
---- *præsentis figura est undecim angulorum* 31. F
---- *quasdam cæremonias Jovi faciebant contermini populi* 87. A
---- *situs acomodatus ad hominum consuetudinem & belli occasiones* 10. C
---- *urbis situs* 8. F
Nolana *res quam ampla fuerit bello secundo Punico* 11. E
------ *res quantum creverit post bellum Punicum secundum* 12. C
------ *gens unde originem sumpsit ambiguum* 9. A
Nolani *adolescentuli & puellæ sertulam affabre contextam capiti imponunt* 23. F
------ *agri præsentis termini* 18. D
------ *bello secundo Punico fidem Romanis servarunt* 24. D
------ *cum Samnitibus arma consociarunt* 11. B
------ *cur dicunt aquas filiare* 4. E
------ *cur diu peregre vivere non possunt* 79. B
------ *cur extra mœnia domus non ædificent* 11. D
------ *duce Marcello totum Samnium vastant* 12. B
------ *ediderunt libros de re rustica* 29. E
------ *etiam nunc Latinas voces exacte proferunt* 30. D
------ *fidem & amicitiam semel inceptam semper servant* 24. B
------ *fædus cum Samnitibus utrum ad ultima servarint* 24. C
------ *fuerunt Philosophi* 27. F
------ *Gallis militibus obstitere ne captos duces Nola abducerent* 25. D
------ *homines sunt pulcherrimi* 31. A
------ *invenerunt usum campanarum* 24. A
------ *liberaliter hospites excipiunt* 78. B
------ *Magistratus* 79. D
------ *magna cura rem rusticam & agros excoluerunt* 29. C
------ *non aluerunt odia civilia* 30. E
------ *non tantum inter se verum etiam cum exteris amicitiam colunt* 26. A
------ *ab Atheniensibus oriundi* 9. E
------ *opulenti & elgantes fuerunt* 30. C
------ *præcipue exercent agriculturam* 77. B
------ *qui magnam possent exercere mercaturam* 76. E
------ *quo tempore maxime armis viguerunt* 28. F
------ *summe oderunt homines qui fidem frangunt* 25. F
------ *templum victoriæ dedicarunt* 11. C
------ *utpote Mediterranei populi non facile se mari credunt* 77. B
Nolanorum *civium numerus supra quinquaginta millia fuit* 12. D
———— *mores & sermo non fuerunt barbari* 30. D
———— *Varii pagi & Villæ ab Romanis emptæ paulatim crevere in oppidi formam* 19. C
———— *vestes & ornatus* 78. A
Nolanos *non inglorie artem militarem tractasse, unde constat* 28. D
Nolanus *ager a crebris pagis & Villis fuit occupatus* 29. C
——— *ager a Mephiti versus urbem continet arva leguminum feracissima & frumentorum* 35. B
——— *ager caret omni flumine & fonte* 5. B
——— *ager inter optimos a Virgilio recensetur* 6. F
——— *ager quare fertilis* 6. A
——— *ager quousque protensus* 18. B
——— *ager vacat arena & saxis* 5. F
——— *populus in quam potentiam auctus* 10. F
Notariorum *familia* 75. B

O.

Octavium *Oppidum intra terminos Nolani agri* 18. E
Oppida *varia jure Pontificio & Civili a Nolanis gubernantur* 19. F
Ossa *defunctorum extra urbem abjiciuntur* 66. B

P.

Paccarum *familia* 69. F
Pagi *varii in agro Nolano* 39. B
Pagus *Nolanus dictus sanctus Paulus* 39. A
Palatium *Palmæ a quibus extructum* 59. F
Palmæ *planum quis locus appellatus* 35. D
Palmensium *familia* 72. C

Papponum *familia* 72. A
Pauli (*Lucii*) *galea a Romanis recuperata* 33. B
Paulini *beati ceremoniæ* 81. A
——— *carmen de ligno crucis* 52. A
——— *dies Natalis cum die reditus ex Africa confusus* 53. E
——— *divi Epistola ad Severum Sulpitium* 49. C
——— *varia carmina in arcubus Basilicæ* 50. E
Paulinus *quo tempore vixit* 50. A
——— *servus & Olitor in Africa omnes Nolanos Africana servitute liberavit* 53. D
——— *sua libenter pauperibus largiebatur* 55. F
Paulus *Diaconus citatus* 12. E
Perariorum *familia* 71. F
Perilliorum *familia* 69. F
Perioanniorum *familia* 73. C
Perusinorum *familia* 74. D
Pestilentia *toties Nolanis expectanda, quoties pluviæ valles Gecalanas compleverint* 18. A
Philosophia *antiqua a solis Poëtis tractabatur* 28. A
Plinius (*Cajus secundus*) *citatus* 9. B
——— *Nepos citatus* 21. A
——— *semper recta navigavit versus Vesuvium* 21. B
——— *suffocatus incendio Vesuvii* 3. A
Pluvia *cineris subrussi ex Vesuvio* 3. B
Pompa *quæ in matrimoniis celebratur* 83. E
Pompæ *funebris Nolanorum descriptio* 65. B
Populi *vicini agro Nolano* 1. B
Porta *Cortefella a quibus dicta* 40. A
——— *Samuelis unde dicta* 40. A
Portas *Nolæ antiquæ fuisse duodecim* 13. E
Portellum *quare ita dictum* 39. E
Porticus *Nolanæ descriptio* 43. B
Præfectus *arcis à Regulo constituitur* 80. F
——— *a Regulo est in arce Nolana* 42. A
Prælia *varia circa Nolam commissa sunt* 10. E
Præmia *quæ postremo nundinarum die proponuntur* 81. E
——— *quis in conflictu refert* 85. D
Processus *magistri nundinarum descriptio* 81. B
Puellæ *Nolanæ non licet nubere alicui extero* 84. A
Pugnæ *adolescentium hora qua* 89. F
Pugna *adolescentium Nolanorum* 89. B
——— *creberrima inter quos juvenes* 90. A
——— *& raptus porcellæ* 87. D
Putei *in agro Nolano facile fodiuntur* 5. C

Q.

Quæstor *Nolanus a publicanis pecuniam exigit* 80. C
——— *Reguli quis* 80. D

R.

Reges *varii circa Nolam veniebant aucupatum* 35. E
Regia *ab Urso incæpta cur perfici non potuerit* 43. A
——— *sive Regulorum domus intra muros Nolæ est* 42. B
Reharum *familia* 70. B
Reliquiæ *quatuor antiquæ Nolæ supersunt* 14. A
Risiorum *familia* 72. C
Rivulus *agri Nolani hiberno tempore fluens, æstate vero arescens* 5. B
Romani *non cum Samnitibus solis sed cum Nolanis bellum Samniticum gesserunt* 11. B
——— *quare non paucas villas in agro Nolano extruxerunt* 29. E
Romanorum *familia* 74. B
Rosarum *& florum serta letitiam testantur* 87. B
Russorum *familia* 70. A

S.

Sacella *subterranea quomodo in urbe Nola effecta* 56. A
Sacellum *divi Paulini* 53 C
Sacellum *subterraneum divo Felici dicatum* 47. A
Sacerdos *a Stabiis mittitur cum agno albo, quem Præsuli offert* 86. E
Sacerdotes *constituti sedent in Chorhospitis* 61. D
——— *quomodo Præsulem Nolanum venerantur* 86. C
Sacerdotum *Nolanorum quot genera* 61. C
Sacristanus, *quis dicitur & ab Episcopo eligitur* 62. C
Sala *unde Nolanis dicta* 58. A
Sanctorum *familia* 69. E
Sansonum *familia* 72. F
Sapinorum *familia* 75. A
Sardorum *familia* 69. E
Sarinorum *familia* 69. A
Savorum *familia* 71. D
Scavetorum *familia* 74. E
Sclavorum *familia* 72. A
Scrignarii *familia* 71. D
Sebeti *fluvii ortus in Vesuvio* 3. D
Sebetus *secundum non nullos oritur e paludibus, quæ sub Abella congeruntur* 3. D
Senatus *& primarii Urbis propriæ civitatem constituunt* 24. F
Sertula *Campana optima quæ in agro Nolano nascitur* 8. E
——— *Campana Reges & Duces coronati sunt* 23. D
Servatoris *templum ubi situm* 15. F
Sergius *Citatus* 7. E
Sessula *celebre quondam oppidum, quare relictum* 1. D
Sicoransarum *familia* 70. A
Silius (*Italicus*) *citatus* 9. C 10. B
Solinus *citatus* 22. A
Sontes *quomodo pœnas dant absque corporis dolore* 60. F
Spatarellorum *familia* 75. A
Spectacula *quæ Nolæ redduntur* 84. B
Spectaculum *equitum* 84. E
Spira *marmorea & trabs in qua varia Mensurarum genera sunt excavata* 60. E
Sponsa *manet ante matrimonium aliquot menses domi paternæ* 83. D
Stabiæ *emporium Nolanorum fuit* 30. A
——— *ubi sitæ fuerint* 20. B
Statua *Ursi ex marmore Pario supra Regiæ Ostium* 42. F
Stephanus *citatus* 9. C
Strabo *citatus* 9. B
Suffolanorum *familia* 70. C
Syndicus *vide Quæstor*

T.

Tabernarum *ordo prope Episcopium* 48. E
Tancillorum *familia* 73. B
Tangorum *familia* 69. C
Tanoillorum *familia* 70. A
Templa *erecta in urbe Nola ostendunt quantam divino cultui operam navarunt* 26. B
——— *varia Nolæ fuerunt* 27. E
Templum *Apollinis fuit, quod nunc cæmeterium vocatur* 27. E
——— *Divæ Mariæ Episcopium vocant* 45. B
——— *divo Angelo dicatum in jugo Gecalæ* 39. B
——— *Felicis in platea ubi erectum* 44. C
——— *extra urbem esse cæmeterium appellatum* 26. E
——— *Jovi servatori dicatum hodie servator dicitur* 26. E
——— *nobile aliquod fuit in vico prope portam Cortefellam* 26. D
——— *Nolæ Mercurio dicatum* 16. B
Termini *agri Nolani* 1. A
——— *agri Nolani præsentis* 34. C
Tethiorum *familia* 72. B
Tiberius *Cæsar Templum Augusto Nolæ erexit* 59. D
Toccorum *familia* 72. C

Todonum *familia* 69. A
Tophinum *a Topho altissimo in agro Nolano appellatum* 6. A
Torrens *subitus ab Abella aëre etiam sereno sepe defluit* 1. D
Torrentis *eruptionis descriptio* 1. E
Torrentes *quomodo ab agro Nolano devertuntur* 1. D
Triumphorum *familia* 72. F
Tumulorum *antiquissimorum descriptio* 15. C
Turres *in miris urbis variæ* 40. B
Turris *Campanarum descriptio* 47. E
—— *Jopparellorum ubi sita* 11. A
—— *nunciatæ oppidulum cum villis & Emporiis Nolanorum* 21. B
—— *nunciatæ ubi sita* 20. E

V.

Valerius *Maximus citatus* 18. D
Vectigalia *Nolanorum* 82. E
Venarum *familia* 74. B
Vergonia *& pena & locus in quo puniuntur dicitur* 61. A
Verillorum *familia* 74. E
Verteraimorum *familia* 74. C
Vescianum *oppidum a quibus extructum & ubi* 38. C
Vespillones *prorsus profani sunt* 63. D
—— *quid agant & qui ita vocantur* 48. D
Vespillonum *vestes quales sunt* 48. E
Vesuviani *incendii descriptio* 2. B
Vesuvius *& Abella celsitudine fere pares* 1. B
—— *a nonnullis dictus a favillis quas eructare solet* 22. D
—— *infestus cinerum eructatione* 2. B
—— *mons dictus Lesbius* 22. A
—— *non conjungitur cum agro Castelli admare* 20. F
Veujus *quis locus in Vesuvio* 3. B
Viæ *minus Principales in Urbe Nola* 43. E
—— *Nolanæ quænam marmore stratæ sunt* 44. D
—— *Principes quot & quæ in Urbe Nola* 34. D
Vicantius *nomen portæ unde sic dictus* 39. E
Victoriæ *templum priscum* 15. D
Vicariensium *familia* 72. B
Vilielmus *primus Judæus qui Nola habitavit* 76. A
Vindemia *Nolanorum* 90. C
Vindemiatores *Nolani Bacho pleni esse videntur* 90. E
—— *Nolani omnia obscæna exclamant* 91. A
—— *prætereuntes omni convitio lacessunt* 90. B
—— *Nolani unde hunc morem hanserunt* 91. A
Vini *quantitas quæ quotannis in agro Nolano colligitur* 77. C
Vinorum *Nolanorum differentia* 37. A
Virgilium *non mutasse in suo carmine Nolam in oram ob negatum a Nolanis beneficium aquæ* 7. A
Virgilius (*Maro*) *citatus* 6. F
—— *cur potius oram dixerit in carmine quam Nolam* 8. B
Viri *præstantissimi libenter sese Nolam recepere* 78. C
Vitalianorum *familia* 74. D
Vites *quomodo crescunt in agro Nolano* 36. E
Vitis *quæ ingannaventum appellata & quare* 4. C
Urbs *Nolana dividitur in quatuor tribus* 67. E
Ursinorum *familia* 68. C
Ursinus *Nicolaus cænobium divi Francisci condidit* 59. D
Ursus *Ursinus Nolæ Regulus cæpit Regiam instaurare* 42. C
—— *Ursinus Regiam restaurare incæpit* 59. E

FINIS.



CATA-

CATALOGUS
VARIORUM LIBRORUM,

Quos Petrus vander Aa, è diversis Locis nuperrimè accepit, & qui sua in Officina Venales prostant.

Castellanus de mensibus Atticis, etc. fol.
Calvisii Calendarium novum. Germani Computus Ecclesiasticus, sive Calendarium triplex. Roslin Hypotheses de Mundo, 4°.
Christmannus de Calendario Romano, fol.
Clavii Apologia Calendarii Romani, 4°.
Dissertat. de tempore, anno Maced: Attic: &c. per Lalamantium, fol:
Dodwel de Cyclis Veter. Græc. & Rom. 4°.
Gaza de mensibus Atticis, fol.
Junius de Annis & Mensibus, fol.
Kalendarium Gregorianum, Calvisii, 4°.
— Hebraicum, Munsteri, 4°.
— Rom, Gassendi, fol. — — Ranzovii, 4°.
— Romanum, Rusticum, &c. fol.
— trilingue, seu de mensibus Hebræorum, Græcorum & Romanorum Dialogus, fol.
Lalamantius de anno Romano, fol.
Langius de Veteri anno Romanorum, fol.
Laurentius de Annis, Mensibus, Diebus, Horis, &c. fol.
Morestellus de triplici anno Romanorum, Mensibus, etc. fol.
Mythologia in anni partes, Pighii, fol.
Noris de Anno & Epochis Syro-Macedonum, 4.
Petitus de Anno Attico, fol.
— de anno & periodo anno Veter. Romanor: fol.
Petavius de Veteri Anno Romanorum, fol.
Scaliger de Veteri Anno Romanorum, fol.
Siccama in fastos Kalendares Romanorum, fol.
Taffinus de Veterum Romanor: anno seculari. fol.
Viola de veteri novaque Romanorum Temporum ratione. Fol.
Usserius de Macedonum & Asianorum anno Solari. Fol.
Theatrum Cometicum, Stanisl. Lubinietzki, fol. 2 voll.
Euclides Opera, Gr: Lat: Gregory, fol.
Euclides Coetzii, 8°. — Commandini, fol.
— Melder, 12°. — Elem: Lib: XIII. Rhodii, 8.
Angelis Problemata Geometrica circa Conos, Sphæros, etc. 4°.
— de infinitis Parabolis, 4°.
— de Infinitor: Spiralium Spatiorum mensura, 4.
— Miscellanea Hyperbolica et Parabolic. 4°.
— — — Geometrica, 4°.
— de Superficie Ungulæ, etc. 4°.
— Accessionis ad Steriometr. et Mechanic. 4°.
Elementa Geometriæ, per Pardies. 12°.
Gutschoven usus quadrantis Geometrici, 12°.
Geometria, per Taquet, 8°.
Blancani Horologia Solaria. Sphæra Mundi. Tycho Brahe Astronomiæ instauratæ Mechan: fol.
Gnomonica de Solariis, Sculteti, fol:
Horologium Oscillatorium, Hugenii, fol:
Memoriæ artificiosæ concentratæ decalogus, per Herseler, 4°.
Micrographia, Griendelii, 4°.
Organum Mathematicum, Schotti, 4°.
Schola Steganographica, Schotti, 4°.
Schefferus de antiquorum Torquibus, fol.
Spiritalia, Heronis, 4°.
Tacheographia, Ramsay, 8°.
Tractatus de Barometro, Gobart, 8°.
Architectura militaris, Goldmanni, 8°.
Heidmanni Architectura militaris, fol.
Architectura Militaris, Sturmii, 8°.
— Militaris Teyleri; 4°.
Starovolscius de Institutoribus rei Militari, fol.
Stratagemata Polyæni, Gr: Lat: cum notis Variorum, 8°. Winter de re Equaria, Fol:
Arriani ars Tactica, &c. Gr: Lat: Blancardi, 8.
Boeclerus de Legione Romana, fol.
Camerarius de Curandis Equis, & de Nominibus Equestribus Græcis & Latinis, fol:
Contarenus de Stipendio Militari Rom: fol.
Frontinus, Tennulii, 12°.
Hugo de militia Equestri, fol.
Hyginus & Polybius de Castris Romanor: fol:
La Chausse de Signis Militaribus, fol.
Lydius de re Militari, 4°.
Patritius de Militia Romana, fol:
Ramus de Militia J. Cæsaris, fol.
Robortellus de Legionibus, Præmiis, &c. fol.
Salinasius de re Militari Romanorum, 4°.
Vegetius de re Militari, aliaque, 8°.
Musicæ Authores, Meibomii, 4°. 2 voll.
Bayfius de re Navali, fol.
Calcagninus de re Nautica, fol:
Doletus de re Navali, fol:
Opelius de fabricat: Triremium, fol.
Schefferus & Jos. Laurentius de varietate Navium, fol:
Typhis Batavus, Snellii, 4°.
Vossius de Triremium et Liburn. Construct: Fol.
Archimedis Opera, Gr: Lat: Rivaltii, fol.
Dechales Opera Mathematica, fol: 4 voll.
Lansbergii Opera Omnia, fol.
Horoccii Opera Posthuma, 4°.
Lansbergii Opera Omnia, fol:
Opera Mathematica, Fromondi, 4°.
Taquet Opera Mathematica, Fol.
Tychonis Brahe Opera, 4. 2 voll.
Veteres Mathematici Gr: Lat: Fol.
Wallis Opera Mathematica, Fol: 3 voll.
Academiae Picturæ Nobilis, seu Vitæ ac Icones Celebr. Pictorum, Architector: &c. per Sandrart, fol:
Demontiosus, Manutius & Philostratus de sculptura, &c. veterum. fol:
Gauricus de Sculptura, sive Statuaria Liber, fol.
Holstenii commentariolus in veterem picturam Nymphæum referentem, fol.
Icones Picturarum J. Lanfranci, per Sandrart, fol.
Junius de Pictura Veterum, fol.
Labores & Certamina Herculis, Opus egregium Picturarum, per Tempest, 4°.
Picturæ in Eccl: D. Caroli ad Catinarios. fol.
Theatrum Pictorium, per Teniers, Fol.
Titiani & Pauli Veronensis Opera Selectiora, Fol.
Planiglobium Coelest. ac Terrestr. per Habrecht. 4.
Sphæra Coelestis Acad. Lugd. Bat. plano.
Sphærica Theodosii, Gr: Lat: 8°.
Apollonii Pergæi de sectione rationis & spatii, Gr: Lat: E Halley, 8°. Archimedes Arenarius, 8.
Ars Analytica Mathemat. Renaldini; fol.
Cheynæi fluxionum methodus inversa, sive quantitatum fluentium leges generaliores, 4.
Elementa Matheseos Universæ, Wolfii, 4. 2 v.
Galilæi Opera, de Systemate Mundi, etc. 4°.
Gutschoven regulæ munitionum analogicæ, 12.
Herberstein Cyclodiatomia, 4°.
——— Diatome Circulorum, 8°.
Raphson Analysis Æquation. et de spatio reali, 4.
Mathesis Cæsarea, Schotti, 4°.
——— Enucleata, Sturmii, 8°.
——— Juvenilis, Sturmii, 8°. 2 voll.
Methodus Incrementorum directo & inversa, per Taylor, 4°.
Joh. Wilson Principia Trigonometriæ, 8°.
Rast de infinitis sectionibus Conicis. 4°.
Achaja Vetus, Schoockii, fol.
Adriani Romani Theatrum Urbium, 4°.
Æneæ Sylvii Opera Geographica, Historica, etc. 4°. 2 voll.
Archæologia Græca, Potteri, fol.
Archontologia Cosmica, Lud. Gothofredi, fol. 2 v.
Arnoldi Tabulæ Geographicæ, fol.
Arriani Periplus Ponti Euxini, Gr: Lat: Stuckii, f.
Atlas antiquus, Sacer, Eccl: & Profanus, Sansonis & Clerici, fol.
—— Contractus, per Janssonium, fol. 2 voll.
Atlas Contractus, per Schenck, fol.
—— Mercatoris, fol. & 4°.
—— Novus Patrum Soc. Jesu, 4°.
Bosii Introductio in Notitiam Rerum publicarum Orbis Univ. 4.
Brietii Paralella Geographica, 4. 3 voll.
Catalogus Gloriæ Mundi, Chassanæi, fol.
Cecropia, Meursii, fol.
Civitates Orbis Terrarum, Braunii & Hogenbergii, fol. 3 voll.
Cosmographia Generalis & Geographia particularis Merulæ, 4.
Cronius, Laurenbergii, 8.
Descriptio Orbis Terrarum, per Luc. de Linda, 8.
Dicæarchi Geographica, et Descriptio Græciæ, cum Annotat. Stephani et Casauboni, fol.
Dionysii Geographia, sive Orbis Descriptio, Gr: Lat: 8. Geographia Bertii, 12.
Geographia Bunonis et Hekelii, 4.
— Curiosa, Paullini, 4. — per Luyts, 4.
— Vetus et Nova, Cellarii, 4. 2 voll et 12.
— Vetus, G. Hornii, fol.
Græcia Antiqua, Laurenbergii, fol.
— — — Palmerii, 4.

Grae-

Graecia Antiqua variis Numismatibus illustr: a Lazio, fol.
Gronovii variæ Lectiones in Stephanum de Urbibus, fol. Hellen Vindingii, Fol.
Historia Orbis Terrarum Geographica et Civilis, per Becmannum. 4.
——— Civilis, per Maskamp, 8.
Meursius de Populis Atticis, fol.
Observationes variæ et Appendix in P. Melam, Vossii, 4.
Oppida Nobiliora centum, Schenkii, fol.
Orbis Terraqueus in Tabulis Geographicis et Hydrogaphicis descriptus per Sim. Paulum, 8.
Ottonis de Ædilibus Coloniarum et Municipiorum, 8. Pausanias, Gr: Lat: fol.
Pausanias, Latinè, Sylburgi, 8.
Philo de VII. Orbis Spectaculis, Gr: Lat: cum Notis L. Allatii, fol. Ptolomæi Geographia, f.
Rerum Græcarum Liber, Lazii, fol.
Respublica, Aquinas de Rebus publicis, 24.
— Postellus de universitate et Cosmogr. 24. 2 voll.
Rubenius de Urbibus Neocoris, etc. fol.
Sceleton Geographicum, Stahlii, 4.
Scylacis Periplus, Gr: Lat: Vossii, 4.
Sigonius de Republica Atheniensium, fol.
Sponius de Pagis Atticis, 4.
Stephanus de Dodone, fol: et 4.
— de Urbibus, Gr: Lat: per Pinedo, fol.
— Idem, Berkelii, fol. et Idem Holstenii, fol.
Strabo, 12. 2 voll.
Tabulæ Geographicæ, Ptolomæi. fol.
Theatrum: Bellicum incipiens a Carolo II. Hispaniarum Rege ad Carolum III. per Petrum Schenck, fol.
— Orbis Terrarum cum Parergon, Ortelii, fol.
— Urbium Orbis Terrarum, Fol. 8 voll.
Thesaurus Geographicus, Ortelii. fol.
——— Rerumpublicarum, Oldenburgeri, 8. 4 v.
Veteris Orbis Tabulæ Geographicæ, Juxta Pomp. Melam, 4.
Universum totale, per Vlasblom, Fol.
Acta Aloysii Gonzagae, fol.
Alberici Chronicon, per Leibnitzium, 4.
Allix de anno et mense Natali J. Christi, 8.
Annales Mundi Universalis, Robinsonii, fol.
— Thucydidei, per Dodwel, 4.
Arca Mosis, per Hornium. 12.
Archontes Athenienses, Meursii. fol.
Areopagus, Meursii, fol.
Baconis Historia Regni Henrici VII. 12.
Barclaii Argenis, cum Clave. 8. — Idem, 12.
Boeclerus de rebus Seculi XVI. 8.
Breviarium Chronologicum Strauchii, 8.
Bruti Opera Varia. 8. 2 voll.
Ceramicus Geminus, Meursii. fol.
Chronicon Antonini, fol. 3 voll.
——— integrum Tironis Prosperi Aquitan. Fol.
Clavis Historiæ Thuaneæ. 4.
Compendium Historiæ Universalis, Clerici. 8.
Epitome Historiarum, Cluverii. 4.
Eusebii Thesaurus Temporum, Scaligeri. fol.
Fasciculus Temporum, fol.
Flosculi Historiarum delibati. 8.
Fortuna Attica Meursii. fol.
Gasp: Contareni Opera Omnia. fol.
Gobelini Cosmodromium, etc. fol.
Gregorii Episcopi Turonensis Opera Omnia et Fredegardi Epitome et Chronicum, cum emendat. T. Ruinart. fol.
Historia antiqua et medii ævi, per Cellarium. 12. 2 voll. — Augustæ Scriptores, Obrechti. 8.
— Chronica, Gr: Lat: Malalæ, 8.
— Dynastiarum, Pocockii, 4.
— Epitome, per Tursellinum, 8.
— omnium Gentium, Locorum & Temporum, Hornii, 4.
— Sæculi XVI. Perizonii, 8.
— Universalis, Boecleri, 8.
— — Breweri, 8. 6 voll. — — Cellarii, 12. 3 v.
— — Kippingii. 4.
Hortulus Histor. Polit. Reusneri. 12.
Introductio ad Historiam Europæam, Puffend. 8.
Meursius de regno Laconico, fol. & 4.
Miscellanea Laconica, Meursii. fol. & 4.
Opuscula nonnulla Varii Argum. per Folieta. fol.
Piræus Meursii, fol.
Postellus de Republica & Magistratibus Atheniensium. fol.
Prælectiones & Institutiones Historicæ, Rechenbergii. 12. Prosperi Aquitanici Opera. f.
Rationarium Temporum, Petavii, cum continuatione. 8. & 12.
Regnum Atticum, Meursii. fol. & 4.
Salmasius in Solinum, fol. 2 voll.
Scaliger de Emendatione Temporum. fol.
Sigonius de Temporibus Atheniensium Lacedemonorumque liber. fol.
Sleidanus de IV. Summis Imperii. 8.
Tabulæ Chronologicæ, Perizonii. Plano.

Theatrum Historicum, Christiani Matthiæ. 4.
— — — & Poeticum Textoris. 8.
Themis Attica, Meursii. fol.
Thuani Historia sui temporis, cum continuatione. Fol. 4 voll.
Barlæi Historia Brasiliæ, fol. Atl.
Caroli V. Res Gestae in Africa, Europa, &c. fol.
China, per Kircherum, fol.
Historia Constantinopolitana, Christ: Besoldi. 8.
— Hierosolymitana, Besoldi. 12.
Hornius de Originibus Americanis. 8.
Historia Æthiopica, Ludolfi. fol.
— — commentarius. fol.
Franc. de Rougemont Historia Tartaro-Sinica, 8.
Vincentii Speculum Historiale, fol.
Vita venerab. Yolandæ, etc. 8.
Antonini Iter Brittanniarum, commentar. Illustr: Th. Gale. Item Anonymi Ravennatis Chorographia, 4.
Chytræi Varior: in Europa Itinerum Deliciæ. 8.
Diarium Italicum, per Montfaucon. 4.
— Sacr. Itineris Cellensis, Lambecii. 4.
Epistolæ Itinerariæ Tollii. 4.
Insignia Itinerarii Italici, per Tollium. 4.
Geographiæ compendium & Hispaniæ, Galliæ ac Italiæ Descriptio, 12. 2 voll.
Iter Germanicum Mabillonii. 8.
Itinera Alpina tria, Scheuchzeri. 4.
— Constantinopolitanum; Gisl. Busbequii. 8.
— Galliæ, Sinceri. 12.
Navigationes primæ in Americam. 8.
Novus Orbis Descriptio, Navigationes, &c. fol.
Sweertii Selectæ Christiani Orbis deliciæ. 8.
Zeilleri Instructio Peregrinationum. 12.
Annales Angliæ, Camdeni. 8.
Brittania Camdeni. 8. — Hermannides. 12.
Rerum Brittannicarum Libri VII. per Hornium, 8.
Historia rerum Brittannicarum, Johnstoni. fol.
Theatrum Magnæ Brittanniæ, Speedi. fol.
Flores Historiarum, per Matth. Westmonaster. f.
Historiæ Angl. Script. fol. —Britt. Script. fol.
Chronicum Regum Anglor. per Langhornium, 8.
Jacobi Regis Opera, fol.
Reges Reginæ, &c. Sepultæ in Ecclef. Westm. 4.
Cantabrigia Illustrata, fol.
Historia & Antiquitates Oxonienses, fol.
Marmora Oxoniensia, Prideaux & Seldeni, fol.
Scotia Illustrata, Sibbaldi, fol.
Annales Belgicae, fol. — Belgicæ, J. Douzæ, 4.
— Belgicæ, Hug. Grotii, fol.
Batavia, Junii, 4.
Belgicarum rerum Annales Sweertii & alior. fol.
Belgium Descriptio, Guicciardini, 12. 2 voll.
Hug. Grotius de Antiquitate Reipubl. Batav. 4.
Antiquitates Belgicæ, Gramaye, fol.
Boxhornii Theatrum Hollandiæ, fol.
Batavia Illustrata, Scriverii, 4.
Collectio Monumentorum Belgicorum, 8.
Respublica, Puteani Historia Belgica, 24.
Historia & origo Tumultuum Belgicorum, per Eremundum, 8. Strada de Bello Belgico, 4. et 12.
Bellum Batavorum, cum Romanis, Vaenii, Fol.
Vander Haer de initiis tumultuum Belgicorum, 8.
Chronicon Zelandiæ, Eyndii, 4.
Geropii Becani Opera Varia, fol.
Annales Brabantiæ, Haræi, fol. 2 voll.
Barlandi Ducum Brabantiæ Chronica & Icones. f.
Baudartii Polemographia Auraico Belgica, 4. 2 v.
Zabarella Auraica sive Wilhelmi III. Nobilitas. 4.
Rerum Burgundicarum Libri sex, Ponti Heuteri, f.
Balduini Avennensis Chronicon, fol.
Mercurius Luxemburgicus, 4.
Antiquitates Neomagenses, Smetii, 4.
Academia Lovaniensis, Vernulæi, 4.
Ubb. Emmii Rerum Frisicarum Historia, fol.
Altingii Notitia Germaniæ Inferioris, fol. 2 v.
Historia Gelrica, Pontani, fol.
Rerum Amorfortiarum Scriptores, Matthæi, 4.
Mæriani Topographia Bohemiæ, Moraviæ & Silesiæ, fol.
Historiæ Byzantinæ Scriptores post Theophanem, Gr. Lat. fol. Typis Regiis.
Agathias, Gr. Lat. fol. Typis Regiis.
Bandury Imperium Orientale, fol. 2 voll. Ibid.
Cantacuzeni Hist. Gr. Lat. fol. Typis Regiis, 3 v.
Cedreni Historiæ, Gr. Lat. fol. Typis Regiis, 2 voll.
Chronicon Orientale, fol. Typis Regiis.
— — Paschale, fol. Typis Regiis.
Cinnamus, Gr. Lat. fol. Typis Regiis. & 4°.
Codinus de Antiquitatib. Constantinop. fol. T. R.
Constantini Manasses Breviarium, & Codinus de Originibus Constantinopolitanis, fol. Typ. R.
Annales, Glycæ, Gr. Lat. fol. Typis Regiis.
Notitia dignitatum Imperii Romani, per Labbe, 12. Typis Regiis.
Constantini Manassis Annales, fol. Ibid.
Historia Byzantina, Gr. Lat. per Nicephorum Gregoram, fol. 2 voll. Ibid.

Institutio Regia, Theophylacti. Gr. Lat. Possini, 4. Typ. Regi.
Annales Zonaræ, Gr. Lat. Fol. 2 voll. Ibid.
Zozimi Historia nova, fol.
Crantzii Chronica Daniæ, Sueciæ & Norvagiæ aliaque, fol.
Chronica Danorum & Sialandiæ, 8.
Bartholini Antiquitates Danicæ, 4.
Historia Danica, Meursii, fol.
Beringii Florus Danicus, fol.
Respublica Daniæ & Norvegiæ, 24.
Deliciæ Daniæ, Norveg. Slesvic. Holsatiæ, &c. 12.
—— Sueciæ, Gothiæ & Finlandiæ, 12.
Musæum Regis Daniæ, per Jacobæum, fol.
Kirchman de Regibus Vetustis Norvagicis & Commentarius de profectione Danorum in Terram Sanctam, &c. 8.
Commentar. de reb. Suecicis, Puffendorf, fol.
Scondia Illustrata, per Messenium, fol.
Scriptores Septentrionales, Lindenbrogii, fol.
Lindenbrogii Diversarum Gentium Historiæ Antiquæ Scriptores. 4.
Isagoge ad Historiam Chersonesi Cimbricæ, per Mollerum, 8.
Historia Civitatis Rensburgi, 4.
Eris Scandica, Puffendorf. 4.
Crantzii Wandalia, fol. Lapponia, Schefferi. 4.
Historiæ Francorum Scriptores Coetanei, per Du Chesne, fol. 5 voll.
Valesii Notitia Galliæ, fol.
Dondinus de rebus in Gallia gestis ab Alexandro Farnesio, 4.
Historiæ de rebus Gallicis, Joh. Labardæi. 4.
Priolus de rebus Gallicis. 4.
Isagoge in notitiam Historiæ Gallicæ, per Fabritium. 8. Respublica, Florus Francicus, 24.
Germon de Veteribus Regum Francorum Diplomatibus, 12.
Henschenius de tribus Dagoberti Francor. Regibus, Ejusdem de Episcopatu & Episcopis, Trajecti ad Mosam, 4.
Julius Cæsar, apud Elzevir.
Historia Præsulum, Gariel. fol.
Frossardus & Cominæus, 8.
Chronologia Lerinensis, Parrali. 4.
Labbe de Ortu & Situ Lugdun. 12.
Annales Massilienses, Guesnay. fol.
Respublica Massiliæ per Hendreich. fol. & 24.
Cantelii Metropolitanarum Urbium Historia, 4.
Historia Universit. Parisiens. Bulæi, fol. 6 voll.
Syntagma rerum & antiquitatum Germanicarum, per Paullinum, 4.
Notitia Germaniæ antiquæ, Speneri, 4.
Syntagma Historiæ Germanicæ, Struvii, 4.
Delitiæ Germaniæ. 4.
Historia Germaniæ Universalis, Speneri. 8.
Germanicarum Rerum Scriptores IV. fol.
Fabricii Rerum Germanicarum magn. & Saxon. Univ. Memorabil. mirabil. Volumina Duo, fol.
Rerum Germanic. Scriptores Freheri, fol. 3 voll.
— — — per Heineccium & Leuckfeldum, f. 2 v.
Scriptores rerum Germanicarum, Schilteri. fol.
Rerum Germanicarum Scriptores, Urstitii, Fol.
Res Germanicæ, Wenkeri, 4.
Infantia Imperii Romani, per Neuhusium. 12.
Gervasius Tilberiensis comment. de Imperio Romano, &c. 4.
Notitia S. Rom. Imperii, Boecleri. 8.
Germania Princeps, Giovanni. 8.
Wassenberg de bello Germanico. 12.
Imperatores Romani, Hamelow. fol.
Palatii Aquila. fol.
Eginhartus Illustratus, per Weinkens, Fol.
Cisnerus de Othone tertio, Frederico II. & Conrado Ultimo. 8.
Belli Laurea Anstriaca. fol.
Annales Austriacæ, Roo. 4.
Aventini Annales Bojorum, aliorumque, fol.
Augusta Vindelicorum Sculptur. adumbrata, &c. f.
Kruger de origine & increm. Brunsvici, 4.
Origines Ducum Brunsvico-Luneburg. 4.
Rerum Brunsv. Scriptores, Leibnitzii, fol. 3 voll.
Academiæ Francof. ad Viadrum Encænia Secular. Oxoniæ celebrata, fol.
Historia Gothana, Sagittarii, 4. 2 voll.
Petri Lambecii Orig. Hamb. fol.
Werdenhagen de Rebuspublicis Hanseaticis. fol.
Balbini Miscellanea Historica, fol. 5 voll.
Boecleri diatriba de acquisito & amisso Imper. Rom. Germ. in Livoniam 4.
Monumenta Paderbornensia 4.
Bayeri Oryctographia Norica, 4.
Origines Palatinæ, Freheri, 4.
Historia Palatina Tolneri, Fol.
Schubhartus de Comitibus Palatinis, 4.
Chronicon Saxonicum, Gibsoni, 4°.
Crantzii Saxonia, fol.
Fabricii Saxonia Illustrata, fol. 2 voll.
Tractatus de meritis Saxonum in S. R. Imperii & Dom. Austr. per Rechenberg. 4.
Chronicon Schirense, 4.
Brechenmacheri Notitia Sueviæ Antiquæ, 4.
Manipulus rerum memorabilium Claustri Hemmenrodensis, in Archidioc. Trevirensi, fol.
Annales Hirsaugiensis, Trithemii, Fol. 2 voll.
Descriptio Urbis Viennæ Austriæ, 8.
Vienna ab Turcis obsessa, 12.
Neuwald de antiquis Westphaliæ Colonis, 4.
Origines Comitum Wettinensium, per Cellarium, 4. Annales Witichindi, &c. Reineccii, fol.
Trithemii Opera, Fol. Velseri Opera Om. Fol.
Thesaurus Antiquitatum Græcarum, Gronovii, fol. 13 voll. Ch. Major.
Aretini rerum Græcarum Liber, fol.
Vetus Græcia, Ubbonis Emmii, fol.
Gerbelii explicat. in Græcia Sophiani Descript. fol.
Respublica Græcorum Ubb. Emmii, 24.
Jonstonus de Festis Græcorum, fol.
Athena Attica, Meursii, fol. & 4.
Nicolaus Damascenus de Moribus Græcorum aliarumque Gentium, fol.
Exercitationes de Musæo Alexandrino, per Gronovium, fol.
Respublica Atheniensium Thysii, Fol.
Hellerus de Deo ignoto Atheniensium, fol.
Gyllius de Bosporo Thracio, Libri III. fol.
—— Antiquitates & Topographia Constantinopoleos, Libri IV. fol. & 24.
Helladii Crestomathia, per Meursium, fol.
Symbolica Dianæ Ephesiæ per Menestrier, fol.
Vindingii Hellen, fol.
Cragius de Republica Lacedæmoniorum, fol.
Marca Hispanica, fol.
Lusitania Liberata, Sousæ, fol.
Hungaricarum Rerum Scriptores Bonfinii, fol.
Specimen Hungariæ Literatæ, per Czuittingerum, 4.
Res Transylvanicæ, Betlenii, 12.
Bellum Scythico-Cosacicum, Pastorii, 4.
Blaeu Theatrum civitatum & admirandorum Italiæ, fol. 2 voll.
Civitates Italiæ in 4. foliis incisæ, cum earum Descriptione in Variis Linguis, fol.
Descriptio Italiæ, Hispaniæ & Galliæ, 12. 2 v.
Thesaurus Antiquitatum & Historiarum Italiæ Grævii, fol. 6 voll. — Id. Ch. Maj.
Casella de primis Italiæ Colonis Liber, fol.
Monumenta Veteris Antii, 4.
Miscellanea Italica, 4. 4 voll.
Mabillon Musæum Italicum, 4. 2 voll.
Ant. Carracciolus de Sacris Ecclesiae Neapolitan. Monumentis, fol.
Villamena Ager Puteolanus, fol.
Guillimannus de Rebus Helvetiorum, sive Antiquitatum Libri V. 4.
Helvetia Antiqua & nova, Plantini. 8.
Annales Heremi Dei Paræ Matris Monasterii in Helvetia, fol.
Castillionæi de Gallorum Insubrum antiquis Sedibus, fol.
Historia Laudis Pompejæ vel Lodi, per Villa Nova, fol.
Morenæ & Acerbi Othonis F. rerum Laudensium tempore Fed. Ænobarbi Cæsaris Historia, cum notis Fel. Osii, fol.
Alciati Historia Mediolanensis, fol.
Tristani Calchi Historia Mediolanensis, fol.
Carolli a Basilica Petri de Metropoli Mediolanensi Libellus, fol.
Locatus de Placentinæ Urbis Origine, &c. fol.
Cantelius de Republica Romana, 8.
Casalius de Urbe Roma, fol.
Graevii Thesaurus Antiquitatum Roman. fol. 12 voll. Ch. Maj.
P. Aringii Roma subterranea novissima, 12. & f.
Polleti Historia fori Romani, 8.
Caes. Rasponi de Basilica & Patriarch. Lateranensi, fol.
Bellorii Veterum Sepulcra seu Mausolea Romanorum & Etruscorum, fol.
Antiquitates Romanae, Hildebrandi, 12.
—— Romanae, Kippingii, 8.
—— Romanae, Rosini, Dempsteri & aliorum, 4.
—— Romanae, Nieupoort, 8.
Roma Æterna, Schenkii, fol.
P. Manutius de Civitate Romana, &c. Sigonius de Antiquo jure Civium Roman. fol.
Merula de Comitiis Romanorum, 12.
Castalio de Templo Pacis, fol.
Anonymus de Praefect. Urb. ex tempore Gallieni, ut & fragmentum Fastorum, Æg. Bucherii, fol.
Respublica Polonica, Hartknoch, 8.
Dluglossi Historia Polonica, fol. 3 voll.
Chronicon Prussiae, per Dusburg, 4.
Appianus Alexandrinus, Gr. Lat: Stephani, fol.
Aurelius Victor, cum notis Variorum, 8.
—— —— Lat: & François, 12.

Cor-

Cornelius Nepos, cum Notis Variorum, 8. & 12.
— — Lat: & François, 12.
Dion Cassius, Leunclavii, 8.
Dionysius Halicarnassaeus, Gr: Lat: fol. et 8°.
Eutropius, Cellarii, 8.
— Gr: Lat: Messala Corvinus, Jul. Obsequ. &c. 8.
Eutrope, Lat: Franç: Trad: Nouv: 12.
Florus cum notis Variorum, 8.
— Salmasii & aliorum, 4. — Freinshemii, 8.
— Minellii, 12. — Franç. & Latin, 12.
Julius Cæsar, cum notis Variorum, 8.
— Cæsaris Portus Iccius Illustratus, &c. 8.
Justinus Fabri, 8. — Grævii, 8.
Sallustius, apud Elzevir.—Minellii—Hermann.
Suetonius, 12. Typ. Reg.—cum annot. div. 24.
— Grævii, 8.
Sextus Rufus de Victoriis & Provinciis Populi Romani, cum notis Cellarii, 8.
Titus Livius cum Supplem. Freinshemii, & notis Clerici, 8. 10 voll.
— — Gruteri, Fol.
Vell. Paterculus apud Stephan. 8.
— Lat: & François, 12.
Historia Saracenica, Cælii Augustini Curionis, 8.
Annales Sultanorum, Leunclavii, fol.
Historia Constantinopolitana, Besoldi, 12.
Respublica Constantinopoleos, 24.
Hyde de Ludis Orientalibus, 8.
Smith de moribus Turcarum & notitia VII. Asiæ Eccl. 8.
Tractatus de Turcarum Moribus, &c. 12.

AUTHORES IN USUM DELPHINI.

— Apulejus, 4. 2 voll. — Aulus Gellius, 4.
— Aurelius Victor, 4. — Callimachus, 4.
— Catullus, Tibullus, Propertius, 4. 2 voll.
— Ciceronis Epistolae ad familiares, 4.
— Cicero de Officiis, 8 — de Oratore, 8.
— — Orationes, 4. 3 voll.
— — Orationes Selectae, 8.
— Claudianus, 4. — Cornelius Nepos, 4.
— Dictys Cretensis, 4. Eutropius, 4. & 8.
— Florus, 4. et 8. — Horatius, 4. 2 voll. et 8.
— Julius Cæsar, 8. — Justinus, 8.
— Juvenalis & Persius, 4.
— Lucretius, 4. & 8. — Manilius, 4.
— Ovidii Epistolæ Heroidum, 8.
— Metamorphosis, 8. — Opera Omnia, 4. 4 v.
— Phædri Fabulæ, 4. et 8. — Plautus, 4. 2 v.
— Plinii Panegyricus, 8. — Quintus Curt. 8.
— Sallustius, 8.— Suetonius, 4—Terentius, 8.
— Vellejus Paterculus, 4.—Virgilius, 8. 12. 4 v.
Authores Classici, a Mich. Maittaire edit. 12. Lond. 18. voll. nempe Catullus, Tib. Prop. Corn. Nepos. Florus. Horatius. Justinus. Juvenalis. Jul. Cæsar. Lucretius. Ovidii Opera. Phædrus. Q. Curtius. Sallustius. Terentius, Martialis. Vellejus Paterculus & Virgilius.
Æliani Variæ Historiae, Fabri, 8. Gr: Lat:
— Vultaei, 12. — Perizonii, 8. 2 voll.
— Opera Omnia, fol. Gr. Lat.
Alexander ab Alexandro, 8.—Tiraquelli, fol.
Arrianus de exped. Alex. magni, Gr: Lat. Blancardi, 8. — Idem, Gr. Lat. Gronovii, fol.
Aulus Gellius, cum notis Gronovii, 4.
Ausonii Burdigal. Griphus Ternarii numeri, 8.
Cebetis Tabula. Gr: Lat: Gronovii, 8.
Ciceronis Opera, Gruteri, fol. 2 voll. et 8. XI. v.
— de Officiis & Paradoxi, 12.
Officia Ciceronis, cum notis Graevii, 12.
Polyonyma Ciceroniana, 8.
Demosthenis Orationes Olynthiacae, 4. et 8.
Demosthenes & Æschines, Gr. Lat. 8.
Dictys Cretensis Obrechti, 8.
Diodorus Siculus, Rhodomanni, 8.
Epicteti Manuale & Sententiae, Gr. Lat. 4.
— & Cebetis Tabula, Gr. Lat. Berkelii, 8.
Herodianus Gr. Lat. recogniti & notis illustr. 8.
— Gr. Lat. Boecleri, 8.
Herodotus Gr. Lat. fol. et 8. Hesiodus, 8.
Justinus, 12. Lactantii Firmiani Opera Om. 8.
Lactantius Illustratus per Joseph. Isaeum, fol.
Lectiones Lucianeae, per Jensium, 8.
Macrobius, cum notis Variorum, 8.
Marcus Antoninus de se Ipso & ad se Ipsum, Gr. Lat. Gatakeri, 4. & 8.
Phlegon Trallianus, de rebus mirabilibus & longaevis, per Meursium, fol.
Instit. Oratoriae Quintiliani cum notis, per Gibson, 8. Quintus Curtius, 12. apud Gryphium,
Quintus Curtius, Elzevir. 24. & 12.
— — Cellarii, 12. — — Freinshemii, 4.
— — Raderi, fol. — — cum notis Variorum & figuris, 8.
Rhetores Selecti, Gr: Lat: per Gale, 8.
Thucydides Vallae & Stephani, 8.
Valerius Maximus, cum notis Minellii, 12.
— Lipsii, 12.
Xenophontis Opera, Gr: Lat: Fol. apud Steph.
Xenophontis Opera, Gr: Lat: 8. 5 voll.
— Opera, Latinè, Leunclavii, 8.
Zozimus, Gr: Lat: cum notis Cellarii, 8.
— Idem Oxon. 8.
Admiranda rerum admirabilium encomia, 12.
Allocutiones Academicae, per Kraus, 4.
Animadversiones in Salmasii Specimen, 8.
Apthonii Progymnasmata, 12.
Balbinus de amplificatione Oratoria, 12.
Baluzii Miscellanea, 8. 7 voll.
Barclaii Satyricon, 12. Barlaei Orationes, 12.
Becman de origine L. Latinae, 8.
Bencii Orationes & Poemata, 8.
Bernardi xxx. Alphabeta Samarit. &c. 4.
Berneggeri Observationes Miscellae, 8.
— Orationes, 12.
Bidermani Acroamata Academica, 12.
Oratio Funebris in obitum Rufii, per Bockelmannum. 4.
Boecleri Dissertationes Academicae, 4.
Orationes & Programmata Academicae, per Boeclerum, 4. Burgii Electa, 4.
Camerarii Horae Subcessivae, 4.
Canini Hellenismus, 8. Cassiodori Opera, 4.
Cellarius de Latinitate, cum appendice, 12.
Orationes Cellarii, 8.
Cicero de Oratore, per Pierce, 8.
Orationes Ciceronis, cum notis Graevii, 8. 6 v.
Claudiani Panegyricus, Khunii, 4.
Clerici ars Critica, 8. 3 voll.
Opuscula Colomesii, 12.
Conciones & Orationes Historicae, 12.
Corradi Quaestura, 12.
Cotterius de Hellenistis, 18. Cunaei Opera, 8.
Devarius de particulis L. Graecae, 12.
Dieterici Institutiones Oratoriæ, 12.
Emanuelis Thesauri Idea argutæ & ingeniosæ Dictionis, &c. 4.
Epitheta, per Textorem, 8.
Jani Erasmi Opera posthuma, 12.
Desid. Erasmi Roterod. Opera Omnia, fol. 8 v.
— Idem Editio Nov. fol. XI. voll. Id. Ch. Maj.
— de Lingua & alia Opuscula, 12.
— in Eleg. Vallæ, 8.
Colloquia Def. Erasmi, cum Notis Varior. 8.
— — — cum Notis Rabi, 8.
Desid. Erasmus de Civilitate morum Pueril. 8.
Apopthegmata Desid. Erasmi, 12.
Desid. Erasmi Stultitiæ Laus, cum notis Listri & fig. Holb: 8.
Erythræi Eudemiæ, 12.
Onomasticon Grapaldi, 8.
Gronovii Observationum Liber Novus, 12.
Harduini Opera Selectiora, fol.
Hermogenis Ars Oratoria, 8.
Huberus contra Perizonium, 8.
Jensius contra Francium, 4.
Orationes & Epistolæ, Isocratis, Gr: Lat: fol.
Itter de gradibus Academicis, 4.
Junianus Majus de proprietate priscorum Verborum, fol.
Animadversa Junii, ejusd. de Coma, &c. 8.
Lavaterus contra Salam, 8.
Laurentius de Professoribus, Oratorib. &c. fol.
Lipsii Opera Omnia, fol. 4 voll. — In 8. 4 voll.
Mabillon de re Diplomatica, cum Supplem. f. 2 v.
Thomæ Magistri Select. Atticæ, Dialect. Elegant. cum emendat. Blancardi, 8. Graecè.
Orationes Malagonelli, 12. — Matthæi, 12.
Palæstra Oratoria, Masenii, 8.
— — Styli, Masenii, 8.
Meursii Opera Selectiora, fol. 2 voll.
Lectiones Atticæ, Meursii, fol.
Orationes, Epistolæ & Poemata, Mureti, 8.
Oeder de Programmatis Græcorum, 8.
Orationes Diversorum, 4.
— & Epicedia in Obit. Scaligeri, &c. per Heinsium, Baudium, Puteanum, aliorumque, 4.
Panegyrici Veteres, Livinæi & aliorum, 12. 2 v.
Attica Bellaria, Pontani, 8.
Lectiones Antiquae, Rhodigini, fol.
Ringelbertus de ratione Studii, 12.
Oratio Gratulatoria de Victoria ad Seneffam, per Theod. Rykium, 4.
Sanctii Minerva, Perizonii, 8.
Programmata publica, Scherzeri, 8.
Syntagma Criticum Variorum Authorum, Schmincki, 4.
Grammatica Philosophica, Scioppii, 8.
Stephanus de Latinitate Lipsii, 8.
Stewechius de particulis L. Latinae, 8.
Tractatus de Partic. Lat. Orat. per Tursellinum, 12.
Valesii Observationes, 8.
Elegantiae Ling. Lat. Vallae. Ejusdem de Reciprocatione sui & suus, Libellus, 8.
Vavassoris Opera Omnia, Fol.
Hellenolexia, Vechneri, 8.
Orationes & Conciones Thuaneae, Vechneri, 12.

Vorstius de Latinitate merito & falso suspecta, 8.
Vossii Opera Omnia, Fol. 6 voll.
Historica Critica Latinae Linguae, Walchii, 8.
Ars discurrendi de qualibet materia, Weberi, 8.
Emblemata Alciati, 12. —cum notis Varior. 4.
— Politica Bruck, 4.
— Burgundi Mundi Lapis Lydius, 4.
— & Symbola Camerarii, 8.
— per Gille, fol. — Lauri, 4.
— Anniversariæ Noriberg, 4 — Schoonhovii, 4.
— Horatiana Vaenii, Fol. 4. & 8.
— Amatoria, Lat: Angl: Ital: & Franç: 8.
— Amoris, Vaenii, 4.
— Divini Amoris Vaenii, 4.
— sive Symbola Principum Vaenii, 4.
Hieroglyphica Ori Appollinis, 8. &c.
Achillis Bocchii Symbolicæ Questiones, 4.
Mundus alter & idem, 12.
Symbola Imperatoria, Reusneri, 8.
Symbola Typotii, Fol: & 12. 3 voll.
Typus Mundi, 12.
Anacreon, Sappho, & Theocritus, Gr: Lat: 8.
Antoninus Liberalis, Gr: Lat: Berkelii, 12.
Aristophanes, Gr: Lat: Biseti, fol.—Id. fol. Ed. N.
Aristotelis Poetica, Gr: Lat: Heinsii, 12.
Ausonius Tollii, 24.
— Burdigalensis Eidyllia, Libi Duo, &c. 8.
Callimachus Fabri, 4.
— Gr: Lat: Spanhemii & alioum, 8. 2 voll.
Calliachus de Ludis Scenicis, 4.
Catullus, Vossii, 4.
— Tibullus & Propertius, Scaligeri, 8. & 24.
Q. Ennii fragmenta, Columnæ, 4 —Merulae, 4.
Euripides, Gr: Lat: Barnes, fol. — Idem, 8.
Hesiodi Opera, Gr: Lat: Clerici, Graevii & aliorum, 8.
— Opera Gr: Lat: Heinsii, 8.
— Opera, Schrevelii, &c. 8.
Homeri Ilias, Græcè, Dydimi, 8.
— Iliados, Liber primus, per Sylvanum, 8.
— Acchilles, per Car. Drelincurtium, 4.
Antiquitates Homericæ, Feithii, 12.
Horatius, 24. — fol. Typis Regiis.
— cum notis Bentley, 4. — Burmanni, 12.
— Lubini, 4. — Minellii, 12. — Torrentii, 4.
— cum Indice Treteri, 8.
— cum notis a Zurck, 8.
— Lat. & Hispan. cum notis, 12.
Juvenalis, & Persius, textus, 12. & 24.
— & Persius Lubini, 8.
— Lat. Gall. per Tarteron. 12.
— & Persius cum notis Diversorum, 4.
Lucretius, 12. Lycophronis Alexandra, &c. Gr: Lat: 4. — Idem, fol.
Martialis Farnabii, 12. —Juventii, 12. 2 voll.
Menandri & Philemonis Reliquiæ, Gr: Lat: Grotii & Clerici, 8.
Orphaei Argonautica, Gr: Lat: 12.
Ovidii Opera Burmanni, 12. 3 voll.
— — D. Heynsii, 24. —cum notis Varior: 8. 3 v.
— — Metamorphosis per Steph. de la Bella. 4.
— — Minellii, 12. — Idem, 8.
— — aeneis formis expressae per Ant: Tempesta, fol.
— — Lat: Gall: cum fig: elegantiss: fol: Atl:
— — Epistolæ Heroidum, cum Notis Minellii, 12. — Tristia cum Not. Minellii, 12.
Electa majora ex Ovidio Tibullo, &c. 8.
Incredibilia Palæphati, Gr: Lat: 8.
Petronius, 12. Plantin.
— cum Commentariis integris, per Burmann. 4.
— Jani Douzæ, 8. Fragmentum Petronii, 8.
Phædri Fabulæ, Tan. Fabri, 4.
— Fabularum Auctarium, & Romuli Fabulæ Æsopicæ, 8.
— Fabulæ, in usum Princip: Frisiæ, 4. & 12.
— — Lat: & François, 12.
Pindari Opera, Gr: Lat: Benedicti, fol. & 4.
Plautus cum Notis Variorum, 8. 2 voll.
Propertius, Broukhusii, 4.
Plutarchus de audiendis Poetis, Gr: Lat: 8.
Prudentius, ex recens. V. Giseleni, 24.
Terentius, cum notis Minellii, 12. — Farnabii, 12.
— Juventii, 12. — Lat: Belg: 12.
Theocriti Opera, cum Græcis Scholiis Notis & Indicibus, 8. Tibullus Broukhusii, 4.
Virgilius, 12. — 24. — Farnabii, 12.
— Heinsii, 12. — Minellii, 12.
— Servii, Mauri, & aliorum cum figuris, Fol.
— cum omnium Veterum commentariis, 4.
Thesaurus Virgilii Maronis, 8.
Barberini (Maphæi S. R. E. Cardin:) Poemata, fol. Typis Regiis. Barlaei Poemata, 8. & 12.
Broukhusii Poemata Omnia, 4.
Camerarius de Comicis Versibus, fol.
Carmina du Cerceau, 12. — Commirii, 12. 2 v.
Commirii Opera Posthuma, 8.
Delitiae Poetarum Danorum, 12. 2 voll.

Poemata, Douzae, edente Guilj. Rabi, 8.
Jani Douzae Praecidanea, 8.
Elegantiae Poeticae, 12.
Epigrammatum Delectus, 12.
Centum Fabulae, cum explicationibus Faerni, 24.
Ferdinandi Monast. & Paderb: Episc: Poemata, f.
Flavissae Poeticae, 8. Poemata Petri Francii, 8.
Opera Poetica, per Frison, 8. 2 voll.
Poemata, Hug: Grotii, 12.
Historiæ Poeticæ Scriptores, Gr: Lat: 8.
— Fabularumque Delectus, 8.
Poemata Hosschii & Wallii, 12. 2 voll.
— Huetii, 12. Fabulae Hygini, cum notis Var: 8.
Poemata Kinschoti, 8.
Libellus de Fabulis, Ludis, Theatris, &c. fol.
Poemata Menagii, 12. — &c. Mureti, 8.
Mytographi Latini, cum notis Variorum, 8.
Nauseae monodia in Erasmum defunctum, &c. 8.
Differt: de Fabularis Historiae utilitate & ratione, per Nilant, 4.
Pervigilium Veneris, etc. 8.
Philomathi Musae Juveniles, fol: Typis Regiis.
Poemata VII. Illustrium Virorum, 8.
Carmina Joviani Pontani, 8. — Ruaei, 12.
Poemata, etc Scaligerl, 8.
Scaliger de Versibus Comicis, fol.
Carmina Senadonis, 12.
Stobaei Dicta Poetarum, Grotii, Gr: Lat: 4.
Theatrum Poeticum & Historicum, Textoris, 8.
Poemata Joach: Welefeld: Burman: Praetor: 4.
Democritus Ridens, 12.
Casalius de Tragoedia et Comedia, fol.
Evanthius & Donatus de Comedia & Tragoedia, 8.
Fabricius de Ludis Senicis, fol.
Gentilis de Actoribus, & Spectatoribus Fabularum non notandis Dissertatio, fol.
Gyraldus de Comedia, ejusque apparatu & partibus commentarius, fol.
Scaliger de Comedia et Tragoedia, fol.
Epistolae Illustr: et Clarorum Virorum. 8.
— Obscurorum Virorum. 12. — Aschami. 8.
— Baudii. 8. et 12. Bembi Epistolae. 8.
Berneggeri et Keppleri Epistolae mutuæ. 12.
Epistolae Bongarsii. 12. — Camdeni. 4.
— Casaubom. 4. — ad Atticum; Ciceronis; 12.
— ad familiares; Ciceronis; per Graevium. 8. 2 v.
— per Cellarium. 8. — Minellii. 8.
— Graevii. 12. — Crucii. 12. — Conringii. 4.
— Erasmi; Mori et Vivis. fol.
— ab et ad Erasmum. fol: 2 voll. Id. Ch: Maj.
— Tanaquilli Fabri, 4.
— ad Gallos, Grotii, 12.
— Gudii & alior: 4. — Henr: Navarror: Reg: 12.
— Langueti, 12. — J. Lipsii, quatuor. 8.
— Selectae Insignium Viror: per Meelium, 8.
— &c. Mureti, 8. — et Panegyr: Plinii cum Not: Variorum, 8. —Angeli Politiani et alior: 4.
— et Longolii, 8. — Scaligeri, 8. — Vossii, Fol.
Catalogus Bibliothecae publicae Amstælod. fol.
— — Universit: Francof. ad Viadr. fol.
— — publicae Acad: Lugd: Bat: fol.
— — Biblioth. publ. Acad. Ultraj. fol.
— Manuscriptorum Angliæ et Hiberniæ, fol.
— Bibliothecæ Bodlejanæ, fol.
— Manuscriptorum Cottonianæ, fol.
— Operum D. Erasmi Rott. 8°.
— Nundinis Francof. ad Mænum, 4.
Bibliotheca Bigotiana, 12°. 2 voll.
— Clementis, 4°. — Coisliniana, per Montf. f.
— du Fresne, 4°. — Joh: Galloys, 12°.
— Cardinalis Imperialis, fol.
— Gudii, 4°. — Snabelii, 8°. — Tellerianæ, fol.
— Thevenotiana, 12°. — Thuanæ, 8°. 2 v.
Notitia Bibliothecæ Vinariensis, aliaque, Schurzfleischii, 4°. — Ægidii a Waesbergen, 8°.
Bibliotheca Eruditorum curiosa, per van Beughem, 12°. 4 voll. Musæum Boecleri, 8°.
Clemens Musæi extructio, 4°.
Bibliotheca Critico-Sacra, fol: 4 voll.
— Historica Dano-Norvegica, Sibbern, 8°.
Delrio & Brossæi Miscellanea Scriptorum Universi Juris Civilis, 4°.
Bibliotheca Classica, Draudii, 4°.
Fabricii Bibliotheca Græca, 4°. 8 voll. & Lat: 8.
Gryphius de Scriptoribus Historiæ Secul: XVII. 8.
Bibliotheca curiosa, Hallervordi, 4°.
Pandectæ Brandeburgicæ, per Hendreich, fol.
Catalogus Autorum qui de re Heraldica Scripserunt, 4°.
Index Librorum expurgator: Hispanic: sub Ducis Albæ, 8°. — Hispanicus & Romanus, fol.
Musæum Italicum, per Mabillon, 4°. 2 voll.
Jonsius de Script. Histor. Philos. 4.
Bibliotheca Juris Canonici Veteris, Justelli, fol: 2 v.
— Anglorum Theologica, Kempii, 4°.
— Eruditorum Praecocium, Klefekeri, 8°.
— Konigii, fol: —Bibliothecar: per Labbe, 12°.

F I N I S.

HENRICI BRENCMANNI,

J. C. & Academici Florentini,

GEMINA DISSERTATIO:

Altera

DE

REPUBLICA AMALPHITANA:

Altera

DE

AMALPHI A PISANIS DIREPTA.

Utraque nunc primum in lucem mittitur.

Adjecta in calce TABULA CHRONOLOGICA, *cum duplici Indice.*



LUGDUNI BATAVORUM,

Sumptibus PETRI VANDER Aa,

Bibliopolæ, & Typographi Academiæ atque Civitatis.



LECTORIS.

CONSTANS fama eſt, AMALPHI repertos eſſe Pandectarum libros, qui hodie *Florentiæ* honorata & ſolenni cuſtodia aſſervantur. Conſtat etiam apud omnes, eoſdem in direptione illius urbis ablatos eſſe a *Piſanis:* ſed de tempore non conveniunt, nec occaſio ejus rei peræque omnibus nota eſt. Quum igitur in eo totus eſſem, ut accuratam exemplaris *Florentini* hiſtoriam componerem, indagandæ videbantur res *Amalphitanorum*, quas nemo hactenus ex profeſſo tradiderat. Inquirendum præterea erat in bellum & expeditiones, quas *Piſani* in illam civitatem ſuſceperunt. Ea mihi conſcribendæ utriuſque Diſſertationis ratio fuit. Hoc autem cum innotuiſſet ſolerti & celeberrimo typographo noſtrati *Petro vander Aa*, cui orbis eruditus ipſaque imprimis *Italia* ob tot præclara rariſſimaque & prope jam oblivione ſepulta Clariſſimorum virorum opera, quæ ad eam illuſtrandam pertinent, plurimum debet, rogavit ut has meas qualeſcunque curas ad adornandum ampliſſimum *Italicarum* hiſtoriarum Theſaurum vellem conferre. Ego vero, cur id negarem, cauſam non habui. Tenes quæ me ad ſcribendas communicandaſque Diſſertationes haſce impulere. Id tua, id mea indicaſſe intererat.

ARGUMENTUM DISSERTATIONIS PRIORIS DE

REPUBLICA AMALPHITANA.

CAP. I. *Situs* Amalpheos, *confinia & latitudo.* Pag. 1
II. *Confuſio* Amalphis *cum* Melphi. 1
III. *Varia horum nominum ſcriptura, eademque ad confuſionem prona.* 2
IV. *Fabulæ de origine & ortu hujus civitatis.* 3
V. *Hiſtoria magis probabilis ex veteri Chronico* Amalphitano. 4
VI. *Res geſtæ* Amalphitanorum. *Per fraudem captivi ducuntur* Salernum, *ſeque ipſos liberant.* 4
VII. *Bella cum* Saracenis. 5
VIII. *Inſtitutio Ordinis equeſtris, qui nunc* Melitenſis *dicitur.* 5
IX. *Tributarii facti a* Salernitanis. *Proelium navale cum* Surrentinis. 7
X. *Concilium* Amalphitanum. 7
XI. *A* Salernitanis *deficientes recidunt ſub poteſtatem* Roberti Guiſcardi, Normanni, Siciliæ & Calabriæ Apuliæque *Ducis, a quo per fraudem circumveniuntur.* 8
XII. *Mox a* Guiſcardo *deſciſcunt, & ab eodem armis ſubiguntur. Epiſtola decretalis* Gregorii VII. *de hac re. Poſtea cum* Surrentinis *jure ſucceſſionis deveniunt ad* Guidonem, *inde autem ad* Rogerium Boſſum, Apuliæ & Calabriæ *Ducem Principemque* Salerni. 9
XIII. *Excidit ducatu* Rogerius, *ab* Amalphitanis *urbe excluſus, quam fruſtra armis tentat, adjutus licet a principibus conſanguineis.*

Deinde tamen iterum ducatu potitur. 9
XIV. *Subjugantur tandem penitus a* Rogerio, *primo* Siciliæ *Rege.* 10
XV. *Difficultas hujus rei. Post triennium* Amalphim *feroci manu perdere voluit* Rogerius. 11
XVI. *Diripitur a* Pisanis Amalphis, *in qua direptione asportata sunt* Pandectarum *volumina.* 12
XVII. *Biennio post tributaria est facta a* Pisanis *jussu & auspiciis* Lotharii II. *Imp. oppida autem hujus ducatus horrendum in modum vastata sunt.* 12
XVIII. *Occupata mox iterum a* Rogerio Amalphis *mansit postea sub regibus* Siculis, *emersit tamen aliquatenus commerciis maritimis. Privilegia a* Neapolitanis *indulta. Tabula* Amalphitana. 13
XIX. *Diploma* Neapolitanum *in gratiam* Amalphitanorum. 13
XX. *Explicata quædam verba hujus diplomatis: ut & alia id genus ad res* Amalphitanas *spectantia.* 15
XXI. *Reliquiæ S.* Andreæ *Apostoli, patroni* Amalpheos, Constantinopoli *eo translatæ.* 16
XXII. *Inventum pyxidis nauticæ per civem* Amalphitanum. *hinc insigne civitatis.* 16
XXIII. *Bellis exterorum principum, de* Sicilia & Neapoli *decertantium, implicita* Amalphis *ad extremum prorsus concidit.* 17
XXIV. *Forma regiminis & genera magistratuum. Comites, Præfecti, Duces. Tituli Ducum* Amalphitanorum. 18
XXV. *Liberam Rempublicam fuisse. Duces lecti & remoti a populo: leges latæ: nummi cusi.* 19
XXVI. *Libertatis imminutio varia, ejusque tandem amissio. Regii vicarii, Justiciarii, Stratici, Regii vices-gerentes.* 20
XXVII. *Imperiales patriarchæ, Reguli. Ducatus honorem non amisit* Amalphis. *In cujus postea ditione fuerit, & adhuc sit.* 20
XXVIII. *Amplitudo & potentia* Amalphitanorum *in florentissimo Reipublicæ statu. Comparatur cum Republica* Veneta. 21
XXIX. *Duplex causa interitus Reipublicæ* Amalphitanæ, *æmulatio vicinorum principum, & discordia civilis. exempla.* 22
XXX. *Munimenta* Amalpheos, *a natura.* 23
XXXI. Amalpheos *munimenta ab arte. Nunquam expugnatam legi hanc urbem.* 24
XXXII. *Oppida & castella* Amalphi, *tanquam metropoli, subjecta.* Scalæ, Ravellum, Scalecta *major & minor*, Fracti, Pugionile. 24
XXXIII. Atrani, Letteræ, Atturina, Triventum, Agerula, Epugerula. *Præterea insulæ* Sirenulæ, *quæ aliis* Gallorum *insulæ dicuntur, &* Capreæ. 25
XXXIV. *Possessiones* Amalphitanorum *in* Sicilia, Constantinopoli, Ægypto, Syria, Arabia, India, Africa, *&c.* 26
XXXV. *Sumptuosa domi ædificia, cum publica, tum privata. Templum* D. Andreæ. *Armamentarium navale. Portus & littora. Navium multitudo.* 27
XXXVI. *In sacris Archiepiscopatus dignitas. Suffraganei. Concilium* Amalphitanum. S. Andreas *protector civitatis. Cœnobium* S. Laurentii de Amalfia. *Alia quædam templa & monasteria.* 28
XXXVII. *Familiæ* Amalphitanorum. *Viri eruditi, præsertim vero in Jure. Alii duo aliis rebus celebres.* 28
XXXVIII. *Statura corporis, habitus & indoles* Amalphitanorum. 30
XXXIX. *Fertilitas felicitasque agri* Amalphitani. 30
XL. *Opulentia & celebritas hujus urbis variis scriptorum epithetis comprobata.* 31
XLI. *Nulla tamen re magis inclyti* Amalphitani *quam mercatura.* 31
XLII. *Per eam ordo* Melitensis *institutus, inventus codex* Pandectarum, *ut & usus* Pyxidis nauticæ. *hæc autem præ aliis præcipua habent.* 32



ARGU-

ARGUMENTUM
DISSERTATIONIS SECUNDÆ
DE
AMALPHI A PISANIS DIREPTA.

Cap. I. Italia *a variis barbaris occupata. Ad pellendos ex* Italia Saracenos Normanni *a* Græcis *arcessiti. in his* Tancredus *cum* XII. *filiis.* Pag. 33

II. *Successio filiorum* Tancredi, & *fatum AMALPHEOS sub iisdem.* 33

III. Rogerius, Tancredi *nepos, comes* Siciliæ. *ejus indoles.* 34

IV. *Quemadmodum* Rogerius Apuliam & Calabriam *cognato absenti per vim abstulerit.* 35

V. Rogerius *se Regem* Siciliæ *facit.* 36

VI. Rogerius *occupat ducatum AMALPHITANUM.* Neapolis *se* Rogerio *submittit.* 37

VII. *Schisma creatis duobus Pontificibus* Innocentio II. & Anacleto II. Innocentius *ad PISANOS confugit.* 38

VIII. *Pisis in* Galliam *proficiscitur, favente* Bernardo *Abbate* Claravallensi. *In itinere inducias pangit inter PISANOS* & Genuenses. 39

IX. Anacletus Rogerium *sibi adjungit, confirmato ei* Siciliæ *regno. Præterea sollicitat* Lotharium Germaniæ & Ludovicum Crassum Franciæ *reges, aliosque principes.* 39

X. *Iter* Innocentii Gallicanum. *invenit ibi regem* Angliæ, *a quo frustra opem postulat.* 40

XI. *In* Germaniam *deflectens fœdus init cum* Lothario, *submota per* Bernardum *difficultate de investituris Imperio restituendis.* Innocentii & Lotharii *in pari conditione dispar fortuna.* 41

XII. *Historia* Lotharii. *Electio ejus, & grave dissidium cum* Conrado *de successione in Imperium. Prospera* Conradi *in* Italiam *expeditio.* 41

XIII. *Reditus* Innocentii *in* Galliam, & *mora ut Regem in partes suas pertraheret: sed incassum. PISAS revertitur.* 42

XIV. *Progressus* Rogerii. *perfidia illius adversus affinem* Rainulfum, Aversæ *comitem. prælio superatur.* 43

XV. *Partes* Anacleti *superiores.* 44

XVI. Innocentius *PISANOS* & Genuenses *inter se conciliat. Tum Episcopos eorum ornat dignitate Archiepiscopali.* 44

XVII. Conradus *ex* Italia *domum revocatur. Contra* Lotharius Romam *proficiscitur adscito PISIS* Innocentio. 45

XVIII. *Classis PISANA* & Genuensis *in* Lotharii & Innocentii *auxilium venit, qui interim strategemate* Romam *ingrediuntur.* Lotharium *in* Lateranensi *basilica coronat* Innocentius, Anacleto *Vaticanam obtinente.* Innocentius *PISAS*, Lotharius *in* Germaniam *redit.* 45

XIX. *Cruentæ* Rogerii *victoriæ adversus civitates rebelles, quin & in alias. Hanc calamitatem ægre evadit AMALPHIS & quod in ea erat Pandectarum exemplar. Viginti naves cum præda submersæ.* 46

XX. Robertus Capuæ *princeps suo & fœderatorum nomine PISAS opem imploratum ivit adversus* Rogerium. Rogerii *ex contrario ad PISANOS legati de fœdere. PISANI vero cum* Genuensibus, *forte* & Venetis, Roberto *classem C. navium pollicentur.* 47

XXI. *Fœderati nihil valuerunt adversus* Rogerium, *fraudes & corruptelas in subsidium advocantem.* 48

XXII. Roberto *PISAS abeunte ad auxilia acceleranda,* Rainulfus Rogerio *se submittit.* Rotolpo *comes-stabuli* Beneventanus, *PISAS aufugiens, naufragio perit. Absentis* Roberti *principatus occupatur.* 49

XXIII. *Falso mortis* Rogerii *nuncio ab eo descicit* Rainulfus. *inde* Aversæ *excidium.* Robertus *cum* XX. *navibus PISANIS* Neapolim *venit. deleta* Aversa Neapolim *obsidet* Rogerius: *mox* Aversam *recedit, eamque instaurat.* 49

XXIV. Robertus *alias* XX. *naves PISIS adducit, & protinus PISANI cum* XLVI. *AMALPHIN ex improviso invadunt. inter cetera prædæ fuit exemplar Pandectarum. cæsi a* Rogerio *PISANI cum classe* Neapolim *redeunt. inde domum tendentes* Isciam *depopulantur.* 50

XXV. *Verba scriptoris æqualis de hac PISANORUM expeditione & præda.* 51
XXVI. *De die, quo AMALPHIS direpta. Æra PISANA.* 52
XXVII. *Continuatio. An PISANI AMALPHIM post direptionem incenderint. An testimonio antiqui scriptoris constet de Pandectis ibi repertis.* 53
XXVIII. *A solis PISANIS direptam fuisse AMALPHIM, & cur nullæ* Genuensium *partes.* 53
XXIX. Rogerius *filium* Anfusum Capuæ *principem constituit. Denuo* Neapolim *obsidet, sed iterum brevi obsidionem solvere cogitur.* 54
XXX. Robertus *PISIS ad* Lotharium *proficiscitur, ut cunctantem impelleret. Sed &* Neapolis *a PISANIS auxilium flagitat. Pax inter PISANOS &* Florentinos. *Concilium PISANUM.* 54
XXXI. Conradus *Imperio renunciat in favorem* Lotharii, *conciliante* Bernardo. 55
XXXII. Neapolim *tertium obsidet* Rogerius *& ad incitas redigit. Naves PISANAE cum commeatu accedunt.* Innocentii & Bernardi *adhortationes ad* Lotharium. 55
XXXIII. Bernardi *epistola ad eundem pro PISANIS, quibus infensus erat.* 56
XXXIV. *PISIS denuo ad* Lotharium *proficiscitur* Robertus. *Secunda* Lotharii *in* Italiam *expeditio. deflectit prius ad citeriorem ejus partem. Veneti cum eo fœdus ineunt.* 57
XXXV. *Magnus apparatus adversus* Rogerium *tam mari quam terra. Terrestres copiæ duobus exercitibus procedunt. Pontifex PISIS adscitus* Romam *deducitur.* Roberti & Rainulfi *restitutio.* 57
XXXVI. *In* Apulia *junguntur exercitus.* Rogerii *machinationes, qui tandem fugit in* Siciliam. *Gratulatio* Græci *Imp. eo nomine ad* Lotharium. 58
XXXVII. *Classis PISANA centum navium. altera PISANORUM in AMALPHIM expeditio. AMALPHIS direptionem redemit, non item alia ejus ducatus oppida.* 59
XXXVIII. *Post AMALPHIM* Salernum *aggredi jubentur PISANI. Offensi a* Lothario *cumque eo iterum conciliati, mox tamen paciscuntur cum* Rogerio. 59
XXXIX. *Contentio inter* Lotharium & Innocentium *de creando duce* Apuliæ. *nec non alia ob* Casinenses. 60
XL. *Recessus Imperatoris & mors in itinere. Succedit ei* Conradus. 61
XLI. Capuam & Aversam *capit* Rogerius. Neapolis & Beneventum *ejus partes amplectuntur. a* Germanis *tamen prælio superatur.* 61
XLII. Anacleti *conamina. Communis legatio ad* Rogerium. *Opportuna* Anacleti *mors.* Victor IV. *Schisma tandem interventu* Bernardi *e medio tollitur.* 62
XLIII. *Mortuo duce, quem* Lotharius *constituerat, omnia recuperat* Rogerius. *Captivitas* Innocentii *& pactio. Fata* Roberti Capuæ *principis.* 62
XLIV. *Epilogus.* 63
TABULA CHRONOLOGICA. 63



HEN-

HENRICI BRENCMANNI DE REPUBLICA AMALPHITANA DISSERTATIO.

Caput I.

Situs Amalpheos, *confinia & latitudo.*

Sita eſt *Amalphis* ad mare mediterraneum, ea *Italiæ* parte, quam *Tyrrhenum* æquor alluit[1], in loco quem olim *Picentini* inhabitarunt[2] (unde & *urbs Picentinorum* audit[3]) in veteris *Lucaniæ* finibus[4]. Sita autem eſt in planitie tractus maritimi, quem cingunt montes altiores: atque inde etiam hodie hic tractus littoris *la coſta d' Amalfi* appellatur[5], quaſi dicas, latus *Amalphitanum*. Ab oriente habet *Salernum*, a qua plus minus VII. miliaribus *Italicis* diſtat, ab occidente vero *Surrentum*, ut & *Neapolim*, XXX. miliaribus remotam[6]. A meridie porro *Siciliam* reſpicit, quæ interjecto mari *Tyrrheno* per ducenta circiter miliaria diſſidet[7]. A parte autem *Surrenti* attingit *Minervæ* promontorium verſus inſulam *Capreas*, quod promontorium inter *Amalphin* & *Surrentum* interjacet[8]: imperitabantque *Amalphitani* ab *Athenæo* ſeu *Minervæ* promontorio *Salernum* uſque[9]. Breviter auctor anonymus apud Mazzellam[10], Eſt *Amalphi civitas exterioris Italiæ, inter mare & montes eminentiſſimos ſita, ab oriente habet Salernum, ab occidente Surrentum & Neapolim, ab auſtro Siciliam Tyrrheno mari ſejunctam.* In latitudine autem hic tractus ſola viginti miliaria occupat[11]; & tamen plurima in eo oppida arceſque memorantur[12].

Caput II.

Confuſio Amalphis *cum* Melphi.

Eo autem diligentius hunc urbis *Amalphitanæ* ſitum deſignandum eſſe duximus, ne, quod multi magnique viri imprudenter fecerunt, *Amalphis* cum *Melphi* confundatur. *Melphis* enim civitas eſt in eodem *Italiæ* tractu, ſed in medio illius poſita, videlicet in confinio *Apuliæ* & *Lucaniæ*; & recte eam Leo Oſtienſis *Januam Apuliæ* vocat[13]: adeoque fere æquo intervallo abeſt a ma-

A ri *Hadriatico* ac a mediterraneo mari, juxta quod *Amalphis* condita eſt. Poſſem complures recenſere, qui hunc errorem errarunt, ſed tantum unum alterumque adferam, & hoc teſtimonio aliorum, quod malim in re invidioſa. De *Martinio*, pyxidem nauticam deſcribente (hanc enim *Amalphitani* invenerunt ut ſuo loco dicetur) hæc notat Angelus de Nuce[14]: *Cui tamen parcendum, quod nominum proximitate ſeductus, & ab his regionibus longe diſſitus MELPHIM cum AMALPHI confudit. Hæc enim urbs eſt littoralis poſt Minervæ promontorium; illa mediterranea in Lucanis Apulis finitima. In eodem errore fuit do-* B *ctiſſimus Voſſius, apud quem Antonius Panormitanus de hac pyxide.*

Prima dedit nautis uſum magnetis Amalphis.

Similiter de *Gulielmo Gilberto Colcheſtrenſi*, medico *Britanno*, obſervat Camillus Borellus[15]; *Licet ob incognitam ſibi Italiam, dum voluit dicere AMALPHIM, dicit MELPHIAM, ſub dominio principis Doriæ: quia, etſi Melphia ſit in regno Neapoli in Apulia prope Daunios, quæ eſt ſub Doria, non fuit tamen in hac civitate, ſed Amalphiæ, quæ eſt in regione inter Salernum & Surrentum, prope Minervæ promontorium.* Immo vero in ipſis *Italis* ſcriptoribus, in *Romana* curia verſantibus, C eandem incuriam notat ac reprehendit Cardinalis de *Luca*, dum in *Germanis* eam benevole excuſat[16]. Plures poſſum laudare, ſed hi ſuffecerint.

Caput III.

Varia horum nominum ſcriptura, eademque ad confuſionem prona.

Quod autem illi adnotant de errore e nominum proximitate, quæ eſt inter *Amalphin* & *Melphin*, veriſſime allegant. præſertim vero cum videamus *Amalphin* a nonnullis *Malfiam* dici, quæ cum *Melfia*, nam ſic vulgo *Melphis* ſcribitur, D confundi facillime potuit: atque ita porro *Malfitani* cum *Melfitanis*[17]. Profecto *Malfitanos* dici pro *Amalphitanis*, ſicut aliunde certum eſt, ita ex eo certiſſimum, quod *Leo Oſtienſis* eandem hiſto-

1. Giac. Boſio *Della ſacra milit. Gieroſolim lib.* I. init.
2. Scipione Mazzella *Deſcritt. del regno di Napoli.* pag. 38. *Principato citra, ſeconda provincia del Regno.*
3. Jo. Blau *Geographia Italiæ. Principatus citerior, olim Picentia.* Anto. Caraccioli *in Indice ante quatuor antiquos Chronologos.*
4. Ferdinand. Ughellus *Italia ſacra. tom.* IX. pag. 135.
5. Joh. Blau dicto loco.
6. Ferdin. Ughell. ibid.
7. Boſio detto *lib.* I. *num.* I.
8. Camillus Borellus *De regis Catholici præſtantia. cap.* 78. *num.* 22. Moreri *Dict. Hiſtor. in verbo MALFIS.*
9. Nicol. Parthen. Giannettaſ. *Hiſtor. Neapolit. decade* I. *lib.* IX.

10. Scipione Mazzella, detto luogo.
11. Id. Mazzella *parte* II. *pag.* 62. ad fin.
12. Vide infra cap. XXXII. & XXXIII.
13. *Chron. Caſinenſe lib.* II. *cap.* 167. auctore Leone Oſtienſi.
14. Ang. de Nuce in notis ad idem *Chron. lib.* I. *cap.* 50.
15. Camill. Borell. d. *cap.* 78. *num.* 22. Adde medicum illum Londinenſem in *Commentar. de magnete. lib.* I. *cap.* I.
E
16. Jo. Bapt. de Luca Cardinalis, in tract. *de ſervitut. prædial. diſcurſu* I. *num.* 23.
17. Gaufredus Malaterra *lib.* III. *num.* 3.

ſtoriam bis referens, uno loco dicat *Malfitanus quidam nobilis*, mox autem, *quidam Amalfitanæ civitatis nobilis*[1]. Præterea eſt etiam ubi *Malfa* legatur pro *Amalphi*, ſicut *Melfa* pro *Melphi*[2]: quæ rurſum valde ſunt affinia. quin & *Malfi di Puglia* Malphin Apuliæ, de *Melphi*, habet celebris ſcriptor hiſtoriæ *Neapolitanæ Franc. Capicius Latro*[3]. Denique etiam *Amalpha* inveni[4]. Maxime tamen uſitatum hujus urbis nomen apud hiſtoricos eſt *Amalphia*. Nihil nunc dicam de τȣ F. cum PH. permutatione, quæ paſſim in his fluctuat, & vel in aliis nullo diſcrimine adhibetur. Leve quoque illud, quod pro *Malfitanis* cum I. in media ſyllaba, etiam *Malfetanus* occurrat, ſed & *Malfatanus*, cum A & E[5]. Verum ignorare non poteſt, qui hiſtorias aliqua cum cura evolvit, imprimis vero quæ ſequioris ævi ſunt, hujuſmodi nominum confuſionem tralatitiam eſſe. Interea tamen diligenter hæc attendenda ſunt, quum cæteroqui denſas rebus geſtis nebulas offundant. Quare etiam in aliis hujus hiſtoriæ partibus idem uſu venit, ut liquebit in diſcuſſione oppidorum & caſtrorum, quæ ſub *Amalphi* cenſebantur, cap. XXXII. & XXXIII.

CAPUT IV.

Fabulæ de origine & ortu hujus civitatis.

Unde autem nomen traxerit *Amalphis*, quæque ſint ejus initia, quod in urbium deſcriptionibus fere pari paſſu ambulat, haud facile aſſeverari poteſt. Quibus volupe eſt ignorantiam ſuam fabularum involucris abſcondere, hi ſtatim Numen aliquod aut Heroum progeniem evocant, &, ſi nemo ex antiquitate proferri poteſt, cui id ſatis ſpecioſe tribuant, ipſi perſonam confingunt. Hoc pertinet ad eos, qui *Amalphin* conditam volunt a nympha cognomine, quæ *Herculi* in deliciis fuerit[6]. ne ſcilicet inferior eſſet tot aliis civitatibus, quæ celebres gentis ſuæ conditores jactitant. Simili, ſed modeſtiore commento, credulis imponunt, qui ad virginem *Romanam* nobilem ejuſdem quoque nominis exordia *Amalphitana* referunt; &, ne veritatem hujuſce traditionis in dubium revocemus, patrem ejus nominant *Marcum Marcellum Rufum*[7]. Alii rurſus, velut indignum rati ſexui ſequiori acceptum ferri natales celeberrimæ civitatis, *Amalphum* quendam producunt, tribunum militum ſub *Conſtantino*, cui eos debeamus: inſuper, ad majorem hiſtoriæ fidem, anno æræ Chriſtianæ CCCXXXV. id contigiſſe tradunt[8]. Immo vero quidam non verentur ipſi *Conſtantino* condendæ *Amalpheos* curam injungere[9]. Sunt item, qui tam alte rem nolunt repetere, contenti notare, nobiles quoſdam *Romanos* circa annum DXX. ex urbe *Melphitana* diſceſſiſſe, & mediterraneum mare petentes conſediſſe ad oram ſinus *Salernitani*, atque ibi hanc urbem ædificaſſe[10]. Quo in primis videntur reſpicere, qui *Amalphin* a *Melphi* denominatam volunt[11]: atque hoc etiam conferre potuit

A ad turbanda utriuſque urbis nomina. Sed hæc quidem ſpectant ad pleniorem quandam hiſtoriam ex antiquo Chronico hujus urbis, manu exarato, quod *Marinus Freccia* vetuſtiſſimo *Longobardo* hiſtorico videtur adſcribere[12]. Ex eodem illa de *Conſtantino* atque ejus tribuno deprompta ſunt. Verum ipſam hiſtoriam ex Chronico *Amalphitano* ſubjiciamus.

CAPUT V.

Hiſtoria magis probabilis ex veteri Chronico Amalphitano.

B Tradit nimirum, ex eo Ughellus[13]; *Cum a Conſtantino nova Roma, Bizantium appellata, anno ſalutis* CCCXXXIX. *condita fuiſſet, Romanos proceres, urbis novitate & Imperatoris muneribus adlectos, compoſitis navibus cum uxoribus liberiſque ac ſupellectile eo profectos eſſe: ſed tempeſtate coorta, ex naufragio duas tantum naves incolumes evaſiſſe, Raguſiumque appuliſſe: permotos eorum calamitate & ſqualore accolas conceſſiſſe eis agrum, quem incolerent, iiſdemque uterentur legibus, Romano nomini ſe plurimum debere dictitantes. paucos poſt annos Romanos, cum intelligerent ſe in Raguſianorum invidiam adductos; vel quod anguſtis finibus interclusi latius eos patere deſiderarent;*
C *vel quod Romanus animus, ſervitutis inſolitus, dominandi cupiditate accendebatur; naves conſcendiſſe*[13], *petiiſſe Italiam, in loco qui Melphes dicebatur Palinuri conſediſſe, Melphim ædificaſſe, ac Romano nomine relicto Melphitanos vel Amalphitanos eſſe dictos. inde aliquorum principum bella metuentes, Ebulum, poſt Scalam, & inde vallem juxta maritimum littus ad occidentem incoluiſſe, ibique condidiſſe Amalphiam.* Hiſce & quæ porro ex iiſdem Chronicis repetituri ſumus, haud male ſubjicit Julius Cæſar Capacius[14]; *Aliqua in iis profecto apocrypha videntur: ſed quemnam ea de re veriora ſcribentem legimus?* Videlicet in re plane obſcura
D nihil habemus probabilius. Ea certe conſtans opinio eſt, a *Romanis* quibuſdam nobilibus originem deducere hanc urbem. unde etiam *colonia Romanorum* eſt dicta[15]. *Ea igitur civitas*, concludit Ughellus, *ab illis Romanis patriciis, qui primum apud Scalam conſederunt, quos deinde Malphitanos nuncuparunt, condita circa annum domini* DC, *ROMANORUM COLONIA cenſetur.*

CAPUT VI.

Res geſtæ Amalphitanorum. *Per fraudem captivi ducuntur* Salernum, *ſeque ipſos liberant.*

E Res quas *Amalphitani* primis temporibus geſſerunt, nituntur itidem fide laudati Chronici. Videlicet induſtria & fortuna huic novo populo, ut fit, invidiam conflaſſe videtur, & ſimul metum vicinis incuſſiſſe: præſertim vero accedente neceſſitudine cum *Longobardis* & *Neapolitanis*. narratur enim ex eodem MS.[16] *mixtum eo*

1. Leo Oſtienſis in *Chron. Caſinenſ. lib.* III. *cap.* 53. & *cap.* 55.
2. Apud eund. Gaufred. *lib.* I. *cap.* 9.
3. Franceſco Capecelatro *Hiſtoria del regno di Napoli. lib.* I.
4. *Memorie diverſe della citta di Piſa*, cavate da diverſe hiſtorie e ſcritture, MS. della libreria Strozziana *num.* 194. in fol. *pag.* I.
5. Prius obvium eſt. alterum videas apud laud. Gaufred. Malaterr, d. *lib.* III. *num.* 3. in fin.
6. Il regno di Napoli *in proſpettiva* del Abbate Pacichelli, *par.* I. *pag.* 186. Ad hanc fabulam quoque reſpicit Scipio Mazzella in *Deſcriptione regni Neapolit. pag.* 38.
7. Scipione Mazzella *Deſcrittione del regno di Napoli*, *par.* II. *Provincia di principato Citra.*
8. Idem in proxime antecedd. Vocat hunc Amalphum, *capitano di Coſtantino.*

9. Ferdin. Ughell. *Italia ſacra tom.* IX. *pag.* 235.
10. Mazzella loco memorato.
11. Marinus Freccia *De feudis. pag.* 80.
F 12. Idem *De feud. cap. De officio Admirati maris.* §. 4. & ſeqq.
13. Ferdin. Ughell. *Italia ſacra tom.* IX. d. *pag.* 235. Metropolis Amalphitana. Pro *in loco qui Melphes dicebatur Palinuri conſediſſe*, Capacius eadem deſcribens habet *in loco, qui Melfetus dicebatur, conſediſſe.*
14. Capacius *Hiſtor. Neapol. lib* I. *cap.* 13.
15. Marinus Freccia *De feudis*, d. loco.
16. Ughell. loco memorato, ut & Capacius. adde Herempert. Langobard. in *Epitome apud Anton. Caracciolum pag.* 89.

eo temporis spatio fuisse Amalphitanorum genus cum Longobardis & Neapolitanis. quapropter tantum crevit, ut Sicardo eorum vires timorem concitarent. egisse ideo principem cum aliquibus ex ea civitate, ut occupatam Amalphiam diriperent atque vastarent, multosque largitionibus corruptos per litteras affinibus illud persuadere conatos esse. eos tamen, ne locorum delicias desererent, & ne impietatis in patriam accusarentur, recusasse. interea principem, constantes eorum animos animadvertentem, cum Longobardis & iis Amalphitanis, quos apud se aluerat, in Amalphiam nocte quadam irruisse, & omnes fere cives Salernum duxisse captivos. sed clam inito consilio Amalphitanos, ut illatam injuriam ulciscerentur, Salernitanos fuisse adortos; vineas, domos incendisse; & Amalphiam summo cum honore esse reversos, anno Christi DCCCXXIX. Addunt nonnulli, velut ex eodem Chronico, per quadriennium *Amalphitanos Salerni* captivos fuisse & post reditum, quod & admodum verisimile est, urbem suam diligentius munivisse [1].

CAPUT VII.

Bella cum Saracenis.

Saracenis in *Latium* trajicientibus sub *Lothario* I. Imperatore circa annum DCCCL, *Leonem* IV. Pontificem *Romanum* contra eos adjuverunt *Amalphitani*. *Romam* secundo deprædaturi appropinquabant *Saraceni*, cum Pontifex tribus classibus *Neapolitana*, *Amalphitana*, *Cajetana*que feliciter eos repulit, ac navali ad *Ostiam* prælio insignem de iis victoriam reportavit. Refert hoc *Sigebertus* in Chronico [2]. Ex aliis præterea Annalibus aut Chronicis Historiisve, nescio quibus, adnotatur, cum Ecclesiæ præesset *Joannes* VIII, (pro quo vulgo *Joanna* Papissa in albo Pontificum recensetur) & imperium occidentis obtineret *Carolus Calvus*, nimirum anno æræ vulgaris DCCCLXXVI, *Saracenos Italiam* devastantes inducias fecisse cum *Neapolitanis*, *Gaëtanis*, *Salernitanis* & *Amalphitanis* [3]. Postea vero, circa annum DCCCXC, constat *Saracenos* ab *Amalphitanis*, *Neapolitanis* & *Casinensibus* in fugam versos fuisse. *Interea*, inquit Leo Ostiensis [4], *Præfatus Atenulphus una cum Gregorio Neapolitano, nec non & cum Amalphitanis, non parvo exercitu congregato, Gargilianum supra Saracenos venit* &c.

CAPUT VIII.

Institutio Ordinis equestris, qui nunc Melitensis *dicitur.*

Ad annum MXX. referri video prima initia nobilissimæ celeberrimæque rei, quæ *Amalphitanos* agnoscit auctores. ea autem est institutio Ordinis, qui nunc *Melitensis* dicitur. occasionem dedit mercatura maritima, quam in præcipuas maris mediterranei plagas exercebant, maxime vero orientem versus. qua de re ita anonymus a *Mazzella* allatus [5]; *Anno* MXX. *interea Amalphitani, celebris ac pia gens Italiæ, varias merces, easque insolitas & Turcis gratissimas, in orientem navibus* A *devexerunt. Ob has ergo novas merces Calyphæ Ægyptio cæterisque præfectis ac incolis Syriæ erant acceptissimi, ita ut magistratuum licentia omnes regiones & urbes circumire, atque merces distrahere, omni metu seposito, libere poterant. Illi autem Christianæ religionis & paternarum religionum memores, quoties occasio dabatur, loca sancta visitabant. Quia vero Hierosolymis nullum haberent domicilium, ut in maritimis civitatibus, amicis collectis Calypham Ægyptium adeunt, ac per ejus proceres oblato scripto impetrant, ut Præsidi Hierosolymorum nunciaretur, quo Turcarum amicis in ea parte, qua Christiani habitant, locus amplissimus ad Ædes opportu-* B *nas construendas designetur. Hac occasione oblata pecuniam passim a mercatoribus colligunt*, &c. Ædificant igitur prope sacrum sepulchrum Ecclesiam cum cœnobio, dicatam *Sanctæ Mariæ Latinæ*: ita enim hanc differentiæ causa appellabant, cum *Græci* & *Syri*, qui Christianismum profitebantur, ibidem suas quoque ædes sacras haberent. Tum vero præter mercatores multi etiam religionis causa in sanctam urbem confluxerunt. Quum autem longiore itinere & extrarii cœli intemperantia varii morbi contraherentur, *Nosocomium* erexerunt *Amalphitani*, seu, ut barbare dici consuevit, *hospitale*, cui pro more oratorium addi- C tum, commendatum patrocinio *Sancti Joannis Baptistæ*. Postremo quoniam religiosa pietas & reverentia erga ea loca etiam debiliorem sexum ad visenda ea excitabat, & hæ sacræ peregrinationes magis ac magis frequentabantur, tandem etiam ad curandas earundem ægrotationes *cœnobium muliebre* exstruxerunt, cum titulo *Sanctæ Mariæ Magdalenæ*. nimirum promiscua & incauta eodem loci utriusque sexus consuetudo scandalis aditum ac januam videtur patefecisse. Constitutis ea occasione tribus hisce ædificiis sacris, e nosocomio virili prodiere, qui occupationem urbis *Hierosolymitanæ*, a Christianis obsessæ, fa- D cta conspiratione mirum in modum promoverunt, atque inde ordinis equestris titulum & prærogativas reportarunt. contigit hoc circa annum MC. Auctor hujus facinoris & antesignanus laudatur quidam *Gerardus*, nosocomii per plures annos præfectus, Rectorem vocant, qui ex eo tempore cum sodalibus, quibus præerat, regula & vestitu a reliquis se cœpit distinguere. Sed pleniorem illius instituti narrationem, & incrementa ordinis ac insignia, privilegiaque & opes, non attinet hic latius exsequi: sufficit indicasse, impensis *Amalphitanorum* constructum fuisse & conservatum præter cætera duo ædificia sacra illud E quoque nosocomium, cui originem debet ordo *Melitensis* [6], quantumvis nonnulli disputent, cujas fuerit *Gerardus* iste, nosocomii tunc temporis Rector, aliis eum e *Gallia* repetentibus, aliis asserentibus *Scalensem* fuisse, ex oppido ducatus *Amalphitani* [7]. Certe ex eo nosocomio sive hospitali *S. Joannis* denominati primum sunt hi equites, dictique *Hospitalarii* & *Joannitæ*. postea *equites Rhodii* appellati sunt: nam cum infideles denuo *Hierosolymam* occuparent, ab *Isaaco Angelo* Imp. Græco *Rhodum* obtinuere. tandem & ex ea

1. Ottavio Beltrano *Descritt. del regno di Napoli.*
2. Addesis Nicol. Parthen. Giannettas. *Histor. Neapol. Decade* I. *lib.* VII. init.
3. Giov. Anto. Summonte *Della citta e regno di Napoli. lib.* I. *pag.* 397.
4. Leo Ostiens. in *Chron. Casin. lib.* I *cap.* 50.
5. Scip. Mazzella *Descritt del regno di Napoli*, *parte* II. *Provincia di principato Citra*
6. Scip: Mazzella ibid. Giacomo Bosio *Della sacra militia Gierosolimit. lib.* I. nel princ. & all'an. 1128. & 1130. Anto: Franc: Cirni nel commentar. *De' cavaglieri Gierosolimit.* citato da Giov: Anto: Summonte *Della città e* F *regno di Napoli lib.* I. *pag.* 397. Henr: Pantaleo *De rebus Joannitar. lib.* I. Cronica de la milicia y sagrada religion de San Jvan Bavtista de Jerusalem, por fray Don Jvan Augustin Funes Cavalero &c *lib.* I. *cap.* I. *Los Amalfitanos fundan un hospital en Jerusalem, y dan principio a la Religione.*
7. Giaco: Bosio *lib.* I. sul fine & *lib.* II. vite di Gran maëstri della sacra relig. di S. Giovanni Gierosolimit. del Comendatore fra Geron. Marilli, init. *Fra Gerardo.* ubi laudatur hunc in finem Historia, cui tit. *Gesta Dei per Francos*; item Petr: Boissat. Ferdin: Ughell. *Italia sacra tom.* IX. *pag.* 236.

ea insula pulsis *Melita* assignata est a *Carolo V*, quo magis tuta foret *Sicilia* ab incursibus barbarorum ex *Africa*. hinc ergo hodie *Melitenses* vocantur.

CAPUT IX.

Tributarii facti a Salernitanis. *Proelium navale cum* Surrentinis.

Dum autem commerciis & mari feliciter rem gerit *Amalphis*, terra infestatur a vicinis populis, fortunæ ejus invidentibus. In his præcipui erant *Salernitani* [1]. Vario autem atque ancipiti Marte bellatum fuit, ita tamen, ut plerumque victoria staret a parte *Amalphitanorum* [2]. Sed tandem circa annum MXL. tributaria per eos facta est *Amalphis*. nam anno MXXXIX. indictione VII. mense Aprili *Guaimarius Salernitanorum* princeps creatus legitur dux *Amalphitanus* [3]. Res ita se habuit. *Guaimarius* hic, *Salerni* & *Beneventi* princeps, postquam principatui *Beneventano* in gratiam *Henrici II.* Imperatoris renunciasset, auxilio *Normannorum Surrentum* occupavit, & fratrem suum *Guidonem* ei ducem imposuit. Dein principatui *Salernitano Amalphin* adjecit, sibique vectigalem fecit. At vero tanta felicitate elatus subjectos pessime habere instituit. Quapropter unanimi *Amalphitanorum* & *Salernitanorum* conspiratione in littore *Salernitano* triginta sex vulneribus confossus est [4]. Neque tantum cum *Salernitanis*, sed & cum *Surrentinis* bella illis fuere; incertum tamen quo tempore. Videlicet inter duces *Amalphitanos Leo* quidam *Neapolitanus* numeratur, *Marini* filius, nepos *Leonis*, qui navali pugna captus fuerit a *Surrentinis* [5].

CAPUT X.

Concilium Amalphitanum.

Anno interea MLIX. *Nicolaus II.* Pontifex maximus *concilium* habuit *Amalphi* contra eos qui fovebant schismata & Pseudopontifices, quippe quæ res, magno cum rei Christianæ detrimento atque offensione, electionem Pontificum vehementer identidem turbabat hisce temporibus, & Ecclesiam ac Principes studia in contraria scindebat [6]. Attamen tam inveteratum ac longe serpens malum concilio illo *Amalphitano* tolli minime potuit, cum seculo proximo ipse *Innocentius II.* sub quo Pandectarum volumina *Amalphi* inventa fuerunt, per ejusmodi dissidium annis compluribus in urbe *Pisana* exularit, & implorandæ opis causa contra potentem adversarium per varias *Europæ* plagas oberrare necesse habuerit, uti plenissime constabit e sequenti dissertatione *de Amalphi a Pisanis direpta*. Aliquanto magis schismatibus prospectum est c. & XX. annis post, imperante *Frederico Barbarossa*. tunc nimirum *Alexander III.* legem sanxit, *ut Pontifex creatus ratus non esset, nisi minimum duas tertias suffragiorum tulisset partes* [7].

CAPUT XI.

A Salernitanis *deficientes recidunt sub potestatem* Roberti Guiscardi, Normanni, Siciliæ & Calabriæ Apuliæ*que Ducis, a quo per fraudem circumveniuntur.*

Verum revertamur ad bella cum *Salernitanis*. An post necem *Guaimarii* in plenam libertatem se asseruerint *Amalphitani*, an vero tributarii manserint, haud tuto definiri posse arbitror. Profecto si dominationi *Salernitanorum* tunc temporis se subtraxerint, mox denuo ab iisdem superatos oportet. nam sub *Gisulfo Salerni* principe circa annum Domini MLXX. *jam dudum* annua vectigalia *Salernitanis* pependisse dicuntur. ita sane refert *Gulielmus Apuliensis*, scriptor ejus seculi [8]. *Amalphitani* autem sibi metuentes a *Gisulfo*, quod interfectores patris ipsius exstitissent dum penitus eos subjugare volebat, desciverunt ab eo, seque contulerunt ad affinem ([a]) ejus *Robertum Guiscardum*, *Apuliæ* & *Calabriæ* ducem, qui *Salernum* obsidebat. Lacessitus hic erat a *Gisulfo*, qui nimia ambitione fines proferre satagens, suis ipse exuitur, præsertim desciscentibus *Amalphitanis*. Sed nec ipsi *Amalphitani* hoc impune tulerunt: nam a *Roberto* specie auxilii subacti sunt, idque satis callida ratione. Nimirum dum *Salernum* obsidebat, invitavit *Amalphitanos*, ut sibi cum navibus præsto esse vellent in obsidenda urbe. quum igitur ipsis hoc pacto odium *Gisulfi* concitasset plane internecinum, tandem illos adegit, ut, si adversus *Gisulfum* tuti esse vellent, se ipsi totos permitterent, sive, ut coævi scriptoris verba mutuer, *si contra Gisulfum tuerentur, tota Malfa illi subjugata hereditaliter fœderaretur*. Statim quoque, parte exercitus ad obsidionem relicta, *Amalphim* proficiscitur, ut hac lege urbem a civibus acciperet: acceptam vero *castellis*, ut vocant, quatuor munivit, suosque in ea reliquit milites, atque ita cum multis *Amalphitanorum* copiis *Salernum* redit. Nec ita multo post urbem capit, *Gisulfo* in deditionem accepto. Atque hæc quidem acciderunt anno salutis MLXXV. Omnia illa habemus e duobus scriptoribus ejus ævi, qui singulari fortuna ad nostra usque tempora pervenerunt, & e quibus sequentia itidem magnam lucem fœnerantur. alter est laudatus *Gulielmus Apuliensis*, qui ipsi *Roberto* historiam suam dedicavit [9]: alter monachus fuit *Normannæ* gentis sub *Rogerio*, hujus filio, cui nomen *Gaufredus Malaterra* [10]. Addit Chronicum *Amalphitanum*, antea sæpius laudatum, *Joannem Sergii* filium eo tempore *Amalphi* præfuisse, quem ducatu spoliaverit *Robertus*, atque simul proscripserit [11].

CA-

1. Marinus Freccia *De feudis. pag.* 80. ex Eremperto.
2. Scipione Mazzella *detta parte* II.
3. Jul. Cæs. Capacius *Histor. Neapolit. lib.* I. *cap.* 13. *De Ducib. Amalphitanis.*
4. Leo Ostiens. in *Chron. Casinensi lib.* II. *cap.* 65. Giov: Anto: Summonte detto *lib* 1. *pag.* 397. vide etiam Camill. Peregrin. *Histor. princip. Longobard.* in stemmate principum Salerni & in Richario.
5. Jul. Cæs. Capacius eod. *lib.* 1. *cap.* 13.
6. Louis Moreri *Dict. Histor.* in voce MALFIS. citat ibi *tom.* IX. *Conciliorum*, Leonem Ostiensem *lib.* III. *cap.* 15. Sigon. *De regno Ital.* & Baron. in *Annalib.* Nisi tamen & hac in parte Melphis cum Amalphi confundatur. certe *Concilior. tom.* VII. Malphi in Apulia hoc concilium dicitur habitum fuisse.
7. Carol: Sigonius *De regno Ital. lib.* XIII.
8. Gul: Apuliens. *De Normann. lib.* II.
([a]) Nempe Gisulfus Salernitanus frater erat Sigelgutæ: hæc autem uxor Guiscardi. Gaufredus Malaterra *lib.* III. *num.* 2. Ceterum Gisulfus natione Longobardus erat, Guiscardus vero Normannus. Idem *lib.* IV. *num.* 24.
9. Gul: Apuliens. *De Normannis. lib.* II. Historiam suam quinque libris complexus est, sermone usus ligato. in horum dedicatione habetur: [*Nostra, Roberte, tibi cognoscis carmina scribi.*] Estque inter scriptores rerum Brunsvicens. a Leibnizio editos.
10. Gaufred. Malaterra, *lib.* III. editus inter Hispaniæ illustr. scriptores. Tractat autem *de gestis Normannorum in Calabria & Sicilia.*
11. Ferd. Ughell. *Italia sacra tom.* IX. *pag.* 235. & seqq.

1. Jul.

CAPUT XII.

Mox a Guiscardo *desciscunt, & ab eodem armis subiguntur. Epistola decretalis* Gregorii VII. *de hac re. Postea cum* Surrentinis *jure successionis deveniunt ad* Guidonem, *inde autem ad* Rogerium Bossum, Apuliæ & Calabriæ *Ducem Principemque* Salerni.

Ceterum quam hoc modo acquisierat ditionem, quiete retinere non potuit. Etenim ductu cujusdam *Gandalonis* a *Roberto Guiscardo* desciverunt *Amalphitani*. Sed tamen anno MLXXX, hoc est, quinquennio postquam *Amalphin* pacto in potestatem redegerat, armis eandem occupavit [1]. Memorabilis autem hoc loco est investitura, seu forma concedendi feudi, qua utitur *Gregorius VII.* diserte enim in ea excludit *Salernum* & *Amalphin*, ut *injuste* possessa. Epistola decretalis [2] ita incipit. *Ego Robertus Dei gratia & S. Petri Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ dux* &c. sequitur autem, *Ego Gregorius Papa investio te, Roberte dux, de terra quam tibi concesserunt antecessores mei sanctæ memoriæ Nicolaus & Alexander: de illa autem terra quam INJUSTE tenes, sicut est Salernus & Amalphia, & pars Marchiæ Firmianæ, nunc te patienter sustineo in confidentia Dei omnipotentis & tuæ bonitatis, ut tu postea* &c. [3] Moriens autem *Robertus Guiscardus* an. MLXXXVI. inter filios, quos tres superstites habebat, & fratrem suum *Rogerium Bossum* regiones sibi subjectas distribuit, ac minimo quidem natu filio *Guidoni Amalphin* & *Surrentum* reliquit. At vero *Guidonem* brevi mortuum esse oportet; nimirum, ut ex Chronico *Amalphitano* colligere est, nondum vertente anno post obitum patris. ad eundem quippe annum MLXXXVI. refert *Rogerium* comitem, qui tum dux *Amalpheos* sit factus (a). Hic autem *Rogerius*, *Roberti Guiscardi* ex altera uxore, quæ *Gisulfi* illius *Salernitani* soror erat, secundus filius extitit, idemque defuncti *Guidonis* frater germanus, cui pater ducatum *Apuliæ* & *Calabriæ* cum principatu *Salerni* assignaverat [4].

CAPUT XIII.

Excidit ducatu Rogerius, *ab* Amalphitanis *urbe exclusus, quam frustra armis tentat, adjutus licet a principibus consanguineis. Deinde tamen iterum ducatu potitur.*

Additur in eodem Chronico, *Rogerium* hunc ducatum *Amalphitanum* amisisse, atque ejus loco ducem electum *Marinum Pensabustum*, anno MLXXXXVI. Audiamus *Gaufredum Malaterram*,
A qui vixit hoc ipso tempore. *Porro dux Rogerius adhuc juvenis, & nihil malæ suspicionis adversus aliquem habens . . . Longobardos æque ac Nortmannos, quia ex parte matris ex eorum gente erat* (b), *sibi fideles credens . . . castra sua tuenda eis haud secus ac Nortmannis delegabat. Unde accidit, ut dum apud Malfam idem faciendo minus sibi prospiceret, Malfetani urbe & castris, quæ Guiscardus ad perfidiam eorum comprimendam ibidem fecerat, pro lubitu suo utentes, liberam facultatem fraudis suæ exercendæ nacti, jugum gentis nostræ & ducis, quia moris nostri exsecutor erat, a se excutere, nec tributum & servitium statutum persolvere, sed &
B ipsi duci ad eandem urbem accedendi, omnibus fidelibus suis exclusis, aditum denegarent.* Pergit narrare, quemadmodum cum avunculo (c) comite & fratre *Boëmundo* (d) junctis viribus *Amalphim* obsederit terra marique. Sed in ipsa obsidione *Boëmundus* ex edicto *Urbani* Papæ ad expeditionem *Hierosolymitanam* avocatur, *sicque*, subdit, *urbe pene usque ad deditionem vexata, tali infortunio privantur* [5]. Hic definit scriptor ille *Normannus*, quem facile agnosceres, haudquaquam neutrarum partium fuisse, etsi disertis verbis non addidisset. Postea tamen urbe potitur *Rogerius*; armisne an pacto, non additur. habet enim simpli-
C citer Chronicon *Amalphitanum* [6], *Marinum Pensabustum*, quem anno MLXXXXVI. ducem creatum diximus, eam dignitatem tenuisse usque ad annum MC, quo iterum ducatum obtinuit *Rogerius* (e), deposito *Pensabusto*.

CAPUT XIV.

Subjugantur tandem penitus a Rogerio, *primo* Siciliæ *Rege.*

Sic tandem devenimus ad tempora illius *Rogerii*, qui *Siciliam* regio titulo omnium primus tenuit, *Rogerii Bossi* filium, eundem scilicet qui
D proxima dissertatione de inventis *Amalphi* Pandectis utramque paginam faciet. Postquam autem hic *Rogerius*, *Siciliæ* adhuc comes, absentem cognatum *Gulielmum*, *Apuliæ* & *Calabriæ* ducem, tam impudenter violenterque omnibus spoliaverat, ut ibidem narrabitur, ac præterea, eodem *Salerni* exule mortuo, istius ducatus titulum assumpserat, quod factum anno MCXXVII. post hæc, inquam, *Salernitanos* coëgit in verba sua jurare: ita nihilo minus, ut iidem munitionem turris majoris suis militibus custodiendam paciscerentur. *Amalphitani* deinde, videntes *Salernitanos Rogerio* colla subdidisse, pariter & ipsi,
E retentis munitionibus, se ei submittunt [7]. Quo autem loco post annum MC. res *Amalphitanorum*, fuerint, nondum adhuc diserte memoriæ proditum inveni. Mihi sane videntur, aut sensim in libertatem sese asseruisse, distracto aliis rebus *Rogerio*

---

1. Jul. Cæsar Capac. *Hist. Neap. lib.* I. *cap.* 13.
2. Volumine III. Decretalium.
3. Adi Summonte *Histor. di Napoli lib.* I. *pag.* 474.

(a) Nisi tamen hoc referendum potius sit ad annum MLXXXVIII. cum instrumentum a Capacio *d. lib.* I. *cap.* 13. allatum diserte habeat, *In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, anno ab incarnatione ejus millesimo nonagesimo, temporibus Domini Rogerii gloriosi Ducis, anno secundo Ducatus illius Amalfiæ, die* 5. *mensis Octobr. Ind.* XIV. *Amalfi. Certum est* &c.

4. Vide seq. dissertat. *cap.* II. III. & IV.

(b) Confer notata ad *cap.* XI. *lit.* a.

(c) Hic sine dubio est Rogerius Siciliæ comes, quem Bossum cognominant, frater Roberti Guiscardi, qui ei Siciliam cum parte Calabriæ dederat. itaque *patruus* hujus Rogerii nominandus fuerat, non *avunculus*. Sed ostendit Du Cange, hoc seculo nomen *avunculi* promiscuum usum habuisse. vide Glossarium ejus, voce Avunculus.

(d) Proprie Boëmundus huic Rogerio frater consanguineus erat, utpote natus ex prima Roberti Guiscardi conjuge. Abiit autem in sacram expeditionem cum cognato suo Tancredo, qui se in expugnatione Hierosolymitana tam inclytum ac decantatum reddidit. Pandolfo Collenuccio Compendio *delle histor. del regno di Napoli lib.* I. *ad an.* 1094.

5. Gaufred. Malaterra *lib.* IV. ad fin.

F 6. Chron. Amalphit. Apud Ughell. *Italia sacra tom.* IX. *pag.* 235. & seqq.

(e) Ni vehementer me fallo, parum accurate hic agit Chronicon, dum hunc Rogerium vocat *Siciliæ comitem & Calabriæ ducem.* is erat Rogerius Bossus, hujus Rogerii patruus, cui frater Guiscardus Siciliam cum parte Calabriæ concesserat: de quo etiam actum *lit. c. pag. præc.* Nempe facile confundi potuerunt duo Rogerii, agnati inter se, & eodem tempore viventes.

7. Alexander Abbas Celesin. *De reb. gest. Rogerii Siciliæ regis, lib.* I.

gerio isthoc, *Apuliæ* & *Calabriæ* duce, hujus *Rogerii* patruele, qui nec magnus bellator erat: aut saltem sui juris facti esse in nupera rerum mutatione, cum *Rogerius* hic noster ditionem invaderet cognati *Gulielmi*, laudati patruelis filii. Utut est, *Rogerius* anno Christi MCXXIX. Rex renunciatus coronatusque in *Sicilia*, protinus animum adjecit ad expugnandam *Amalphin*. Hæc enim civitas, quæ commerciis nunc valde vigebat, plus opibus ac potentia pollere videbatur, quam e re esset novi Regis. Non aliunde hoc melius didicerimus quam ex *Alexandro* Abbate *Celesino*, qui in comitatu fuit *Rogerii*, ac totum hoc bellum accuratissime descripsit. *Cumque*, inquit [1], *peractis Regiæ coronationis celebritatibus ad propria singuli redissent, cœpit Rex sollicitus intra mentis suæ volvere arcanum, qualiter deinde Regnum suum, quod multum desiderabat, perpetua solidaretur pace, nullusque adversum se resistendi facultatem posset habere. Unde ab Amalfitanis vehementius instanterque cœpit exigere, quatenus cunctas suas dimittentes munitiones sibi eas custodiendas traderent: alioqui nullo modo . . . ulterius pateretur, ut ipsi eas sibi servandas tenerent: qui cum omnes uno id ei animo consentiendum contradixissent, atque in hoc ipso obstinatissimo persisterent corde, Rex indignatus illos a fidei suæ consortio dissociavit.* En justam, si Dis placet, belli causam.

CAPUT XV.

Difficultas hujus rei. Post triennium Amalphim *feroci manu perdere voluit* Rogerius.

Scilicet quovis prætextu frangendæ erant *Amalphitanorum* vires, quæ ejusmodi fuerunt, ut omnium maxime eas metueret *Rogerius*. Patet hoc tum ex adductis, tum etiam ex sollicita anxiaque & prorsus circumspecta *Amalpheos* & oppidorum ipsi subjectorum aggressione, quam sigillatim nobis exhibet laudatus Abbas *Celesinus*. Primum classe eam aggreditur, mox terrâ *singula oppida singulis exercitibus obsidet, ac terribiliter angustat.* Captis hinc inde arcibus oppidisque tandem *Ravellum* atque ipsam *Amalphiam* ad deditionem compellit. *Quid plura?* concludit [2]. *Rex Rogerius pro velle suo datis acceptisque dextris recepit Rabellum, Scalam, Gerulam, Pugerulam, cæteraque Amalphitanorum oppida.* Ita concidit libertas populi *Amalphitani*, oppressa a nimis potente principe. Immo vero post triennium, ut docet nos *Falco Beneventanus*, ejusdem seculi rerumque in proxima regione gestarum scriptor, *tractavit* Rogerius cum proceribus, *qualiter cives Salernitanos & Amalphitanos, sicut Apuliæ, feroci manu perderet.* Nempe *Apuliæ* civitates, imprimis *Trojam* & *Melphim*, paulo ante horribilem in modum vastaverat ac depopulatus fuerat. *Sed tamen*, addit auctor, *congruum tempus sibi non videbatur* [3]. distrahebatur enim debellandis qui ab eo desciverant. Verum pro malo quod nunc *Amalphitanis* minitabatur *Rogerius*, biennio post aliud ipsis a *Pisanis* supervenit.

1. Abbas Celesinus, *Rogerii regis Siciliæ rerum gestar. lib.* II. prope init. Est autem & hic in collectione scriptorum Hispaniæ illustratæ.

2. Idem ibid. Adde antiquum Chron. anonymi Casinensis apud Caracciolum, ad an. 1130. item Falconem Benevent. apud eund.

A

CAPUT XVI.

Diripitur a Pisanis Amalphis, *in qua direptione asportata sunt* Pandectarum *volumina.*

Ita nimirum historiæ filum secuti deferimur ad articulum temporis, in quo præcipuus tam hujus quam proximæ disquisitionis cardo vertitur, ad direptionem puta *Amalpheos* per classem *Pisanorum*, & Pandectarum per eos asportationem. Accidit hoc anno MCXXXV, per occasionem belli inter *Innocentium II.* & *Anacle-*
B *tum* antipapam. Ut autem *Innocentii* defensionem susceperat Imperator *Lotharius II*, sic *Anacleti* partes tuebatur *Rogerius Siciliæ* rex. *Innocentio* insuper & *Pisani* adhærebant, apud quos ille diversabatur. Hi hoc anno *Neapolitanis* suppetias venientes adversus *Rogerium*, cum forte fortuna intelligerent, *Amalphin*, quæ jam *Rogeriani* dominii erat, ut dictum, omni prorsus præsidio destitutam esse, eam ex improviso adorti sunt cum XLVI. triremibus, & primo statim impetu ceperunt spoliaruntque, & cum cetera præda Pandectas quoque abstulerunt. Aberant nimirum ipsi *Amalphitani*. terrestrem militiam in
C exercitu secum abduxerat *Rogerius*. maritima, jubente eodem, cum IV. navigiis prædas agebat. quin & residui cives domo aberant: nam simulac *Pisanam* classem conspexissent, *Salernum* abiere, ut eam civitatem contra *Pisanos* defenderent, de sua, ut videtur, securi. Proinde expeditissimum fuit *Pisanis*, urbem omnibus civibus exhaustam, invadere. Direpta *Amalphi*, & spoliis ad classem deportatis, ad alia hujus ducatus oppida perrexerunt. Itaque eodem velut impetu occuparunt *Scalam* & *Ravellum*, easque urbes similiter depopulati sunt. Mox, suadentibus *Amalphitanis* quos ceperant, munitionem obsederunt, quæ
D *Fracti* dicitur. Tum vero rex *Siculus*, qui cum suis apud *Aversam* consistebat, tertio post invasionem die obsidentes *Pisanos* aggressus est, cecidit, fugavit. Ex ea strage superstites ad classem confugere, & sic tandem *Pisas* reversi sunt. Sed cum in dissertatione, quæ sequitur, propria sedes sit huic & proximæ *Pisanorum* expeditioni in *Amalphin*, istic omnia copiosius tractabuntur [4].

CAPUT XVII.

Biennio post tributaria est facta a Pisanis *jussu & auspiciis* Lotharii II. *Imp. oppida autem hujus ducatus horrendum in*
E *modum vastata sunt.*

Videlicet nondum penitus elapso altero biennio, nova iterum in *Amalphitanos* calamitas ingruit, priori haud multum dissimilis, & ab iisdem *Pisanis* illata. Anno MCXXXVII. ingenti cum exercitu in *Italiam* venerat *Lotharius* Imperator, ut *Innocentium*, pulso *Anacleto*, collocaret in solium Vaticanum, utque *Rogerium* debellaret. Dum hisce terra occupatur *Lotharius*, *Pisani* classem C. navium in *Amalphin* ceterasque civitates maritimas, quæ *Rogerio* parebant, jussu &
F auspiciis *Lotharii* immittunt. Tempestive autem *Amalphitani*, præteritorum recordatione, urbis suæ direptionem redemerunt, non item aliæ hujus

3. Falco Beneventanus *in Chron. ad ann.* 1133. is a Caracciolo editus est cum tribus aliis Chronographis antiquis.

4. Dissert. II. *De Amalphi a Pisanis direpta capp.* XXIV. XXV. XXVI. XXVII. & XXVIII. item *cap.* XXXVII.

jus ducatus civitates. nam ad eas quod attinet, haud scio an minore prudentia usæ sint, an vero pacisci cum iis noluerint *Pisani*, ad eluendam cladis ibi acceptæ maculam. *Ravellum* certe & *Scalam* vastatas direptasque incenderunt, abductis in captivitatem civibus qui necem evaserant. Occuparunt præterea *Scalectam*, *Atranos*, *Fractos*, *Pugetulam* ceteraque oppida & castella. Ut adeo totam *Amalphitanam* terram devicerint *Pisani*, &c, *tributo* imposito, omnes *jurare* fecerint, ac *Domino Papæ Innocentio & Imperatori Lothario obedire*, *ut Dominis*, *contra prædictum Rogerium.* verba sunt ex *Annalibus Pisanis* [1]. Ipse vero *Rogerius*, relicta *Italia* in *Siciliam* profugere coactus: quanquam tamen paulo post omnia recuperavit, discedente *Lothario* [2]. Sed de his adeatur, quam laudavi, sequens dissertatio.

CAPUT XVIII.

Occupata mox iterum a Rogerio Amalphis *mansit postea sub regibus* Siculis, *emersit tamen aliquatenus commerciis maritimis. Privilegia a* Neapolitanis *indulta. Tabula* Amalphitana.

Tot tantisque malis, exiguo intervallo aliis alia insequentibus, attritæ sunt fractæque penitus *Amalphitanorum* vires, neque unquam postea ad pristinum splendorem vigoremque aut potentiam assurgere potuerunt, præsertim sub regibus *Siculis* ac *Neapolitanis*, quibus deinceps subjecti mansere. Paulatim nihilo minus per commercia & mercaturam se erexit populus *Amalphitanus*, & a vicinis in honore est habitus. Singulare ejus rei testimonium perhibet nobilissimum diploma *Neapolitanum*, quod sub finem hujus seculi duodecimi, anno nimirum MCXC, datum est. Concessum illo *Amalphitanis*, *Scalensibus* & *Ravellensibus*, ut qui ex iis *Neapolim* habitatum concessissent, iisdem juribus ac privilegiis gauderent, quibus ipsi cives *Neapolitani*, usque adeo, ut vel ex suis civibus Consules eligerent, qui inter ipsos jus dicerent, & hoc quidem secundum usus & consuetudines domi receptas [3]. Alio autem privilegio paulo anteriore, si fides *Summonti*, iidem *Neapolitani* concesserant, ut quicunque ex *Amalphitanis* per triduum commoratus esset in civitate *Neapolitana*, eo ipso pro cive haberetur [4]. Illud profecto perquam notabile est, quod de auctoritate Constitutionum *Amalphitanarum*, quæ commercia & res navales regebant, tradit *Marinus Freccia*, natione, ni fallor, *Neapolitanus*. *In regno*, inquit (ita *Neapolitanum* per excellentiam vocare amant *Itali*) *non lege Rhodia maritima decernuntur*, *sed TABULA*, *quam AMALPHITANAM vocant*, *omnes controversiæ omnesque lites & omnia maris discrimina*, *ea lege*, *ea sanctione usque ad HÆC tempora finiuntur* [5]. Florebat autem *Freccia* circa annum MDLXX.

CAPUT XIX.

Diploma Neapolitanum *in gratiam* Amalphitanorum.

Non displicebit, opinor, eruditis, ipsa verba laudati diplomatis *Neapolitani* hic a nobis exhiberi, quum & ætate conspicuum sit, & *Amalphitanis* quoque perquam honorificum. Igitur hunc in modum se habet. *In nomine Dei æterni*, *anno incarnationis Dominicæ millesimo centesimo nonagesimo*, *die* IX. *mensis Maji*, VIII. *Indict. Quia gloria & corona illustrium civitatum est diversorum officiorum concors populi multitudo*, *& quanto in diversis mercimoniis & variis utilitatibus vivendi sibi invicem*, *& aliis hominibus*, *quorum frequentatur accessus*, *justius copiosiusque ministratur*, *eo celebrioris nominis civitates ipsæ & majoris opinionis divulgatione clarescunt. Idcirco nos Aliernus Cutonus*, *Consules*, *Comestabuli*, *Milites & universus Populus egregiæ civitatis Neapolis*, *provida & salubri deliberatione Concilii attendentes*, *quid honoris*, *quid commodi nobilissimæ civitati vos*, *viri prudentissimi*, *Scalenses*, *Ravellenses*, *& cæteri negociatores & campsores de Ducatu AMALPHIÆ conferatis*, *vobis vestrisque hæredibus ac successoribus*, *in prædicta civitate Neapoli habitantibus*, *salvo in omnibus generali privilegio*, *quod est inter Nobiles & Populum ejusdem civitatis*, *concedimus*, *auctorizamus*, *& in perpetuum hoc speciali privilegio confirmamus*, *ut*, *sicut ista civitas Neapolis privilegio libertatis præfulget*, *ita & vos negociatores*, *campsores sive apothecarii de præfato Ducatu AMALPHIÆ*, *ut negociationes exerceatis in hac eadem civitate*, *ad habitandum seu ad apothecas tenendum veneritis*, *eadem omnino libertate in perpetuum gaudeatis*, *ut nulla conditio de personis vel rebus vestris sive hæredum vel successorum vestrorum in Neapoli habitantium requiratur*, *sicut non requiritur de civibus Neapolitanis*, *salvo honore ipsius civitatis in libero & franco usu vestrorum negotiorum. Insuper hoc eodem privilegio concedimus & confirmamus vobis vestrisque hæredibus seu successoribus*, *negociatoribus*, *campsoribus*, *apothecariis de memorato Ducatu AMALPHIÆ in Neapoli habitantibus vel habitaturis*, *ad negociationes exercendas*, *ut liceat vobis vel eis in perpetuum de gente vestra inter vos Consules statuere ac mutare in civitate Neapoli de illis*, *qui Neapoli manserint*, *sicut vobis vestrisque hæredibus & successoribus in civitate ista negociationes exercentibus paruerit expedire*, *quorum arbitrio & judicio*, *secundum veteres bonos usus vestros*, *causas sive lites*, *quæ inter vos vel eos emerserint*, *terminentur*, *nec liceat civitati vel alteri pro ea vos seu hæredes vel successores vestros de prædicto Ducatu AMALPHIÆ in civitate ista manentes seu negotia exercentes*, *de veteri & bono usu vestro seu consuetudine trahere vel mutare : sed debeamus vos in omnibus bonis usibus vestris & in Consulatu vestro in perpetuum conservare*, *& vos gubernatione & judicio vestrorum Consulum tantum in perpetuum vivere debeatis. Et hoc privilegium nostræ concessionis omnimodo & perpetua firmitate signetur sigillo Civitatis & Consulum*, *& subscriptione plurium de nobis communi Concilio & voluntate civitatis Neapolis est roboratum. Actum Neapoli per Maurum*, *Clericum sanctæ Neapolitanæ ecclesiæ*, *Notarium Domini Sergii venerabilis Neapolitani archiepiscopi*, *anno*, *die*, *mense & indictione superius prænotatis.* In subscriptione autem hujus privilegii septendecim adsunt nomina cum titulo Consulis.

CA-

1. *Annal. Rer. Pisan. ab ann. Ch.* 971. *ad ann.* 1176. apud Ughell. in *Ital. sacra tom.* VIII. *pag.* 861. adde MS. Strozzianum in fol. num. 194. cui tit. *Memorie diverse della città di Pisa.*

2. Jul: Cæs: Capacius *Histor. Neapolit. lib.* I. *Sergius dux* XXXIV. Franc. Capecelatro *Histor. del regno lib.* I. atque alii.

3. Idem Capacius dicto *lib.* I. Rogerius dux XXXV. Giov: Anto: Summonte *Della citta e regno di Napoli lib.* I. *pag.* 122. & 138.

4. Summonte detto luogo.

5. Marinus Freccia De feudis. cap. *De officio Admirati maris*, §. 7.

1. Vi-

CAPUT XX.

Explicata quædam verba hujus diplomatis: ut & alia id genus ad res Amalphitanas *spectantia.*

Præ ceteris autem in illo diplomate observandum est (nam pluribus sigillatim inhærere, instituti ratio non patitur) distincte nominari *negociatores*, *campsores* & *apothecarios*. Horrea *Græci*, quibus ἀποτιθέναι recondere est, ἀποθήκας vocant: unde vel in ipsis Pandectis *apotheca* pro horreo. hinc jam *apothecarii* dicti videntur mercatores, qui apothecas sive horrea habent, in quibus merces condunt ac servant. & hic quidem in specie designari eo nomine putaverim majores illos mercatores, qui in *Sicilia*, *Constantinopoli*, *Ægypto* atque aliis regionibus exteris horrea mercium habebant constituta, ut infra de his ipsis *Amalphitanis* nostris videbimus [1]. Contra per *negociatores* hic intelligo minores mercatores, qui merces, aliunde advectas, in patria & vicinis tractibus distrahunt, atque ibi tabernas instructas habent. Per *Campsores* denique existimo designari mensarios seu argentarios, qui continua pecuniæ permutatione fœnus exercent. unde hodie *cambium* pro versura seu quæstu illo fœnebri; & *literæ cambiales* pro autographis, quibus ejusmodi pecunia versatilis, ut ita loquar, variis in locis, plus minus dissitis, jubetur persolvi. venit nimirum haud dubie a *Græco* κάμπτω flecto, verto. Qua in re notari velim, hæc & alia id genus vocabula, a *Græco* sermone oriunda, in commerciis recepta esse; quasi quæ ortum ducant e civitatibus maritimis *magnæ Græciæ*, in quibus mercatura pridem floruit: in his autem & *Amalphis* aliquandiu insignem locum tenuit. Sed ut alio quoque exemplo eandem rem illustremus, practici maritima tractantes jactum seu contributionem propter jactum mercium, qui navis levandæ causa fit, *avariam* vocant, proculdubio a *Græcorum* ἄβαρος, quasi *exonerationem* dicas: nam βάρος illis onus, pondus, gravitas est [2]. *Amalphitanos* autem in specie ex *Græco* nonnulla traxisse, vel inde constare potest, quod inter ducum *Amalphitanorum* titulos esset, quod *Vasti* dicerentur, quasi corrupto vocabulo a σεβαστοί *venerandi*, ut optime observat *Julius Cæsar Capacius* [3]. Eo autem hoc probabilius est, quod *Neapolitani* duces *Protosebasti* vocabantur. Immo diserte in *Chronico Amalphitano ad annum* MXCVI. memoratur Marinus Pensabustus, *Sebastus & Dux Amalphitanus*. Nec tantum *Vasti* dicebantur, verum etiam *Antipati & Vasti*, ex ἀντὶ & ὕπατος consul, quasi *Proconsules*. Denique expeditionem navalem, cujusmodi duas *Pisanorum* adversus *Amalphim* retulimus, *stolum* appellant hujus ævi scriptores [4], sine dubio ἀπὸ τοῦ στέλλειν a *mittendo*, quod certum quendam ac peculiarem in finem paretur ac *mittatur*. præterea & στόλος *Græcis* exercitus est & expeditio, sive terrestris sive navalis. Sed e diverticulo in viam.

A

CAPUT XXI.

Reliquiæ S. Andreæ *Apostoli, patroni* Amalpheos, Constantinopoli *eo translatæ.*

Historiæ & temporis ratio ad seculum nos deduxit a parta salute tertium & decimum. Videlicet anno MCCVIII. *Petrus Capuanus*, Cardinalis cum titulo *Sancti Marcelli*, *Amalphi* oriundus, e *Constantinopoli* in patriam transtulit reliquias *Sancti Andreæ* Apostoli, quem sibi patronum ac velut Genium tutelarem adsciverunt *A-*
B
malphitani. Rem his verbis refert Ferdinandus Ughellus in *Italia Sacra*: *Princeps civitatis protector Sanctus Andreas Apostolus est, cujus nominis nobilissimæ architecturæ cathedrale templum ab Amalphitanis dedicatum est pulcherrimum, a Petro Capuano, presbytero Cardinali civeque Amalphitano, corpore ejusdem Apostoli exornatum, quod e Constantinopoli, dum illac Apostolicæ sedis Legatus ageret, ab ecclesia S. Andreæ Amalphitanorum Amalphim delatum, & summo cum honore conditum fuit.* postea: *Facta hujusmodi translatio die* VIII. *Maji* MCCVIII [5]. Hoc eo diligentius adnoto, quod alii ad anteriora tempora id referant, *Mazzella* au-
C
tem ad annum MCCXXVIII [6]. Cæterum narrat ibidem *Mazzella*, e reliquiis illis seu ossibus *S. Andreæ* scaturire perpetuo limpidum quendam & sacrum liquorem (incolis *manna* dicitur) quem parvis vasculis distribuit sacerdos his, qui religionis ergo hæc λείψανα adeunt.

CAPUT XXII.

Inventum pyxidis nauticæ per civem Amalphitanum. *hinc insigne civitatis.*

Initio autem seculi quarti decimi, circa annum
D
MCCCXX; rem pulcherrimam utilissimamque navigantibus invenit quidam *Flavius Gioia*, civis *Amalphitanus*; nempe usum *pyxidis nauticæ* chartæque ad navigandum. Hunc *Positani*, quod *Amalphitani* ducatus oppidum est, natum dicit *Guazzo*, sed *Flavium Gosium* vocat [7]. Inter scriptores complures, qui eam inventionem *Amalphitanis* certatim vindicant, testis omni exceptione major est *Antonius Panormitanus*, dum ita canit;

Prima dedit nautis usum Magnetis Amalfis.

Angelus de Nuce, *de Amalphitanis* agens, *Quorum*, inquit, *gloriam illustravit ante annos fere*
E
trecentos Flavius civis vel conterraneus (*aliis Joannes Goia, sed perperam*) *mirabili illo unaque imprimis utili invento NAVTICÆ PYXIDIS, qua tot sulcantur maria, veteribus nec navigata, nec nota. Tunc ad Ursam majorem & minorem cursum navigantes dirigebant: verum cum stellas illas humanis visibus interciperet caligo, ubi locorum essent nautæ, nesciebant.* &c [8]. Addam quæ *Borellus e Bozio adducit. Neque vero*, verba sunt Bozii, *hic omittendus est incredibiles habens utilitates MAGNETIS usus, quod est inventum Flavii civis Amalphitani.... Hoc igitur Italia invento, quo salus hominum plurimorum continetur, maxime gloriabitur per Amalphitanum civem.* & mox. *Non enim Christophorus Columbus*
F
Genuensis fuisset ausus tam vastos Oceani recessus adire

1. Vide infra *cap.* XXXIV.
2. De his adi Du Cange in Apotheca & Apothecarii, Cambiare, Averum.
3. Capacius *Histor. Neapolit. lib.* I. *cap.* 13. Non multum abludit τὸ *Vesti*, quod itidem est inter titulos ducum Italiæ. sed quod aliunde deducit Du Cange. confer infra *Cap.* XXIV. versus finem.
4. Chronicon Pisan. incerti auctoris, quo utitur Ughell. in *Italia Sacra tom.* III. *pag.* 858. *ad an.* 1136 *Annales rerum Pisan.* ibid. *ad an.* 1138.
5. Ughell. in *Ital. Sacra tom.* IX. *pag.* 235. & seqq.
6. Scipione Mazzella *Descrit. del regno di Napoli Parte* II.
7. Guazzo apud Ughell. *Ital. sacra tom.* IX. *pag.* 235.
8. Angelus de Nuce in *notis ad Leonis Ostiensis Chronic. Casinense lib.* I. *cap.* 50.

1. Bo-

adire aut experiri, committereque ſe ignotiſſimis itineribus, ac toties ire ac redire, cum detexit Indias novas, & remotiſſimos populos nobis aperuit, niſi adfuiſſet illi uſus MAGNETIS. &c[1]. Subnectit præterea *Borellus* alias ſcriptorum auctoritates hanc in rem ac teſtimonia: refutat etiam *Polydorum Virgilium*, dicentem verum *Pyxidis* auctorem ignorari[2] ([a]). Sed vel diſerte idem comprobat inſigne civitatis *Amalphitanæ*, totiuſque, ni fallor, ducatus, quod ſymbolicam *pyxidis nauticæ* delineationem exhibet. Dividitur hoc inſigne in duas regiones, ſuperiorem & inferiorem, cujus confinia ac velut meditullium nautica pyxis occupat. huic porro octo alæ in circuitu æquis ſpatiis ſunt affixæ, quæ totidem ventos videntur deſignare ([b]). præterea regio ſuperior, quæ alba ſive argentea eſt, ad diurnum tempus alludit: inferior vero, quæ nigra eſt & ſtellam auream impoſitam habet, ad nocturnum: quæ res tanquam digito indicat, noctu æque ac interdiu ope hujus inventi navigari poſſe[3].

CAPUT XXIII.

Bellis exterorum principum, de Sicilia *&* Neapoli *decertantium, implicita* Amalphis *ad extremum prorſus concidit.*

Ceterum dum adhuc commercia ſic ſatis feliciter exercet *Amalphis*, externis bellis tandem penitus concidit, cum ruina etiam aliarum hujus tractus urbium. Evenit hoc potiſſimum poſt tempora *Johannæ I* ac proinde poſt medium laudati ſeculi XIV *in bellis inter Ludovicum Ladiſlaumque reges, iterumque inter Andegavenſes Arragonenſeſque principes de regno certantes: adeo ut in priore bello diviſa, una pars duce Antonio de Afflictis pro Ludovico, altera ſub poteſtate Caroli de Judice pro Ladiſlao factioſe regeretur.* ita *Ughellius*[4]. Præterea addit, quemadmodum paulatim cœperit deficere, civibus inde *Neapolim* alioque tranſmigrantibus. *Nunc autem*, concludit, *quæ olim dives plenaque populo erat, vix ad mille in ea numerantur fidelium capita.* Immo parva admodum & male culta, ut hodie eſt, evaſit[5]. Sed & portu laborat, ac ſtationem habet malefidam carinis. unde fit, ut naves ibidem in aperto mari ad littus altiſſimum anchoris ſuis ſtare cogantur[6]. Nil mirum igitur, quod per tria ſecula poſteriora, & quod excedit, nihil memoria dignum de *Amalphitanis* proditum reperiamus, idque in tanta hiſtoricorum copia, quibus proxima tempora abundant. Hinc quoque accidit, ut quidam hodie ſint, e *Tranſalpinis* ſaltem, qui nec nomine tenus *Amalphin* noverint, aut de ea fando audiverint quicquam, nedum ut tot inſignes res de *Amalphitanis* cognitas haberent ac perſpectas. Et ſane id ipſum tanto me magis impulit, ut peculiarem hanc de *Amalphi* diſſertationem e vetuſtis monumentis concinnarem. Verum pergamus ad reliqua. Videndum nunc porro de forma regiminis, quæ maximam partem democratica fuit, & genere magiſtratuum.

CAPUT XXIV.

Forma regiminis & genera magiſtratuum Comites, Præfecti, Duces. Tituli Ducum Amalphitanorum.

Amalphitani primo COMITES ſibi pro regimine eligebant, ait Freccia[7]. Hoc autem videntur feciſſe, antequam a *Salernitanis*, fraude *Sicardi*, in captivitatem ducerentur, quod contigit anno Chriſti DCCCXXV. ea de re ſic Capacius: *cum Salerno Amalfiam Amalfitani regreſſi ſunt*, de novo *inſtituendam urbis adminiſtrationem curarunt*, *PRÆFECTOS præficientes*[8]. Initio quidem unum, mox binos quotannis conſtituerunt: poſt iterum ventum eſt ad unum Præfectum. immo vero bini rediere; quibus denuo relictis, tandem uni videntur adhæſiſſe. *Præfectos* autem hoſce annuos ad finem memorati ſeculi noni cum *DUCE* perpetuo commutaſſe traduntur, ad Exemplum Ducis *Veneti*[9]. Catalogum ſeu indicem *Ducum Amalphitanorum* nobis exhibet Julius Cæſar Capacius in *Hiſtoria Neapolitana*[10]. In his ad annum DCCCCVIII. refertur Maſtalus Manſonis Fuſuli filius, cum titulo *Excellentiſſimi Imperialis*: & ad annum DCCCCLII. Sergius, dictus *Imperialis Patricius.* anno autem DCCCCLIX. Manſo *Imperialis Patricius & Antipatus.* idem vero *Glorioſus & Perfectiſſimus Dux* appellatus eſt, & XIV. annis præfuit. Anno MI. ſucceſſit *Joannes Perella*, *Manſonis* filius, in quem Imperator *patriciatum* contulit. Anno deinde MXXXV. fuit *Manſo Sergii* filius cum matre *Maria*, quam *Duciſſam & Patriciſſam* in diplomatibus dictam reperi. Sed & aliàs patres cum filiis in Ducatu fuerunt: eſt enim in inſtrumento quodam, teſte Capacio, *temporibus Domini Johannis glorioſi Ducis & Imperialis Patricii, Antipati & Veſtis, & Domini Ser-*

---

1. Bozius *De ſtatu Italiæ lib.* III. *cap.* 18. apud Camill. Borellum *De regis Catholici præſtantia cap.* 78. *num.* 22.

2. Camillus Borellus loco laud. adde præter eos quos ille magno numero adducit, Mazzellam d. loco. Ferrarium, citante Hofmanno in *Lexico univerſ.* voce *Amalphis.* Leandro Alberti *Deſcritt. di tutta l'Italia pag.* 195. Summonte *Dell' hiſtor. di Napoli. lib.* I. *cap.* 13. *pag.* 467.

(a) Sunt qui hoc inventum Amalphitanis abjudicant: ſed non videntur mihi probare quod intendunt. Jo: Lud: Gottfried in *Nova archontologia coſmica*, Germanice conſcripta, *pag.* 202. tradit, ſolidis argumentis refutatam eſſe *pyxidis nauticæ* ab *Amalphitanis* inventionem, & veteribus aliquot poëtis probatum, uſum magnetis in navigando antiquiorem eſſe. At Iſac: Voſſius *Variar. obſervat. cap.* 14. De artibus & ſcientiis Sinarum, a Seribus eam repetit *Magnetis*, inquit, *uſum, quatenus is Septentriones oſtendit, & illum quoque a Seribus reliquæ gentes acceperunt, cum conſtet jam a bis mille & octingentis fere annis illos exploratam habuiſſe iſtam hujus lapidis virtutem. Ante quingentos fere annos in navigationibus eo utebantur Saraceni, ut teſtatur Jac: de Vitriaco, edocti proculdubio a Sinis Taprobanam adeuntibus. Ab his ante tria fere ſecula accepere Chriſtiani. Quod autem nonnulli exiſtimant, antiquo huic invento plurima acceſſiſſe, Seribus ignota, id quo fundamento affirment, necdum conſtat, cum certum ſit, declinationes magneticas Saracenis notas fuiſſe, & una cum ipſo magnetis in navigationibus uſu Chriſtianis fuiſſe traditas.* hactenus e *Voſſio.* Nempe in rebus majoris momenti vulgo inventionis palma anceps redditur æmulatione variarum gentium. Guidus Pancirol. *Rerum memorabil. lib.* II. *tit.* II. & ibi *Salmut* ſolenni errore *Amalphin* cum *Melphi* confundunt, & ille quidem, ut de *Polydoro Virgilio* jam eſt relatum, auctorem latere exiſtimat.

(b) Plerique veteres octo ventos diſtinxerunt, medio uno inter quatuor cardinales interjecto. vide Cellar. *Geograph. vet. pag.* 21.

3. Scipione Mazzella *Deſcritt. del regno di Napoli pag.* 46 Ottavio Beltrano *Deſcritt. del regno di Napoli. pag.* 156.

4. Ferdin: Ughell. *Italia ſacra tom.* IX. *pag.* 235. & ſeqq.

5. Baudrand. in *Geographia.*

6. *Atlantis majoris pars* V, continens orbem maritimum, *pag.* 205.

7. Marin: Freccia De feudis. cap. *De offic. Admirati maris. cap.* 4. & ſeqq.

8. Jul: Cæſ: Capacius *Hiſtor. Neapol. lib.* I. *cap.* 13. *De Ducibus Amalphitanis.*

9. Giov: Anto: Summonte *Della citta e regno di Napoli lib.* I. *pag.* 397. Ottavio Beltrano *Deſcritt. del regno di Napoli.* adde Scip. Mazell. *Deſcritt. del regno, parte* II.

10. Capacius lo. laud.

Sergii gloriosi Ducis filii ejus anno VII. *post eorum recuperationem.* ejecti enim fuerant. Observandum interea quemadmodum hi tituli sensim creverint. De *Antipati* autem & *Vestis* appellatione, seu *Vasti*, ut in aliis est diplomatibus, supra jam egimus[1]. Rursum e quamplurimis veteribus monumentis chartisque ad *Amalphin* spectantibus *Freccia* profert *Patricios Imperiales ac Straticogos*[2], quos alibi *Stratigotos* appellat[3]. Sed hoc sequentia tempora respicere arbitror, ut videbimus. Illud quoque notatu in primis dignum est, quod non è suis solum Ducem sibi eligerent *Amalphitani*, verum etiam è vicinis *Græcis*, hoc est, e *Neapolitanis.* nam *Neapolis* eo tempore adhuc in *Græci* Imperatoris ditione erat. ita vel inter primos Duces fuit *Sergius*, *Gregorii* Magistri militum (qui titulus erat Ducum Neapolitanorum) filius[4]. Videlicet cum *Græcis* hisce *Neapolitanis* jam olim affinitatem ceteraque necessitudinis jura libenter inierunt *Amalphitani*[5].

CAPUT XXV.

Liberam Rempublicam fuisse. Duces lecti & remoti a populo: leges latæ: nummi cusi.

Quod autem *Marinus Freccia* asserit, non tantum *Amalfiam unà Græcorum sedem constitutam* esse, verum etiam *Amalfitanos Græcis fuisse subditos*, id eo magis mirari subit, quod ipse paulò ante agnoscat, civitatem extitisse *suis legibus & consuetudine constantem*[6]. Videlicet hæc caute accipienda sunt. Et quidem *Amalphis* simul cum *Surrento* aliaque in his oris loca sub Duce *Neapolis* aliquando fuerunt, sed antiquissimo, ut opinor, tempore. ita enim habet capitulare principis *Sichardi* (a) in initio. *Vobis Johanni Electo S. Ecclesiæ Neapolitanæ, & Andreæ Magistro militum, vel populo vobis subjecto Ducatus Neapolitani & Surrenti & Amalfi & cæteris castellis vel locis, in quibus dominium tenetis terra marique* & reliqua[7]. Ceteroqui sane *Amalphin LIBERÆ REIPUBLICÆ* beneficio gavisam, cum alia declarant, tum illud vel maxime, quod *Duces* suos ipsa *elegerit*, electosque pro lubitu *removerit*, ejecerit, punierit, etiam eos, quos e *Neapolitanis* sibi adsciverat. Seculo nono electus fuerat *Marinus*, *Luciani Pulcharii* filii filius, quem Seniorem dixere, regnavitque cum *Sergio* filio annos XIV. tunc autem excœcavit eum populus *Amalphitanus*, & de magistratu dejectum *Neapolim* extrusit. Sic refert laudatus aliquoties *Capacius*, ac subjicit tandem, *Habes adhuc eorum* (Neapolitanos designat) *Ducum affinitates*, *habes præterea populi potentiam*, *qui facile cogebat*, *ut se magistratu abdicarent*[8]. tum plura ejus rei exempla addit. hæc inter memorabile est, quod narrat de *Mastulo* minore, ad annum DCCCCXXXVIII. quum pater ejus quadraginta annos *Amalphitanis* præfuisset, ipse post quatuor administrationis cum *Androsa* matre occisus est. Quod autem de *αὐτονομίᾳ Amalphitanorum* dicit *Freccia*, hoc est, quod *Legibus suis* ac *statutis* regerentur, adeo verum est, ut vel qui bello eos vicerant, tributum imposuisse contenti, suo juri ipsos suisque legibus permitterent, ac Duces se eorum appellari paterentur. ita nempe *Guaimarus Salernitanorum* princeps, *Robertus Guiscardus Siciliæ* comes & dux *Calabriæ*, itemque *Rogerius Siciliæ* rex, inter ceteros Duces enumerantur[9]. Immo vero *Guiscardus*, quum anno MLXXV. *Amalphin* pacto obtinuisset, eandemque post quinquennium a se desciscentem occupasset, *Gandalonem*, præcedentis Ducis nepotem, captum oculis, perduellionis accusavit: tanquam scilicet potius contra Duces quam ipsam rempublicam bellum gereretur[10]. Tertium denique argumentum absolutæ potestatis est, quod ipsi suam *monetam* formarent ac cuderent. quippe *Chronicon Casinense* non uno loco *denarios Amalphitanos* memorat. Quare etiam triplici hoc argumento utitur Ughellius. *Suis*, inquit, *RESPUBLICA regebatur Legibus*, *Pecuniæ cudebantur propriæ*, *quas Amalphitanas appellabant*, *& ex viris patriciis Duces eligebantur*[11].

CAPUT XXVI.

Libertatis imminutio varia, ejusque tandem amissio. Regii vicarii, Justiciarii, Stratici, Regii vices-gerentes.

Quum autem dico, suis legibus permissam a victoribus *Amalphitanam* rempublicam, de libertate nihilo minus & potentia eorum multum detractum esse, quilibet ultro intelligit. Quare antecedentibus subjungit Ughellius. *Hac libertate usi sunt Amalphitani summa eorum fama ad annum usque* MLXXV, *quo Robertus Guiscardus, debellato Salerno*, *Amalphitanum ducatum suæ subjecit potestati.* Liquet etiam ex bello, quod sub *Rogerio Siciliæ* rege adversus *Innocentium* & *Lotharium Pisanos*que gerere debuerunt. *Spirantis tamen reipublicæ dignitatem*, pergit *Ughellius* in referenda breviter & concinne reliqua *Amalphitanorum* fortuna, *sustinuerunt ad Joannæ primæ tempora.* h. e. ad an. MCCCL. *dum Regiis Vicariis sub Nortmannis*, *regnantibus vero Suevis per Justiciarios Straticosque*, *& sub Gallis Arragoneisque regibus per Regios Vices-gerentes peculiaribus quodammodo statutis ac legibus regerentur*, *quas Nobilium Amalphiæ Scalarum Ravellique consuetudines vocitabant.* etenim, ut ex eodem observavimus, corruit tandem penitus hæc respublica forensibus bellis inter *Ludovicum* & *Ladislaum*, item inter *Andegavenses* & *Arragonenses*, de Regno decertantes. Unum illustrandi causa addendum, *Straticos* illos, quos nominat, eosdem videri atque hos, quos *Freccia* corruptis vocabulis *Straticogos* & *Stratigotos* appellat. Στρατηγὸς autem proprie belli dux est; & ita *Græci* Prætores *Romanorum* appellarunt, ut notum.

CAPUT XXVII.

Imperiales patriarchæ, Reguli. Ducatus honorem non amisit Amalphis. *In cujus postea ditione fuerit, & adhuc sit.*

Proxima nostris tempora porro persequitur *Julius Cæsar Capacius.* verba ejus hæc sunt. *Ducatus Amalphitanus ab Imperiali Patriarchatu ad Regulos deductus est. siquidem Alphonsi regis anno* MCCCCXXXVII.

1. cap. XX.
2. Marin: Freccia De feudis. cap. *De offic. Admirati maris.* §. 7.
3. Id. cap. *De provinciis & civitatib. Regni. pag.* 80.
4. Jul. Cæs. Capacius loc. laud.
5. Vide supra *cap.* VI.
6. Freccia locis allegatis.

(a) Hunc Salernitanorum principem fuisse autumo. eundem nimirum, de quo *d. Cap.* VI. Accidisse autem aliquamdiu antequam Amalphim invaderet.

7. Angel. de Nuce in *notis ad Chronic. Casinense lib.* I. *cap.* 56. *lit. c.*
8. Jul: Cæs: Capacius eodem loco.
9. Capacius *Histor. Neapolit. lib.* I. *cap.* 13. Chronicon. Amalphitan. apud Ughell. in *Italia sacra tom.* IX. *pag.* 235. & seqq.
10. Capacius lo. laud.
11. Ferdinandus Ughellius *Italia sacra tom.* IX.

1. Jul.

MCCCCXXXVII. *adventus in hoc regnum* (Neapolitanum intelligit) *abdicata libertate, oppida Regulis subjugavit. DUCATUS tamen honorem Amalfia non amisit. Raimondo Ursino Salernitanorum principi in feudum concessit. Ferdinandus* autem *Alphonsi filius in Antonium Picolomineum, Pii II. nepotem, anno* MCCCCLVII. *contulit, quod Regi in Sicilia contra ducem Joannem fuit auxilio, eidemque in matrimonium dedit Mariam ejus naturalem filiam, ex quibus* &c. recenset nempe familiam *Picolomineorum*, quæ ex hoc matrimonio descendit[1]. Posteri ejus adhuc ibi subsistunt, & vocantur Principes *Vallæ* & Comites *Celani*[2]. Tandem pervenit *Amalphis* ad *Octavium Picolomineum*, quem Imp. *Ferdinandus III.* anno Christi MDCLIV. cum in conventu *Norimbergensi* exsecutioni pacis *Westphalicæ* præfuisset vice sacra, Imperii Principem creavit. Quemadmodum autem is acceperit hunc Ducatum, & testamento reliquerit, declarat Cardinalis de Luca verbis seqq. *Cum eximius imperialis exercitus supremus dux Octavius Piccolomineus, restituendo suæ familiæ antiquam dignitatem, a rege Catholico ob ejus ingentia merita Ducatum Amalphitanum obtinuisset, moriens in testamento heredem rerum Italicarum in proprietate præsertim dicti Ducatus Amalphitani instituit ex fratre prædefuncto nepotem, in pupillari ætate constitutum, usumfructuarium vero universalem Archiepiscopum Senensem, ejus germanum fratrem, quem etiam dicti nepotis tutorem seu balium reliquit.* de hac nimirum facti specie ibidem ex professo disquirit[3]. Sunt qui velint *Amalphim* circa an. MCCC. ad familiam *Sanseverinam* pertinuisse[4]. Alii eo amplius tradunt, quando jam post *Sanseverinos* & *Picolomineos* sub potestatem regiam *Hispanorum* venisset, in gratiam illius *Octavii Picolominei*, imperatoris suo ævo præstantissimi, in Ducatum denuo conversam esse[5]: quum tamen *Capacius* statuat, *Ducatus honorem non amisisse.* Hodie rursus ad regem *Hispaniarum* pertinet, quatenus videlicet partem facit regni *Neapolitani*[6]. Atque hæc quidem fata sunt præcipuæ quondam civitatis, maximeque celebris.

CAPUT XXVIII.

Amplitudo & potentia Amalphitanorum *in florentissimo Reipublicæ statu. Comparatur cum Republica* Veneta.

At vero videamus insuper, id quod vel maxime ad institutum facit, quemadmodum sese habuerint res *Amalphitanorum* in florentissimo reipublicæ statu, hoc est seculo præsertim undecimo. Potentia eorum & celebritas tanta eo ævo exstitit, ut *Franciscus Antonius Purpura*, JCtus *Neapolitanus*, cum ipsa *Venetorum* republica hanc nostram conferre non dubitet. ait ille in vita *Jacobi Galli*, civis *Amalphitani*, & Jus civile in variis *Italiæ* academiis publice, dum viveret, professi. *Gallorum familia e Picentinorum celebri ac nobilissima urbe Amalphiæ, beatissimi Apostoli Andreæ sacri corporis cultu illustri, ac Neapolitanæ, ne dicam Regni universi fere, nobilitatis seminario initium ducit, licet, si primam illius originem spectes, Romanam urbem parentem agnoscat* (a). **A** *Etenim constat inter omnes, AMALPHITANAM REMPUBLICAM olim clarissimis viris, opibus, variisque commerciis cum remotissimis ac longe dissitis nationibus & gentibus in primis nobilem, classe florentem, eodem fere tempore cum præclarissima VENETA REPUBLICA, non iisdem tamen post urbem a barbaris captam parentibus natam, ac rerum felicitate ac successu disparem. Etenim illa, non amplis circumscripta finibus, proximorum Principum armis vexata, nequiit imperium latius proferre, & intestinis demum acta discordiis, de potentia, qua plurimum antea pollebat, non parum dejecta est, &, ubi e suis sibi legebat moderatores & Duces, exteros* **B** *pati post annum* MLXXV. *coacta est. Sed hæc optimis usa institutis & legibus, omni procul dissidio, concordibus animis ac studiis res domi & belli strenue prudenterque administrans, finitimorum eludens insidias, in tantam potentiam excrevit, ut qua mari qua terra late dominetur, & indies magis ac magis sese efferat & florescat, & antiquæ Italicæ libertatis specimen & vestigia summa cum dignitate servet una & retineat. Amalphitana ergo urbs,* pergit, *ex iis Romanis nobilibus coaluit, qui Gothorum & Vandalorum experti barbariem & rapinas post quadringentesimum annum iterum barbararum gentium timentes excursiones in illam regionem,* **C** *ipsa loci natura munitissimam, ac ab hujusmodi invasionibus tutam, cœli præterea clementia & salubritate, & perennium gelidarumque aquarum saluberrima scaturigine amœnam se contulere.* hactenus e *Purpura*[7]. Consulto autem plura descripsi, quoniam mire ad rem faciunt, & multa de *Amalphi* prædicatione dignissima comprehendunt.

CAPUT XXIX.

Duplex causa interitus Reipublicæ Amalphitanæ, *æmulatio vicinorum principum, & discordia civilis. exempla.*

D Duas igitur potissimum adfert rationes, cur *Amalphitana* respublica non æque se diu tueri & ad tantum potentiæ gloriæque fastigium adscendere potuerit, turbas nimirum in ipso reipublicæ regimine, & ambitionem vicinorum Principum, primo *Salernitanorum*, mox autem & *Siciliæ*. Sic enim, interno externoque malo afflicta, præcipiti gradu in interitum ruit. Non possum illius rei illustriora exempla exhibere, quam quæ nobis suppeditat ipsa series Ducum *Amalphitanorum* apud *Julium Cæsarem Capacium*[8]. Nonnulli istic referuntur, qui ejecti atque excæcati, & post tamen denuo in pristinam dignitatem **E** evecti fuere. Unum tantum alterumve exemplum in medium adducam, idque fere ex posterioribus. Anno æræ Christianæ DCCCCLIX. electus est *Manso*, imperialis patricius & antipatus, idem ille qui gloriosus & perfectissimus Dux appellatus est. postquam vero quatuor & viginti annos clavum reipublicæ moderatus esset, eo per *Alfenum* fratrem dejectus est, & in carcerem detrusus, ubi supremum diem misere infortunateque obiit: alter autem *Manso*, qui & ipse antea depositus fuerat, dignitate recuperata, adhuc sedecim annis magistratu potitus est. Rursus ad **F** annum MXXXV. invenio *Mansonem Sergii* filium, qui

1. Jul: Cæs: Capacius *Histor. Neapol. d. lib.* 1. *cap.* 13. adde Tomaso Costo, Opuscoli appartenenti alla *historia di Napoli in principato citra. AMALFI.*
2. Joan. Hubner in *Tabul. genealogic. num.* 273.
3. Jo: Bapt: de Luca *De feudis. discursu.* 18.
4. Tomaso Costo Opuscoli appartenenti alla *histor. di Napoli. In principato citra. AMALFI.* Moreri *Dict. Histor.* in voce *Malfi.*
5. A. P. de la Croix. *Geographie universelle parte* I. *chap.* 13.
6. Tom: Costo detto luogo. Ottavio Beltrano *Breve descritt. del regno di Napoli pag.* 156. & seqq

(a) Respicit historiam *de ortu Amalpheos* relatam supra cap. v.

7. Franc: Anto: Purpura *in vita Jacobi Galli*, antecessoris Neapolitani.
8. Capacius *Historiæ Neapolit. lib.* 1. *cap.* 13. *De ducibus Amalphitanis.*

A qui cum matre *Maria* regnavit annos quatuor cum tribus mensibus. eo rempublicam gubernante, *Joannes* frater ejus *Neapoli*, quo ejectus confugerat, *Amalphim* rediit, receptoque Ducatu *Mansonem* fratrem ad *Sirenusas* insulas (*Gallos* vocant) duxit, atque oculis privavit, & *Constantinopolim* ipse profectus est. nimirum interea *Salernitanorum* princeps *Guaimarus*, arrepta ex hisce turbis occasione, *Amalphim* occupavit, sibique tributariam fecit. *Guaimarum* autem hunc, ut retuli [1], sexto Ducatus anno in littore trucidarunt, conspirantibus ipsis *Salernitanis*. Tum rursus idem *Manso* Ducatum obtinuit, atque, cœcus licet, alios decem annos rerum potitus est. B Sed anno MLIV. cum *Joannes Constantinopoli* rediisset, *Amalphitani* & *Atranenses* armis *Mansonem* expulere, & *Joannes* pristinæ dignitati restitutus regnavit sedecim annos. Mortuo *Joanne* anno MLXX, ejus filius *Sergius* electus est, & cum quinque annos remp. esset moderatus, decessit. Excepit eum filius *Joannes*; verum antequam magistratum auspicaretur eo spoliatus fuit; transiit enim Ducatus in *Robertum Guiscardum*, *Normannum*, *Amalphitanos* anno MLXXV. subigentem [2]. Postquam vero deinceps per *Rogerium* sub *Siculis* regibus esse cœperunt, tantæ potentiæ viribus oppressi, nunquam emergere potuerunt. C

CAPUT XXX.

Munimenta Amalpheos, *a natura.*

Sed juvat nunc porro, præcipua quædam, quæ ad amplitudinem *Amalphitanam* pertinent, sigillatim excutere. *Amalphis* loci ingenio atque ipsius naturæ solertia, ut audivimus [3], tutissima est: nam a continente præruptis celsisque montibus præcingitur hic tractus [4], ab opposita autem parte ipso maris fluctuumque præsidio munitur. Exiguo quidem ambitu sed oppidis pleno concluditur [5]. D Præterea tum temporis civibus abundabat, cum ad quinquaginta hominum millia in eo censerentur [6]. Ut adeo facile adversus Principem sic satis potentem consisterent *Amalphitani*, quoties concordibus animis se vallarent atque defenderent. Apparet hoc in primis ex cauta & valida metusque & periculi plena aggressione, qua *Rogerius*, jam *Siciliæ* rex coronatus summaque in potentia constitutus, *Amalphitanam* ditionem invadere statuit. Quantum quippe sibi ab *Amalphitanis* metueret, supra declaratum est, idque verbis scriptoris, æqualis non tantum, sed & qui in partibus *Rogerii* erat, eidemque subditus [7]. E Præterea *Rogerii* machinationes & totam belli molem, ac lentum progressum pluribus declarat idem auctor. Quod si ipsam urbem *Amalphitanam* expugnare debuisset, multum ei laboris temporisque ea in re fuisset insumendum. at *Ravellenses* ipsique *Amalphitani* ob proximorum oppidorum atque arcium expugnationem *continuo corde soluti*, *de pace cum Rege habenda consulunt*. ita Scriptor laudatus [8].

F

1. Supra *cap.* IX.
2. Vide *cap.* XI. ubi traditum, qua arte Amalphitanos subegerit.
3. *Cap.* I.
4. Scip: Mazzella *Descritt. del regno di Napoli part. II. pag.* 62. sub fine.
5. Boccacio in *Decamerone Novella* IV. *giorn.* 2.
6. Ughell. *Italia sacra tom.* IX. *pag.* 235. & seqq.
7. Vide in præcedd. sub *cap.* XIV. & XV.
8. Alexander Abbas Celesinus *Rogerii Siciliæ regis rerum gestar. lib.* II.

CAPUT XXXI.

Amalpheos *munimenta ab arte. Nunquam expugnatam legi hanc urbem.*

Proxime igitur firmamenta munitionum ipsius urbis & fortitudinem indagemus. Nullum ejus rei aut sincerius aut evidentius argumentum adduci potest, quam quod nobis exhibet *Gaufredus Malaterra*, scriptor σύγχρονος, in tradenda *Amalphis* obsidione per *Rogerium*, *Apuliæ* & *Calabriæ* ducem, qui filius erat *Guiscardi*, anno circiter MLXXXX. Narrat ille, quemadmodum hic *Rogerius* cum patruo, *Siciliæ* comite, & fidelibus suis *consilium ceperit subjugandi Amalphitanos*, adscito fratre *Boëmundo*. *Amalphim* autem aggressurus, pactum init cum patruo, ut *si sibi attentissime succurrat*, atque ita junctis viribus *urbem subjugare possent*, *medietatem urbis* ipsi *concederet: moxque ab omni Apulia & Calabria*, *navali & equestri exercitu admoto*, *peditum etiam copiis certatim accelerat* [9]. Attamen cum jam aliquamdiu *Amalphim* obsessam tenuissent, solo *Boëmundi*, in sacram expeditionem proficiscentis, discessu frustrati sunt, atque irrito conatu recesserunt. at nec *Boëmundus* multas copias ad eam obsidionem videtur contulisse, cum in pacto de urbe dividenda nulla ejus mentio fiat. Ceterum jam olim perquam munita videtur hæc civitas fuisse, dum antea *Sicardus*, *Salerni* princeps, per dolum & fraudem noctu eam invadere constituit, & cives inde captivos deducere. Probabile autem est, post reditum ipsos diligentius sibi prospexisse, & firmioribus præsidiis munimentisque circumvallasse [10]. Illud sane constat, postquam *Robertus Guiscardus* callidis pactionibus in urbem *Amalphitanam* fuit admissus, in ea ipsum quatuor castella ædificasse [11]. Denique non memini me legere, unquam expugnatam aut justa obsidione ad deditionem compulsam fuisse.

CAPUT XXXII.

Oppida & castella Amalphi, *tanquam metropoli, subjecta.* Scalæ, Ravellum, Scalecta *major & minor*, Fracti, Pugionile.

Ut autem natura simul atque arte munita erat *Amalphis*, ita etiam circumdata ac velut stipata fuit compluribus oppidis atque arcibus, quæ adventantem hostem morari diu poterant. Liquet hoc inter alia ex bello & expeditionibus, quibus *Siciliæ* rex *Rogerius* non sine gravi difficultate *Amalphitanos* sibi subjecit [12]. Quænam autem fuerint hæc oppida arcesque, & quot numero fuerint, haud tuto quisquam definierit; si non alia de causa, saltem propterea, quod nomina propria in mediæ historiæ scriptoribus diversissime confusissimeque exhibeantur. Dicam tamen quod mihi videtur, & singula ut potero distinguam. Præcipua in his, & de quibus nullo modo dubitari potest, nominantur *Scalæ* ac *Ravellum* [13], quod & *Rabellum* [14], alibi vero *Rivellum*

9. Gaufredus Malaterra, monachus, *lib.* IV. *num.* 24. Agit autem ex professo *de rebus gestis Normannorum in Calabria & Sicilia.*
10. Historiam vide in præcedd. VI. *capite.*
11. Gaufredus Malaterra *lib.* III. *num.* 3. *Il regno di Napoli* in prospettiva del Pacichelli parte I. *pag.* 176.
12. Alexander Abbas Celesinus *De rebus gestis Rogerii lib.* II. adde *cap.* XIV. & XV.
13. *Annales rer. Pisan. ad an.* 1136. apud Ughell. in *Ital. sacra tom.* III. *pag.* 861. & passim apud alios.
14. Abbas Celesinus laud. *lib.* II.

I. *Chro-*

lum[1] dici comperio. *Scalarum* porro & *Ravelli* urbes ab *Amalphitanis* conditas esse, diserte scribit *Freccia*[2]: & *Scalæ* quidem, seu *Scala*, nam etiam in singulari occurrit[3], originationem videtur trahere a proximo ejus nominis monte, quem *Amalphitani*, in hunc tractum venientes, dicuntur transcendisse[4]. Post *Scalam* video recenseri *Scalectam*[5], velut diminutiva forma, quæ & *Scatella* quibusdam audit, & in *majorem* ac *minorem* distinguitur[6]: eandemque esse reor cum loco qui aliis *Scabelli* dicitur[7]. Prope autem est ut opiner, has potius arces fuisse ad *Scalas* pertinentes, quam diversa oppida: quemadmodum *Fracti* in quorum obsidione *Pisani* post direptam *Amalphim* a *Rogerio* repulsi cæsique fuerunt[8], *castrum Ravelli* appellantur[9]. Ut proinde minus accurati habendi sint, qui recensent inter oppida *Amalphitana Scalam*, *Minori* &c[10]: seu *Minuriam* & *Majuriam*, & has speciatim in vallibus ad mare ædificatas dicunt[11]. *Fractos* autem quod attinet, in *Italis* scriptoribus pro iis est *Fratta*[12], *le Fratte*[13], & plenius *Fratte-rocche*[14], quasi dicas, Arces præruptæ. Denique in eadem regione versus *Ravellum* videtur & alia arx fuisse, quæ dicitur *Rocca di Pugionile*; jungitur enim cum laudata *Fratta*[15]. Verum ad urbes & oppida revertamur.

CAPUT XXXIII.

Atrani, Letteræ, Atturina, Triventum, Agerula, Epugerula. *Præterea insulæ* Sirenusæ, *quæ aliis* Gallorum *insulæ dicuntur*, & Capreæ.

Præter *Scalas* ergo & *Ravellum* est & aliud oppidum quod *Trani* appellatur[16], seu verius *Atrani*[17]: quo pertinet Episcopus *Atranensis*, qui throno depositus legitur in concilio *Amalphitano*[18]. est etiam ubi corrupte *Ascani*[19] habetur pro *Atrani*, item *Vetrani*[20]. Insuper inter oppida *Amalpheos* referri video aliud quod *Letteræ* appellatur[21]. Interim omittenda non erat *Atturina*, quæ *Amalphi*, *Ravello* & *Scalis* jungitur: atque hæ ut opulentissimæ, munitissimæ ac velut inexpugnabiles civitates celebrantur[22]. *Triventum* porro a scriptore seculi duodecimi expressis verbis dicitur *Amalphiæ oppidum*, & quidem duobus in locis[23]. at ibidem tamen & *castrum fortissimum* appellatur, quemadmodum etiam a *Capycio Latrone*, haud contemnendæ auctoritatis historico proximorum temporum, simpliciter nuncupatur *validum castellum*[24]. ut merito dubites, oppidumne fuerit, an castellum sive arx. Ego autem puto, arcem haberi posse cum oppido conjunctam. Restant *Gerula* & *Pugerula*, quæ aliis *Agerula*, & *Epugerula* audiunt[25], item *Pugetula*[26]. hæc nominat scriptor ille antiquissimus, cum *Rogerium* recepisse dicit *Rabellum*, *Scalam*, *Gerulam*, *Pugerulam ceteraque Amalphitanorum oppida*[27]. Quid autem dicendum sit de *Pasetano* & *Prajano*, quæ eidem tractui assignantur, nondum mihi certum deliberatumque est. Videtur *Pasetanum* idem esse cum *Positano*, unde *Flavium* illum nauticæ pyxidis inventorem natum testatur *Guazzo*[28]. Sed & alia proculdubio istic fuere minoris momenti, quorum memoria intercidit. In his eminebat *Amalphis* tanquam metropolis, cum titulo Ducatus. Ceterum præter ea quæ in continente possidebant *Amalphitani*, habebant quoque *Sirenusas* insulas[29], (*Galli* alias dicuntur[30]) & *Capreas*[31], nefariis *Tiberii* libidinibus famosas. *Gallorum* autem duæ insulæ sunt[32], de quarum altera loqui puto *Alexandrum* Abbatem *Celesinum*, verbis sequentibus; *Qui* (Ammiratum sive Præpositum classis *Siculæ* sub *Rogerio* designat) *dum sic marinas excubaret semitas, contigit ut oppidulum Amalphitanorum, quod Guallum nominatur, infra mare positum, violenta caperet manu. Deinde* addit, *oppidum aliud, quod Capris dicitur, similiter infra mare situm.* Nimirum & hæ insulæ *Amalphitanam* ditionem tuebantur a parte maris[(a)].

CAPUT XXXIV.

Possessiones Amalphitanorum *in* Sicilia, Constantinopoli, Ægypto, Syria, Arabia, India, Africa, &c.

Ad potentiam præterea & magnitudinem gloriamque *Amalphitani* nominis faciebat, quod etiam in dissitis regionibus quædam propria erant *Amalphitanorum*. Sic per commercia, quæ quaquaversum exercebant in mari mediterraneo, domicilia habebant & horrea mercium in plerisque civitatibus maritimis[33]. De *Sicilia* hoc modo Blondus; *Amalphitanos quondam magnos fuisse negotiatores testantur multa Siciliæ loca, in quibus suas habuerunt ædes, propriasque apothecas & mercium promptuaria*[34]. Immo vero præcipuum *Panormi* suburbium, teste *Fazello*, *Amalphitanorum* fuit, cum æde parochiali, *Sancto Andreæ* sacra[35]. De *Sy-*

1. *Chronicum Pisan. ad an.* 1136. apud Ughell. d. *tom.* III. *pag.* 858.
2. Marinus Freccia de feudis. cap. *De officio Admirati maris.* §. 4. & seqq.
3. Laudatum Chron. Pisan. *d. loco.*
4. Marin: Freccia De feudis. cap. *De provinciis & civitatib. Regni. pag.* 80.
5. Chronicum Pisanum loc. laud.
6. *Annales rer. Pisan. ad d. an.* 1136.
7. *Memorie diverse della citta di Pisa*, cavate da diverse historie e scritture, MS. ex *bibliotheca Stroziana num.* 194. in fol. in extremo, *ad an.* 1138.
8. Vide Dissertationem, quæ sequitur, *cap.* XXIV.
9. *Annales rer. Pisan.* apud Ughell. d. loco.
10. Lov. Moreri *Dict. Histor.* in voce *MALFI.*
11. Nicol: Parthen: Giannettasius *Histor. Neapolit. Decade* II. *lib.* XI.
12. *Memorie diverse della citta di Pisa*, nel luogo sopra accennato.
13. Laudatum *Chron. Pisanum* eodem loci.
14. *Annales Pisani*, loc. sæpius laud.
15. *Memorie di Pisa* vide paulo ante.
16. *Annales Pisani ad an.* 1138. Scip. Mazzella *Descritt. del regno di Napoli parte* II. *pag.* 62.
17. Iidem *Annales ad an.* 1136. Jul: Cæs: Capacius *Histor. Neapolit. lib.* I. *cap.* 13.
18. *Conciliorum tom.* IX.
19. *Chronicon Pisan.* apud Ughell. *tom.* III. *pag.* 858.
20. *Memorie diverse di Pisa.* luogo allegato.
21. Lov: Moreri *Diction. Histor.* in voce *MALFI.*
22. D. Bernardi *epist.* 140. scripta in favorem Pisanorum ad Imp. Lotharium II. Paolo Tronci *Memorie istoriche di Pisa all. anno* 1135.
23. Alexander Abbas Celesinus *Rogerii rerum gestar. lib.* II.
24. Francesco Capecelatro *Istorie di Napoli pag.* 70.
25. Capecelatro *ibid.*
26. *Annales Pisani* apud Ughell. ad *an.* 1138.
27. Abbas Celesinus d. *lib.* II.
28. Guazzo apud Ughell. *Ital. sacra tom.* IX. *pag.* 235.
29. Jul: Cæs: Capacius *Histor. Neapol.* I. 13.
30. Ferdin: Ughell. in *Ital. sacra tom.* IX. *pag.* 235. & seqq.
31. Franc: Capecelatro *Istorie di Napol. pag.* 70.
32. Ughellius loc. laud.

(a) De oppidis ad Amalphim spectantibus vide & Giov: Anto: Summonte *Memorie istoriche* post *tom.* I. *Delle Istorie di Napoli pag.* 41. ubi de Capreis & Ebulo. *pag.* 44. de Lettere & Ravello. *pag.* 46. de Scala. De Avellino & Lavelli *pag.* 49. de Melfi. *pag.* 50. de Trani *pag.* 67.

33. Auctor. anonym. apud Scip: Mazellam *Descript. regni Neapolit. parte* II.
34. Flavius Blondus *Histor. lib.* XV.
35. Fazellus *De reb. Siculis lib.* VIII.

Syracusis, *Messana* aliisque *Siciliæ* civitatibus testatur similiter *Razzanus*, etiamnum suo tempore istic ostensa fuisse horrea mercium, quæ ad *Amalphitanos* pertinuerant, item *textrinas pannorum*, quas vel tunc *Amalphitanas* vocitabant [1]. Porro quum & *Constantinopoli* ædem *S. Andreæ* haberent, ex qua ipsius Apostoli ossa *Amalphim* translata feruntur [2], haud dubie etiam loca illic ad habitandum mercesque condendas possederunt, quemadmodum in *Sicilia*. eo magis videlicet quod & *Pisani* præter ecclesiam integrum vicum istic obtinerent [3]. Deinde ad confirmandum *Amalphitanorum* cum *Constantinopolitanis* commercium spectat historia nobilis *Amalphitani*, qui in conjuratione adversus *Michaëlem Ducam* anno MLXXVIII. partem salutiferæ crucis non exiguam abstulisse, & beato *Benedicto* ad montem *Casinum* obtulisse fertur [4]. In insulis autem prope *Samum*, quas *Simias* vocant, diserte invenio *portum Malphetanum* [5], sine dubio ab *Amalphitanis* nostris. Ceterum in *Oriente* etiam sedes suas horreaque & domicilia eos habuisse perquam probabile est propter frequentes navigationes, quas commercii gratia in illas regiones instituebant, maxime in *Ægyptum*. In specie vero *Antiochiæ* & *Alexandriæ* meminit *Gulielmus Apuliensis* illustri testimonio, quod paulo commodius infra recitabitur [6]. Certe *Hierosolymis* ecclesias, cœnobia & nosocomium, ex quo Equites *Melitenses* orti, exstruxerunt [7]. Quin immo per causam commerciorum in *Syria*, *Arabia*, *India* & *Africa* degebant *Amalphitani* cives [8].

A B C

CAPUT XXXV.

Sumptuosa domi ædificia, cum publica, tum privata. Templum D. Andreæ. *Armamentarium navale. Portus & littora. Navium multitudo.*

D Hæc foris. Alia domi erant amplitudinis atque opulentiæ celebritatisque argumenta. Sumptuosa (quis dubitet?) fuerunt & magnifica magnoque numero ædificia, cum publica, tum etiam privata. Indicio sunt ruinæ & vestigia eorum, quæ ad hæc usque secula perdurarunt [9]. Inter ædes sacras longe eminebat *templum Divi Andreæ Apostoli* [10], quod Ughellius vocat *pulcherrimum nobilissimæque architecturæ cathedrale templum* [11]. Præterea suo adhuc tempore, hoc est, ad finem seculi sexti decimi in littore *Amalphitano* extare dicebat *Scipio Mazella* bonam partem *navalium* : *Arzenale* appellant *Itali*. splendidissimam autem ac plane egregriam fabricam E fuisse, e ruderibus judicabat [12]. *Portus* insuper securos & bellissima *littora Amalphis* habuit, quod idem testatur *Mazella* [13]: quemadmodum etiam de magno *navium* numero testimonium perhibet [14], & ante eum *Leander Albertus* [15].

1. Razzano appo F. Leandro Alberti nella *Descritt. di tutta l' Italia pag.* 195.
2. Vide supra *cap.* XXI.
3. Paolo Tronci *Annali Pisani an.* 1060.
4. Leo Ostiensis in *Chron. Casinensi lib.* III. *cap.* 54.
5. Dapper van d' Archipel. *beschryvinge van het Eiland Samos*, *pag.* 73.
6. *Cap.penult.* Summonte *Istoria di Napoli lib.* I. *cap.* 13. F
7. Adi supra *cap.* VIII.
8. Guliel: Apuliensis *lib.* III. vide d. *cap. penult.* addatur & Summonte loc. laud.
9. F. Leandro Alberti *Descritt. di tutta l'Italia pag.* 195.
10. Idem ibid. Scip. Mazzella *Descritt. del regno di Napoli. parte* II. *pag.* 60. *Il regno di Napoli* in prospettiva dell' abbate Pacichelli, *parte* I. *pag.* 176.
11. Ferdin: Ughell. *Italia sacra tom.* IX. *pag.* 235. &c.
12. Scipione Mazzella d. *parte* II. *pag* 62.
13. Idem ibid. *pag.* 38.

CAPUT XXXVI.

In sacris Archiepiscopatus dignitas. Suffraganei. Concilium Amalphitanum. S. Andreas *protector civitatis. Cœnobium* S. Laurentii de Amalfia. *Alia quædam templa & monasteria.*

Ut autem *Ducatus* dignitate gaudet *Amalphis*, ita in Sacris præfulget titulo ARCHIEPISCOPATUS [16]. *Suffraganeos* habet *Caprearum Episcopum*, item *Scalensem*, *Tranensem*, *Letterarum* & *Ravellensem*: sed hunc cum *Scalensi* conjunxit *Clemens VIII* [17]. *Protectorem* civitatis ac *patronum* invocat *Sanctum Andream* Apostolum [18]. De *Concilio Amalphitano* actum suo loco [19]. Præter *cathedrale S. Andreæ* alia quoque templa & cœnobia erexerunt *Amalphitani*. In his insigne erat *cœnobium* quoddam Virginum, quod *S. Laurentii de Amalfia* dicitur. memoriam illius e vetustis monumentis eruit *Capacius*, præsertim ex instrumento, facto temporibus *Rogerii*, cujus subscriptio habet; *In monasterio puellarum beati Laurentii, quod constructum est & dedicatum in præfata civitate Amalfiæ.* additque ea occasione *Capacius*, Duces *Amalphitanos* mirum in modum delectatos fuisse exstruendis monasteriis virginum [20]. Prætereunda vero minime erat Ecclesia *beatæ virginis Mariæ*, in quam anno partæ salutis DCCCCXXV. corpus virginis & martyris *Tryphomenes*, quæ fuit religionis *Minorum*, ex insula *Lipara* translatum legitur. sed illud *Beneventum* deduxerunt *Longobardi*, quando nimirum *Sicardo* principe *Amalphim* ceperunt & depopulati sunt [21]. Præterea ad ædes sacras hujus urbis referri debere existimo, quas in testamento suo enumerat ac legatis honoravit dux *Sergius*, *Amalphitanus*, *Pardi* filius. sunt autem, monasterium *S. Mariæ de Donna Romata*, monasterium & cœnobium *S. Gregorii majoris* (a), monasterium *S. Sumonæ*, monasterium *S. Martini*, Ecclesia major *S. Joannis* catholicæ majoris, & ecclesia *S. Mariæ a præsepe* [22]. Factum est hoc testamentum circa annum MXX. Forte tamen ex his quædam ad *Neapolitanos* pertinent, dum *Neapoli* testamentum condidit, a suis ut opinor ejectus.

CAPUT XXXVII.

Familiæ Amalphitanorum. *Viri eruditi, præsertim vero in Jure. Alii duo aliis rebus celebres.*

Ad Familias *Amalphitanorum* quod attinet, *in omni fere memoria*, inquit Ughellius, *Amalphitanus ducatus illustribus viris gravis & fœtus fuit* [23]. Addit *Freccia*, libenter eos de *nobilitate* contendere, utpote cum originem referant ad pa-

14. Scip: Mazz. *pag.* 62. & seqq.
15. F. Leandro Alberti *Descritt. di tutta l'Italia.* detta *pag.* 95.
16. Joan: Blau in *Atlante*, eo tomo quo Italiam delineat; & in specie ubi agit *de Principatu citeriore*, olim *Picentia.* Baudrand. in *Lexico Geograph.*
17. Paulus Jovius *Histor. lib.* XXV. *in fin.* Moreri *Diction. Histor.* in voce *MALFI.*
18. Vide præcedd. *cap.* XXI.
19. Supra *cap.* X.
20. Jul: Cæs: Capacius *Histor Neapolit. lib.* I. *cap.* 13.
21. Sæpius laudatum *Chron. Amalphitan.* apud Capacium d. loc. Heremperti Longobardi *Epitome*, edente Caracciolo *pag* 88. & 89. adde Frecciam *De subfeudis. cap. De civitatibus regni.* adde & Cap. VI.
(a) An non potius *S. Georgii majoris*, ut Venetiis.
22. Capacius laud. *lib.* I. *cap.* 13.
23. Ferdin: Ughell. in *Ital. sacra. tom.* IX. *pag.* 235. &c.

patres *Romanorum* [1]. scilicet respicit historiam illam naufragii, quod civitati condendæ occasionem narratur dedisse [2]. Ulterius pergit *Franc. Anto. Purpura*, cum *Amalphin* celebrat, ut *Neapolitanæ, ne dicam Regni universi fere, Nobilitatis seminarium* [3]. Semper autem inter *Neapolitanos* & *Amalphitanos* jura necessitudinis intercessisse observat *Capacius*, idemque conjicere licere ex gestis Ducum ipsorum [4]. Ipsas vero familias, tam extinctas quam hodiernas, recenset *Tomas Costus* [5]. Nobilissima profecto inter ceteras fuit *Maramaurorum* familia. ex hac oriundus *Landulfus Maramaurus*, sub *Bonifacio IX.* Cardinalis & Archiepiscopus *Barensis*: item *Andreas Maramaurus* tempore *Caroli I.* dux & præfectus classis [6]. Sed, his missis, addamus eos qui non tantum natalibus, verum etiam eruditione claruerunt, & imprimis quidem Juris peritia, quales, quod omnino observari velim, vel maxime edidit *Amalphis* [7]. Iis ante omnes accensendus est (nam anteriorum notitiam temporis injuria nobis invidit) *Petrus Capuanus*, vir nobilis, qui ex Archidiacono & Capellano *Clementis VI.* (hodie Auditorem Rotæ dicerent) patriæ suæ Archiepiscopus factus est: idem videlicet, qui anno MCCVIII, quum in aula *Constantinopolitana* Apostolicæ sedis Legationem obiret, corpus *S. Andreæ* inde *Amalphin* transportasse perhibetur [8]. Haud multo post fuit & *Joannes Augustaricius*, qui Consuetudines civitatis ac ducatus *Amalphitani* compilasse dicitur, in quibus etiam illius mentio fit. Epitaphium ejus hujusmodi exstat in claustro antiquo *S. Andreæ. Anno Domini* MCCLXXII. *die* &c. *obiit Judex Johannes Augustaricius, vir pollens sapientia naturali, peritus in arte medicinali, & in Canonico & Civili.* sic in eo epitaphio. Circa an. MCCCLXXX. floruit *Marinus Godicius* [a] Canonicus & civis *Amalphitanus*, Doctor juris canonici celeberrimus, Capellanus Pontificis, & Auditor palatii Apostolici, Episcopus *Castelli* ad mare, & postea Cardinalis sub *Urbano VI.* Hunc velut excepisse videtur *Bertrandus Alagnius*, nobilis *Amalphitanus*, qui vixit anno MCCCC, & per summam Juris cognitionem Auditor Rotæ, Episcopus *Famægustæ* & *Eugubii*, ac tandem patriæ Archiepiscopus evasit. In epitaphio quod est in templo majori, habetur inter alia, quod fuerit Doctor juris civilis & Sacri palatii Auditor: & ad finem superadditur, fuisse eum *amplo sanguine & antiquo genitum.* Eodem seculo viguit *Joannes a Comite*, Secretarius & Regi Catholico a consiliis, anno MCCCCLXXXVI. Postremo sub finem sequentis seculi exstitit *Jacobus Gallus*, Doctor celeberrimus, & Antecessor primarius in præcipuis *Italiæ* Academiis, in *Neapolitana* videlicet, in *Messanensi* & *Patavina*, ubi docuit anno MDCII. Honoratus est titulo *Comitis Palatini* atque Equitis. In lucem dedit *Clariores juris Cæsarei apices*, & *Consilia* seu *Juris responsa.* Vitam ejus conscripsit *Franc. Anto. Purpura*, ipsius Auditor, posteaque Episcopus *Montis Marani* [9], qui ab antiqua apud *Romanos Gallorum* gente eundem deducit [10]. Hisce pro coronide duos alios diversi generis adjungamus, *Amalphi* similiter oriundos, alterum ob inventi nobilitatem, alterum vero propter celebritatem facinoris. Prior est *Flavius Gioia*, qui usum pyxidis nauticæ invenit, uti latius supra expositum fuit [11]. Alter *Thomas Agnellus* (vulgi sermone, quo notior est, *Mas Agnello*) qui famosam illam seditionem *Neapolitanam* concitavit, & hoc pacto ex infimæ conditionis fæce ad tantæ urbis Principatum adscendit [12].

CAPUT XXXVIII.

Statura corporis, habitus & indoles Amalphitanorum.

Excellentem vero hanc & ad magna natam *Amalphitanorum* indolem felicissimo cœli solique genio attribuit *Ughellius.* postquam enim singularem soli fertilitatem, summa cum amœnitate conjunctam, ad vivum expressit, subjicit quæ sequuntur; *Jam cœlum ubique saluberrimum ac clementissimum. Unde Viris ac Mulieribus corporis animique habitus egregius, vividus oris color & robur corporis animique præstans, denique mite ingenium, grata hospitalitas, & quibuscunque artibus felix progressus: ut non immerito Leander Albertus Amalphitanam costam omnium amœnissimam ac velut jucundissimum paradisum deprædicet* [13]. Præterea & *Scipio Mazella* homines esse ait justæ staturæ, facie candidiore quam solent *Itali*, ingenii acutissimi, adspectu alacres, & qui libenter se tradant aut armis tractandis, aut ediscendis literis, aut mercaturæ exercendæ: & quidem inter alia in Legibus eos dicit æmulari veteres Jurisconsultos *Romanos* [14]. Erat porro tractus *Amalphitanus* frequens & populo abundans exiguoque spatio complura oppida continebat, ut vidimus [15].

CAPUT XXXIX.

Fertilitas felicitasque agri Amalphitani.

De fertilitate autem hujus regionis audiamus laudatum *Ughellium* in verbis quæ proxime antecedunt. *Ager*, inquit, *illius cum ipsa Amalphitana costa, licet angustis finibus sit conclusus, omnes tamen amœnitatis laudes retinet: nam colles plurimi sunt pomiferis arboribus consiti, & valles floribus cujuscunque generis, gelidis limpidisque fontibus irriguæ, & quidem pomorum, malorum Massilicorum, citrorum, aureorum, punicorum, aliorumque fructuum ac florum hoc in tractu mira est suavitas, marinis auris nescio quid salsi irrorantibus in ipsa poma floresque, quod saporem odoremque mirifice gratum faciat: eorum vero tanta cum suavitate copia est, ut ex his multa aureorum millia indigenæ lucrari plerumque soleant. Jam cœlum ubique saluberrimum ac clementissimum* [16]. &c. Addit *Mazella*, quod vineæ istic suavia & delicata vina producant, & agri magna regionis parte frumentum, oleum, herbas & frutices omnis generis. Ut adeo hic *Ceres* & *Flora Bacchus*que amico certamine congredi videantur, & pulcherrimum tape-

---

1. Marin: Freccia De feudis. cap. *De officio Admirati maris.* §. 4. & seqq.
2. Vide supra ex *Chronico Amalphit*, *cap.* V.
3. Fr. Ant. Purpura *in vita Jac: Galli*, initio.
4. Capacius *Histor. Neapolit. lib.* I. *Rogerius Dux* XXXIV.
5. Tomaso Costo *Opuscoli appartenenti alla historia di Napoli.* in Principato citra.
6. Marinus Freccia *De feudis. pag.* 80.
7. Indicantur fere omnes, quos hic subjicimus, in *Bibliotheca Neapolitana* Nicolai Toppi, JCti.
8. Vide *cap.* XXI.

(a) Nomen Italicum est, *Marino del Giodice.* De morte ejus consuli possunt Panvinius & Ciacconius, citati a Nicol: Toppi.

9. Ottavio Beltrano *del regno di Napoli, ove tratta d' Amalfi.*
10. Fr: Ant: Purpura in *vita Jacobi Galli.*
11. *Cap.* XXII.
12. Jo: Lud: Gottfried in *Chron: Histor:* Germanice conscript. *Tom:* IV. *pag.* 190.
13. Ferdin. Ughell. *Italia sacra tom.* IX. *pag.* 235. & seqq.
14. Scip: Mazzella *Descritt. del regno di Napoli. parte* I. *pag.* 45.
15. Adi *cap.* I. in extremo. item *cap.* XXXII. & XXXIII.
16. Ferdin: Ughell. loco paulo ante laudato.

I. Scip:

petem mirabili textura adornare, quo præter os oculi & nares suavissime se pascant. Ubi autem solum minus fertile est, poma in primis & serica & bombycina & crocum gignere observat[1]. Hunc porro locum in tota *Italia* quam maxime amabilem adspectu, & quibusvis naturæ illecebris deliciisque affluentem, a multis *omnium gratiarum condimentum* appellari asserit, ab aliis autem *perfectam naturæ operam.* Denique *Deam* facit *Julius Cæsar Scaliger*, dum laudes illius ita celebrat[2].

Quæ Boreæ gelidas furias contemnit ovantis:
Torva procellosi despicit arma Noti.
Medorum e sylvis fœcundas provocat auras,
Fundit & a biferis Indica dona jugis.
Protinus autumnus veris cum tempore certat:
Et ver cum autumni tempore certat idem.
Huc accessit hyems venerantibus uda capillis,
Et peperit mirans, & sibi poma legit.
Tuta mari fruitur: terræ dominatur amatæ:
Et cœli mutat jura. Quid ergo? Dea.

Possemus & aliis testimoniis hoc firmare, sed hæc, opinor, suffecerint[3].

CAPUT XL.

Opulentia & celebritas hujus urbis variis scriptorum epithetis comprobata.

Ad felicitatem regionis accedit opulentia & celebritas inhabitantium, qua olim fruebantur. *Hæc*, inquit *Ughellius*, *Amalphim* indicans. *aëre saluberrimo, populorum frequentia, mercium etiam multitudine inter Regni* (Neapolitani) *urbes nulli habebatur secunda, atque opportunitate loci civiumque nobilitate clara & nobilis fuit, oppidorum urbiumque quæ in ora Picentinorum maritima censebantur, veluti caput ac ceterarum princeps habebatur.* ita *Ughellius*, compendio præcipua hujus urbis decora & encomia eleganter referens[4]. Hinc igitur *metropolis Picentinorum* audit, & plenius ab eodem Ughello, *Picentinorum* ducatusque *Amalphitani* metropolis[5]: item a Freccia, *metropolis antistes agri Picentini oppidorumque quæ in ora consistunt maritima*[6]. Ab aeris autem & soli clementia *Deliciosa* appellatur[7]: ab opulentia & divitiis, *Dives opum*[8], nec non, *urbs Lautissima*[9]: ab egregiis ædificiis, *valde Pulchra*, seu *Bella*[10]: a civium frequentia, *Populosa*[11]: a mercatura & commerciis *Celebris*, ut & *Clara ac Nobilis*[12]: a religione, maxime ob institutionem ordinis *Joannitarum*, hoc est *Melitensis*, *Celebris ac Pia Gens*[13]. denique ab origine & natalibus Romanis *Nobilissima*[14]. immo vero passim, quasi proprio epitheto, *Nobilis* prædicatur.

CAPUT XLI.

Nulla tamen re magis inclyti Amalphitani *quam mercatura.*

Utut autem jam dicta invidendam reddant *Amalphitani* ducatus felicitatem, nulla tamen alia re magis excellere atque inclarescere visi sunt,
A quam mercatura. Hanc longe lateque per totum mare mediterraneum & regiones adjacentes exercebant. Testis est *Sicilia*, testis est *Africa*, testes sunt *Syria*, *Arabia* ipsaque *India*, quas mercando peragrarunt, & in quibus sedes fixerunt, habueruntque institores suos & horrea, atque alia mercium conditoria[15]. Utrumque splendido testimonio confirmat gravissimus hac in parte scriptor, & qui, ex vicino tractu ortus, æmulationis potius ac simultatis, quam adulationis suspectus esse poterat. canit nimirum *Gulielmus Apuliensis* de *Amalphi*[16]:

Urbs hæc dives opum, populoque referta videtur.
B *Nulla magis locuples argento, vestibus, auro:*
Partibus ([a]) *innumeris: Hac plurimus urbe moratur*
Nauta, maris cœlique vias aperire peritus.
Huc & Alexandri diversa feruntur ab urbe
Regis, & Antiochi. Gens hæc freta plurima transit.
His Arabes, Indi, Siculi nascuntur & Afri.
Hæc gens est totum prope nobilitata per orbem:
Et mercando ferens, & amans mercata referre.

Ad hæc Tabula *Amalphitana* ipsi *Neapoli*, antiquissimæ celeberrimæque civitati, in rebus maritimis erat vice legum *Rhodiarum*[17]. Eodem
C denique pertinet honorificentissimum diploma *Neapolitanum* in gratiam *Amalphitanorum* per occasionem mercaturæ[18].

CAPUT XLII.

Per eam ordo Melitensis *institutus, inventus codex* Pandectarum, *ut & usus* Pyxidis nauticæ. *hæc autem præ aliis præcipua habent.*

Tandem mercaturæ maritimæ & navigationi *Amalphitanorum* accepta, ni fallor, ferenda sunt tria prorsus illustria & magnifica, de qui-
D bus jure merito cum *Veneta* aliisque clarissimis rebuspublicis, quin & ipsis cum regnis contendat *Amalphis*, institutio puta Ordinis Melitensis, conservatio præcipuæ partis Jurisprudentiæ Romanæ, & inventio Pyxidis nauticæ. Per commercia in *Ægypto* fundamenta jecerunt antiquissimi nobilissimique Ordinis militaris. Commerciorum procul dubio & navigationis occasione. *Constantinopoli* reportaverunt, ut constans est opinio, pretiosum illud Justitiæ κειμήλιον, quo nunc propemodum tota quam late patet Europa pro fundamento Juris utitur, archetypum dico
E Pandectarum, quod hodie Florentinum appellari mos est. Denique peritia navigandi, quam sibi incredibilem jugi aliquot seculorum exercitatione paraverant, & ingenio quo pollebant singulari, invenerunt usum Magnetis ad dirigendum cursum per incerta maris. Quis ergo inficiabitur, quin in his supra varios populos sine invidia sese efferat, exsultet ac glorietur *Amalphitana* respublica?

FINIS.

1. Scip. Mazzella detto libro, *parte II. pag.* 58. e poi *parte I. pag.* 40.

2. Julii Cæs. Scaligeri Urbes; & in his *Salernum.* citatur hanc in rem ab eodem Mazzella *Descriptionis Neapolitanæ parte II.* Nimirum loca hæc contermina Salernum & Amalphis, æquis naturæ dotibus ornantur.

3. Sic v. gr. Paul. Jovius *Histor. lib.* XXV. in fin. urbem hanc *citriorum & medicorum odoratis nemoribus* æque peramœnam dicit. addi quoque possunt Boccacio in *Decamer. IV. giorn.* 2. & Fr. Ant. Purpura *in vita Jacobi Galli, Amalphitani.*

4. Ughellius loco jam sæpius allato.

5. Idem ibidem.

6. Marinus Freccia *De feudis. pag.* 80.

7. Scip. Mazzella *Descritt. del regno di Napoli. parte II. pag.* 62. ad fin.

8. Guliel. Apuliensis *de Normannis. lib.* II.

9. Joan. Blau *Geographia Italiæ. Principatus citerior olim Picentia.*

F 10. F. Leandro Alberti *Descritt. d'Italia pag.* 195.

11. Guliel. Apuliens. d. *lib.* II.

12. Ferdin. Ughellius loco laud.

13. Henr. Pantaleo *De reb. gestis Joannit. lib.* I.

14. Marinus Freccia *De feudis. d. pag.* 80.

15. Vide *cap.* XXXIV.

16. Guliel. Apuliens. *lib.* III. *Rer. Normannic.* vide & Scip. Mazell. *Descript. Neap. par. II. pag.* 63.

(*a*) Forte legendum, *Portubus.*

17. Supra *cap.* XVIII.

18. Adi *cap. seq.* XIX.

F I N I S.

HEN-

HENRICI BRENCMANNI
DE
AMALPHI
A
PISANIS DIREPTA
DISSERTATIO.

Caput I.

Italia *a variis barbaris occupata. Ad pellendos ex* Italia Saracenos Normanni *a* Græcis *arcessiti. in his* Tancredus *cum* XII. *filiis.*

Imperio *Byzantium* translato *Italia* aliæque occidentales regiones sensim incursionibus occupationibusque barbararum gentium expositæ fuere. Ita *Italiam Gothi*, *Hunni*, *Vandali*, *Longobardi*, *Saraceni*, *Normanni*, qui & ipsi origine *Gothi*, invaserunt. *Gothorum* terribile nomen sub *Justiniano* in *Italia* extinctum est. *Carolus* autem *Magnus* regnum *Longobardorum* cum per cc. & amplius annos stetisset, evertit. Tandem circa annum M. ad pellendos *Saracenos* arcessiti a *Græcis* ex *Gallia Normanni*. In his eminebat *Tancredus* comes *Altavillæ* in *Normannia*, ex genere natus *Rollonis*, piratæ fortissimi, qui *Nortmannos*, hoc est, Boreales viros, in *Galliam* duxerat tempore *Ludovici II.*[1]. Porro *Tancredus* duodecim filiorum proventu felix extitit, qui omnes militari scientia insignes fuere. hi autem stipendia facientes sub *Græcis*, juncto cum iisdem exercitu, *Saracenos Sicilia* expulerunt. at mox *Græco* Imperatori, pactam prius insulæ partem neganti, *Apuliam*, *Calabriam*, *Siciliam*que eripiunt. Tenuerunt autem *Normanni* fratres eorumque posteri, Comitatus primo, subinde Ducatus, ac demum Regni titulo per annos CLXXXIV.

Caput II.

Successio filiorum* Tancredi, *& fatum AMALPHEOS sub iisdem.

Ex his fratribus *Gulielmo* natu maximo ob res strenue gestas *Ferrei brachii* cognomen adhæsit, primusque *Apuliæ* dux fuit. *Hunefridus* post duos fratres ordine tertius Dux erat. Huic vero *Robertus*, *Tancredi* ex altera uxore primus filius, qui ob versutiam *Guiscardus* a suis appellatus est, cum ejus filium dejecisset, successit. idem ille, qui *Amalphitanos*, specie auxilii ferendi adversus *Gisulfum Salernitanorum* principem, affinem suum, fraudulenter sibi subjecit. Quare etiam paulo post a *Guiscardo* desciverunt *Amalphitani*: sed tandem armis ejus succubuere.

A Sic igitur *Amalphis*, una cum *Surrento*, devenit ad *Roberti Guiscardi* filium *Guidonem*, eoque brevi mortuo, ad *Rogerium* fratrem *Guidonis*, *Apuliæ* ac *Calabriæ* ducem, eundemque *Salerni* principem: a quo tamen se subtraxit; sed & armis, ut ante, subjecta fuit. Latius ea exsequimur Dissertatione præcedente. *Rogerius* interea, cognomine *Bossus*, ut supremus e *Tancredi* filiis erat, ita etiam ultimus in *Apuliam* venit, & ope fratris sui *Roberti Guiscardi Calabriam* primum, cujus ab eo partem obtinuit, dein *Siciliam* devictis *Saracenis* subjugavit[2]. Idem porro a *Guiscardo Siciliam*, quam simul acquisierant, solus accepit possidendam.
B Primus ergo hic post expulsos *Saracenos Siciliæ* comes evasit. Ex *Roberto* autem *Guiscardo* & *Rogerio Bosso* fratribus stirps principum *Normannorum* in *Italia* propagata est[3]. Ceterum a *Rogerio Bosso* proxime descendit *Rogerius* alter, primus deinde *Siciliæ* rex.

Caput III.

Rogerius, Tancredi *nepos, comes* Siciliæ. *ejus indoles.*

Hic nempe *Rogerius*, *Rogerii Bossi* e secunda uxore filius, *Tancredi* nepos, initio *Siciliam*
C ac partem *Calabriæ* jure successionis obtinuit[4]: deinde vero, prima quaque occasione arrepta, totam *Calabriam* & *Apuliam* vicinasque ditiones, qua fraude, qua virtute & armis sibi subjecit. Quum autem præcipuam & frequentem in hac historia personam sustinebit, non abs re erit, eum aliquanto propius cognovisse. Erat ille homo fortis & animosus, cujus infinita dominandi cupido omnia miscebat, & vel ipsa consanguinitatis jura violabat regnandi causa. Nihil non agebat vi, clam, precario, ut desideratis potiretur. Quæ armis non valebat, pecunia, fraude, dissensione tentabat, & quovis pacto socios dividere conabatur, quo singulis facilius imperaret. Neque vero so-
D lum magni animi & consilii erat, callidusque bellandi artifex, verum etiam velox & promptus, qui noverat uti victoria. Subinde etiam crudelis, ferro & igne, cæde ac vastatione terrorem quaquaversum incutiebat: maxime inexorabilis, si qui ab eo defecissent. Sed quibus artibus jam statim ad potentiam grassatus fuerit, patefaciet historia, quæ ad rem præsentem facit.

Ca-

1. Camillus Peregrinus *Histor. princip. Longobard. parte I.*
2. Camillus Peregrinus loco laud.
3. Leibniz. ad *Gulielmi Apuliens. Normannica lib.* I.
4. Hugo Falcandus *De Siciliæ calamitatib.* init. Petri Diacon. in *continuat. Chronici Casinens. lib.* IV. *cap.* 98.

CAPUT IV.

Quemadmodum Rogerius Apuliam & Calabriam *cognato absenti per vim abstulerit.*

Robertus *Guiscardus*, de quo dixi, *Rogerii* illius patruus, plures habebat filios, inque his *Boëmundum*, qui antea *Macedoniæ*, mox primus *Tarentinorum* princeps fuit[1], & ex altera uxore *Rogerium*. *Rogerius* conventionem iniit cum fratre *Boëmundo*, quando is nomen dabat sacræ expeditioni in *Hierosolymam*, in qua & *Antiochiæ* principatum deinceps adeptus est. hoc pacto convento *Apuliæ* & *Calabriæ* ducatum principatumque *Salerni* testamento sibi a patre assignatos retinuit, &, fidelitate *Urbano II.* præstita, confirmationem paternæ successionis ab eo impetravit[2]. Idem *Rogerius* ex *Hara*, filia *Roberti Frisonis*, comitis *Flandriæ*, sustulit *Gulielmum*[3], qui patre mortuo itidem *Apuliæ* dux fuit, ut & *Calabriæ*, quam cum agnato, *Rogerio* nostro *Siciliæ* comite, velut communem habebat. Desponsa erat *Gulielmo Græci* Imperatoris *Alexii Comneni* filia. eam ut duceret *Byzantium* profecturus, cum satis perspectam haberet subdolam & rapacem cognati indolem, utrumque ducatum suum summo Pontifici *Calixto II.* in clientelam & fidem commendat. Sed postquam ille *Constantinopolim* navigasset, *Rogerius Calabriam* & *Apuliam* armis sibi vindicare aggreditur. quo belli prætextu, incertum. forte ei suspecta fuit affinitas isthæc cum Imperatore: aut potius arripere voluit hanc aliena invadendi occasionem. *Calixtus* autem *Beneventum* profectus misit ad *Rogerium*, uti bello abstineret. At *Rogerius* neque Pontificis auctoritatem reveritus, neque absentis arctam necessitudinem, ferocius quam antea institit. Parabat jam Pontifex arma in *Rogerium*, sed gravi morbo implicitus *Romam* deferri se curat. restituta valetudine non multo tamen post moritur, anno æræ Christianæ MCXXIV. ad finem. Suffectus ei *Honorius II.* non minus quam decessor odio in *Rogerium* exarsit. Sed bellum *Apulum* suarum non esse virium ratus, & ab *Apuliæ* proceribus, qui eum excitarant destitutus, pacem cum *Rogerio* pepigit. Præterea etiam metuebat, ne se absente *Romani* motus aliquos excitarent. Sic nullo adversante *Calabria* & *Apulia* brevi potitur *Rogerius*. Quamobrem noluit Imperator filiam dare fortunis orbato & egenti Principi. Ita miser & infelix *Gulielmus* affinitate frustratus, spoliatusque rebus omnibus *Salernum* se confert ad Principem affinem, ubi intra breve spatium mœrore confectus obiit: in eoque exstincta est familia *Roberti Guiscardi*[4]. Itaque ab anno MCXXVII. quo decessit *Gulielmus*, Ducis *Apuliæ* & *Calabriæ* titulum adscivit *Rogerius*[5].

CAPUT V.

Rogerius *se Regem* Siciliæ *facit.*

Ex quo tempore elatior *Rogerii* animus ad regiam dignitatem adspirare cœpit. Notanda autem hac de re sunt verba *Hugonis Falcandi*, scriptoris prope æqualis. *Postmodum vero consanguinei sui Gulielmi ducis Apuliæ morte cognita transiens in Apuliam, postquam, universis civitatibus ac principibus, qui ei resistendum putaverant expugnatis, ad suum cuncta redegit imperium, tandem ducatum suscepit Apuliæ, minusque ratus idoneum tantam ac tam late diffusam potentiam indignitate nominis coarctari, Regem se maluit appellari quam Ducem, exindeque Siciliam regnum esse constituit*[6]. Itaque idib. Maji anni MCXXIX. perquam solenniter *Panormi* in Regem *Siciliæ* [a] ungitur & coronatur. Coronationi interfuerunt non solum *Siciliæ*, sed etiam

1. Joh. Juvenis *De varia Tarentinor. fortuna lib.* VII. *cap.* 3. De filiis Roberti Guiscardi, & eorum successione distincte agit Nic. Parthen. Giannettas. *Histor. Neapol. dec.* I. *lib.* X. *pag.* 228.

2. Pandolfo Collenuccio *Compendio delle historie del regno di Napoli lib.* III Confer Dissertationis præced. Cap. XII. versus fin. & seq.

3. Collenuccio ibid.

4. Alexander Abbas Celesin. *De reb. gest. Rogerii Siciliæ reg. lib.* I. Falco Beneventanus in *Chron. ad an.* 1127. in fin. & 1128. Anonymi Casinens. *Chron. ad an.* 1127. Petr: Diacon. *in continuat. Chronici Casin.* quod Leonem Ostiens. auctorem habet. *lib.* IV. *cap.* 96. Bapt. Platina *De vitis Pontif. in Calisto II.* Ptolem: *Lucensis Genealogiæ ad an.* 1126. Blondus Flavius *Historiar. Deca.* II. *lib.* V. Thomas Fazellus *De reb. Sicul. deca. poster. lib.* VII. *cap.* 3. M. Anto. Coccius Sabell. *Enneade* IX. *lib.* IV. Cronica del Guazzo, *Guillelmo e Ruggiero Normanni. pag.* 206. Felinus Sandeus *Epitome regum Sicil. & Apul. cap.* 8.

5. Camill. Peregrinus *Histor. princip. Longobard. parte* I.

6. Hugo Falcand. *De Siciliæ calamitatib.* initio. Vixit autem circa ann. MCC.

(*a*) An simpliciter, an vero utriusque Siciliæ? præterea, an & Italiæ? Valde hæc incerta sunt ob diversa auctorum testimonia, quin etiam ob diplomatum ipsorum discrimen. Nonnulli distinguunt inter hoc tempus, quo ipse sibi regium titulum imposuit, & illud, quo ab Anacleto in regia dignitate confirmatus est, quod accidit anno sequenti. Flavius Blondus *Historiar. decade* II. *lib.* V. refert, Rogerium ex Comite Siciliæ se *regem Italiæ* appellavisse. Consentit Chronicon Pisanum, quod desinit in ann. MCXXXVI. estque apud Ughellum *in Italia sacra tom.* III. *pag.* 858. At Summonte *dell' historie di Napoli lib.* II. Blondum refutat ex Hugone Falcando, qui tradat eum *Siciliæ regnum* constituisse. Sed & Sigonius narrat, ipsum se *Regem Siciliæ* nuncupasse, *De regno Italiæ lib.* XI. Fazellus autem *De reb. Siculis lib.* VII. *cap.* 3. vult Rogerium a suis *Regem tum Italiæ tum Siciliæ* salutatum. Regum Neapolitanorum vitæ & effigies ab anonymo conscriptæ sunt: de Rogerio Normanno ait is auctor. *Victoriarum successibus elatus REGEM se ITALIAE nominavit: quo tamen titulo ultra* VIII. *kal. Augusti anni* MCXXXI. *ei gaudere non licuit, quod ab Anacleto Pontifice UTRIUSQUE SICILIAE, cis & ultra fretum, REX appellaretur.* Platina quoque *De vitis Pontificum in Innocentio II. UTRIUSQUE SICILIÆ REGEM* ab Anacleto creatum dicit. Neque aliter Blondus, quem supra adduxi: *Sicque*, inquit, *factum est* (per Anacletum), *ut Rogerius omnium Normannorum primus absurdo UTRIUSQUE SICILIAE REGNI titulo sit abusus, qui omnem terram de Italia complecteretur, quam nunc quoque REGNUM SICILIAE appellamus.* Præterea apud Onuphr: Panvinum est laterculus inscriptus, *Utriusque Siciliæ Reges*: atque ibi agmen ducit *Rogerius Rogerii F. Tancredi N. ab Anacleto II. creatus regnavit annos* XXII. *menses* V. Atqui hic rursus dissentit Summonte *lib.* I. opponens Blondo auctoritatem memorati Falcandi, ut & Petri Diaconi, ac si nimirum simpliciter *Siciliæ* titulum Rogerio concessisset Anacletus, advocato in probationem privilegio anni MCXXX. literis Longobardicis conscripto, ubi legatur, *ROGERIUS D. G. SICILIAE REX. CHRISTIANORUM ADIUTOR ET CLYPEUS. ROGERII PRIMI COMITIS HERES ET FILIUS.* Sane solius *Siciliæ* meminerunt etiam Falco Beneventanus in *Chron. ad ann.* MCXXX. apud Caracciolum, Ordericus Vitalis *Ecclesiast. histor. lib.* XIII. apud Andr. du Chesne inter Historiæ Normannorum scriptores antiquos, Francesco Capecelatro *Historia del regno di Napoli lib.* I. plures alii. Immo vero Anto: Pagius in *Criticis ad Baronii Annales an.* MCXXX. profert diplomata ab Ughello in Archiepiscopis Salernitanis, Brundusinis & Beneventanis relata, & data annis MCXXXIII. & MCXXXVII. hoc initio, EGO ROGERIUS D. G. SICILIAE ET ITALIAE REX. CHRISTIANORUM ADIUTOR ET CLYPEUS. ROGERII I. COMITIS FILIUS. Sed & ipse Falco Beneventanus in *Chronico ad an.* MCXXXVII. privilegium Beneventanis concessum exhibet, quod ab his verbis incipit EGO ROGERIUS DEI GRATIA SICILIAE ITALIAE REX CHRISTIANORUM &c. Verum non videtur in his Rogerius perpetua & constanti formula usus. Mabillon. in *Itinerar. Italiæ pag.* 118. sistit bullam auream pendentem e diplomate Rogerii Siciliæ regis, cum inscriptione Græca, Ρογέριος ἐν χῷ τῷ θῷ εὐσεβὴς κραταιὸς Ρὴξ. καὶ τῶν χριστιανῶν βοηθός. Rursus in *Cronica de la* mili-

etiam *Neapolitani* proceres ac præſules, aliique principes vicini [1]. Coronam impoſuit *Robertus*, *Capuæ* princeps [2], qui paulo ante *Rogerio*, *Apuliam* occupanti, *hominium feciſſe* dicitur [3], hoc eſt, vaſalli fidem & obſequium præſtitiſſe. Erat ille itidem *Normannus*, ſed diverſo ſtemmate genitus [4]. quin & is conſpicuam hujus diſſertationis partem facturus eſt.

CAPUT VI.

Rogerius *occupat ducatum AMALPHITANUM.* Neapolis *ſe* Rogerio *ſubmittit.*

Rogerius porro, arridentis fortunæ ludibrio inſolens, victrices copias ſtatim a coronatione *Amalphim* verſus movebat. Mortuo *Gulielmo* ad exemplum *Salernitanorum Rogerio* ſeſe ſubjecerant *Amalphitani*, retentis munitionibus. At vero nimis adhuc potentes erant, & *Rogerio* imprimis metuendi, ſi forte quandoque adverſariis ejus ſe jungerent. Quare nihil ei prius aut antiquius erat, quam ut hoc ſe metu liberaret. Belli cauſam accipe. Rogabat impenſe *Rogerius*, ut *Amalphitani* omnes ſuas munitiones ſibi cuſtodiendas traderent: neque enim permiſſurum ſeſe, ut ulterius ipſi eas cuſtodirent. *Amalphitani* vero vehementer repugnabant. hinc igitur bellum a *Rogerio* indicitur. Tradit hoc ipſum *Alexander* Abbas *Celeſinus* ſcriptor σύγχρονος, & qui eo amplius erat partium *Rogerianarum* [5]. Mox itaque totis viribus terra marique *Amalphitanorum* agros aggreditur *Rogerius*. nam incepti difficultatem fatis animo præcipiens circumſpecte omnia & ſummo niſu ſtudioque peragebat. Tandem captis undique arcibus & oppidis, ipſam *Amalphin* obſidione cingit, & ad deditionem adigit, menſe Januario aut Februario anni MCXXX. [6]. ita integro ducatu potitur. Sed actum non agemus, cum plene hæc & ex profeſſo tradita ſint diſſertatione præced. cap. XIV. & XV. Subjecta *Amalphi Salernum* victor revertitur. Tunc autem perterritus *Sergius* civitatem *Neapolitanam*, cujus

A Magiſter militum ſive Dux erat, *Rogerio* ſubmiſit [7]. Paruerat ea hucuſque *Græco* Imperatori [8]: ſed *Græci* inteſtinis diſſenſionibus digladiantes, parum curabant hanc remotiorem imperii portionem.

CAPUT VII.

Schiſma creatis duobus Pontificibus Innocentio II. *&* Anacleto II. Innocentius *ad PISANOS confugit.*

B Ceterum ſi, quæ hactenus retuli tempora, *Rogerio* perquam favorabilia fuerunt, non habuit ſane, de quo inſecutis quereretur. etenim ambitioſis ejus conatibus plurimum favit ſchiſma, quod hoc tempore natum fuit, & per integros ſeptem annos Eccleſiam miſere quaſſavit. Poſtridie mortis *Honorii II.* quæ incidit in XIII. kal. Martias anni MCXXX, pro uno gemini Pontifices ſublecti: alter *Gregorius*, *Joannis Vidonis* filius, qui nomen *Innocentii II.* adſcivit, alter autem *Petrus*, filius *Petri Leonis*, iſque *Anacletus* dictus eſt, ejus nominis itidem II. [9]. Uterque civis *Romanus* erat, ſed *Anacletus* quidem ex nobiliſſima ſtirpe, quæ affinitate atque opibus polle-
C bat, *Innocentius* vero ex familia *Tranſtiberina*, cui nulla generis claritudo. Ad hæc *Anacletus* plurimos largitione corrupiſſe fertur, & venalem plebem in *Innocentium* rivalem ſuum armaſſe, coacta eam in rem e ſpoliis Eccleſiarum ingenti pecunia. Quapropter cum *Innocentius* pleriſque contemptui eſſet, ſeque viribus imparem animadverteret, tota civitate *Anacleto* adhærente, tandem ſibi urbe cedendum deprehendit. populus enim probris, quin & manu teliſque, cum ejuſque fautores inceſſebat [10]. Proinde orat *Piſanos*, ut paratis occulte navigiis ipſum vellent arceſſere. *Innocentium Piſanis* commendaverat Divus *Bernar-*
D *dus*, Abbas *Claravallenſis*, cujus magna apud eos auctoritas erat, quique *Innocentii* partes jam ſtatim erat amplexus. *Bernardo* intercedente *Piſani*,

---

milicia y ſagrada religion de San. Ivan Bavtiſta de Jeruſalem por fray Don Ivan Auguſtin Funes, *lib.* I. *ad an.* MCXXXI. laudatur *un privilegio de Rugiero Rey de Sicilia Duque de Pulla, y Principe de Capua, dado en Palermo anno* MCXXXVII. poſtea enim & Capuam ſibi ſubjecit. Octavius Beltranus in brevi *deſcriptione regni Neapolitani pag.* 71. ait Rogerium ſe ab initio nominaſſe *Regem Siciliæ, Apuliæ & Calabriæ*, ejuſque tituli inveſtituram ab Anacleto habuiſſe. Probabilius tamen Paul. Æmilius Veronenſis in *Hiſtoria rer. Franciæ lib* V. ait, *Et il Conte de Sicilia— s'accoſtò con Anacleto, e ne fu creato Re di Sicilia, al qual titolo ſe anche ſoggietti terra di Brutii, Baſilicata, Puglia e Calavria.* Pleniſſime vero Petrus Diaconus in continuatione *Chronici Caſinenſis lib.* IV. *cap.* 97. *Petrus autem Cardinalis*, h. e. Anacletus, *Rogerio Apuliæ coronam tribuens, & per privilegium Capuanum principatum & ducatum Neapolitanum cum Apulia & Calabria & Sicilia illi confirmans, Regemque conſtituens, ad ſe attraxit. per privilegium* inquit: videlicet in futurum. nam quod de Capua dicit ac Neapoli eo tempore præmaturum erat. Quare minus accurate Sigonius *loco laud.* refert, Rogerium ab Anacleto renunciatum eſſe *Siciliæ Regem, Apuliæ Calabriæque Ducem, Capuæque Principem.* Poſtea nimirum Capuanorum princeps evaſit, longeque poſt magiſter militum Neapolitanus ſive dux, & omnem terram uſque pene fines Anconitanæ urbis ſibi ſubdidit, tradente Camillo Peregrino in Hiſtor. princip. Longobardor. qui tandem addit; *Idem, cum ſibi ſubegiſſet Ducatum Amalfiæ, Neapolis & Cajetæ, Principatumque Barii, &, depulſo principe Roberto II. anno* MCXXXV, *Principatum Capuæ, in quo inſtituit filium Anfuſum, dici in publicis tabulis voluit, REX SICILIAE, DUCATUS APULIAE, ET PRINCIPATUS CAPUAE: quod etiam ſucceſſores ejus diu ſervarunt.* A Regno autem Siciliæ ſeparati deinde ſunt Ducatus Apuliæ & Calabriæ, qui Regni Neapolitani nomine venire cœperunt. Denique cum poſtea Tuneti regem in Africa vectigalem feciſſet Rogerius, ſuo in enſe hunc titulum incidi curavit,

APULUS ET CALABER, SICULUS MIHI SERVIT ET AFER.

Sic poſt alios tradit Nico: Parthenius Giannettaſius *Hiſtoriæ Neapol. lib.* XI. in fine. Hæc mihi digna ſunt viſa quæ paulo explicatius indicarentur.

1. Thomas Fazellus *De reb. Sicul. decade poſter. lib.* VII. *cap.* 3. Gio. Anto. Summonte *Della citta e regno di Napoli lib.* I.

2. Franc: Capecelatro *Hiſtor. del regno di Napoli lib.* I. Refert idem Falco Beneventan. ad *an.* 1130. ſed hanc cum proxime inſecuta inauguratione per Anacletum confundit.

3. Anonymi Caſinenſ. *Chron. ad an.* 1128. Abbas Celeſinus *De reb. geſt. Rogerii regis Sicil. lib.* I. in fine.

4. Camill. Peregrinus *Hiſtor. princip. Longobard. poſt partem* I. ubi habet duo ſtemmata principum Nortmannor.

5. Abbas Celeſin. *De reb. geſt. Rogerii lib.* II. initio. Adde Franc. Capecelatro *Hiſtoria del regno di Napoli lib.* I.

6. Camilli Peregrini *caſtigationes in anonymi Caſinenſis Chron. num.* 4. editæ poſt *Hiſtor. princip. Longobard. parte* II.

7. Abbas Celeſin. *De geſtis Rogerii. lib.* II.

8. Thomas Fazellus *De reb. Siculis. lib.* VII. *cap.* 3.

9. *De ſchiſmate orto poſt Honorium II.* peculiarem tractatum conſcripſit Arnulphus Sagienſis archidiac. & mox Epiſc. Luxovienſis, qui tunc floruit. adde Otton: Friſing. *lib.* VII. *cap.* 18. Petr: Diacon. in *contin. Chron. Caſinenſ. lib.* IV. *cap.* 97. *Annal. Bojor. lib.* VI. *pag.* 494. Vincent: Burgund. *ſpecul. Hiſtoriale lib.* XXVIII. *cap.* 6. Sigon. *De regno Ital. lib.* XI. & quos porro laudat Franc. Pagius in *Breviar. Pontif. Roman. tom.* II. in *Innocent. & Anacl.*

10. Otto Friſing. & Sigon. *loc. laud.* Martinus Polonus in *Chron.* Ordericus Vitalis *Eccleſiaſt. hiſtor. lib.* XIII. Platina *De vitis Pontif. in Innoc. II.* alii.

ſani, qui vel ſic admodum humani & hoſpitales fuere in Pontifices [1], *Innocentii* precibus obtemperant [2]. Itaque cum exiguo comitatu *Roma* ſe clanculum ſubducit *Innocentius*, & duabus *Piſanorum* triremibus *Piſas* deducitur [3]. Hoc pacto *Piſani* partibus *Innocentii* impliciti ſunt.

CAPUT VIII.

Piſis in Galliam *proficiſcitur, favente* Bernardo *Abbate* Claravallenſi. *In itinere inducias pangit inter* PISANOS *&* Genuenſes.

Poſtquam *Innocentius Piſas* appulit, confeſtim legatos miſit in *Franciam*, qui regem (is tum erat *Ludovicus Craſſus*) ſibi conciliarent. Nulla ætas vidit tot Pontifices exterorum fidei ſeſe commendantes, maxime *Gallorum*. uni huic *Ludovico* tutandos ſe commiſere *Urbanus*, *Paſchalis*, *Gelaſius*, *Calixtus* (qui natione *Gallus* erat, & ibi Papa factus) tandemque & noſter *Innocentius*. *Ludovicus* autem & Epiſcopi *Stampis* concilium habuere, in quo utriuſque Pontificis cauſa diſcuſſa eſt. *Bernardo* vero, maximæ tum propter creditam ſanctitatem auctoritatis homine, pro *Innocentio* graviter & copioſe dicente, haud ægre omnes *Innocentio* ſubſcripſere. Quæ cum intellexiſſet *Innocentius*, profectionem in *Gallias* parat [4]. Interea autem *Anacletum* cum ſuis ſacra deteſtatione percuſſerat [5]. Ex itinere cum *Genuam* attigiſſet, *Syrum*, urbis epiſcopum recens factum, conſecravit, ſeque tantopere in *Genuenſium* inſinuavit amicitiam, ut inter eos & *Piſanos*, ex aliquo tempore belligerantes, inducias pangeret uſque ad ſuam reverſionem [6]. niſi enim hos componeret a neutris magnum rebus ſuis ſubſidium ſperare poterat. Quo ipſo & *Piſanos* majorem in modum demerebatur, quippe qui hoc bello inferiores erant, accepta præterito anno inſigni clade. Sic porro *Genua* in *Galliam* perrexit.

CAPUT IX.

Anacletus Rogerium *ſibi adjungit, confirmato ei* Siciliæ *regno. Præterea ſollicitat* Lotharium Germaniæ *&* Ludovicum Craſſum Franciæ *reges, alioſque principes.*

Anacletus interim, per fugam adverſarii ſolus in Urbe, ad nutum omnia gubernabat. Et primo quidem in *Innocentium*, a quo ipſe cum ſuis jam diris carminibus devotus erat, viciſſim anathemata vibrare inſtituit. Tum vero ad ſuam quoque cauſam amicos, quamplurimos potuit, allicere [7]. Verum ante omnia ad *Rogerium* ſeſe applicuit, quem nundinatione Regiæ dignitatis ſibi devinxit, a deceſſore ei denegatæ. Hanc ergo optatiſſimam occaſionem arripiens, ipſe *Beneventum* proficiſcitur, & *Rogerium* v. kal. Octobr. hujus ejuſdem anni MCXXX. *Siciliæ* regem, *Apuliæ Calabriæque* ducem, *Capuæque* in futurum [(a)] principem renunciat [8]. Ope autem *Rogerii* magnam *Italiæ* partem ſecum ſociavit [9]. Præterea epiſtolam miſerat ad *Lotharium* regem *Germaniæ*; cumque reſponſum nullum tuliſſet, novam ſcripſit, itemque aliam ad reginam ejus uxorem. Nec prætermiſit alios Principes boreales non literis ſolum, ſed & legationibus ad auxilium invitare. Quin & *Galliæ* regem ſollicitavit, miſſo legato cum literis perquam officioſis [10]. Sed relicto aliquantum *Anacleto*, peregrinantem in *Galliis* & *Germania Innocentium* comitemur.

CAPUT X.

Iter Innocentii Gallicanum. *invenit ibi regem* Angliæ, *a quo fruſtra opem poſtulat.*

Is ubi in *Franciam* venit, ab *Arelatenſibus* primum, deinde etiam ab occiduis principibus & epiſcopis ipſoque rege comiter & honorifice receptus eſt [11]. niſi tamen quod epiſcopus *Engoliſmenſis*, & illius inſtinctu *Aquitaniæ* quoque dux, alieniore in eum animo eſſent, ac proinde *Anacleto* addicti [12]. Ad *Bernardum* vero *Claravallenſem* quod attinet, is certe flagrantiſſima cupiditate *Innocentium* complectebatur [13]. Celebratum protinus in *Claromonte* concilium, in quo *Innocentius Rogerium Siculum* & *Petrum Leonem*, pontificium munus ſub *Anacleti* nomine *Romæ* uſurpantem, hoſtes Eccleſiæ declaravit, & palam Chriſtianis ſacris interdixit [14]. Hujuſmodi autem ſolennes deteſtationes, quod compendio dictum ſit, omnibus ſequentibus conciliis gnaviter repetiit. *Claromonte* profecti *Innocentius* & *Bernardus*, qui individuus ei comes exſtitit, per *Burgundiam Aurelianum* venere. Ibi vero a Rege & epiſcopis, obviam progreſſis, exceptus eſt Pontifex, & prorſus benigne habitus [15]. Inde ab epiſcopo *Carnotenſi Carnotum* adductus, ubi tum forte fortuna aderat *Henricus I. Angliæ* rex, ab eo ſimiliter opem imploravit: at incaſſum [16]. quin immo præmiſſus Abbas *Bernardus* vix regi perſuaſit, ut *Innocentium* reciperet, diſſuadentibus *Angliæ* epiſcopis [17]. Memorabilis autem hic fuit *Bernardi* παῤῥησία, qua Regem cunctantem ad colendum *Innocentium* coram epiſcopis *Anglis* impulit. *Quid hæſitas? inquit. an, ne Deo diſpliceas, & piaculum contrahas? cogita de aliis peccatis tuis quid ei reſpondeas. iſtud vero fac mihi relinquas.* ita refert *Sigonius*. Sed, ut dixi, congreſſio irrita fuit.

CA-

1. Raphaël Volaterran. *lib.* v. *Geograph.*

2. *Iſtorietta di Piſa* dal ſuo princ. fino ad *an.* 1341. MS. bibliothecæ Strozzianæ, quæ Florentiæ eſt, in *fol. num.* 193. *Hiſtoria di Piſa* di Rinieri Sardo fino *all' an.* 1422. MS. ejuſd. biblioth. itidem in *fol. num.* 199. Paolo Tronci *Memorie iſtoriche di Piſa*, *an.* 1130.

3. Petr. Diacon. *Chronici Caſin.* d. *lib.* IV. *cap.* 97. Flav: Blond. *Hiſtoriar. decade II. lib.* v. Sigon. *d. lib.* XI.

4. Paolo Emilio Veroneſe *Hiſtor. delle coſe di Francia lib.* v. Storia di Giov. Villani *lib.* IV. *cap.* 33. Sigon. eodem loci.

5. Nicol: Parthen: Giannettaſ. *Hiſtor. Neapolit. lib.* XI.

6. Sigon. *De regno Ital. lib.* XI. Triſtanus Calchus *Hiſtor. Mediolan. lib.* VII.

7. Sigonius loco memorato.

(a) Quid hoc ſibi velit, dictum ſupra ad Cap. v. lit. a verſus fin.

8. Leo Oſtienſ. in *Chron. Caſinenſ. lib.* III. *cap.* 15. Angelus de Nuce *in not. ad Petri Diaconi continuat. Chronici Caſin. lib.* IV. *cap.* 97. Sigon. *ibid.*

9. Ordericus Vitalis *Hiſtor. Eccleſiaſt. lib.* XIII. apud Andr. du Freſne inter Hiſtoriæ Nortmannor. ſcriptores antiquos.

10. Baronius in *Annalib. ad an.* 1130. ubi ex MSS. Caſinenſibus exhibet Anacleti recens creati epiſtolam ad Lotharium.

11. Order: Vitalis d. lo. Joan. Iperii *Chronic. S. Bertini cap.* 41. *parte* 5.

12. Occaſionem refert Paul. Æmil. Veronenſ. *Rer. Franciæ lib.* v. addantur Pagii Critica in *Baron. an.* 1130. *num.* 43.

13. Wernerus Rolewink in *Faſciculo tempor.*

14. Blond. *Hiſtoriar. dec. II. lib.* v. Triſtanus Calchus *Hiſtor. Mediolan.* d. *lib.* VII. Jov. Anto. Summonte *Della citta e regno di Napoli lib.* I.

15. Car. Sigon. *De regno Ital. laud. lib.* XI.

16. Order: Vital. d. *lib.* XIII. Polidorus Virgilius *Hiſtor. Angliæ lib.* XI. ad fin. Paul. Æmilius eod. *lib.* v. item Blond.

17. Sigonius in laud. *lib.* XI. Baron. *ad an.* 1130. *pag.* 211.

1. Chro-

CAPUT XI.

In Germaniam *deflectens fœdus init cum* Lothario, *submota per* Bernardum *difficultate de investituris Imperio restituendis.* Innocentii & Lotharii *in pari conditione dispar fortuna.*

Magis benevole cum *Innocentio* agebat *Franciæ* rex, sed tamen nihil concludebat statuebatve. Ut autem & *Lotharium* rebus suis faventem haberet, legatum interea in *Germaniam* miserat. Reversus legatus jubet *Innocentium* bono animo esse: regem *Germaniæ* propitium præstoque illi ad *Leodium* fore [1]. Itaque per *Lotharingiam* deflectit *Innocentius* & XI. kal. April. anni MCXXXI. eo venit [2]. Eodem quoque *Lotharius* cum proceribus suis tam sacris quam profanis ad constitutum occurrit. Habitus itaque ibi est conventus celeberrimus, in quo *Lotharius*, a potentiore *Germaniæ* parte pridem Rex declaratus, cum conjuge sua solenniter diademate cinctus est. Tum vero *Innocentius*, percussis anathemate tam suis quam *Lotharii* adversariis, eum ad Ecclesiæ majorum exemplo tuendam dignitatem vehementer exhortatus est. *Lotharius* se ipsi minime defuturum respondit, modo ademptum nuper investituræ jus, quod magno Imperii dispendio remittere debuerat *Henricus*, restitueret. Qua voce graviter consternati sunt Pontificis & qui cum eo erant animi. At Bernardus *petitionem ejus iniquam atque alienam esse docere: neque ipsum petisse, sed extorsisse, tempore iniquioris fortunæ captato, judicaturos homines esse: oportere eum, ut genere, sic studio a Gebellinis differre* &c. Et hac oratione moderatum ac pium generosumque Principem a sententia dimovit [3]. In præmium autem navandæ operæ *Lothario* donata est terra, quam *Mathildis*, *Tusciæ* comitissa, sedi *Romanæ* reliquerat [4]. Promisit ergo *Lotharius*, *Innocentium* se cum exercitu *Romam* reducturum pulso *Anacleto*, ut tamen ille vicissim Augustalem coronam ipsi sponderet, istic de more imponendam [5]. Videlicet quemadmodum *Innocentius* de Pontificatu, ita *Lotharius* de Imperio decertabat. Ad geminam hanc contentionem respicit *Gothofredus Viterbiensis*, cum ait

Schisma fuit regno. sunt & nova schismata Romæ.

Par adeo hactenus *Lotharii* & *Innocentii* conditio erat, sed impari fortuna. hic enim profugus, extorris, vagabundus, nullo præsidio nullaque potentia munitus: ille valido exercitu & insigni procerum caterva stipatus, adversarium habebat viribus & rerum successu longe inferiorem. Sed necesse omnino est, *Lotharii* quoque historiam hic breviter intexere.

CAPUT XII.

Historia Lotharii. *Electio ejus, & grave dissidium cum* Conrado *de successione in Imperium. Prospera* Conradi *in* Italiam *expeditio.*

Imperator *Henricus V*, factionis *Gibellinæ*, mense Majo anni MCXXV. sine prole decesserat. Ad

A regnum adspirarunt quatuor *Germaniæ* optimates, *Fridericus* dux *Sueviæ*, *Conrado* fratre adjuvante, *Lotharius* dux *Saxonum*, *Leopoldus* marchio Orientalis, & *Carolus* comes *Flandriæ*. *Fridericus* & *Conradus* sanguinis jure proximi erant, sororis quippe *Henrici V.* filii. Major tamen principum numerus in *Lotharium Saxonem* animos convertit. Is ergo mense Augusto insequentis anni MCXXVI. Rex *Germaniæ* electus constitutusque est. Animadvertens autem, maxime sibi metuendum esse a genere & asseclis *Henrici*, per omnia eos deprimere instituit. Hinc gravis dissensio orta est, quæ *Lotharium* multos annos molestissime habuit.
B *Fridericus* enim & *Conradus* fratres, *Sueviæ* & *Franconiæ* duces, plurima adversus eum machinati sunt, variosque ad defectionem induxerunt. *Lotharius* ex adverso, auxilio *Saxonum* & necessitudine *Guelforum* se firmavit. Præter ceteros autem sibi devinxit *Henricum*, *Bavariæ* ducem, data ei in matrimonium filia unica, ipsoque insuper *Saxoniæ* ducatu in beneficium concesso. Præterea ad frangendos fratrum *Suevorum* impetus Vaticani quoque fulmina adhibuit. effecit enim apud *Honorium*, ut anathemate percellerentur. Qua re illi magis irritati, copias quas possunt contrahunt. Ad hæc *Conradus*, cedente
C *Friderico* fratre, contra *Lotharium* sese Regem asserit. Exinde ab *Italis* invitatus *Mediolanum* penetrat, & *Modoëtiæ*, sede *Italici* regni, a *Mediolanensium* archiepiscopo in Regem ungitur. Quamobrem & ille antistes a summo Pontifice depositus est, & alius in ejus locum surrogatus. Tum autem novus rex *Conradus*, postquam *Lombardiæ* civitates ad se plerasque traduxit, signa vertit *Romam* versus, in itinere omnia sibi subjiciens [6]. Interea moritur *Honorius*, atque ipse tandem domum avocatur, ut infra videbimus.

CAPUT XIII.

D *Reditus* Innocentii *in* Galliam, *& mora ut Regem in partes suas pertraheret: sed incassum.* PISAS *revertitur.*

Innocentius, ut ad eum redeamus, nondum exacto spatio bimestri, *Leodio* in *Franciam* regreditur, nunc saltem *Ludovicum* in suas partes pertracturus. Hoc ut efficeret, totum hunc annum impendit peragrandis *Gallorum* regionibus, & hac specie moras nectebat. Postquam igitur aliquamdiu *Parisiis* substiterat, *Rotomagum* proficiscitur, *Rotomago Bellovacum* & inde *Noviomum*. Qua
E tam diuturna commoratione sua clero valde gravis fuit. adeo ut *Ordericus Vitalis*, monachus *Uticensis*, conqueratur, Papam cum comitatu *immensam gravedinem ecclesiis Galliarum ingessisse.* Inter hæc & monasterium *Claræwallæ* lustravit. Deinde *Remis* frequentissimum concilium præsente Rege habitum est. Ibi vero inter alia VII. kal. Novembres *Ludovicum* juvenem, Regis filium, coronavit *Innocentius* [7]. Et sane cum ipse tum abbas *Claravallensis* nihil reliqui fecere ad demerendam *Ludovici* gratiam & favorem. Frustra tamen. Tam parum valuit *Bernardi* apud suum Re-

1. Chronicon Alberici monachi *Trium fontium*, *an.* 1130. Sigon. *lib.* aliquoties *citato*.
2. Albericus d. lo. Christophori Broweri *Annales Trevirenses lib.* XIII.
3. Ottonis Frising. *Chronicon lib.* VII. *cap.* 18. Abbas Urspergens. *in Lothario.* Albericus *Trium fontium*, ibid. Ægidius monachus Cisterciens. in *Histor. Pontif.* Leodiens. *apud Pagium ad an.* 1131. Sigonius *lib.* XI. Browerus d. lo.
4. Petr. Diaconus *in continuat. Chron. Casinens. lib.* IV. *cap.* 97. & ibi Ang. de Nuce.
5. Chronographus Mauriniacensis *ad an.* 1131. Blondus & Sigonius locis citat.
6. Otto Frisingens. *lib.* VII. *cap.* 17. Sigeberti *Chron.*
F Abbas Urspergens. *in Lothario Saxone.* Gotfridi Viterbiens. *Chron.* in eod. *Chronicon* Alberti abbatis Stadensis *ad an.* 1126. Dodechinus *in appendice ad Mariani Scoti Chron. ad an.* 1126. & 1127. Helmoldi *Chron. Slavor. lib.* I. *cap.* 55. *Aventini Annal. Bojor. lib.* VI. Æneas Sylvius *in Historia Friderici* III. Huldericus Mutius *in Chron. German. lib.* XVII. Conr. Sam. Schurzfleisch *in oper. Historico polit. tract.* LXXII. adde Sigon. *De regno Italiæ lib.* XI. init.
7. Order. Vital. *Ecclesiast. histor. lib.* XIII. *Chron. S. Bertini* d. *cap.* 41. *parte* 5. Sigon. laud. *lib.* XI. Pagii Critica in *Annal. Baronii ad an.* 1131. & 1132.

Regem auctoritas & facundia: de quo ceteroquin satis magnifice prædicat *Wernerus Rolewink*, quod *omnes Reges & principes in manibus suis haberet, eosque provocaret, ut reducerent dominum Papam ad sedem suam* [1]. Videlicet pontificalium rixarum, ut reor, pertæsus (a) *Ludovicus*, neutrarum esse partium maluit, ut spectator esset, non actor fabulæ. Quapropter *Innocentius*, quando jam satis perspectum habebat, regem *Franciæ* præter verba, ut hactenus dederat, nihil daturum, spe lactatus inani discessit. *Italiam* repetens *Cluniacum* pervenit kal. Februar. anni MCXXXII. Porro navibus *Genuensium Genuam* reductus [2], de convertendis in pacem induciis egit. *Genua* terrestri itinere *Placentiam* tetendit, atque ibi quoque adversus rivalem synodum convocavit [3]. Ita tandem ad *Pisanos* reversus est, præstolaturus *Lotharium* cum exercitu, quamprimum ipsi commodum foret, interimque de pace inter *Pisanos* & *Genuenses* sedulo acturus [4]. Sed dum hisce intentus *Innocentius* est, videamus quid rerum geratur a *Rogerio*, quidque interea actum fuerit.

CAPUT XIV.

Progressus Rogerii. *perfidia illius adversus affinem* Rainulfum, Aversæ *comitem. prælio superatur.*

Fovit imprimis *Rogerii* audaciam conspiratio *Anacleti*, regium fastigium eidem, ut dixi, confirmantis. Postquam autem *Anacletus Benevento Romam* recesserat, ipseque in *Siciliam*, reversus proditione *Beneventum* sui juris fecit. Dein *Brundusium* obsessum ivit expugnavitque. Eandem sortem experta est proxima civitas *Barensis*. Porro, ut semper erat proferendi regni appetentissimus, consilium iniit potiundi terris *Rainulfi*, affinis sui, *Aversæ* & *Abellini* comitis. Hoc quo facilius simul & tutius perficeret, comitem illum, ut & *Robertum Capuæ* principem, specie legationis & auxilii *Anacleto* ferendi cum copiis ipsorum *Romam* amandat: atque ita *Abellinum* cum vicinis oppidulis invadit. præterea jactis discordiæ seminibus, sororem suam *Matildam* a marito *Rainulfo* alienat, eique persuadet, ut cum filio in *Siciliam* secedat. Rediens & sua repetens *Rainulfus*, non est auditus. intercessit ipse *Anacletus*, at nequicquam. Quocirca *Rainulfus* præter *Robertum Capuanum*, *Sergium* quoque, magistrum militum *Neapolitanorum*, & alios in *Rogerium* instigat. Nec mora. Utrimque parant arma & prope *Beneventum* castrametantur. Ibi vero copiæ *Beneventanæ* a *Rogerio* discedunt, ac domum abeunt, nolentes eam litem suam facere. Hac re perculsus *Rogerius*, sua interesse credidit, pugnæ se subducere. Quare noctu clam recessit trans *Sarnum* flumen, &, abrupto ponte, *Nuceriam*, quæ *Capuani* territorii erat, obsedit, seque istic vallo obducto munivit. Sed insecutus brevi adversariorum exercitus renitentem ad conferendum manus compulit. Aliquandiu ancipiti Marte pugnatum est, non sine insigni strage utrorumque, donec tandem *Rogerii* acies ad fugam inclinaret. ipse autem, suis palantibus, *Salernum* fugit. At non ita diu post, accidit autem id prælium VIII. kal. Augusti anno MCXXXII, collectis copiis *Benevento* supervenit *Rogerius*, defectionemque ultus est. Tum, *Beneventana* arce idoneo præsidio communita, *Salernum* redit, atque inde mense Decembri solvit in *Siciliam*, ut vires repararet augeretque. Rebellarunt quidem nonnullæ civitates, ea clade stimulatæ, sed irrito conatu: nam proximo anno omnes in ordinem coëgit rex *Siculus*, & universam ditionem pacavit, quin & novas adjecit [5].

CAPUT XV.

Partes Anacleti *superiores.*

Anacleto autem prospere cuncta procedebant, & nunc omnis res in vado esse videbatur. Potentissimum & quotidie invalescentem fœderatum ad manum habebat, per quem universam *Italiam* a *Roma Barium* usque in ecclesiasticis sibi subjectam suoque a nutu pendentem tenebat. & vel antiquissimum ditissimumque *Casinense* monasterium in partibus erat *Anacleti*. Adversarius vero *Europam* oberrans apud *Galliarum* & *Angliæ* reges repulsam tulerat. Quin eo ipso, quod is fœdus cum *Lothario* inierat, *Anacletus* ultro, nulla sua opera, defensorem nactus erat *Conradum*, *Lotharii* inimicum, qui etiam hoc tempore *Italiæ* cum multis copiis inhærebat, & in cujus verba jam pleræque civitates juraverant. per hunc votis suis subscribere videbat *Mediolanum*, *Conrado* addictissimam civitatem, & cum ea omnem *Lombardiam*. eadem de causa faventes habebat *Bononienses* ac *Æmilienses*. sed & *Ancona* ac *Spoletum* ipsum agnoscebant Pontificem. At *Innocentius* ægre *Pisanorum* & *Genuensium*, eorundemque dissentientium populorum, favorem impetrarat, nec in tota *Italia* præter eos quenquam habebat, qui conatibus suis annueret. Adde quod *Innocentii* adjutor in remotissima regione bellis civilibus distrahebatur.

CAPUT XVI.

Innocentius *PISANOS* & Genuenses *inter se conciliat. Tum Episcopos eorum ornat dignitate Archiepiscopali.*

Diligenter interim pacificatoris munia *Pisis* obibat *Innocentius*. eo nimirum oratores, quos *Genua* discedens rogaverat, convenere. Sic tandem pax inter *Genuenses* & *Pisanos* sedula ipsius opera conciliata est, cum res magni ac diuturni moliminis fuisset. Præterea, quod palmarium erat, cum utraque republica fœdus pepigit, quo præsidia rebus Ecclesiæ spoponderunt. Tum vero in grati animi testimonium, ac velut auctoramentum opis ferendæ, utriusque præsulem Archiepiscopatus titulo condecoravit. Videlicet *Genuensis* ecclesia, a *Mediolanensi* subtracta, ex eo tempore metropolis facta est; quemadmodum & *Pisana* pariter in archiepiscopalem fuit erecta, datis unicuique tribus suffraganeis, partitaque *Corsica*: in specie vero *Pisanum* antistitem Primatem fecit totius *Sardiniæ* [6]. Hoc negotio transactus ab *Innocentio* est annus MCXXXII.

CA-

1. Rolewink in *Fascic. tempor.*
(a) Vide supra *cap.* VIII.
2. Ubert: Folieta *Histor. Genuens. lib.* XI.
3. Blond. & Sigon. locis sæpe laud. item Platina *in Innoc.*
4. Paolo Tronci *Memorie Istoriche di Pisa all' an.* 1132. Folieta *d. lib.* I.
5. Falco Benevent. auctor hujus temporis, in *Chron. ad an.* 1132. is autem prolixe hæc exsequitur. Anonym. Casinens. *ad an.* 1131. itidem scriptor antiquissimus. Franc. Capecelatro *Historie di Napoli. lib.* I. Baron. in *Annal. ecclesiast. ad an.* 1132. & Pagius in *Criticis* ibid.
6. Martini Poloni *Chron. sub Innoc. II.* Platina *De vitis pontif.* in cod. Flav. Blond. *Historiar. dec.* II. *lib.* V. Lud. Cavitellii *Annal. Cremonens. ad an.* 1133. Scip. Ammirato *Istorie Fiorent. lib.* I. Uber: Folieta *Histor. Genuens. lib.* I.

1. Hul-

CAPUT XVII.

Conradus *ex* Italia *domum revocatur. Contra* Lotharius Romam *proficiscitur adscito* PISIS Innocentio.

Quod ad Imperii competitores, *Conradi* res cessim ire cœperunt. Multa in *Italos* liberalitate usus, omnia se recepturum sperabat cum *Italiam* sibi subjecisset. Postquam igitur impensis (nam ingentem exercitum alebat) & largitionibus, quam facultates ferebant, majoribus exhaustus totus esset, & simul intelligeret, *Lotharium Franconiam* suam & *Sueviam* hostiliter vastare, in *Germaniam* rediit, ut se cum fratre *Friderico* conjungeret[1]. *Lotharius*, promissi *Innocentio* facti memor, quum hoc pacto sibi in *Italiam* iter pateret, profectionem x. kal. Decembres anni MCXXXII. ingreditur[2]. Quia autem *Germania* ab intestinis dissidiis nondum quieta erat, multosque adhuc causæ suæ studiosos habebant *Conradus* & *Fridericus*, non nisi duo militum millia secum adducere potuit. Itaque *plus mente quam milite fiduciam gerens*, ut loquitur *Frisingensis*, per vallem *Tridentinam* in *Italiam* descendit. *Bononiensibus* autem ac *Æmiliensibus* aliisque, tum *Conradi* studio, tum copiarum paucitate, ludibrio & despicatui cum esset, recta *Apenninum* accessit, *Pisas*que ad assumendum *Innocentium* properavit. *Lothario*, summis votis expetito, in *Tuscia* obviam factus est *Innocentius* ad *Calcinariam*, in territorio *Pisano*, atque illinc, post congressum de re communi habitum, diversis itineribus *Viterbium*, inde autem conjunctim *Romam* contenderunt. ceterum castra posuerunt ad pontem *Mammeum*[3].

CAPUT XVIII.

Classis* PISANA *&* Genuensis *in* Lotharii *&* Innocentii *auxilium venit, qui interim stratagemate* Romam *ingrediuntur.* Lotharium *in* Lateranensi *basilica coronat* Innocentius, Anacleto *Vaticanam obtinente.* Innocentius PISAS, Lotharius *in* Germaniam *redit.

Lothario & *Innocentio Romam* tendentibus, *Pisani* & *Genuenses* continuo classem junctis viribus deduxere. Eam mox littoribus *Romanis* admoventes omnem oram maritimam infestam habebant: quin & Civitatem veterem *Innocentio* occupant. quæ res multum pavoris *Anacleto* injecit[4]. Ille autem cum præfecto Urbi ceterisque suæ factionis ad invadenda castra inimica procedit. Interea vero *Lotharius Innocentius*que per regionem *Transtiberinam*, unde huic origo erat, Urbem ingrediuntur[5]. quod accidit kalendis Maji[6]. Hoc stratagemate incruenta ipsis ingressio fuit. Lateranensi tamen basilica contentus esse debuit *Innocentius*, *Anacleto* Vaticanam insidente, quam operibus ac valido præsidio munitam tenebat[7]. Qua de causa nec *Lotharius* in ecclesia *S. Petri* coronari potuit, uti mos erat: verum in S. Salvatoris, quæ *Constantiniana* dicitur, prid. idus Junias imperiali diademate redimitus est[8]. (*a*). Simul ac vero *Lotharii* cum *Innocentio* adventus *Romam* percrebuisset, *Robertus* princeps *Capuanus*, & *Rainulfus Aversæ* comes, nec non legatus *Beneventi*, atque alii optimates oppressarum *Apuliæ* civitatium eo convolarunt, auxilia adversus *Rogerium* implorantes. is autem jamjam cum potente exercitu ex *Sicilia* erat rediturus[9]. Sed novum Imperatorem sua domum revocabant. præterea nec iis instructus erat copiis, ut vel *Anacletum* munitionibus suis exturbare posset. quin potius verebatur, ne diutius hærenti cum valida manu superveniret princeps *Siculus*, & cum dedecore ipsum abigeret. Aliæ quæ vulgo adferuntur, redeundi rationes, frigidæ sunt[10]. Certe Imperatoris & Augusti nomen adeptus recessit[11], cum per solas sex septemve hebdomadas *Romæ* substitisset[12]. Recedente autem Imperatore, denuo *Pisas* se recepit *Innocentius*[13], quippe cui ceteroquin evidens in mora periculum erat.

CAPUT XIX.

Cruentæ* Rogerii *victoriæ adversus civitates rebelles, quin & in alias. Hanc calamitatem ægre evadit* AMALPHIS *& quod in ea erat Pandectarum exemplar. Viginti naves cum præda submersæ.

Vix ac ne vix quidem illi Urbe excesserant, quin ecce reducem *Rogerium*, funesta in continente vestigia ponentem. Statim autem incitato cursu in *Apuliam* accelerat, & arma vindictam minantia in urbes convertit, quas illius nupera clades ad defectionem erexerat. erat enim *Rogerio* iræ impatiens animus, & ultionis cupidissimus. Mittuntur ergo quantocyus legati ad *Robertum Capuanum* & *Rainulfum*; Ut reditum maturarent ac socios e faucibus immanis tyranni ac prædonis eriperent, utque ipsos suaque vindicatum venirent adversus hunc vicinarum ditionum

1. Huldericus Mutius *Germaniæ chronico lib.* XVII.

2. Dodechinus in *continuat. ad chron. Mariani Scoti ad an.* 1132. Chronographus Saxo *ad an.* 1133. *Chronicon Australe antiquum an.* 1132. & 1133.

3. Otto Frising. *lib.* VII. *cap.* 18. Falco Benevent. *ad an.* 1133. Blondus *dec.* II. *lib.* V. Sigonius d. *lib.* XI. Baron. *ad an.* 1133. Tronci *Memorie istor. di Pisa an.* 1133. Capecelatro *Histor. di Napoli lib.* I.

4. Blond. Sigon. Baron. Tronci locis laud. Storia di Giov: Villani *lib.* IV. *cap.* 33. Folieta *Histor. Genuens. lib.* I.

5. Blondus *d. lib.* V. *decadis* II.

6. Chronographus Saxo *ad an.* 1133.

7. Robertus de monte S. Michaelis in *complemento ad Chronogr. Sigeberti an.* 1133. Broweri *Annal. Trevir. lib.* XIV.

8. Otto Frising. d. *lib.* VII. *cap.* 18. Chronogr. Saxo loco laud. Gotfrid: Viterbiens. *Chron. in Lothar.* Martini Poloni *Chron. in eod.* Dodechin. *ad an.* 1133. Aventini *Annales Bojor. lib.* VI. Sigon. *De regno Ital. lib.* XI.

(*a*) Narrat ibid. Sigonius, quod Innocentius ad prodendam rei novo exemplo actæ memoriam, hujus facti seriem *protinus* regiæ in pariete pingi, atque hos versus subscribi mandaverit,

Rex venit ante fores, jurans prius Urbis honores:
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

homo, i. e. vasallus. Certe pictura vulgata fuit, in qua Pontifex procumbenti ad suos pedes Lothario coronam imponebat, cum ea inscriptione. At vero hoc ipso tempore id alienum ac nimis importunum fuisset. non enim tunc eo loco erant res Innocentii, ut Lotharium tam proterve insolenterque lacessere eique insultare ausus fuisset, Factum hoc forte fuerit post simultates, quæ deinceps inter eos natæ sunt.

9. Falco Beneventanus & Pagius ad annum 1133. Abbas Celesinus *Rerum gestar. Rogerii.* Addatur Franciscus Capycius Latro *Histor. Neapol. lib.* I.

10. Car: Sigon. d. *lib.* XI. item Baron. in *Annalib. ad an.* 1133. Minus absurde Pagius in *Breviar. Pontif. Rom. tom.* II. in *vita Innoc. II. num.* 40.

11. Otto Frisingens. *lib.* VII. *cap.* 19. Anonym. Casin. in *Chron. ad an.* 1132. Petr: Diacon. in *contin. Chron. Casinens.* quod Leonem Ostiens. auctorem habet. *lib.* IV. *cap.* 97.

12. Chronographus Saxo *ad an.* 1133.

13. Flav: Blondus *Histor. dec.* II. *lib.* V. Gio: Ant: Summonte *Della citta e regno di Napoli. lib.* I.

1. Vide

num helluonem. Sed non erant illis, tam sanguinolenta victoria labefactatis, eæ vires, ut facile emergere, seque tantæ potentiæ objicere possent. Primos furibundi ultoris impetus sustinuit *Venusia*. hanc obsidet, capit, diripit. trucidantur mares, feminæ, parvuli: & quidem vario mortis genere tolluntur: usque adeo ut quosdam comburi fecerit. ipsa insuper civitas flammis ultricibus expiatur. Deletâ *Venusiâ*, idem aut suppar fatum manebat *Materam*, *Tranum*, *Montempilosum*, aliasque urbes. Quid multa? omnia longe ac late vastantur ferro & incendiis: ac nefaria crudelitate ipsos barbaros superasse noster dicitur. Hæc inter rapido illo ac turbulento vastationum vortice *Ansa* involvitur, quæ nunquam ipsi subjecta fuerat, sed opulenta cum esset, in transitu occupatur. Imprimis vero memoranda est *Trojæ* calamitas. Dum *Venusino* obsidio detinetur *Rogerius*, deliberabat ea civitas de recipiendo cum copiis *Rainulfo*, qui circa *Trojanos* fines consistens defensioni ejus se offerebat. Re intellecta *Rogerius* ad ipsos mittit; Abstineant res novas moliri: nullum illis a se periculum imminere. At vero subactis quas dixi urbibus, *Trojam* infensus properat. *Trojani*, promissorum securi, occurrunt, Episcopo illum cum panegyri excipiente. Sed in urbem intromissus divina humanaque miscet, cives captivos ducit, domos & bona igne consumit. Postremo *Melphin* adoritur, quæ & ipsa belluinæ illius ferociæ victima fuit. Quin pacatâ in hunc modum *Apuliâ*, *Salernitanos* itidem & *Amalphitanos*, quasi defectionis suspectos, feroci manu perdere meditabatur. sed cum nondum ei congruum videretur aut opportunum, in præsens abstinendum duxit [1]. Sic igitur *Rogerii* furorem feliciter evasit celeberrimum Pandectarum exemplar, quod ceteroqui fortasse inter cetera igne fuisset absumptum. *Salerno* autem hoc anno in *Siciliam* remeavit XII. kalend. Novembr. cum navigiis præda onustis, ut & multis captivis. at oborta tempestate, tria & viginti horum submersa sunt [2].

CAPUT XX.

Robertus Capuæ *princeps suo & fœderatorum nomine PISAS opem imploratum ivit adversus* Rogerium. Rogerii *ex contrario ad PISANOS legati de fœdere. PISANI vero cum* Genuensibus, *forte &* Venetis, Roberto *classem C. navium pollicentur.*

Dum hoc pacto *Apuliam* cæde, vastatione, terrore implet homo sanguinarius, *Capuæ* princeps *Robertus* de sua suorumque salute sollicitus esse cœpit. nec immerito. Tractat itaque cum *Rainulfo Aversæ* comite, cumque *Sergio* magistro militum *Neapolitanorum* de petendis a *Pisana* republica, *Innocentii* intercessione, auxiliis. Quamobrem communi nomine *Pisas* proficiscitur initio mensis Octobris. *Pisani* absque *Genuensibus* se bello adversus *Rogerium* miscere noluerunt. Immo vero dum is eam rem agitari comperit, e *Sicilia* legatos mittit, qui *Pisanos* a fœdere cum hostibus suis ineundo dimoveant, invitentque magnis promissis, ut se potius cum ipso velint consociare. Erat revera cur hoc speraret *Rogerius*. nam cum anno MCXXIX. *Genuenses* classem

A *Pisanorum* in fugam vertissent, *Messanam* usque persecuti, mox, *Rogerio* interveniente, omnia *Pisanis* restituerant. Attamen, spreta *Rogerii* legatione, ipsi & *Genuenses* coram *Innocentio* pacti sunt, ut proximo mense Martio fœderatis adessent cum centum navibus, militia & milite instructis, ea lege, ut illi vicissim tria millia librarum argenti conferrent. Adeo videlicet *Pisanos* delinire & inescare sciverant *Innocentius* & *Bernardus*, ut sollicitationibus *Rogerii* aures penitus obturarent. Quænam autem *Bernardi* partes in eo negotio fuerint, satis indicat epistola illius hac occasione ad *Pisanos* conscripta, quæ incipit, *Be-* B *nefaciat vobis Deus* &c [3]. Neque illud omittendum, quod addit Falco; *Audivimus quoque ducem Venetiarum ad ejus* (Robertum designat) *auxilium manus dedisse* [4]. Sed in viam.

CAPUT XXI.

Fœderati nihil valuerunt adversus Rogerium, *fraudes & corruptelas in subsidium advocantem.*

Demum IV. kalend. Martias anni insequentis MCXXXIV. cum duobus consulibus & aliis fere mille *Pisanis* ad principatum suum revertitur C *Robertus*, nunciatque *Rainulfo* comiti & *Sergio* magistro militum, quæ *Pisis* a se acta transactaque essent. Confecta autem protinus est summa, quam princeps jurato promiserat, ex ecclesiis *Neapolitanis* & *Capuanis* redacta, & extemplo *Pisas* missa, rogatique *Pisani*, ut cum classe quamprimum adventarent. Unà eò profectus est legatus *Beneventanus*, ut *civitatis* suæ *afflictionem domino Papæ & Pisanis intimaret*. Hoc interim spatio *Rogerius* e *Sicilia* denuo *Salernum* appellit cum triremibus ferme LX, quas statim mittit ad debellandam civitatem *Neapolitanam*. Sed illæ, viriliter repulsæ, brevi ad Regem rediere, cum solum castella quædam adjacentia deprædatæ essent. D Tum *Rogerius* cum exercitu *Siculorum* atque *Apulorum* *Abellinum* se confert, & inde pergit ad territorium *Capuanum*. Arces autem obvias, eorum etiam qui extra partes erant, depopulatur. Ob eam truculentiam *Beneventum* & *Capuam* timor invasit. quin occupat actutum castella principatus *Capuani*. Accurrunt tandem *Robertus*, *Rainulfus* & *Sergius*, collecto ingenti sed magnam partem tumultuario exercitu. addit his suas copias *Rotolpo* comes-stabuli *Beneventanus*. Prohibere tamen nequiverunt, quo minus *Siciliæ* rex, transgresso *Sarno*, *Nuceriam* oppugnaret. Est ea ci- E vitas, cujus in præcedentibus jam mentio est habita, & quæ, ut ab aliis *Nuceriis* secernatur, *Alfaternæ* cognomen adepta est. Fluminis transitum ita præsidiis, custodiis vigiliisque munivit *Rogerius*, ut non facile fœderati obsidionem possent disturbare. Quum autem videret, non sat cito civitatem expugnatum aut ad deditionem adactum iri, ad solitum remedium confugit. corrupit enim quosdam ex obsessis, & sic urbe potitus est. Deinde castra *Sarni* & *Lauri* aliaque oppida subjugavit. Quum vero fœderati castrum *Lauri* obsidentem aggredi statuissent, ipsos *Roberti* ac *Rainulfi* proceres pecunia abduxit, ne ad F constitutum venirent cum copiis sibi commissis [5].

1. Vide omnino Falconem Beneventan. in *Chron. ad an.* 1133. quem sequitur Capycius Latro *d. lib.* I. *Histor. Neapolit.* adde Baron.
2. Falco eodem loci.
3. D. Bernard. *Epistolarum* 130.
4. Beneventanus Falco ad eund. *an.* 1133. *Memorie diverse della città di Pisa all' an.* 1134. MS. Strozianum. Fr: Paolo Tronci *Memorie istoriche di Pisa an.* 1133. Capecelatro *Histor. del regno di Napoli lib.* I. *Sigon. De regno Ital. d. lib.* XI. *ad an.* 1129. Baron. *ad an.* 1133.
5. Falco Beneventan. in *Chron. ad an.* 1134. Franc. Capecelatro *detto lib.* I. *della Histor. Napolet.*

CAPUT XXII.

Roberto *PISAS abeunte ad auxilia acceleranda*, Rainulfus Rogerio *se submittit.* Rotolpo *comes-stabuli* Beneventanus, *PISAS aufugiens*, *naufragio perit.* *Absentis* Roberti *principatus occupatur.*

Hisce tam inopinatis *Rogerii* successibus animo consternatus *Robertus Neapolim* abit, & inde *Pisas*, ut sera auxilia præsens incitaret. *Aversæ* comes *Rainulfus*, dum a suis se prodi deprehendit, ac a *Roberto* deseri suspicatur, impar tanto Regi, eidem se submittit: at ægre & sub duris conditionibus in fidem & obsequium recipitur, reddita tamen ipsi *Mathilde* conjuge cum filio. Tum vero comes-stabuli *Beneventanorum*, pavore plenus, continuo *Neapolim* aufugit, ipsis kalend. Juliis. Quin nec ibi se tutum fore confidens, fracto animo ac perterritus navem conscendit cum duobus filiis & exiguo comitantium cœtu, ut *Pisas* perveniret. Verum in itinere, procella ingruente, calamitose naufragio periit cum altero filiorum & binis fidelibus. Interea (& quid mirum?) toto principatu suo absens spoliatur *Robertus*. *Capua* enim confestim se dedidit, & post metropolim cetera quoque oppida arcesque. Ita quoquoversus victor *Rogerius Salerno* pro consuetudine in *Siciliam* transfretavit [1]. *Robertus* autem amisso principatu & anni tempestate præterlapsa *Pisis* remansit, proximo vere sua & sociorum dominia auxiliis *Pisanorum*, ut sperabat, recepturus.

CAPUT XXIII.

Falso mortis Rogerii *nuncio ab eo descifcit* Rainulfus. *inde* Aversæ *excidium.* Robertus *cum* XX. *navibus PISANIS* Neapolim *venit. deleta* Aversa Neapolim *obsidet* Rogerius: *mox* Aversam *recedit*, *eamque instaurat.*

Sic ad annum MCXXXV nos deduxit historiæ series, qui & ipse fatalis illuxit fœderatis. Superiore, postquam in *Siciliam* advenit *Rogerius*, in morbum gravissimum inciderat. Mox & *Alberica* regina ægrotavit: & hæc quidem morbo extincta est. Adeo autem reginæ obitus maritum afflixit, ut, in conclavi aliquandiu abditus, nulli suorum conveniendi aditum daret. Hinc fama, ipsum quoque regem fato concessisse. Ea vero *Rainulfum Aversæ* comitem expergefecit, ut sese, recuperata ditione, in libertatem assereret: præsertim quoniam *Robertus Capuanus* cum valida *Pisanorum* manu imminebat. Venit quoque ille *Neapolim* VII. kalend. Apriles, sed cum solis viginti navibus. *Rainulfus* tamen, nam jacta erat alea, *Aversanos* suos ad defectionem pellexit, quæ ipsos sane pessundedit. Perrexerunt *Robertus*, *Rainulfus* & *Sergius Capuam* versus, sed propediem ipsis redeundum erat, deficiente commeatu. Itaque *Rainulfo* cum octo *Pisanorum* millibus *Aversæ* relicto, reliqui duo *Neapolim* sunt reversi. *Rogerius* cum tandem pristinæ valetudini restitutus esset, nonis Junii *Salernum* venit, insi-

A gni instructus classe & multo milite. Primo autem *Robertum Capuanum*, disrupto fœdere, a *Rainulfo* & *Sergio* tentavit avellere, sed nihil egit. Inde exercitum in *Aversam* direxit. adeo autem ipsius adventu conturbati fuerunt *Aversani*, ut major pars cum comite *Neapolim* effugeret: desertaque eum in modum civitas in cineres redacta est [2]. *Aversâ* excisâ *Neapolitanis* quoque exitium minitabatur rex *Siculus*. Itaque infesto agmine in eam urbem irruit: ac quo magis in angustias & penuriam adduceret, *Neapolitanum* agrum incendit. Fœderati cum se impares cernerent, copias intra muros continuerunt. *Robertus* autem
B iterum *Pisas* profectus est, ut fidem *Pisanorum* & majora auxilia imploraret. Sed cum *Rogerius* per solos novem dies obsedisset *Neapolim*, subito recessit, quoniam æstivi aëris intemperies contagioso morbo exercitum infecerat. Dein *Aversæ* instaurandæ operam impendit, haud dubie locum maxime opportunum existimans ad præsidia & stativa adversus *Neapolitanos*: copiasque in vicinis pagis collocat [3]. Sed interim improviso casu alio avocatur. is autem ante omnia nobis memorandus venit, quum idem ille sit, qui huic dissertationi conscribendæ unice causam dedit.

C

CAPUT XXIV.

Robertus *alias* XX. *naves PISIS adducit*, & *protinus PISANI cum* XLVI. *AMALPHIN ex improviso invadunt. inter cetera prædæ fuit exemplar Pandectarum. cæsi a* Rogerio *PISANI cum classe* Neapolim *redeunt. inde domum tendentes* Isciam *depopulantur.*

Præter XX. naves longas, seu triremes, cum militia *Pisana*, quas initio anni *Robertus Pisis* arcessitum iverat, nunc alias XX. secum adduxit.
D Hæ simulac appulere, certiores evadunt fœderati, *Amalphin* milite vacuam esse: terrestres copias omnes sub *Rogerio* merere; maritimas autem, quatuor triremibus impositas, prædationi incumbere; quin & paucos qui domi remanserant *Amalphitanos Salernum* concessisse, ut eam urbem defenderent adversus *Pisanos*, a quibus illi invasionem imminere putabant, de sua, ut liquet, nihil tale suspicantes. Quare *Pisani*, adscitis navigiis suis prioribus, mutuatisque aliis sex, nam VI. & XXXX. feruntur fuisse, classem adornarunt, magna hominum multitudine instructam, eâque summo mane *Amalphin* invasere ac deprædati sunt.
E In ea præda inter cetera pretiosissimum nostrum *Pandectarum* exemplar fuisse, constans omnium seculorum cunctisque recepta opinio est. Deinde ad alia *Amalphitanæ* regionis oppida progressi, ea itidem occuparunt; in his *Scalæ* & *Ravellum* fuere. Sed tertio post exscensionem die arcem *Fractos* de consilio captivorum *Amalphitanorum* obsidentibus supervenit *Rogerius*, & magnam cladem intulit. Dicitur autem, *Aversâ* prius *Salernum* profectus, curavisse ut XXXX. navigia contra *Pisanos* instruerentur (LX. quidam ferunt) tum vero ipse cum septem millibus in eos, obsidendo castello occupatos, ex improviso ingruisse & fugasse usque ad mare.
F Certe fusi palantesque ad naves suas pervenere, cæsis & captis ad

1. Falco & Capecelatro locis laud. Anonymi Casinens. *Chronic. ad an.* 1133. & 1135. adde Peregrini in eum *Castigation. post Histor. princip. Longobard.* Alexander abbas Celesin. *Rogerii Sicil. reg. rer. gestar. lib.* II. versus fin. Jul: Cæs: Capacius *Histor. Neapolit. sub Sergio duce* XXXIV. Giov: Ant: Summon. *d. lib.* I.

2. Abbas Celesin. *de reb. gest. Rogerii lib.* III. Falco Benevent. *ad an.* 1135. Anon. *Casin. Chron. ad an.* 1134. & ibi Camill. Peregrin. Capecelatro & Capacius locis supra citatis.

3. Abbas Celesinus & Falco ibid. Giov: Vincenzo Ciarlanti *Memorie histor. del Sannio lib.* IV. Jul: Cæs: Capacius lo. laud. Parthen: Giannettas. *Histor. Neapolit. lib.* XI.

ad CIↃ IↃ. (*a*). horum in numero consules *Pisani* tres, quorum unus occisus. Fuga elapsi *Pisani*, cum his qui in navibus remanserant ad prædam servandam, confestim *Neapolim* rediere. Quum istic per viginti plus minus dies mansissent, nec esset probabile, quicquam amplius hoc anno adversus *Neapolim* tentaturum *Rogerium*, nonnullos ad custodiam urbis reliquerunt, ceteri vero cum insigni, quam fecerant, præda ad suos *Pisas* reversi sunt. In reditu autem *Isciam* majorem, insulam quæ olim *Ænaria* dicebatur, devastarunt, tertio & vigesimo post acceptam in ducatu *Amalphitano* cladem. Sic tandem VI. idus Septembres domum venere. Ceterum præfuisse huic expeditioni videtur *Robertus Capuæ* antea princeps. ipse profecto classem *Pisanam*, ut *Neapolim* duxerat, ita *Pisas* reduxit, denuo cum ea *Neapolim* rediturus vere insequenti. Discedente *Pisas Roberto* mansit *Neapoli* apud *Sergium* comes *Rainulfus* cum filio suo. Verum de celebri illo *Pisanorum* facinore & præda *Amalphitana* audiamus scriptorem hujus temporis, ad præcipua saltem quod attinet.

CAPUT XXV.

Verba scriptoris æqualis de hac PISANORUM expeditione & præda.

Refert nempe *Alexander*, abbas *Celesinus*, qui in *Siculi* regis comitatu erat (*b*), & rogante *Mathilde*, Regis sorore, ipsius res gestas literis consignavit: *Cum ergo immensa acies ab eis* (Pisanos designat) *directa cum ratibus æquora sulcando Neapolim tendissent, istiusmodi præfirmantur consilio, ut urbem Amalphiam, inchoante auroræ ortu aggredientes, aut prædarentur, aut Regi, si fortuna sinistra eis impedimentum non faceret, eriperent. Erat autem tunc Amalfia pæne omnibus evacuata belligeris viris, quorum jam pars, jubente Rege, cum liburnis quatuor, armatorum refertis copia, per maritimas prædaturi aquas recesserant: pars vero cum Rege euntes in hostem aderant: alii autem Pisanorum tunc navigia intuentes, quoniam eos putarunt Salernum aggressuros, cito illic præeuntes eam tuituri, ibi remanserunt. Venientes itaque ipsi Pisani subito, inchoante auroræ luce invaserunt urbem: nulloque resistente, eam funditus impieque depopulantur. Cumque urbe tota depopulata universa ad classem spolia deportata fuissent, mox Scalæ oppido cæterisque Amalfiæ munitionibus invasis, novissime quoddam munimentum, quod dicitur Fracta, oppugnare nituntur. Dum ergo Rex Rogerius ad reparandam Aversam intenderet, intimatum est* &c. & deinceps, *Regius exercitus ex improviso irrumpens partem cæde prosternunt, partem vero captionis violentia subdunt.* denique paulo post, de *Pisanis* ad naves suas reversis, *reversi innumeris quibus onusti fuerant spoliis fugam arripiendo evaserunt. Liburnarum autem numerum quidam asserunt fuisse* XXXXIII. *alii vero plures* [1].

CAPUT XXVI.

De die, quo AMALPHIS direpta. Æra PISANA.

Narrat *Sigonius*, Pisanos *pridie nonas Augusti* Amalphin aggressos esse. Hoc autem fide ejus esse jubeo: nam unde habeat ignoro. In eo certe errat, quod historiam hancce refert ad annum MCXXXVII. Sed errat errorem communem, confundens expeditionem *Pisanam* priorem, cum ea quæ biennio post evenit, inque eandem urbem directa fuit. Hunc autem porro profligavimus in ipsa Historia *Pandectarum* lib. I. cap.... præterea eum redarguit epistola Divi *Bernardi* quam suo loco exhibebimus [2]. Ceterum ejusdem diei mense Augusto meminerunt quidem etiam Annales *Pisani*, e quibus quæ huc pertinere sunt visa descripsit *Ludovicus Bologninus* [3], sed in eo excerpto plura occurrunt rerum veritati contraria, quin & ipsi probabilitati. Quis enim sibi persuadeat fieri potuisse, ut, quod ibi narratur, uno eodemque prid. non. Augusti & Pontifex jusserit classem parari, & *Pisani* illa *Amalphin* occuparint? Eo minus, quod ita res refertur, ac si hoc tempore *Romæ* constiterit *Innocentius*, habito istic paulo ante solenni concilio. Quare putem, quod tanto magis fidem hisce Annalibus derogat, auctorem eorum utramque *Pisanorum* expeditionem cum ceteris confundere. Tertius in eadem facti specie error est, quod annum notat MCXXXVI, in quem neutra cadit expeditio. Quamvis tamen hoc ipsum minus vitio verti posset, cum unius anni discrimen in antiquissimis quibusdam chronicis interdum deprehendatur. Ita fragmentum illud Chronici *Pisani*, quod refert Ughellus *in Italia sacra* [4], sub eodem anno MCXXXVI. *Amalpheos* a *Pisanis* direptionem collocat, ita nihilo minus, ut rectissime distinguat a secunda eorum invasione. Immo vero in ceteris quoque *Pisanæ* historiæ vetustis monumentis idem deprehendi. Sed quid si ob eam in istis Annalibus constantiam dicamus, æram *Pisanam* uno anno communem præcessisse? perdifficile enim est, ut in eundem numeri errorem præfracte omnes conspirent (*c*).

(*a*) In *Annalib. Pisan. ab an.* 971. *ad* 1177. apud Ughell. Rogerius cepisse dicitur decies nonaginta quatuor, hoc est, nongentos quadraginta, proinde quingentos sexaginta interemptos fuisse oportet.

(*b*) Anto. Caracciolus, qui Chronographos quatuor antiquos, Herempertum Longobardum, Lupum Protospatam, anonymum Casinens. & Falconem Beneventanum, e bibliothecis in lucem produxit, præmisso Nomenclatore nominum proprior. ibi in voce *Rogerius junior*, hunc Alexandrum Celesinum vocat Rogerii aulicum, atque adeo parasitum. Nimirum caute accipiendus est in his quæ ad laudem Rogerii aut vituperium pertinent.

1. Abbas Celesinus *Rogerii Sicil. regis rer. gestar. lib.* III. adde *Chronicon Pisanum* seu *fragment. auctoris incerti ab anno* 680 *ad* 1136. in Ughelli *Italia sacra tom.* III. *pag.* 858. & *Annales rerum Pisanarum ab anno* 971 *ad* 1176. apud eund. Ughell. *pag.* 861. ut & *Memorie diverse della citta di Pisa, cavate da diverse historie e scritture*, MS. bibliothecæ Strozianæ, quæ Florentiæ est, *num.* 194. in fol. *pag.* 1. *Historia Pisana*, auctore Barthol. de S. Concordia, ordinis Prædicatorum, ejusd. biblioth. MS. in 4. *num.* 478. Falco Beneventan. in *Chron. ad an.* 1135. & post eum Franc. Capycius Latro *d. lib.* I. item Sigonius laud. *lib.* XI. Jul. Cæs. Capacius *Histor. Neapol. lib* I. Giov. Vincenzo Ciarlanti *Histor. del Sannio lib.* IV. Nic. Parthen. Giannettas. *Histor. Neapolit. lib.* XI.

2. Infra *Cap.* XXXIII.

3. Inter testimonia de Pand. Flor.

4. Vide pag. præc. in his notis num. I. ubi & reliqui Annales Pisani, ad quos proxime respicimus.

(*c*) In ea opinione mire me confirmat Franc. Pagius in *Breviar. Pontif. Roman. sub Innoc. II. num.* 42. *in fin.* ibi enim expresse annum Pisanum a Dionysiano seu communi hoc pacto discernit. Videndus omnino Covarruvias *Variar. resolution. lib.* I. *cap.* 12. *num.* 2. Præterea quod hac occasione obiter notatum velim, a Falcone Beneventano annum inchoari a mense Martio, idem Pagius observat *num.* 61. Hæc parum animadversa vehementer turbant.

CAPUT XXVII.

Continuatio. An PISANI AMALPHIM post direptionem incenderint. An testimonio antiqui scriptoris constet de Pandectis ibi repertis.

Ut ad diem regrediamur, quamvis de illa non satis constet, tamen licet statuere, invasionem *Amalphis* evenisse ante medium mensis Augusti. Certe a nonis Juniis, quibus e *Sicilia Salernum* advenerat *Rogerius*, usque ad idus Augusti, h. e. bimestri spatio & quod excurrit, accidere potuerunt quæ de ipso narravimus. nimirum, quod *Robertum Capuanum* spe & pretio sollicitavit ut fœderatos desereret; quod *Aversam* præsidio destitutam occupavit & evertit; quod *Neapolim* per novem dies obsedit; quodque inde *Aversam* recessit ad eam denuo ædificandam: hæc, inquam, eo spatio præcedere potuerunt: debuit vero ante idus illas contingere, ut *Pisani* triduo in ditione *Amalphitana* morari; ab ea *Neapolim* reversi, *Isciam* vigesima tertia post acceptam cladem die invadere; ac tandem VI. idus Septembres domum reverti potuerint. At quod in eo Annalium *Pisanorum* excerpto, quod profert *Bologninus*, præterea dicitur, *Pisanos Amalphin* post direptionem incendisse, quo etiam alludit *Sebastianus Sanleoninus* [1], ab omni veri specie alienum est. Nemo veterum, nemo recentium historicorum id tradit: profecto non siluisset Abbas *Celesinus*, qui eam *Pisanorum* invasionem adeo exaggerat, ut propterea *Pisanos piratas* appellet. Nihil ergo deferendum est huic scriptori. Ceteroquin sane permagni momenti esset, quod præter alia refert, inter spolia *Amalphitana* fuisse exemplar Pandectarum *Justiniani* Imperatoris. esset hoc singulare & unicum testimonium antiqui scriptoris, quem hi Annales præferunt. At vel hoc ipsum auctoritatem ejus elevat, cum ea res initio non esset tanti, ut a quoquam ejus temporis memoraretur.

CAPUT XXVIII.

A solis PISANIS direptam fuisse AMALPHIM, & cur nullæ Genuensium *partes.*

Restat videre, quî fiat ut nec *Genuenses* nec *Veneti*, quorum illi saltem communem cum *Pisanis* operam *Roberto* ceterisque fœderatis navare polliciti erant, ut retuli, hujus expeditionis participes fuerint. nihil quippe ipsos ad eam contulisse, triplex mihi argumentum est; ex mora mittendarum navium; ex numero missarum; & ex silentio de *Genuensibus* & *Venetis*. addo etiam quartum, ex præda solis *Pisanis* permissa. Indicavimus quemadmodum *Robertus* sub finem anni MCXXXIII. aut verius sub initium sequentis, fœderatorum nomine *Pisis* centum naves armatas pactus fuerit, mense Martio *Neapolim* mittendas, quodque promissam ea conventione pecuniam statim persolverint fœderati, & tamen toto illo anno nullam earum navium impetrare potuerint. Patefecimus insuper, quam ægre ipse *Robertus*, *Pisas* idcirco profectus, initio hujus anni MCXXXV. solas viginti naves velut extorserit *Pisanis*, ac dein repetita profectione totidem alias. Ad hæc in tota illa expeditione, clade, reditu non nisi *Pisanorum* mentionem fieri deprehendimus. Denique ex præda præter *Pisanos* neminem sibi quicquam vindicasse comperimus. Unde collegerim, *Genuenses* & *Venetos*, orta forte dissensione, aut alia quavis de causa resiluisse: atque ideo ipsos *Pisanos*, qui jam statim ab initio sine *Genuensibus* fœdus inire detrectaverant, iis recedentibus tantopere tergiversatos esse, donec tandem, urgente Pontifice & *Roberto*, bis viginti navigia volentes nolentes concesserint. Hanc autem portionem ipsorum in centum illis triremibus exstitisse probabile mihi fit, ita ut *Genuenses* similiter quadraginta conferre debuissent, *Veneti* residuas viginti. hoc sane pacto percommode totius promissæ classis ratio iniri posset. Verumenimvero ad *Rogerium* reverti convenit, & reliquam variæ ac multiplicis hujus historiæ telam pertexere.

CAPUT XXIX.

Rogerius *filium* Anfusum Capuæ *principem constituit. Denuo* Neapolim *obsidet, sed iterum brevi obsidionem solvere cogitur.*

Postridie quam ille finibus *Amalphitanis Pisanos* expulerat, filium suum *Anfusum*, adhuc puerum, *Capuæ* principem declaravit, ac tradidit ei vexillum, insigne dignitatis. Videlicet *Rogerium*, propter repulsam oblatæ *Roberto Capuano* amicitiæ irritatum, expeditio illa in *Amalphin*, duce eodem, magis exacerbaverat. Ubi vero deinde intellexit, *Pisanos* cum classe *Neapoli* domum abiisse, iterum eam civitatem obsedit, adeo ut & mari illam includeret, iterumque agrum circumjacentem cum proximis oppidis horribilem in modum vastavit. Sed magna tempestas V. idus Septembres navigia *Rogerii* dispersit, coëgitque ad portum *Puteolanum* reverti. Tum autem rex denuo obsidionem solvit, ac, restituta *Aversa*, relictisque copiis, quæ civitatem ex longinquo inclusam tenerent, *Salernum* recessit, indeque in *Siciliam* [2].

CAPUT XXX.

Robertus *PISIS ad* Lotharium *proficiscitur, ut cunctantem impelleret. Sed &* Neapolis *a PISANIS auxilium flagitat. Pax inter PISANOS &* Florentinos. *Concilium PISANUM.*

Robertus interea *Pisis* cum *Innocentio* egit de legatione ad Imperatorem *Lotharium*, quæ cunctantem impelleret. Profectus autem ipse est cum *Girardo* cardinali, & fratre comitis *Rainulfi Riccardo*. Ad Imperatorem cum venissent, ordine exposuerunt, quemadmodum *Rogerius Robertum* & *Rainulfum* fortunis omnibus exuisset, quæque ipsi fecissent pro communi causa: veniret tandem secundò in *Italiam*, ut spoliatos sedibus restitueret. hoc Pontificem, hoc ipsos summis votis, precibusque ardentissimis flagitare atque obtestari. subveniret etiam *Neapoli*, quæ velut anchora sacra erat, & unicum afflictis rebus præsidium. Hisce comiter annuit Imperator, pollicitus sese hoc anno cum ingenti exercitu in *Italia* adfuturum, venturumque circa festum *S. Jacobi*. erat nimirum jam annus MCXXXVI. inchoatus. Cum hac spe, muneribus & promissis cumulati, *Pisas* ad *Innocentium* redeunt. Eò quoque, dum *Robertus* cum ceteris in legatione erat, opem imploratum

1. Sebast. Sanleonin. *Cosmianar. action. lib.* II. inter Testimonia *num.*
2. Abbas Celesinus *d. lib.* III. *De gestis regis Rogerii.* Falco & anonym. Casinens. *ad an.* 1135. Capycius Latro eodem loci quo supra.

tum venerat *Sergius*, dux seu magister militum *Neapolitanus*. Promiserunt quidem auxilium *Pisani*, ab *Innocentio* stimulati, sed effecerunt mox alii, ut promissa dilaberentur. Quocirca non parum turbatus *Sergius Neapolim* rediit, defensurus civitatem qua posset optima ratione [1]. Eodem anno MCXXXV. restituta erat amicitia inter *Pisanos* & *Florentinos* [2], conciliantibus haud dubie *Innocentio* & *Bernardo*. Præcedenti autem generale concilium *Pisis* habuerat *Innocentius III.* kal. Junii, advocato e *Galliis Bernardo* [3].

CAPUT XXXI.

Conradus *Imperio renunciat in favorem* Lotharii, *conciliante* Bernardo.

Sed tempus est inquirere, quomodo jam sese res imperii habuerint. *Conradus* tandem omnibus exhaustus regno renunciarat, & cum fratre *Frederico*, interventu *Bernardi*, a *Lothario* in gratiam receptus fuerat, x. kal. Apriles MCXXXV. Effecit præterea *Bernardus*, ut tam fratres illi *Conradus* ac *Fredericus*, quam *Conradi* studiosissimi *Mediolanenses*, exsecrationibus solverentur. Dicitur autem huic reconciliationi tanto acrius incubuisse, ut aliquando, pacatâ *Italiâ*, principes Christianos contra *Turcarum Sarracenorum*que gentes pro liberatione terræ sanctæ inflammaret. scilicet de eadem fidelia duos, ut ajunt, parietes dealbare studuit. Competitore in ordinem coacto, ad varias easdemque maxime dissitas imperii partes componendas deflexit *Lotharius*, ut omnia domi quieta & tranquilla haberet, antequam iterum in *Italiam* contenderet. Insuper aliquandiu occupatus erat parandis, quæ ad tantam expeditionem necessaria videbantur. Hisce curis integrum annum MCXXXV. insumpsit cum magna portione insequentis [4].

CAPUT XXXII.

Neapolim *tertium obsidet* Rogerius & *ad incitas redigit. Naves* PISANAE *cum commeatu accedunt.* Innocentii & Bernardi *adhortationes ad* Lotharium.

Postquam legati, quos dixi, bonis avibus *Pisas* reversi fuerunt, continuo Pontifex, gaudii speique plenus, *Neapolim* misit, qui *Sergium* hujus tam exoptati nuncii certiorem facerent. Interea veris tempore in *Italiam* rediit *Siciliæ* rex cum immensis copiis, omnemque armorum vim in *Neapolim* convertit, ut eam nunc saltem expugnaret. Fortiter vero *Sergius* ei restitit. Deinde cum princeps *Capuanus*, qui *Pisis* consistebat, rescivisset, obsessam civitatem famis periculo urgeri, cum quinque navigiis commeatum advexit: sed brevi denuo *Pisas* reversus est. Periclitantibus hoc modo *Neapolitanis*, non destitit *Innocentius* pro sua atque illorum ceterorumque sociorum salute *Lotharium* obsecrare, ut quantocyus properaret, & crebris nunciis literisque admonere, ut tandem aliquando *Romanum* imperium ab hostium jugo defenderet, Ecclesiamque concussam & laceratam ad unitatem & concordiam revocaret *Cæsar* clementissimus; tyranni *Siculi* vires quo-

A tidie incrementa capere: *Neapolim* ferventissima obsidione ad incitas redigi; patrimonium *S. Petri* assiduis atteri infestationibus; multa in vulgus de Cæsare mendacia spargi, tanquam videlicet nihil in eo præsidii reliquum, *Germanorum*que auxilia longe essent: & reliqua id genus [5]. Imprimis autem memorabilis est *Bernardi* exhortatio in epistola, cujus inter alia hæc sunt: *Ipsius profecto nuper opus & virtus fuit* (Dei nempe) *quod iter satis laboriosum & meticulosum pro pace regni & Ecclesiæ liberatione susceptum —— in tanta prosperitate peregistis. Romanæ siquidem Imperialis culminis plenitudinem gloriosissime assecutus, quod*
B *majus fuit, in manu non magna, ut animi fideique magnitudo clarius emineret. Quod si ante tantillum exercitum terra tremuit & quievit, quantus putamus horror hostium corda invadere habeat, cum cœperit Rex procedere in magnitudine brachii sui? —— Non est meum, hortari ad pugnam: est tamen (securus dico) advocati Ecclesiæ, arcere ab Ecclesiæ infestatione schismaticorum rabiem, est Cæsaris proprium, vindicare coronam ab usurpatore Siculo.* &c. [6].

CAPUT XXXIII.

Bernardi *epistola ad eundem pro* PISANIS, *quibus infensus erat.*

C Scripsit & alteram pro *Pisanis*, quos nonnulli calumniis oneraverant, atque eos cum Imperatore in gratiam reduxit. Verba ejus non minus memorabilia, & ad rem qua de agimus apprime facientia, huc transcribere visum est. *Miror*, inquit, *cujus instinctu vel consilio vigilantiæ vestræ subripi potuerit, ut homines, digni certe duplici honore & gratia, contraria a vobis audirent: Pisanos dico, qui primi & soli interim adhuc erexere vexillum adversus invasores imperii. Quam justius in eos regia excanduisset indignatio, qui popu-*
D *lum strenuum & devotum quacunque occasione offendere ausi sunt: eo præcipue tempore, quo accincti in multis milibus suis exierant oppugnare tyrannum, ulcisci injuriam Domini sui, & imperialem defensare coronam? Ut enim congruentissime assignem huic genti, quod olim de S. David dicebatur: Quænam, quæso, in omnibus civitatibus sicut Pisa, fidelis egrediens & regrediens, & pergens ad imperium Regis? Nonne hi sunt qui nuper regni illum unicum ac potentissimum hostem ab obsidione Neapolis fugaverunt? Nonne hi sunt, qui etiam, quod pene incredibile dictu est, in uno impetu suo expugnaverunt AMALFIAM & Rebellum & Scalam atque Atturi-*
E *nam, civitates utique opulentissimas & munitissimas, omnibusque, qui antehac tentaverunt, usque ad hoc tempus, ut ajunt, expugnabiles? Quam dignum, quam æquum, quam plenum ratione & justitia fuerat, ut fidelium terra interim saltem, dum hæc actitarent, ab omni hoste secura consisteret, tum pro præsentia summi Pontificis, quem jam dudum exulem Pisani apud se cum summo honore servabant & servant: tum pro servitio Imperatoris, pro quo & ipsi tunc temporis exulabant? Factum est autem per contrarium, ut gratiam, qui offenderunt, &, qui servierunt, iram mererentur. Sed vos fortassis adhuc ista nesciebatis. Oportet ergo nunc, quando res*
F *est nota vobis, imo & decet, & expedit, mutare vos &*

1. Falco Benevent. loco laud. & *ad an.* 1176. Abbas Celesin. *lib.* IV. ad fin.
2. Scipione Ammirato *Istorie Fiorentine lib.* I.
3. Robertus Sigeberti continuator. *Annales rerum Pisanor.* apud Ughell. in *Ital. sacra tom.* III. *pag.* 861. Blond. & Sigon. *Vita S. Bernardi lib.* II.
4. Otto Frisingens. *lib.* VII. *cap.* 19. Abbas Urspergens. in hoc Imp. Gotfr. Viterbiens. in eod. Chronograph. Saxo *ad an.* 1135. Albericus Monach. trium font. *ad eund. an.* 1135. ut & *Chron. Australe antiquum.* Æneas Sylv. in *Histor. Fred. III.* Mutii *Chron. Germaniæ lib.* XVII. Sigon. d. *lib.* XI. *ad an.* 1134. & 1136.
5. Beneventanus Falco *ad ann.* 1136. Abbas Celesinus laudato superius *lib.* III. Petr. Diacon. in *continuat. Chron. Casinens. lib.* IV. *cap.* 79. Blondus *Historiar. deca.* II. *lib.* V. Hulder. Mutius loc. memor. Christoph. Browerus in *Annal. Trevirens. lib.* XIV.
6. Divi Bernardi *epist.* 139. scripta Lothario Imp.

1. Idem

& verbum & animum, ut viri regiis magis favoribus & muneribus honorandi, a vestra parte de cætero audiant & recipiant prout meriti sunt. O quantum meruere Pisani, quantum adhuc mereri possunt! Sat est dictum sapienti[1].

CAPUT XXXIV.

PISIS denuo ad Lotharium *proficiscitur* Robertus. *Secunda* Lotharii *in* Italiam *expeditio. deflectit prius ad citeriorem ejus partem. Veneti cum eo fœdus ineunt.*

Robertus *Capuanus*, a ducendis quinque illis navibus *Pisas* reversus, statim ad Imperatorem festinavit, eumque in itinere obviam habuit, quippe qui de montibus jam descenderat & supra *Cremonam* castra sua posuerat. Per adventum autem *Lotharii* in *Italiam Neapolitanis*, quamquam brevi majore quam antea fame pressis, animus crevit, & ad alacrius resistendum extremaque perpetienda obduruit, decrescente tantundem *Rogerii* fiducia. Nimirum Imperator, tot precibus sollicitationibusque fatigatus, ineunte autumno viam ingressus erat, quam, ut olim, instituerat per vallem *Tridentinam*. Ducebat autem exercitum valde copiosum & lectissimum, comite ipsa Augusta. Inter belli duces aderant Imperatori *Henricus* gener, *Bavariæ* & *Saxonum* dux, cui ex moribus *Superbi* cognomen inditum, & *Conradus Suevus*, ipsius quondam æmulus. Prius vero citeriorem *Italiam* adire & omnes earum regionum civitates compescere voluit, quam *Apuliam Calabriam* ceteraque *Italiæ Rogerio* adimere. Ibi autem *Cremonenses*, cum *Mediolanensibus* diuturno bello dissidentes, audita utriusque causa proscripsit, atque armis subegit. Inde *Papiam* veniens, cives pactione pecuniæ in gratiam recepit. *Bononienses* quoque & *Æmilienses*, qui priore expeditione eum despexerant, supplices ultro cum muneribus occurrerunt quum autem vehementer iis infensus esset, tamen *Henrici* gratia ignovit. Post usque ad *Taurinum* progrediens, totam citeriorem *Italiam* in provinciam redegit[2]. Inter hæc VII. idus Novembris conventum egit in campis *Roncaliis* (planities est circa *Padum*, *Cremonam* inter & *Placentiam*) atque ibi inter alia legem condidit De feudo non alienando (*a*)[3]. *Parmæ* cum esset, fœdus percussit cum *Venetis*, legatis eorum illuc venientibus. Dein *Apenninum* transiens, *Anconam*, *Spoletum* cum aliis urbibus interioris *Italiæ* in deditionem accepit[4].

CAPUT XXXV.

Magnus apparatus adversus Rogerium *tam mari quam terra. Terrestres copiæ duobus exercitibus procedunt. Pontifex PISIS adscitus* Romam *deducitur.* Roberti & Rainulfi *restitutio.*

Anno ineunte, qui fuit MCXXXVII. exercitum in hiberna reduxit, ac *Ravennæ* ipse hie- A mavit. Ibi autem consiliis *Rogeriani* belli cum *Henrico* genero *Conradoque* tractatis, ingentem contra eum expeditionem terra ac mari adornat. etenim *Pisani* se centum naves instructuros polliciti sunt, & cum ea imperata facturos. Vere jam adulto copias ita distribuit Imperator, ut, una sibi parte relicta, alteram *Henrico* committeret ad suscipiendum *Pisis* Pontificem. Itaque *Henricus* per *Tusciam* exercitum ducens, quam & a socero in beneficio obtinuit, *Innocentium* adscivit, & *Romam* incolumem adduxit. Tum vero Pontifex III. nonas Maji concilium *Romæ* coëgit, &, ut erat anathematum minime parcus, B iteratas toties exsecrationes adversus *Anacletum* & *Rogerium* eorumque asseclas jam octavum repetiit. Mox exercitu in *Campaniam* immisso, non magno molimine ea regio ad officium revocata est: atque ita *Robertus* princeps & comes *Rainulfus* terris suis restituti. Post hæc, subacta etiam *S. Germani* civitate, *Beneventum* cepit *Henricus*, & Papæ, qui eum comitabatur, reddidit[5].

CAPUT XXXVI.

In Apulia *junguntur exercitus.* Rogerii *machinationes, qui tandem fugit in* Siciliam. C *Gratulatio* Græci *Imp. eo nomine ad* Lotharium.

Medio tempore *Lotharius* suo cum exercitu *Flaminiam*, *Picenum* & *Umbriam* peragravit, domuitque male quietos; atque ita etiam ipse mense Majo in *Apuliam* pervenit & vires cum genero conjunxit. *Rogerius* autem, cum *Lotharium* multo auri & argenti pondere frustra flectere tentasset, copias suas omnes in aciem educit. Postquam vero Cæsarianos interrito gradu in occursum procedere conspicit, animum despondens ad montana *Calabriæ* se confert, & tandem re- D bus desperatis continentem derelinquit. Videlicet nimis periculosum sibi fore animadvertebat, de summa rerum uno certamine decernere, ne forte victus, quia per interjectum pelagus a *Sicilia* disjungebatur, in manus hostium deveniret. Sic fere omnia sponte in *Lotharii* potestatem concessere, qui *Barium* usque progressus arcem ejus vi subegit, reluctantibus aliquantisper *Rogerianis* qui eam tenebant. Pontifex interea, jurejurando fidelitatis a *Beneventanis* accepto, VIII. kalend. Junias ad Imperatorem contendit, eique occurrens unà *Barium* progressus erat, ubi uterque pentecosten celebravit. Regressus inde cum Ponti- E fice *Lotharius Melphim* quoque armis occupat[6]. Erat tum orientis Imperator *Joannes Porphyrogenitus*, qui & *Calojoannes* appellatur. is ad *Lotharium* gratulatum misit, quod *Rogerium Italia* expulisset[7]. Adeo videlicet ob insatiabilem dominandi cupiditatem omnibus invisus erat simulque formidabilis rex *Siculus*.

CA-

---

1. Idem Bernardus *epist. seq.* 140.

2. Falco Benevent. ad *d. an.* 1136. Otto Frising. cod. *lib.* VII. *cap.* 19. Abbas Ursperg. *in Lothario.* Petr. Diaconus loc. laud. Saxo Chronograph. *ad an.* 1136. Anselmus apud *Alberic. monach.* III. *font.* Andreæ Ratisbonens. *Chron. Bavariæ.* Sigon. *d. lib.* XI. Cavitelli *Annal. Cremonens. ad an.* 1136.

(*a*) Descriptam *lib.* II. *Feudor. tit.* 52. nec non, sub alio tamen tit. *lib.* III. *Legum Longobard. tit. ult*

3. Camill. Peregrini castigat. ad anonymi *Casinens. Chronicon. an.* 1136. Sigonius loc. laud.

4. Frisingensis laud. *lib.* & *cap.* Ludov. Cavitell. *Annales Cremonens. ad an.* 1137.

F 5. *Chronic. Casinense* continuatum *lib.* IV. *cap.* 105. Otto Frising. loc. jam toties cit. Falco ad *an.* 1137. Urspergens. in *Lothar.* Aventini *Annal. Bojor. lib.* VI. Sigon. d. *lib.* XI. Jul. Cæs. Capacius *Histor. Neapol. lib.* I. *sub Duce* XXXIV. Giov. Anto. Summonte *Della citta e regno di Napoli. lib.* I.

6. Petr. Diacon. in *Chronico Casin. lib.* IV. *cap.* 106. Falco ad *an.* 1137. Otto Frising. d. *lib.* VII. *cap.* 19 & 20. Anony. *Casin. ad an.* 1136. Chronograph. Saxo *an.* 1137. Blond. *Historiar. dec.* II. *lib.* V. Sigon. *De regno Ital. d. lib.* XI.

7. *Chron. Casinense lib.* IV. *cap.* 115. ad fin. Platina in *Innocentio.* Capacius loc. laud.

CAPUT XXXVII.

Classis PISANA centum navium. altera PISANORUM in AMALPHIM expeditio. AMALPHIS direptionem redemit, non item alia ejus ducatus oppida.

Pisani interea promissis steterunt, deducta in tempore copiosissima atque instructissima classe c. navium. Vixdum Cæsaris copiæ *Apuliam* attigerant, cum hanc in urbes maritimas *Rogerio* subjectas immisere. Infelix *Amalphitanorum* ducatus denuo *Pisanæ* armaturæ impetum sustinuit: primum quippe *Amalphim* adorti sunt. Verum illa perpessæ calamitatis plus nimio memor, imminentem provide redemit: non item cetera hujus ducatus oppida. Disertis verbis hoc refert *Falco Beneventanus*, auctor coætaneus. *Hæc inter*, inquit, *Pisanorum exercitus, sicut juraverat, centum navigiis armatis ad civitatem pervenit Napolitanam. Nec mora. Jussu prædicti Imperatoris super civitatem Amalfitanam festinat, excogitans igne ferroque eam depopulari. Cives autem Amalfitani, consilio salutis invento, multa pecunia data ad Imperatoris & Pisanorum permansit fidelitatem. Inde super Ribellum & Scalam properantes eas invadunt, & universa eorum bona diripientes, in ore ignis & gladii eas consumunt. Viros quoque & mulieres cum eorum parvulis captivos perducunt, sicque super tali vindicta gavisi, ultra quam credi potest, insultant.* Videlicet ad delendam cladis eo loci acceptæ memoriam. Indistincte vero & promiscue *Annales Pisani* perveteres, — *devicerunt, sibique tributarias fecerunt civitates Amalfi, Trani, Scale, Scatelle & Fracte-rocche, & Pugetule, & totum Amalfitanum ducatum, ipsosque jurare fecerunt.* Jurarunt nimirum in verba *Innocentii* & *Lotharii*, ut sequitur. Immo *Chronicon Pisanum*, itidem satis antiquum habet; *Ceperunt easdem civitates, Amalfiam, Rivellum, Ascani, Scalam & Scalectam, & multo magis exspoliaverunt eas quam primum* [1]. Unde non est mirum, vacillare hac in parte recentiores historicos, quorum *Carolus Sigonius* & *Jo. Anto. Summons* utramque *Pisanorum* expeditionem manifestissime confundunt [2]. Sed nullus dubito quin hic omnino sequendus sit *Falco*, hujus ipsius temporis ac finitimæ regionis scriptor. erat ille *Beneventi* notarius & scriba sacri palatii, & ab ipso nostro *Innocentio II.* judex patriæ suæ declaratus est. Hunc certe sequuntur *Julius Cæsar Capacius*, civitatis *Neapolitanæ* a secretis, & *Franciscus Capycius Latro* J.C. *Neapolitanus*, uterque auctor gravis, & in historia patriæ suæ cum laude versatus [3].

CAPUT XXXVIII.

Post AMALPHIM Salernum *aggredi jubentur PISANI. Offensi a* Lothario *cumque eo iterum conciliati, mox tamen paciscuntur cum* Rogerio.

Post hæc *Salernum Pisanos* obsidere jubet *Lotharius*. Præcepit quoque *Roberto* principi *Capuæ*, & *Sergio* magistro militum *Neapolitanorum*, ut unà totis viribus in eam obsidionem in-

A cumberent: quod factum est xv. kalend. Augusti. Præterea eo misit *Rainulfum* comitem cum mille *Germanis*. Impigre vero & præclare constanterque civitatem defendebat *Rogerii* miles. usque adeo ut & Imperator ac Pontifex, circa *Melphim* castrametantes, cum exercitu accurrerent. Tum vero obsessi, pactis intervenientibus, urbem Imperatori submiserunt, quintodecimo postquam circundata fuerat die. Sed ægre tulerunt *Pisani*, se insciis & inconsultis pactionem a *Lothario* initam esse cum *Salernitanis*, ac proin offensi iratique suas ipsimet machinas ligneas prægrandes & excelsas, quas muris con- B scendendis fabricaverant, combusserunt, & jamjam *Pisas* regressuri vela parabant. Sed tamen *Innocentii* precibus & promissis exorari se passi sunt, & cum Imperatore denuo reconciliari. Hac vero dissensione effectum est, ne arx *Salernitana* caperetur, sola, ni fallor, in tota *Italia Rogerio* superstes possessio. Ceterum sedatus utcunque fuerit *Pisanorum* stomachus, hic tamen contemptus præteritæ indignationis imperatoriæ injuriam ipsis refricuit. Unde non ita multo post, icto cum rege *Siculo* fœdere, domum reversi sunt, nimirum XIII. kalend. Octobres [4].

C

CAPUT XXXIX.

Contentio inter Lotharium & Innocentium *de creando duce* Apuliæ. *nec non alia ob* Casinenses.

Subinde vero etiam inter *Lotharium* & *Innocentium* contentiones sunt ortæ. In festo apostolorum *Petri* & *Pauli* curiam apud *Melphim* indixerat, & earum regionum magnates eò convocarat Imperator ad constituendum *Apuliæ* ducem, qui bello parta tueretur, ac restitutos suis sedibus principes adversus *Rogerium* defenderet. *Innocentius* ducem suo nomine ordinare satagebat: D nam eo munere aliquem ex fautoribus ornatum voluit. Contra vero Imperator, illud sui juris esse contendebat, creavitque ex proceribus *Germanis Reginaldum*, virum strenuum ac nobilem. Verum reluctari non desistebat Pontifex. Occupato *Salerno Abellinum* abeunt, & inde *Beneventum*, ubi denuo graviter agitata est quæstio de duce *Apuliæ* constituendo. Crescente altercatione Pontifex secessit in urbem *Beneventanam*, & *Lotharium* in castris reliquit. Gravis hæc discordia fere integrum mensem protracta est. Tandem lis hoc pacto finita, ut Imperator & Pontifex duci *Reginaldo* vexillum, in inauguratione E tradi solitum, admota utrimque manu simul traderent. Hanc scilicet gratiam reportavit Imperator pro restituto *Innocentio* suis sumptibus, suaque ipsius, jam admodum senis, opera. Ceterum dum adhuc in confinio *Melpheos* morabantur, etiam alia lis animos exacerbarat. In *Casinenses*, quoniam *Anacleto* & *Rogerio* summa fide adhæserant, Vatinianum odium susceperat *Innocentius*. Hi autem ut diris eximerentur, quibus inter ceteros *Anacleti* sectatores devoti fuerant, Imperatorem supplices adierunt, rogantes ut sua apud *Innocentium* intercessione hoc perficeret. Difficillime sese exorari passus est Pontifex, nec nisi F sub conditione, ut sibi obsequium jurarent. Illi vero

1. Falco in *Chronico ad an.* 1137. *Annales rerum Pisan. ad an.* 1138. apud Ughell. in *Italia sacra tom.* III. *pag.* 861. *Chron. Pisan. ad eund. an.* 1138. ibid. *pag.* 858. In quibus in transitu observa idem rursus unius anni discrimen, de quo supra.

2 Flav. Blond. *dec.* II. *lib.* V. Car. Sigon. *De regno Ital. lib.* XI. Gio. Ant. Summonte *Della citta e regno di Napol. lib.* I. Cronica del Guazzo, *Gulielmo & Ruggiero Normanni.*

3. Capacius *Histor. Neapolit. lib.* I. *Duce* XXXIV. Capecelatro *Histor. del regno di Napoli*, *lib.* I.

4. Falco Beneventanus ad *d. an.* 1137. *Chronicon Pisan.* ut & *Annales rer. Pisan.* locis laud. *Memorie diverse della citta di Pisa*, MS. bibliothecæ Strozzianæ in fol. num. 194. Franc. Capecelatro detto *lib.* I.

1. *Chro-*

vero allegarunt, jurejurando sibi a Divo conditore interdictum esse, atque adeo supplicarunt ut ejus necessitate liberarentur. Perstitit tamen *Innocentius*. Ad extremum perfecit Imperator ut in gratiam reciperentur, sed invito & vehementer obstrepente *Innocentio* [1].

CAPUT XL.

Recessus Imperatoris & mors in itinere. Succedit ei Conradus.

Tandem igitur constitutis omnibus, & parte exercitus *Reginaldo* relicta, reditum in patriam suscepit Imperator. nec enim erat quod ipsum magnopere ad longiorem in his tractibus moram invitaret. Praeterea ipsi milites *Germani*, hinc aëris *Italici* intemperie languentes ac debilitati, illinc conjugum liberorumque & patriae dulci desiderio ac longinquae militiae taedio victi, redire volentem vehementer etiam atque etiam incitabant. Quamobrem mense Octobri cum Pontifice *Capuam*, atque inde recta *Romam* adiit. Octobri exspirante *Roma* per *Etruriam* in *Lombardiam* contendit, ubi levia aliquot cum *Cremonensibus* praelia iniit, at mox cum victore exercitu iter in *Germaniam* convertit. Verum posteaquam in vallem *Tridentinam* se dimisit, lento eoque exitiali morbo corripitur, atque ibi prid. nonas Decembres in vilissima casa spiritum posuit, plenus dierum (nonagenario quippe major) & tot fortunae casibus jactatus. De fide & pietate *Lotharii* nihil dicam. de virtute autem bellica non possum quin adferam gloriosum *Ottonis Frisingensis* testimonium. *Augustus*, inquit, *tam fortia in Apulia & Campania gessit, ut nullus ex Francorum regibus, a Carolo Magno usque ad id temporis, tanta ibi fecisse inveniatur*. Successit illi in imperio *Conradus II. Henrici IV.* sororis filius: idem ille, qui imperium antea affectaverat: repudiato nimirum *Henrico Superbo*, *Lotharii* genero [2].

CAPUT XLI.

Capuam & Aversam *capit* Rogerius. Neapolis & Beneventum *ejus partes amplectuntur. a* Germanis *tamen praelio superatur.*

Ceterum *Lotharii* discessus *Rogerium* in *Italiam* pellexerat. protinus enim contracto exercitu *Salernum* descendit, atque uno velut armorum cursu absorbuit omnem *Roberti* principis comitisque *Rainulfi* regionem, occupatis *Nuceria*, *Capua*, *Abellino*, ceteraque terra usque ad *Beneventi* confinia. ex his maxime in *Capuam* saeviit, quam & solo aequavit. Tum ipse magister militum *Sergius* civitatem *Neapolitanam* in illius fidem adducit. Accessit praeterea *Beneventum*, neglecto *Innocentio*. Haec autem acta sunt medio mense Octobri, hoc est, eo tempore, quo adhuc *Romae* consistebat *Lotharius*. Insuper & alias civitates inundavit ille victoriarum torrens, antequam a *Reginaldo* sisteretur. Is, abeunte Caesare, *Barium* erat profectus, ut extrema sui Ducatus ordinaret ac stabiliret. Audita igitur *Rogerii* irruptione, copias omnes congregavit, & auxilia adscivit ex *Barensi*, *Tranensi*, *Trojano* & *Melphensi* populo. Intervenit *Bernardus*, conciliatoris vices obiturus: sed nequicquam. Quapropter explicata utrimque acie in pugnam ruunt. prosternuntur a *Germanis Siculi*, & in fugam se conjiciunt. Occubuit eo praelio *Sergius*, qui nunc, ut diximus, stabat a parte *Rogerii*. Caesa autem sunt ad tria *Rogerianorum* millia. Ipse rex *Salerno* se abdidit, & inde *Siciliam* remeavit, uno eodemque anno bis *Italia* pulsus [3].

CAPUT XLII.

Anacleti *conamina. Communis legatio ad* Rogerium. *Opportuna* Anacleti *mors.* Victor IV. *Schisma tandem interventu* Bernardi *e medio tollitur.*

Interea temporis, per discessum *Lotharii*, & *Rogerii* in *Campania* progressus, *Anacletus* quoque *Romae* novas turbas ciebat, occupata arce *Crescentii*, quae hodie *S. Angeli* dicitur. *Innocentius* denuo in patrocinium sibi adscivit *Bernardum Claravallensem*, qui populum eloquio suo a factione retraxit. Ad haec dissidii componendi gratia ab utroque Pontifice solennis legatio instituta est ad *Rogerium*, etiamnum *Salerno* sese continentem, & coram eo utriusque causa retractata est. hujus legationis pro *Innocentio* pars maxima ipse *Bernardus*. Verum neque hoc negotium ex voto successit. *Peropportune vero*, Blondum audis, *Innocentii Pontificis felicitati accessit Petri haeresiarchae mors*. Obiit ille VII. id. Januarias anni insequentis MCXXXVIII. *Anacleto* mortuo (tanta ei adhaerescebat tamque potens factio, a *Rogerio* suffulta) medio mensis Martii sublectus est alius antipapa, qui *Victor IV.* dicebatur. *Innocentius* autem ingenti pecunia praecipuos nonnullos, qui *Anacleto* addicti fuerant, ad se traduxisse, atque eo modo novi aemuli factionem vehementer debilitasse traditur. *Bernardus* porro noctu *Victorem* adiit, tandemque ad insignia Pontificatus deponenda adduxit, agnito *Innocentio*. Ingens inde in Urbe gratulatio & concursus. Ipse *Bernardus* pro tam eximio beneficio *pater patriae* salutatus est, orbisque terrarum pacificator. Ad haec paulo post discedentem tota civitas honoris ergo prosecuta est. Sic igitur *Galliam* suam repetiit cum gloria exstincti schismatis, cui abolendo per septem annos omnes ingenii & eloquentiae nervos intenderat [4]. Postea vero, ut notum, Sanctorum albo adscriptus fuit.

CAPUT XLIII.

Mortuo duce, quem Lotharius *constituerat, omnia recuperat* Rogerius. *Captivitas* Innocentii *& pactio. Fata* Roberti Capuae *principis.*

Rogerium quod attinet, proximo post cladem anno, qui erat MCXXXVIII. e *Sicilia* rediit, ubi vires redintegrarat. Declinavit tamen quaqua ratione manum cum hoste conserere. Interim eâdem crudelitatis & omnia vastandi rabie percitus, horrenda ubique execrabilis saevitiae argu-

1. *Chronicon Casinense* Petri Diaconi *lib.* IV. *cap.* 108. & seqq. Falco ad memoratum *an.* 1137. Wernerus Rolewink in *Fascic. tempor.* Sigonius, Capecelatro, Summonte Browerus locis saepe allegatis.
2. Otto Frising. d. *cap.* 120. & *cap.* 119. *libri* VII. Abbas Urspergens. in *Lothario*. Chronographus Saxo *ad an.* 1137. Benvenuti de Rambaldis *liber Augustalis*. Blondus *dec.* II. *lib.* V. Sigon. *d. lib.* XI. Capecelatro & Summonte *dd. libb.* I. Broweri *Annales Trevirens.* laud. *lib.* XIV.
3. *Chron. Casinen.* a Pet. Diacono continuatum *lib.* IV. *cap.* 126. & 127. Falco Beneventan. *ad d. an.* 1137. Otto Frising. *lib.* VII. *cap.* 22. in fin. Hulder. Mutius in *Chron. Germaniae*, *lib.* XVII.
4. Falco *ad an.* 1137. & 1138. Petr. Diaconus in *contin. Chron. Casin. lib.* IV. *cap. ult.* D. Antonini, Archiep. Florentini, *Chronica*, *parte* II. *tit.* 17. §. 7. Pauli Langii *Chron. Citizense ad an.* 1130. Blond. & Sigon. iisd. loc. quibus antea. Summonte *Della citta & regno di Napoli lib.* I. Paolo Tronci *Memor. Itor. di Pisa an.* 1138. Giannettas. *Histor. Neapolit. lib.* XI.

(*a*) Lu-

gumenta dabat. Quum autem toto eo anno *Reginaldum* confligere volentem elusisset, sub finem ejus denuo in *Siciliam* est reversus. At sequenti *Reginaldus* prid. id. Majas apud *Trojam* naturæ debitum reddidit. Sic tandem omnia *Rogerio* cesserunt, qui illa in posterum, non interrupta possessione, retinuit. Monasterium autem *Casinense* immaniter spoliavit, quod illud ad *Lotharium* desciviſſet. Postea ipse *Innocentius*, Urbe cum copiis egressus, ad civitatem *S. Germani* pervenit, & de pace cum *Rogerio* pangenda legatos præmisit. *Rogerius* statim cum exercitu ad *Innocentium* festinat, continuoque actum de conditionibus. Quum autem Pontifex *Capuanum* principatum *Roberto* repeteret, & rex præfracte negaret, re infecta discessum. Recedente *Rogerio*, cum aliquanto longius progressus esset, eo confidentiæ devenit Pontifex, ut castrum propinquum, *Galluzzum* nomine, aggredi præciperet ac devastari. Citissime, hoc accepto nuncio, *Rogerius* cum suis revertitur, & filius ejus, *Apuliæ* dux, fugientem Pontificem insecutus, captivum eum cum cardinalibus ad patrem perduxit (*a*). Verum brevi pax facta est, hac lege, ut Pontifex *Rogerio Siciliæ* regnum, & filiorum alteri *Apuliæ* ducatum, alteri vero principatum *Capuanum* confirmaret [1]. Calamitosus interea & infortunatus *Robertus*, toties restitutus totiesque ejectus, privatam apud exteros vitam egit, usque ad annum MCLV. hoc est ad mortem *Rogerii*. Verum eo anno principatum recuperans, proximo cum filio & filia per proditionem traditur *Gulielmo I. Rogerii* filio & successori, a quo oculis orbatus perpetuæque captivitati traditus non ita multo post exspiravit [2].

(A) (B) (C)

CAPUT XLIV.

Epilogus.

Hos rerum eventus & præcipuorum virorum casus annectere visum est, ne quædam hiulca remanerent & imperfecta, quæ individuo nexu cum superioribus cohærent. (D)

TABULA CHRONOLOGICA

Anni a nato Servatore. — Ad posteriorem Dissertationem.

MCXXVI. Mense Augusto in locum *Henrici V.* Imp., improlis mortui, Rex *Germaniæ* renunciatur *Lotharius Saxo*, cui sese opponit *Conradus*, *Franconiæ* dux, *Henrici V.* sororis filius. cap. 12.

MCXXVII. Mortuus in exilio est *Gulielmus Nortmannus*, *Rogerii* F. *Roberti Guiscardi N. Tancredi* Abn. Dux *Apuliæ* & *Calabriæ*, cujus absentis ditionem invaserat cognatus *Rogerius*, (E) *Rogerii Bossi* F. *Tancredi N.*, comes *Siciliæ*. cap. 4.

MCXXIX. idib. Maji *Rogerius Siciliæ* comes se Regem *Siciliæ* coronari curavit. cap. 5.

——— PISANA classis a *Genuensium* classe victa *Messanam* confugit. cap. 20.

MCXXX. sub initium, *Rogerius* bello potitur ducatu AMALPHITANO. cap. 6.

——— XIII. kal. Martias; mortuo *Honorio II.* Pontifice Max. surrogantur *Innocentius II.* & *Anacletus II.* unde grave & diuturnum schisma natum fuit cap. 7.

——— *Innocentius* cum exiguo comitatu PISAS aufugit: inde autem *Genuam* proficiscitur, & *Genua* in *Franciam*. cap. 8. & 10.

——— V. kal. Octobr. *Anacletus Rogerio Siciliæ* regnum confirmat *Beneventi*, atque ita illum in suas partes adducit. cap. 9.

MCXXXI. E *Galliis* in *Germaniam* deflectens *Innocentius* XI. kal. April. apud *Leodium* fœdus init cum *Lothario*. cap. 11.

MCXXXII. Idem, peragrata superiore anno *Francia*, per *Genuam* PISAS revertitur. cap. 13.

——— Bellum componit inter PISANOS & *Genuenses*. cap. 16.

——— X. kal. Decembr. *Lotharius* in *Italiam* proficiscitur. cap. 17.

MCXXXIII. Adscito PISIS *Innocentio*, *Romam* pergit, & occupat, ibique Imperator ab eo coronatur, prid. id. Junias. cap. 18.

——— Classis PISANORUM & *Genuensium* in gratiam eorum. *ibid.*

——— PISANI cum *Roberto Capuæ* principe & aliis coëunt in fœdera adversus *Rogerium*, regem *Siciliæ*. cap. 20.

MCXXXIV. Concilium PISANUM, III. kal. Junii. cap. 30.

——— *Robertus Capuanus* PISAS denuo profectus ad auxilia maturanda, absens principatu orbatur. cap. 22.

MCXXXV. X. kal. Apriles *Conradus* opera D. *Bernardi* *Lothario* se submittit. cap. 31.

——— mense Augusto PISANI cum 46. triremibus AMALPHIN adorti eam diripiunt, & inter prædam exemplar Pandectarum nanciscuntur: sed mox a *Rogerio* clade affecti pulsique *Neapolim*, & inde domum redeunt. VI. id Septemb. cap. 24. 25. 26. 27. & 28.

——— Pacem hoc anno cum *Florentinis* fecerunt PISANI. cap. 30.

MCXXXVI. circa autumnum secundo in *Italiam* venit Imp. *Lotharius II.* cap. 34.

——— VII. id. Novembr. conventum celebravit in campis *Roncaliis*. d. cap. 34.

MCXXXVII. Mense Majo *Apuliam* ingressus *Rogerium* ex continente fugavit. cap. 36.

——— Altera PISANORUM expeditio adversus AMALPHITANOS. cap 37.

——— PISANI cum *Rogerio* pacem pangunt. cap. 38.

——— Dum in *Germaniam* redit *Lotharius* prid. non. Decemb. in valle *Tridentina* diem obit. cap. 40.

MCXXXVIII. VII. id. Januar. *Anacletus* moritur, sublecto illi *Victore IV.* at mox schisma tollitur. cap. 42.

MCXXXIX. *Rogerius* omnia recipit. Pontificem capit, & ab eo Rex agnitus dimittit. cap. 43.

SOLI DEO GLORIA.

(*a*) Luxavit hanc historiæ partem Blondus, Platinam secutus, & speciosa narratione captivitatem Innocentii ad anteriora tempora transtulit, nempe ad annum MCXXX. sive ad id tempus, quo primum creatus fuit Pontifex. Ita enim rem proponit, acsi statim a creatione fastum Rogerii, sponte sese Regem appellantis, & nimios armorum progressus, punire voluisset atque coërcere. narrat porro, tanta celeritate cum movisse in Rogerium, pontificios illos apparatus ignorantem, ut cum ad S. Germani oppidum repulerit, & in castra Gallutia, quo se receperat, obsederit. tum vero Gulielmum Rogerii filium, ducem Calabriæ, cum exercitu supervenisse, obsidionem castri commisso prælio solvisse, ipsumque Pontificem cum cardinalibus in potestatem redegisse. Rogerium vero, ut erat homo vafer & astutus rebusque suis intentus, captivum pontificem comiter habuisse, & pactione inita, qua quicquid voluit obtinebat, præterquam tamen Regium titulum, perofficiose illum cum suis cardinalibus dimisisse. Romanos interea ad famam captivitatis Innocentii, quam haud dubie perpetuam fore credebant, consilium cepisse creandi novi Pontificis, præterea tam infelici rerum successu in initio pontificatus, eviluisse Innocentii auctoritatem, qui vel sic non erat claris ortus parentibus. Itaque Romam reversum Innocentium istic invenisse adulterinum pontificem Anacletum, &c: vide Blondum *Historiar. dec.* II. *lib.* V. Platinam vero *in vitis Pontific. in Innocent. II.* Per hos in errorem inducti Paolo Emilio da Verona *Histor. delle cose di Francia lib.* V. Thomas Fazellus *De reb. Siculis dec. poster. lib.* VII. *cap.* 3. Pandolfo Collenuccio *Compend. dell' histor. del Regno lib.* III. Giov. Anto. Summonte *Della citta e regno di Napoli*, *lib.* I. Giov. Trachagnotta *Del sito e lodi di Napoli. pag.* 55. His addantur, *Historia di Ciprian.* Manente d'Orvieto *al anno* 1130. & *Cronica* del Guazzo *pag.* 206. versa. (F)

1. Falco Beneventanus *ad an.* 1139. Anonymi *Casinens. Chron. ad an.* 1138. Otto Frisingens. *lib.* VII. *cap.* 23. *Chronicon* Alberici monachi *trium font. ad an.* 1139. Gotfr. Viterbiens. *Chron. de Lothario Imp.* Robert. de monte S. Michaëlis *complem. ad Chron. Sigeb. an.* 1141. Concilior. *tom.* XXVII. *pag.* 98. Sigon. *De regno Ital. lib.* XI. *ad an.* 1139. Baron. in *Annalib. Eccles. ad eund. an.* Parthen. Giannetas. *Histor. Neapolit. lib.* XI. *pag.* 258. Illud prorsus singulare est, quod inter primam & secundam Lotharii profectionem Italicam collocat Aventinus *Annal. Bojor. lib.* VI. *pag.* 496.

2. Camilli Peregrini *Histor. principum Longobard. post part.* 1. ubi habet Bina stemmata principum Nortmannorum.

FINIS.

IN-

INDEX AUCTORUM.


Gidii monachi *Historia Pontificum Leodiensium.*
Alberici monachi trium fontium *Chronicon.*
Alberti abbatis Stadensis *Chronicon.*
Alberti (Leandro) *Descrittione di tutta l'Italia.*
Alexander abbas Celesinus *De rebus gestis Rogerii Siciliæ regis.*
— — — *loci insignes.* 11. A. B. D. 51. C. D. E.
Amalphitanum *Chronicon apud Ughellium.*
— — — *insignis ex eo locus.* 4. B. C.
— — — *refutatur.* 10. E.
Ammirato (Scipione) *Istorie Fiorentine.*
Anonymus *apud Mazzellam.*
Anselmus *apud Albericum monachum.*
Antonini (Divi) archiepiscopi Florentini *Chronica.*
Apuliensis (Guliel.) *De Normannis.*
— — *cujus ævi fuerit.* 8. *in no.* 9. *locus præcipuus.* 32. A. B.
Arnulphus Sagiensis *De schismate orto post Honorium.* 11. *pag.* 38. *in no.* 9.
Atlas *major.*
Aventini *Annales Bojorum.*
Australe *Chronicon.*
Baronii (Cæsaris) *Annales ecclesiastici.*
Bartholomæi de S. Concordia, ordinis Prædicatorum, *Historia Pisana. MS. Bibliothecæ Strozzianæ in* 4. *num.* 478.
Baudrand *Geographia.*
Beltrano (Octavio) *Descrittione del regno di Napoli.*
Bernardi (Divi) *Epistolæ.*
— *Vita.*
Bertini (Sancti) *Chronicon.*
Blaau (Joan.) *Geographia Italiæ.*
Blondi (Flavii) *Historiarum Libri*
— *refutatur.* 63. *in no.* (*a*)
Boccacio *in Decamerone.*
Boissat (Petrus.)
Bologninus (Ludovicus.)
Borellus (Camillus) *De Regis Catholici præstantia.*
Bozio (Giacomo) *Della sacra milicia Gierosolimitana.*
Broweri (Christoph.) *Annales Trevirenses.*
Calchi (Tristani) *Historia Mediolanensis.*
Cange (du) *Glossarium mediæ & infimæ Latinitatis.*
Capacii (Julii Cæsaris) *Historia Neapolitana*
— *laudatur.* 59. E.
Capecelatro (Francesco) *Historia del regno di Napoli.*
— *laudatur.* 59. E.
Caraccioli (Antonii) *Index ante quatuor antiquos Chronologos. vide* 61. (*b.*)
Casinensis Anonymi *Chronicon.*
Cavitelli (Ludov.) *Annales Cremonenses.*
Celesinus (Alexander abbas) *vide sub* A.
Cellarius *in Geographia veteri.*
Chesne (Andreas du) *inter historiæ Normannorum scriptores antiquos.*
Ciacconius.
Ciarlanti (Giovanni Vincenzo) *Memorie Historiche del Sannio.*
Cirni (Anto. Francesco) *De cavaglieri Gierosolimitani.*
Collenuccio (Pandolfo) *Compendio delle Historie del regno di Napoli.*
Conciliorum *tomi.*
Costo (Tomaso) *opuscoli appartenenti alla historia di Napoli.*
Covarruvias *Variarum resolutionum.*
Croix (A. P. de la) *Geographie universelle.*
Dapper *van d'Archipel.*
Decretales *vide.* 9. B.
Diaconi (Petri) *continuatio Chronici Casinensis.*
Dodechini *Appendix ad Mariani Scoti Chronicon.*
Emilio (Paolo) Veronese *Historia delle cose di Francia.*
Erempertus *vide* Herempertus.
Falcandus (Hugo) *De Siciliæ calamitatibus.*
Falco Beneventanus *in Chronico.*
Fazellus *De rebus Siculis.*
Felini Sandei *Epitome regum Siciliæ & Apuliæ.*
Feudorum *Libri.*
Folietæ (Uberti) *Historia Genuensis.*
Francos (*Gesta Dei per.*)
Freccia (Marinus) *de feudis.*
Fresne (Andreas du) *vide* du Cange.
Funes (fray Don Ivan Augustin) Cavalero, *Cronica de la milicia y sagrada religion de San Ivan Bautista de Jerusalem.*
Gaufredus Malaterra *vide* Malaterra.
Giannettasii (Nicol. Parthenii) *Historia Neapolitana.*
Gilberti (Guliel.) Colcheſtrensis *Commentarius de Magnete.*
— *refutatur.* 2. B.
Gottfried (Jo. Lud.) *Chronicum Historicum Germanice.*
— — *Nova archontologia cosmica.*
— — *refutatur.* 17. A.
Guazzo (*Chronica del.*)
Helmoldi *Chronicon Slavorum.*
Heremperti Langobardi, *Chronographi antiqui, Epitome.*
Hubner (Joh.) *Tabulæ genealogicæ.*
Jovii (Pauli) *Historiarum Libri.*
Iperii (Joan.) *Chronica S. Bertini.*
Juvenis (Joan.) *De varia Tarentinorum fortuna.*
Langii (Pauli) *Chronicon Citizense.*
Leibnitius (God. Guil.) *in notis ad Gulielmi Apuliensis Normannica.*

H. Brencmannus. E Lin-

Lindenbrogii (Frid.) *Codex Legum antiquarum & ibi Longobardorum leges.*
Luca (Joan. Bapt. de) Cardinalis *De servitutibus prædialibus.*
—— —— *De feudis.*
Mabillonii (Joan.) *Itinerarium Italiæ.*
Malaterra (Gaufredus.)
—— —— *tractat de gestis Normannorum in Calabria & Sicilia.* 8. D. & *in no.* 10. *locus insignis.* 10. A.
Manente (Ciprian) d'Orvieto *Historia.*
Marilli (fra Geron.) *Vite di Gran-maëstri della sacra religione di S. Giovanni Gierosolimitano.*
Martini Poloni *Chronicon.*
Mauriniacensis *Chronographus.*
Mazzella (Scipione) *Descrittione del regno di Napoli.*
Moreri (Lovis) *Grand dictionaire Historique*
Mutii (Hulderici) *Chronicon Germaniæ.*
Neapolitanorum regum vitæ & effigies per Anonymum.
Nuce (Angeli de) *Commentar. in Chronicum Casinense.*
—— —— *refutat auctores Melphim cum Amalphi confundentes.* 2. B.
Orderici Vitales *Ecclesiasticiæ historiæ.*
Ostiensis (Leonis) *Continuatio chronici Casinensis.*
Otto Frisingensis.
Pacichelli (Abbate) *Il regno di Napoli in prospettiva.*
Pagii (Anto.) *Critica ad Baronium.*
—— (Franc.) *Breviarium Pontificum Romanorum.*
Pantaleo (Henr.) *De rebus Joannitarum.*
Panvinius (Onuphrius) *in Fastis consularibus.*
Panzirolus (Guidus) *Rerum memorabilium.*
Peregrini (Camilli) *Historia principum Longobardorum.*
Pisa (Memorie diverse della città di) cavate da diverse historie e scritture. MS. della Libreria Strozziana, in fol. num. 194.
—— *(Istorietta di) dal suo principio fino all' an.* MCCCXLI. *MS. di detta libreria in fol. num.* 193.
Pisana Cronica. MS. del Conte Filippo de Griffi a Pisa.
—— *refutatur.* 52. B. *seqq.* 53.
Pisanum Chronicum ab anno Domini DCCCLVIII. *apud Ughellum.*
Pisanum Chronicum seu fragmentum auctoris incerti, ab anno DCLXXX. *apud eund.*
Pisanarum rerum Annales ab anno Christi DCCCCLXXI. *ad an.* MCLXXVI. *apud laud. Ughell.*
Platina *De Vitis Pontificum.*
—— *refutatur* 63. *in not.* (a.)
Polydorus Virgilius *De rerum inventoribus.*
—— *refutatur.* 10. E.
—— —— *Historia Angliæ.*
Ptolemæi Lucensis *Genealogia.*
Purpuræ (Francisci Anto.) *Vita Jacobi Galli.*
Rambaldis (Benvenuti de) *Liber Augustalis.*
Ratisbonensis (Andreæ) *Chronicon Bavariæ.*
Razzano *appo fra Leandro Alberti.*
Robertus de monte S. Michaelis *in complemento ad Chronicon Sigeberti.*
Rolewink (Werneri) *Fasciculus temporum.*
Sabellici (M. Anto. Coccii) *Enneades.*
Salmut *ad Panzirolum De rerum inventoribus.*
Sanleonini (Sebastiani) *Cosmianarum actionum.*
Sardo (Rinieri) *Historia di Pisa fino all' anno* MCCCCXXII. *MS. bibliothecæ Strozzianæ in fol. num.* 199.
Saxo *Chronographus.*
Scaligeri (Julii Cæsaris) *Urbes. vide* 31. A.
Schurtzfleisch (Conrad. Sam.) *opus Historico-politicum.*
Sigeberti *Chronicon.*
Sigonius (Carolus) *De regno Italiæ.*
—— —— *refutatur.* 37. *in not.* (a.) 45. *itidem in no.* (a.) 52. A. B.
Summonte (Giov. Anto.) *Della città e regno di Napoli.*
Sylvii (Æneæ) *Historia Friderici* III.
Toppi (Nicolai) *Bibliotheca Neapolitana.*
Trachagnotta (Giov). *Del sito e lodi di Napoli.*
Tronci (Paolo) *Annali Pisani. overo, Memorie Istoriche di Pisa.*
Ughelli (Ferdin.) *Italia sacra.*
Villani (*Storia di* Giovanni.)
Vincentii Burgundi *Speculum Historiale.*
Viterbiensis (Gotfridi) *Chronicon.*
Volaterrani (Raphaëlis) *Geographia.*
Vossius (Isacus) *Variarum observationum.*
—— *refutatur.* 17. *in not:* (a.)
Urspergensis (abbatis) *Chronicon.*

FINIS.

ERRATA.

Pag. 21. D. ad regem *Hispaniarum* pertinet) rescribe, ad regem *Hispaniarum*, seu proprie ad Imperatorem, ut regem *Hispaniarum*, pertinet. Pag. 49. D. *Alberica* regina) lege *Alberia.* Pag. 61. C. in fi. *Henrici IV.* sororis filius) restitue *Henrici V.*



INDEX RERUM.

Æmilienses *Lothario, quem ante despexerant, cum muneribus occurrunt.* 57.D
Ænaria *insula, nunc Iscia dicitur.* 57.A
Agnellus (Thomas) *vide* Mas Agnello.
Alberia, *Regis Rogerii conjux, diem supremum obiit.* 49.D
Alexander, *Abbas* Celesinus, *fuit in comitatu Rogerii, regis Siciliæ.* 51.C
— *rogante Mathilde, Regis sorore, res gestas ejus literis consignavit.* ibid.
Alexander III. *Pontifex legem de eligendo Pontifice sanxit.* 7.E
Alfenus *Mansonem fratrem Ducatu dejicit.* 22.E
Alphonsus, *rex Arragoniæ, Raimundo Ursino, Salernitanorum principi, Amalphin in feudum concessit.* 21.A
Amalpheos *direptio describitur.* 51.C.seqq.
Amalphis *sita in planitie tractus maritimi.* 1.A
— *termini ditionis Amalphitanæ.* 1.B
— *Picentinorum metropolis.* 31.D
— *sæpe cum* Melphi *in Apulia confunditur.* 1.C. 2.A
— *ratio ejus confusionis.* 2.C
— *unde nomen traxerit.* 3.C
— *a Nympha quidam conditam dicunt.* ibid.
— *alii a virgine Romana.* 3.D
— *nobiles Romanos auctores habuisse perhibetur.* 3.E
— *Romanam urbem parentem agnoscit.* 21.E
— *Romanorum colonia est dicta.* 4.D
— *eam diligentius muniverunt cives, ex Salernitana captivitate reduces.* 5.B
— *a vicinis porro infestatur, maxime a Salernitanis & Surrentinis.* 7.A
— *principatui Salernitano iterum adjicitur.* 7.B
— *Concilium in ea urbe.* 7.D
— *a Roberto Guiscardo in deditionem accepta, quatuor castellis munitur.* 9.B.C
— *ex improviso diripitur a* Pisanis. 12.B.50.D seqq.51.C.seqq.
— *secundo invaditur a* Pisanis, *sed direptionem redimit; non item cetera oppida* Amalphitana. 12.F.59.A.seqq.
— *externis bellis tandem penitus concidit.* 17.C
— *interitus ejus duæ rationes.* 22.D
— *sub Siculis regibus nunquam emergere potuit.* 23.C
— *at Ducatus honorem non amisit.* 21.C
— *habet item Archiepiscopatus dignitatem. Suffraganei ejus.* 28.A
— *mercatura quoque interim floruit.* 13.C
— *fuit quondam & sub Neapolitanis.* 15.C
— *pervenit ad Octavium Picolomineum.* 21.B
— *hodie pars regni Neapolitani.* 21.D
— *olim libera respublica fuit, quod triplici argumento demonstratur.* 19.C.20.B
— *comparatur cum rep. Veneta.* 21.E.seqq.
— *oppida & castella sub* Amalphi; *ut & insulæ.* 24.D.seqq.
— *possessiones in Sicilia, Constantinopoli, Ægypto, Syria, Arabia, India, Africa &c.* 26.D. seqq.
— *ipsa urbs munitissima.* 23.C.seqq.
— *nunquam expugnatam legi, aut justa obsidione subactam.* 24.D
— *ædificia publica, & privata. Templa, monasteria: armamentarium navale, portus, navium multitudo.* 27.D.seqq.
— *regio civibus abundans.* 23.D
— *fertilitas ejus.* 30.D
— *insigne civitatis, pyxis nautica.* 17.A
— *patronus, S. Andreas.* 16.A
— *laudatur ut* deliciosa, dives opum, urbs lautissima, valde pulchra, populosa, clara ac nobilis, celebris ac pia gens, nobilissima &c. 31.D
— *tria prorsus illustria, quibus præ aliis superbit.* 32.D
— *de magistratu & familiis vide quæ proxime insequuntur.*
Amalphitani *industria & fortuna invidiam vicinorum sibi concitarunt.* 4.E
— *cum Longobardis & Neapolitanis necessitudine conjuncti fuere.* 5.A
— *Salernum captivi ducti.* 5.A
— *ex ea captivitate sese liberarunt.* 5.B
— *Leonem IV. contra Saracenos adjuverunt.* 5.C
— *instituerunt Hierosolymis ordinem equestrem, qui* Melitensis *dicitur.* 5.E.seqq.
— *cum Surrentinis bella gesserunt.* 7.C
— *per Salernitanos tributarii facti, cum iisdem conspirant adversus Guaimarum eorum principem, qui in littore confoditur.* 7.B.C
— *a Gisulpho filio Guaimari desciscunt, & conferunt se ad Robertum Guiscardum, Apuliæ & Calabriæ ducem.* 8.B
— *callida ratione ab eo subiguntur.* 8.C
— *ductu Gandalonis a Guiscardo desciscunt; at mox armis domantur.* 9.B
— *mortuo Guiscardo jugum Normannorum excutiunt.* 10.A
— *a Rogerio Bosso, a quo desciverant, ad extremum sub potestatem rediguntur.* 10.B
— *ad exemplum Salernitanorum se submittunt Rogerio Siciliæ comiti.* 10.E
— *at iterum sese in libertatem asseruerunt.* ibid.
— *donec tandem penitus subjugantur a Rogerio illo, jam rege Siciliæ renunciato.* 11.A.13.B.37.B
— *dum sub Rogerio Salerni urbem defendunt suam amittunt, invadentibus Pisanis.* 12.C
— *alteram Pisanorum direptionem redimunt.* 12.E
— *Siculis ac Neapolitanis subjecti cum essent, nunquam emergere potuerunt.* 13.C
— *mercaturâ tamen floruerunt, atque eo nomine a vicinis in honore sunt habiti.* ibid.
— *varia iis privilegia indulserunt Neapolitani.* 13.D.seqq.
— *adeo ut vel Consules Neapoli e suis eligerent.* ibid.
— *domi primo per Comites regebantur.* 18.B
— *dein per Præfectos.* ibid.
— *postea per Duces, quorum tituli recensentur.* 18. C.seqq.
— *Duces sibi elegerunt, ac pro lubitu removerunt.* 19.D
— *αὐτονομία.* 19.E
— *moneta Amalphitanorum.* 20.A
— *sub Normannis præerant illis Regii Vicarii.* 20.D
— *sub Suevis Justiciarii Straticique.* ibid.
— *sub Gallis Arragoneisque Vices-gerentes.* ibid.
— *illustres Amalphitanorum familiæ.* 28.E
— *homines justæ staturæ, vividi coloris, alacres &c.* 30.B.C
— *ingenii acutissimi & ad omnia idonei paratique.* ibid.
— *religiosi inter alia. frequenter loca sancta adierunt.* 6.A

Amalphitani *exstruxerunt tandem Hierosolymis ecclesiam, dicatam S. Mariæ Latinæ.* 6.B
—— *ut & nosocomium, quod commendarunt patrocinio S. Joannis Babtistæ.* 6.C
—— *ædificarunt quoque ibi cœnobium muliebre cum titulo S. Mariæ Magdalenæ.* ibid.
—— *ea occasione instituerunt ordinem Melitensem.* 6.D
—— *domi habuerunt pulcherrimum cathedrale templum Divi Andreæ, patroni civitatis.* 27.D
—— *cujus etiam reliquias servarunt, Constantinopoli advectas.* 16.A
—— *item alias ædes sacras & monasteria.* 28.C.D
—— *Fuerunt præterea egregii Jurisconsulti.* 29.B. seqq.
—— *Pandectæ Juris civilis in eorum custodia.* 12.A
—— *Tabula Amalphitana ipsis Neapolitanis vice legum Rhodiarum.* 13.E
—— *quidam armis illustres, aut aliis rebus celebres.* 29.A.B.30.A
—— *Mercaturæ vero imprimis dediti, quam per varias Europæ, Asiæ & Africæ partes exercuerunt.* 26.D.seqq 31.E.seqq.
—— *sed maxime in Oriente.* 6.A
—— *navium multitudo. armamentarium navale, portus & littora.* 27.D.E
—— *inventum Pyxidis nauticæ in usum navigantium.* 16.D.seqq.32.E
—— *sunt tamen qui illud Amalphitanis abjudicant: verum sine causa.* 17.in not.(a)
Amalphitanorum *ditio.* 1.B
Amalphus, *tribunus militum sub Constantino, conditor Amalpheos habetur.* 3.D
Anacletus *II. antipapa creatur adversus Innocentium II.* 38.B
—— *rivalem cogit Roma cedere, omniaque ad nutum gubernat.* 38.C.D
—— *anathemata in eum vibrat.* 39.E
—— *applicat se ad Rogerium, Siciliæ regem recenter creatum.* 40.A
—— *ipsum Siciliæ regem, Apuliæ Calabriæque ducem & Capuæ principem renunciat.* ibid. & 35. in not.(a)
—— *a Roma Barium usque omnia fere per illum sibi addicta habuit.* 44.B
—— *sollicitat insuper Galliæ & Germaniæ reges.* 40.A.B
—— *Conradi causa, qui æmulus erat Lotharii, tantum non cetera Italia Anacleto favebat.* 44.B
—— *partes Anacleti aliquamdiu superiores.* 44.B.C
—— *dum Lotharius Romæ ab Innocentio coronatur, in Vaticana sese tuitus est.* 46.A.B
—— *per alteram Lotharii expeditionem sede pulsus latitavit.* 58.A
—— *discedente Lothario Romæ novas turbas ciebat.* 62.B
—— *legatio ejus & Innocentii ad Rogerium Siculum dissidii componendi gratia.* 62.C
—— *Anacleti mors Innocentio peropportuna.* ibid.
Ancona *Conrado addicta, in potestatem Lotharii venit.* 57.D
S. Andreæ *Apostoli reliquiæ e Constantinopoli Amalphim sunt translatæ.* 16.A
—— *patronus civitatis Amalphitanæ.* ibid. & 28.B
—— *templum cathedrale magnificum.* 27.D
Androsa *mater Masti uli minoris præfecti Amalphitani.* 19.E
—— *cum filio ab Amalphitanis occiditur.* ibid.
Ansusus *filius Rogerii a patre Capuæ princeps declaratur.* 54.C
Ansa *in transitu à Rogerio occupatur.* 47.B
Antonius Panormitanus *inventionem pyxidis nauticæ Amalphitanis vindicat.* 16.D
Apothecarii, *genus mercatorum.* 15.A
Apothecæ *sunt horrea quibus merces servantur.* 15.B
Athenæum, *alias Minervæ promontorium.* 1.B
Atturina *ut opulentissima ac velut inexpugnabilis Amalphitanorum civitas celebratur.* 25.D
Avaria, *vox Græca, & quid significet.* 15.C.D
Auctor *quas habuerit rationes dissertationem concinnandi de Amalphi.* 18.A
—— *excusat confusionem Amalphis cum Melphi.* 2.C.seqq.
—— *sententia illius de anno & die direptæ a Pisanis Amalpheos.* 52.B.seqq.53.A.B
—— *de incensa per eosdem Amalphi disquisitio.* 53.C
—— *de Pandectis ibi inventis an constet ex antiquo scriptore.* ibid.
—— *cur nullæ Genuensium partes in ea direptione.* 53.E.seqq.
—— *conjectura ejus de diversis Rogerii regis Siciliæ titulis.* 35. in not.(a)
—— *opinio de pictura coronationis Lotharii.* 45. in not.(a)
—— *conciliatio æræ Pisanæ cum vulgari.* 52.D
—— *Innocentii captivitas suo tempori per eum vindicata.* 63.in not.(a)
—— *emendationes.* 28.in not.(a).32.in not.(a)
Aversa *metu adventantis Rogerii derelicta, ab eo incenditur.* 50.A
—— *& mox reædificatur.* 50.B.54.D
Augustaricius (Joann.) *compilavit Consuetudines civitatis ac ducatus Amalphitani.* 29.C
—— *epitaphium ejus.* ibid.
Avunculi *nomen ad* patruum *quoque porrigitur in scriptis sequioris ævi.* 9. in not.(c)

B.

Bella Amalphitanorum *adversus* Saracenos. 5.C.D
—— *eorundem adversus* Salernitanos *&* Surrentinos. 7.A.B.C
—— *item adversus* Normannos. 8.9.10.
—— Lotharii II. *adversus* Conradum *imperii æmulum.* 41.
—— *ejusdem adversus* Rogerium *regem Siciliæ.* 12.B.57.&58.
—— Normannorum *adversus* Saracenos. 37.
—— Pisanorum *adversus* Genuenses. 39.C.44.D.47.F
—— *utrorumque adversus* Anacletum. 45.D
—— Rogerii *Siculi adversus cognatum Apuliæ & Calabriæ ducem.* 35.C
—— *adversus alios principes vicinos, & in specie adversus* Amalphitanos *&* Neapolitanos. 37.43.46.48.49.54.55.61.&62
—— *variorum de Sicilia & Neapoli.* 17.C
Beneventum *a Rogerio Siciliæ rege occupatur.* 43.C
—— *cives ejus a Papa & Pisanis auxilia flagitant.* 48.C
—— *a Cæsarianis recipitur, & Papæ redditur.* 58.B
Bernardus *Abbas Claravallensis, vir maximæ ob creditam sanctitatem auctoritatis.* 39.B.43.A
—— *Innocentium II. Pisanis commendat.* 38.D
—— *individuus ei comes in Galliis.* 40.C
—— *παῤῥησία illius, qua Henricum I. Angliæ regem impellit ad colendum Innocentium.* 40.D.E
—— *eludit petitionem Lotharii de investituris Imperio restituendis.* 41.C
—— *suum regem non valet in Innocentii partes pertrahere.* 42.E
—— *Pisanos & Florentinos ipse & Innocentius conciliasse videntur.* 55.A
—— *certe Conrado persuasit, ut renunciaret Imperio, & cum Lothario conciliavit: duplici de causa.* 55.B.C
—— *adhortationes ad Lotharium ut Innocentium restitueret.* 56.A.B
—— *epistola ad eundem pro Pisanis.* 56.C.seqq.

Ber-

Bernardi *irritus conatus conciliandi Rogerium cum Cæsarianis.* 62.A
— *frustra quoque legationem ad Rogerium suscipit componendi dissidii inter Innocentium & Anacletum.* 62.B
— *populum Romanum eloquio suo a factione retrahit.* ibid.
— *extincto tandem suo interventu schismate, Pater patriæ salutatur, & orbis pacificator.* 62.D
— *tunc in Galliam reversus est, & post mortem Sanctorum albo adscriptus.* ibid.
Bertrandus Alagnius, *nobilis Amalphitanus, Archiepiscopus patriæ evasit.* 29.D
Boëmundus, *primum Macedoniæ, mox Tarentinorum princeps* 35.A
— *cum Rogerio Bosso fratre Amalphim obsidet.* 24.B
— *sacræ expeditioni nomen dans, Antiochiæ principatum adipiscitur.* 35.A
Bologninus (Ludov.) *a fictitiis Pisanorum Annalibus sibi imponi passus est.* 52.B
Bononienses, *Conrado addicti, Lotharium in prima expeditione ludibrio habuerunt.* 45.C
— *in secunda vero supplices cum muneribus eidem occurrentes ægre in gratiam recepti sunt.* 57.D
Brundusium *a Rogerio expugnatur.* 43.C
Byzantium *nova Roma appellatur.* 4.B

C.

Calixtus II. *Pontifex moritur.* 36.A
Cambiales literæ, *quid & unde dictæ.* 15.C
Campania *a Lothario ad officium revocata.* 58.B
Campsor, *quisnam.* 15.B
Capacius (Julius Cæsar) *civitatis Neapolitanæ à Secretis.* 59.E
Capreæ, *Tiberii libidinibus famosæ, ditionis Amalphitanæ fuerunt.* 26.B
Capua *Rogerio Siciliæ regi se dedit.* 49.C
— *ab eo postea solo æquatur.* 61.E
Capuanus (Petr.) *Cardinalis, Amalphi oriundus.* 16.A
— *reliquias S. Andreæ Apostoli ex urbe Constantinopolitana, ubi Apostolicæ sedis legationem obibat, Amalphim transtulit.* ibid. A. 29.C
— *patriæ suæ Archiepiscopus a Clemente VI. factus est.* 29.B
Carolus Magnus *regnum Longobardorum in Italia evertit.* 33.B
Carolus V. *Equitibus Rhodiis insulam Melitam assignat.* 7.A
Carolus *comes Flandriæ ad imperii successionem adspirat.* 42.A
Casinense *monasterium in partibus erat Anacleti.* 44.B
— *ea de causa in odium Innocentii internecinum incurrerat.* 60.E
— *interventu Lotharii Innocentius Casinenses invitus in gratiam recipit.* 61.A
— *postea vero Rogerius Siculus id monasterium, quod a se descivisset, immaniter vastavit.* 63.A
Cœnobia *muliebria duo Hierosolymis erecta per Amalphitanos.* 6.B.C
— *Virginum in urbe Amalphitana, dictum S. Laurentii de Amalfia.* 28.B
— *S. Mariæ de Donna Romata; S. Gregorii majoris; S. Sumonæ; S. Martini.* ibid.
Columbus (Christoph.) *Genuensis, vastos oceani recessus adiit, & novas Indias detexit.* 16.F.17.A
Comite (Joannes a) *Amalphitanus, regi Catholico a consiliis.* 29.D
Concilium *à Nicolao II. Pontifice Amalphi est habitum.* 7.D
— *Stampis à Ludovico Rege Galliæ & Episcopis fuit habitum, propter schisma* 39.B
— *aliud in Claromonte celebratur, in quo Rogerius Siciliæ rex & Anacletus hostes Ecclesiæ declarantur.* 40.C
Concilium *denuo Remis præsente Ludovico habitum.* 42.E
— *Placentiæ.* 43.B
— *generale ab Innocentio Pisis convocatur.* 55.A
— *Romæ ab eodem cogitur.* 58.A
Conradus *Henrici V. sororis filius, Franconiæ dux, contra Lotharium sese Regem asserit, cedente Friderico fratre majore, qui dux erat Sueviæ.* 42.B
— *ab Italis invitatus Mediolanum penetrat.* 42.C
— *à Mediolanensium Archiepiscopo in regem ungitur.* ibid.
— *Italiæ cum multis copiis inhærebat.* 44.B
— *facultatibus exhaustus in Germaniam redit.* 45.B
— *regno renuntiat.* 55.B
— *a Lothario in gratiam recipitur.* ibid.
— *fuit dux belli in expeditione Italica a Lothario suscepta.* 57.C
— *successit Lothario.* 61.C
Constantinus *Amalphin condidisse fertur.* 3.D

D.

Diploma *Neapolitanum in gratiam Amalphitanorum.* 13.F
Discordia *orta inter Innocentium & Lotharium.* 60.D

E.

Ecclesia *Cathedralis Amalphitanorum Divo Andreæ sacra.* 27.D
— *beatæ virginis Mariæ.* 28.C
— *S. Mariæ à præsepe.* 28.D
Epistolæ *Bernardi Claravallensis ad Lotharium Imperatorem.* 56.A.&C

F.

Falco *fuit Beneventi notarius & scriba sacri palatii.* 59.D
— *ab Innocentio Pontifice patriæ suæ judex declaratur.* ibid.
Ferdinandus, *Alphonsi filius, Antonio Picolomineo filiam suam Mariam dedit in matrimonium, collato in eum ducatu Amalphitano.* 21.A
Ferdinandus III. *Imperator Octavium Picolomineum imperii Principem creat.* 21.B
Fertilitas *tractus Amalphitani.* 30.D
Florentinos *inter &* Pisanos *amicitia restituitur, conciliantibus Innocentio & Bernardo.* 55.A
Fracti *castrum Ravelli appellantur.* 25.B
— *in eorum obsidione Pisani sunt cæsi.* ibid.
Fredericus Barbarossa *Imperator schismatibus in Ecclesia prospexit.* 7.E
Fridericus, *Dux Sueviæ Henrici V. sororis filius ad Imperium adspirans, fratri cedit.* 42.A.B

G.

Gallus (Jacob.) *Amalphitanus, Professor in Academiis Neapolitana, Messanensi, & Patavina.* 21.E. 29.E
— *honoratus est titulo Comitis Palatini atque Equitis.* 29.E
— *Consilia ejus seu juris responsa.* 29.E
— *vitam conscripsit Franc. Anton. Purpura.* ibid.
Gaufredus Malaterra *historicus sub Rogerio Roberti filio.* 8.D
Genuenses *classem Pisanorum in fugam verterunt.* 48.A
— *Rogerio interveniente, omnia Pisanis restituerunt.* 48.A
— *inter utrosque Innocentius inducias pepigit.* 39.C
— *& postea pacem.* 44.D.E
— *& Pisani coram Innocentio cum Roberto Capuæ Principe pactum ineunt adversus Rogerium.* 48.A
— *non sunt participes direptionis Amalpheos.* 53.D
— *ecclesia eorum ab Innocentio metropolis facta est.* 44.E

Gerardus *nosocomii, Hierosolymis ab Amalphitanis constructi, præfectus, auctor fuit ordinis Melitensis.* 6.D

—— *cujas fuerit disputatur.* 6.E

Gerula, *oppidum Amalpheos.* 26.A

Gioia (Flavius) *usum pyxidis nauticæ invenit.* 16. D.E. 30.A

Gisulphus, *Salerni Princeps, Amalphitanos vectigales habuit.* 8.B

—— *fuit affinis Roberti.* 33.D

Godicius (Marinus) *Canonicus & civis Amalphitanus.* 29.C

—— *fuit Epscopus Castelli ad mare, & postea Cardinalis.* 29.D

Gothorum *terribile nomen sub Justiniano in Italia exstinctum est.* 33.B

Guaimarus, *Salernitanorum Princeps, Dux Amalphitanus creatur.* 7.B

—— *Beneventano Principatui renunciat in gratiam Henrici II. Imp.* 7.B

—— *auxilio Normannorum Surrentum occupat, & Guidonem fratrem ei Ducem imponit.* ibid.

—— *Salernitano principatui Amalphim adjicit.* 7.B. 23.A

—— *subjectos pessime habens, in littore Salernitano confoditur.* 7.C. 23.A

Guallum, *oppidulum Amalphitanorum, infra mare positum.* 27.C

Guido, *frater Guaimari, Dux Surrenti instituitur.* 7.B

Guido, *natu minimus filius Roberti, Amalphin & Surrentum à patre accepit.* 9.C

Gulielmus Apuliensis *historiam suam Roberto Guiscardo dedicat.* 8.D

Gulielmus, *filius Tancredi natu maximus, cognomen Ferrei brachii accepit.* 33.C

—— *primus Apuliæ dux exstitit.* 33.D

Gulielmus, *filius Rogerii, fratris Boëmundi, patre mortuo fit dux Apuliæ.* 35.D

—— *ei erat desponsa filia Alexii Comneni Imperatoris Græci.* 35.B

—— *Byzantium profecturus Ducatus suos Calixto II. Pontifici in fidem commendat.* 35.C

—— *eo profecto cognatus ejus Rogerius, Siciliæ comes, Calabriam & Apuliam sibi vindicat.* 10.D. 35.C

—— *fortunis orbato Imp. filiam dare noluit.* 36.A

—— *rebus omnibus spoliatus ad affinem Salerni Principem se confert, ubi mœrore confectus obiit.* 36.B

—— *in eo familia Roberti Guiscardi exstincta est.* ibid.

Gulielmus I. *Rogerii Regis Siciliæ filius & successor.* 63.C

H.

Hara *filia Roberti Frisonis, Comitis Flandriæ, uxor Rogerii Ducis Calabriæ.* 35.B

Henricus V. *Imp. factionis Gibellinæ, sine prole decessit.* 41.E

Henricum *Bavariæ ducem sibi devincit Lotharius, data ei filia & ducatu Saxoniæ.* 42.B

—— *ex moribus Superbi cognomen adeptus est.* 57.C

—— *fuit præcipuus belli dux in secunda expeditione Italica.* ibid.

—— *Innocentium Pisis susceptum Romam ducit.* 58.B

—— *Tusciam a socero in beneficium obtinuit.* ibid.

—— *in successione Imperii repudiatur, prælato Rogerio.* 61.D

Henricus I. *Angliæ Rex Innocentio II. opem denegat, tunc forte fortuna in Gallia existens.* 40.D

—— *a Bernardo Claravallensi ad colendum Innocentium impellitur.* ibid.

Honorius II. *Pontifex Calixto II. substituitur.* 36.A

Horrea *Græcis ἀποθῆκαι vocantur.* 15.A

Hunefridus, *tertius Tancredi filius, fuit Dux Apuliæ. &c.* 33.D

I.

Innocentius II. & Anacletus *simul Pontifices maximi creantur.* 38.B

—— *fugit* Innocentius *Pisas, ubi pluribus annis exulavit.* 7.D. 38.D

—— *protinus inde in Galliam tendit, ut Ludovicum Crassum in suas partes pertraheret, favente ipsi Bernardo Claravallensi.* 39.B.C. 40.C.D

—— *in itinere inducias pangit inter Genuenses & Pisanos.* 39.C

—— *crebræ variis conciliis detestationes adversus Rogerium & Anacletum.* 40.C

—— *incassum opem implorat ab Henrico I. Angliæ rege.* 40.D.E

—— *in Germaniam deflectens fœdus init cum Lothario II.* 41.B.C.D

—— *leges fœderis, submota gravi difficultate de investituris Imperio restituendis.* ibid.

—— *in pari casu impar utriusque fortuna.* 41.D

—— *in Galliam regreditur* Innocentius, *& moras nectit clero valde graves: neque tamen eum regem in auxilium pellicere potuit.* 42.D. seqq.

—— *Pisas reversus pacem conciliat inter Pisanos & Genuenses, & utrosque ad opem sibi ferendam permovet, concessa Archiepiscopali dignitate.* 44.D.E

—— *ab Lothario Romam adducitur, Pisanis & Genuensibus classe adjuvantibus.* 45.C.D. seqq.

—— *in Lateranensi basilica, Vaticanam insidente Anacleto, Lotharium coronat.* 46.A

—— *famosa coronationis hujusce pictura ad insequentia tempora videtur referenda esse.* 45. in not. (a)

—— *recedente Imp. & ipse Pisas redit.* 46.C

—— *ipse & Bernardus amicitiam inter Pisanos & Florentinos restituunt.* 55.A

—— *Lotharium instigat ut secundam expeditionem Italicam maturaret.* 54.E.F. 55.D. seqq.

—— *Bernardo itidem adjuvante.* 55.B.C. 56.A. seqq.

—— *Pisis adscitus Romam adducitur a Cæsarianis, & in sede Pontificia collocatur.* 58.A.B

—— *captum Beneventum in obsequium recipit, & inde Barium proficiscitur ad Imp. victricia arma circumferentem.* 58.B.D

—— *Pisanos cum Lothario reconciliat.* 60.B

—— *cum eodem vehementer ipse contendit de constituendo duce Apuliæ.* 60.C. seqq.

—— *altera discordia ob Casinenses, quos odio insigni prosequebatur.* 60.E

—— *utraque componitur.* ibid.

—— *post discessum Lotharii ipse & Anacletus legatos mittunt ad Rogerium schismatis tollendi gratia, sed frustra.* 62.B

—— *mors Anacleti peropportuna.* 62.C

—— *debilitatio contrariæ factionis, quæ Victorem IV. in antipapam erexerat.* 62.C.D

—— *tandem schisma tollitur ope Bernardi.* 62.D

—— *pacem tentat cum Rogerio.* 63.A

—— *abrupta pactione, ex improviso castrum quoddam occupat.* 63.B

—— *fugiens capitur cum cardinalibus.* ibid.

—— *mox vero dimittitur confirmatis Rogerio & filiis ejus possessionibus.* ibid.

—— *perperam hæc a multis ad anteriora tempora referuntur.* 63. in not. (a)

Joannes *Sergii filius, qui a suis ejectus erat, Amalphim redit, & Ducatum recipit, Mansone fratre ad Sirenusas deducto & oculis privato.* 23.A

—— *Salernitanis Amalphin occupantibus Constantinopolim se confert.* ibid.

—— post necem Guaimarii Salernitanorum principis Manso, cæcus licet, Ducatum denuo per x. annos obtinuit. ibid.
—— tum vi armata a suis expellitur Manso, restituto in pristinam dignitatem Joanne, qui alios XVI. annos regnavit. 23. B
—— successerunt ei Sergius filius & nepos Joannes, sed qui statim dignitate spoliatus est per Robertum Guiscardum. 23. B
Joannes Porphyrogenitus, alias Calojoannes, Imperator Orientis, ad Lotharium gratulatum misit, quod Rogerium Italia expulisset. 58. E
Iscia insula, olim Ænaria, à Pisanis fuit devastata. 51. A
Justinianus Gothos in Italia exstinxit. 33. B

L.

Leo Neapolitanus inter duces Amalphitanos numeratur. 7. C
Leopoldus, marchio Orientalis, ad regnum Romanum adspirat. 42. A
Letteræ, oppidum Amalphitanorum. 25. D
Longobardi à Carolo Magno in Italia sunt deleti. 33. B
Lotharius II. antea dux Saxoniæ. 42. A
—— cum Conrado, Franconiæ duce, contendit de Imperio. 42. B
—— Germaniæ rex declaratur. ibid.
—— firmat se necessitudine Guelforum, & filiam unicam Henrico, Bavariæ Duci, uxorem dat. ibid.
—— anathematibus quoque Pontificum se munivit. 41 B. 42. B
—— fœdus init cum Innocentio II. Romæ ab eo Imperator coronandus. 41. B. D
—— coronatur interea rex Germaniæ. 41. B
—— petitio illius de investituris a Bernardo eluditur. 41. C
—— longe meliore fortuna utebatur ac Innocentius. 41. D
—— Franconiam & Sueviam vastando efficit, ut Conradus ex Italia rediret. 45. B
—— ipse Italiam petit cum solis duobus millibus. ibid.
—— a Bononiensibus aliisque despicitur. 45. D
—— assumpto Pisis Innocentio Romam stratagemate ingreditur. 45. C. D. seqq.
—— in ecclesia S. Salvatoris augustali corona redimitur. 46. A
—— principes adversus Rogerium belligerantes opem illius implorant. 46. B
—— Imperator renunciatus confestim redit in Germaniam. 46. C
—— Conradus tandem regno renunciat, & Bernardi interventu a Lothario in gratiam recipitur. 55. B
—— legatio ad eum ut secundo in Italiam veniret cum justo exercitu. 54 E. F
—— dissitas Imperii partes adit, eumque in finem componit. 55. C
—— novæ Innocentii & Bernardi adhortationes. 55. E. 56. 57. A. B
—— altera Lotharii in Italiam expeditio cum ipsa Imperatrice alioque comitatu ac pluribus copiis. 57. B. C
—— inter belli duces Henricus gener & Conradus. 57. C
—— Mediolanenses adjuvit adversus Cremonenses. ibid.
—— Papienses, Bononienses, & Æmilienses qua prece qua pretio in gratiam recepit. 57. C. D
—— Taurinum usque progrediens totam citeriorem Italiam sibi subjecit. 57. D
—— conventum egit in campis Roncaliis, condiditque legem de feudis. ibid.
—— Parmæ cum Venetorum legatis fœdus percussit. ibid.
Lotharius II. Apenninum transgressus Anconam, Spoletum &c. in deditionem accepit. ibid.
—— hiemavit Ravennæ. 57. E
—— ingentem expeditionem adversus Rogerium terra marique adornavit, jubens Pisanos cum classe c. navium præsto esse. 58. A
—— dum gener cum una parte exercitus Campaniam occupat, ipse cum reliqua Flaminiam, Picenum, Umbriam domat. 58 B. C
—— Rogerium, Siciliæ regem, pugnam detrectantem fugat ex Italia. 58. C. D
—— Barium usque omnia ei cedunt. 58. D
—— regressus Melphim occupat. ibid.
—— gratulatoria Græci Imp. legatio de pulso ex Italia Rogerio. 58. E
—— Salernum ad deditionem adigit, non etiam arcem ejus, ob dissensum Pisanorum. 60 A
—— contentiones cum Papa propter Casinenses. 60. E. seqq.
—— major discordia ob ducem Apuliæ constituendum. 60. C. D
—— Capuâ Romam, inde per Etruriam & Lombardiam reditum in patriam dirigit. 61. B
—— levia cum Cremonensibus prælia. ibid.
—— moritur in itinere admodum senex, postquam in vallem Tridentinam pervenerat. 61. C
—— successit ei Conradus, non gener ejus Henricus. ibid.
Ludovicus Crassus, Galliæ rex, plures vidit Pontifices fidei suæ se commendantes, & in his etiam Innocentium, cujus causam in concilio Stampensi potiorem judicavit, favente in primis Bernardo. 39. B
—— sollicitatur item ab Anacleto. 40. B
—— Innocentium honorifice excipit. ibid.
—— auxilia tamen non pollicetur, pertæsus rixarum pontificalium. 43. A
—— filius ejus Ludovicus Remis coronatur ab Innocentio. 42. E

M.

Magister militum erat titulus Ducum Neapolitanorum. 19. B
Manso dux Amalphitanus ab Alpheno fratre in carcerem detruditur, ubi obiit. 22. E
—— Manso alter dignitate pridem spoliatus, eam recuperat. ibid.
Manso Sergii filius cum matre Maria rexit Amalphin. 18. D
—— vide porro supra in Joannes Sergii filius &c.
Maramaurus (Andreas) Amalphitanus, dux & præfectus classis sub Carolo I. 29. B.
—— (Landulphus) Amalphitanus, episcopus Barensis & Cardinalis. 29. A
Marinus, Luciani Pulcharii filii filius, regnavit Amalphi. 19. D
—— ab Amalphitanis excœcatus de magistratu dejicitur. ibid.
Mas Agnello, ex plebe Amalphitana, ad urbis Neapolitanæ principatum grassatus est. 30. A
Mastalus, Mansonis Fusuli filius, Dux Amalphitanus. 18. C
Mastulus minor, præfectus Amalphitanorum, ab eis cum matre Androsa occiditur. 19. E
Matera à Rogerio expugnatur. 47. A
Mathildis, Tusciæ comitissa, terram sedi Apostolicæ reliquerat, hancque Lothario donavit Innocentius. 41 C. D
—— eandem terram Lotharius in beneficium dedit Henrico genero. 58. A
Mediolanum & tota Lombardia in partibus Conradi erant. 42. C. 44. C
—— ejus Archiepiscopus, quod Conradum in regem unxisset, deponitur ab Honorio II. P. M. 42. C

Mediolanum. *Genuensis ecclesia ab Innocentio II.* Mediolanensi *subtrahitur, & in archiepiscopalem erigitur.* 44.E
—— *Conrado renunciante, etiam* Mediolanenses *diris solvuntur.* 55.B
—— *adjuvat eos Lotharius II. adversus Cremonenses.* 57.C.61.B
Melitensis *ordo originem debet Amalphitanis: qua occasione.* 5.E
—— *unde Joannitæ seu equites S. Joannis dicantur, item Hospitalarii.* 6.E
—— *dicti quoque equites Rhodii.* ibid.
—— *tandem vero Melitenses.* 7.A
Melphis, *in confinio Apuliæ & Lucaniæ sita, Janua Apuliæ vocatur.* 1.D
—— *æquo intervallo à mari Hadriatico abest ac a mari mediterraneo.* 2.A
—— *confunditur vulgo cum* Amalphi. 1.C.seqq.
—— *occupat eam Rogerius Siculus & vastat.* 47.C.11.E
—— *occupatur rursus a Lothario Imp.* 53 D
Minervæ *Promontorium inter Amalphin & Surrentum interjacet.* 1.B
Monspilosus *à Rogerio capitur.* 47.A

N.

Neapolis *fuit in ditione Imperatoris Græci.* 19.B
—— *repellit classem Rogerii, regis Siciliæ.* 48.C
—— *frustra a Rogerio obsidetur.* 50.B
—— *repetitur quoque frustra obsidio.* 54.C
—— *tertium eam obsidet Rogerius & ad incitas redigit.* 55.D
—— *adventu Lotharii liberantur.* 57.B
—— *ad extremum Rogerio se jungit adversus Cæsarianos.* 61.E
Neapolitanis *necessitudo fuit cum Amalphitanis.* 5.A.19 B
—— *privilegiis ornant Amalphitanos. diploma hanc in rem.* 13.14.F
—— *utuntur jure eorum maritimo.* 13.E
Negotiator *quisnam.* 15.B
Nicolaus II. *Pontifex Amalphi concilium habuit.* 7.D
Normanni *ad pellendos Saracenos à Græcis ex Gallia sunt arcessiti.* 33.B
—— *Apuliam, Calabriam, Siciliamque Imperatori Græco eripiunt.* 33.C
—— *Principes ex Roberto Guiscardo & Rogerio Bosso fratribus originem traxerunt.* 34 B
—— *bella eorum adversus Saracenos.* 33 B
—— *ut & adversus Amalphitanos.* 8.B seqq.
Nuceria, *quæ Capuanæ ditionis est, obsidetur a Rogerio.* 43.E
—— *postea denuo oppugnatur & dolo capitur.* 48 D.E

O.

Ordinis *Melitensis institutio.* 32.C.D

P.

Pandectæ *Amalphi inventæ a Pisanis, temporibus Lotharii II. & Innocentii II.* 7.D.12.B.50.E
Pasetanum *vel* Positanum, *Amalphitanorum oppidum, dicitur conceptaculum Flavii, nauticæ pyxidis inventoris.* 26.A
Pensabustus (Marinus) *Dux Amalpheos eligitur.* 9.E
—— *à Rogerio deponitur.* 10.C
Perella (Joan.) *Mansonis filius, dux Amalphitanus. in hunc Imperator patriciatus dignitatem contulit.* 18.D
Picolomineus (Anton.) *Pii II. P. M. nepos, ob res strenue gestas a Ferdinando rege dux Amalpheos renunciatur, accepta insuper in matrimonium filia ejus naturali.* 21.A
—— (Octavius) *dux Amalpheos, a Ferdinando III. Imp. princeps Imperii creatur.* 21.B
Pisana *ecclesia titulo archiepiscopatus fuit condecorata ab Innocentio II.* 44.E
Pisani *suasu Bernardi Innocentium recipientes, bello adversus Rogerium impliciti sunt.* 12.B.39.A
—— *navigiis Pontificem Roma arcescunt.* 38.C
—— *inter ipsos & Genuenses induciæ ab Innocentio panguntur.* 39.C
—— *has e profectione Gallica & Germanica Pisas redux Innocentius in pacem convertit, associatis sibi utrisque.* 44.D.E
—— *utrorumque classis conjuncta Civitatem veterem Innocentio occupat.* 45.D
—— *incassum a Rogerio sollicitantur, ut se ipsi vellent sociare.* 47.E.48
—— *fœderatis adversus Rogerium auxilia absque Genuensibus præstare noluerunt.* 47.E
—— *pecuniam eo nomine pacti sunt.* 48.A.C
—— *moras nectunt, a Genuensibus, ut videtur, derelicti.* 49.A.54.A
—— *Robertus Capuæ princeps, Pisas profectus, solas* XX. *naves impetravit.* 49.E
—— *postea totidem alias Neapolim adducit.* 50.C
—— *cum his* XL, *adscitis adhuc sex navibus Amalphin ex improviso invadunt Pisani spoliantque.* 12.B.50.D.51.C.seqq.
—— *inter prædam Pandectæ fuere.* 12.B.50.E
—— *Scalam quoque & Ravellum depopulantur.* 12.C.50.E
—— *mox a Rogerio in fugam versi ad naves redierunt, cæsis captisque quam plurimis.* 12.D.50.E.51.A
—— *elapsi cum præda Neapolim redierunt.* 51.A
—— *inde domum abeuntes Isciam insulam devastarunt.* ibid.
—— *cum Florentinis conciliantur.* 55.A
—— *rogantur iterum, ut laboranti Neapoli subvenirent.* 54.F.55.A
—— *quinque naves cum commeatu eo mittunt.* 55.E
—— *apud Lotharium in odium adducti, interventu Bernardi in gratiam restituuntur.* 56.C.seqq.
—— *adsunt eidem cum* C. *navibus ad invadendas Rogerii urbes maritimas.* 58.59.A
—— *in his Amalphis denuo impetum eorum sustinere debuit, quæ tamen vastationem redemit, non autem cetera hujus ducatus oppida.* 59.B.seqq.
—— *in Salerni obsidione a Lothario offensi, iterumque reconciliati, mox tamen cum Rogerio paciscuntur & domum abeunt.* 60.A.B
Portus *Malphetanus in insulis prope Samum.* 27.B
Pugerula *Amalphitanorum oppidum.* 26.A
Purpura (Franc. Anton.) *remp. Amalphitanam cum Veneta confert.* 21.E
Pyxis nautica *a Flavio Gioia fuit inventa.* 16.D
—— *insigne civitatis Amalphitanæ.* 17.A
—— *temere Amalphitanis abjudicatur.* ibid. in not. (a)

R.

Rainulfus *comes Aversæ & Abellini a Rogerio affine terris, uxore & filio per fraudem privatur.* 43.C
—— *Robertum Capuæ principem, Sergium ducem Neapolis & alios instigat adversus Rogerium.* 43.D
—— *cæditur ab his Rogerius.* 43 E.F
—— *cum ceteris opem Lotharii implorat.* 46.B
—— *quum frustra se Rogerio opposuisset, ei se submittit recepta uxore cum filio.* 49.B
—— *falso mortis Rogerii rumore excitatus ab eo descivit.* 49.E
—— *Aversa diruitur, at mox instauratur a Rogerio.* 50 A B
—— *a Cæsarianis in integrum restituitur Rainulfus.* 58.B
—— *post discessum Lotharii omnia rursus amittit.* 63.A
Ravellum *urbs Amalphitana.* 24.E.25.A

Ravellum *occupatur a Pisanis, & diripitur.* 12.C. 50.E
—— *secunda vice ab iisdem occupata inceditur, & cives captivi abducuntur.* 13.A.59.C.D
Reginaldus *Germanus, vir strenuus ac nobilis, Dux Apuliæ creatur.* 60.D
—— *contentio ea de re inter Lotharium & Innocentium.* 60.C.D
—— *sistitur ab eo Rogerius & in fugam vertitur.* 61.F.62.A
—— *moritur apud Trojam.* 63.A
Robertus *Capuæ princeps Rogerio Siciliæ coronam imposuit, cui paulo ante homagium fecerat.* 37.A
—— *fuit & ipse Normannus, sed diverso stemmate genitus.* ibid.
—— *specie legationis ad Anacletum Romam amandatur.* 43.D
—— *icto cum Rainulfo & Neapolitanis fœdere Rogerium prælio superat.* 43.D.E
—— *Romæ auxilium flagitat a Lothario.* 46.B
—— *ad sua tuenda domum revocatur.* 46.D
—— *suo & fœderatorum nomine Pisas proficiscitur ad opem implorandam adversus Rogerium.* 47.E
—— *amittit Nuceriam, & castra Sarni & Lauri &c.* 48.D.E
—— *consternatus abit denuo Pisas, ut sera auxilia incitaret.* 49.A
—— *absens toto principatu spoliatur.* 49.B
—— *tertium Pisas proficiscitur & solas* XX. *naves adducit cum octo Pisanorum millibus.* 49.E
—— *irrita fœderatorum ad Capuam recuperandam expeditio.* ibid.
—— *sollicitatur a Rogerio ut fœderatos deserat.* 50.A
—— *alias* XX. *naves arcessit, & cum* XLVI. *triremibus Pisanis Amalphim occupat diripitque, ablatis inter alia Pandectis.* 50.C.seqq.
—— *repulsus a Rogerio classem Pisanam domum reducit.* 51.B
—— *Rogerius hisce irritatus filium suum Capuæ principem constituit.* 54.B.C
—— *Pisis ad Lotharium progreditur ut adventum maturaret.* 54.E.seqq.
—— *ex ea legatione Pisas reversus obsessæ Neapoli commeatum advehit.* 55.E
—— *denuo Pisis ad Imp. perrexit, quem obviam habuit.* 57.B
—— *ditioni suæ restituitur a Cæsarianis.* 58.B
—— *mittitur a Lothario cum copiis ut Salernum terra includeret.* 59.F
—— *postquam Imp. discessit, possessiones ejus denuo occupat Rogerius.* 61.D.E
—— *Innocentius pacem cum Rogerio facturus Capuanum principatum Roberto repetit, sed nihil agit.* 63.B
—— *usque ad mortem Rogerii exulans, sua ad extremum recuperat.* 63.C
—— *per proditionem traditus Gulielmo Rogerii filio, oculis orbatur & in captivitate moritur.* ibid.
Robertus Friso *comes Flandriæ, socer Rogerii Bossi.* 35.B.
Robertus Guiscardus, *Tancredi filius, ob versutiam ita appellatus, Apuliæ & Calabriæ dux.* 33.D.8.B.& in not.(a)
—— *Hunefrido, filio ejus dejecto, successit.* ibid.
—— *Gisulfum, Salerni principem, suo principatu exuit.* 8.B
—— *Amalphitanos specie auxilii subegit.* 8.C.20.C.23.B.33.D
—— *secundo armis Amalphin occupat.* 9.B
—— *moriens inter tres filios & fratrem Rogerium Bossum regiones suas distribuit, relictis Guidoni natu minimo Amalphi & Surrento.* 9.C
Rocca di Pugionile *arx in regione Amalphitana.* 25.B
Rogerius Bossus, *frater Roberti Guiscardi, ultimus e Tancredi filiis.* 9.C.34.A
Rogerius Bossus, *ope Roberti Calabriam obtinuit.* 34.A
—— *Siciliam, devictis Saracenis, subjugavit.* ibid.
Rogerius *secundus Roberti filius, Apuliæ & Calabriæ dux a patre instituitur.* 9.D
—— *mortuo Guidone fratre fit dux Amalpheos.* ibid.
—— *Amalphitanum ducatum amittit.* 9.E
—— *iterum Amalphi potitur.* 10.C
Rogerius, *Tancredi nepos, a Rogerio Bosso patre suo accepit Siciliam cum parte Calabriæ.* 34.B
—— *indoles ejus.* 34.C.D
—— *reliquam Calabriam cum Apulia absenti cognato nefarie eripit, contempta Pontificis auctoritate minisque.* 35.
—— *Robertus Capuæ princeps vasallus ei fit.* 37.A
—— *Comes Siciliæ cum esset, elatior factus, Regem se coronari fecit.* 36.C
—— *de titulo disputatur, an Siciliæ utriusque Rex sit renunciatus, an & Italiæ.* 35. in not.(a)
—— *novus Rex Amalphin occupat, verum satis difficulter & magno apparatu.* 10.D.E.11.37.B.C
—— *occupata Amalphi, Neapolis se illi submisit.* 38.A
—— *Anacletus antipapa ei adblanditur, confirmato regio titulo, sibique ipsum devincit.* 40.A
—— *proditione Beneventum sui juris facit.* 43.C
—— *Brundusium & Barium expugnat.* ibid.
—— *Rainulfo Aversæ comiti, affini suo, per speciem legationis amandato, Abellinum abstulit, ut & uxorem cum filio.* 43.D
—— *fœdus propterea init Rainulfus cum Roberto Capuano & Sergio duce Neapolis ad bellum Rogerio inferendum.* ibid.
—— *deficientibus Beneventanis noctu exercitum subducit Rogerius.* 43.E
—— *insecuti fœderati prælio eum superant, fugantque Salernum.* ibid.
—— *Beneventanorum defectionem mox ultus est Rogerius.* 44.A
—— *per discessum illius in Siciliam quædam civitates rebellarunt.* ibid.
—— *fœderati a Lothario, qui Romam venerat, opem imploratum eunt.* 46.B
—— *revocantur a suis adversus Rogerium, qui civitates rebelles atrociter invadebat.* 46.D.E
—— *in his Venusia, Matera, Tranum, Monspilosus &c. ferro & igne vastantur.* 47.A
—— *Ansam quoque invadit rex Siculus, utcunque extra partes positam.* 47.B
—— *Trojam perfide occupat vastatque.* ibid.
—— *Melphim præterea truculenter subigit.* 47.C
—— *denique Salernitanos & Amalphitanos, quasi defectionis suspectos perdere meditabatur.* ibid.
—— *classis, cum qua in Siciliam remeabat, naufragium passa est.* 47.D
—— *Robertus fœderatorum nomine Pisas proficiscitur ut auxilia adversus Rogerium compararet.* 47.E
—— *sed & Rogerius Pisanos rogat ut se potius cum ipso vellent consociare: sed incassum.* 47.E.F.48.A
—— *e Sicilia rediens classem mittit ad debellandam Neapolim.* 48.C
—— *Nuceriam obsidet, &, corruptis quibusdam pecunia, urbe potitur.* 48.D.E
—— *irriti fœderatorum conatus, quorum item proceres nonnullos corrupit.* ibid.
—— *Roberto Capuano Pisas profecto ad maturanda auxilia, Capuam occupat, postquam se ei Rainulfus subjecisset.* 49.A.B.C
—— *in Siciliam de more reversus uxorem morbo amittit.* 49.D
—— *ipse etiam, ægrotus afflictusque, obiisse ferebatur.* ibid.

Ro-

Rogerius. *falso hoc nuncio inductus Rainulfus in libertatem sese asseruit.* 49.E
— *hinc Aversæ excidium.* 50.A
— *Robertum capuæ principem sollicitat ut a fœderatis descisceret.* ibid.
— *Neapolim obsidet, incensis agris circumjacentibus, sed brevi recedere debuit ob pestilentiam.* 50. A.B
— *ad eam urbem infestandam restaurat Aversam.* 50.B
— *Amalphin avocatur ad pellendos Pisanos, quibus magnam cladem intulit.* 50. C.seqq.
— *Ansusum filium Capuæ principem declarat.* 54.C
— *Neapolim denuo obsidet admota classe, sed quæ tempestate dispergitur.* ibid.
— *reparatis in Sicilia viribus Neapolim tertium arcte includit, & ad incitas redigit.* 55.D.seqq.
— *Lotharius secundum in Italiam veniens terra marique Rogerii possessiones aggreditur, adscitis* c. *navibus Pisanorum.* 58.A
— *Cæsariani Roberto & Rainulfo terras eorum, Rogerio ademptas, restituunt.* 58.B
— *Beneventum Papæ redditur.* ibid.
— *Rogerius Imperatorem pecunia tentat avertere.* 58.C
— *tandem rebus desperatis in Siciliam aufugit.* ibid.
— *Barium & Melphim armis occupat Lotharius, reliquis civitatibus sponte in potestatem ejus concedentibus.* 58.D
— *gratulatio Græci Imp. de pulso ex Italia Rogerio.* 58.E
— *interea ducatum Amalphitanum invadit classis Pisana.* 59.B.seqq.
— *Salernum terra & mari obsidetur, & pacto se submittit, arce tamen in Rogerianorum potestate manente.* 59.F.60.A.B
— *Reginaldus, homo Germanus, Apuliæ dux creatur, qui parta tueretur adversus Rogerium.* 60.*D*
— *Lothario discedente brevi pleraque recuperat Rogerius.* 61.*D*.E
— *Neapolis & Beneventum Rogerii partes amplectuntur.* 61.E
— *Capuam solo æquavit.* ibid.
— *interventu Bernardi pax tentatur, sed nequicquam.* 62.A
— *Victus a Cæsarianis Rogerius Salernum confugit, & inde redit in Siciliam, eodem anno bis Italia expulsus.* ibid.
— *reversus pugnam detrectat, solita crudelitate regiones infestans.* 62.E.63.A
— *mortuo Reginaldo omnia sibi subjicit.* 63.A
— *monasterium Casinense immaniter spoliat.* ibid.
— *Innocentius illi armatus occurrit, de pace acturus, sed re infecta regreditur Rogerius.* 63.B
— *Galluzzum Pontifex occupat, statimque in fugam versus capitur.* ibid.
— *verum mox dimittitur, post confirmatas Rogerio possessiones.* ibid.
— *fit Rogerius magister militum Neapolitanus.* 35. in not.(a) ad fin.
— *regem Tuneti in Africa sibi vectigalem facit.* ibid.
— *mortuo succedit Gulielmus filius.* 63.C
Rollo, *pirata fortissimus, Nortmannos tempore Ludovici II. in Galliam duxit.* 33.B
Romani *quidam Byzantium profecturi naufragium fecerunt.* 4.B
— *unde origo reip. Amalphitanæ.* 4.C
Roncalii *campi ubinam.* 57.D
Rotolpo *Comes stabuli Beneventanus se cum Roberto Rainulfo & Sergio conjungit.* 48.D
— *Pisas aufugiens naufragio perit.* 49.B
Salernum *urbs ab Oriente Amalpheos.* 1.A
— *Amalphitanis invidentes Salernitani eos tributarios faciunt.* 7.A.B
— *colla subdunt Rogerio, Siciliæ adhuc comiti.* 10.D
— *Salerno in Siciliam trajectus facilis, & frequens Rogerio.* 44.A.47.C.54.*D* 61.*D*.62.A
— *Salernitanos & Amalphitanos perdere in animo habebat rex Rogerius.* 47.C
— *Salernum tuentes Amalphitani, suæ urbis direptionem patiuntur.* 50.D
— *a Cæsarianis & Amalphitanis terra marique obsidetur.* 59.E
— *Imperatori se dedit, arce tamen a Rogerianis detenta.* 60.A.B
Saraceni *sub Lothario I. Imperatore in Latium trajiciunt.* 5.B
— *Romam secundo deprædaturi appropinquant, & à Pontifice tribus classibus repelluntur.* 5.C
— *ab Amalphitanis in fugam sunt versi.* 5.D
— *a Normannis Sicilia expelluntur.* 33.C
Sarnus *flumen.* 43.E.48.D
Scala, *vel* Scalæ, *oppidum ditionis Amalphitanæ.* 24.E
— *Pisani illud depopulantur.* 12.C.50.E
— *iterum occupantes incenderunt.* 13.A.59.C.*D*
Scalecta *major & minor arces ad Scalas pertinentes.* 25.A
Sergius *Dux Amalphitanus, Imperialis Patricius.* 18.D
Sergius, *magister militum Neapolitanus, h.e. dux, urbem Roberto submittit.* 38.A
— *Roberto & Rainulfo se jungit adversus Rogerium.* 43.*D*
— *Pisis opem implorat.* 55.A
— *fœdus init cum Rogerio.* 61.E
— *occumbit in prælio contra Cæsarianos.* 62.A
Sigonius *scriptor refutatur.* 52.A
Sirenusæ *insulæ fuerunt sub ditione Amalphitana.* 26.B
Spoletum *in Lotharii potestatem venit.* 57.D
Stolus, *quid significet.* 15.E
Stratici *male vocantur Straticogi & Stratigoti.* 20.E
Surrentum *urbs ab Occidente Amalpheos.* 1.B
— *a Guaimaro occupatur.* 7.B
Syrus, *Episcopus Genuensis factus, ab Innocentio confirmatur.* 39.C
Tabula *Amalphitana Neapoli in rebus maritimis erat vice legum Rhodiarum.* 32.C
Tancredus *comes Altavillæ in Normannia, fuit pater duodecim filiorum.* 33.B
— *ejus filii juncti cum Græcis Saracenos Sicilia expulerunt.* ibid.
Trani *oppidum, alias* Atrani. 25.C
— *illius Episcopus in concilio Amalphitano est depositus.* ibid.
Tranum *à Rogerio occupatur.* 47.A
Triventum *oppidum Amalpheos dicitur.* 25.D
— *appellatur etiam castrum fortissimum.* ibid.
Troja *a Rogerio Rege vastatur.* 11.E
Trojani *promissorum securi Rogerium excipiunt.* 47.B
Tryphomene *martyr & virgo ex Lipara Amalphin transfertur.* 28.C
— *corpus ejus Beneventum Longobardi deduxerunt.* ibid.
Vastus, *titulus Ducum inter Amalphitanos.* 15.D
Veneti *Roberto Capuæ principi auxilia promittunt, adversus Rogerium.* 48.B
— *fœdus faciunt cum Lothario.* 57.D
— *comparatur respublica Amalphitana cum Veneta.* 21.E.seqq.
Ventorum *solummodo octo genera veteribus.* 18.(b)
Venusia *a Rogerio capitur diripiturque.* 47.A
Victor IV. *Anacleto mortuo Antipapa sublegitur.* 62.C
— *suasu Bernardi insignia Pontificatus deponit.* 62.D
Urbanus II. *Rogerio fratri Boëmundi paternam successionem confirmat.* 35.B

FINIS.

ANTONII MAZZA,
Doctoris ac Civis Salernitani,

URBIS SALERNITANÆ HISTORIA ET ANTIQUITATES,

IN QUIBUS

Origo, Situs, Ubertas, Respublica, Primatus, Nobilitas, Principes, Ecclesiæ, Episcopi, Archiepiscopi, Illustres Cives, Studium, Hippocraticum Collegium, ac aliæ Res ad Salernitanam Urbem spectantes dilucidantur.

Editio Novissima, sedulo recognita, ac magis correcta.



LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa,
Bibliopolæ, Civitatis atque Academiæ Typographi.

CELEBERRIMO AC CONSULTISSIMO

VIRO

D. HENRICO BRENCMANNO

JURISCONSULTO PERITISSIMO

ACADEMICO FLORENTINO CELEBERRIMO

MULTIPLICI SCIENTIARUM USU

ET JURIS UTRIUSQUE SCIENTIA INSIGNI

HANC

ANTONII MAZZÆ

DE

REBUS SALERNITANIS

HISTORIAM

DE NOVO PRELO SUBJECTAM

ÆSTIMATIONIS ET AMICITIÆ ERGO

OFFERT ET SACRAM FACIT

PETRUS VANDER Aa.



*



BENEVOLO LECTORI
S. D.
TYPOGRAPHUS.

Denuo in lucem prodit *Salernitana* hæc ANTONII MAZZA *Historia*, antea *Neapoli* ex *Typographia Jo. Francisci Paci* M. DC. LXXXI. *in Quarto* evulgata. Supervacaneum puto, de libri præstantia multis præfari, cum titulus libri sufficiat, lectorem, *Salernum* inter præcipuas urbes enumerare, persuadere. Urbs enim hæc titulo Principis & Academia, in qua etiam mulieres scriptis inclytæ eminuerunt, gaudet, *vid. Auctor pag.* 63. Præcipue vero studio Medicinæ insignis. Cæterum inter lucernas, *Salernitana* quoque celebris, cujus inscriptio in Æde Episcopali. *Vid. Auctor pag.* 19. Quid autem in hac nova Editione fuerit præstitum, paucis monendum duco. Textum eundem vides, præterquam quod Epitaphia & Inscriptiones literis grandioribus (vulgo Capitalibus) nomina autem pro-

pria, resque notatu dignas Characteribus cursivis imprimi curavimus. Paginas supradictæ Editionis in margine nostræ adjecimus, ut evolventi subveniremus. Insuper loca citata, quæ in præcedente Editione in extremitatibus ab Auctore erant apposita, textui, quominus lector inter legendum retardaretur, inseruimus. Cætera quæ præmonenda erant, ipse conspectus libri perdocebit. Interim vale faveque.

ILLUSTRISSIMÆ PATRIÆ SALERNITANÆ URBI ANTONIUS MAZZA D.

HISTORIARUM Epitomen (Illustrissima Civitas) tuo Patrocinio munitam in lucem edere, ut ejus veritatis lumen tenebris penè obductum, Orbi effulgeat, illamque tibi offerre decerno; nam si unicuique quod suum est, reddi debet, quod tuum igitur erat, tribuere ipse debebam. Non ad tuas Illustrissimæ Civitatis explicandas laudes conscripsi; hoc namque magnæ opus esset Eloquentiæ; sed, ut dumtaxàt aliquid tibi persolverem, & tàm inclytæ Urbis memorias, quamquam ab ætate, longèque à temporum serie remotas, sub tuis auspiciis recensere ausus sum. Cum enim Illustrissimorum Decurionum tui celeberrimi Studii benignitate inter publicos Philosophicos Interpretes, licèt Juvenis adscriptus fuerim, in mei gratissimi animi argumentum, ac in peculiarem Patriæ amorem, exiguos hos meos labores, tibi donare, dicare, ac sacrare, ut par est, non recuso.

LECTORI CANDIDO.

Cum ex Eloquentiæ *Romanæ* Patris definitione *Historia sit Testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, ac vetustatis nuncia*; Jure meritò ad Patriæ laudem, decus, & splendorem, hujus *Salernitanæ* Historiæ Epitomen temporis antiquitate penè obscuram, & à veritate amotam, indagine qua potui diligentiori veritatis luci exponere curavi. Porrò si in dilucidanda ejusdem brevioris Historiæ serie aliqua in parte aberravi, non mirum videtur, dum hujus oneris labori non laudis historicæ acquirendæ, sed erga Patriam amoris ostendendi desiderio me subjeci. Interea, donec aliquid de *Salernitana* Historia ab eminentiori Ingenio perfectius elaboratum in lucem prodeat, nostris hisce laboribus fruere. Unde quidquid Historiographo minus consentaneum in hac Epitome proposui, in me ut excusatione dignum pro tua Prudentia existimare ne dedigneris. Vale.

ELOGIUM

In hujus operis laudem Authoris.

Patavium
Simulacrum deinceps non erigat Livio
digito ori in apposito,
quasi loquendo
Cæteris facundiæ Heroibus silentium positura.
Quoniam
Novus, imò, & melior

Hi-

Historicus renatus est Livius
Factis, licet non nomine, æqualis, vel illustrior
Suæ Patriæ illustrator
Studio, doctrina, & labore.
Heros hic
Si nescis mortalis
ANTONIUS extat MAZZA
Virtutis, morumque baculus
Sapientiæ si experitur Alcides,
Salernitanique Atlas Decoris.
Gratissimum re vera extimabis
Civem
Suæ quia inclytæ Patriæ
Olim sibi lac exhibenti
suos modo dat sudores,
Salerno scilicet
Huic elargienti ortum
Novum præbet splendorem:
Gloriosiorem quippe Phœnice
Dixeris.
Ab oblivionis si cineribus
Novis gloriis onustum
renasci facit
Veluti civitatum Regina
Salernum
Salernitanumque Decus
Pugnavit iste certè pro Patria,
Quia
Patriam exaltavit calamo
Oblivione destructa
Tempus licet in alia,
In hoc autem aureum non poterit opus,
Immortale quippe est,
Quotque
In eo leges carmina,
Tot
Tibi prodigia occurrent;
Huic
Debetur Schola Salerni
Enim
Hujus renovat Doctor iste elogia,
Magis
Nobilium decoratur honos
Suorum si procerum
Illustriora enarrat encomia:
O Virum undequaque laudabilem:
Ante omnes ne dum
Nomine
Verum perspicacia, inventione gestis
Majorem omnibus vocandum?
Adhùc dubitas lector?
Veni, lege, & vide,
Ab hoc tantum opere
Velut ab ungue
disces leonem.
Ideò
Tanto dignissimo Heroî
Virtuti præstanti vitam,
Vitalisque censendus in ævum,
Vitalis alius Cognomine
Nomine, ac Joannes Antonius
Ut
Concivis Amicus, & Servus
In gratitudinis suæ signum
Suo pro Salerno sic illustrato,
Dedicat, Sacrat, Donat, Offert
Parum hoc licet encomium.

AL SIGNOR ANTONIO MAZZA

Per la Storia, da lui descritta, di Salerno, sua patria.

SONETTO.

Del Dottor Fisico Signor

FEDERIGO MENINNI.

Ne l'origine prisca, e la primiera
Sua libertà, che palesasti à Noi;
O de' Prenzi vantar tua Patria altera
Brama la serie, e de' purpurei Eroi:
Ne l'inclito splendor de' Figli suoi,
Di senno armati, ò di virtù guerriera,
Cui la garrula Dea fino à gli Eoi
Lidi portò da l'Anfitrite Ibera:
Ne le fertili sue campagne apriche;
O quel Liceo, che propagar può l'Arte
Del gran Vecchio di Coo con Lauree amiche:
Mà vanta sol, s'ella nel Mondo hà sparte
Sue glorie in questa, e ne l'Etadi antiche,
La penna tua, ch'oggi l'eterna in carte.

AL MOLTO ILLUSTRE

Promotore, e Senatore estimatissimo dell' Almo Collegio di Salerno

IL DOTTOR SIG. ANTONIO MAZZA,

Per l'Opera erudita da lui composta tanto contro chi ardì dire, che i Medici Salernitani havessero sepolto i Bagni di Pozzuolo; quanto in favor di Salerno, illustrando le sue grandezze, e Prerogative.

SONETTO.

Mai di Salerno i Medici prudenti:
Che divorò quel vecchio Tempo edace;
Giunsero à tal temerità fallace,
Sepellir di Pozzuolo l'acque potenti.

E L O G I A.

Dunque tacete hor mai lingue insolenti,
E le nere rendete al cuor mendace:
Ecco ANTONIO erudito, Autor verace
Annoda il vostro dir con dotti accenti.
T'Allori ancora il suo Baston ornato
Fatto Penna sublime, hoggi palesa
Di Salerno i Gran Preggi in Foglio Aurato.
La Fama più, che mai di Gloria accesa:
Con le Trombe sonore, e il tergo alato,
D'una MAZZA immortal porta l'impresa.

Divotissimo Servo
DOTTOR DOMINICO ANTONIO DI LEONE.

SALERNUM URBS VETUSTISSIMA
A SALE NOE PRONEPOTE EXTRUCTA,
OLIM
IN LIBERTATE, ET DUCUM IMPERIO.
NONNUNQUAM
SUB REGUM, ET PRINCIPUM DOMINIO.
VARIO AGITATA EVENTU.
NUNC
SUB DIVI MATTHÆI APOST. ET EUANG. PATROCINIO,
AC
SUB INVICTISSIMO MONARCHA CAROLO II.
FAUSTE FLORESCIT.
PATRIÆ SUÆ CIVIS OPTIME MERITUS
A. M. P.

EMINENTISSIME, ET REVERENDISS. DOMINE.

De mandato Em. Vestræ vidi Librum, cui titulus *Historiarum Epitome*, Authore Antonio Mazza Doctore; eumque Typis dignum censeo, cum nec Fidei, nec bonis moribus adversetur, si ità Em. Vestræ videbitur. Neap. die 10. Augusti 1681.

Emin. Vestræ Rev.

Humillimus, & addict. Servus
CAROLUS CELANUS.

In Congregatione habita coram Em. Domino Cardinali Caracciolo Archiep. Neap. sub die 16. Septembris 1681. fuit dictum, quod stante supradicta relatione imprimatur.

STEPHANUS MENATTUS VIC. GEN.
Joseph Imperialis Soc. Jesu Theol. Emin.

ILLUSTRISSIMO, ET ECCELLENTISS. SIGNORE.

IL Dottor Antonio Mazza supplicando dice à V. E. come hà da dare alle Stampe una sua Opera, che tiene per titolo *Historiarum Epitome De Rebus Salernitanis.* Supplica per tanto l'E. S. degnarsi ordinare li siano concesse le solite Regie licenze, e l'haverà à gratia, ut Deus.

Magnif. Doctor Antonius Anfora videat, & in scriptis referat.

Carrillo Reg. *Calà Reg.* *Soria Reg.*

Provisum per S. Exc. Neap. die 28. Aprilis 1681.
MASTELLONUS.

ILLUSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

EX mandato mihi injuncto ab Excellentia Sua, perlegi Opus inscriptum *Historiarum Epitome de Rebus Salernitanis* à Doctore Physico Antonio Mazza Almi Collegii Promotore, plurima eruditione refertum; nil Regiæ Personæ, dignitati, & jurisdictioni oppositum comprehenderim. immò moribus, ac vitæ disciplinæ accommodatum: quare minimè ab impressione removendum existimo; diuque valeat Exc. Sua. Neap. die 25. Julii 1681.

Exc. Suæ

Humillimus Servus
ANTONIUS ANFORA.

Visa retroscripta relatione imprimatur; & in publicatione servetur Regia Pragmatica.

Carillo Reg. *Calà Reg.* *Soria Reg.* *Florillus Reg.*

Provisum per S. E. Neap. die 11. mensis Julii 1681.
MASTELLONUS.

ELENCHUS CAPITUM,

Quæ continentur in hoc libro.

CAP. I. *De Salernitanæ Urbis Origine* Pag. 1
—— II. *Salernitanæ Urbis, Situs, ac Ubertas.* 3
—— III. *De Antiqua Republica, & Primatu Civitatis Salerni.* 5
—— IV. *De Nobilitate Salernitana.* 9
—— V. *De Salernitanis Regulis.* 10
—— VI. *De Ecclesiis Salernitanis.* 17
CAP. VII. *De Episcopis, & Archiepiscopis Salernitanis.* Pag. 42
—— VIII. *De Salernitanis Civibus, ad Dignitates promotis.* 44
—— IX. *De Antiquissimo Salernitano Studio, ac de ejus Hippocratico Collegio.* 57
—— X. *De Aliis Rebus ad Salernitanam Urbem spectantibus.* 76



A N-



1 # ANTONII MAZZA URBIS SALERNITANÆ HISTORIA, ET ANTIQUITATES.

CAP. I.

DE SALERNITANÆ URBIS ORIGINE.

N amplissimarum Urbium Historia ad pleniorem antiquitatis notitiam perquirendum arbitror. Quis nàm Urbis, de qua agitur fundamenta jecerit? nomenque illi dederit? Qua propter ab ejus nomine sumentes exordium, dicimus, quòd *Salernitana* Urbs propter mare contiguum B *Salum* dictum, & ob rivum, quod *Lirnus* appellatur, ex duobus corruptis vocabulis, *Salernum*, ex *Erchemperti* historijs nuncupata fuit. Vel dicimus *Salernum* appellari à *Silare* Amne *Lucaniæ Salerni* Civitati proximo, quæ & ab eo creditur denominata, ut Joannes Boccatius, *In tract. de flumin.* Blondus Flavius Forliviensis, *In Italia illustr.* Joannes Nicolaus Doglioni *In Amphiteatr. Europ.* scripsere. Aut è *Sale*, & *Erno* fluminibus propè Civitatem sistentibus, denomi-
2 nationem trahens. Vel à regina *Elerna*, filia *Noe*, *Crana*, & *Carna* secundum Ovid. *In lib. fastor.* dicta:

C *Est lucis Elerna.*

Et apud *Berosum Caldèum* uxor *Crani*, nàm *Salernitana* Civitas, Flumen, ac Mons ab ipsa nomen accepere, Patriarchæ *Noe* decreto, ut sua, filiorum, nepotum, & consanguineorum perennaret memoria. In *Gallicia* namque Civitatem *Noelæ* fundavit, à *Noela* sua uxore dicta. *Satubal* Civitas in *Iberia* à *Tubal* ejus nepote ædificata. Ità etiam *Jobel* condidit *Jobelos*, qui *Iberes* nunc, & *Hispani* appellantur, à quibus *Celtiberi* nuncupati sunt. *Japhet* adhuc filius *Noe*, habuit filios septem, & incoluerunt *Europam*. *Noe* bis in *Italiam* pro-
D fectus est, in qua triginta tres annos permansit, usquè ad *Gomeris Galli* primogeniti *Japhet* adventum cum suis Coloniis, ut varii Authores ex Beroso *De antiquit. Jan.* desumpsere. *Gomer* autem instituit *Gomeritas*, ut Flavius Joseph. *Antiquit. Judaic. lib. I. cap. 6.* exaravit. *Henoch* enim filius *Cain* ædificavit civitatem, eamque vocavit ex nomine filii sui, ut *libro Genesis Cap. IV.* legi-

A tur. *Sem* verò filius *Noe* genuit *Arphaxad*, natum post annos diluvii, qui genuit *Sale*. *Lib. cit. antiquit. Judaicar. cap. XIV.*

Probabilitèr igitùr opinor *Salernum* à *Sale Noe* pronepote extructum, ac amplificatum fuisse, cum quo maximam nominis congruitatem habet. *Noe* autèm in *Italiam* proficiscens anno M.DCC. LXV. post diluvium CIX. in *Latio* versatus est, ut Marcus de Frata, *Dialog. II. de Nobilit.* ac Bernius *Lib. III. antiquit.* asserunt, nam *Noe* ante centum diluvii annos genuit *Sem*, *Cham* & *Japhet*, *Lib. III. antiquit. Judaic.* ex Flavio Joseph. Ratione igitur ex ejus etymologia affirmari potest, *Sale Salernum* condidisse, & ab eo acceptum nomen adhuc retinere. Hinc peritissimus Gattula cecinit *In declinat.*

Salernum post diluvium à Sale Noe pronepote conditum 3
Exulta, cujus studio
Arphaxad, Sale primogenitum tuo nomine nuncupavit.

Et Michaël Zappullo *Nel compend. dell' Histor. di Napol. fol.* 267. ait. *Fu Salerno edificato da Sem, come si legge nell' officio particolare di quella Chiesa, approbato da Sommi Pontefici, e nelle Croniche di quella Città.*

Ulterius in festo Santorum Martyrum *Fortunati*, *Cai*, & *Anthes* in *Salernitana* Ecclesia apud Missæ sequentiam decantatur.

O Salernum Civitas nobilis, quam fundavit Sem.

Eòque magis, quòd *Erchempertus Longobardus* Historicus, nunquàm potuit *Salerni* originem adinvenire, quamquàm multos *Latinos*, *Chaldeos*, & *Græcos* codices perlegisset: concludit tandèm antiquissimam esse Civitatem: ideò à Gulielmo Tyrii Archiepiscopo in *Historia belli sacri Lib. XVIII cap.* 4. ante annos quadringentos conscripta confirmatur, *Salernum* antiquissimam Urbem appellari. Et adhuc à P. Merula scribitur, *Cosmograph. part. II. lib. VI. Antiqua Civitas Salernum à veteribus celebratum Scriptoribus.* Hinc est, quòd Poëta inquit.

Urbs antiqua Salernum celebrata per Orbem.

Et alibi.

Gemmea nunc iterum exulta Urbs cantibus.

Postremò omittendum non est, quod in *Chronica Salernitani Lycei* composita per *Rabinum Heli-*

num, qui omnium primus Hebraico idiomate *Salerni* Medicinam legit, hæc leguntur verba.

Hic significatur, qualitèr quidam Sapiens invenit Historiam, quandò Civitas Salerni constructa fuit
4 *per Sem filium Noe, quandò idem Sem venit ad partes hujus Regni, & ipse vocavit Apuliam, quasi Vapuliam à vaporibus terræ, ideoquè fuit vocata Apulia. Et ipse Sem fecit quinque Civitates nomine suo incipientes per literam S. Prima fuit Sipontum, secunda Samnia, quæ nuncupatur Beneventum, tertia Civitas Salernum fuit, quarta Surrentum, quinta fuit Sena Vetus, quæ in partibus Tusciæ est.* Sic rescriptum legitur in M. S. manu quondam Notarii *Simeonis* Marescialло authenticato, qui erat apud V. I. D. *Ferdinandum* à Judice Civitatis *Salerni*, omnium actorum dicti Notarii conservatorem.

Attamen probabilius ex prænarratis dicimus: *Sale* filium *Arphaxad Noe* pronepotem *Salernum* condidisse, illique nomen dedisse. Nec contradictionem implicat in festo dictorum Martyrum decantare: Civitatem esse fundatam à *Sem*, cùm multæ Civitates principia habuerint à Majoribus, incrementa à nepotibus. Exordium fundationis deberi Avo *Sem*; complementum, ac nominis originem pronepoti *Sale*.

CAP. II.

SALERNITANÆ URBIS SITUS, AC UBERTAS.

QUÆ de Poli longitudine, latitudineque dici possent, omittimus, sicuti alia, quæ abundè, ac elegantèr scripsere Marsilius Columna Archiepiscopus Salernitanus, *Lib. de vit. & gest. B. Matthæi cap. VIII.* necnon Abbas Ughellus, *Tom. VII. Ital. Sacr. de Episc. & Archiepisc. Salern.* & demùm graphicè, omnique
5 literarum gloria, ac doctrina clarus Fabricius Pinto. *Nel libro Salerno assediato da Francesi.* Situs namque Urbis, aerisque amœnitas magnoperè illam illustrat, atque nobilitat, sicuti salubrium aquarum copia. Prospiciendum enim commerciis, ac aeri salubritati in condendis Urbibus, ut Strabo *Geogr. lib. XVII.* ac Vitruvius *Proem. lib. II.* monuere. Per commercia namque ditescunt incolæ, per aeris clementiam saluberrima, ac longæva ducitur vita. Jure Aërem Divinitatis participem credidit Antiquitas, undè Hippocrates Cœlum illum appellavit; & *Diogenes Apolloniates* Deum vocari consuevit.

Pervetusta igitur *Salerni* Civitas à *Sale* denominata in *Italiæ* parte sita, ubi *Picentini* dicuntur; non solùm ob commercium, & ob situm optimè constituta videtur, sed adhuc juxtà *Hippocratis* regulas, qui eas Civitates situ morbosissimo esse colligit, quæ ad Occidentem vergunt: Non sic Urbs nostra, cujus major pars est ad Orientem, ad Solem, & ad ventos exposita, ut laudatur à Philosopho, *Lib. VII. politic. cap. 2.* & ab Hippocrate. *De aer. aquis, & loc. tex. 3.* Meritò optimum esse *Salernitanum* aerem autumo, cùm sit purus, nec stagnis nec paludis halitu perturbatus, ut Galenus *Lib. XII. met. cap. 5. lib. I. de sanit. tuend. cap. 11.* statuit.

Ulterius aëris salubritatem declarant loca ab infimis vallibus libera, nebularum noctibus absoluta, & habitatorum considerata corpuscula, si eis color sanus, capitis firma sinceritas, inoffensum lumen oculorum, purus auditus, & similia, sic per Palladium *Lib. I. de re rust. tit. III.* aëris benignitas approbatur.

Statuimus propterea *Salernitanam* Civitatem saluberrimi esse aeris adhuc cum Aristotele *Lib. VII. polit. cap. 5.* dicente: *Urbis autem situs si for-*
A *manda nobis illa est secundùm votum opportunè, & ad terram, & ad mare debet jacere.* Et addit: *Loc.* 6
cit. cap. XI. Urbs terræ, marisque particeps esse debet. Ad Orientem solem conversa, & ad eos ventos, qui indè perflant. Maritimus, namque locus est ad sanitatem commodus, ex Hippocratis doctrina. *Lib. I. præcept. cap. ult.* Saluberrimam etiam maritimam habitationem Averroes *Lib. II. meteor. cap. 2.* agnovit. Quæ singula cum in nostra Urbe conspiciantur: igitur prorsus de sui aeris salubritate, ac bonitate minimè verendum, ut ignarus Vulgus opinatur.

Michael Zappullo *Nel Compend. dell' Histor. di*
B *Nap.* de *Salerno* loquens, dixit. *V'è salubrità d'aere, fertilità de' campi, & abondanza d'acque vive.* Marcus Antonius Columna *Sect. I. hydragiolog.* salubritatem aeris *Salernitani* magnoperè commendat, ut etiam Leander Albertus *Nell' Amphiteatr. d'Europa* non solum aeris amœnitatem, sed aquæ copiam & fructuum abundantiam laudavit: imò subdit, nil mirum si præstantissimi ingenii suos Cives producit.

Hæc *Salernitana* Civitas, quam ab Ortu *Lucani*, à Septentrione *Samnites*, ab Occasu *Campani*, à Meridie *Tyrrhenum* pelagus complectuntur; in montis virentis radicibus collocata conspicitur,
C qui bonæ diei mons nuncupatur, in quo *Salernitani* Iatrophysici *Salernitanam* Scholam egregiè scripsere, usque ad præsens, locus ille dicitur. *Schola Salerni.* à *Neapoli* triginta millia passuum abest, à mari olim quatuor stadiis distans, in vertice montis erecta, depressiori verò loco, in montis medio à *Romanis* pro eorum Colonia, è loci amœnitate ductis reædificata, ut Strabo *Lib. V. fin.* inquit. *Et præsidii adversus eos loco muniverunt non procul à mari Salernum Romani.* Philippus Cluverius *In Ital. antiq. lib. IV. cap. 6.* ait. *In ipso littore posita, cum olim remota esset à mari in montibus, quæ hodiernæ Urbi imminent.* Sic etiam 7
D Livius, *Lib. IV. de bello Maced. & Asiat.* Lucanus, *Lib. II.* Alexander, *Lib. I.* ac varii scriptum reliquerunt.

Urbis ambitus una cum Castro, in vertice montis existente, est bis mille passuum, undiquè circumseptus muris, meridiem reflectens. In hoc conspicuo Castro sublimi loco posito, *Junonis Argivæ* templum olim fuisse à Jasone constructum, testatur Plinius *Lib. III. cap. 5.* dicens. *A Surrento ad Silarum amnem xxx. m. pass. Ager Picentinus fuit Tuscorum templo Junonis Argivæ, sub Jasone condito insignis. Intùs oppidum Salerni Picentia.* In alio colle dicti Castri paulò eminen-
E tiori, stadio procul exigua (sed muris præmunita) turris conspicitur, castrum contra insultantes expellens, & dicitur *la Bastea*: turribusque quàm plurimis Civitas est circumdata.

Quæ assiduè Populo *Romano* fuit fide constans, continuas subjiciendo molestias, propè namque maris littus Urbs, ut diximus, collocata conspicitur. Hostium invasiones nunquam timuit: nullus Barbariæ gentis furor sævitiam in eam adhibere potuit, nec metum ei inferre valuit: imò semper sui Cives strenui, intrepidi, ac pugnaces fuere, ut Silius Italicus *Lib. VIII. de secund. bell. Punic.* narrat *Scipionem Africanum* com-
F mendasse non solùm *Salernitanorum Militum* agmen, sed magnoperè eorum jacula, his versibus.

Ille, & pugnacis laudavit tela Salerni
Falcatos enses, & quæ Bisantia pubes
Aptabat dextris irrasæ robore clavæ.

Nec demùm formidavit cum *Gallorum* Classis ad maris littus appulit anno M. DC. XLVIII. die V. Augusti; Regni tumultis vix sedatis; Duce *Thoma* ex *Allobrogum* Principibus, ac Cardinale 8
Grimaldo Collega, quo proscriptorum auxilio, *Salernum* oppugnaret, at frustrà, nec absquè jactura,

ctura, & ludibrio die XV. ejusdem mensis discedere cogitur; ut abundè Pintus *Nel lib. Salern. assed da Frances.* scripsit.

Undiquè pulcherrimis, ac eximiis domibus, Basilicis, ædibusque Religiosorum Civitas exornata videtur. Mediterraneique æquoris vastum habet ambitum, cum portu à *Manfredo* Rege incepto, quamquàm minimè completo, cùm vitam, ac Regnum amisisset, ut ex marmorea tabula, quæ in Metropolitana Ecclesia *Salerni*, propè Divi *Gregorii* VII. aram, ad præsens conspicitur, & legitur.

A. D. M.CC.LX. DOMINUS MANFREDUS MAGNIFICUS REX SICILIÆ DOMINI IMPER. FRIDERICI FILIUS CUM INTERVENTU DOMINI JOANNIS DE PROCIDA MAGNI CIVIS SALERNITANI DOMINI INSULÆ PROCIDÆ, TRAMONTIS, CAJANI, ET BARONIÆ PISTILIONIS, AC IPSIUS DOMINI REGIS SOTII, ET FAMILIARIS, HUNC PORTUM FIERI FECIT. Constus, Joannes Antonius Summonte, *Part. II. del lib. II. dell' Historia di Nap.* ac alii meminerunt.

Montes, collesque amœnissimos non paucos, opulentissimos, frugiferos, spatiososque agros Orientem versus, ad flumen *Silarim* usquè possidet spatio vigintiquatuor milliarium, ut Lucanus *Lib. II.* dixit.

Vestinis impulsis aquis, radensque Salerni.
Culta Siler.

De *Silari* namquè aquis hoc peculiare traditur: planta si quæ in aquam ejus conjiciatur, eam in saxum mutari, manente colore, formaque ejusdem, ut Strabo, *Loc cit.* & Plinius *Lib. II. cap.* 103. referunt, nec non Silius Italicus dixit.

Nunc Silarus, quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt,
9 *Duritiem lapidum mersis, inolescere ramis.*

Ac Poëta cecinit.

La vè come si narra, e rami, e fronde
Silaro impetra con mirabili onde.

Ulteriùs tanta est florum, rosarum, fructuum, pomorum ubertas, varietas, suavitas, ut non modo Bacchus, & Ceres, sed Flora ac Pomona sedem, & domicilium in hac Urbe habere existimatur. De Rosis notum est, quàm sint in Medicina efficaces, in odore suaves, cùm *Rhodon* à Græcis dicatur Rosa, ob odoris suavitatem. Hinc Propertius.

Odorati virtus Rosaria Pesti

Et Tibullus scripsit *Lib. I.* de his Rosis.

Floret Odoratis terra benigna Rosis.

In colore purpurea, ac rubens, ex *Baptista Pio* dicente.

Talia odorati rubicunda rosaria Pesti.

Et Martialis *Lib. I.* inquit.

Pestanis rubeant æmula labra rosis.

Bis adhùc in anno propè *Pestanas* cum sint progignuntur, ut *Mantuanus*, ait,

Biferique Rosaria Pesti.

Et alibi.

Quales ferre solent Pestana Rosaria.

Et adhùc *Vidi* testatur. *Pestano gaudere rosaria cultu.*

Nulli jurè nostra Civitas Orbi fertilitati, ac amœnitati cedit, apricas namque habet valles, vineta, oliveta multa, ac cujuscumque generis arbores copiosis, optimisque fructibus abundantes. Undique viridaria florent, locus delitiis, ac voluptatibus refertus. Mitissimam namque habet hyemem, ut *Julius Cæsar Scaliger* cecinit.

10 *Qui Boreæ gelidas furias contemnit ovantes,*
Torva procellosi despicit arma noti.
Medorum, & Sylvi fœcundas provocat auras,
Fundit, & à biferis Indica dona jugis:

A *Protinus Autumnus Veris cum tempore certat:*
Et Ver cum Autumni tempore certat item:
Huc accessit Hyems vernantibus uda capillis:
Et peperit mirans, & sibi poma legit.
Tuta mari fruitur: terræ dominatur amatæ:
Et cœli mutat jura: quid ergò? Dea.

Situs totus vitalis, perennis salubritatis, cœlique temperie fruens, ità ut Leander Albertus *Nella Descritt. d' Italia* dixit. *Sono certamente questi luoghi tanto nella Città, quanto fuori, così delitiosi, & ameni, che sono d'annoverare frà i più vaghi, e dilettevoli d'Italia.* Et Marcus Antonius Sabellicus *Orat. VI. Salernum Urbs in amœnissima Italiæ* B *parte sita*, ait. Gaudet namque saluberrimo aere, cœlique serenitate; nil mirum si incolarum vita longæva, ac salubritèr conservatur. Hinc Horatius *Lib. I. epist. XV. ad Valam.* cecinit.

Quæ sit hyems Veliæ, quod cœlum Vala Salerni.

Cœterum egregii scaturiunt fontes non solùm in viis omnibus, sed etiam in sacris, privatisque ædibus, in quibus Eliconæ rivuli perlucidi fluunt multi murmure perennis aquæ: meritò hic, ut diximus *Salernitani* Iatrophysici, De Conservanda Valetudine Opus *Anglicano* Regi metrico carmine scripsere, à loci amœnitate studiosorum animi ducti: Illustrem ergò delectabilem, situque C jucundo, atque hilari *Salernitanam* Civitatem cernes; quæ omnium denique rerum ad vitæ usum ubertate, & copia abundat. Meritò à Paulo Diacono *Lib. II. de Longobard. orig. & gestis cap. XI.* inter opulentissimas Urbes reponitur. Ejusque effigiem in Vaticanis Ædibus Summus Pontifex 11 *Gregorius* XIII. his celebrari verbis mandavit.

Salernum hìc vides à Silare amne dictum in Picentino agro positum: Urbem tùm vetustate insignem, tum Romanorum Colonia nobilem: hodiernis temporibus totius caput Principatus, & sedem appellatam.

CAP. III.

D

DE ANTIQUA REPUBLICA, AC PRIMATU CIVITATIS SALERNI.

CUM de Situ; ac Agro *Salernitano* satis superque actum sit, consentaneum censetur aliqua de Antiqua ejus Republica, quamquàm difficilè ob temporum diuturnitatem referre: nec non de ejus Primatu agere.

Romanorum Coloniam anno *Romæ* fuisse *Salernitanam* Civitatem, planèque, cum Panvinio *In Imper. Roman.* affirmandum, qui *Salernum* posuit in Colonia 56. Civium *Romanorum*, ut etiam Li- E vius, *Lib. XXXIV.* Paterculus, *Lib. I.* Strabo, *Lib. V.* & Appianus *Lib. I. bell. civil.* scripsere P. *Cornelio Scipione Africano* 2. *Ti. Sempron. Longo* Cos. Anno 560. Philippus Cluverius *In Italia antiq. lib. IV. cap.* 6. ait. *Coloniam Romanorum huc deductam fuisse.* Authores sunt Livius *Lib. IV. de bello Maced. & Asiat.* Vellejus *Lib. I.* asserentes, quòd *Cn. Mancio Volsone, & M. Fulvio nobiliore Consulibus, Bononia interjectoque triennio Aquileja, & Gravisca, & post quadriennium Lucca eodem tempore tractu, quamquàm apud quosdam ambigitur Puteolos, Salernum, & Buxentum missi Coloni.* 12

Longè alitèr *Livius*, qui ante omneis istas Co- F lonias *Salernum*, *Buxentum*; deductas Colonias tradit anno septimo post bellum *Annibalicum*. Intùs verò *Salernum*, quod *Romani* munierunt in *Picentes*, & *Lucanos* ob initam cum *Annibale* societatem, ut *Volateranus* notavit. In consulatu *P. Cornelii Scipionis Africani*, altero, & *Ti Sempronii Longi*, verba ejus loco citato in rebus dicti Consulatus hæc sunt. *Coloniæ Romanorum Civium deductæ eo anno sunt Puteolos, Vulturnum, Linternum treceni homines in singulas, item Salernum; Buxentumque Coloniæ Romanæ deductæ sunt.*

Extitisse similitèr hanc Coloniam temporibus bellorum civilium, refert Appianus *Lib. cit.* dicens: *Papius Stabias cepit, & Linternum, & Salernum, quæ Romanorum erat Colonia:* nec non Capacius *In Histor. Puteolan.* confirmavit: nam *C. Acilius* Tribunus Plebis legem tulit, ut quinque Coloniæ in oram maritimam deducerentur, duæ ad ostium Fluminis *Vulturni*, una *Puteolos*, una ad Castrum *Salerni*: his *Buxentum* quoque adjectum: tricenæ familiæ in singulas Colonias jubebantur mitti; quæ Coloniæ privata aliqua Civitatis jura, ut cœteræ Coloniæ habebant non publica, & ostenditur, nàm Coloni, qui *Puteolos Salernum*, & *Buxentum* adscripti erant, ob id Cives habebantur, attamèn non esse Cives *Romanos*, licèt nomine, revera Colonos *Salernitanos* Senatus adjudicavit.

Nec Colonia Reipublicæ libertati contradicit, nàm Colonia patria *Agrippinæ Neronis* Matris, erat Respublica, & ob illius augmentum, & de-
13 cus *Lib. XII.* ait Tacitus. *Agrippina, ut gloriam suam ostentaret in Ubiorum Metropolim, ubi genita erat, Coloniam deduci jussit:* & exindè fuit dicta *Colonia Agrippina*: Paulus Manutius *Nell' antichita di Roma fol.* 32. dixit. *Coloniæ Romanis legibus vivunt, minimè tamen à Romanis Magistratibus, sed à suis reguntur.* Et sic Colonia Reipublicæ fœderata, ac Imperii socia dici potest.

Antiquitùs *Salernum* diù Rempublicam fuisse, *Longobardorum* sedem, *Nortmannorum*, ac *Apuliæ* Ducum, omniumque ordinum Cives suo ordine Magistratus gerebant, *Lucaniæ* caput, ac *Picentiæ* Emporium, Volaterarius scripsit *Lib. Historiar. XXII.* Ex nobilibus namque & populo Dux eligebatur, qui tanquàm Monarcha legem imponebat, nummos quoque aureos argenteos, ac æneos cudendo in quibus Duces exsculpti in majestate sedentes aspiciebantur, ex altera verò parte Civitas exsculpta cum hoc versu videbatur.

OPULENTA SALERNUM.

Priscis olim temporibus *Salernitana* Respublica fuit nuncupata, suosque semper habuit Duces, illam moderantes, ut ex variis privilegiis clarè apparet: nec non Municipiorum Magistratus obtinebat, Municipes enim, ut ait Gellius *Lib. XV. cap.* 13. suis moribus, legibusque vivebant, nulla Populi *Romani* lege adscripti; Municipes cujuscunque Civitatis Cives appellantur, ut *L.* 1. *ff. ad municipal.* constat.

Primus autem Dux ponitur *Otho*, quamquàm nulla ob temporis vetustatem continuata series inveniatur. At quia non solùm observatio nummorum, sed lapidum, aliorumque veterum monimentorum, ad clariorem antiquitatis notitiam magnoperè valet: ideò omittendum non videtur,
14 quod marmoreus olim, ac vetustissimus in dicta Urbe reperiebatur Arcus, ubi ad præsens Portærotensis Sedile conspicitur, cùm nonnullis marmoreis Statuis super suas bases fundatis: in una quarum in subterranea ferè parte hæc legebantur verba.

ANNIO VITTORINO V. C. CORR.
LUCANIÆ,
ET BRUTIORUM OB INSIGNEM BENEVOLENTIAM EJUS
ODRO, POPULUSQUE SALERNITANUS.

Nec non aliud Epitaphium Ædilitium in *Pomonæ* olim dictæ Civitatis templo, nunc in Archiepiscopali Palatio, sic inscriptum cernitur.

I. TET TIENUS FELIX AUGUSTUS
SCRIBA LIBRAR. ÆDIL-CURRULIS
A VIATOR ÆDIL. PLEBIS ACCENSUS
CONSULI H. S. T. M. N. LEGAVIT
AD EXORNANDAM ÆDEM POMONIS
EX QUA SUMMA FACTUM EST FASTIGIUM
INAURATUM PODIUM PAVIMENT. MANUFACTORUM.

Tempore Imperatoris *Valentiniani*, nonne constitutio data fuit ad *Artemium* tunc Correcto-
B rem *Lucaniæ*, & *Brutiorum?* acceptata *Salerni* anno 364. 15. Kal. Novembris. Divo *Joviano*, & *Varroniano* Conss. ut refert *In C. Justinian. l.* 1. *C. de privilegiis apparitorum magisteria potestat. sub. lib. VIII. tit.* 3. Jacobus Gothofredus.

Tandem C. Julius Solinus *Polyhistor. cap. XLVIII.* scripsit, *Quod Senatui adeò placuit odorum delitia, ut ea etiam in penetralibus tenebris uteretur, sicut L. Plotium fratrem L. Plotii bis Consulem proscriptum à Trium viris in Salernitana latebra unguenti odor prodidit:* sicut Plinius *Lib. XIII. cap.* 3. cum *Valerio Maximo* confirmavit. *At quia nil semper suo statu manet* Cicero 1. *de*
C *Natura. Deor.* inquit. *Abeunt namque omnia.* Cato Major dixit, *Perpetuumque nihil; omnemque Rempublicam mutari*, cognovit Plato, *Lib. VIII. de* 15
Republic. Nil mirum si à Ducibus ad Principes fuit commutatio: priùs namque ut diximus, Duces *Salernitani* nuncupabantur, totam *Lucaniæ* Regionem, & *Campaniæ* partem possidentes, *Salerni* sedem locantes, ut in Marino Freccia *in lib. de subfeud. nu.* 73. legitur, ac in *Cassinensi Chronica.* Cuncta verò ob antiquitatem describi minimè possunt, dùm *Omnia ista longa varietas, & sursum deorsum fortuna versavit*, ut Seneca *Epist.* 44. scripsit.

D Inter primas Regni Civitates ab omnibus nostra Civitas connumeratur, ac existimatur: præcedit namque *Capuæ* Civitati in publicis parlamentis, ut per doctrinam Afflicti *Super constit. in loc. deman. n.* 3. probatum est, & Tassonus *De antefat. vers.* 14. *obser.* 1. *n.* 27. ac Freccia *De subfeud. lib. III. in ultima quæst. n.* 62. illis verbis statuere. *Hodie vertitur controversia inter Civitatem Capuanam, & Salernitanam, quia Civitas Salernitana prætendit in parlamentis Capuam præcedere, licèt inter isto termino fuerit sub Baronis dominio, ac hodie demanialis est. Capua autem multa deducit de ejus origine, & dignitate, de quibus Ve-*
E *teres latè scripserunt, licèt Sedes antiqua Urbis sæpè mutata. Salernitana etiam magnam antiquitatem habet secundum graves Authores, & inter Romanorum Colonias, quæ posteà suffragium promeruit. Agri Picentini inter Oppidos nobilissima Civitas legum, philosophiæ, & artium Mater, & Alumna, Regia Urbs, & Sedes excelsa, tunc monetam cudebat argenteam. leges Regni ex ordine literæ primæ eam nominant.* Quod similitèr à Spectabili Regente Tappia *Super jus Regn. lib. II. super constit. in loc. deman. tit. de off. Notar. & Judic.* confirmatur.

Primatus privilegio etiam Archiepiscopus po-
F titur, & constat tùm ex Bulla *Urbani* II. de primatu Ecclesiæ *Salernitanæ* adducta ab Abb. Ughello *Tom. VII. Ital. Sacr. de Episc. & Archiep. Salernit.* sed etiam patet per attestationem Freccia dicentis. *De subfeud. lib. I. tit. de Prov. &* 16
Civit. Regn. n. 33. *Salernum olim Picentiæ Emporium, Romanorum Colonia, citrà suffragium, Primaria Urbs Metropolis, & nobilissima Civitas, Principibus decorata titulis, artium, & disciplinarum alumna, & Mater, Regia nunc Urbs, & omni ævo digna veneratione Regum Regia, & Cæsarum Sedes.*

Sedes. Se sub Normandis, *& Carolo I. qui filio Carolo concessit titulum Principatus*, *&c.* Ergò statuendum *Salernitanam* Urbem inter cunctas Regni Civitates Primatu insigniri, ac inter præcipuas Orbis Urbes reponi.

CAP. IV.

DE NOBILITATE SALERNITANA.

CLARISSIMAM, illustrem, ac antiquissimam ex omnibus *Italiæ* locis esse *Salernitanam* Nobilitatem haud verendum. Major enim pars à *Gothis*, *Suevis*, *Longobardis* originem traxit. Cernitur etiam exornata Titulis, decorata Trabeis, multisque ditata Feudis: conjugia, & affinitates semper cum *Salernitanis* Principibus contraxit. Ex hac nobilissima Civitate plures in diversa *Italiæ* loca Nobilium Coloniæ deductæ sunt.

Nobilitas ista, quæ à principio suæ fundationis fuerit à Plebe distincta, negari non potest; imo clarè ex marmoreo Epitaphio in superiori Capite descripto conspicitur: cum quo *Salernitanus* Populus maximè *Annium Victorinum* Correctorem *Lucaniæ*, & *Brutiorum* honorat; Statuas,
17 Trophea, ac Marmoreos lapides, & perennes memorias ei erigendo, ut *Atheniensis*, & *Romana* Respublica suis egregiis Civibus faciebant.

Perpetuò, ac assiduè nobilissimo splendore ejus Cives potiti sunt, ut testatur Raphaël Volateranus *Lib. XXII. Histor. Salernum*, inquiens, *olim Picentiæ Emporium*, *Romanorum Colonia*, *Primaria Urbs Metropolis*, *& Nobilissima Civitas.* Marinus Freccia *Lib. I. de subfeud. subdens ait*, *Regia nunc Urbs*, *& omni ævo digna veneratione*, *Regum Regia*, *& Cæsarum Sedes:* Clarissimi igitur in Nobilitate sunt.

Nobilitas quidem apud omnes maximo in honore habetur, ut Aristoteles *Lib. III. polit. cap.* 8. scripsit: Nobilis enim ex *Quintiliano* notum denotat: cum Nobilitas sit noscibilitas, quæ non ob fomentum superbiæ, ut dixit *Epist.* 2. Divus Fulgentius: nec ob sanguinis fastum, veniens laus de meritis Parentum, ut notavit Boetius. *Lib. III. de consolat.*

Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Cicero *Pro Mur.* ob militiam, & literas Nobilitatem agnovit, dicens. *Duæ sunt Artes*, *quæ possunt locare hominem in amplissimo dignitatis gradu*, *Militia*, *& Sophia:* ex Militia enim Monarchiæ, Imperia, ac Regna originem habuere; sicut ex Literis: Nobilis namque ille censeri debet, qui virtutis radiis splendescit, ut inquit Philosophus, *Lib. IV. polit. cap.* 6. nulla equidem Nobilitas est, quam Virtus, nulla nobilitat ex Divo *Bernardo*: & Juvenalis *Satyr. VIII.* insurgens in eos, qui pervetustam generis nobilitatem jactant, ait.

Tota licèt Veteres exornent, undique Ceræ
Atria, Nobilitas sola est, atque unica Virtus.

Nobilissimus verò dicitur, qui sanguinis, ac
18 virtutis gloria simul illustratur: ideòque tres Nobilitatis differentiæ à Felino *Super Codic.* statuuntur, una sanguinis, quæ est dignitas à sanguinis splendore proveniens, ab Avis demisso, & continuata successione in legitimos liberos manante, ut Landulfus *in* 2. *Clement.* ait. Altera virtutis, de qua Baldus *in lib. II. C. de commerc. & mercat.* inquit; *Quemcunque virtute præditum esse Nobilem.* Tertia demùm Nobilitas est virtutis, & sanguinis, simulque certè numeris omnibus absoluta extitit, ut scripsit Baptista Mantuanus dicens. *Magnum est virtutis adjumentum*, *claris ortum esse Parentibus:* nam, *Ex melioribus ortos esse meliores*, Aristoteles *Loc. cit.* notavit. Quamquàm eadem sit in singulis hominibus originis antiquitas: limum cuncti habent generis authorem sui, ex Agapito: *Dialog. ad Justin.* & Boetius 3. *de Consolat.* æquè quo ad genus omnes homines nobiles posuit, inquiens.

Omne hominum genus in terris
Simili surgit ab ortu:

& subdens, ait:

Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen,
Quid genus, & proavos strepitis?
Si primordia vestra
Authoremque Deum spectes,
Nullus degener extat,
Ni vitiis pejora fovens
Proprium deserat ortum.

Et Seneca *Epist.* 44. ait. *A primo mundi ortu usque in hoc tempus perduxit nos ex splendidis*, *sordidisque alternata series. Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus*; *neque in nostram gloriam vixit*; *nec quod ante nos fuit*, *nostrum est*, *Animus facit nobilem.*

Quapropter nobilissimæ hujus Civitatis hominum 19
cœtus in tres distribuemus Classes. Quarum prima erit Nobilium de Sedili, vetustate, & magnificentia nemini secunda: cùm namque Nobilium familiæ crevissent, sæpèque de generis nobilitate dissensissent, gravi odio, ac diutina simultate confligebantur; ideòque in unum coacto Concilio, in tria distincta Sedilia pari voluntate conjuncti, complexique sunt: & ex tunc concorditèr, amicissimè, ac fidelitèr vixerunt. Tria propterea *Salernitana* in Urbe Sedilia numerantur: unum dicitur *Porta Nova*: aliud *Portæ Rotensis*: alterum verò *del Campo*. Secunda Classis est more Nobilium Civium viventium. Tertia Mercatorum, Artificum, ac aliorum de Plebe: & si Aristoteles *Lib. VI. politic. cap.* 4. dixit, quòd optimus Populus ex agricolis constat, nam fortissimi, si essent instructi, in disciplina militari evaderent; at quia intra Civitatis mœnia haud habitant, illos omittimus.

Primæ Classis Viri Nobiles, seù Patritii de Sedili appellantur, præclara stirpe orti; de quorum laude eloqui non libet: eloquentissimi namque Scriptores de ipsorum propagine luculenter dixerunt: admirari satius est, quàm pervetustam eorum Nobilitatem describere.

Secundæ Classis sunt Cives Nobiles, more Nobilium viventes: sicut plurimi adhuc Majorum stemmatibus orti ob arma, literas, dignitates, feuda, ac per multa præclara gesta conspicui: ab aliis similitèr Civitatibus ortum ducentes, à quibus prisca eorum Nobilitas originem trahit.

In tertio verò Classe ponuntur Artifices, & alii, qui numerosi sunt in Civitate, sicuti, & cæteri de Vulgo, seu de Plebe, de quibus ma- 20
gna numeratur copia: at cum nostrum de his omnibus loqui non sit, ideò dicendum de *Salernitanis* Regulis.

CAP. V.

DE SALERNITANIS REGULIS.

PROPRIOS Regulos per secula multa *Salernitana* Civitas habuit, quando fortuna, *Romanique* Imperii majestas in ejus fide constanter fuit: qua collabente *Longobardi*, *Nortmanni*, *Suevi*, *Galli*, ac *Hispani* nunc felicissimè regnantes, æterneque sub Catholico, ac Invictissimo nostro Rege *Carolo* II. quatrimundi Monarcha, perennè regnabant.

Salernitani namque Principes inter totius Regni Principes nobilissimi, ac potentissimi fuere:

initio enim Reges erant, minimèque ex alterius nutu pendebant, in quorum ordine numeratur.

1. Primus *Salernitanus* Princeps *Arichis* è *Longobardorum* genere, Dux primò *Beneventi*, quem unanimiter Cives omnes Principem acclamaverunt, ac honorificè ad Principalem dignitatem asciverunt, ut *Romualdus* II. Archiepiscopus *Salernitanus* scriptum *in Chronic.* reliquit: uxorem duxit *Adelpergam* filiam *Desiderii Longobardorum* Regis, ex qua filios *Romoaldum*, *Egisifum*, *Theoraldam*, & *Adelcisam* suscepit: relicto namque Ducis titulo, inter Principes primus fuit nuncu-
21 patus: à Comprovincialibus ejus sedis Metropolis Coëpiscopis, more Regio ipsum ungi mandaverit, ac ipsimet Regiam Coronam imponi: in Sacratissimo Palatio subscriptiones dari jussit: Erchempertus *in Histor. Longobard.* Leo Ostiensis *Lib. I. cap. 9.* Capacius, *Lib. I. Neapol. Histor. cap. 12.* ac Freccia *Lib. de subfeud.* notavere. Tunc Provincia Principatus anno 762. fuit appellata: amplificavit, ac ope mirifico communivit, novaque fabrica *Salernitanam* Civitatem reparavit, ut perpetuò esset Principibus præsidium, sicut apud Ostiensem *Lib. cit. cap. 12.* legitur: in quodam ejus tumulo adhùc videtur.

NEC MINUS EXCELSIS NUPER CIRCUMDATE MURIS
STRUCTOREM ORBE TUUM CLARE SALERNE GEMIS.

Ecclesiam Sancti *Petri* ad *Curtim* exstruxit, in qua Idolum ingens *Arichis* ex auro fabrefactum invenit: in hac sacra Æde ad præsens Regius Abbas à Catholica Majestate ponitur: *Argivos Arichis* superavit, ac in fugam compulit: ætate 53. annorum placida morte quievit 7. mensis Septembris 787. in sede ipsius humatus; annos 29. & menses 6. regnavit, ut Abb. Ughellus *Tom. VII. Ital. Sacr. de Episc. & Archiep. Salernit.* notavit.

2 *Grimoaldus* secundus genitus, ob *Romualdi* primogeniti mortem *Luceriæ* à *Pipino Caroli* Magni filio *Papiæ* in carcerem fuit ductus, libertati deindè anno 788. donatus; dummodò in singulos annos persolveret viginti quinque mille aureos, & *Salernitanam*, ac *Acheruntinam* Civitatem destrueret, aliisque conditionibus: venit deindè *Salernum*: *Grimoaldus Apuliam* versus discessit, *Acheruntinam* destruxit Civitatem: denuò *Salernum* rediens, ad Civium preces, dumtaxat parietes ad *Fagustinæ* rivum desolavit, aliamque muri partem ad Occidentem versus, ubi dicitur *Bussano-*
22 *la*, necnon propè maris littus Meridiem versus: mortuo *Carolo*, muros ampliori forma reædificavit, anno 806. *Salerni* occubuit; & in majori Ecclesia *Sanctæ Mariæ Angelorum* priùs dicta sepultus.

3 *Grimoaldus* Princeps tertius creditur dicti *Grimoaldi* filius fuisse, duos regnavit annos, & à *Radelchise Capuæ* Comite, anno 817. interemptus fuit.

4 *Sico Spoletinus* anno 818. strenuus fuit miles, *Neapolim* expugnavit, undè corpus gloriosissimi Martyris Januarii extraxit, ductumque *Beneventum*, ut legitur apud Capacium, *in Puteolan. Histor.* & apud Leonem Ostiensem, *Lib. I. Hist. Cassin cap. XXII.* anno verò 1497. in *Neapolitanam* Basilicam translatum, & novam *Capuam* ædificavit: regnavitque annos 15. obiit anno 833. *Sicardum* ejus filium hæredem principatus effecit.

5 *Sicardus* Patri successit, immanis, ac crudelis erga subditos: *Liparis* insulam subjugavit, è qua corpus Sanctissimi Apostoli *Bartholomæi* anno 837. abstulit: *Beneventum* translatum secundum *Platinam*, Sabellicum 1. *Ennead. IX. lib.* Frecciam

A *Lib. I. de subfeud.* & Chronicam Cassinensem: *lib. I. Chronic. Cassin. cap. XXIII. Amalphitanos* etiam sub suo dominio posuit, ab eis Sacratissimæ Virginis ac Martyris Trophomenæ corpus transferendo: anno verò 839. post dominium annorum sex, tamquàm Tyrannus trucidatus fuit.

6 *Radelchis*, Thesaurarius *Sicardi*, illi in Principatu successit, quamquàm de jure ad *Siconulfum*, supradicti *Sicardi* germanum successio spectaret, imò illum in carcerem constituit. Ad *Nuceriam Dauferius* relegatus fuit, eò quia *Salernitanos* ad *Siconulfum* liberandum è *Tarentinis* carceribus in-
B duxit, illumque pro illorum Principe acclaman-
tes: ab arce igitur sub mentita forma mulieris 23
græcæ suæ amatæ fuit liberatus: in portu à *Salernitanis*, ut alii mercatores, ibi existentes susceptus.

7 *Siconulfus Salernum* ductus, Princeps acclamatus, cum *Radelchide* gessit bellum, illumque superando cum exuviis, & captivis *Salernum* se contulit; deindè *Radelchis* cum *Saracenis* fœdus iniit, licèt ob pecuniæ inopiam, ac pessimos *Africanos* mores illos dimisit: ope verò *Guidonis*, ejusque affinis Ducis *Hetruriæ*, invicem conve-
C nerunt, *Beneventi* Ducatum *Radelchisio*, *Siconulfo Salerni* Principatum dividendo, anno 840. ex *Romualdo* II. *in Chronic. Amalphitani* similiter spontè dicto Principi se submisere, quem justum, ac strenuum mors anno 848. eripuit.

8 *Sico* pupillus, *Siconulfi*, filius successit, sub *Petri* ejus Compatris tutelam anno 851. qui unanimiter cum *Beneventanis* contra *Saracenos* arma gerens, ex hoc mundo migravit. Pupillus verò (*Siconis* industria) acerbæ morti succubuit.

9 *Siconus*, post ultima fata pueri, ad Principatum conscendit regnavitque annos 5. & tandem ab hac luce subtractus est.

D 10 *Ademarius*, post *Siconis* funera, à *Salernitano* Populo anno 856. Princeps fuit designatus, at quia ingentia cupiebat lucra, à *Salernitanis* odio habitus, oculos, ac Principatum *Ex Histor. Ignot. Cassin. n. 23.* abstulerunt.

11 *Guaiferius*, cognomento *Balbus*, *Majonis* filius, anno 861. fuit Princeps acclamatus attamen ob ejus rapacitatem odiis infensus à *Guaiferio* ejus affine, convocato populo, Principatu privatus fuit, ac vinculis traditus, obiit anno 866. ut ex Julio Cæsare Capacio *Lib. I. Histor. Neapol. cap. XX.*

12 *Guaiferius* Patruus *Dauferii* ad Principatum 24
E fuit electus: cum *Radelchide Beneventanorum* Duce conjunctus: à *Basilio Macedone* auxilium quoque petierunt: *Saracenos* simulque juncti ab *Italia* exterminavere, quæ a ferocissimorum hostium immanitate fuit liberata, ut dictus Capacius *Loc. cit.* dixit. *Abila* verò *Saracenorum* Dux cum sexaginta duobus millibus militum circumsidere *Salernum*: attamen Princeps *Beneventani* Ducis auxilio extra muros pugnans in loco, ubi nunc dicitur *la Carnale* quindecies mille *Saracenos* trucidavit, ideòque adhuc ad præsens locus ille dicitur *la Carnale*: *Abila* verò reperiebatur intùs Ecclesiam, in qua venerabantur corpora SS. Marty-
F rum *Fortunati*, *Cai*, & *Anthes*, quæ Ecclesia extra Civitatis muros reperitur, ibique à trabe lapso ob crimina obscæna cum quadam puella fœdissima super ejusdem Ecclesiæ altari publice patrata repentè occubuit. Electus deindè *Abimalec* in Ducem fuit, diùque Civitatem vexavit, tandem cuncti *Saraceni* ab Urbe *Salernitana* in *Siciliam* expulsi fuere, à quo Regno denuò egressi *Citariam*, nec non *Fontem Salerni* portum petierunt: demùm anno 880 à *Salernitanis* fugati: Princeps verò languore correptus, principatu deposito, in Divi *Benedicti* familiam se reposuit, summis votis expetens ad *Cassinense* Cœnobium deferri, sed cum ob

ob *Saracenorum* incursionem id fieri non posset, *Taneum* delatus est, ubi vitam finiens, tumulatus fuit, ut Wion *in lign. vit. lib. IV. cap.* 37. *& lib. I. Chron. Cassin. cap.* 41. scripsit: Ecclesiam Sancti *Maximi*, quæ per Monasterium Cassinense Sanctissimæ Trinitatis olim possidebatur, ædificavit, ut in tabulis dicti Sacri Monasterii habetur descriptum.

25 *In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Regnante Dom. Ludovico Imperatore Augusto, anno Deo propitio, vigesimo mensis Novembris* 2. *Ind. Ego Gauferius Divina gratia Princeps filius quondam Dauferii Principis, divino auxilio me adjuvante, intus hanc Salernitanam Civitatem super ipsa fistula propinqua casa mea, a fundamine usque ad culmen Ecclesiam Dei ædificavi in honorem, & vocabulum Sancti Maximi Confessoris Domini nostri Jesu Christi, &c.*

13 *Guaimarius* filius dictus *Malamemoriæ*, successit anno 894. ut Romualdus II. *in Chronic.* asserit, è non paucis locis *Moros* extrusit: Ducatum *Beneventi* obtinuit, *Adinolfum* expellendo, apud *Salernitanos* odio habitus: privatè tandem vivendo in palatio dictæ Ecclesiæ Sancti *Maximi*, post quadraginta annos dominii, vitam cum morte commutavit.

14 *Guaimarius* II. juvenis dictus *Calvus*, adhuc suo genitore vivente regnavit: Græciæ Imperatoris auxilio *Saraceni* omnes trucidati fuerunt, ut habetur *Lib. I. de subfeud.* apud Marinum Freccia. Ope equitum quinquaginta *Normannorum*, qui navi à Terra Sancta devenere: à quibus deindè *Normanni* Principes, ac *Neapolitani* Reges Originem duxere, annos 37. regnavit: tandem à Libytinæ falce, anno 945. fuit raptus, in Cathedrali Ecclesia sepultus.

15 *Gisulphus Guaimarii* filius, etiam parvulus parenti succedendo regnavit, Beati Apostoli, Evangelistæ, ac Martyris *Matthæi* corpus *Lucaniæ* finibus inventum, ut notatur per Baronium *Tom. XI. ad ann.* 954. & ex *Erchemperti* Historiis, è *Pestana* Civitate, anno 954. tempore Præsulatus *Bernardi* II. summa cum veneratione in Ur-
26 bem *Salernitanam* transtulit, cujus adventum Sanctus *Gramatius* II. *Salernitanus* Episcopus, ultimis ejus vitæ horis his prædixit verbis. *Non post multa tempora Ecclesia Salernitana cœlesti thesauro decorabitur, atque ad supremum honoris apicem deducetur*: Festum verò dictæ Translationis singulis quibusque annis pridiè Nonas Maji solemniter per octo dies hymnis, rosis, & floribus, maximo Populi concursu celebratur: universusque Clerus, Abbates, ac Comprovinciales cuncti Episcopi primis Vesperis, nec non Missæ solemni interesse compelluntur: ob illius adventum, qui omnium primus hebraicis litteris Evangelium scripsit, ut notat Divus *Hieronymus* octavo post Salvatoris Ascensum anno: ex Marco Antonio Marsilio Columna *Lib. de vit. & gestis B. Matthæi cap. II.* nam trium ordinum Coronam reportavit, simulque Apostolus, Evangelista, ac Martyr extitit, ut dixit Urbanus II. *in bull. ann.* 1099. & habetur apud *Romualdum* II. *Gisulphus* verò Deo animam, anno 981. efflavit.

16 *Landulphus* à Sancta *Agatha*, *Capuæ* Principis filius, cum *Gisulphi* proles non adesset, anno millesimo ad Principatus fastigium fuit electus: sub *Joanne* Abbate in Divi *Benedicti* Religionem ingreditur: omnia hæreditario jure ad se pertinentia, se, suaque Sancto *Benedicto* obtulit, & in humilitatis suæ proposito perdurans, quievit in pace, & in *Casino* sepultus inquit Wion. *Loc. cit.*

17 *Joannes* de *Lamberto Longobardi* filius ad Principatus culmen evectus, optima fama, anno 1030. obiit.

18 *Guaimarius Balbus* filius successit, ejusque

A ope *Pandolfus Capuæ* Princeps, qui apud *Germanos* carceri detinebatur, libertati donatur, ut narrat Julius Cæsar Capacius: *Lib. Histor. Neapol. cap. XII.* 27
tandem immanis, ac crudelis factus, diris vulneribus, anno 1052. à *Salernitanis* triginta sex plagis perfossus, magno cum ludibrio in ejus cadaver insævierunt, ut in Cassinensi Chronica *Lib. II. cap.* 86. legitur, ac in dicto Chronicon *Romualdi* II. ac apud Anonymum *Cassinense*.

19 *Gisulphus* II. *Longobardorum* novissimus, occiso ejus Patre *Guaimario*, in *Salernitanos* Parentis cæde animadvertit, ac quadraginta reos trucidavit: qui etiam *Alexandri* II. Concilio *Salerni*
B habito anno 1069. interfuit, sic etiam illo celebrato *Romæ* à *Gregorio* VII. anno 1079. in quo *Robertus Guiscardus Nortmannorum* Dux, ejus affinis, Ecclesiæ bonorum occupator, excommunicatus fuit: per menses septem *Salernum* obsedit: tandem die 17. Septembris 1076. fugam arripuit, *Gisulphus* verò *Romam*, ac *Cisalpinam Galliam* petiit, & è *Longobardorum* linea postremus Princeps *Gisulphus* fuit.

20 *Robertus Guiscardus*, *Nortmannus*, Astutus, seù Ingeniosus dictus, *Tancredi* filius Dux *Apuliæ Calabriæ*, ac *Siciliæ*, primus ex *Nortmannorum* genere *Salerni* Princeps: Cives beneficiis
C multis cumulavit, magnificum ingentisque molis Templum construxit, in quo anno 1076. Evangelistæ *Matthæi* corpus collocavit, ut ex Summonte *nella* 1. *parte dell' Histor. di Napol. cap.* 13. habetur: Pontificis jussu *Beneventum* vexare destitit, *Græcos* classe vicit, à *Gregorio* VII. vocatus in mole *Adriani*, magno exercitus apparatu *Romam* profectus est: ob cujus adventum territus *Henricus* III. Imperator, *Senam* se contulit: *Robertus* autem strenuè pugnans Capitolium, aliaque proximiora Castra igni dedit: tandem die 13. Februarii 1084. Pontificem in propria Sede col- 28
D locavit, ut Historici cuncti testantur, præsertim Brianus. *Histor. d'Italia tom. I. fol.* 7. *Romanorum*que inconstantiam videns, *Salernum* tamquam in locum tutum, & fortem secum Pontificem duxit, ubi anno 1085. die Dominico 25. Maji ad beatiores sedes evolavit: ejusque ultima verba fuere. *Dilexi justitiam, & odivi iniquitatem.* Sic scripserunt Paulus Bernriedensis, *in Vita Gregor. VII.* Anonymus Cassinensis *in sua Chronic.* Capacius. *Lib. I. Neapol. Histor. cap.* 20. Et Zappullus *Nel Compend. dell' Histor. di Rom. fol.* 230. testatur in successorem Sanctissimi Pontificis *Gregorii*, *Salerni* in Summum Pontificem *Victorem* III. à Cardinalibus, ac Episcopis, ibidem existentibus electum fuisse, ut Musca *De Episc. & Ar-*
E *chiep. Salernit.* notavit, priùs namque dicebatur *Desiderius* Abbas *Montis Cassinensis*. *Robertus* Civitates multas *Campaniæ*, *Apuliæ*, ac *Græciæ* summa cum laude depressit: duos habuit filios, *Boemundum*, & *Rogerium*: Primus in *Syriam* cum exercitu profectus est: Secundus *Apuliæ*, & *Calabriæ* Ducatum obtinuit: demùm anno 1079. ut ait *in sua Chron.* Romualdus II. apud Insulam *Coropoli in Græcia* Deo animam dedit, anno Ducatus ejus 26. ætatis 72. ut narrat *in Ital. Sacr.* Ughellus, ejusque jussu in Ecclesia Sanctissimæ
F Trinitatis, quam ipse in Civitate *Venusiæ* construxerat, fuit sepultus, ubi legitur.

Hic terror mundi Guiscardus, hic expulit Urbem
Quem Ligures Regem, Roma, Alemanus habet
Parthus, Arabs, Macedumque phalanx non texit
Alexim
At fuga, sed Venetum, nec fuga, nec pelagus.

ita Baronius.

21 *Rogerius* patri *Roberto* anno 1086. in Principatum successit quamquam majori parte status ab ejus germano *Boemundo* privatus fuisset ob dissidium inter eos: multa à Parente, omissa conces- 29
sit,

sit, sævumque gerendo bellum, *Tarentinam* Civitatem adeptus fuit, ad non pauca *Romanorum* loca se contulit, cum a fide Pontificis defecissent: post 26. sui Ducatus annum, ætatis suæ major 30. annis, mense Februarii, anni 1111. diem clausit extremum, ut Falco Beneventanus *in Chronic.* scripsit: in Divi *Matthæi* Ecclesia, quam genitor construxerat, universali luctu sepultus, ex Romualdo II. *in sua Chronic.* habetur.

22 *Gulielmus* filius *Rogerii* principatum accepit: a *Gelasio Apuliæ*, & *Calabriæ* Ducatus habuit investituram: à *Paschale* Pontifice vexillum obtinuit: à *Gregorio* anno 1018. confirmatum, *Constantinopolim* adiit ob filijæ *Alexii* Imperatoris matrimonium, sed tempus inaniter duxit: loca multa à *Rogerio* Comite *Siciliæ* detenta, redeundo invenit: hilariter à *Salernitanis* fuit receptus: die verò 5. Septembris anni 1121. *Calistus* Pontifex *Salernum* venit ob pacem confirmandam cum *Gulielmo*, & *Rogerio*, ut *Falco Beneventanus* notavit, ac Ughellus *Tom. IX. Ital. Sacr.* scripsit: eodemque tempore *Romualdum* Diaconum Cardinalem *Salerni* Archiepiscopum consacravit. *Honorius* Papa cuncta privilegia ei confirmavit: filiam Ducis *Apuliæ* uxorem duxit: postremò in *Messana* Civitate, anno 1126. *Rogerium* hæredem instituit: sequenti verò anno VII. Kal. Augusti occubuit, sic Falco Beneventanus, *Chronic. Rinald. anno Ecclesiast. ann.* 1121. *n.* 1. & Girardus *Nella III. part. del suo Diar.* scripsere. Regnavit annos 17. & menses 10. in *Salernitana* Basilica humatus, quam *Robertus* Dux avus à fundamentis ædificaverat, ex *Romualdo* II.

23 *Rogerius Siciliæ* Comes *Neapolis* Rex *Salernum*, venit, honorificè à *Salernitanis* receptus,
30 Princeps a *Caputaquensi* Episcopo unctus. Titulus ac Principatus *Salerni* ad Reges pervenit anno 1130. cuncta *Salernitanorum* privilegia confirmavit, illorumque fidelitatem magnoperè commendavit, ut habetur ex privilegio, *Ex Archivio Civitatis Salerni.* Datum Salerni, anno 1137. in quo præcipuè legitur. *Sola Italiæ Salerni Civitas fidelitatem intemeratam conservavit.* In *Siciliam* rediit anno 1128. *Honorius Apuliæ* Ducatum ei concessit: Concilio habito *Romæ* anno 1130. primus *Siciliæ* Rex fuit coronatus. Kal. Martii *Anacletus* Pontifex *Salernum* venit, & denuò anno 1132. Uxores quatuor habuit, *Airoldam* filiam Comitis *Casertæ*: *Albiram* filiam Regis *Hispaniarum*: *Sybillam* sororem Ducis *Burgundiæ*: & *Beatricem* filiam, vel ut alii ajunt Comitis *Restæ* sororem: plures habuit filios: varia gessit bella, præsertim cum *Innocentio* II. Pontifice, anno 1134. Demùm *Siciliæ* Regnum, ac *Apuliæ* Ducatum obtinuit, Ecclesiæque feudatarius remansit, & *Salerni* Principatus ad *Siciliæ* Reges fuit translatus: febre postremò oppressus, anno 1149. obiit: *Panormi* sepultus: regnavit annos 18. & menses 5. ejus vitæ 59. ut scripsit Mazzella. *Nelle vite de i Rè di Napoli.*

24. *Carolus Andegaviæ* Rex, *Ludovici* VIII. Regis *Galliæ* germanus, qui *Fogiæ* occubuit 1288. Principis *Salerni* titulum, anno 1269. suo filio *Carolo* contulit: *Mariam* unicam filiam Regis *Ungariæ* uxorem ei dedit, & *Carolus* II. Rex *Neapolis* circa annum 1284. fuit appellatus tandem die 5. Maji 1309. ex hac vita discessit: ætatis 62. Regni 40. & dies 7. *Neapoli* in æde Divi *Dominici* Majoris, quam ipse fundaverat humatus, licèt
31 ad *Proventiam* deindè translatus: Cor verò in marmorea urna in dicta Ecclesia servari jussit, ubi legitur.

CONDITORIUM HOC EST CORDIS CAROLI II. ILLUSTRISSIMI REGIS FUNDATORIS CONVENTUS, ANNO. DOMINI M. CCC. IX.

A 25 *Carolus* III. Rex dicti *Caroli* II. *Ungariæ* Regis primogenitus, *Salernitanus* Princeps, *Margaritam Mariæ* sororis Reginæ *Joannæ* I. filiam uxorem duxit, quæ Ecclesiam Sanctæ *Mariæ Incoronatæ Neapolis*, ubi coronata fuit, extruxit: *Carolus* verò die 2. mensis Junii 1386. in Civitate *Vigiæ* obiit, ætatis 43. mensium 6. & dierum 10. ut Mazzella *Loc. cit.* notavit.

Et posteà ad inferiores Dynastas *Salerni* principatus est translatus.

26 *Jordanus Columna Martini* V. germanus à *Joanna* II. anno 1419. Princeps fuit creatus.

27 *Antonius Columna* filius successit anno 1423.
B usque ad annum 14:3.

28 *Raymundus Ursinus Nolæ* Comes, *Salerni* principatum à Rege *Alphonso* obtinuit cum potestate naturalibus ejus filiis Statum dividendi, scilicet *Felici* Principatum *Salerni*: *Nolæ*, & *Sarni* Comitatum *Danieli*: & *Atripaldæ Jordano*: Serenissimi titulo *Raymundus* fuit decoratus, ut in Archivio Sanctæ *Annæ* de *Nuceria* extat memoria: ex hac vita demùm anno 1458 migravit.

29 *Felix Ursinus Andegavensibus*, non Regi *Ferdinando Aragonensi* adhærendo, quamquam illi anno 1460. pepercisset, denuò de ejus fide dubius, quia *Renato Andegavensium* Regi adhæsit, dicto
C anno Principatu privatus fuit.

30 *Robertus Sanseverinus Marsici* Comes, Magnus Regni Admiratus mense Januarii, anno 32
1463. Principatus possessionem obtinuit, Regio Fisco successi, defecit, ut diximus à *Ferdinando* Rege dictus *Felix*: potestatem adeptus fuit pecunias cudendi, læsæ Majestatis offensas condonandi, multisque aliis fruebatur privilegiis: Serenissimi titulo fuit insignitus, ut ex Regio Archivio *fol.* 78. 1461. 62. 63. eximiam *Neapoli* ædificavit ædem, in qua ad præsens est conspicua, & celebris Ecclesia sub titulo, auspiciis, ac protectione Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, domus pro-
D fessa Societatis Jesu: multa equidem *Robertus* fecit: ac tandem communi gemitu anno 1475. Deo animam efflavit: *Salerni* in sacra Divi *Matthæi* æde sepultus.

31 *Antonellus Roberti* filius ex *Catharina Sfortia* natus, anno 1478. successit, Regem ob non confirmationem officii Magni Admiratus odio habuit, assiduè *Salerni* morabatur, mandata Regis parvifaciens, *Constantiam Montisfeltriæ* filiam *Friderici* Ducis Urbini uxorem duxit: cum Regni Baronibus contra Regem conspiravit: filiumque *Fidericum Salernum* veniens, vinculis alligavit: sedato Rege contra Barones, & fœdere inito cum
E *Antonello*, conditione, ut è Regno exiret, ac in *Sinigaliam* proficisceretur, in qua postmodum ex hac vita migravit, & in Principatum ejus filius successit.

32 *Robertus* II. uxorem habuit D. *Mariam* de *Aragonia* filiam D. *Alphonsi* Ducis *Villahermosæ* Regis *Ferdinandi* fratris, quæ mense Januarii in lucem dedit D. *Ferdinandum Sanseverinum* ultimum *Salernitanorum* Principem, *Caroli* V. Imperatoris Patruelem, ut *Franciscus* de *Pietri Nel lib.* 1. *dell' Histor. di Neapolit. cap.* 7. narrat. *Robertus* verò *Agropoli* die 2. Novembris 1508. periit: *Salernum* deindè ductus, ac humatus. 33

F 33 *Ferdinandus* infans D. *Berardino Villamarina Capacii* Comiti, ac Regni Admirato fuit à Rege datus: nec non sub *Berardini Ogeda* Magni Aulici, ac D. *Antonii Mari Iberi* sanguinis Regii custodia: illumque Latinam, ac Græcam linguam *Pomponius Gauricus* docuit. Uxorem duxit D. *Isabellam Villamarinam* unicam filiam dicti D. *Bernardi*: Princeps digna multa egit, è Regno hostes ejecit, pacemque restituit: *Bononiæ Caroli* V. coronationi interfuit, contentionemque ob præcedentiam cum Marchione *Astorghæ* iniit anno

no 1530. & anno 1535. magno honore contra *Turcas* adhæsit Cæsari: sic etiam in *Flandria*; ac in *Germania*: die 24. Novembris ejusdem anni *Salernum* Imperator venit, ubi splendidissime, ac laute per quatuor dies à Principe hospitatus est: cui anno 1541. in bello *Juliæ Cesareæ*, licet tenui sorte adhæsit. Postmodum anno 1548. cum *Placido* de *Sangro* ad *Cæsarem* à *Neapolitana* Civitate ob causam Sanctæ inquisitionis ponendæ missus: illinc tamen rediens à D. *Petro* de *Toleto* tunc Viceregе fuit perperam receptus: anno 1551. 3. Idus Junii sclopi ictu à *Perseo* de *Rogeriis* prope *Cavensem* Civitatem è *Neapoli* veniens in femore percussus: *Perseus* ab innumeris hominibus fugatus; in *Cavensibus* montibus captus, per annum in carcerem detentus: tandem *Neapoli* caput ei fuit obtruncatum. *Ferdinandus* non parum (ut fama erat) à dicto D. *Petro* vexabatur: indignatione propterea succensus è Regno *Paduam* migravit, deinde *Venetias* profectus est, ubi per plures men-
34 ses incoluit: & licet gratas à *Carolo* V. quæreret aures, nunquam ei concessum fuit: demum coram *Hispaniæ* Oratore *Venetiis* residente, ac Senatu, cuncta, quæ in Regno possidebat, renuit, fidelitate ejus Regis *Caroli* destituta, ad Christianissimum Regem *Henricum* II. profectus est, anno 1552. ut Sansovinus *Nella Chronolog. del Mond.* refert: demum *Byzantium* cum *Gallorum* classe transfretavit, *Turcas* pro Regni debellatione advocando: in Insula *Chio* Princeps remansit, deinde à *Solimano* vocatus, honorifice cum ejus familia fuit receptus: at vanitate, & viribus amoris ductus, brevi suam existimationem amisit, ludibrioque factus, ad *Galliam* absque *Turcarum* classe rediit: *Castri* vero morabatur Princeps, quando quidam suus semper, & ubique familiaris *Romam* ab eodem Principe missus, à nummorum copia corruptus, si Principem morti daret, de quo *Ascanii Columnæ* ope, admonitus Princeps, jussit dictum familiarem è *Castro* ejici, at cum denuo intromitti institisset, palam tunc Princeps manifestavit patranda, illumque justitiæ tradidit, qui cuncta confitendo, turpiter fuit morti datus. Et quamquam *Hispaniæ* ac *Galliæ* Reges tunc pacem iniere: *Henricus* Rex gratiam pro dicto Principe assequi minime valuit: en tandem male ultimum suum clausit diem.

At quia Uxor auxilium Principi ferebat, hic diu fuit detenta: in *Hispaniam* deinde missa, ubi Imperatoris filia *Lusitaniæ*, Princeps, ac *Iberus* Princeps multo eam dignati fuere honore, necnon Cæsarem allocuta, eique permissum, ut in ejus dominatu liceat permanere: unde rediens ab apoplexia in itinere oppressa, extremo *Salernitanorum*, ac *Neapolitanorum* luctu occubuit.

35 Regia ex inde *Salernitana* Urbs reperitur, imo Regum Regia, & Cæsarum Sedes, ut ex Marino Freccia *Lib.* I. *de subfeud.* scriptum habetur.

CAP. VI.

DE ECCLESIIS SALERNITANIS.

ENumeratis jam *Salernitanis* Dynastis, Sacras describemus ædes, præsertim majorem Basilicam, in qua colitur corpus *Matthæi Galilæi* ex *Alpheo* patre Tribu *Levi*, Apostoli Euangelistæ, & Martyris, qui in altari, in quo Sacra conficerat, ecce clam ab *Hirtaco* lictor pessimus mittitur, qui Beatissimum Apostolum adhuc orantem bis, terve in viscera pugione transverberavit XI. Kal. Octobris à Christi Natalibus, anno 68; quod cum Populus male accepisset, turmatim lignis, ac pice ad Regis palatium currunt omnes, vivum enim Regem cremare intendunt, at Popularis

A ira à Diaconis, & Sacerdotibus compescitur, ut narrat Marcus Antonius Marsilius Columna *de Vit. & gest. B. Matthæi cap.* IV. In *Æthiopia* Regiæ Civitatis *Tarrii* sepultum sacratissimum corpus remansit, usque ad annum 320. quæ à Barbaris destructa, *Brittanni* Mercatores eo appulsi, Apostoli monitu, ejus corpus in minorem *Brittanniam* ad Promontorium hodie Divi *Matthæi* nuncupatum, ex Olivare *in Scholiis ad Melam. Lib.* I. *Cap.* 3. ad Regiam Civitatem *Leggiam* dictam transvexerunt, ibi per annos 50. permansit. *Leggia* vero anno 370. devastata: navi gloriosi
B Apostoli corpus ad *Lucaniæ* partes transfertur ad 36
parvam Ecclesiam prope *Pestanam* Civitatem, ad Cathedralem deinde per annos 584. requievit: anno vero 954. die 6. Maji è *Pestana* Civitate *Salernum* Apostoli corpus ad Cathedralem Ecclesiam deportatur, sub titulo olim Sanctæ *Mariæ Angelorum*, nunc Sancti *Matthæi* Apostoli, & Euangelistæ Civitatis Patroni, eximia, ac admirabili architectura constructam, pompose, ac splendide exornatam circa annum Dominicæ Incarnationis 1075. peculiari Ducis *Roberti* ære, ut ex marmoreis, ac triumphalibus ante templi parietes insculptis tabulis constat, in quibus legitur.

C A. M. ET EVANGELISTÆ PATRONO URBIS, ROBERTUS DUX R. IMP. MAX. DE ÆRARIO PECULIARI.

Divinum enim numen omnimodè omni tempore colendum. Iure Deo Divisque ædificandæ sunt Sacræ ædes, sine quibus vix rectè Deo cultus exhiberi potest. Religio namque firmissimum judicatur principatus firmamentum, quam si Princeps neglexerit, à Deo quoque negligetur; hinc Horatius cecinit.

Dii multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosa.

D Ad cujus Ecclesiæ favorem *Alexander* II. *Salernum* convocat Episcopos, & Abbates anno 1068. Ex Abb. Ughello, *Tom.* IX. *Ital. Sacr. de Hydrunt. Archiep.*

Metropolitanæ hujus Basilicæ per marmoreos 37
gradus patet ingressus: in summis verò scalis, unica tantùm præclara janua cum marmoreis figuris videtur, ad cujus latera duo adhuc marmorei conspiciuntur leones: in ejus vertice legitur.

DUX, ET JORDANUS, ET PRINCEPS CAPUANUS REGNENT ÆTERNUM CUM GENTE COLENTE SALERNUM.

E Ad atrium quadrilaterum ingreditur cum porticis supra marmoreas columnas firmatis, necnon circumcirca cum monumentis, in quibus nobilissimorum cineres servantur: in cujus medio perennis fons unico marmoreo granito lapide fabrefacto cubitorum triginta latitudinis in gyrum emensæ conspicitur.

Cohæret statim atrio augustissima ipsa Basilica, amplitudinem omnem excedens, ornatu, magnitudine, & prospectu pulcherrima cum multis marmoreis, & porphyreticis lapidibus miro, ac singulari artificio compositis, vermiculato pavimento decorata: plurimis Prælatorum splendidissimis urnis exornata: ità ut nec in hoc Regno æqualis, nec pulchrior in *Italia* conspici potest: omni ex
F parte à privatorum ædificiis separata: cum quadrata turri campanili, altitudinis cubitorum bis centum, ex qua campanæ miræ magnitudinis pendent jussu Antistitis *Villelmi* constructa, ut legitur.

TEMPR MAGNIFICI
REG. ROG. W. EPS
A. M. ET PLEBI DEI

Nechon propè hanc Campanilim turrim est Cœmeterium, quod terra Sancta dicitur: in altera dicti Cœmeterii janua insculptum videtur.

38 HAVE SEPTIMA SIT TIBI TERRA LEVIS
QUISQUIS HUIC TUMULO POSUIT ARDENTE LUCERNA
MILLIES CINERES AUREA TERRA TEGAT.

In Occidentali dicti atrii parte in marmoreo tumulo circumcirca legitur.

HIC JACET REV. IN CHRISTO PATER DOMINUS ANTONIUS SYRACA EPISCOPUS ACERNENSIS, QUI OBIIT ANNO DOMINI M. CCCC. XXXVI. DIE VI. MENSIS JULII XIV. IND. B

In parte Septentrionali in nobili *Ysapichæ* familiæ tumulo conspicitur.

HOC SEPULCHRUM EST FORTUNATI YSAPICHAE DE SALERNO.

Orientem versus propè æneam januam in tumulo est scriptum.

HIC JACET CORPUS SAPIENTISSIMI JUDICIS BENEDICTI ROTUNDI DE SALERNO JURISPERITI, QUI OBIIT ANNO M. CCCC. XXVII. DIE VII. MENSIS NOVEMBRIS VI. IND. CUJUS ANIMA REQUIESCAT IN PACE. AMEN. C

A templi fronte tres numerantur januæ, media ænea egregiæ amplitudinis, quam plurimis exsculptam figuris, pulcherrimamque conflandam curavit *Landulfus Butrimile*, *insculpta* verò extant.

PRIMÆVA CULPA TRAHIT OMNES CRIMINA MULTA,
QUA ROGITA PRO ME, SEMPER MATTHÆE MAGISTRUM
LIMINA QUAERENTES SANCTI VOS CONSPICIENTES
HOC OPUS O DONA SALVATOR CRIMINA PLURA D
DISCITE LANDULFO BUTRIMILI PROTOSEBASTO,
NOSCITE ME NATUM SIMUL HIC, ET TERRÆ MANDATUM
LANDULFUS SEBASTON, SANCTUS MATTHÆUS
GISANA SEBASTON, ET UXOR EJUS.

In cujus portæ epistolio hæc prostant verba legentibus.

39 A DUCE ROBERTO DONARIS APOSTOLE TEMPLO E
PRO MERITIS REGNO DONETUR IPSE SUPERNO

Intus dictam æneam januam Occidentem versus, sic scriptum apparet.

HIC JACET DOMINUS PHILIPPUS DE SANCTOMAGNO DEI GRATIA VENERABILIS CAPUT AQUENSIS EPISCOPUS, QUI OBIIT ANNO AB INCARNAT. DOMINI M. CCC XXXVI. MENSE JULII, III. IND. CUJUS ANIMA PER MISERICORDIAM DEI REQUIESCAT IN PACE. AMEN. F

Honorifice adhuc sepultus videtur *Matthæus* de *Porta* cum hac Inscriptione.

ANNO DOMINI M. CC. LXXII. IND. XI. DOM. MATTHÆUS DE PORTA SALERNITANUS ARCHIEPISCOPUS, OBIIT DIE NATALIS DOMINI.

Ante majorem januam æneam humatus jacet *Nicolaus Piscicellus Salernitanæ* Ecclesiæ Præsul cum hoc epitaphio ob prætereuntium pedes exeso, dumtaxàt legitur.

——— HIC PISCICELLUS PRÆSUL
——— NICOLAUS IN URNA
———————————
OSSA DABAT HUMUS MERITA ———
——— ——— IN ARCA ———
MARMOREA CLAUSIT PRÆSUL, ET IPSE. ———————
NEPOS.

Aliud epitaphium conspicitur in sepulchrali lapide *Nicolai Piscicelli* dictæ Ecclesiæ Archipræsulis II. sic insculptum.

PIISSIMI PATRIS NICOLAI PISCICELLI
OPTIMI PRÆSULIS SALERNITANI
OSSA
ANNO SALUTIS M. CCCC. XXI.

Ex parte altera dictæ portæ præclarus conspicitur tumulus, & circumcirca legitur. 40

HIC JACET CORPUS VIRI MAGNIFICI DOMINI JOANNIS GRILLI DE SALERNO MILITIS, JURISCIVILIS PROFESSORIS: VICEPROTHONOTARII REGNI SICILIAE, QUI OBIIT ANNO DOMINI M. CCC. XLIII. DIE XXIII. APRILIS XI. IND. AVINIONE, CUIUS ANIMA REQUIESCAT IN PACE.

Templum hoc duplici columnarum serie in longum divisum videtur: necnon transversus Andron ad Crucis instar Ecclesiæ spatium redigit: universa moles est longitudinis passuum nonaginta, latitudinis triginta, miræ, sed proportionatæ altitudinis.

Baptismalis fons unico orbiculari lapide excisus, amplitudine cubitorum sexdecim, in medio Ecclesiæ est collocatus.

Suggestum, ubi diebus solemnibus Epistolæ, ac Sancta Euangelia cantantur, egregie vermiculatum, super duodecim columnas positum conspicitur. Consimile, ac perpulchrum suggestum in alio latere quatuor porphyriacis columnis illud substinentibus videtur, in quo legitur.

ROMUALDUS II. SALERNITANUS ARCHIEPISCOPUS PRAECEPIT FIERI HOC OPUS.

Priusquam ad Chorum ingrediatur, effigies *Nicolai Agello* in sepulchrali lapide circum quem honorifice insculptum apparet.

NICOLAO AGELLO SALERNITANO ARCHIEPISCOPO, MATTHAEI UUIL. REGIS CANCELL. FILIO RIC. COMITIS AGELLI FRATRI, QUI PONTIF. ANNO XL. SALUTIS M. CC. XX. XI. FEBRUARII PIE DECUBUIT.

Supra Chori januam in arcu musivo opere fabrefacto legitur.

ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS M. C. LXXV. IND. XIV. TEMPORE MAGNIFICENTISSIMI DOMINI UULLIELMI GLORIOSISSIMI REGIS SICILIAE DUCATUS APULIAE PRINCIPATUS CAPUAE. MATTHAEUS ILLUSTRIS VICECANCELLARIUS EIUSDEM DOMINI REGIS MAGNUS CIVIS SALERNI FECIT, HOC OPUS FIERI AD HONOREM DEI, ET APOSTOLI MATTHAEI. 41

Cho-

Chorus magnificus perpulchre ex tabulis fabrefactus cum vermiculato pavimento, necnon à tergo musivis lapidibus circumsectus conspicitur, cum organo ex primis hujus Regni, tempore Præsulatus *Joannis* de *Aragonia* filii Regis *Ferdinandi* anno M. CCCC. LXXXII. Maxime à Præsule *Carafa* ornato, sicuti etiam marmoreum suggestum mirifice elaboratum, cum hac inscriptione videtur.

VT TEMPLO DECVS ADDERET GREGORIVS CARAFA SVGGESTVM HVNC E MARMORE ERIGI JVSSIT, QVI EVNDEM, VT AVTHOREM, SIC PRIMVM HABVISSE GLORIATVR VERBI PRAECONEM IPSO VIRGINIS ASSVMPTAE IN COELVM DIE, ANNO M. DC. LXIX.

Majus altare in dictæ Ecclesiæ androne est constructum, ac vermiculatum pavimentum, variisque lapidibus admirandum; stravit *Romualdus* II. ut ex sui nominis inscriptione porphyreticis literis conspicitur, dicente.

HOC OPVS FIERI FECIT DOMINVS PRAESVL ROMVALDVS. II.

In quo altari est collocata statua Beatissimæ Virginis cum Sanctissimo suo filio, Sancta *Maria Angelorum* nuncupata, ubi etiam Sancti *Felicis* Martyris corpus requiescit, cujus festum die 30. Augusti celebratur.

A tergo dicti altaris in vermiculatis lapidibus insculptis vetustissimis caracteribus perquam eleganter ista leguntur.

42 NE POPVLVS TEMERE SACRAM PRORVMPAT AD ARAM,
SITQVE SALVTIFERIS MAIOR REVERENTIA SACRIS.
SVMPTVS, ET ARBITRIVM VVILLELMI PRAESVLIS ISTIS
MARMOREIS TITVLIS HANC CINXIT, ET EXTVLIT ARAM.
MARMOREA PVLCHRA NITENT VARIIS DISTINCTA LAPILLIS
O MATTHAEE TVAE PVLCHRA CORONA DOMVS.
TV SCIS QVANTA FVIT DEVOTIO PRAESVLIS IN TE,
DEVOTI MEMOREM TE DECET ESSE TVI.
NON NISI PONTIFICI SANCTORVM SANCTA PATEBVNT,
CVM VETERI POPVLO VICTIMA TAVRVS ERAT.
NEC MINVS HAEC SACRA SVNT, QVAMVIS SINT PERVIA CVNCTIS
NAMQVE NOVO POPVLO VICTIMA CHRISTVS ADEST.
ILLIVS VITVLI SPECIES, QVEM PANIS OBVMBRAT.
DIGNA SVMPTA CARO, LANGVORES QVOSLIBET AVFERT.
EXVE TE VETEREM QVISQVIS VIS SVMERE DIGNE
HAS EPVLAS, HOMINEMQVE NOVVM NOVVS INDVE CHRISTVM.

Magnifica, ac ampla Aspida vulgo Tribuna musivo opere depicta retro dictum majus altare apparet: ubi cubitalibus litteris hæc conspiciuntur carmina.

DA MATTHAEE PATER PATR. HOC DET, ET INNVBA MATER
VT PATER ALPHANVS MANEAT SINE FINE BEATVS.
ECCE LEI NATVM, SINE MATRE DEVM GENERATVM
PRÆDICVNT VATES NASCI DE VIRGINE MATRE.
SIC CHRISTVS NATVS, NOSTROS REMOVENDO REATVS
VIVIT CVM PATRE IN COELO, ET CVM VIRGINE MATRE.

Ex parte Septentrionis Regalis Capella, & Tribuna apparent: in altari effigies Sanctissimæ Virginis Pietatis, ac Præcursoris *Joannis* adsunt, manu egregii, ac non satis laudabilis viri *Andreæ* de *Salerno*: cui Sacello Regina *Margarita* Regis *Ladislai* mater donavit feudum, seu *Casale Sarignani* situm in territorio, ac pertinentiis Sancti *Severini*, 43 quod fuit viri nobilis *Francisci Sarignani* de *Salerno militis*: datum in *Castro novo*, anno 1412. die 4. Aprilis, ut Abb. Ughellus *Tom.* VII. *Ital. Sacr. de Episc. & Archiep. Salernit.* scripsit. *Maria* de *Aragonia* eidem Capellæ donavit annuos reditus super dohanam *Salerni*, datum die 1. Novembris 1529. ex Ughello *Loc. cit.* & *Salernitani* Principes propriam Aram illam semper existimaverunt, in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum adservatur, ac multæ Sanctorum Reliquiæ reconditæ sunt: prope dictum Sacellum aliud altare B. Virginis septem dolorum nuper est dicatum.

In præclara alia Capella adhuc cum simili Tribuna ex parte Meridiei dicta *la Crociata*, seu Sancti *Michaelis* Archangeli familiæ de *Procida*, etiam vermiculata musivi operis, & circa hemisphærium legitur.

HOC STVDIIS MAGNIS FECIT PIA CVRA IOANNIS
DE PROCIDA DICI, MERVITQVE GEMMA SALERNI.

Aram hanc construxit, atque dotavit *Joanes* ille de *Procida Salernitanus* Patritius, Dominus Insulæ *Procidæ*, ac aliorum locorum, *Manfredi* Regis socius, familiaris, ac Medicus: vir memoriæ perennis, qui in universo *Siciliæ* Regno *Gallos* omnes trucidari fecit: innumeras namque *Siculis* inferebant clades, ut scripsit Sanctus Antoninus Archiep. Floren: III. *part. histor.* habuit enim *Joannes* cum Regni Magnatibus concilium, simulque convenere, ut statuta die Martis in albis 30. mensis Martii, anni 1282. hora vespertina insulani omnes arma sub mulierum chlamydibus celata sumerent, & in *Gallos* irruerent: insanum ut fertur se simulavit, & cum buccineo clangore ad cujuscumque insu- 44 lani aures conjurationem denunciavit: statuta vero die, campana vesperis tempore pulsata, armis à mulieribus in Ecclesia tectis, tanto unanimi impetu, *Galli* omnes per totam insulam degentes repentè occisi fuere ad numerum sexaginta millium, adhuc fœminis, & prægnantibus ex *Gallorum* semine trucidatis, ut perpetuo eorum memoria ab insula deleretur, & in hodiernum usque diem dicuntur, *le Vespere Siciliane di Giovanne di Procida*: cujus Petrarca *in suo itinerar.* meminit dicens: *Sed unde magnus quidam vir surrexit Ioannes ille de Procida, qui formidatum Caroli diadema non veritus, & gravis memor injuriæ, & majora si licuisset ausurus, ultionis loco huic Regi Siciliam abstulisse*: & quæ sequuntur: sic Rex *Petrus* de *Aragonia* Regni coronam diligentia, & opera dicti *Joannis* adeptus est, ut apud Villanum, *Lib.* VII. *histor. cap.* 61. Mazzellam, *Nelle Vit. de i Re di Nap. fol.* 81. Summontem, *Histor. Napol. Part.* II. *Lib.* III. *cap.* 1. Girardum, *Nel suo Diario* ac Petrum Messiam *Nella* 2. *Se.va renovat.* habetur.

Plurimæ in dicto Sacello Sanctorum Reliquiæ reperiuntur: præcipue marmorea statua cum can-

dida arca, in qua Sancti Pontificis *Gregorii* VII. corpus veneratur, & insculptum sequens visitur epitaphium.

GREGORIO VII. SOANEN.
PONTIF. OPT. MAX.
ECCLES. LIBERTATI VINDICI ACERRIMO
ASSERTORI CONSTANTISSIMO, QVI
DVM ROM. PONT. AVTHORITATEM
ADVERSVS HENRICI
PERFIDIAM STRENVE TVTOR
SALERNI SANCTE DECVBVIT
A. D. M. XXCV. VII. KAL. IVNII.
M. ANT. COLVMNA MARSIL. BONONIEN.
ARCHIEP. SALERN.
CVM ILLIVS CORPVS POST QVINGEN-
45 TOS CIRCITER ANNOS
SACRIS AMICTVM, AC FERE INTE-
GRVM REPERISSET.
NE TANTI PONTIFICIS SEPVLCHRVM
MEMORIA DIVTIVS CARERET.
M. P.
GREGORIO XIII. BONONIEN.
SEDENTE
A. D. M. D. LXXVIII. PRID. KAL.
QVINTIL.

Cujus Sanctissimi Pontificis duorum miraculorum memoria prætereunda non est: profugo namque *Gregorio Salernum* introeunte: rusticus quidam intra se dixit: en author præliorum, & seditionum, postquam totum commovit orbem, hanc tandem venit perturbare Urbem: his ita cogitatis obmutuit: ad *Gregorii* deinde pedes ductus, suum confitendo errorem: ab eodem sancto pristinæ saluti restituitur.

Defuncto, ac sepulto Sancto Pontifice nocturno silentio subintroierunt fures, propter induvias namque pontificales sepulchrum aperire intendebant:. at tantæ vehementiæ ventus obvius eis fuit, ut cunctæ lampades, quæ in *B. Matthæi* crypta erant accensæ, extinctæ fuere: ipsi vero in amentiam cadentes, tamdiu fuere, quousque Cleri, Populique spectaculum fierent, ut Paulus Bernriedensis antiquus Scriptor *in Vit. Gregor. VII. Pontif.* narrat.

Prope dictam Aram effigies, ac magnificum marmoreum Sepulchrum inspicitur *Gregorii Caraffæ* Archiepiscopi cum his inscriptionibus.

D. O. M.
GREGORIVS CARAFA ARCHIEPISCOPVS
SALERNITANVS, CVI LIBERTAS
ECCLESIASTICA
CORDI FVIT,
HIC
46 MORTVVS IACERE DELEGIT VIVVS
GREGORIVS VII. PONT. MAX.
LIBERTATIS EIVSDEM
VIGIL ASSIDVVS,
DEQVE HOC CANONICORVM COLLEGIO
OPTIME MERITVS
EXCVBAT ADHVC, LICET CVBET.
AETATIS SVAE ANNO LXXX. MENS. VI.
SALVTIS M. DC. LXVIII.
INSCRIBI VOLVIT.

In Sepulchrali vero lapide legitur.

GREGORIO CARAFAE
TVM CASSANENSI, TVM SALERNITANA
INFVLA CLARO
IN AEDE DIVI GREGORII VII.
NOMINIS CONGRVA, ET VIRTVTI
INTER CLERICOS REGVLARES GENERALI
INTER THEOLOGOS SCRIPTORES EXIMIO
ANIMI LIBERALITATE OMNIBVS CHARO
DVM VIVERET:
OMNIVM FLETV DIGNO
DVM MORITVR:
EX GVRRELLO MARESCALLO,
QVI PRIMVS FVIT CARAFAE SANGVINIS
AVCTOR, EX GVRRELLO AVRILIA
REGNI PROTHONOTARIO
IOSEPH AVRILIA NEPOS AMANTISSIMVS
P.
OBIIT SALERNI XXIII. FEBRVARII
ANNO DOMINI M. DC. LXXV.

A Dignissimus hic Præsul pio Pastore digna multa egit, præsertim præclaras Aras, unam Divo *Gaetano*, alteram *B. Andreæ* de *Abellino* in An- 47
drone Ecclesiæ dicavit, cum inscriptionibus his.

D. O. M.
GAETANO THIAENEO
INTER DIVOS NVPER RELATO
CLERICORVM REGVLARIVM
QVAM PERCELEBRI INSTITVTORI:
OPTIMO PARENTI, ET PATRONO.
D. GREGORIVS CARAFA
TAM INCLYTAE, AC PIAE RELIGIONIS
GENERALIS IAM PRAEPOSITVS
CASSANENSIS POST EPISCOPVS
B NVNC SALERNITANAE VRBIS PRAESVL
SACELLVM HOC
OB PLVRIMA ACCEPTA BENEFICIA
DICAVIT.
ANNO SAL. D. M. DC. LXXI.

D. O. M.
ANDREAE ABELLINENSI
ARAM HANC
GREGORIVS CARAFA
SALERNITANVS ANTISTES EXTRVXIT,
NE COMMVNI PATRI GAETANO
SANCTVS DEFICERET COLLEGA,
ET CVI VIVO OBSEQVIA PRAESTITIT,
MORTVO VENERARETVR MEMORIA
C ANNO DOMINI D. DC. LXXI.

In marmorea tabula pro Archipræsule *Ludovico* de *Torres* hoc legentes aspiciunt cenotaphium.

D. O. M.
LVDOVICO DE TORRES MALACITANO
HVIVS SANCTAE ECCLESIAE
ARCHIEPISCOPO.
INSIGNI IN DEVM PIETATE,
IN PAVPERES MISERICORDIA, 48
IN AMICOS STVDIO
OB SPECTATAM IN PVBLICIS
D APOSTOLICAE SEDIS MVNERIBVS
OPERAM SVMMIS PONTIFICIBVS
SVI TEMPORIS EGREGIE CARO
VIXIT ANNOS LVIII. MENSES XI. DIES XXV.
OBIIT IDIBVS AVGVSTI M. D. LIII.
LVDOVICVS DE TORRES VTR. SIGNAT.
REFER. PATRVO MAGNO POSVIT.

Insculptum in marmoreo tumulo juxta Sacrarium legitur.

IN HOC TVMVLO IACET CORPVS REV. IN CHRISTO PATRIS
E DOMINI BARTHOLOMAEI DE APRANO DE NEAPOLI DECRETALIVM DOCTORIS, PERMISSIONE DIVINA ARCHIEPISCOPI SALERNITANI, QVI OBIIT ANNO DOMINI M. CCCC. XIV. DIE IX. MENSIS SEPTEMBRIS VIII. IND. CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

Prope Divi *Gaetani* Sacellum adest sepulchrum, & circum circa legitur.

F HIC IACET CORPVS REV. IN CHRISTO PATRIS, ET DOMINI DON. THOMASII DE SANCTOMAGNO DEI GRATIA, VENERABILIS CAPVTAQVENSIS EPISCOPI: QVI OBIIT ANNO AB INCARN. D. M. CCC. LIII. DIE X. MENSIS IVLII VI. IND. CVIVS ANIMA PER DEI MISERICORDIAM REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

In

In eodem latere ad magnificum valde commodum, & illustre Archiepiscopale Palatium patet ingressus.

A parte Meridiei extra Chorum *Thomas Carafa* Episcopus *Caputaquensis* cum infrascripto epitaphio humatus jacet.

49 THOMAE CARAFAE MARCELLI FILIO
NEAPOLITANO V. I. D.
IN ROMANA AVLA VTRIVSQVE
SIGNATVRAE REFERENDARIO,
INTIMO GREGORII XV. AC VRBANI
VIII. P. A CVBICVLO:
VVLTVRALIENSI, DEINDE
CAPVTAQVENSI EPISCOPO:
OB PVBLICA PATRIAE NEGOTIA AD
PHILIPPVM IV. ADLEGATO,
TOT DIGNITATVM TITVLIS CLARO,
MORVM SVAVITATE, PRVDENTIA,
PIETATE PRAECLARIORI:
THOMAS, ET IOANNES BAPTISTA
FRATRES DE GENITORIS BENEMERENTI:
HIC
VBI GREGORIVS CARAFA ARCHIEPISCOPVS
SALERNITANVS HOSPES
DIEM SVPREMVM CLAVSERAT PP.
ANNO DOMINI M. DC. LXVIII.
AETATIS SVAE LXXVII.

In Ara familiæ de Calce præclarus Tribunus militum videtur, sub quo legitur.

IOANNES ANTONIVS A CALCE NEAPOLITANVS SVB CAROLO V. CAES. MVLTIS VIRILITER GESTIS, EQVES AVRATVS, ET POTENTISSIMI REGIS PHILIPPI II. TRIBVNVS MILITVM; CIVITELLA A GALLORVM OPPVGNATIONE FORTITER DEFENSA PRAECLARVS SIBI, POSTERISQVE FECIT. ANNO cIↃ. IC. LXXII.

In Capella de Palearia ad parietes adscriptum adest.

ANGELA IACET HIC PALEARIA
GENTILITIO SPLENDORE, AN PROPRIA
VIRTVTE CLARIOR
INCERTVM:
HINC PERVETVSTI GENERIS AMPLITVDO
AMORVM GLORIA
SVPREMIS MAGNI CANCELLARII, AC
CAMERARII MVNERIBVS,
CASTRORVM, OPPIDORVMQVE DOMINATV
APICII, LVCERIAE, MANVPELLI COMITATIBVS
PERCELEBRIS,
PVDICITIA, PRVDENTIA, FORTITVDINE
50 SVPRA SEXVS VIRES
ADMIRABILIS,
HONORVM EA FASTIGIA THOMASIA ILLA
PALEARIA
AD VRSINOS ROMANOS PRINCIPES
CONNVBIO TRANSTVLIT,
ANGELICAS HASCE VIRTVTES, ANGELA HAEC
COELESTES ADEPTA THALAMOS,
TRANSTVLIT AD CAELESTES:
VIXIT ANNOS LIII. MENSES IV. DIES X.
HORAS XVIII. OBIIT ANNO SAL. CIↃ. IↃ.CXI. VI.
KAL. DECEMBRIS.

Sequitur Regii Consiliarii *Jacobi Caputgrassi* tumulus, circa quem legitur.

HIC IACET DOMINVS IACOBVS CAPVTGRASSVS DE SALERNO IVRIS CIVILIS
A PROFESSOR, REGIVS CONSILIARIVS, ET FAMILIARIS, AC CVRIAE VICARIAE REGNI IVDEX: OBIIT ANNO DOMINI M. CCC. XL. DIE DOMINICO PENVLTIMO IVLII VIII. IND. CVIVS ANIMA PER MISERICORDIAM DEI REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

In Ara Majorum de *Granito* jacet *Matthæus* Præsul dignissimus, à *Cavensi* Episcopatu ad *Amalphitanam* Ecclesiam positus: ubi suo Capitulo legata pecunia pactus fuit, ut singulis diebus, in fine Completorii decantetur Antiphona Salve Regina: magno namque amore erga Deiparam
B Virginem flagrabat: virtutum omnium sapientia claruit, habetque in marmoreo tumulo hoc epitaphium.

MATTHAEO GRANITO CAVENSI PRIMVM, MOX AMALPHITANO ANTISTITI, IO. ALOYSII FILIVS, QVI MORVM NOBILITATI, VIRTVTIBVS, AC LITTERIS SVAM ADDIDIT: SVBLATVS ANNO AETATIS LIX. DIE MAII XXX. ANNO M. DC. XXXVIII. ADIACET FILIO ORINTHIA DE AFFLITTO CAESARIS V. C. ET VITTORIA EX FVSCIS RAVELLO GENITA EXTINCTA, ANNO AETATIS LXXV. DIE XXV.
C AVGVSTI M. DC. XXXV. MATRI, FRATRIQVE DVLCISSIMIS. FRANCISCVS ANTONIVS AMORIS, AC DOLORIS HAERES.
P.

In altera Sacelli parte legitur.

IOANNI ANGELO GRANITO V. I. D. PATRITIO 51
SALERNITANO
MATTHAEI ARCHIEPISCOPI AMALPHITANI EX
FRATRE NEPOTI:
HVIVS METROPOLIS CANONICO CARDINALI
DIACONO,
TVM PRESBYTERO; MOX EIVSDEM ECCLESIAE
ARCHIDIACONO,
D VITAE INTEGERRIMA, MORVMQVE CANDORE PRAESTABILI,
MORTALITATI IAM DEFVNCTO,
AETERNITATI AVTEM VIVENTI,
CANONICI CARDINALES EX ASSE HAEREDES
HOC GRATI AMORIS MONVMENTVM POSVERE:
OBIIT ANNO DOMINI M. DC. LXIX. KAL. DECEMBRIS
AETATIS ANNORVM LXIII.

In ara Dominorum de *Vicariis* marmoreis lapidibus fabrefacta, ad illius bases hæc insculpta leguntur.

E IOANNES COLA VICARIVS PATRITIVS SALERNITANVS VICARIAM SVPRA XX. ANNVM, PVBLICE IVRA CIVILIA INTERPRETANDO, FAMILIAE PROPRIVM DECVS, DIGNITATEM ADEPTVS, ARAM HANC D. O. M. SACR. POSVIT.

In altera vero base habetur.

PERFECTVS, ET PVRGATVS HINC
EXIENS HABITABIT CVM DEO.

F In Follerii Capella legitur.

PETRVS FOLLERIVS
E SANCTO SEVERINO OPPIDO PATRITIVS
ET I. C. V. S. F. ET SVIS D. M. F.

In Sacello Dominorum de *Rogeriis* legitur.

IOANNES FRANCISCVS ROGERIVS HVMANAE VARIETATIS EXEMPLVM, HIC IACET IS, DVARVM FILIARVM FELIX PATER, DVM EARVM VNI DEMORTVAE IVSTA SOLVIT, ALTERI VIVAE SPONSALIA MATVRAT, LVCTVM IPSE REPOSCIT: AT MALE SVPERSTITE TAM FILIA, QVAM VXORE, SVORVM INTER EXEQVIAS, ET NVPTIAS EIVLATV: QVEM EX OBITV FILIAE DOLOREM SVSCEPERAT SVI DESIDERIO FILIAE RELINQVIT, ET AVCTVM EX GEMINO VVLNERE

52 TRANSMITTIT AD VXOREM DOMESTICAE CALAMITATIS HAEREDEM. HEM HVMANARVM RERVM LVDIBRIVM! NIL IN VITA, NISI MORI CERTVM, ET QVOTIDIE MORIENTIBVS CONSTAT, PRAETER INCONSTANTIAM NIHIL: MORIT. DEIPARAE P. ANNO cIↃ. IↃ. C. NATVS ANNO XXXVII. A

Circa ſepulchralem lapidem conſpicitur.

VRITELLAE CVRIALI NOBILITATE, PVDICITIA, AC FORTITVDINE MATRONAE INSIGNI,
LOYSIVS DE ROGERIO PERPETVO TRISTIS VXORE CONCOR. ANNO M. D. XXV.

Septentrionem verſus prope parvam januam, in quodam tumulo hæc inſculpta videntur.

HIC IACET MAGNIFICA MVLIER DOMINA MARQVISIA DE BAVCIO COMITISSA MILETI, ET TERRENOVAE, QVAE OBIIT ANNO DOMINI M. CCC. LXVII. DIE XX. MENS. SEPTEMBRIS VI. IND. CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE. AMEN. B

In Capella Dominorum de *Agello*, nunc de *Cioffi* familia ſub titulo glorioſiſſimi Divi Antonii de *Padua* ſupra pergrandem Urnam ad parietes legitur.

D. O. M.
RICCARDO DE AGELLO MATTH. M.
SICIL. CANCELL. FIL. NICOL.
ARCHIEP. SALERN. FRATER
AGELLI COMITI ARENDENSIVM
DOMINO SALER. PATRITIO INNOC.
III. HONOR. III. M. P. VV. II. REG.
FEDER. II. IMPER. ET CONSTAN. C
MATRIS.
GRATIA POTENTI. A QVO AVCTA
FAMILIA SVBINDE EXTVLIT.
RICC. AGELLI COMITEM RICC. M.
REGNI SENESCAL. RICC. EQVITVM
PRAEFECTVM
RICC. HYDRVNTINORVM RICC.
PRINCIPATVS, PHILIP. CABR.
PROREGES
RICC. MATTHAEI RICC. REGNI
MARESCIALLVS CAROLI III. D
SIGNIFERVM.
53 BALTHEO INSIGNITVM MILITEM
REGNI STATVS CONSILIARIOS VI.
REGIAE DOMVS MAGIST. IVSTIT.
M. CAMBEL. MAGIST. OSTIAR. III.
SENESCAL. PROTHON.
CAMBELLANOS V. OPPIDORVM
DOMINOS XVIII.
FRANCISCVS CAVENSIS, MOX
TVDERTINVS EPISCOPVS: ANTONIVS
BARENS- ARCHIEP.
IN HOC TEMPLO CVIVS SACERDOTIVM AB EO OPIBVS AVCTVM E
EIVS MERITA
QVOTIDIANO, ET ANNIVERSARIO
SACRO COLIT CCCC. POST ANNOS
HERCVLES NEPOS DD. L. M. ANNO
SALVTIS M. DC. XIV.
ERGO NE PRO MERITIS NATVM TIBI
SOLVERE TANTIS
HOC PRAETER MARMOR NIL POTVISSE PATER:
MARMORIS AH SALTEM LICVISSET
SVMERE FORMAM,
NAM MEA PRO TVMVLO VISCERA F
SOLA FORENT.
CAROLO AGELLO PATR. SALERNITANO V. I. D.
LAELIVS FILIVS OBSEQ. ET HVIVS
SACRAE AEDIS ARCHIDIACONVS
MVLTIS CVM LACHRYMIS POS.
ANNO SALVTIS cIↃ. IↃ. LXXI. VIII.
IDVS APRILIS.

Pergrande, ac ornatum Sacrarium ex parte Septentrionis eſt conſtructum, in quo adſervantur Ampulla Chriſtallina, in qua ſunt Capilli B. M. Virginis:

Tabernaculum Chryſtallinum, in quo eſt Digitus index *Catharinæ Senenſis*.

Tabernaculum Argenteum cum Maxilla S. *Geminiani*.

In alio conſimili Tabernaculo adeſt Manus S. *Anaſtaſiæ*.

In alio argento Tabernaculo conſpicitur Brachium dexterum Sanctiſſimi Apoſtoli, & Evangeliſtæ *Matthæi*.

In quodam Calice aureo adeſt ſignum ſangui- 54
nis conſacrati, qui remanſit, dum Sacerdos quidam celebrans de tanto Sacramento dubitaverit, non ſolum dum biberit, in fide fuit confirmatus, ſed ad cunctorum tollendum dubium; Calix ſanguine maculatus, uſque ad hodiernum diem permanet, nec unquam ab ipſo tolli potuit.

In argentea Cruce adeſt quædam pars Ligni Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Dens S. *Matthæi* Apoſtoli, & ſimiliter Dens S. *Jacobi* Minoris: exhibita à *Roberto Guiſcardo*, quam pugnando prius ferre ſecum ſolebat.

In conſimili Tabernaculo adeſt Lignum Sanctiſſimæ Crucis noſtri Redemptoris, quæ multis fulget miraculis. Die namque Paraſceven anni M. D. XXV. cum mane adorabatur, ac ex antiquo ritu Eccleſiæ Sanctiſſimum Lignum oſtendebatur: *Berardinus Naccarella Salernitanus* dubitans, an ex vero Crucis Ligno eſſet? inquit eheu! quid ſi Chriſti Crux Mons ipſe *Veſuvius* fuiſſet: quibus expletis verbis, ſtatim obmutuit, ſicque diu permanſit: præcedente vero nocte Veneris Sancti, Senex quidam ei præcepit, ut ſummo mane ad Eccleſiam proficiſceretur: ubi de Sanctiſſimo Crucis Ligno dubitavit: ibi ſuæ incredulitatis ſe pœnitere deberet, ac Deum Redemptorem, qui in ligno pependit, rogaret, ut ipſum liberaret, ac exaudiret: ad Eccleſiam ſe contulit, ſuique erroris ſe pœnituit, multis lacrymis humi proſtratus: dicente Archiepiſcopo, *Ecce lignum Crucis:* alta voce *Berardinus* protulit verba: *Ecce lignum Crucis*: & ob tam egregium miraculum, Organum, ac Campanæ omnes ſonitum maximo cum gaudio edidere, ut Marcus Antonius Marſilius Columna, 55
Loc. cit. ac Girardus *Nel ſuo Diario.* ſcripſere.

Ante altare ubi SS. Reliquiæ adſervantur *Lucius* Cardinalis *Sanſeverinus* cum hac inſcriptione humatus jacet.

LUCIO S.R.E. CARDINALI SANSEVERINO SALERNITANO ARCHIEPISCOPO, NON MINVS VIRTVTVM OMNIVM OMNIBVS CHARO, QVAM FAMILIA SPLENDORE, CLARO VIVENTI, HVMILI LOCO, HVMILE SEPVLCHRVM IVBENTI: D. ALOYSIVS SANSEVERINVS BISINIANI PRINCEPS EX FRATRE NEPOS POSVIT XXV. DECEMBRIS M. DC. XXXIII.

Sub Androne ipſo ſuperiori ex utroque latere per marmoreas ſcalas graduum viginti quinque circiter deſcenditur in magnificam, & conſpicuam cryptam variis Evangelicis hiſtoricis pulchra colorum varietate depictam, ac deauratam, longitudine ulnarum quadraginta, latitudine viginti.

In majori altari in medio collocatur Apoſtoli & Evangeliſtæ *Matthæi* Patroni corpus integrum, excepto dente, ac brachio, quæ in ſuperiori Sacrario ſervantur: venerabili religione, humili reverentia, maximoque cultu veneratur, à quo cœleſtis liquor, ſeu ut dicitur Manna, emanat: antidotus tamquam cœleſtis ad morbos omnes propellendos, qui Divinus liquor perexiguus ſemper emanat, nam modica, aut nulla quantitas reperitur: illuſtrioribus tamen advenientibus viris, ac devote illam petentibus, abundanter invenitur, aſſidueque ſic obſervatur, ut refert Marcus Antonius Marſilius Columna Archiep. Salern. *De vit. & geſt. B. Matth. Apoſt. Cap. XI.* quo in loco, ubi Apoſtolus jacet, nefarius ſacrilegus, non ſolum multas lampades, ac can-

cancellos argenteos, (unde Sacræ Reliquiæ spe-
56 ctabantur) sed etiam craterem pensilem, ubi colligebatur manna, abstulit, necnon fistulæ partem, qua liquor ille pretiosus in superiorem locum ascendebat: nunc per dictam fistulam palmorum sex supra genu positam, ut creditur, sacer liquor exhalans, ex se intra craterem colligitur, pretiosisque aliis Reliquiis dictum altare est exornatum.

Catholicorum Regum munificentia hoc sub corpus miro artificio conditum, ac undique venuste decoratum conspicitur. Septentrionem versus ex marmore hoc legitur epitaphium.

APOSTOLO, ET EVANGELISTAE
MATTHAEO VICTORI IDOLORVM
VICTORI SVPERSTITIONVM,
OSSIBVSQVE EIVS SALVBERRIMVM
HVMOREM MANANTIBVS ARAM
BIFRONTEM, STATVAMQVE AENEAM,
TOTVMQVE CRYPTOPORTICVM
MACVLOSO MARMORE SPLENDIDAM
A REGIB. HISP. PHIL. II. & III.
LARGITIONE PIISSIMAM DEVOTAM
FERDINANDVS RVIX DE CASTRO
LEMENSIVM COM. PROREX
ADNITENTE CATHARINA ZVNICA
MAGNAE MENTIS FOEMINA
PIETATE IN DIVOS, OBSEQVIO
IN PRINCIPES, AMORE IN
CONIVGEM PROTINVS INCHOAT,
EVEHITQVE PARILIQVE STVDIO
IO. ALPHONSVS PIMENTELLVS
BENEV. COM. PROR. PROSEQVITVR
DONEC. D. PETRVS FERNANDEX
DE CASTRO LEMENS. COM.
PROR. ACRI AGRESSVS IMPETV
DIVVM RELIGIONEM IVSSV PRINC.
ORTA PARENTVM.
ABSOLVIT, AC RELIGIOSISSIME
INVISAM D. D. ANNO cIↄ.
Iↄc. XVI.

Tria in dicta crypta numerantur altaria: unum B. M. Virgini dicatum ex parte Septentrionis, in quo quamplurimæ adsunt SS. Martyrum, Confessorum, ac Virginum Reliquiæ.

57 Aliud altare in honorem SS. Martyrum *Fortunati*, *Cai*, & *Anthes* fuit constructum, in quo eorum contumulata corpora requiescunt: translata ab Episcopo *Bernardo* anno CMXL. non procul ab Urbe, in loco ubi *Priapi* fœdissimum, ac turpe Delubrum fuerat: ubi *Leontius* Proconsul illos capite plecti jussit, avibusque, ac bestiis devorandis relinquuntur: at quia indignum videbatur, gemmas, pretiosasque margaritas extra mœnia longe abesse, ideo ut promptiora, magisque propitia pro *Salernitanorum* tutela essent, intra muros SS. corpora deducenda existimarunt: deducta à dicta propria Ecclesia juxta flumen *Lirnus* appellatum, ubi diu requieverant, sub *Diocletiano* Imperatore, ac prædicto *Leontio*, die 27. mensis Augusti martyrii coronam acceperunt, ut scripsit Abb. Vghellus. *Tom.* VII. *Ital. Sacr. de Episc. & Archiep. Salernit.* In hoc altari multæ Sanctorum, ac Sanctarum Reliquiæ requiescunt, & non procul ab ipso marmorea, & decurtata columna, supra quam eorum capita obtruncata fuere, conspicitur; in qua SS. Martyrum sanguinis ebullitio persentitur, ad quorum honorem tres æneas Statuas Almum *Salernitanum* Collegium faciendas perquampulchre curavit.

Alterum vero altare positum est ad honorem SS. Confessorum ex parte meridiei, in quo venerantur corpora Confessorum B. *Bonosii*, B. *Gramatii*, B. *Veri*, B. *Eusterii*, B. *Gaudiosi*, B. *Valentini*

A (omnes *Salernitani* Episcopi) BB. Confessorum *Elpidii*, *Cionis*, & *Elpicii*, B. *Valentiniani* Confessoris, atque Pontificis, BB. Confessorum *Cyriaci*, & *Quingesii*, innumeræque ac pretiosæ Reliquiæ aliorum Sanctorum, quorum omnium Pontificia authoritate in Ecclesia *Salernitana* officia ce- 58
lebrantur.

Ornatum undique hoc subcorpus conspicitur non solum marmoreis, & porphyriacis lapillis, sed adhuc perpulchris picturis. Nec dictum Almum, & Hippocraticum MedicorumCollegium in dies deficit, nec in posterum deerit hanc Sacram exornare Cryptam. Nullum namque fuit temporis spatium, in quo per Apostoli merita, immensa
B non fuerint illi collata beneficia. Quapropter Prior, Promotor, & Doctores dicti Almi Collegii in perpetuum, & successive intrantes in futurum ad honorem Dei, & Protectoris Apostoli singulis annis integrum depositum unius Doctoris dare voverunt sub die 30. Junii, expendendum in iis rebus, in quibus major pars Collegii expediri judicaverit pro cultu, & veneratione inferioris Ecclesiæ, aut altaris, ubi Sanctissimi Apostoli requiescit corpus. Sic ex publico instrumento stipulato manu Notarii *Matthæi Francisci Gaëta* de *Salerno* die 8. mensis Aprilis 1663.

C Assidue quidem Euangelista *Matthæus Salernitanæ* Vrbis est Defensor, anno 1544. die 27. Junii, cum *Ariadenus Barbarossa* Dux *Turcarum* Classis Archipirata insignis, quem Maximus Imperator *Carolus* V. celebri victoria è Regno *Tuneto*, ac ab universa *Africa* fugaverat: infinitum fere Christianorum numerum liberando, *Ariadenus* autem ille insatiabili vindictæ rabie, ac barbara crudelitate accensus, *Salerni* vastationem aggreditur: ære namque sereno, tranquilloque æquore valida tempestas orta est: ita ut agitata, 59
præerupta, ac inter se penitus confracta classe (A-
D postoli custodia) Pirata perterritus aufugit: armati etenim milites in maximo numero supra domorum tecta, ac Civitatis muros visi fuere: Barbari vero amentes, horroreque pleni, ac perterriti classem totam statim dispersam, ac fugatam inspexerunt. Ob cujus victoriæ memoriam *Salernitana* Ecclesia singulis annis, usque ad hodiernum diem, ex Pontificia authoritate tam Missam, quam Officium solemni ritu celebrat, & processione totius Cleri, & Populi, B. *Matthæi*, ac aliorum SS. Reliquiæ honorifice, & reverenter circumferuntur per Civitatem, Apostoli namque peculiari patrocinio liberata fuit, ut Marcus An-
E tonius Marsilius Columna *In vita B. Matthæi.* Abb. Ugellus *in Ital. sacr. de Episc. & Archiep. Salernit.* narrant: nec non in *Salernitano* Officio habetur.

Percelebre, ac Reverendissimum hujus Metropolis Capitulum constat ex tribus Dignitatibus. *Prima* quarum post Pontificalem Archidiaconus appellatur, qui prælatitio habitu cum rocchetto scilicet, & mantelletta nigri coloris in Choro, & Ecclesia assistit: *Secunda* Dignitas Cantor nominatur. *Tertia* vero Dignitas Primicerius dicitur: cum Canonicis quatuor Diaconis, & Presbyteris vigintiquatuor omnes cum præbendis.
F Canonici Cardinales ex antiqua eorum fundatione nuncupati, & in bulla eorum Canonicatus adhuc à Summo Pontifice Canonici Cardinales appellantur: rochettis, ac mozzettis iisdem utuntur, quibus Eminentissimi Cardinales induuntur coloris vulgo *Cremesino*: tempore vero Quadragesimæ, Adventus, Vigiliarum, in Anniversariis, Exequiis, ac in feriis sextis violaceis mozzettis utuntur: habitu namque rubei coloris, ac Cardinalitio titulo ab immemorabili dictum Reverendissimum Capitulum fuit insignitum, & à Sancto Pontifice *Gregorio* VII. confirmatum, 60
dum

dum *Salerni* commoraretur, plures hic Pontificias functiones exercuit: necnon multos S. R. E. Cardinales creavit.

Possident hæ Dignitates, ac Canonici usum Mitræ ex serico vulgo *Damasco* in singulis Ecclesiasticis functionibus, absque loci, vel temporis limitatione. Similiter in solemnibus processionibus, & præcipue die corporis Christi ferunt Mitras in capite, sicuti eodem die ante Summum Pontificem Eminentissimi Cardinales utuntur: & hoc antiquissimis privilegiis, & concessionibus, necnon cum bulla *Lucii* III. anno M. C. LXXXIII. ac *Pauli* II. M. CCCC. LXIV. confirmatum.

Canonicatus singulos vacantes per totum anni circulum semper ab immemorabili dictum Reverendissimum Capitulum providebat: at post regulam octavam Apostolicæ Cancellariæ emanatam per felicem memoriam *Clementis* Papæ VIII. quamvis diu, & magno labore causa in *Romana* Curia agitata fuisset: Capitulo fuit interdicta prædicta electio per totum annum, tantum ei facultate relicta, providendi, seu Canonicos dumtaxat in quatuor mensibus ordinariis eligendi, cœteris vero octo mensibus providentur Canonicatus à Sancta Sede Apostolica, sicuti etiam prima Dignitas.

Assidue Choro, ac dictæ Cathedrali Ecclesiæ assistunt Hebdomadarii decem cum mozzettis violacei coloris, dum rubeis utuntur Canonici, qui quando violaceis induuntur, nigris tunc Hebdomadarii utuntur, & hi alternatim ab Archiepiscopo, ac à dicto Capitulo eliguntur, & pro eorum laboribus quotidianis distributionibus ad certam summam fruuntur.

61 Præclare Seminarium majori Ecclesiæ adhæret, in quo vigintiquatuor Alumni Civitatis, ac Diœcesis instruuntur.

Clerus in Civitate, & Diœcesi numerosus conspicitur.

Archiepiscopus vero, qui Summo Pontifici à Catholica Majestate præsentatur, Primatum, ut diximus, in Regno tenet, ut Freccia *Lib. de subfeud.* scripsit, & habetur in bulla *Urbani II.* de primatu Archiepiscopi *Salernitani* sub anno M. XCIX. XIII. Kal. Augusti: datum *Salerni*, ut Marcus Antonius Columna *in Const. Synodal. ann.* 1578. scripsit, qui non solum tali numeroso Clero præest, sed etiam suffraganeis Episcopis, nempe *Acernensi*, *Campaniensi*, *Caputaquensi*, *Marsicensi*, *Nucerino*, *Nuscano*, *Policastrensi*, & *Sarnensi*: habet adhuc sub se sex Consistoriales Abbatias in Commendam conferri solitas scilicet Sanctæ *Mariæ* de *Vetero*, Sanctæ *Mariæ* de *Tobenda*, Sancti *Petri* de *Ebulo*, Sancti *Benedicti*, Sancti *Petri* de *Cursina*, Sanctæ *Mariæ* Matris Domini, & Prioratum Sancti *Leonis*.

Olim similiter Archiepiscopus feudum *Olibani*, *Montis Corbini*, *Castellutii*, *Montis aurei*, ac aliorum locorum possidebat: pro quibus in Regia Camera Summarie cum Regio Fisco lis controvertitur: regales cedulæ felicis memoriæ *Philippi II. III.* & *IV.* plures adsunt ad Archiepiscoporum instantias, qui à plerisque hujus Regni Regibus luculenter prærogativis, ac privilegiis cumulati fuere.

Quamplurimæ in Civitate numerantur Ecclesiæ, præsertim Templum Sanctissimæ Virgini Annuntiationi dicatum, ac à Civitate erectum, ejusque Gubernatores de expositis pueris curam habent, aliaque pia opera exercent.

62 Parochiales Ecclesiæ multæ in Civitate computantur, nempe

Sancti *Euphemii*, cui est annexa parochialis Sancti Maximi.

Sanctæ *Mariæ* de *Ulmis* in plano montis constructæ anno 1185. à *Romualdo II.*

Sancti *Bartholomæi* de *Coriariis* in eodem loco,

Sancti *Gramatii* Episcopi *Salernitani*.

Sanctæ *Mariæ* de *Lama* à Canonico Januario *Basile* Parocho pulcherrime exornatæ.

Sancti *Andreæ* de *Lavina* munifice instaurati à Canonico *Joanne Quagliarello* ejus Parocho.

Sanctæ *Luciæ*, cui est unita Parochialis Sancti *Viti* ad mare extructæ, satisque exornatæ à *Joanne Farao* meo Patruo magno Cantore Cathedralis Ecclesiæ, cum hoc epitaphio humatus jacet.

IOANNES FARAVS PAROCHVS
MORTIS MEMOR
SEPVLCHRVM HOC VIVENS SIBI
PARAVIT,
QVO AD VOCEM FILII DEI AVDIERIT,
ANNO DOMINI M. DC. XVII.

Sanctæ *Mariæ* de *Barbutis*, cui est annexa Parochialis Sanctæ *Mariæ* de *Platea*, supra majorem vero januam hæc leguntur.

HOC OPVS EGREGIVM SACRA QVOD
CREAVIT IN AVLAM
CONIVGIS AVXILIO DAVFERIVS
CONDIDIT HEROS.

Sancti *Matthæi* Parvi.

Sancti *Gregorii*, cui est unita Sancta *Maria* de *Portanova*, & ad murum extra Ecclesiam Meridiem versus hoc est scriptum Epitaphium.

ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS M. C. LXII. REGNANTE DOM. VVILLELMO II. GLORIOSISSIMO REGE SICILIAE, DVCATVS APVLIAE, AC PRINCIPATVS CAPVAE, ANNO VII. ROBERTVS GVARNA FRATER ROMVALDI II. VENERABILIS SALERNITANI ARCHIEPISCOPI, FECIT CONSTRVI HANC ECCLESIAM AD HONOREM B. GREGORII. 63

Sanctæ Mariæ de Dominabus sub *Gisulpho*, & *Joanne* ejus filio, anno CM. LVII. constructæ.

Sanctæ *Triphomenæ*, cui est annexa Parochialis Sancti *Joannis* fœminarum.

Sancti *Angeli* de *Marronibus*.

Sanctorum Apostolorum templum non parum decoratum à Canonico Parocho *Joanne Carolo Bottiglierio*, & ab *Hieronymo* ejus germano similiter Parocho, ambo integerrimæ, ac conspicuæ vitæ.

Sancti *Joannis* de *Cannabariis*, cui sunt unitæ Parochiales Sanctæ *Mariæ Ortimagni*, ac Sancti *Joannis Caprarum*.

Sanctorum *Petri*, & *Pauli* de *Cammarellis* extra muros, olim Cruciferorum Cœnobium.

Sanctimonialium vero septa quatuor sunt in Civitate constructa, scilicet Sancti *Georgii* Ordinis Sancti *Benedicti*, in cujus pulcherrimi templi sacello maxima cum veneratione requiescunt corpora *Archelaæ*, *Teclæ*, ac *Susannæ* Sanctarum VV. & MM. in decima persecutione apud *Diocletianum*, & *Maximinianum* à *Leontio* Proconsule circa annum 293. morti data, ut Paulus Regius *Nella Vita di S. Archelaa V. e M. nel cap. II.* refert, necnon habetur ex proprio Officio dictarum sanctarum, quarum vita laconice in hoc epitaphio ab eruditissimo *Fabritio Pinto* describitur.

ARCHALAIS, TECLA, ET SVSANNA DVM E MORTIS MANIBVS EVADERE PVTANT, ROMAM DESERVNT, INTER LEONTII VNGVES CHRISTI OVES PROPE NOLAM EI OCCVRRVNT: VBI POST SAEVA QVAMPLVRIMA TORMENTA, 64
AVREIS REDIMITAE SERTIS, AC THYREIS PRAECINCTAE PALMATIS TOGIS, SVIS

SVIS DECOLORATIS CRVORIBVS, IN PARADISI CAPITOLIVM MARTYRES TRIVMPHARVNT. SALERNVM TANDEM MIRIFICE PERGVNT, VT IN CIVITATE HIPPOCRATICA, ARCHALAIS, QVAE SALVS INTERPRETATVR OMNES SVIS CVRET MIRACVLIS, ET HIC CONCLVSO IN HORTO BENEDICTI CANDIDIS, ILLIBATISQVE LILIIS, TAM SVAVITER REDOLENTIBVS PVRPVREAE COMITARENTVR VIRGINEAE ROSAE.

In ejuſdem ordinis Sanctiſſimi Patris *Benedicti* Monaſterio ſub titulo Sanctæ *Mariæ Magdalenæ*, cujus Sacellum fundavit *Jacobus Scillatus* nobilis *Salernitanus*, hæc inciſa leguntur.

NOBILIS HIC IVVENIS PVLCHER RECVBAT TVMVLATVS
SCILLATVS GENERE, IACOBVS FVIT IPSE VOCATVS:
OBTVLIT ALTARE TIBI MAGDALA SANCTA DICATVM,
REBVS DONATVM, VENIAM PARCENDO SVORVM
MORIBVS ORNATVS, ET MVNDVS CRIMINE VIXIT:
PAVPERIBVS LARGVS, OCVLOS AD COELVM FIXIT:
PARCE DEI RATVM, SIBI REMITTENDO REATVM
VT TIBI DIGNETVR, IGNOSCE QVI MISERETVR.
A. D. M.CCC.X. DIE VLTIMO MENSIS NOVEMBRIS IX. IND.

Beatæ *Luciæ* Virginis de nobili ſtirpe progenitæ in partibus *Calabriæ* in Civitate *Calathagerone* venerabili cultu in dicta Eccleſia corpus adſervatur: cujus officium Pontificia authoritate in ſupradicto Monaſterio celebratur.

Alterum vero Cœnobium dicitur Sanctæ *Mariæ* Pietatis ſub Seraphici Patris *Franciſci* Ordinis Minorum Conventualium regula.

Aliud denique eſt Monaſterium Sancti *Michaelis* Archangeli ſimiliter ſub dicta Regula Patriarchæ *Franciſci* Ordinis Minorum Conventualium.

65 Cœterum pro pauperibus Virginibus Conſervatorium extat ſub titulo Sanctiſſimæ Virginis *Catharinæ Senenſis* Ordinis Prædicatorum.

Cœnobia Virorum diverſarum Religionum multa numerantur: Monaſterium ſcilicet Sancti *Benedicti Olivetanorum*: *Gregorii* Conſulis Patritii *Romani* juſſu anno 694. constructum, ut *ex Arch. SS. Trinit. Cavenſ.* conſtat, in quo Cœnobio miraculoſa, ac devotiſſima Sanctiſſimi Crucifixi Imago conſpicitur: apud quam converſio illa mirabilis accidit celebris Necromantiæ Profeſſoris, ac nobiliſſimi viri *Petri Bayalardi*, ſive *Barliarii*, ſeu *Baliabardi*, ut in vetuſtis ſcripturis hæc familia legitur: eo enim abſente, parvuli nepotes magicis adapertis libris caracteres, ac diabolicas effigies delentes, & conſpuentes, ab iratis Dæmonibus ſuffocati fuere. Domum *Petrus* reverſus, hæc videns, Divina excitante gratia, cum prioris vitæ pertæduiſſet, crematiſque nefandis ac diabolicis libris, ad Divi *Benedicti* Eccleſiam ſe contulit pro delictorum venia impetranda: ante Sacratiſſimam Crucifixi imaginem proſtratus, abunde lacrymas profundens, pectuſque lapide inceſſanter tundens: Divinam, ut ſibi parceret, miſericordiam implorabat: aſſidue in hac pœnitentia permanens, ſæpeque dicebat: *Domine hic non diſcedam, ni remiſſionis, & indulgentiæ tuæ ſignum accipiam:* quod poſt triduum miſericors Dominus largitus eſt, annuit enim Crucifixi effigies, inclinato ca-

A pite ex tabula defixo, in qua Sacroſanctum Caput depictum erat, ſicque remanſit, & illæſa, ac intacta conſpicitur: reliqua vero corporis pars corroſa apparet ad hodiernum uſque diem, ob incolarum devotionem, hoſpitumque ſtuporem perſeverat: *Petrus* vero in die Paraſceven 25. 66
Martii, anni 1149. emiſit ſpiritum: ibique humiliter humatus, & legitur.

HOC EST SEPVLCHRVM M. MAGISTRI PETRI BARLIARII.

Conventus Sanctæ *Mariæ* de *Porta* Ordinis
B Prædicatorum, per prius nuncupata Eccleſia de Sancto *Paulo* de *Palearia* cum domibus, hortis, aliiſque adjacentiis: donantur à *Matthæo* de *Porta* Archipræſule *Salernitano* ob amorem, quem gerebat Venerabili viro Fratri *Thomæ* de *Aquino* ejus Magiſtro Ordinis Prædicatorum: ac Religioſo viro Fratri *Eufranoni* ejuſdem ordinis cariſſimo Conſobrino, ſic ex inſtrumento rogato, ſub die 15. Martii 1272. ut refert Abb. Ughellus *Tom.* VII. *Ital. Sacr. de Epiſc. & Archiepiſ. Salernit.*

Mirabilis Campanula illa à Sancto Angelico Doctore *Thoma Aquinate* in Cœnobii dormitorii
C parietibus collocata conſpicitur, quæ nemine pulſante ſonat: maximo vero cum terrore, quamquam non ab omnibus, ſed modo ab una, modo à pluribus perſonis ſonus perſentitur, uti Sancto Doctori placet: præcedens, ac infallibile mortis ſignum, ſive Religioſi, ſive Laici intra Conventus muros exiſtentium.

In cujus Sacræ Ædis Sacrario dextera manus, quæ hanc Campanulam poſuit, & quæ tam multa ſcripſit, cum membranaceo Codice adhuc ab eodem Sancto manuſcripto conſervantur: nec non dicti Sancti Doctoris Bibliotheca conſpicua,
D ac Cellula adſunt.

A Seraphico Divo *Bonaventura*, & à dicto Angelico Sancto, tunc in dicto Cœnobio, & Civitate Lectore, celeberrima inter *Europæ* vetuſtiſſimas, ſub Concordum titulo fuit conſtructa Academia, quæ pro Stemmate in ſupradictorum duorum Sanctorum medio, Siringam effingit, cum 67
Scommate; *Diſparibus junctis:* necnon alia inſuper Academia, ſub Rudium titulo, cum Stemmate fruſtuli marmorei effigiem ſimulachri habere incepti, malleum, & cœlum ſub pedibus habentis, cum Scommate: *His delicatior Minerva:* olim à D. *Juliano Bazichi* nobili *Piſano* Primario
E Veſpertino Interprete in *Salernitano* Gymnaſio, erecta.

Supra majorem Eccleſiæ januam legitur.

ANNO DOMINI MCC.LXXV. IND. III. DOMINA REGALIS FILIA DOMINI EVFRANONIS DE PORTA, ET VXOR QVONDAM DOMINI IACOBI DE TRICARICO AD HONOREM DEI, ET B. MARIAE VIRGINIS HANC ECCLESIAM
F CONSTRVI FECIT.

In Chori vero parietibus ſic in lapide habetur

HIC IACENT. OSSA REGALIS A PORTA
ECCLESIÆ HVIVS FVNDAT. AC SVFFIC.
DONATIONIS TEMPORE B. THOMÆ AQVINATIS
AD PRÆSENS OPE, AC PIETATE R.P. FR. P.
D. N. P. LECTORIS, AC PRIORIS IN HAC EIQVE
FAMILIÆ CAPPELLA COLLECTA
A. D. M. D. LXXXXV.

In Sanctissimi Crucifixi Sacello inscriptum videtur,

SANCTISSIMO NOMINI DEI
STRVENTEM SACELLVM
MARSICI COMITEM ROGERIVM
TVMVLATOS
AQVINANTEM THOMASINVM
D. THOMAE SORORES MARIAM
MARANI DOMINAM PERDITANTEM
DOCT. ANGELICI DEXTERA
CONVENTVM PRAEFATI CONIVGEM
ROG. THEODORAM PRIOR, ET
FRATRES AN. DOM. M. DC. XLII.
MEMORARVNT.

68 In Ara familiæ de *Auossa* lapis hanc habet inscriptionem.

VESPESIANO DE AVOSSA
SALERNITANO IVRISPRVDENTIAE,
MVSICES, POETICAE, OMNIVM
ARTIVM STVDIOSISSIMO,
VITAQVE HONESTATE PRAECLARO,
QVI FLORIDA IVVENTVTE DECESSIT.
INOPINATE MORITVR,
IMPVLSV DVLCISS.
IOANNES CAMILLVS P. IOANNES
FRANCISCVS, ET CAES. PATRIT.
SIBI SVISQVE TANTVM P.
ANNO clɔ. Iɔ. XcI.

Et alibi lapis ostendit.

CARMELIAE CAPP.te PAT.
ROMANAE MATRI OPTIMAE,
SINGVLARISQVE SANCTITATIS
LAVRENTIVS BELVS EPS CAPVT.is
POMPEIVS BELVS EPS BISINIAN.
COETERIQVE FILII MOESTISSIMI
POSVERVNT, VIXIT ANNO LXVI.
OBIIT SALERNI AN. M.D. LXXIX.
MENSE DECEM. DIE II.

Ordinis Eremitarum Sancti *Augustini* Conventus adest, ubi olim Ecclesia B. *Angeli* fuit: à Reverendissimo Capitulo vacuus locus Patribus Augustinianis anno 1309. die 6. Aprilis donatur: In cujus Cœnobii Claustro miraculosissimæ Virginis de *Constantinopoli* imago maxima devotione veneratur, quæ anno 1453. primum *Salerni* innotuit, postmodum in cæteras partes Sacræ Virginis de *Constantinopoli* devotio propagata fuit: à *Turcis* namque capta *Constantinopolitana* Urbe fideles mercatores Sacras Reliquias, ac Venerabiles Imagines Barbarorum ludibrio subtraxerunt, & præcipue hanc supradictam Imaginem B. Vir-
69 ginis, navique impositam, *Neapolim* versus proficiscebantur: factoque in sinu *Pestano* naufragio, ac navi ad littus *Salerni* elisa, cuncta deperdita sunt, pauco hominum numero superstite: obruitur Sacra Imago prope Civitatis mœnia: sedata procella Cœmentarius quidam, (ut est Civitatis usus) arenam in eodem littore fodiens, casu Iconem circa supercilium ligone percussit, eodemque momento illi bracchia attracta sunt, immobilis permanens, ad cujus ejulatus, & voces plurimi occurrentes, causamque inquirendo, effossa arena Sacram eruere Imaginem, à nautis superviventibus cognitam, quam è *Constantinopoli* abstulerant: Augustiniani Patres prope æquoris littus ad Civitatis muros incolentes, tanto miraculo stupidi occurrunt: ad propriam Ecclesiam Imaginem deferre cupientes, illico processionem disponunt (Cœmentarius ad fidelium preces à Sacratissima Virgine pristinæ restituitur saluti) cum psalmis, & hymnis progredientes: campanæ Ecclesiæ, nemine pulsante, festivum edidere soni-

A tum, & tunc in Sacello Sancti Spiritus de familia *Mazza* venerabiliter collocaverunt, ubi die sequenti reperta minime fuit, sed in stabulo quodam, in quo *Salernitani* Principes eorum detinebant equos, qui ante Sacram Iconem genuflexi reperti fuere: denuo ad Ecclesiam Imaginem deferentes, illa iterum in stabulo fuit reperta, quod in Capellæ formam Patres exornandam curavere, maximaque devotione à fidelibus assidue veneratur. Ex Sepulchrali lapide conspicitur Sacellum ob successionem possideri per V. I. D. *Simonem Casi*, natum Peritissimi Jurisconsulti *Onuphrii*.

In Divi *Francisci* Minorum Conventualium
B Cœnobio, ante templi fores insculptum legitur. 70

CONSERVES PVRVM PATER FRANCISCE TAFVRVM,
QVEM VTI DEVOTVM REDDANT
HAEC LIMINA TOTVM.

Regina *Margarita* de *Duratio* Serenissimi *Landislai* Regis Mater in dicto templo humata conspicitur in regali marmoreo tumulo, opera *Antonii Baboso* Sculptoris eximii, ut Joannes Antonius Summonte *Lib.* IV. *dell' Hist. di Nap.* notavit cum his versibus.

C I. MARGARITA COELOS VBI FVLGIDA VITA
SCANDITO SECVRA CONDVCVNT
TE TVA THVRA:
NAM TIBI SACRATVM, TERRIS REGINA BEATVM,
INCLYTA DIMITTIS NOMEN, QVOD
SAECVLA VICTIS,
POSTERA SERVABVNT LIVONIBVS,
ET PERAMABVNT,
QVADRIGENTENVS IT DVM DOMINI DVODENVS
D ANNVS MILLENVS, SED NON BIS
MORTE SERENVS
AVGVSTI SEXTO, SED NONIS LVMINE MAESTO
CVM SALVATORIS CELEBRATVR FESTA DECORIS
INFERT REGNIS, INDITIO QVINTA
SVPERNIS.

Non procul ab hoc Regali tumulo antiquum Sacellum familiæ *Cioffi* reperitur, ex altera vero parte in quadam Urna legitur.

HOC EST SEPVLCHRVM MAGNIFICI, ET EGREGII VIRI DOMINI GVIL-
E LELMI DE AGELLO MILITIS DE SALERNO: ILLVSTRIS CAROLI II. HIERVSALEM, ET SICILIAE REGIS, MAGISTRI HOSTIARII, ET GAMBELLANI, QVI OBIIT ANNO DOMINI M.CCC. XV. DIE XXII. IANVAR. XII. IND. CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

In eadem Ecclesia habemus in lapide.

HIC IACET CORPVS MATTHAEI DE AIELLO DE SALERNO REGII HOSPITII SENESCALLI, AC PROTONOTHARII
F REGNI SICILIAE, ET M. CANCELL.ii QVI OBIIT ANNO DOMINI M. CCCC. I. DIE I. MENSIS SEPTEMBRIS.

Marmoreus adhuc in dicto templo servatur lapis *Cæsarii* filii *Stephani* Ducis *Neapolitani*, qui cum Principe *Ariche* bellum iniit, illique dedit pro obside *Cæsarium* filium pro pace obtinenda, at Genitore vivente obiit, ejusque Elogia, ut scripsere Bartholomæus Chioccarellus *in Catalog. Antist. Neapolit. Eccles.* ac Julius Cæsar Capacius *Lib.* I. *Hist. Neapol. Cap.* XII. sic leguntur. 71

CAE-

CAESARIVS CONSVL TENERIS SVBLATVS IN ANNIS
HIC RECVBAT MORIENS; VE TIBI PARTHENOPE
AETERNVM MEDIO GESTAT IN PECTORE VVLNVS
MILITIBVS PERIIT MVRVS, ET ARMA TVIS,
ET MEA, QVI HVNC GENVI NOS VVLNERA FLETE PARENTES,
QVI SOBVLVM CVPITIS TAM BENE SORTE FRVI,
SORS MEA DETERIOR DVLCIS IN FVNERE NATI
CVIVS FLAMMA MEVM PECTVS, VBIQVE CREMAT:
APTVS ERAT CVNCTIS IN VERBIS, PROMPTVS IN APTV,
CONSILIO SOLERS, FORTIS AD ARMA SIMVL;
REX ROMA PRAECELSA NOVO, QVO SCEPTRA REGVNTVR,
PRAETVLIT HAC NOSTRA CIVIBVS VRBE SVIS.
ISTIVS AVXILIO LONGAEVA PATERNA SENECTVS
TVTA REGEBATVR, IAMQVE QVIETVS ERAM.
VIRTVS, INGENIVM, PIETAS, SAPIENTIA MVLTA,
VE CVI CVM GENITO, TOT PERIERE BONA.
SIC BLANDVS BARDIS ERAT, VT FAEDERA GRATIS
SERVARET SAPIENS INVIOLATA TAMEN.
CONSVL POST PRAESVL GENITOR MONVMENTA PARAVI,
CVI FVERAT CVRAE CONDERE MEMBRA PATRIS.
O MIHI NON PROLES TANTVM, SED COLLEGA FIDVS,
CVI TANTOS LINQVIS, QVOS TVVS ARSIT AMOR.
NVTRITVS OBSES ARICHIS MODERAMINE SANCTO,
SALVASTI PATRIAM PERMEMORANDE TVAM.
SEX, QVATER, ET BINOS HIC IAM TRANSCENDERAT ANNOS.
72 CVI FLAMEN CHRISTO CREDIT ESSE SVVM,
VITA SENIS TENVIS, POST NATI FVNVS ACERBVM,
POST ILLVM PAVCIS CREDO DIEBVS EAM.
LVX TE PRAECEDAT CHRISTI CHARISSIME FILI
SANCTE IANVARI, QVOD PETO, POSCE DEVM.

DEPOSITVS EST XII. KAL. OCT. IMPERANTE NOVO CONSTANTINO ET IRENAE AVG. ANNO XIII. IND. XII.

ARICHIS PRIMVS SALERNI PRINCEPS SECVM E PARTHENOPE DVXIT OBSID.em

A CAESARIVM CONSVLEM OB TRIBVTI CAVTIONEM,
SIC O PRINC.s 4. LAPIDEM SALERNVM TRANSTVLIT
LADISLA.s FICHINARAM MAIORI
AT FLAMINES POSVERE IN SVBLIMI M.

Humatus cum Sepulchrali lapide in dicta Ecclesia *Cosmus Setarius* jacet, & circumcirca legitur.

COSIMO SETARIO IN DECRETIS DOCTORI RAVELLENSI PONTIFICI, QVI AGENS ANNVM LXII. OBIIT VII. OCTOBRIS M. D. VI. FRATRES POSVERE. B

Et in Ecclesia Divi *Laurentii Neapolis* etiam Minorum Conventualium habetur.

HIC IACET CORPVS VIRI MAG. DOMINI IOANNIS SETARII DE SALERNO MILITIS IVRISCIVILIS PROFESSORIS MAGNAE REGINALIS CVRIAE MAGISTRI RATIONALIS, AC IN PARTIBVS PROVINCIAE, MAIORVMQVE SECVNDARVM APPELLATIONVM IVDICIS, QVI OBIIT, ANNO DOMINI M. CCC. LX. DIE X. MENS. SEPTEMB. I. IND. AMEN.

C Necnon legitur:

IOANNI SETARIO NEAP. PONTIFICII, AC CAESAREI IVRIS DOCTORI CELEBERRIMO, FILII OB PIETATEM PP. OBIIT ANNO DOMINI M. CCCC. LXXXVI. DIE VI. MENS. IVLII.

Insculptum in marmore, ex altera Meridiei parte sic videtur.

HIC IACET CORPVS NOBILIS, ET EGREGII VIRI DOMINI ANGELI CAPVTSCRVPHA DE SALERNO MEDICINAE DOCTORIS, MILITIS, AC INCLYTI REGIS LADISLAVI PHYSICI, QVI OBIIT SVB ANNO DOMINI M. CCCC. VII. DIE XXVII. MENS. MARTII I. IND. AMEN. 73 D

In Ara Dominorum de *Cavaselice* legitur.

SACELLVM HOC FIDE REIPVBLICAE VINDICIS PRAECVRSORI DICATVM, VETVSTATE PROPE DIRVTVM ALPHONSIVS, MATTHAEVS, HIERONYMVS, IOANNES BAPTISTAE, ABBAS VINCENTIVS, OTTAVIVS CAVASELICE, FELICIORE IN ORBE VIVENTIS ANTONII FILII, AERE FAMILIARI RESTAVRANDVM CVRARVNT, ANNO DOMINI M. DC. XXXIII. E

In cujus Prosapiae tumulo haec insculpta habentur.

NICOLAO CAVASILICI CIVILIS PONTIFICIIQVE IVRIS CONSVLTISSIMO
HIC OB FIDEM, PRVDENTIAM, MORVM INTEGRITATEM,
DVM APVD IO. CAP. ARAGONIVS CVIVS FAMILIARIS IAMPRIDEM
F ERAT, CAVSIS AVDIVNDIS PRAEEST.
NEAPOLIM ORITVR ANT.
EIVS OSSIBVS IN PATRIAM EX TESTAMENTO RELATIS
FRATRI DVLCISSIMO PIENTISSIME POSVIT. ANNO SALVTIS M.CCCC. LXXXV.

Legitur adhuc in dicta Ecclesia,

HIC IACET CORPVS NOBILIS VIRI PACILII MANGANARII DE SALERNO, QVI OBIIT M. CCCC. X. MENS. APRILIS.

Necnon alter Tumulus sic inscriptus videtur.

HIC IACET CORPVS REV. IN CHRI-
STO PATRIS DOMINI FRANCISCI MAR-
CHISII DE SALERNO EPISCOPI TRI-
VENTINI . . QVI OBIIT DIE DOMINI-
CO XVIII. MENSIS APRILIS VIII. IND.
CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE.
AMEN.

Subcorpus in hac Ecclesia reperitur, in quo Sacrum Oratorium Prothomartyris *Stephani* quam pulchre exornatum, cum domibus. ac pomario: anno 1586. erectum : magno cum studio à Re-
74 ligiosissimis Dominis fraterno amore conjunctis moderatum, ubi maxima cum devotione varia pietatis opera; multa cum charitate pro Virginum, ac egenorum subsidio exercentur.

Monasterium Sancti *Nicolai* subtus aquam, quod dicitur della *Palma* à B. *Leone II.* Sacri Monasterii *Cavensis* Abbate, & à *Lucio* Viccecomite anno 1088. ædificatum, nunc est Conventus Fratrum Minorum Observantiæ cum Valetudinario, in quo cuncti totius Provinciæ Fratres magna cum charitate curantur: in cujus Ecclesia in Divi *Didaci* ara humatus jacet Episcopus *Ravellensis*, hoc habens in marmore epitaphium.

D. O. M.
AEMILIO SCATTARETICA PATRITIO
SALERNITANO IVRECONSVLTO
EPISCOPO RAVELLENSI,
INNOCENTIA PIETATE,
ET DOCTRINA SINGVLARI,
QVI SANCTISSIME CONFECTO LV.
ANNORVM CIRCVLO XI. NOVEMBRIS
cIↃ. IↃ. X. MORTALITATEM DESERVIT,
IMMORTALITATI MATVRVS, FLA-
MINIVS SCATTARETICA PRIMICERIVS,
ET SALERNITANAE METROPOLIS
VICARIVS FRATRI OPTIMO P.

Meridiem versus in superiori parte, in Sepulchrali tumulo familiæ de *Fensa* legitur.

IVRA PARES, ET AMOR QVONDAM
NVNC DETINET VRNA,
VT VIVERE SIMVL, NVNC SIMVL
VRNA CAPIT:
ET SIMEONI, THOMAM, MATTHAEVM
IVRIS VTRVMQVE
CONSVLTVM FENSAM: MIRE PRO-
BATVS AMOR
MATTHAEVS FRANCISCVS DE FENSA
ECCLESIAE SALERNITANAE
CAN.S CARD.
ET IOANNES HIERONYMVS EIVS
FRATER ALMI COLLEG.
SALERNIT. DOCTORIS, NE TAM CLA-
RA AVI MEMORIA
75 PIA VETVSTATE CORRVERET,
MARMOR HOC ITA CELAN-
DVM CVRAVERE.

In Divi *Antonii* Capella in marmoreo Sepulchro habetur.

HIC IACET CORPVS MAGNIFICI IA-
COBI VILLANI DE SALERNO DOMINI
CASTELLI AGELLI.

Humatus *Vincius Maffa* in ejus Sacello Sanctissimæ Conceptionis jacet: quod ex successione nunc possidetur à Nobili familia *Dennice* Civitatis *Trani*, cum hac inscriptione.

D. O. M.
VINCIO MAFFAE PRAESVLI
CALACIENSI DEI GRATIA,
ET SACR. THEOLOG. DOCT.
LEONE X. PONT. MAX. OB
SINGVLAREM DOCTRINAM,
VITAE INTEGRITATEM, ET
INNOCENTIAM, QVOD XV. ANN.
CARDINALIS AB EO FVERAT
ERVDITVS, AD CARDINALATVS
AMPLISSIMAM DIGNITATEM
ACCERSITO,
ET OB EIVS IMMATVRAM MORTEM
NON CONSEQVVTO PRAESVLI
OPTIMO PIISS. CVI DATVM EST IN
AEDE CAIACENSI CORPVS
BEATI STEPHANI, QVOD HACTENVS
LATVERAT INVENIRE
MICHAEL MAFFA VIR CLARVS,
VITA FVNCTO IN SVBLIMI F. C.
ANNO POST LXVI. TRIDENTINI
CONCILII PRAECEPTO E SVBLIMI IN
HVMILI POSITO CORPORE,
ATQVE INTEGRE REPERTO
CVM SVMMA POPVLI ADMIRATIONE,
ET PIETATE ODORVM SVAVITATE
AFFLANTE.
IOANNES BAPTISTA, ET ABBAS
SEBASTIANVS MAFFA GERMANI
FRATRES IVRISCONSVLTI PATRIS
PIETATEM SEQVVTI PP.
ANN. M. D. LXIX.

Similiter in alia marmorea tabula hujus Ecclesiæ legitur

THOMASIO SIMEONTIO ARTIVM, ET LEGVM DOCTORI
PRAESTANTISS. DVM AETATIS SVAE ANNORVM
XXXIII. AGERET OMNES COETANEOS EIVS 76
INGENIO, ATQVE DOCTRINA ANTECELLERET.
PVBLICE SALERNI IVSCIVILE PROFITENS CVM SVMMA
OMNIVM EXPECTATIONE
LIVORIS GLADIO CONFOSSVS EST: INTERIIT
A. D. M. D. XXXIX. MENS. APRILIS.
VINCENTIVS RVGIVS EIVSDEM SORORIVS
OB SINGVLAREM AMOREM, QVO VIVENTE PROSEQVVTVS
EST EO MORTVO: CONDITORIVM HOC PROPRIO
SVMPTV FACIENDVM CVRAVIT.

Prope januam dictæ Ecclesiæ ex Occidentis parte in marmoreo tumulo insculptum conspicitur.

ALEXANDRO MAZZA EQVITI SALERNITANO
VICARIO ADMIRATVS REGNI NEAPOLITANI,
ALEXANDER MAZZA AVO MATERNO BENEMERENTI.

In Conventu Sancti *Laurentii* Minorum reformatorum, quamplurimi morantur Fratres, ubi perpulchrum adest Valetudinarium pro infirmis Fratribus Provinciæ.

Anno 1559. Fratres *Capuccini* in sublimiori Civitatis loco eorum Cœnobium fundaverunt, in quo tunc parva erat Ecclesia sub titulo Sanctæ *Mariæ Consolationis*.

Societatis *Jesu* Collegium à Civitate erectum anno 1592. in septa olim Monialium Sanctæ *Sophiæ* nostram Urbem illustrat, suis cum Gymnasiis à Religiosissimis, non satis laudabilibus, doctissimisque Viris moderatum, ad juventutem litteris, ac pietate efformandam, morum honestatem, vitæ integritatem induendam, ad virtutes inserendas, & illam ad omnium scientiarum culmina evehendam: dictumque Collegium in dies exornatur ob munificentiam *Marci Antonii Sabbatini*, qui in Collegii Ecclesia cum hoc epitaphio humatus conspicitur.

D. O. M.
D. MARCO ANTONIO SABBATINO 77
CANONICO CARDINALI, AC GENERALI
VICARIO ECCLESIÆ SALERNITANÆ
DE SOCIETATE IESV BENEMERITO
EADEM SOCIETAS IESV
GRATI ANIMI ERGO MONVMENTVM
POSVIT ANNO DOMINI
cIↃ. IↃc. LXVI.

Mo-

A Monasterium cum Ecclesia Sanctæ *Mariæ Gratiarum* à Canonico D. *Philippo Marotta*, anno 1508. fuit constructum, ac dotatum, ubi resident Fratres Divi *Hieronymi* ordinis Beati *Petri* de *Pisa*.

Nec Beati *Joannis* Dei Fratres pro egenorum infirmorum subsidio cum eorum *Xenodochio* maximam erga ægrotos charitatem exercere desunt.

Cum ad *Galliam* Divus *Franciscus* de *Paula* esset profecturus, *Salernum* venit, in Dominorum de *Capograsso* domibus hospitatus fuit, Regis *Ferdinandi*, & Christianissimi Oratores invenit: & è
B Civitatis januis exiens, Ecclesiam quandam prope Urbis muros respiciens, sociis inquit: hic debet esse Conventus nostri Ordinis, sic Pater Isidorus Toscana *Nella Vit. di S. Franc. di Paul.* scribit: anno 1516. à munificentia tunc Principis *Salerni*, Minimorum Religioni dictus locus Sanctissimæ Annuntiationis antiquæ, seu Sancti *Bernardini* fuit donatus, extra Bussanulæ januam, & ubi nunc Ecclesia, ac Minimorum Conventus conspicitur.

Extra Urbis mœnia Orientem versus adest Monasterium Congregationis Cœlestinorum, ubi plures Sanctissimi Pontificis *Petri Cœlestini* venerantur Reliquiæ. C

Postmodum videtur Conventus Carmelitarum
78 antiquæ observantiæ in plano Sancti *Laurentii*, à fundamine erectus ab Archipræsule *Salernitano Mario Bolognino*, ut lapis supra templi januam ostendit.

MARIVS BOLOGNINVS BONON. ORIVN.
ARCHIEP. SALER. DENOTISS. SANCTISS.
VIRG. CARMEL. RELIG. HVC ADDVXIT
ECCLESIAM EXTRVXIT, DONIS AVXIT,
ET CENSV AN. M.D.XCVIII.

In Sepulchrali tumulo dicti Antistitis legitur. D

ILL. AC REV. D. D. MARII BOLOGNINI
ARCHIEP. SALERNITANI, REGIIQVE CONSILIARII, SPONSAM, QVI SVAM SANCTIS
EXORNAVIT SANCTIONIBVS, MONITIS
EFFORMAVIT COELESTIBVS, DIVINISQVE MVNIVIT INSTRVCTIONIBVS, CVIVS NIMIA DEVOTIO IN DEIPARAM VIRGINEM CARMELITICI ORDINIS PRAECIPVAM MATREM, CARMELITAS HUC ADDVXIT, ECCLESIAM HANC EXTRVXIT,
CONVENTVM FVNDAVIT, DONIS, REDDITIBVSQVE FOECVNDAVIT, NON ANIMA ONVSTAQVE MERITIS PETIVIT OLYM- E
PVM: SED CORPVS, PP. CARMELITAE EIVS IMPLENTES VOTA, HVC TRANSFERRI, ET TVMVLARI CVRARVNT.

E directo ejus Nepos *Alphonsus* cum hoc epitaphio tumulatus conspicitur.

AD.m PERILL.m ALPHONSVM BOLOGNINVM ILL. D. MARII BOLOGNINI NEPOTEM, MORVM HONESTATE GRAVEM,
CHARITATE FLAMMANTEM, ET ZELO
IN B. DEIPARENTEM VIRGINEM CARMELITICAM DEVOTVM, IVVENTVTE
PROBATA, SENEM VIRILITATE INNO-
CENTI REFLORENTEM, QVI A PATRVO, F
CVI SANGVINE DVM VIVERET, ET DILECTIONE FVIT CONIVNCTVS, CORPORE
POST OBITVM NOLVIT ESSE SEIVNCTVS,
PP. CARMELITAE EIVS TESTATA SATISFACIENTES VOLVNTATI, HOC MARMOREO TVMVLARVNT SEPVLCHRO.

In Sacello de familia *Gattula* legitur.

MATTHAEUS PHILOSOPHIAE, ET
MEDICINAE DOCTOR HORATII GATTVLA
ALMI COLLEGII PROMOTORIS FILIVS
79 HIC IACET
IOANNA DE MARTIA DOLENS EX GEMINO
VVLNERE ANTEA INFELIX VXOR,
MOX NIMIS AEGRA MATER MVLTIS
CVM LACRYMIS PRO
DVLCISSIMO FILIO
SIBI, POSTERISQVE SVIS, AC VTRIQVE
FAMILIAE SEPVLTVRAM PARAVIT.
A. D. cIↄ. Iↄc. XV. M. IAN.

Multa in dicta Civitate reperiuntur Templa, Oratoria, Laicorum Sodalitia, ac pauperum Montes præsertim Sacri Oratorii Sancti *Stephani*, in quibus maxima cum charitate multa pietatis opera, ut diximus, exercentur.

Nec pro pauperibus, & infirmis Xenodochia deficiunt: ergo jure in nostra Urbe magnopere Christianæ Religionis observantia refulget.

Demum amplissimæ *Salernitanæ* Diœcesi Oppida olim multa non solum in spiritualibus, sed adhuc in temporalibus subjecta erant: nunc vero suæ Diœcesis loca sunt Ebulum, Castellutium, Olibanum, Monscorbinus, Gifonum, id est Vallis, & Plana, & sex Casalia, Sanctus Cyprianus, Castilionum, Sabba, seu Pinta, Sanctus Severinus, Calvanicum, Sanctus Georgius, Roccapimontis, Mons aureus, Solofra, Serenum, Forenum, Sanctusmangus, cum Filetta, & Pedemontio, Aquamalorum, Coperchia, Olcaria, Pastina, multaque alia Casalia Civitatis Salerni.

CAP. VII. 80

DE EPISCOPIS, ET ARCHIEPISCOPIS SALERNITANÆ ECCLESIÆ.

Episcopalem olim *Salernitanam* Ecclesiam fuisse, nunc vero Metropolitanam esse asserimus, cujus Episcoporum, ac Archiepiscoporum Chronicus Index sequitur: de quibus singulis nil libet dicere, cum abunde de illis Gaspar Musca, *In Catalog. de Salernit. Eccl. Episc. & Archiep.* ac Abb. Ughellus *Tom.* VII. *Ital. Sacr. de Episc. & Archiep. Salernit.* mira cum arte scripserint.

ANTISTITES EPISCOPI.

Anno à Christo nato.

1. Sanctus *Bonosius.*
2. Sanctus *Gramatius.*
3. Sanctus *Verus.*
4. Sanctus *Eusterius.*
5. Sanctus *Valentinus.*
6. Sanctus *Gaudiosus.*

500. 7. *Gaudentius.*
534. 8. *Asterius.*
652. 9. *Luminosus.*
680. 10. *Joannes.*
700. 11. *Zaccharias.* 81
12. *Columbus.*
13. *Lupus.*
14. *Renovatus.*
15. *Benedictus.*
16. *Talericus.*
17. *Anderamus.*
762. 18. *Rodopertus.*
818. 19. *Rodoaltus.*
834. 20. *Petrus* I.
844. 21. *Ractulus.*
848. 22. *Magnaldus.*
853. 23. *Teupus.*
867. 24. *Alo.*
872. 25. *Landemarius.*
909. 26. *Bernardus* I.
942. 27. *Rachenaldus.*
947. 28. *Petrus* II.
950. 29. *Petrus* III.
954. 30. *Bernardus* II.
958. 31. *Petrus* IV.
969. 32. *Joannes* Postremus.

 Cum

Cum Urbs Archiepiscopali Sede clara dicatur A
Salernum, à Philippo Cluverio: *In Ital. Antiq.* ad ejus splendorem: ac majestatem augendam Metropolis titulum obtinuit, ex *Benedicti* VII. privilegio, & ex bulla *Joannis* XV. anno 974. constat, ideoque Archipræsules; qui illa potiti sunt, chronica serie enarrabimus.

Anno a Christo nato.

974. 1. *Amatus*.
82 980. 2. *Dauferius*.
985. 3. *Grimoaldus*.
1007. 4. *Michael*.
1016. 5. *Benedictus* I.
1019. 6. *Amatus* II. B
1041. 7. *Amatus* III.
1047. 8. *Joannes* I.
1057. 9. *Alphanus* I.
1085. 10. *Alphanus* II.
1121. 11. *Romualdus* I. S. E. R. Cardinalis
1137. 12. *Guillelmus* I.
1157. 13. *Romualdus* II. *Guarna*.
1181. 14. *Nicolaus* I. *Ayello*.
1225. 15. *Cæsarius* de *Alagno*.
1263. 16. *Matthæus* de *Porta*.
1273. 17. *Joannes* II.
1281. 18. *Philippus*.
1297. 19. *Guillelmus* II. de *Godonio*. C
1306. 20. *Guido* de *Collemedio*.
1306. 21. *Bernardus* I.
1310. 22. *Isaurus*.
1310. 23. *Robertus Arcufati*.
1312. 24. *Onuphrius*.
1319. 25. *Bertrandus* I. de *Turre Cambolilico* S. R. E. Cardinalis.
1321. 26. *Amaldus*.
1330. 27. *Ursus Minutulus*.
1334. 28, *Benedictus Capuano*.
1347. 29. *Rogerius Sanseverinus*.
83 1349. 30. *Bertrandus* II. D
1364. 31. *Guillelmus* III. *Sanseverinus*.
1378. 32. *Joannes* III. de *Acquaviva*.
1378. 33. *Guillelmus* IV. de *Capua* S. R. E. Cardinalis.
1394. 34. *Ligorius* de *Majorinis*.
1400. 35. *Bartholomæus* de *Aprano*.
1415. 36. *Nicolaus* II. *Piscicellus*.
1441. 37. *Banarbas Ursinus*.
1449. 38. *Nicolaus* III. *Piscicellus*.
1471. 39. *Petrus Guillelmus* de *Rocca*.
1472. 40. *Joannes* III. de *Aragonia* Regis *Ferdinandi* filius S. R. E. Cardinalis.
1486. 41. *Octavianus Bentivolus*. E
1500. 42. *Joannes* IV. de *Vera* S. R. E. Cardinalis.
1507. 43. *Federicus Fregosius*.
1533. 44. *Nicolaus* V. *Rodulphus* S. R. E. Cardinalis.
1548. 45. *Rodolphus Pius* S. R. E. Cardinalis Carpensis.
1548. 46. *Ludovicus Torres*.
1554. 47. *Hieronymus Seripandus* S. R. E. Cardinalis.
1564. 48. *Gaspar Cervantes* S. R. E. Cardinalis. F
1568. 49. *Marcus Antonius* I. *Columna* S. R. E. Cardinalis.
1574. 50. *Marcus Antonius* II.
1592. 51. *Marius Bologninus*.
84 1606. 52. *Joannes Beltraminius* de *Guevara*.
1612. 53. *Lucius Sanseverinus* S. R. E. Cardinalis.
1625. 54. *Gabriel Trescius* S. R. E. Cardinalis.
1630. 55. *Julius Sabellus* S. R. E. Cardinalis.

Anno a Christo nato.

1642. 56. *Fabritius Sabellus* S. R. E. Cardinalis.
1658. 57. *Joannes Torres*.
1664. 58. *Gregorius Carafa*.
1676. 59. *Alphonsus Alvarez* Archipræsul dignissimus ad præsens præest, cui Nestoris precamur annos.

CAP. VIII.

DE SALERNITANIS CIVIBUS AD DIGNITATES PROMOTIS.

Quamquam illustres, ac insignes nostros Cives cum summa eorum nominis, & famæ celebritate ad varias dignitates assumptos, nostrum sit in hoc capite enumerare: atqui ob temporum injuriam, minime cunctorum notitias haberi potuimus, propterea ab aliquibus dumtaxat, & ab illis primo, qui in Sanctitatis dignitate fuerunt adscripti exordium Chronico ordine sumamus: deinde ab aliis Sanctitatis fama, ac vi- 85
tæ claris, licet nondum in Sanctorum albo ab Ecclesia relatis: demum cœteros in Ecclesiastica, Laicali, Militari, ac Feudali dignitate constitutos recensebimus.

An. à Christo nato.

1057. *Alphanus* inter Sanctos refertur à *Uvione*, & ab aliis, ut in Chronica Cassinensi *Lib.* III. *Cap.* 35. notis illustrata.

980. Sanctus *Alpherius*, alias *Adelferius Pappacarbonus* I. Abbas, & Sacri Cœnobii Sanctissimæ Trinitatis *Cavensis* fundator; Vir Sanctitate, miraculis insignis, ac clarus: sepultus in sacratissimo specu, quod de ipsius cellula in Sancti *Michaelis* Archangeli Oratorium commutatum fuit, ubi requiescit, piaque fidelium devotione colitur: ex marmore legitur

SANCTVS ALPHERIVS
SALERNITANVS PATRITIVS
CAVENSIS COENOBII ABBAS. I.
VICTORISQVE III. PONT. MAGISTER INCLYTVS
PRIMVS IN HOC SACRO PATER EST ALPHERIVS
ANTRO. SIC RELIQVIS VITA,
CELSIOR, VT TVMVLO.
HIC TVMVLVM INCOLVIT VIVENS, VBI LVMINE
TRINO ADMONITVS, TRIADI DEDICAT
ECCLESIAM.
QVID MIRVM EXANIMI VITAM, SI REDDIDIT
ORANS QVI VALIDVS SEMPER VIXERAT
IN TVMVLO?
FERIA V. IN COENA DOMINI
COELESTIS COENAE CONVIVA
CONSCIVS EFFICITVR
AETATIS SVAE CXX. AN. CHRISTI M. L.

S. *Bonosius* Episcopus *Salernitanus*. 86

S. *Eusterius* Episc. *Salernit*.

SS, *Fortunatus*, *Cajus*, & *Anthes* Martyres *Salernitani* testatur Paulus Regius Episcopus *Viciequensis*. *Nella vita di S. Matteo Apost. & Euang. al. Cap.* 15.

S. *Gaudiosus* Episc. *Salernit*.

1062. S. *Petrus* Episc. *Anagninus* *Salerni* genitus: ac in Cœnobio S. *Benedicti* ejusdem Urbis educatus: Principes namque *Salernitanos* affines habuit ex Ughello. *In tom.* 1. *Ital. Sacr. de Episc. Anagninis*.

1070. S. *Petrus Pappacarbonus* Episcopus *Policastrensis*, sub cujus effigie in *Cavensi* Monasterii claustro legitur.

SAN-

SANCTVS PETRVS PATRITIVS SALERNITANVS NOBILISSIMVS, SANCTI ALPHERII NEPOS, COENOBII CAVENSIS ABBAS III. EPISCOPVS POLICASTRENSIS, TRIVM MILLIVM MONACHORVM PATER: SANCTISSIMI VRBANI PONT. MAX. INSTITVTOR, ET CORPORIS CAVAE CONSTRVCTOR, VITAE AVSTERITATE ATQVE MIRACVLORVM VIRTVTE CONSPICVVS.

In Sacra vero Crypta prope Sanctum *Alpherium*, ubi requiescit, in marmore epitaphium sic exaratum videtur.

HAC TEGITVR PETRA PETRVS ABBAS III.
ALPHERII NEPOS, ET HAERES SANCTITATIS
FACTA MAIORIS VIDIT, ET INVIDIT,
ILLE COENOBIVM EREXIT,
ISTE EVEXIT.
PRIMVS LEGIBVS SVOS ONERAVIT;
HIC DIGNITATIBVS HONORAVIT
87 ILLE PRIMVS ONERIBVS PRAEFVIT;
HIC PRIMVS HONORIBVS PROFVIT.
ABBATES NAMQVE MITRA CVMVLAVIT PRIMVS.
TRIA MILLIA NEPOTVM ALPHERIO PRO VNO REDDIDIT;
HOMINES ADHVC INVITOS FERREA CATENA AD COELVM TRAHEBAT, MIRARIS HOC?
PRAEMISERAT AD COELI IANVAS VRBANVM II. DISCIPVLVM,
FLORVIT AN. DOMINI M.C.XXII.

An. à Christo nato.

S. *Valentinus* Episc. *Salernit.*

S. *Verus* Episc. *Salernit.*

1222. Beatus *Joannes Guarna* Ordinis Prædicatorum Divi *Dominici* socius. Conventus Sanctæ *Mariæ Novellæ Florentiæ*, ac aliorum locorum fundator, ut notavit. Joannes Michael Pius. *Nel Lib.* I. *della vit. degl' huom. illustr. di S. Domenico.*

1406. Beatus *Massiminus* à *Salerno* ejusdem ordinis, Divæ *Catharinæ Senensis* Confessarius, ac familiaris: à *Lombardello* Beatus nuncupatur, ut idem Joannes Michael scripsit. *Loc. cit. 2. part. Lib.* II.

1317. Soror *Angela* à *Salerno* dictæ Religionis, de qua ob antiquitatem non multa extant, fuit vitæ clara, ut *Loc. cit. Lib.* III. testatur idem *Pius*: tandem ad triumphantium gloriam fuit vocata.

1649. Pater *Bonaventura* Pagano Capuccinus senio mortalitatem explevit natalibus, & virtutibus clarus.

1550. Pater *Joannes Baptista Vivaldus* Clericorum Regularium vitæ, ac famæ con-
88 spicuus in Domino obdormivit. *Histor. Cleric. Reg. Cap.* 69.

1637. Frater *Pacificus* à *Salerno* Capuccinus præclaræ vitæ ad gaudia migravit æterna.

1149. *Petrus Barliarius* animam efflavit, postquam Sanctissimi Crucifixi effigies caput inclinavit.

1579. Pater *Rogerius* Societatis Jesu primus *Chinæ* Regnum ingreditur, multa pro animarum salute egit, tandem post magnos labores *Salerni* quievit in Domino: ex Commentariis P. *Matthæi Ricci.*

1342. *Clemens* VI. dictus *Petrus* de *Rogerio*, germanus *Gulielmi* de *Rogerio*, qui apud *Lucanos*, unde originem trahebat, multorum oppidorum Dominus erat, ut *Ex Archiep. reg. Sicl. ex registr. Joan. II. an.* 1343. *&* 44. *lit. D. fol.* 252. *at.*

1370. *Gregorius* XI. prius *Petrus* de *Rogerio* nuncupatus *Cambonæ* ortus, e *Salerno* originem trahens.

1378. *Urbanus* VI. dictus *Bartholomæus Prignano* similiter à *Salernitana* Civitate oriundus.

1122. *Joannes Dauferius Salernitanus* S. R. E. Cardinalis tituli Sancti *Nicolai* in carcere *Tulliano.*

A Anno a Christo nato.

1191. *Joannes Salernitanus* S.R.E. Cardinalis tituli S. *Stephani* in cœlio monte.

1121. *Romualdus* I. *Guarna* S. R. E. Cardinalis Diaconus tituli Sanctæ *Mariæ* in via lata Archiepiscopus *Salernitanus.*

1578. *Æmilius Scattaretica* Canonicus, & Pri- 89
micerius *Salernitanus* Episcopus *Ravellensis.*

1309. *Andreas Capograsso* Episc. *Acernensis.*

1319. *Andreas Capograsso* Episc. *Valvensis*, & *Sulmonensis.*

1423. *Andreas* de *Palearia* Archiep. *Amalphitanus.*

B 1481. *Andreas* de *Rogeriis Salernitanus* Archidiaconus, Episc. *Sarnensis.*

1418. *Antonellus* seu *Antonius Syraca* Episc. *Nebiensis.*

1472. *Antonius Ayellus* Archiep. *Barensis.*

1465. *Antonius Casarus*, e *Salernitano* Canonicatu Episc. *Crotoniensis.*

1419. *Antonius* Comite *Liparensis* Episc.

1641. *Antonius* del *Pezzo* ex *Polymnianensi* Episcopatu, Archiep. *Surrentinus.*

1043. *Bartholomæus* de *Porta* Episc. *Scaturensis*; deinde *Bovinensis.*

1432. *Bartholomæus* de *Salerno* Episc. *Liparensis.*

C 1616. *Carolus Pinto* Episc. *Nicoterensis.*

1593. *Cæsar* del *Pezzo* Episc. *Valvensis*, & *Sulmonensis.*

1489. *Cosimus Setarius* Episc. *Ravellensis.*

1585. *Fabritius Guarna* Episc. *Marsicensis.*

1425. *Franciscus Ayellus* patriæ Canonicus: Primus *Cavensis* Episc. deinde *Tudertinus*, postremo *Barensis* Archiep.

1655. *Franciscus Cajeta* Episc. *Bitectensis.*

1356. *Franciscus Capograsso* ex Decano *Capuano* E- 90
pisc. *Policastrensis.*

1462. *Franciscus* Comite Episc. *Caputaquensis.*

1657. *Franciscus Densa* è *Salernitano* Canonicatu, Sancti *Severi* Episc.

D 1379. *Franciscus Marchesius* Episc. *Triventinus.*

1612. *Fulvius Thesaurerius* Episc. *Bellicastrensis.*

1201. *Gualderius* de *Paleariis Trojanus* Episcopus, postea *Catinensis* electus, deinde *Panormitanus* Archiepiscopus.

1418. *Guiduccius* de *Porta* patriæ Ecclesiæ Canonicus Episc. *Muranus.*

1680. *Hieronymus Prignano* è Vicario Generali *Salernitano*, ac ejusdem Ecclesiæ Canonico, meritissimus *Campaniensis* Episcopus.

1517. *Joannes Antonius* de *Rogeriis Hostunensis* Episcopus.

E 1254. *Joannes Castellomata* Episc. *Policastrensis.*

1611. *Joannes Franciscus Solimene* è Primicerio *Salernitano*, Episc. *Acernensis.*

1493. *Joannes Foracrapa* è *Salernitano* Canonicatu, Episc. *Suessanus.*

1131. *Joannes* de *Porta* Archidiaconus *Salernitanus*, Archiep. *Amalphitanus.*

1273. *Joannes* de *Rogerio* ex Archidiacono, ultimus Archiep. à Capitulo *Salernitano* electus.

1503. Fr. *Joannes* de *Salerno* Ordinis Minorum

F Episc. *Montisviridis.* 91

1393. *Joannes* de *Vetere* Episc. *Marsicensis.*

1062. *Leo* Comite primus *Neapolitanus* Archiep. ut Joannes Antonius Summonte refert. *Lib.* 1. *fol.* 437. *&* 463.

1226. *Marinus Filangerius* ex Canonico *Salernitano*, *Barensis* Archiep.

1635. *Matthæus Granita* è patriæ Canonicatu ad *Cavensem* Episcopatum evectus, deinde *Amalphitanus* Antistes.

1263. *Matthæus* de *Porta Salernitanus* Archiepiscopus.

1483.

Anno à Christo nato.

1483. *Nicolaus Angelus* de Abbatissa Episcopus *Marsicensis*.

1181. *Nicolaus Ayellus* Archiep. *Salernitanus*.

1425. *Nicolaus Maccia Salerni* genitus, Episc. *Minorensis*.

1436. *Nicolaus Solimene* Archidiaconus *Salernitanus*, Episc. *Acernensis*, deinde *Venusinus* Antistes.

1396. Fr. *Pacellus* à *Salerno* Ordinis Minorum Episc. *Acernensis*.

1427. *Petrus Ayellus* Congregationis *Cœlestinorum*, Episc. Sancti *Angeli Lombardorum*.

1062. S. *Petrus* Episcopus *Anagninus*.

1070. S. *Petrus Pappacarbonus* Episcopus *Policastrensis*.

1281. *Philippus* patria *Salernitanus Patriæ* Archiepiscopus.

1364. *Philippus* Primicerius Episcopus *Anglonensis*.

92 1336. *Philippus* de *Sanctomagno* Episcopus *Caputaquensis*.

1648. *Pirrhus Aloysius Castellomata Asculanus* Episcopus.

1334. *Riccardus* de *Rogerio Salernitanus* Archidiaconus, Archiep. *Capuanus*.

1394. *Robertus Mazza* Episcopus *Nicastrensis*.

1390. *Robertus Russus* Episc. *Ravellensis*.

1304. *Rogerius* de *Domnmusco* Archiep. *Montisregalensis* Regis *Roberti* Consiliarius.

1121. *Romualdus* I. *Guarna* cognominatus, *Salernitanus* Archiepiscopus.

1152. *Romualdus* II. *Guarna* Archiep. *Salernitanus*.

1573. *Sebastianus Massa* Episc. *Gerutinensis*, & *Cariatensis*.

1404. *Stephanus Alphanus* Episc. *Cupersanensis*.

1635. *Thomas Ancora* Clericus Regularis Episc. *Motulanus*, deinde *Tranensis* Archiep.

1376. *Thomas* de *Buccamungellis* Episc. *Militensis Joannæ*. I. à Consiliis.

1369. *Thomas* de *Porta* Canonicus *Salernitanus* Episc. *Theanensis*.

1371. *Thomas* de *Porta Rhegiensis* Archiep.

1340. *Thomas* de Sanctomagno Archidiaconus *Salernitanus*, Episc. *Caputaquensis*.

1238. *Ugolinus* Comite Archiepiscopus *Beneventanus*.

1640. *Vincentius Cavaselice* è *Salernitano* Canonicatu *Carinolensis* Episc.

93 1591. *Vincentius* de *Calce* Ordinis Prædicatorum S.T. insignis D. Episc. *Venusinus*.

1507. *Vincentius Massa* primo *Signinus*, deinde *Cajacensis* Episc.

1507. *Barnaba Capograsso* Ordinis Prædicatorum Inquisitor Regni.

1493. *Benedictus Ruggius* Abbas, ac per *Alphonsum* II. ad *Venetos* Orator.

1670. *Horatius Quaranta* omnis literaturæ eruditissimus, Abbas, ac S. Congregationis Indicis Consultor.

1580. *Joannes Angelus Papio* Utriusque Signaturæ Referendarius, Sanctæ Inquisitionis Consultor.

1378. *Joannes Grillo* Monachus *Cartusianus* Consiliarius Reginæ *Joannæ* I. ac Orator ad *Urbanum* VI.

1295. *Joannes* de *Rogerio* Archidiaconus Reginus. & *Riccardus* de Domnmusco Syndici ad petendam à Summo Pontifice declarationem juris primogenituræ, ac successionis in Regno *Siciliæ* post obitum *Caroli* II. spectantis *Roberto* ejus filio Duci *Calabriæ*.

1570. *Julius* de *Rogerio* à *Pio* V. Pont. Max. Internuncius Apostolicus ad *Sigismundum Poloniæ* Regem destinatur.

Anno à Christo nato.

1586. *Marcus Antonius Massa* Camerarius à Secretis *Clementis* VIII. ac Episcoporum Examinator.

Enumeratis viris Sanctitate, ac Ecclesiastica 94
dignitate fulgentibus, operæ pretium erit, qui laicales honores substinuerunt describere; electi namque ad Magistratuum dignitatem, post Deos immortales ad honores, & gloriæ sedes à Platone *Lib.* VI. *de Legibus*. ponuntur: ex Magistratus enim officio Nobiles, & Illustres redduntur, ut Baldus *In l. Judic. C. de Dignitat. Lib.* 100. asserit, ideoque Chronico ordine alphabetico describendi illi sunt.

Anno à Christo nato.

1139. *Adenolphus Mansella* Magnus Camerarius sub Regibus *Rogerio*, & *Guillelmo* I.

Alexander Mazza Vicarius Admiratus Regni *Neapolitani*.

1660. *Aloysius* de *Vicariis* Regius Auditor in Provinciam *Luceriæ*.

1140. *Alpherius* Comite Regni Senescallus sub *Rogerio* I.

1110. *Alpherius Guarna* Magnus Camerlingus.

1434. *Andreas Castellomata* Reginæ *Joannæ* I. familiaris.

1338. *Andreas Cioffi* Orator ad Regem *Aragoniæ* ex *Zurita*.

1657. *Andreas Matthæus Sabbatini* Procurator Regalis Patrimonii.

1308. *Andreas* de *Protojudice* familiaris, & fidelis Regis *Caroli* II.

1384. *Angelus Protojudice* Magister Rationalis M.C.

1646. *Anibal Quaranta* Fisci Patronus Provinciæ Principatus Citra, & *Luceriæ*.

1478. *Antonius Galliciano* Regis *Ferdinandi* familiaris, ad *Innocentium* VIII. ac ad varios Reges Orator. 95

1383. *Antonius Manganarius* Locumtenens Magistri Justitiarii *Hydrunti*: familiaris, & fidelis.

1481. *Antonius Solimene* Magister Rationalis M.C.

1423. *Antonius Yssapica* Judex M.C.

1447. *Baptista* de *Plantimone* Vice Cancellarius Regni, *Alphonsi* I. Consiliarius.

1514. *Berardinus* de *Palearia* Judex M.C.V. ac Regius Consiliarius.

1283. *Berardus Stellati* Consiliarius, ac *Caroli* familiaris, & ad Summum Pontificem Orator.

1375. *Bernilius Guindacius* M.C. Regni Magister Rationalis.

1304. *Biscardus* de *Protojudice* Judex Assessor *Aprutii* citra.

1622. *Camillus* del *Pezzo* Judex M.C.V. Fisci patronus, ac Regius Consiliarius.

1487. *Carolus* de *Rogeriis* Regius Consiliarius, ac per *Ferdinandum* I. ad *Venetos* Orator.

1203. *Cioffus* Straticotus *Salerni*, ut ex publico instrumento per Not. *Joannem Ferrarium* de *Neapoli*.

1675. *Dominicus Emanuel Cioffi* jam Judex M.C.V. nunc à Secretis Regni, cujuslibet togæ dignissimus *Oliveti* Marchio, ac Eques Ordinis *Alcantaræ*. 96

Eufranon de *Porta* Vicarius Generalis Regni.

1445. *Felix Caputscrupha* Regni Vicecancellarius.

1589. *Franciscus Antonius David* Præses, Locumtenens Regiæ Cameræ, ac Regiæ Cancellariæ Regens.

1300.

1300. *Franciscus Comite* à Consiliis Reginæ *Joannæ II.* ut asserit Dux *Guardiæ*.
1649. *Franciscus Lembo* in Provinciam Principatus Regius Auditor.
1549. *Franciscus del Pezzo* Judex M. C. V.
1343. *Franciscus Setaro* Magister Rationalis.
Franciscus Solimene Judex M. C. V.
1201. *Gualderius* de *Palcariis Siciliæ* Cancellarius, *Henrici VI.* Imp. affinis; & familiaris; & de ipso sequens memoria extat.

GVALDERIO DE PALEARIA
E NORTMANDORVM PRINCIPVM
GENERE GENTILIS COMITIS
MANVPELLI, AC MANERII COMITIS,
GERMANO FRATRI,
TROIANO MOX CATINENSI EPISCOPO
MAGNO SICILIAE CANCELLARIO,
ATQVE ADEO VNIVERSI REGNI
VICARIO, HENRICI VI. IMPER.
AFFINI, AC INTER OPTIMOS
FAMILIARES PRIMARIO,
FRIDERICI REGIS INFANTIS
CONSANGVINEO TVTORI,
PROPVGNATORI REGIS INSTAR
CVNCTA SVO ARBITRATV
97 DECERNENTI, DISPONENTI.
SARACENORVM; EORVMQVE
MARCVALDI DVCIS,
DEBELLATORI, TRIVMPHATORI.
PVERI REGIS VITAE, REGNIQVE
SERVATORI,
A FRIDERICO DEMVM IMPERATORE,
PRO HIEROSOLYMITANA EXPEDITIONE AD VENETOS ORATORI.
IBI FATO; NON AEVO PERFVNCTO.
THEOGONIAE cIↄ. CC. XXIV.
MAVSOLEVM PROMERENTI,
VEL TANTVLVM MONVMENTI,
MATTHAEVS DE PALEARIA
FAMILIAE RELIQVVM
GENTILI SVO.

An. à Christo nato.
1314. *Guillelmus* de *Ayello* Magister Ostiarius, & Cambellanus.
1307. *Guillelmus Cavaselice* Miles Capitaneus *Gajetæ*, assessor penes Justitiarium terræ laboris, & M. C. Judex.
1170. *Guillelmus Guarna* Magister Justitiarius, Comes *Marsici*.
1347. *Guillelmus* de *Rogerio* Præses, & Capitaneus generalis in terra *Hydrunti*.
1268. *Guillelmus Scillatus* M. C. Judex, & Assessor *Siciliæ*.
1326. *Guillelmus Scillatus* Cambellanus, Domesticus, Familiaris, & Orator Ducis *Calabriæ*.
98 1320. *Guillottus Scillatus* Cambellanus, familiaris, & Deputatus ad custodiam *Calabriæ*.
Horatius Galliciano Commissarius contra exules in Provinciam Basilicatæ.
1340. *Jacobus Capograsso* Judex M. C. ac Regius Consiliarius.
1208. *Jacobus Guarna* sub *Federico II.* Magister Justitiarius, ac *Marsici* Comes.
1423. *Joannella Setaria* Cameraria, domestica, & fidelis Reginæ *Joannæ II.*
Joannes Andreas Cioffi Judex M. C. V. Præses Regiæ Cameræ, & Regius Consiliarius. *Toppius* notavit.
1570. *Joannes Baptista Massa* electus Regius Consiliarius.
1442. *Joannes Baptista Platamone* Regius Consiliarius.
1325. *Joannes Capograsso* Capitaneus *Baroli*.

A An. à Christo nato.
1319. *Joannes Caputscrupha* Capitaneus Ducatus *Amalphiæ*.
1262. *Joannes Castellomata* Principis *Manfredi*, & *Caroli I.* familiaris.
1309. *Joannes Cioffi* præses Provinciæ *Barensis* ex registro Reg. *Siclæ*.
1486. *Joannes Comite* Regis *Ferdinandi I.* à secretis, ex *Guardiæ* Duce.
Joannes de *Domnmusco* bis Regens M. C. V.
1512. *Joannes Gininfolus* Regius Consiliarius, & M. C. V. Regens.
B 1300. *Joannes Grillus* Locumtenens, Viceprothonotarius Regni, ac S. R. C. Præses. 99
1273. *Joannes Mansella* Marescallus Urbis.
1328. *Joannes Mansella* hospitii Sinescalcus Ducis *Calabriæ*; in Provinciis *Aprutii*, & Principatus Præses, ac Cambellanus.
1299. *Joannes* de *Porta* Magister Rationalis, & Vicarius Regni *Siciliæ*.
1255. *Joannes* de *Procida* Magnus Cancellarius Regni *Siciliæ*, ejusque hæredes *Iberiæ* Magnates fuere, cum Comitatu de *Almenares* in *Valentiæ* Regnum.
1384. *Jannottus* de *Rogerio* Cambellanus, & familiaris *Caroli III.*
C 1381. *Jannottus Protojudice* Magnus Regni Comestabilis sub dicto Rege, ac Comes *Cerræ*.
1271. *Joannes Rogerius* Præses in *Barii* provinciam, ac Regis *Roberti* familiaris.
1270. *Joannes Scillatus* Stratigotus Civitatis *Salerni*.
1358. *Joannes Setarius* Regiæ Curiæ Magister Rationalis.
1656. *Joseph Yssapica* Regius Auditor Provinciæ principatus, ac Fisci patronus.
1417. *Lucas Comite* familiaris, & à Secretis Reginæ *Joannæ II.*
D 1178. *Lucas Guarna* Magister Justitiarius, Comes *Marsici*.
884. *Majonus Comite* Dux *Amalphitanæ* Reipublicæ, ex Duce *Guardiæ*.
1647. *Marcus Antonius Cioffi* Regius Consiliarius, ex *Toppio*. 100
1400. *Matthæus Ayellus* Senescalcus, Prothonotarius Regni *Siciliæ*, & Magnus Cancellarius.
1328. *Matthæus Castellomata* Regius Judex M. C.
1319. *Matthæus Comite* Magister Rationalis M. C. & à Consiliis Regis *Roberti*, ex Campanile.
E 1679. *Matthæus Franciscus* Claritia Procurator Regiæ Visitationis, è *Salerno* vocatus.
1327. *Matthæus Fundicarius* familiaris Regis *Roberti*.
1610. *Matthæus Hieronymus Mazza* meus Patruus, Commissarius *Campaniæ* contra exules in Provinciam *Aprutii*, Præses Regiæ Cameræ Summariæ, *Matritii* ubi obiit, à Supremo Consilio *Italiæ* nominatus.
1662. *Matthæus Mazza* Authoris Germanus, Regalis Patrimonii Procurator.
Matthæus de *Ayello* dictus de Notariis Magnus Cancellarius.
F 1269. *Matthæus* de *Porta* Judex in Capitanata.
1308. *Matthæus* de *Rogerio* M. C. Magister Rationalis.
1336. *Matthæus* de *Porta* Magister Rationalis, Præses Regiæ Cameræ Summariæ, ac Regis *Roberti* à consiliis.
1291. *Matthæus Rogerius* Magister Rationalis.
1493. *Matthæus Yssapica* Regis *Ferdinandi* familiaris. 101
1431. *Melchior Sanctomagno* Regius Consiliarius.

An. à Christo nato.
1474. *Nicolaus Capograsso* Regius Consiliarius.
1300. *Nicolaus Cioffi* Orator ad Regem *Federicum*, ex *P. Anzalonio*.
1681. *Nicolaus Galdo* ex originaria familia *Hispaniarum*, & proprie Realis Villæ Medinæ del Campo *Castellæ* Regni, ut testantur D. *Joseph Pellicer* Eques Ordinis S. *Jacobi* generalis Chronista per Catholicam Majestatem *in Commentar. histor. Hispan. tom. ultim.* & D. *Joannes* de *Mendozza* etiam Chronista generalis per Serenissimum Regem nostrum *Carolum* II. de hac familia ortum ducunt dictus *Nicolaus* eiusque prædecessores, sic *Baldassar Galdus* Eques Civitatis *Valledoliti* publico instrumento edito in dicta Civitate die 12. Novembris 1676. manu Notarii *Emanuelis Rodiquez* quinones Secretarii Suæ Catholicæ Majestatis declaravit: ac etiam exequutoriato per hujus Regni Regium Collaterale Consilium: jure dictus *Nicolaus* ob multa sua merita fuit Numerator foculariorum Regni; Auditor generalis triremium *Neapolis*; Fisci nunc Patronus in Provincia *Calabriæ* Ultra; ac per no-
102 strumInvictissimum Monarcham *Carolum II.* declaratus fuit ejus Regalis domus familiaris, domesticus, & benemeritus, ut ex originali privilegio sub die 1. Martii 1677. & à quocumque Tribunali, recognosci minime potest, ni solum ab Excellentissimo Regni Prorege: & in quadam epistola Augustissima Regina Mater asserit, quod dictus *Nicolaus* ob sua merita, & servitia est capax cujuscumque Realis gratiæ. Suos igitur Majores imitando in Regali Villa *Madrid*, ubi Advocati officio fungebatur, uxorem duxit D. *Joannam Mariam Malo* de *Molina* de *Aragona*, y escalante, ut ex attestatione dicti D. *Joannis* de *Mendozza* Chronistæ generalis per suam Catholicam Majestatem habetur.
1434. *Nicolaus Guarna* M. C. V. Regens.
Nicolaus de *Palearia* Regius Camerarius.
1343. *Nicolaus Stellati* Præses in Provinciam *Aprutii* Citra, ac *Aquilæ* Gubernator.
1423. *Pascalis Cioffi* à Secretis Reginæ *Joannæ*, Orator ad Regem *Alphonsum*, ex *Constanzo*.
1309. *Paulus Scillatus* Miles Justitiarius Terræ *Hydrunti*.
1647. *Petrus Antonius* Comite M. C. V. Judex, meritissimus ad omnes togæ dignitates, ni mors illum abstulisset.
829. *Petrus Comite* Dux Reipublicæ *Amalphitanæ*.
103 1317. *Petrus Comite* Regis *Roberti* familiaris, ac Magister *Portulanus*.
1326. *Petruccius* de *Comite* à Consiliis, & familiaris dicti Regis.
1329. *Petronus Comite* dicti Regis Consiliarius, & Judex *Neapolitanæ* Urbis.
1495. *Petrillus Comite* à Consiliis Regis *Ferdinandi I.*
1350. *Philippus Comite* familiaris *Joannæ I.* Magnus Camberlanus.
1196. *Philippus Guarna* Magnus Justitiarius sub *Federico II.* Comes *Marsici*.
1275. *Philippus Mazza* familiaris, & Notarius Regis *Caroli I.*
1322. *Philippus Mazza* Judex M. C.

A An. à Christo nato.
1322. *Philippus* de *Palearia* Magnus Camerarius.
Philippus de *Porta* Regni Prothonotarius.
Riccardus Agello Regni Marescialllus.
1384. *Riccardus* de *Agello* Magister Ostiarius, Consiliarius, & fidelis.
1307. *Riccardus Comite* Consiliarius *Caroli II.* ad varios Principes Orator.
1307. *Riccardus Mazza* Magister Rationalis, Regis *Roberti* Consiliarius, familiaris, & fidelis.
1320. *Rogerius Marchese* Judex Regii Hospitii.
B *Riccardus* de *Agello* Regni Senescalcus.
1305. *Riccardus Scillatus* M. C. Magister Rationalis.
1327. *Rogerius Capograssus* Cambellanus, & familiaris.
Rogerius de *Porta* Magnus Cancellarius.
1384. *Rogerius* de *Protojudice* Cambellanus, & fidelis *Caroli III.* 104
1307. *Romoaldus Scillatus* miles, Capitaneus *Luceriæ*.
1496. *Scipio Cioffi* familiaris Imperatoris *Friderici*.
C 952. *Sergius Comite* Dux Reipublicæ *Amalphitanæ*.
1275. *Simon Mazza* miles familiaris, & fidelis *Caroli II.*
1271. *Stephanus Mazza* Judex M. C.
1558. *Thomas Agnellus Salernitanus* Præses Regiæ Cameræ, Regens, ac S. R. C. Præses.
1423. *Thomas Gioffi* Cappellanus Major Regis *Ladislai* ex Registro Regiæ *Siclæ*.
1330. *Thomas Comite* Regis *Roberti* Cubicularius.
D 1423. *Thomasius Cioffi* miles, familiaris Reginæ *Joannæ II.* ex Regia *Sicla*.
1274. *Thomas Mansella* Bajulus *Balduini* Domini *Sarconis*.
1307. *Thomasius* de *Procida* Consiliarius, & familiaris Regis *Caroli II.*
1324. *Thomas Manganarius* Justitiarius Terræ *Hydrunti*, loco citato.
1336. *Thomas Mansella* Magister Rationalis M. C. V. familiaris Regis *Roberti*, & Regius Cambellanus.
1269. *Thomas* de *Porta* M. C. V. Judex, *Caroli II.* Consiliarius.
E 1531. *Thomas Petius* M.C.V. Judex. 105
1316. *Thomas Rogerius* Magister Hostiarius Regni.
1302. *Thomas Scillati* Magister Rationalis.
1381. *Tirellus Mansella* Consiliarius, ac familiaris *Caroli III.*
1461. *Trojanus Sanctomagno* Regius Consiliarius.
1271. *Ugo Comite* Straticotus Civitatis *Salerni*, ex Duca *Guardiæ*.
1400. *Ulielmus Solimene* Præses Regiæ Cameræ Summariæ, ac Locumtenens Camerarii Regni *Siciliæ*.

F Cum non solum ob literas nostri Cives ad Magistratus gradus fuerunt adscripti: sed summos adhuc dignitatum honores ob militiam sint assequuti: quorum gloria ob ingentem eorum in animis vigorem apud plures Monarchas, & Reges præclarissime in conficiendis bellis enituit: at arduum videtur res gestas scribere ex Salustio *in Cat.* præsertim præliorum: igitur solummodo militum seriem aliquam enunciabimus, quorum nos exempla docent, ac ad bellandum impellunt.

1576.

An. à Chriſto nato. A

1576. *Andreas Alphanus* Dux militum contra *Turcas* ſub D. *Joanne* de *Auſtria*: cujus juſſu *Malvagiam* in *Peloponneſo*, ſi illam debellari poterat, novit: facile poſſe aſſequi judicavit, ſicque ſuo Regi retulit, à quo munificentiſſime fuit recognitus, ex Conſto. 106

Anibal Pintus Dux in bello *Oſtiæ* ſub Comite *Popoli*.

1479. *Antonius* a *Calce* Miles ſub *Ferdinando* de *Aragonia* in bello *Hydruntino*.

1540. *Antonellus Domnmuſco* dictus *Gnirfolo* Tribunus militum ſub *Carolo V*; ac pro bellicis expeditionibus ad *Galliam Ciſalpinam* miſſus, periit. B

1381. *Antonius Manganarius* miles ſub *Carolo III*. ex regiſtro Regiæ *Siclæ*.

1556. *Cæſar Cioffi* cum aliis militibus, ex Archivio Regiæ Cameræ.

1587. *Detius Mazza* meus Patruus, magnus Dux militum ſub *Philippo III*.

1556. *Dominicus* à *Calce* ſtrenuus Dux militum ſub *Carolo V*.

1627. *Emanuel Mazza* Patruus meus Dux Equitum *Flandriæ*, ac in variis exitialibus præliis bellum duxit: in munimine expertus, Tumultuarios Rebelles depreſſit, *Henrici* de *Lorena* Ducis *Guiſæ* carcerationi adfuit. C

Fabritius Prignano Equitum Ductor, magnus miles in *Cataloniæ* bello, ac tandem in *Barcinonis* obſidione à bellico inſtrumento interemptus.

Fabritius Sanctomango celebris Dux Equitum, ac *Hieroſolymitanus* Eques.

Ferdinandus Galdo Caſtellanus *Caſtri* Civitatis *Salerni*.

107 1330. *Franciſchittus* de *Porta* miles ſub *Joanne* Principe *Peloponneſi*. D

Franciſcus Cavaſelice, dictus *Salerno Cavaſelice*, ſtrenuus miles.

Franciſcus Ruggius Dux Equitum *Mediolani*.

1343. *Guillelmus* de *Rogerio* germanus *Petri* de *Rogerio* nuncupati *Clementis VI*. miles inſignis *Cambonæ* apud *Francos*, ac multorum Oppidorum apud *Lucanos* Dominus.

1326. *Guillelmus Scillati* Dux electus ad conducendum in partibus ultra montes Capitaneos, Comeſtabulos, milites ſcutiferos numero mille. E

1500. *Hector* à *Calce* miles in *Germaniæ* bello ſub *Philippo I*. Dux militum.

1541. *Hector* à *Calce* Dux militum *Flandriæ* ſub *Philippo II*.

1622. *Hector* à *Calce* miles inclytus, Ductor militum *Iberorum* in regali claſſe maritima, ob præclara in variis bellis geſta, multa largitione dignatus fuit à munificentia *Philippi IV*. non ſolum Sancti *Jacobi* habitum, ſed ſuam veſtem, ac gladium, quibus tunc induebatur, aliaſque ei mercedes largitus eſt. F

1330. *Jacobus Protojudice* miles ſub *Joanne* Principe *Peloponneſi*.

1449. *Jacomatius Guarna* Strenuus miles equi-
108 tum, ac peditum Ductor, Civitatis *Cremonæ* Gubernator.

1556. *Joannes Antonius* à *Calce* eximius Tribunus militum, *Civitellam* è *Gallorum* oppugnatione defendit, ac ſub *Carolo V*. & *Philippo II*. multa præclara egit.

1630. *Joannes Baptiſta Cavaſelice* digniſſimus Tribunus militum.

An. à Chriſto nato.

1550. *Joannes Baptiſta Galliciano* Dux militum ſub *Carolo V*. & *Philippo II*.

Joannes Baptiſta Sanctomango ſtrenuus miles obiit *Flandriæ*.

Joannes Domnmuſco pater *Antonelli* adhuc Tribunus militum cum aliis de familia ſub Rege *Ferdinando*.

Joannes Felix Galliciano Tribunus militum.

Joannes Franciſcus Galliciano Dux militum.

1330. *Joannellus Comite* Miles in *Peloponneſi*.

1293. *Joannes Grillo* Dux militum ſub *Carolo II*. in bello ſacro ex *Conſto*.

Joannes Guarna Dux militum *Venetiis*.

1271. *Joannes Manſella* apud Urbem militat ad ſervitia Regis cum gente armigera.

1451. *Joannes* del *Pezzo* militum egregius Ductor ſub *Alphonſo I*.

1282. *Joannes* de *Procida Aragonenſibus Siciliæ* Regnum dedit.

1272. *Joannes Manſella* Equitum Dux, ac Præſes in Provincia *Capitanatæ*.

1319. *Joannes Manſella* Dux, & Gubernator nonnullorum militum cum *Joanne Cavaſeli*- 109
ce, *Gulielmo Scillato*, ac aliis nobilibus *Neapolitanis* ad partes *Calabriæ* pro tuitione illius Provinciæ.

1313. *Joannes Paganus* Miles *Caſtellanus* Caſtri *Olibani*.

Jannottus Protojudice Capitaneus Generalis.

1610. *Joſeph* à *Calce* Dux militum *Flandriæ*, ac *Germaniæ* ſub *Philippo III*. & *IV*.

1560. *Julius Cæſar* à *Calce* Tribunus militum in *Veneta* Republica.

1191. *Landulphus Cioffi* Miles inter Barones belli Sacri, ex regiſtro Regis *Roberti*.

1649. *Ludovicus Pintus* Sancti *Martini* Dominus, Dux militum.

1575. *Marcus Antonius Gallicianus* Tribunus Militum *Flandriæ*, ac *Lombardiæ*.

1632. *Matthæus Caſſetta* Dux militum variis in præliis *Nerlinguen*, *Valtellinæ*, ac *Novares* militiam conduxit.

1264. *Matthæus* de *Porta* miles ſub Principe *Manfredo*.

Matthæus Rugius celebris Eques *Hieroſolymitanus* in *Rhodi* bello ultimum ſuum clauſit diem.

Miles, dictus il *Bravo*, *Salernitanus* maximi extitiſſe valoris legitur apud *Paulum Jovium*.

1491. *Onuphrius Sanctomango* miles ſub Rege *Ferdinando*.

1305. *Pariſius Grecus* miles ſub *Philippo Tarenti* 110
Principe, ad partes *Romaniæ* cum maritima claſſe accedit.

1635. *Paulus Franciſcus Sanctomango* Dux militum ſub *Philippo IV*.

1327. *Philippus de Agello* Capitaneus ad guerram, & Vicarius in Comitatu *Albæ*.

1637. *Petrus* à *Calce* Dux militum cum aliis egregiis militibus de familia ſub *Philippo IV*.

1381. *Ricciardus* de *Agello* Caſtellanus *Altavillæ*, Capitaneus ad guerram *Salerni*, *Cavæ*, & aliorum locorum.

1078. *Rodulphus Pipinus Comite* ſtrenue defendit *Beneventum*.

1137. *Rodulphus* dicti *Rodulphi* nepos cum militum turmis contra *Beneventum* obſidentes ſuccurrit.

1384. *Rogerius* de *Protojudice* Capitaneus ad guerram in Terra *Campaneæ*.

Anno a Christo nato. A

1265. *Rogerius Scillato* miles sub Principe *Manfredo*.

1291. *Sansonus Comite* Magister militum Generalis.

1305. *Thomas* de *Procida* strenuus Dux ad *Romaniæ* partes cum classe maritima accedit.

1616. *Vincentius Mazza* Authoris Patruus Dux militum in exitiali bello *Alemaniæ*, & proprie in *Uffing VVeilhasinensis* fuit è vivis exemptus.

111 Mirum igitur non est, si tot strenui enumerentur milites, cum fere propulsantis naturæ impetum fuerint prosequuti, nam ab infantia parvuli in militia exercentur: inter *Hispanos* enim milites non solum adscriptum, sed munificentissime à nostro *Ibero* Monarcha benemeritum video, ob multa ejus familiæ merita D. *Marcum Antonium* puerulum triennium D. *Dominici Emanuelis Cioffi Oliveti* Marchionis tenerum germen. B

At quoniam nostrorum Civium nobilitatem per proprias conditiones diversosque gradus, ac differentias, ob feuda, & varia dominia internoscere expedit, ideo eorum dignitatem memorare arbitror, aliquorum nempe Principum, Ducum, Marchionum, Comituum, Baronum, ac locorum Dominorum: cæteri vero ob vetustatem oblivioni diuturnæ sepulti jacent. C

An. à Christo nato.

Adauferius de *Porta* Comes.

Albertus de *Porta* Comes.

Alexander Mazza Comes *Nicastri*.

1383. *Antonius Manganarius* habuit à Rege Casalia *Andrani*, & *Castelloni* in terra *Hydrunti*.

Antonius Solimene Comes *Sarni*.

1650. *Antonius Solimene* Marchio *Guardiæbrunæ*. D

1291. *Berardus Scillato* Dux *Atripaldæ*.

1407. *Brigidus Protojudice* Comes *Cerræ*, & *Cupersani* filius *Jannotti*.

1392. *Corradus Mazza* Dominus *Siliæ* conf. *Bajulationis Venerelli* de pertinentiis *Cusentiæ*.

112 1655. *Dominicus Emanuel Cioffi* Marchio *Oliveti*.

1645. *Dominicus Naccarelli Joannis Hieronymi* filius *Mirabellæ* Marchio.

Dominicus de *Rogeriis Montismurri*, & *Laurenzani* Dominus.

Franciscus Mansella Dominus *Bonialberghi*, & *Montis calvi*. E

Franciscus Sarignanus Casalis Sarignani Dominus.

Franciscus Setarius Dominus *Carinolæ*.

Gaiferius de *Porta* Comes.

1170. *Gotfridus Guarna Marsici* Comes.

1500. *Hieronymus* de *Giorno* ex *Phrygiis* Penatibus, ac Cæsaribus *Romanis*, stirpis *Juliæ* descendens, Magnus Comes *Juliæ*, ac Dominus Sancti Apollinaris in Civitate *Salerni*: de quo *Stephanus*, *Paulus* S. T. M. Ord. Eremit. Sancti *Augustini*, D. *Joanna* de *Giorno*, ac alii multi descendunt. F

1208. *Jacobus Guarna* Comes *Marsici*.

Jacobus Philippus Manganarius Dominus *Crispani*, & *Turdignani*.

Jacobus Villanus Dominus Castelli *Agelli*.

Joannes Alphontius Camodius Baro terræ *Prignani*.

Joannes Baptista del *Pezzo* Civitatis *Retenghi* Marchio.

1645. *Joannes Camillus Quaranta Fusarii* Baro.

Anno a Christo nato.

1486. *Joannes Comite Cannichi* Dominus. 113

Joannes Dominicus de *Ayello* Dominus Terræ *Petinæ*, & *Romagnani*.

Joannes Guarna Comes *Marsici*.

1280. *Joannes* de *Procida* Dominus Insulæ *Procidæ*, *Tramontis*, *Gajani*, *Pistilionis*, ejusque hæredes in *Valentiæ* Regno Comites *Almenares*.

Joannes Pantolianus Baro Terræ *Bracigliani*.

1281. *Jannottus Protojudice* Comes *Cerræ*, *Cupersani*, & *Brundisii*.

1392. *Landulphus Capograssus* Feudatarius.

1178. *Lucas Guarna Marsici* Comes.

1580. *Ludovicus Pintus* Sancti *Martini* Dominus.

1640. *Ludovicus Pintus* alter, Sancti *Martini* Baro.

Matthæus Comite Baro Oppidi *Aquaræ*, aliorumque locorum.

1305. *Matthæus Mansella* Dominus *Montis calvi*, *Roccheglориosæ*, & *Bonialberghi*.

Nicolaus Comite in Provincia Principatus multorum Oppidorum Dominus.

1335. *Nicolaus Pagano* Dominus Terræ *Regini*, ac feuda, dicta *Marchiafava*, & *Dentefierro*, sita in Civitate *Salerni* possidebat, ut ex Registro Regiæ *Siclæ*.

1309. *Pandulfus Domnomusco* Dominus *Casalium Filectæ*, Sancti *Cypriani*, & *Coperchiæ* in pertinentiis dictæ Civitatis, ut ex citato Registro apparet.

Petrus Castellomata Comes.

Petrus Guarna Comes *Lauri*. 114

1196. *Philippus Guarna* Comes *Marsici*.

1423. *Philippus* de *Palearia* Terræ *Lacusnigri* Dominus.

1271. *Raynaldus Guarna*, & fratres tenebant feudum in Civitate *Salerni*.

Riccardus de *Ayello* Comes *Ayelli* Provinciæ *Calabriæ*.

Riccardus Comes de *Ayello*.

1308. *Riccardus Domnomusco* Dominus *Casalium Filectæ*, Sancti *Cypriani*, & *Coperchiæ*.

1334. *Riccardus Marcafaba* possidet feuda in Civitate *Salerni*.

1315. *Riccardus Mazza* Dominus *Casalis Melpiniani* in Terra *Hydrunti*, à Rege donati.

1271. *Riccardus Musca* Feudatarius in dicta Civitate *Salerni*.

1680. *Rogerius Cavaselice Sanctimanghi Pedimontis* Dominus.

Rogerius de *Porta* Dominus *Turrismajoris*.

Romualdus Guarna Comes *Lauri*.

1580. *Scipio Cecere* Dominus *Capograssi*, *Sarramezzanæ*, & aliorum Casalium.

Sico Castellomata Comes.

1312. *Siginulphus Capograssus* Dominus Casalis *Aquavellæ*.

1645. *Stephanus* de *Giorno* Dominus *Salæ*.

Sylvester Guarna Comes *Marsici*.

1335. *Thomas* de *Porta* Feudatarius in Civitate *Salerni*.

1331. *Thomasius* de *Porta* Feudatarius in Casali *Cullanelli*. 115

1305. *Thomas* de *Procida* Dominus *Procidæ*.

1307. *Thomas Mansella Montisfulconis* Dominus.

1336. *Thomas Mansella* Dominus Casalium *Marigliani*, *Ayrolæ*, *Gazani*, & Sancti *Georgii*.

Trajanus Sanctomango Baro *Filettæ*, & *Sanctimanghi Pedimontis*.

1269. *Ugo Comite*, & *Riccardus Domnapinto* emunt Straticotiam *Salerni*, ut ex Registro Regiæ *Siclæ*.

Non solum multa præcitata, at fere cuncta superius enunciata in dictis Serenissimorum Regum Registris leguntur;

Opus

Opus etiam est, percelebres Equites *Fabritium*, ac *Ferdinandum* de *Vicariis* ejus genitorem, *Dominicum Emanuelem*, ejusque germanum *Ignatium Mariam Cioffi* Trabeatos *Hierosolymitanos*, Sancti *Jacobi* de *Spata*, *Alcantaræ*, *Calatravæ*, ac omnium Ordinum deserere; singulos namque enumerare Epitomæ istæ non permittunt. Dumtaxat dicimus, quod *Stagires* celebrata minime esset, ni ob suum Civem *Aristotelem*. Nec præclara *Athenienſis* Civitas fuiſſet, ni ob illustrium Civium illius gloriam, qui magnum decus, clamorem, ac famam Patriæ dederunt. Jure igitur si talis in *Salernitana* Urbe est Civium præstantia in Sanctitate, Dignitate, Armis, Literis, ac Feudis, ut diximus, adhuc eximia, & celebris hæc Urbs per Universum Orbem decantari meretur.

116

CAP. IX.

DE ANTIQUISSIMO SALERNITANO STUDIO, AC DE EJUS HIPPOCRATICO COLLEGIO.

MAgnæ multæ, variæque sunt *Salernitanæ* Civitatis laudes à *Cicerone*, *Livio*, *Strabone*, *Lucano*, *Silio Italico*, *Plinio*, *Appiano*, *Paterculo*, *Frontino*, *Paulo Diacono*, ac à multis aliis decantatæ: at re vera insignis, & sublimis ob suam celebrem, & antiquissimam Academiam recenseri debet omnibus numeris toto terrarum Orbe celeberrimam: vigebant namque in illa cujuscumque facultatis studia: jure omnium scientiarum Magistram esse, *Renatus Moreau* Doctor Medicus *Parisienſis In prolegomen. in Schol. Salern. Cap.* II. scripsit.

Assidue enim celeberrimi viri, Præceptoresque eximii, ac clarissimi disciplinarum Interpretes, ait *Marcus Antonius Marsilius Columna* Archipræsul Salernitanus *In sect.* 1. *Hydragiolog.* in illa floruere: præsertim Sanctissimus Doctor Angelicus de *Aquino*: *Augustinus Niphus*: *Alcadinus*: *Arnaldus* de *Villanova*: *Franciscus Storella*: *Marcus Antonius Zimara*: *Marianus Soccinus*: *Robertus Maranta*: *Thomas* de *Lauro*: ac innumeri alii.

117 Amplissimis cum honoribus ad varia Orbis lycea multi ex hac Civitate cum plurima eorum nominis gloria, ac fama fuere vocati, nempe *Aloysius Trentacapilli* medicinæ Interpres in *Neapolitano* Studio: *Joannes Angelus Papio* eximius Cathedraticus in patrio Lyceo, *Avinione* & *Bononiæ*, de quo meminerunt Bernardus Tassus, *Nel volum.* 2. *delle sue lettere.* Paulus Sacratus, *In suis Epist. Lib.* I. II. IV. & V. & dictus Marcus Antonius, *Loc. cit.* ob singularem ejus doctrinam, ac probitatem à *Sisto* V. electus, ad *Alexandrum Perettum* Cardinalem de *Montealto* Sororis Nepotem instruendum, tandem *Romæ* obiit, & in Ecclesia Sancti *Sylvestri* Clericorum Regularium à Cardinale *Cusano* sequens fuit positum epitaphium.

D. O. M.
IOANNI ANGELO PAPIO SALERNITANO
IVRISCONSVLTO POLITIORIS
DOCTRINAE ELEGANTIA
EXCVLTISSIMO: QVI
IVSCIVILE SVPRA
ANNOS XL.
IN PATRIA, AVINIONE, AC BONONIAE
PRIMO LOCO DOCVIT:
E CVIVS DOMO, ET DISCIPLINA
PRINCIPES VIRI QVAM PLVRES
PRODIERVNT, VTRIVSQVE
SIGNATVRAE REFERENDARIO,
SANCTAE VNIVERSALIS INQVISITIONIS
CONSVLTORI, SVB GREGORIO XIII. ET
SISTO V. PONTIFICIAE CONSVLTAE
AVDITORI, VITAE INNOCENTIA
PRAESTANTI, MORVM SVAVITATE,
IN EXTREMA ETIAM SENECTVTE
IVCVNDISSIMO:
VIXIT VEGETA SEMPER VALETVDINE;
OBIIT OCTVAGENARIO MAIOR
IV. NON. SEPTEMB. M. D. XCV.
AVGVSTINVS CARDINALIS CVSANVS
PRAECEPTORI OPTIMO MERITO
POSVIT.

Joannes Jacobus Corbellesius Lector primarius matutinus in *Messana* Civitate: *Joannes Laurentius* de *Rogeriis* Interpres Vespertinus in *Neapolitano* Gymnasio: *Nicolaus Antonius Comite* Lector Rhetorices in dicto *Neapolitano* Studio: *Nicolaus Capograssus* Regius Consiliarius in Patrio, & in *Neapolitano* Lyceo Cathedraticus: *Pyrrhus Alphanus* in *Neapolitano* Gymnasio primarius Juriscivilis matutinus Interpres: *Vincentius* de *Petrone* in Patria Philosophiæ, & in *Pisano* Gymnasio Medicinæ Interpres: *Pisis* obiit, reperiturque cum hoc epitaphio in Ecclesia Divi *Francisci* Minorum Conventualium sepultus. 118

D. O. M.
VINCENTIO PETRONO IN PATRIO GYMN. SALERNITANO PRIMVM PHILOSOPHIAE PRIMARIO, DEINDE VERO IN PISANO AREOPAGO MEDIC. ORD. INTERPRETI: SAEVA MORS DIE XVIII. IVN. AN. M. DC. LV. DIEM DVXIT INEVITABILEM: AN. AGENTI AETATIS XLI. CVIVS EXIMIIS DOCTRINAE PARENT.TE VIRTVTE: NE MEMORIAM TANTI VIRI LAETHES PERFVNDERET: IMPENS. HAEREDIT. P. HIERONYMVS DE LVGO INQVISITOR GENERALIS PIS. P. HIERON. PERIVS THE.S PVBL. PHILOSOPHIAE EXECVT. T.RI HANC VRNAM POSVERE: AN. M. DC. LVI.

Innumerique alii variis in Scholis supputantur.

Honorifica celebrique fama conspicui apud Serenissimos Imperatores, ac Reges cum non paucis stipendiis fuerunt, *Angelus Caputscrupha*, *Antonius Solimene*, *Berardus Guindatius* Medicus Imperialis, *Cæsarius Coppula*, *Jacobus Comitus*, *Joannes* de *Procida*, *Joannes Rogerius*, *Matthæus Fundicarius*; *Matthæus* de *Plantimone*, *Matthæus Scillati*, *Paulus Comite*, *Philippus Fundicarius*, *Salvator Calenda*, & *Ulielmus Solimene* præstantissimi, ac nobilissimi *Salernitani* Medici, ut *Ex Reg. Archiv.* constat. 119

Nec omnes, qui literarum gloria excelluere, & ad Jurisprudentiæ, Philosophiæ, Medicinæ, Theologiæ, ac aliarum scientiarum culmen *Salernitanum* Gymnasium evexerat, in his Historicis Epitomis narrari possunt: aliquos solummodo *Salernitanos* Scriptores, quorum multa typis excussa videntur enumerabo: primusque in alphabetico ordine extat.

Alphanus I. *Salernitanus* Archiepiscopus, Principis *Guaimari* affinis, Theologus, Poeta, Musicus, Medicus, nil mirum, nam Principes viri Medicinæ peritiam adamabant: *Salerni* præsertim magnæ existimationis Medicina erat, ut asserit Abb. Angelus de Nuce. *In Chronic. Cassinens. not. illustr. Lib.* III. *Cap.* 7. Typis igitur dedit.

De unione verbi Dei, & hominis: de unione animæ, & corporis humani: Hymnos de S. Benedicto, de S. Matthæo, & de S. Fortunato: Passionem, de S. Christina, ac SS. Martyrum duodecim fratrum Beneventanorum: de quatuor humoribus:

Epitaphia quamplurima virorum insignium aliaque multa.

Alphanus II. fuit Author *Poematum*, quæ servat Bibliotheca Vaticana, ut ex annotationibus *Antonii Caraccioli*: alii vero dicunt illorum Authorem *Alphanum* I. esse.

Aloysii Grotto *Commentaria super analytica, posterioristica Aristotelis m.s.* reperiuntur.

Andreas Guarna *Grammaticæ opus novum*, & *Grammaticale bellum* scripsit.

120 Anelli de Rogeriis Societatis Jesu *Neapolitanæ litteraturæ Theatrum Oratio.*

Anonymus ignotus Civis Salernitanus, *de Historia Principum Longobardorum.*

Antonellus de Rogeriis *de Substantia Orbis m. s.*

Antonius Solimena *de Pulsibus*, & *Urinis.*

Bartholomæus Grotto *multa in prosa*, *ac metrico carmine m. s.* composuit, trahitque originem ab ejus avo *Bartholomæo* nobili *Veronense*, qui *Salernum* venit.

Benvenutus Graffio in Hyerusalem in lucem dedit, *Artem probatam de ægritudinis oculorum.*

Boccutius Grillo *de Practica Medicinæ m. s. de differentiis pulsuum*, & *febrium.*

Carolus de Rogeriis *super* 1. *Infort.* & *in* 2. *Decr. nov.* & *in* 2. *Decr. vet.* scripsit.

Cyprianus Pinto *de Auxiliis m. s.* hic in Ecclesia Divi *Nicolai*, & *Cataldi* in *Licii* Civitate sepultus jacet, ubi legitur.

D. O. M.

EX LYCIENSIVM MOESTISSIMAE CIVITATIS LACRYMAE PRO PATRONO PERDITO, PARENTE AMISSO INCONSOLABILES: D. CYPRIANI PINTO DE SALERNO HVIVS MONASTERII ABBATIS OPTIMI, DOCTRINA, PIETATE, PRVDENTIA, OMNIGENA VIRTVTE INSIGNISSIMI: OSSA, ET CINERES TVMVLO HOC ASSERVANTVR: MENS AD PERENNES EVOLAVIT SVPERORVM SEDES, POST EXACTOS SVMMA CVM LAVDE ANNOS VITAE, IN HVMANA CONVERSATIONE LIII, GENERALIS VICARIATVS IN OLIVETANA CONGREGATIONE III. ABBATIATVS IN HAC CIVITATE IX. XXII. KAL. FEBRVARII cIↃ. IↃc. XXVII.

Deodatus Solera Ordinis Eremitarum S. Augustini S. T. Magister *il Principe Vigilante.*

121 Detius Grisignano, *il Vafro Comedia.*

Detii Pennella *Practica omnium accidentium*, *quæ humanum corpus lædere possunt m. s.*

Dominicus Antonius Aversa Salernitanæ Ecclesiæ Cantor; quamprimum typis dabit: *il Biasimo dell' interesse*, *discorso morale.*

Dominicus de Rogeriis: *la Nemica Amante*, *Opera scenica..*

Egidius Ursone *de Pulsibus*, & *Urinis.*

Erchempertus Longobardus Salernitanus Civis ex *Longobardorum* Principum prosapia, antiquus Chronologista ejus *m. s.* typis dedit *Antonius Caracciolus* Clericorum Regularium, ut ex *Toppi* Bibliotheca *Neapolitana* constat.

Ercules Ayello: *il Camino Spirituale.*

Fabritius Mordente Mathematicus Imp. Rodulphi II. *Il Compasso*, *e Riga.*

Fabritius Pintus: *Salerno assediato da' Francesi: innumeras Jurium allegationes*, ac brevi typis dabit: *Il Discorso Politico Legale del danno*, *che hà cagionato al Regno*, *l' accordar i banditi in esilio.*

Fabritii Thori, *Compendia super Decisiones S.R.C.* & *alia opera.*

Franciscus Alphanus *de Peste*, *febre pestilenti*, & *maligna*: *de Variolis*, & *morbillis.*

Franciscus Elio Marchese *della Nobilta Napoletana*, *ac varia opera* scripsit.

A Fulgentius Judice Ordinis Eremitarum S. Augustini S. T. M. Regens in variis studiis, Concionator eximius: *Tomum primum cursus philosophici ad mentem Doctoris Egidii Columnæ*, & successive alios tomos usque ad quintum typis dabit.

Gaspar Musca, *de Episcopis*, & *Archiepiscopis Salernitanæ Ecclesiæ.* 122

Gauferii Salernitani Monachi Cassinensis *humiliæ Adventus*, *Nativitatis*, & *Epiphaniæ Domini*: *Vita Sancti Secundi.*

Gulielmus Capograsso *de Jure patronatus.*

B Hermogenes Thorius Ordinis Minorum Conventualium *ad principium tituli Instit. de Action. Comment.*

Hieronymus Cafaro, *Grammaticam*, & *Grammaticales elegantias* composuit.

Horatii Quaranta, *Oratio habita Capuæ pro apertione studii*: *Oratio in funere P. D. Caroli Carafæ Congregationis Piorum Operariorum Fundatoris*, & *denuo impressa in Vita dicti Patris*: *La fenice oratione fatta nell' esequie di Gerardo Gammacorta*: *Vita del B. Giovan di S. Fecondo*: ac multa alia opera hujus peritissimi viri extant.

Joannes Angelus Papio, *de Præcedentia Ducis.*

C Joannes Antonius Brando Tertii Ordinis Divi Francisci Clementis VIII. carus, heroico carmine scripsit, *il Rosario della B. V. Literas ad Rempublicam Venetam Apostolico interdicto subjectam*, *ut resipisceret*, & *Romano Pontifici obediret*: *Chronicon Romanorum Pontificum*: *Vitam S. Philippi Agyrensis.*

Joannes Antonius Vitalis, publicæ luci dedit *Apologiam de Capitis Vulneribus*: *Supplicium contra Elogium Pellegrini*: *Quæstiones Procemiales Chirurgiæ*: *Quæstiones de Capitis Vulneribus*: & quamprimum videbitur *Additio dictis quæstionibus*, *cum peculiari tractatu de decem modis* D *Convulsionis*, & *Paralisis*, *quæ in Capitis Vulneribus contingere possunt.*

Joannes Baptista Cyprus composuit *li Mottetti*, & *Armonici Madrigali.* 123

Joannes Baptista Prignanus Ordinis Eremitarum S. Augustini S. T. M. *Historiam m. s.* fecit *Nobilium Familiarum ejus Patriæ*, quæ *Romæ* in Bibliotheca Angelicana apud S. *Augustinum* extat.

Joannes Baptista Sarluca Canonicus Cardinalis, *La Patria di Torquato Tasso m. s.*

E Joannes de Mediolano Insignis Versificator *Salernitanæ Scholæ.*

Joannes de Procida, *utilissima Practica Medica.*

Joannes de Rogeriis, *Espositione delli Sacri Hinni del nuovo Breviario Romano.*

Joannes Franciscus Scafollerius scripsit *in Jurecanonico.*

Joannes Grillo *super Capitula Regni.*

Joannes Nicolaus de Rogeriis, *de Primate Prædicamentorum*, *Expositio trium tractatuum Averrois in logica magna*, *de termini definitione*: *particularium an universalium sit definitio*: *de medio demonstrationis*: *solutionum contradictionum in medica facultate*: & *commentaria in* F *libros Galeni de ratione curandi per sanguinis missionem.*

Joannes Nicolaus de Vicariis typis dedit: *Scripta*, *Considerata*: *Allegationes in jure*: *Vigiliæ in lecturam ordinariam primæ part. Infort. super tit. solut. matr.* & *in l. Gallos de liber.* & *posthum. multaque Consilia m. s.*

Joannes Platearius *de simplicibus medicamentis*: *de Pulsibus*, & *Urinis*: *practica brevis pro curandis morbis*, ac multa alia, ut in Indice librorum *Symphoriani Camparii* Physici habetur.

Joan-

124 Joannes Vincentius de Rogeriis *de Sede animæ, & de concursu activo, vel passivo mulieris ad prolem.*

Joannes Vincentius Quaranta eruditissimas *Jurium allegationes ob varias causas* composuit.

Joannes Vitus de Rogeriis *de Sede Animæ, & de introductione fœtus.*

Joseph à *Calce* omnis literaturæ eruditissimus, ac *Neapoli* Princeps Academiæ vulgo *de Curiosi.*

Joseph Bararbraam Salernitanus Civis in suo libro *Orto di Noe, in primo libro loquitur de dictionibus, in 2. de literis, in 3. de punctis linguæ hebraicæ*; & *Nella Piazza Universale Discors. 29.* Thomas Garzoni dixit: *Per giuditio di molti nessuno hà scritto della Cabala più artificiosamente, piu chiaramente quanto detto Giuseppe.*

Isidorus Aversa Salernitanus Archidiaconus, *il Mondo Armonioso.*

Julius Grillo, *il Trionfo di Marco Antonio Colonna: Encomii de Sisto V.*

Julius Ruggius antiquitatis studiosissimus multa *m. s.* composuit.

Laurentius Grillo *de Sapore dulci & amaro.*

Masuccius Guardatus, *le Cinquanta Novelle.*

Matthæus Franciscus Alphanus *super prædicabilia, prædicamenta, & perhiermenias m. s.*

Matthæus Hieronymus Mazza Auctoris Patruus, philosophus, physionomicus, electus discipulus *Joannis Baptistæ* de *Porta*, ac Jurisperitus multa *m. s.* in dictis scientiis edidit, omniumque antiquarum rerum eruditus.

Matthæus de Platamone *de Puteolanis Balneis metrice m. s.*

Matthæi Silvatici, *opus Pandectarum Medicinæ*, obiit 1342.

125 Maximus à Salerno Ordinis Prædicatorum scripsit *Vitam S. Catharinæ Senensis.*

Michael Roccus, *Anticensuram in literarium duellum* sub nomine *Francisci Parthenii* composuit.

Michael Scottus eximius Astrologus apud Fredericum II. *Astrologica m. s.* edidit.

Michael Vicinantius *de Pane sale miscendo ad Sistum V. m. s.*

Nicolaus Capograssus Reg. Cons. *super Dig. vetus.*

Nicolai Salernitani *Antidotarium* cum commento *Joannis Platearii.*

Pandolfus Arnone *de viris illustribus.*

Pauli Grisignani *de Pulsibus, & in Aphorismos Hippocratis* expositio.

Petrus Aloysius Castellomata Episc. Ausculan. *Amor del prossimo dialogo, amor della patria dialogo.*

Petrus Barliarius omnium scientiarum eruditissimus *multa in necromantia* scripsit.

Petrus Capograssus *super Instituta.*

Petrus Follerius *de Censibus*: *Practica Criminalis: & commentaria super Pragmaticas Regni.*

Petri Gattula *Grammatica, & Madrigali.*

Pius Mazza Ordinis Prædicatorum S. T. M. Concionator, Authoris germanus, prælo mandavit *le Vite di S. Ludovico Bertrando: di S. Rosa, e del Beato Pio V.*

Pomponius Lætus Rhetoricus, ac Poeta eximius scripsit *de Romanis Imperatoribus: i veri luoghi delle Romane rouine: librum Epigrammatum in Gigantum ossa, quæ Puteolis visuntur: & Compendium Grammaticale*; obiit 1484. *Romæ*; in Ecclesia S. Salvatoris in Lauro cum hoc epitaphio est humatus.

126 HIC IACET EXIGVA LÆTVS POMPONIVS VRNA
CVIVS HONOS MERITO PVLSAT VTRVMQVE POLVM,
LÆTVS ERAT ROMÆ VATES SVBLIMIS, ET IDEM
RHETOR NVNC CAMPIS LÆTIOR ELISIIS.
DOMITIVS PALLADIVS. P.

A Rogerii de Procida *Chirurgia antiqua.*

Romualdus II. Guarna *Chronicam* ab ipsis Mundi primordiis ad sua usque tempora *Longobardis* characteribus inscripsit: in Vaticana Bibliotheca originalis *m. s.* adservatur: necnon *Sermones super Homilias, & Hymnos: vitas multorum Sanctorum: ac antiquum Breviarum secundum usum Salernitanæ Ecclesiæ.*

Sabbatus Robortellus scripsit *Apologiam notabilis historiæ motus Spasmonidis ex lumbricis.*

Scholæ Salernitanæ *Opusculum de conservanda valetudine pro Anglicano Rege.*

B Scipio Thesaurerius *de Peste.*

Sebastiani Maffæ *commentaria cum paradoxis, & argumentis doctissimi viri Thomæ Simeontii in l. si quis, is pro emptore de usucapionibus, &c.*

Thomas Agnelli Salernitani *Decisiones Supremorum Tribunalium Regni Neapolitani, ac Regii Collateralis Consilii.*

Thomas de Rogeriis, *il Tempio delle rime: il mesto pianto della Croce: li Strombati: Discorsi della Cometa: Norma Scholastica: l'Hinni del Santo Sacramento dell' Altare.*

Thomæ Simeontii *Paradoxa, & argumenta in l. si is, qui pro empt. de usucapion.*

C Tiberius del Pezzo *Schola del divino amore.*

Torquatus Tassus à *Lelio Peregrino* in *Romano* Sapientiæ Lyceo Philosophiæ Interprete, in funebri oratione ob dicti *Torquati* obitum, *Romæ* coram Eminentissimis Principibus, & Proceribus fuit *Salernitanus* appellatus, ut Toppius *Nella Bibliot. Napolit.* refert: & si à *Manso Surrenti* ortus ponitur, minime fuit *Torquatus*, sed *Torquatinus*; ideoque possumus cum Hieremia dicere: *Perdix fovit, quæ non parit*; imo *Salerni* in antiquo *Tassorum* Palatio legitur in marmore. 127

D SI SOLEM ADORAMVS ORIENTEM,
VENERARE AMICE AEDEM.
QVAE TORQVATVM TASSVM VITAE PEPERIT,
SOLEM SCILICET, SED INTER MVSAS,
ET QVIDEM HOC IN MONTE, ET HVNC AD FONTEM,
NE PHAEBO PARNASSVS DEESSET NASCENTI
AT VT MEMORIA OBDVRESCERET;
HVNC POSVIT LAPIDEM
E MATTHAEVS FRANCISCVS NACCARELLI COMES PALATINVS
CONSEPVLTAM PENE DOMVM VITAE REDDIDIT:
NE TANTI VIRI CONSENESCERENT INCVNABVLA.
SVO DOCTVS CYCNO, AC FISTVLIS APOLLINI FAMVLARI,
INDIGNVM ETIAM RATVS, EIVS ESSE SEPVLTAS CVNAS,
QVI DIVINVM SEPVLCHRVM IMMORTALITATI DICAVERAT.

F composuit *il Rinaldo: le due Gierusalemme; e varie prose, e rime.*

Vincentius de Petrone publicæ luci dedit *litterarium Duellum inter Salernitanos, & Neapolitanos Medicos: orationem pro Sapientia in ingressu ad Pisanum Lyceum: de vermiculis quibusdam cucurbitini seminis referentibus speciem in cervorum, & aprorum hepate inventis, Consilium habitum coram Serenissimo Hetruriæ Duce.*

Vincentii Braca non pauca *jocosa* extant *m. s.* quamplurimi alii describi possent, quos, ne sim prolixus, desero.

Neque eruditi, ac percelebres viri, qui Chirurgi- 128

A gicam facultatem locupletare studuerunt, defuere: ait namque dictus Renatus Moreau *Loc. cit. quatuor Magistrorum in Chirurgia Salernitanorum opera audio asservari in Bibliotheca Ossoniensi, & Cantabrigiensi in Philosophia maximi nominis.*

Post eruditos tot homines, qui scribendo multum laboris, & operis consumpserunt, superesse videntur fœminæ: muliebre namque genus in hujus Civitatis Lyceo adhuc suarum laudum habet apertissimum campum: eruditas enim multas habemus mulieres, quæ nonnullis viris ad multa præstantiores, ipsosque doctrina, vel vicerunt, vel æquarunt: nam ad medicam B facultatem mulieres, sicut & viros aptas esse scripsit Plato, *5. de Republ.* & Martialis *Lib.* XI. *Epigram.* 72. cecinit.

Protinus accedunt Medici, Medicæque

& apud Juriumprofessores *l. ult. §. ne autem C. de confer. manu, & l. ult. C. condelega.* adhuc habetur.

Floruere igitur in Patrio Studio docendo, ac in Cathedris disceptando *Abella*, *Mercuriadis*, *Rebecca*, *Trotta*, quam alii *Trotulam* vocant, miris sane encomiis celebrandæ, ut notavit Tiraquellus, *In l. Connubial. nu.* 30. *& Lib. de no-* C *bilit. Cap.* 31. *num.* 352. ac *Sentia Guarna*, ut ait Fortunatus Fidelis. *Lib.* II. *medic. patroc. Cap.* 12.

Prima metrico carmine typis dedit *libros duos de Atrabile, & de Natura seminis humani*, ut scripsit Toppius. *Nella Bibliot. Napolit.*

Secunda varios libros prælo mandavit, *de Crisibus: de febre pestilenti: de curatione vulnerum: & de unguentis.*

Tertia in lucem dedit unicum volumen *de Febribus: de Urinis, & de Embrione.*

Quarta evulgavit in lucem libros *de Feris: de*
129 *Mulierum passionibus, ante, in, & post partum,*
D *Venetiis* denuo impressos anno 1555. ac *Argentinæ*, ut idem Tiraquellus *in tract. Medic. nu.* 337. testatur, quod à *Naburgense*, *Mazzella*, *Henrico Alemano*, *Toppio*, & ab aliis adhuc recensetur.

Laurea etiam Doctoralis *Constantia Calenda* filia *Salvatoris* Prioris *Salernitani*, & *Neapolitani* Collegii fuit insignita, quæ nobilis, & erudita mulier cum *Baldassare* de *Sanctomango* de *Salerno* nupta fuit, ex Registro Regiæ Siclæ *sub Joanna II. sign.* 1423. *fol.* 20. *at.* ut refert *Toppius.*

E Cujus antiquissimi *Salernitani* Studii primævi fundatores fuere *Rabinus Elinus Hebræus*, qui primus *Salerni* medicinam Hebræis de litera Hebraica legit. Magister *Pontus* Græcus de litera Græca Græcis. *Adala Saracenus* Saracenis de litera Saracenica. Magister *Salernus* Latinis medicinam de litera Latina legit: cum ob loci amœnitatem *Salernum* advenissent, ut nonnulli referunt, & in antiqua Chronica Civitatis habetur: quamvis *Carolo magno* imperante tria celeberrima instituta primum fuere Collegia, ut asserit *Nella descritt. della Provincia di Princip.* F *citr. fol.* 72. Scipio Mazzella Neapolitanus, dicens: *E benche si famosissimo Studio antico sia, si legge nondimento, che nell' anno di Christo* 802. *Carlo Magno l' instituisse, nel qual tempo due altri ne furono instituiti dal detto, l' uno in Parigi, e l' altro in Bologna.*

Illustrior extat *Salernitani* Studii antiquitas, cui unquam vetitum fuit, ut in qualibet scientia legi non possit, imo honoribus, ac privilegiis multis munificentissime illud cumularunt, honorariisque legibus auxerunt Imperatores, ac
130 Reges, præsertim circa annum 1300. Rex

Robertus, de Reformatione Studii *Neapolitani* ampliavit etiam privilegium concessum Studio Medicinæ Civitatis Salerni, *In Archivio Reg. Sicl. an.* 1342. *lit. A. fol.* 64. interdicens omnes scholas ubilibet infra Regnum, expresse declaravit minime Studia Civitatis *Salerni* comprehendi, tum ob antiquatam consuetudinem, & Regni constitutionem, tum ob veterem prædecessorum Regum traditionem: ita ut in Capitulo Grande fuit, jussit dicens: *excepto Studio Medicinæ, quod inibi exerceri, consuetudo diuturna testatur: hoc enim, & Jurisscripti sanctio admonet, & ipsorum Regum traditio constitutionis inducit usquequaque tenaciter observari.*

Joannes Antonius de Nigris super dictum Capitulum inquit, *hoc tamen fallit in Studio Medicinæ Civitatis Salerni, quia ibi est antiquissimum Studium in Medicina, & semper in eo floruit Studium in utroque Jure, & non est memoria in contrarium, ita quod habet vim constituti*, & infra subdit: *& in Civitate Salerni similiter ex inveterata consuetudine jura docentur, & florent in Medicina, & in Medicina possunt ibi doctorari: non autem doctorari possunt in Jure Civili, & Canonico.*

Et si ab immemorabili tempore Juscivile, ac Canonicum a peritissimis viris assidue in publicis Studiis fuit explanatum, ejus Alumni hic doctoralem lauream adhuc in Jure accipere debebant: quapropter Civitas apud perennem memoriam Catholici Regis *Philippi* III. institit, ut Legalis facultatis Collegium construeretur, à quo magnanimo Principe favorabile obtinuit rescriptum *Ex Archiv. Civit. Salerni.* Excellentissimo tunc temporis Proregi pro informatio- 131
ne, at deinde instatum amplius non fuit.

Federicus II. Imperator circa annum 1200. Constitutionem fecit, ut refert *Nella part.* 2. *del Lib.* II. *dell' Histor. di Napol.* Joannes Antonius Summonte cum sequenti titulo. *Ut nullus audeat practicare, nisi in Conventu publice Magistrorum de Salerno sit approbatus.*

Utilitati speciali prospicimus cum omni saluti fidelium providemus: attendentes igitur grave dispendium irrecuperabile damnum, quod posset contingere ex imperitia Medicorum: jubemus in posterum nullum Medici titulum prætendentem, audere practicare aliter, vel mederi, nisi Salerni primitus, & Conventu publico Magistrorum iudicio comprobatus, &c.

Idem Imperator in Constitutione, quæ incipit: *in terra qualibet* jubet, *electuaria, syrupi, ac aliæ medicinæ legaliter fiant, & vendantur Salerni, maxime per Magistros in Physica hac volumus approbari: præsenti etiam lege statuimus, ut nullus in Medicina, vel Chirurgia, nisi apud Salernum, aut Neapolim legat in Regno, nec Magistri nomen assumat, nisi examinatus in præsentia Magistrorum ejusdem artis.*

A Regina *Joanna* die 23. mensis Augusti anni 1365. hoc confirmatur dicente, *quod Magistri medicinalis scientiæ Civitatis Salerni habent ex privilegio, & consuetudine, quod ipsi Medici, sive Physici eorundem Magistrorum testimonio, testimonialibus ipsorum Magistrorum literis comprobatis in scientia supradicta, absque alia licentia possint practicari libere in dicta scientia medicinali*, ut *In Arch. almi Colleg.* ex originali instrumento.

Rex *Ladislaus* Doctores de Collegio, ac suos
Alumnos immunes fecit ab omnibus datiis, 132
tributis, ac gabellis in ampla forma, inquiens. *Licet per antiqua privilegia Divorum prædecessorum nostrorum Regum Siciliæ, & antiquatam consuetudinem diutius observatam: in cujus possessione fuerunt, & nunc persistunt omnes Phy-*

Physici Civitatis Salerni, sint, & debeant esse liberi, franchi, & immunes ab omnibus, & singulis solutionibus, &c. & infra, *juxta consuetudinem supradictam, ipsasque immunitates, franchitias, libertates, & exemptiones, de quibus plenariè constat nobis, juxta ipsorum privilegiorum antiquorum seriem: in abundantioris cautelæ suffragium, quæ prodesse, & non officere consuevit, tenore præsentium de certa scientia confirmamus, ratificamus, & approbamus,* subdens, *& ex eorum exquisita peritia causatur Medicorum copia, & nostris fidelibus multa sequuntur commoda:* ut ex privilegio membranaceo *in dicto Archiv.* latius apparet: *datum in Castronovo Neapoli die 5. Februarii 1413.*

Regina *Joanna II.* die 8. mensis Augusti, anni 1430. *Neapolitanum* cum fundasset Collegium, tres Moderatores è *Salernitano* Collegio cooptavit, & in Priorem elegit *Salvatorem Calendam Salernitani* Collegii Priorem, & in illius Doctorum numero posuit *Loysium Trentacapilli*, ac *Paulinum Caputscrupha*, omnes milites Medicos *Salernitanos*, cum sciret tres posse Collegium constituere: à Civitate *Neapolis* dumtaxat *Angelum Galeota* elegit, aliosque à variis locis, forsan alumnos, ac in dicto Collegio graduatos, ut ex fundationis privilegio registrato à Regente Tappia *in tom. 1. jur. Regni fol. 411. sub tit. offic. magni Cancell.* ubi inter cætera legitur. *Item volumus, quod ad præsens sint de dicto Collegio infrascripti Doctores Salvator Calenda de Salerno Miles liberalium artium, & Medicinæ bonæ mentis Doctor, Prior Collegiatorum Medicinalis scientiæ, & artium liberalium Neapolitani, & Salernitani Collegii, Physicus noster: Loysius Trentacapilli de Salerno miles, & medicinæ Doctor: Paulinus Caputscrupha de Salerno,* & paulo supra elegit, in dicto Prioratus officio supradictum *Salvatorem*, sua siquidem vita durante, cum potestate in sua absentia aliquem de dicto Collegio, quem elegerit subrogandum, ut etiam notatur à Summonte *Nel Lib. IV. dell' Histor. di Nap.*

133

Rex *Ferdinandus I.* die 26. Januarii 1477. ob exequutionem, & observantiam Capituli, ejus jussu emanati circa Visitationem Medicorum Regni, desistere fecit Straticotum Civitatis *Salerni*, respectu Doctorum, & Doctoratorum in dictæ Civitatis Almo Collegio, cui præjudicium inferre minime intendebat, ut ex infrascriptis verbis clare patet: *Mai fù nostra intentione, che per vigore dell' infrascritto Capitolo di detta nostra lettera, al detto Studio pregiudicasse, ò derogasse: e questa nostra ordinatione, e volontà volemo sia decreto per voi, e per tutti, e qualsivoglia altro Officiale inviolabiliter, & ad unguem osservato.*

Merito ob Studii antiquitatem, Collegii singularitatem, Medicorumque eximiam doctrinam ab Angelico Doctore Divo *Thoma Aquinate*, *Salernitana* Urbs inter celebres Europæ enumerata fuit, dicente *Opusc. 71. de Virt. & Vit. cap. ult. Quatuor sunt Urbes cæteris præeminentes, Parisius in Scientiis, Salernum in Medicinis, Bononia in Legibus, Aurelianis in Actoribus.*

134 Eximius Poeta *Franciscus Petrarca* in suo Itinerario anni 1330. *Salernum Medicinæ fontem* appellat, ac *Gymnasium nobilissimum, ubi feliciter litterarum omnium disciplina consistit.*

Franciscus de Petris adhuc *ne i discorsi Accademici al problem. 43.* dixit. *Gl' Asiani contendono, ch'il maggior ingegno del Mondo fosse quel di Galeno, la cui Chiosa superò il testo di Hippocrate; perche tacete voi dicono gl' Italiani la Scuola Salernitana fonte della Medicina? da cui ricorsero i Dionisii, i Darii, gl' Alesandri, con tanti altri Prencipi dalle più remote parti del Mondo?*

Academiam omnium scientiarum fuisse *Salernum*, ac generale Studium dixerunt Leander Albertus *Nella descritt. d'Ital.* & Thomas Costus *Nell' Opuscol.* necnon Raphael Volateranus *Lib. II. histor. Salernum*, inquit, *primaria Urbs Metropolis, artium, & disciplinarum alumna, & mater.*

Celebris Laureatus Poeta, ac Orator eloquentissimus Joannes Jovianus Pontanus de hac Academia loquens *Lib. de lun. ad Ægid. Erem.* ait: *Academia Salernitana, quæ diu floruit Ægidi Eremita, rerum naturalium, ejusque disciplinæ, ita quidem tutata est partes, ut latinæ quoque orationis curam minime abjecisse videatur, multique ex ea Schola Medica res satis etiam ornate litterarum tradiderint monimentis, tum prosa oratione, tum carmine: appareatque magis illis bona defuisse tempora, quam ipsos defuisse temporibus, ita quidem cognitioni rerum incubuere, ut Philosophia illic initio nata putaretur, atque apud ejusdem gentis homines educata, & culta.*

Benjamin Tudulensis Hebræus anno 933. in suo Itinerario ex hebraico in latinum à *Benedicto Ariamontano* translato, ait, *unius diei itinere Salernum devectus sum Urbem Medicorum Scholis illustrem:* etiam illustrem Salernitanam Academiam esse scripsit *Tom. 7. Ital. Sacr. de Episc. & & Archiepis. Salernit.* Abb. Ughellus. 135

Marcus Antonius Sabellicus Salernum Urbem Medicinæ Studiis multa fama celebrem esse *Orat. 6.* inquit. Abbas Angelus de Nuce *In Chronic. Cassin. not. illustrat. Lib.* III. *Cap. 7. celebrem,* ait, *extitisse Scholam Salernitanam, quæ Anglorum Regi valetudinis leges præscripsit.*

Marcus Antonius Marsilius Columna Salernitanus Archipræsul de Salernitana Urbe loquens *In sect. 1. hydragiolog.* inquit, *Gymnasium habes post hominum memoriam satis præclarum, ubi clarissimi omnium semper disciplinarum Interpretes celebres floruerunt, quos, ut audiat cupida disciplinarum juventus, undique confluit:* dictæque Scholæ nomen esse celeberrimum, idem Antistes *Lib. de Vit. & gest. B. Matth. Apostol. & Euang. Cap. 8.* scripsit.

Beatus Gulielmus Abb. de S. Theodor. in Vita S. Bernardi *Lib. II. Cap. 7.* inquit: *In Urbe Salernitana notissimis succumbentibus Medicis, quorum ibi præcipue ars viget, & Studium: viro cuidam Nobili auxilio desperato Virum Sanctum in curationibus efficacem Salernum advenisse: dedit aquam de lavacro manuum ejus, bibit, & convaluit:* sic etiam legitur *In Vit. S. Bernard.* apud Surium.

Esse namque Salernum Civitatem Medicinæ utique artis diu famosam, & præcipuam, habetur in Chronica *Romualdi II.* dictæ Urbis Archiepiscopi: Præsul enim hic fuit artis peritissimus, salutaria multa Medicinæ consilia *Guillelmo* Regi tribuit, ut in dicto Chronico apparet: & similiter *Lib. III. Chronic. Cassinens. Cap. 7.* Alphanus Antistes Medicinæ scientiam non parvam habebat.

Philaletes Polycopiensis *Lib. I. quæst. forcinar.* multa de *Italiæ* locis exaravit: *Amant*, refert, 136 *Florentini philosophiæ partem, quam principes rerum causæ traduntur, plurimi faciunt Calabri græcas literas, Neapolitani Etruscas, Lucenses divinas, Veronenses politiores, Vicentini philosophiam moralem, Bononienses mathematicas artes, Veneti rem musicam, Ferrarienses, Patavini, Salernitani medicinam, Senenses dialecticorum argutias, Perusini Jus Pontificium, Mantuani Hebræorum litteras, & Papienses Sophistarum nugas.* Multa alia de *Italorum* mercatura, bel-

lo, & bellicis instrumentis scripsit, ut ingeniosissimus, ac eruditus Episcopus Petinensis, Antonius Zara *Sect.* 1. *membri X.*

Subtilissimus Archiater Magni *Philippi* IV. Gaspar Bravo *Resolut. Medic. part.* 4. *disput.* 2. *apologetic. resolut* 1. enumerans singulas Academias. ait. *In Italia sunt Romana*, *Bononiensis*, *Ferrariensis*, *Florentina*, *Mediolanensis*, *Ticinensis*, *Patavina*, *Perusina*, *Pisana*; *Salernitana*, *Senensis*, *Veneta*, *Bergomensis.*

Abbas *Joachim* Hippocraticam Civitatem *Salernum* appellat, & Hippocraticum Collegium jure nuncupari meretur, ejus namque Medici, extincto Græcæ, ac Latinæ linguæ nitore, *Salernitana* Schola Hippocratis aphorismos ex Arabica in Latinam linguam translatos cognoscere cepit, sic scripsit Joannes Manelphus Erotianus Sabinus Medicus Romanus: *In Discept. de Ellebor.* & ad præsens circumcirca *Salernitani* Collegii Sigillum adhuc legitur *CIVITAS HIPPOCRATICA.*

Quapropter decoratum honoribus, sublimatum dignitate, ac magnæ existimationis semper dictum Hippocraticum Collegium apud cunctos *Salerni-*
137 *tanæ* Urbis Nobiles fuit: splendorem namque litterarum, præsertim medicinæ sanguinis natalibus addere non sunt dedignati, ut ex multis cedulis in Archivio Almi Collegii sistentibus constat: decem vero Doctores, qui Collegium constituunt, vel omnes, vel major pars Nobiles notabantur, & *Ex Regio Archiv.* apud varios Reges nobilissimi Milites, ac Equites *Salernitani* Medici fuere, ut diximus, & Marra Dux Guardiæ *Nelli Discors. della famig. Scillati.* ait: *Che vi fu Matteo Scillati eccellentissimo nella Medicina, professione in quel tempo particolarmente tra i Nobili Salernitani tenuta in preggio*: ideo mille laudum insignia nostrum Collegium decorandum conspicitur.

Nil mirum, si illustriores Viri studiosi, undique *Salernum* confluebant ex gente præsertim *Hebræa*: nam *D. Constantinus Afer* medicinæ artis illustrator, omniumque scientiarum, ac linguarum genere præditus, postquam in *Africam*, *Indiam*, variasque mundi partes profectus est, *Salernum* tandem venit, ubi stetit, & medicinæ rudimenta circa annum M. X. habuit: deinde sua Medica opera Abb. *Desiderio*, qui fuit *Victor* III. dicavit, & Monachus *Cassinensis* factus est, scribit Wion. *In lign. vit. Cap.* 98. *fol.* 819. Sic etiam *Albertus Bolognetius* S. R. E. Cardinalis clarum in Studii genere tam *Bononiæ*, quam *Salerni* nomen suum summa cum laude illustravit, ut etiam *Paulus Aretius* S. R. E. Cardinalis *Salerni* Juris scientiam didicit, ut Ciacconus *In Vit. Pontif. & S. R. E. Cardinal.* refert: necnon Emin. *Jo. Baptista* de *Luca* S. R. E. Cardinalis in eodem Lyceo legali scientiæ egregie vacuit, illiusque Studii anno 1623. Rector fuit: hodie vero ad maximum laudis, & claræ famæ præconium, ubertim remotissimæ quoque gentes à variis *Europæ* locis ad dictum *Hippocraticum* Collegium ob do-
138 ctoralem lauream sumendam confluunt: sua namque authoritas, ac potestas ubique locorum, ut notavit Thomas Costo *Nell' Opuscol.* se extendit, & cum Imperialis sit, per totum terrarum Orbem dilatatur.

De ista Illustrissima Civitate loquens Regens Tappia *in Jur. Regn. de offic. Not. & Indic. sub tit. de offic. Magn. Cancell.* ait, *Salernitana Civitas celeberrima existimatur cum sit decorata tam legalis disciplinæ, quam Philosophiæ, ac Medicinæ Studio, & Philosophorum, ac Medicorum celeberrimo Collegio, cujus Prior Regia facultate Philosophiæ, & Medicinæ Doctoratus insignia confert.*

Quamquam strictim antiqui Scriptores de hac ce-
A lebri Urbe, antiquissimo Studio, ac Collegio egissent, ut apud *Livium*, *Plinium*, *Ptolomeum*, *Strabonem*, & alios legi potest: attamen inter Recentiores dictus Spectabilis Regens eis sequenti elogio *De Jur. Regn. tom.* VII. *tit.* 2. *de Annon. Civit. Neap. & Salernit. Pragm.* 10. coronam imponit, non pauca dilucidando, inquiens: *Civitas Salerni est una ex insignibus Civitatibus Regni, est multis nominibus decorata, propter situm, qui est amœnissimus, propter aerem, qui est saluberrimus, propter mare; quod aperit viam contractationi, ob ingenia incolarum, ob Reliquias B. Apostoli, & Euangelistæ Matthæi, quæ ibi in Ecclesia majori venerantur, propter Studium,*
B *& Collegium Doctorum Philosophiæ, & Medicinæ. & propter humanitatem, atque optimos Civium mores, &c.* Quod adhuc à Michaele Zappulo, *Nel Compend. dell' Histor. di Napol. fel.* 267. & à Leandro Alberti *Nella descritt. d' Italia.* confirmatur.

Afflictus de hoc Collegio loquens *In Constit. in terr. q. alib. & in Const. quisquis in rubr. de probabil. exper. medicor. Magnam* dixit, *Medici Salernitani occupaverunt sibi famam, maximamque gloriam transmiserunt posteris, multa scribendo, opusque illud de Conservanda Valetudine Roberto Duci Normandiæ, & Regni Anglicani hæredi dicando, à summo illo Medico, ac Theologo Arnaldo de Villa-*
C *nova commentato:* qui erat Medicus *Caroli* II. Magister Ostiarius, & Capitaneus M. C. floruitque 139
ex Sansovino, *Nella Chronolog. del Mond.* anno M. CCC. cum suis Commentariis, Vindex, ac illius Scholæ illustrator fuit.

Cui ultra *Arnaldi* Commentaria, non paucas Enarrationes addidere *Jacobus Curio*, & *Jacobus Crellius Ephordiani* Medici, sicut *Constanzonus*, ac etiam *Renatus Moreau* Animadversiones dictæ Scholæ in publico *Parisiensi* Studio exaratas *Zaccaria Sylvius*, innumerique alii addiderunt.

Tempus, quo fuit Codex hic vulgatus circa
D annum M. LX. variis typis, in *Italia*, *Romæ*, *Florentiæ*, *Venetiis*: in *Germania*, *Francofurti*, *Basileæ*: in *Gallia*, *Parisiis*, *Lugduni*, *Monspessuli*, *Lutetiæ Parisiorum*, *Genevæ*, *Roterodami*, *Amstelodami*, aliisque locis.

Tandem doctissimus Physiater, *Neapolitanæ* Ecclesiæ Canonicus *Franciscus Lombardus* in fine *Salernitanæ Scholæ* cecinit.

Hæc sunt, quæ scripsit Regi Schola docta Salerni
Dogmata, quæ totum lustrant per sæcula Mundum,
Testantur studia antiqui, ut per magna Salerni.

Almum Collegium tantum ex decem doctoribus non ultra componitur: uno illorum præmortuo,
E alius in gradu antiquior succedit: Prior autem est ille, qui antiquior est, ac in Collegio antiquiore mortuo, in Prioratus officio usque ad finem vitæ permanet: in privilegii titulo Prioris dumtaxat nomen, & cognomen inscribitur, cum ejusdem Almi Collegii pendente sigillo, in quo gloriosissimi Patroni Apostoli, & Euangelistæ *Matthæi* cernitur effigies, (quæ adhuc est Civitatis stemma) super septem fascias rubei, ac albi coloris sedentis.

Qui Doctoratus laureola insigniendus est, per- 140
fides, ac testes, legitima natalia, probare tenetur, ætatem non minorem vigesimi primi anni, publici Studii in Medicina septennium juxta Regias san-
F ctiones: acri perpenditur examine: publice explanare tenetur puncta medicinalia, aut in *Lib. Tegni Gal.* vel *p.ª* seu *primi Avic.* vel *in Lib. aphorism.* In artibus autem in *Lib. physic.* aut in *Lib. poster. analitic. Ex capitul. Alm. Colleg.* multisque juramentis adstringitur (antequam Doctoratus Insignia à Priore, vel ab alio, qui Priori placuerit, ei conferantur,) *Ex dictis Capitul.* & sunt, ne Almo Collegio contradicat, falsa, ac mendacia non doceat, à pauperibus nec oblatam mercedem recipiat, suis lan-

languentibus Pœnitentiæ Sacramentum mandet, cum Aromatariis nullam inhonestam habeat sortem, Uterogerentibus abortivum ne exhibeat pharmacum, nec humanis corporibus venenosum medicamentum. Insignia postmodum ei tribuuntur; liber nempe clausus, mox apertus, authoritas ei conceditur, ut ubique locorum, ac per universum terrarum Orbem Philosophi, & Medici munus possit exercere, annulari digito aureus annulus imponitur, caput laurea coronatur Corona, osculoque amplectitur, ac demum Paterna Benedictione Doctoratus dimittitur.

Septennium igitur cum matriculis sui laureandi probare non tenentur, sicut doctorandi in Almo *Neapolitano* Collegio, vigore Regiarum Pragmaticarum: nam sæpe ab Illustrissimo *Abellinatum* Principe Magno Regni Cancellario, & ab Almo *Neapolitano* Medicorum Collegio coram Regio Collaterali Consilio fuit instatum contra dictum antiquissimum *Salernitanum* Collegium, quod ad sui
141 beneficium plures obtinuit sententias, tum ab Illustri Marchione *Campi* Regente *Henriquez*, tum à Spectabili Regente *Zufia*, & demum à Spectabili Regente *Ulloa* causæ Commissario, nunc S. R.C. dignissimo Præside: à quibus fuit decisum, Almum *Salernitanum* Collegium non comprehendi in ultima Pragmatica emanata *Sub. tit. de scholar. doctorand.* die 7. Junii 1652. quamquam plurimas in contrarium attulisset rationes eruditissimus Franciscus de Petris Jurisconsultus Neapolitanus, qui Salernitani Collegii glorias minime negans, ait, *Consil. 4. nu. 6. Salernitani Collegii pervetustum splendorem non negamus, de quo latius in nostra historia, &c.*

Celeberrimus *Salernitani* Collegii Patronus, deinde meritissimus Consiliarius Franciscus Maria Prato affert *Tom.* III. *discept. forens. Cap.* 42. Jurium allegationes typis datas, non parum ab V. I. D. *Fabritio Pinto* tunc Advocato, & Consultore elaboratas, ut refert *Loc. cit. num.* 86. idem Regius Consiliarius Prato, dicens: *Ibi, & quod multos habet incolas politioris literaturæ Magistros, ac Oratores eximios, qui calamum arripere queant: inter quos agnosco peritissimum, ac eruditione præstantissimum Consultum Dominum Fabritium Pinto amicum meum, multis mihi collaudandum nominibus, cui in iis, in quibus ego defeci supplere datum est, quæque modo exaravimus ad victoriam Collegio aucupandam.* Et tandem per Regium Collaterale Consilium infrascriptum decretum fuit latum.

Die 30. mensis Junii 1661. Neap.

Facta de prædictis relatione S. E. in Regio Collaterali Consilio per Spectabilem Regentem D. Felicem Ulloa Regium Collateralis Consiliarium, & Causæ Commissarium. Visis videndis, consideratis
142 *considerandis, &c. Providet, decernit, atque mandat, quod infra quatuor dies audiantur partes, & interim suspenso decreto per Regium Collaterale Consilium sub die 7. mensis Junii 1652. manuteneatur prædictum Almum Collegium Medicorum Civitatis Salerni in possessione graduandi Scholares Medicinæ in Collegio prædicto, servata forma decretorum desuper interpositorum per quondam Ill.^em Regentem D. Joannem Henriquez sub diebus 30. mensis Novembris 1624. & 25. mensis Aprilis 1630. Decreti interpositi per dictum Regium Collaterale Consilium sub die 1. Septembris 1636. & decreti interpositi per Ill.^em Regentem Didacum Bernardum Zufia sub die 23. mensis Maji 1637. hoc suum, &c. Galeota Reg., Muscettula Reg. Ulloa Reg. Navarra Reg., Crivella.* Sic constat ex processu originali, & ex Archivio Almi Collegii.

A qua sententia cum reclamatum fuisset, partes in integrum restitutionem petentes, prosequuta instantia minime fuit, imo dicti Collegii Consultor *Pintus* satis doctas Jurium allegationes ty-
A pis dedit, à petita restitutione in integrum Almum *Neapolitanum* Collegium excludens, multasque prærogativas, quæ undique celeberrimum *Salernitanum* Collegium ostendunt, in illis compendiavit.

Medici vero in *Salernitano* Collegio graduati, absque alio examine ubique mederi possunt: statuit Imper. Federicus *Constit. Utilit. ubi Afflict. num.* 3. imo prius Medici approbati, ac in quacumque Academia doctoratus gradus insigniti, ei medicam facultatem exercere permissum non erat, ni à dicto *Salernitano* Collegio approbati fuissent
B juxta allegatam Constitutionem dicti Imperatoris, quæ incipit, *Utilitati Speciali*: jure cunctos alios *Salernitani* Medici antecellunt *Ex Constit. in terr. qualib.* tamquam primi ab eodem Imperatore *Federico* vocati, ratio habetur *Supra dictam Constit. n.* 1. apud Afflictum dicentem: *Medici Salernitani occupaverunt sibi magnam famam, nam ipsi multa scripserunt in Medicinis in diversis partibus Mundi, ut patet in libro de Regimine Sanitatis per Medicos Salernitanos ad Regem Angliæ, & non sic scripserunt Medici Neapolitani, &c.* 143
Ab eodem *Salernitano* Collegio medicandi licentiæ adhuc per universum terrarum Orbem conceduntur: imo habitis controversiis, manuteneri in
C dicta possessione per Regium Consiliarium *Theodoro* cum diffinitivo decreto S. R. C. sub die 24. mensis Decembris 1572. In *Banca* de *Felice*, fuit decisum, necnon per Regium Consiliarium Regiæ Cameræ Præsidentem de *Vera* sub die 28. Julii 1604. fuit similiter dictum, quod Collegium manuteneatur in possessione concedendi licentias medicandi.

Demum per Ill.^em Ducem *Diani*, olim Regiæ Cameræ Præsidentem, nunc meritissimum Regiæ Cancellariæ Regentem fuit dictum.

Die 15. mensis Martii 1668. Neapoli. In causa
D *inter Almum Collegium Medicorum Civitatis Salerni cum Regio Prothomedico Civitatis Neapolis, & Magnifico Arrendatore dicti Prothomedicatus super visitatione facienda in aromatariis dictæ Civitatis Salerni, & Casalium, &c. Factaque de prædictis relatione in Regia Camera Summariæ per Ill. Dominum militem V. I. D. Don Carolum Cala Ducem Diani, & dictæ Regiæ Cameræ Præsidentem, ac Commissarium coram Spectabili Domino Locumtenente, aliisque Dominis Præsidentibus ipsius, ac audito Domino Fisci Patrono, fuit per Cameram ipsam cons. provisum, & decretum, prout præsenti decreto decernitur, atque providetur esse de-* 144
E *ferendum restitutioni in integrum petitæ pro parte Almi Collegii Civitatis Salerni, fol. 22. vol. 2. & proinde pro exequutione decretorum S. R. C., & Regiæ Cameræ fol. 22. 23; & 39. manuteneatur Collegium prædictum in possessione concedendi licentias medicandi, & visitandi aromatarias in dicta Civitate, & Territorio ipsius. Hoc suum, &c. Cala Regens, Vidit Fiscus. Cons. Bolin. ut clare Ex trib. Volum. process. origin. Reg. Cam. & in 2. volum. fol. 132. constat.*

Super cunctas igitur aromatarias, etiam manuales Civitatis, & in nundinis ipsius dictum Almum Collegium jurisdictionem exercet, illasque
F omnes adhuc in Casalibus, & Territorio existentes visitat, sicque ab immemorabili usitatum.

Prioralis Curia cum Consultore, Secretario, primo, & secundo Actorum Magistris, ac Bidellis, jurisdictionem exercet: procedit namque semper, ac solita est in Alumnorum, Aromatariorum, & similium causis procedere, sic accidit inter *Cæsarem Troysium*, & *Augustinum Pisanum* Aromatarios, ut *In 3. volum. proces. Alm. Colleg. & Reg. Prothomed.* patet.

Cui Priorali Curiæ assidue à variis Tribunalibus, præsertim sæpe a S. R. C. Alumnorum, & adhuc in causa Aromatariorum manualium Civitatis *Salerni* ex una; & Almum Collegium fuit interpositum infrascriptum decretum.

Die 13. *mensis Septembris* 1618. *Neap. Per Ill. Marchionem Taviani Jacobum de Franchis Regium Consiliarium, & causæ Commissarium, &c. Visis actis fuit provisum, quod supradicta causa remittatur ad Almum Collegium Salernitanum, quod de justitia provideat; &c. de Franchis.*

In Collegialium, aut de eorum familia causis Regia Audientia Provincialis, ac Curia Straticotalis intromittere, ac procedere minime possunt, sed S.R.C. sic (præcedente prius rescripto S. E. porrecto) dictum, per integerrimum, ac eruditissimum Dominum Don *Carolum Preta* Regium Consiliarium, ac causæ Commissarium, ut legitur *Ex process. S. R. C.* apud Actuarium Falvum. 145

Prior vero quolibet tempore, omnique die etiam festivo, & solemni lauream doctoralem præbet, ut ex decreto Sacræ Congregationis Rituum sub die 17. Junii 1679.

Omnique loco ad sui libitum, etiam in Ecclesiis dicta Sacra Rituum Congregatio declaravit, dicens: *Non esse contrarium Ritui Ecclesiastico, imo laudabilem antiquum usum dandi in Ecclesia lauream doctoralem, sub die* 20. *Julii* 1669.

Nec omittendum, quod Doctores dicti Almi Collegii die 5. mensis Decembris 13. Ind. an. 1554. considerantes ob bonum regimen aliqua ejus statuta fuisse, vel diminuta, aut omissa, collegialiter congregati *Antonellus Rogerius* Prior, *Joannes Hieronymus* de *Palearia*, *Adrianus Orofinus*, *Gabriel Grisignanus*, & *Franciscus Alphanus* Doctores, de consilio Magnificorum I. V. DD. Domini *Petri Follerii*, & Domini *Matthæi* de *Granita* Advocatorum dicti Collegii: Deum præ oculis habentium, & non solum corporis, sed animarum saluti etiam solliciti, multa statuerunt, & inquiunt.

In primis, quia in curandis quibusvis morbis, id præcipue difficultatis, ut eorundem causa cognoscantur: idcirco cum per Sacros Canones doceamur, infirmitatum, & adversitatum omnium, quæ nobis in hoc sæculo eveniunt, præcipuam causam fore inimicitiam, quam propter peccata, cum Deo in dies contrahimus; idcirco etiam conducere videtur, ut ante hominum terrenorum curationes in corpus, animæ præcedat curatio: quare Sacros Canones imitantes, statuimus, & expresse præcipimus, ut nemo deinceps Physicorum, aut Chirurgorum post primam visitationem infirmorum audeat, seu præsumat eosdem visitare, nisi prius fuerint confessi, & contriti, & Sacram Eucharistiam receperint sub pœna unciarum quatuor pro qualibet vice: aliaque sequuntur statuta. 146

Salernitanum igitur Collegium antevenit id, quod Sanctissimus Pontifex B. *Pius* V. post annos duodecim pro animarum salute invigilans, statuere debebat, ut à Medicis moneantur ægroti, quod sua confiteantur peccata, sic statuit anno 1566. die 8. Martii, cum bulla, quæ incipit: *Supra Gregem Dominicum*: in qua habetur, quod omnes Medici ad infirmos cum fuerint vocati, ipsos ante omnia moneant, ut eorum peccata confiteantur, &c.

Rector Studii deserendus non est, cum in graduando adhuc in Collegio sedeat: olim non paucam tenebat jurisdictionem, maximis tamen honoribus, ac præeminentiis gaudet: quolibet enim anno alternatim, aut Medicus, aut Jurisperitus die gloriosissimi Prothomartyris *Stephani* eligitur; convocatis prævia cedula, à Spectabili Priore signata Ill.[is] Decurionibus, Promotore, ac Doctoribus Almi Collegii, ut fusius *Ex Archiv. Alm. Colleg.* legitur in Capitulis de officio Rectoratus per dictum Almum Collegium & Ill.[am] Civitatem statutis.

At si magnopere celebratæ, ac conspicuæ undique Studii *Salernitani*, ejusque Hippocratici Collegii laudes resonant: prætereundum siquidem non est id, quod peritissimus *Renatus Moreau* 147
exarando Animadversiones in publico *Parisiensi* studio ad Scholam *Salernitanam*, ait: *Inter tot Collegii Salernitani laudes unum subjungo vitium, quod erit veluti nævus in formoso vultu*: cum attestatione Julii Cæsaris Capacii; *Lib. de Baln. Puteol.* ac Francisci Petrarca, *Lib.* v. *Epist.* qui narrant, quod tres famosissimi *Salernitani* Medici miraculose navi submersi fuere, dum è Civitate *Salerni Puteolos* transfretaverunt, ibique inscriptiones, in quibus Balnearum virtutes erant inscriptæ deleverunt.

Addidit etiam Scipio Mazzella, *Nel Lib. dell' antich. di Pozz. vol. nel. Cap.* 19. *ch' erano ne i tempi antichi in tutti quelli Bagni le figure degli huomini intagliate in marmo, che accennavano con le mani quelle membra, alle quali erano tali acque giovevoli, e di sotto v' erano l' inscrittioni à che uso servivano.*

Verum quamvis dictæ imagines ad loca passionum, seu membrorum manus tenentes, gratis asserantur, quia hæ mutilatæ effigies, & inscriptiones, forsan à vetustate erant consumptæ, ut idem *Mazzella* de *Frituli* Balneo loquens asserit: aut si deletæ, quod subdubio ab omnibus fere ponitur, recens cum fuisset memoria, denuo à *Puteolanis* civibus efformari poterant.

Quapropter inepte prænarrata falsa, ac veritati non consona tueri minime possunt: Balnearum enim usus, non ad publicum commodum erat, sed ob Imperatorum luxum, ac voluptatem præsertim *Neronis*, ac *Caligulæ*: Primus namque exilio mulctavit *Cicinnam Tuscum*, qui lavisset in Balneo, quod sibi paratum fuerat: igitur non omnibus Balnea erant communia.

Multa adhuc novant Terræmotus, Alluviones, Conflagrationes, cum ab ineunte ævo *Puteolana* 148
Regio assidue maximis terræmotibus fuit agitata: anno namque 1198. sub *Frederico* II. terræmotu tota Regio concussa est. Sub *Alphonso Aragoneo* pridie Cal. Augusti anni 1488. ædificiorum, ac multorum hominum internecio facta est: & sic Thermæ non paucas mutationes habuere, præsertim ob terræmotum die 29. Septembris 1538. tam terribilem, & per viginti dies loci adjacentes ita fuerunt afflicti, ut domus nulla superesset integra: nullum ædificium, quod non certam, & proximam minaretur ruinam, ut Capacius, *Lib.* II. *Neap. Histor. Cap.* 24. ac Simon Portius *De Conflagr. agr. Puteolan.* notavere: novus mons prodidit, qui unius diei, noctisque spatio congestus fuit ad instar aliorum montium, & vulgo dicitur, *Il nuovo Monte di Cenere*, qui multa balnea detegit, recentes adhuc emergerunt fontes, ut scribit Joannes Tarcagnota, *nel Lib.* III, *del sito, e lodi di Napol.* quorum Balneorum ruinis meminit Simon Portius, *loc. cit.* dicens, *Balnea illa tot sæculis celebrata, quæque tot ægris salutem præstabant, cinere sepulta jacent*: nam *Puteolana* Regio sulphureo bitumine plena, has natura sortita est conditiones, cum sit mari finitima, ejusque terra velut spongia sit poris affluens, & cavernis, ideoque frequenter, & assiduos passa fuit terræmotus *loc. cit.* Capacius; *Borgia*, *Petrus Jacobus* à *Toleto*, ac *Marcus Antonius Falconius* confirmavere, ut Canonicus Lombardus *in Compend. Balnear. Cap.* 28. refert.

Præ-

Præterea Barbarorum adhuc maximas *Puteolani* pertulere injurias ex Livio *in Compend. Balnear. cap.* 23. *Anibal cum Exercitu ad locum Averni, per speciem sacrificandi, re ipsa, ut tentaret Puteolos, quique ibi præsidio erant, descendit: pervastato agro Cumano, usque ad Miseni Promontorium, Puteolos repente agmen convertit ad oppri-
149 mendum præsidium Romanorum, deinde ad populandum agrum Neapolitanum.*

A *Gothis* publica, ac privata ædificia *Puteolana*, anno 406. incensa fuere, Civitatem populati sunt, vastaverunt agros, & mœnia funditus everterunt, nihilque fuit reliqui, quod vastitatem, squalloremque non ostenderet ob *Genserici* Regis *Vandalorum* ingressum, circa annum 456. ut scripsit Capacius *loc. cit.*

Ulterius à *Longobardis* plurimas *Puteolani* perpessi sunt calamitates, anno enim 568. cuncta *Saraceni* devastant: *Guibaldus* ad *Lotharium* auxilium petens, hæc scripsit, ut legitur *loc. cit.* in Chronica Cassinensi. *Saraceni, Nortmandi, & Longobardi Campaniam irrupere, & incendio, ac cæde omnia miscuere: & sunt Civitates Puteolana, Alifana, &c. quæ nil aliud, nisi olim se fuisse demonstrant, nam postquam fortunas, & homines exhauserunt, incendium subjecerunt.*

Joannes Tarcagnota adhuc refert *Lib.* I. *del sito, e lodi di Napol.* quod in Civitate *Neapolitana* erant Balnea aquarum calidarum: & Strabo *Lib.* V. dixit, *habet etiam Neapolis Balneorum apparatus*, ut narrat Franciscus de Pietri *Nel Lib.* I. *dell' Histor. Napolit.* & ob temporum injuriam non reperiuntur.

Adhuc *Henrici III.* Imper. *Suevi* tempore, anno 1014. *Europa, Italia, Bajanæ*, ac *Puteolanæ* Regiones, ac *Thermæ* devastatæ, oblivionique traditæ fuere, nam omnia fert ætas: adveniente vero in *Italiam Henrico*, sua Cæsarea munificentia Balnearum usus restituit, & ne in posterum deleretur memoria, ingenioso Poëtæ *Alcadino* jussit *Fridericus II. Henrici* filius, ut de illis scriberet, qui metro Carmine de *Puteolanis*, & *Bajanis* Balneis sic cecinit.

150 *Inter opes operum Deus est laudandus in illis,*
In quibus humanæ deficit artis opus.
Res satis est dictu mirabilis, horrida visu,
A Flegethonteo provenit amne salus.
Nam quæ defunctos aqua fervens urit in imis,
Hæc eadem nobis missa, ministrat opem.
Cætera cum fictis curentur Regna syrupis,
Balnea, quæ curant Terra laboris habet.
Vos igitur, quibus est nullius gutta metalli,
Quærite, quæ gratis auxilientur aquas.
Quarum virtutes, & nomina maxime Cæsar,
Præsens pro mira laude libellus habet.

Varia adhuc opera Alcadinus composuit, ut ex subscripto epigrammate ad *Federicum* Cæsarem apparet.

Suscipe Sol Mundi, tibi quem mitto, libellum,
De tribus ad Dominum, tertius iste venit.
Primus habet partes civiles in arte triumphi,
Mira Federici gesta secundus habet.
Tam loca, quam vires, quam nomina pene sepulta,
Tertius orbatas iste reformat aquas.
Cæsaris ad laudes tres scripsimus ecce libellos,
Firmius est verbum, quod stat in ore trium.
Si vacant annales Veterum, lege Cæsar Avorum,
Pauper in Augusto nemo Poëta fuit.

Alcadinus Syracusanus Salernum Studiorum causa missus, ob ingenii præstantiam, brevi Philosophiam, ac Medicinam in publico *Salernitano* Gymnasio summa cum laude professus est, tam magni nominis, ac famæ fuit, celebrisque Medicus; ut Magnates cuncti nobilissimum hunc Iatrophysicum, ac Poetam summopere optarent, ut idem Scipio Mazzella *in elog. Alcadin.* testatur.

Denique somniatus *Salernitanorum* Medicorum 151
eventus circa dicta, ante *Alcadini* tempus nullo pacto accidere potuit, ut notavit Joannes Antonius Summonte *Nella* 2. *par. del Lib.* IV. *dell'hist. di Napol.* fuisse anno 1243. aliter post paucos annos Balnearum virtutes *Alcadinus* non exarasset: nec peritissimus *Matthæus* de *Plantimone*, & tamen *Ugolinus* dicit, se legisse Opusculum de Balneis, authore *Matthæo* de *Plantimone* Medico *Salernitano*, quorum virtutes metrice ibi erant descriptæ: cujus M. S. vetustate fere consumptus in Bibliotheca Monasterii Sancti *Severini* Ordinis *Cassinensis Neapoli* conservatur: eruditus vero noster Poeta *Pomponius Lætus* adhuc metrice in Gigantum ossa, quæ *Puteolis* videntur scripsit: auxerunt ergo, illustraverunt, ac Balnearum omnium virtutes *Salernitani* Medici eruditissime descripserunt, minime, ut falso circumfertur, destruxerunt.

Ex prænarratis evidenter apparet non ob *Salernitanos* Medicos, sed ob voragines, ac crebrorum terræmotuum vim, atque impetum successisse balneorum interitus, per tot sæculorum hostiles injurias; Barbarorum incursiones, ut vix speciosissimæ Regionis facies discerni possit: Ubi enim Civium *Romanorum* tot Villæ? Sumptibus Imperialibus æquandæ? *Lucii, Luculli, Q. Hortensii, Servilii Vaccie, M. Tulli, Cæsaris*, ac Magni *Pompei?* in pulverem, ac piscium cavernas conversæ: Ubi Portus? Thermæ? Amphiteatra? in præsentiarum omnia ruinis oppleta, & temporis edacitate prostrata jacent.

Cæterum neque *Ladislao* Regi anno 1409. poterat esse marmorea tabula exhibita, in qua trium *Salernitanorum* Medicorum nomina erant inscripta, qui Balnearum virtutes deleverunt, quo- 152
rum unus vocabatur *Antonius Solimene.*

Hoc veritati consonum esse non potuit, paulo enim post, nempe anno 1413. Rex *Ladislaus* ad *Gulielmi Solimene* preces multis exemptionibus, ac privilegiis *Salernitanos* Medicos cumulavit, sic ex *Almi Salern. Colleg. Archiv.* in privilegio est scriptum. *Laudabilis est gloria Principis, estque vehementius collaudanda, dum peritis medicinali scientia, quorum prospectione mirabili, & gravi judicio humana natura per corruptibiles vias aggressa protegitur, ac tuetur: condignas exhibet gratias, ut sicuti eorum perspicaci examine à gravibus corruptionibus, & infirmitatum incursibus homines potissimum liberantur: sic principalis authoritas, cui talis præcipua cura subest, hos liberet à pressuris, &c.* Et paulò infra in dicto privilegio legitur, quod *Gulielmus Solimene* erat vir nobilis Miles, Doctor in Physica, Præses Regiæ Cameræ Summariæ, Locumtenens Camerarii Regni *Siciliæ*, Physicus, ac Consiliarius dicti Regis, apud quem *Salernitani* Medici magnæ erant existimationis, & præsertim *Solimene* familia, igitur minime erat prædicta tabula apud Regem *Ladislaum:* nec primus *Solimene* poterat esse destructor, si pauco post temporis spatio elapso, alter *Solimene* magnopere à Rege existimatur.

Nec omittendum instrumentum per Notarium *Dionysium* de *Sarno* stipulatum tenoris sequentis.

In nomine Domini Nostri Jesu Christi amen, anno 1409. *Pontific. Sanctiss. in Christo Patris Domini nostri Dom. Gregorii Divina providentia Papæ XII. die* 3. *mensis Februarii*, 3. *Ind. Ego Not. Dionysius de Sarno accersitus à Mag. Antonio Januarii familiare Regis Ladislai, ut hanc conscribe-* 153
re vellem Chronicam: qualiter Sacra Majestas dicti

Regis habet penès se quandam tabulam marmoream longitudine palmorum duorum, & latitudine unius palmi, quæ reperta fuit in loco, ubi dicitur le trè Colonne Puteolis, in qua tabella annotati sunt Medici Salernitani, qui omnes virtutes Balneorum everterunt, & etiam in aliis locis extra Puteolos quatuor milliaribus, ubi aliæ erant inscriptiones marmoreæ multas Balneorum virtutes indicantes: quæ tabella literis antiquis inscripta erat his verbis.

Ser Antonius Solimene, Ser Philippus Capograssus, Ser Hector de Procida famosissimi Medici Salernitani supra navim ab ipsa Civitate Salerni Puteolos transfretaverunt, cum ferreis instrumentis inscriptiones, Balneorum virtutes deleverunt: & cum reverterentur, fuerunt cum navi miraculose submersi.

Ita in dicta tabella marmorea continetur, quod scripsi, & exemplavi manu mea prædicti Notarii Dionysii de Sarno Apostolica authoritate Notarii, & signo meo signavi in hac carta membrana.

Quæ cuncta sunt longe à veritate, & ratione aversa: instrumentum autem minime verum censetur: primo quia in illo non explicatur locus, in quo talis publicus actus fuit stipulatus.

Neque fuit in *Gregorii XII.* Pontificatu, hic enim ob schisma à *Pisano* Concilio fuerat tunc depositus.

Nec Indictio III. erat anno 1409. sed currebat Indictio II.

Præterea cur Regali domui Apostolicus inserviebat Notarius? forsan Regia authoritate Notarii *Ladislao* Regi deerant?

Demum, ut probatum est, nulla huic Nota-
154 rio *Dionysio* debetur fides, ajunt, si verum sit, fuisse ob patrata à Magistratibus punitum.

Quæ singula forte advertens Michaël Savonarola *Lib.* 11. *de Baln. rubr.* 19. ait, *hoc fabulosum facio:* sic etiam Bartholomæus Taurinus III. *de Baln. Cap.* 30. confirmavit: & in Chronica Cassinensi notis illustrata *Lib.* 1. *Cap.* 36 habetur: *Salernitanos Medicos Puteolana Medica lavacra exturbasse, disjecisseque, Puteolanæ Plebis fabella est:* frustra igitur est, totaque aberrant via, ac fabulosi Scriptores sunt vocandi illi, qui *Salernitanos* Medicos tempestate obrutos inter *Capreas*, & *Minervæ* promontorium periisse ajunt, ut doctissimus Canonicus Lombardus *Compend. Baln. Cap.* 48. refert.

Hactenus ex dictis, manifeste veritas emergit, & videtur, quam nullius roboris, falsa, ac fabulosa sint contra *Salernitanos* Medicos adducta: qui dato, quod aliqua devastassent Balnea, de quo certe est ambigendum, forsan accidit, quia noxia, inutilia, fallacia, ac sanitati minime proficua, ideo destructa, ut testatur subtilissimus Philosophus *Petrus Jacobus* de *Toleto:* poterant enim, ut damnosa à *Salernitanis* Medicis damnari, isti dumtaxat tunc præerant, ut patet ex Constitutione XVIII. Regni, quæ incipit: *Utilitati speciali, & in terra qualibet* altera, ut dictum est.

Olim adhuc derelicta Balnea hæc fuere, nam *Octavianus Augustus* diu arthritide laborans, calidis aquis tantummodo lavabatur, & cum morbus magis invalesceret, ab *Antonio Musa* Medico prohibetur, ne in balneis se lavaret, imo perfusionibus frigidis utitur, saluti restituitur Imperator: ægri cuncti cœperunt Balnea deserere, ut innuit Horatius *Lib. I. epist.*

155 ———— *Sane myrteta relinqui,*
Dictaque cessantem nervis, elidere morbum.
Sulphura contemni, vicus gemit, invidus ægris.

Locus proinde his fabulosis dictis haud esse debet, nam *Salernitani* Medici natalibus, doctrinaque præstantes viri illustraverunt, non destruxerunt *Puteolana* Balnea, ut satis probatum est; unde optime decerni potest, quod non adest nævus in formoso vultu, sed potius cum Ovidio *Lib.* v. *Trist. eleg.* 13. dicam

Nullus in egregio corpore nævus erit.

CAP. X. *& Ultimum.*

DE ALIIS REBUS AD SALERNITANAM URBEM SPECTANTIBUS.

Nimis enim longum esset, omnia hic percurrere, ac cuncta ad *Salernitanam* Civitatem attinentia describere, sed huc, illuc vagamur floriferis, ut apes in saltibus, & erratice varia libamus, quæ præclaram nostram Urbem demonstrant: & primo dicimus, quod hæc Civitas *Lucaniæ* caput extitit, ut Volateranus, *Lib. Histor.* & alii scripsere, duarum Provinciarum caput, atque Metropolis: nunc Provincia Principatus Citra appellatur, in illa vero residet Regiæ Audientiæ Præsidialis Sedes.

Gloriatur magnopere ista Civitas, cum iisdem privilegiis fruatur, quibus *Neapolitana*, & *Messana* Civitas decorabantur: apud suos namque Officiales annuales eligit Judices, ut Civium op- 156
pressiones auferantur, & ne suis privilegiis defectus aliquis eveniat, illa observare dicti Ministri jurant: de qua prærogativa loquens Afflictus, *Super Constit. num.* XII. sicut etiam de nomine Straticotis, nam Prætor græco adhuc vocabulo nuncupatur Stratico, qui unicus tali potitur nomine: exercet enim jurisdictionem Civilem, Criminalem, & mixtam, non solum per Civitatem, sed etiam per Casalia cum suo Regio Judice, & Curia: Afflictus vero, ait, *Ibi Straticos. Quod in Civitate Salerni est Officium, quod dicitur Straticos, qui habet omnium jurisdictionem Civilem, & Criminalem ordinariam, quæ antiquitus habet prærogativam, respectu aliarum Civitatum Regni, ut patet ex Constitutione, quam posui supra in Constitutione Capitaneorum, & habet privilegia antiqui Studii.*

Freccia loquens *De subfeud. Lib.* I. *tit. de antiquit. status Regn. n.* 14. *versic. Constantin.* de variis nominibus attinentibus illis, qui Civitatem *Salernitanam* regebant, ait, *Salerni Straticotos, quod clari nominis Oppidum, Metropolisque illustris, Lucanis imperitabat Græcis authoribus, eratque sedes primaria illius Regionis.*

De hac singulari prærogativa adhuc in *Siciliæ* Regno *Messana* Civitas gloriabatur, quam ob suam defectionem amisit, sicut non pauca alia privilegia: solummodo nunc *Salernitana* Civitas hoc Straticotis nomine decorata ad sui majorem splendorem, ac gloriam remansit. Nam priusquam Præsides in Regni Provinciis demandarentur, Straticotus in Civitate *Salerni* ponebatur, qui justa nominis ethymologiam Strator dicebatur, ut Præsidis dignitas, sic docet *In l. unica C. de Stratorib. Lib.* II. Glossa relata cum aliis doctrinis ab Afflicto: *Loc. cit.* derivari etiam potest dicta denominatio à verbo sterno, ut dixit Lucas de Penna, 157
In dict. l. unic. nam sternit maleficia afferens Persii carmen.

Sternimus indomitum, quod inspumare Falernum.

Morantur in hac Civitate Regius Quæstor, seu Perceptor Provinciarum Principatus Citra, & Basilicatæ, necnon Regius Magister *Portulanus* cujus officium magnæ authoritatis, & existimationis censetur.

Adsunt plures Regiæ Dohanæ, nempe Vectigalium, Salis, & ferri cum eorum Regiis Officia-

cialibus: sicut etiam in qualibet hebdomada tripliciter Nundinæ habentur, ex quibus Annona efflorescit ex principalioribus Regni, ut in pragmatica *Pragm.* 10. *sub tit. de Annon.* habetur, in qua frumenta, ac fruges copiose venduntur ob incolarum prope, & longe habitantium commodum.

Bis in anno maxime perceleberre Emporium habetur: Nundinæ enim liberæ cum numeroso concursu à pluribus *Europæ*, ac *Asiæ* locis celebrantur, mensibus scilicet Maji, & Septembris, quæ alternatim à primogenitis *Ruggi*, & *Palearie* familiæ moderabantur: at anno 1560. ab *Ascanio*, & à *Martio* de *Palearia* fuit hoc Jus venditum *Matthæo Angelo Ruggi*, nunc vero dumtaxat à nobilissima, & fama perenni, multis memorata in oris *Ruggi* familia moderantur: majores *Italiæ*, & si olim *Europæ*, in quibus è remotissimis terrarum partibus Mercatores concurrunt, concessæ tempore Præsulatus *Cæsarii* de *Alagno*, ad preces *Joannis* de *Procida* Civis præclaræ memoriæ: Civitati concessum à Rege *Manfredo* privilegium Nundinarum per octo dies in honorem *B. Matthæi*, ut ejus festivitas die 21. Septembris
158 majori cum hominum frequentia celebraretur. Deinde ex *Caroli II.* privilegio sub die 21. mensis Augusti anni 1303. ut octo dierum Nundinæ ad decem prorogarentur, & hoc impetratum ad preces *Gulielmi II.* Archiepiscopi, ut ex privilegio *in Archiv. Salernit. Eccles.* legitur: *quod magis, & dignius accresceret Civitas ipsa compendiis, & Cathedralis veneraretur Ecclesia, in qua reconditur corpus ejus, &c.* & per dictos decem dies, aut plus si per alios dies Nundinæ prorogentur, Magister illarum, loco Straticotis Jurisdictionem exercet, cujus Curia dicto tempore silet.

Per alios dies decem die 6. Maji fiunt Nundinæ, & celebratur Translatio dicti Sanctissimi Apostoli, & Euangelistæ *Matthæi*, quo tempore adhuc cessat Straticotis Jurisdictio, quæ olim à familia *Sarluca* extincta exercebatur: ad præsens harum Nundinarum Magister à Spectabili Locumtenente Regiæ Cameræ Summariæ providetur, Regia enim Curia successit: fuerunt igitur dictæ Nundinæ à Serenissimis olim Regibus concessæ, ut ob Populi concursum major veneratio dictis Apostoli festivitatibus, ejusque Ecclesiæ tribueretur.

Aliæ familiæ variis gaudent privilegiis, habet nempe *Cavaselice* jurisdictionem Carcerum Regiæ Curiæ, & Meretricum.

Familiæ *Cioffo*, & *Pinto* habent tempore Nundinarum, seu fori majoris, quæ fiunt mense Septembris Jus in maritima, seu plagia ejusdem Civitatis *Salerni* logias, pergulas, apothecas ordinari facere, seu fieri facere, & construere, & constructas tenere; in quibus morantur Mercatores ementes, & vendentes, sic per Reginam *Joannam* concessum ob grata, grandia, & accepta servitia *Matthæi* de *Porta* Militis M. C. Magistri Rationalis, & Locumtenentis Prothonotarii Regni *Siciliæ*, ut latius ex privilegio: deinde hoc Jus successit Comitibus de *Ayello*: demum familiæ *Cioffo*, & *Pinto*, cui succedunt per participationem Rev.^mum Capitulum *Salernitanum*, Venerabile Monasterium Sanctæ *Mariæ* de *Porta* Ordinis Prædicatorum, ac *Nicolaus Comite*, filius *Silviæ Pinto*; Jus tum ob dominium, tum ob maximum lucrum magnæ existimationis. 159

Guarna familia exigebat Jus, quod dicitur *della Pizzella* à Pistoribus: necnon aliud Jus dictum, *del Mazzetiello*, quod exigebatur à qualibet olerum farcina, quæ intra Civitatem ingrediebatur.

Familia *Pagano* habet Jus exigendi decimam supra aliquos pisces.

Familiæ autem de *Rogerio*, & *Sanctomango* infra octavam Translationis dicti Euangelistæ, à Diœcesis Clero habent recognitionem ob quarumdam domorum solum dicto Euangelistæ donatum, ut de familia *Sanctomango* P. Carolus Borrellus *Vindic. Neapolit. Nobilit.* refert de Sanazariis familia loquens, ait, *Clerus Salernitanus remunerationis loco singulis annis, quasi tributarium munus persolvit, spheram ex floribus fabrefactam, ubi ex una parte Sanctissimi Apostoli imago, ex altera vero Sanctimangi familiæ insignia repræsentantur, atque hujusmodi annua merces Patritio natu maximo è Sanctomangorum familia, Cleri nomine dono datur.*

At prolixius ne protrahamus; hæc pauca de Rebus *Salernitanæ* Urbis strictim delibata tetigimus, ac è tenebris istius antiquissimæ Civitatis, ne illarum memoria deperiret, elicere licuit: Cœtera vero ob vetustatem obscurata, totque sæcu- 160
lorum cursibus ab ætate nostra remota, & quæ non ita magni momenti videbantur, tanquam inutilia omisimus: animadvertentes materiæ hujus ubertatem peculiarem, ac ingentem librum omnino exigere, at quæ notatu digna, vel præcipua esse putavimus, sumus prosequuti, illaque omnia gratissima fore perito Lectori arbitramur, qui latius cuncta perpendendo cognoscere poterit.

Alius enim alio plura invenire potest, nemo omnia.

F I N I S.

AD LAUDEM DEI, ET SANCTISSIMI APOSTOLI, EUANGELISTÆ, AC MARTYRIS MATTHÆI.



INDEX

INDEX
OMNIUM NOTABILIUM,
Quæ in hoc Libro continentur.


Bbas *in Ecclesia Divi Petri ad Curtim ponitur à Catholica Majestate*, 11. C
Abbatiæ, *quæ subsunt Salernitano Archiepiscopo*, 31. C
Abila *Saracenorum Dux sexaginta duobus millibus militum Salernum circumvasit*, 12. E
—— *trabe lapso intus Ecclesiam SS. Martyrum Fortunati, Cai, & Anthes, dum super altare fœdissima committebat, moritur*, 12. F
Abimalec *Saracenorum Dux, post mortem Abilæ electus*, ibid.
Academia *in Civitate Salernitana erecta à Divo Bonaventura, ac ab Angelico Doctore*, 32. D
—— *Salernitana toto terrarum Orbe celeberrima, ejusque laudes*, 57. C
Ademarius *Salerni Princeps ob avaritiam oculis, ac Principatu à Salernitanis orbatus*, 12. D
Aeris *Salernitani laudes*, 3. E
—— *salubritati prospiciendum in Urbibus condendis*, 3. D
Alpheus *ex Tribu Levi pater Apostoli Matthæi*, 17. F
Amalphitani *Siconulfo Salerni Principi se obtulerunt*, 12. C
Anacletus *Pontifex Salernum venit*, 15. D
Andreas *de Salerno egregie pinxit effigiem S. V. Pietatis*, 22. A
Angelicus *Doctor in Studio Salernitano Interpres.* Vide *Præceptores.*
Animus *facit nobilem*, 10. B
Annium Victorinum *in maxima veneratione extitisse apud Populum Salernitanum*, 9. B
Anno *octavo post Salvatoris Ascensum ab Euangelista Matthæo scribitur Euangelium*, 13. E
Antonellus Sanseverinus *cum Regni Baronibus contra Regem conspiravit: atque è Regno proficiscitur*, 16. D
—— *odio habuit Reges, nam Magni Admirati Officium in ejus personam prorogare minime voluerunt*, ibid.
Antiquior *Collegialis succedit in Prioratu, mortuo Priore*, 68. E
Aphorismos *Hippocratis Salernitana Schola, extincto Græcæ, & Latinæ linguæ nitore, ex Arabica in linguam Latinam translatos cognoscere cœpit*, 67. B
Aquæ *Silaris fluminis proprietas*, 5. C
Archalais *interpretatur salus*, 33. A
Archiepiscopatus *titulum à Benedicto VII. Salernitana Civitas obtinuit*, 8. E. F. 43. A
Archiepiscopus *Salernitanus primatum in Regno tenet*, 31. D
—— *præsentatur à* Catholica *Majestate*, ibid.
—— *quot Suffraganeos habeat*, ibid.
—— *nonnulla feuda olim possidebat*, ibid. E
Archiepiscoporum *Catalogus*, 43. A. seqq.
Ariadenus Barbarossa *Salerni vastationem aggreditur, ejusque Classis ob tempestatem dispersa Apostoli Matthæi patrocinio*, 30. C
Arichis *è Longobardorum genere primus Salerni Princeps, ac primus Beneventi Dux, ad Principatum viva voce à Populo eligitur*, 11. A
Arnaldus *de Villanova Caroli II. Medicus: Scholæ Salernitanæ illustrator*, 68. C

Balnearias *Puteolorum virtutes devastatas à Salernitanis Medicis*, 72. B
—— *contrarium author rationibus, & authoritatibus comprobat*, 72. C. seqq.
Baptismalis *fons unico lapide incisus*, 20. D
Bartholomæi *Apostoli corpus è Liparis Insula à Sicardo Beneventum translatum*, 11. F
Basilica *Salernitana à Roberto Duce constructa*, 15. C
Beati *Salernitani*, 45. C
Beneventi *Ducatus attinuit Radelchisio in divisione facta cum Siconulfo*, 12. C
Bibliotheca *Divi Thomæ Aquinatis*, 34. E
Brachium *S. Apostoli Matthæi*, 28. A
Calistus *Pontifex Salernum petit ad pacem componendam inter Rogerium, & Guielmum*, 15. B
Calix *aureus sanguine consecrato intinctus*, 28. B
Campanæ *ex se sonum edidere*, 28. D
Campanile *Cathedralis cubitorum bis centum*, 18. F
Campanulæ *in Conventu Ordinis Prædicatorum recensetur assiduum miraculum*, 34. B
Capitolium, *aliaque proximiora castra à Roberto Guiscardo combusta*, 14. C
Capitulum *in quatuor menses providet Canonicatus vacantes, licet antiquitus per totum annum providebat*, 31. B
Capituli *Dignitates, quæ sint*, 30. E
Canonici *Cardinalitio titulo insigniti*, ibid. F
Canonici *mitris absque limitatione utuntur*, 31. A
Canonicorum *vestes*, 30. F
Carolus *Andegavensis Rex titulum Principatus Salerni Carolo filio contulit*, 15. E
—— *V. Imp. Salernum venit, & à Principe Salerni hospitatur*, 17. A
Catharina Sfortia *mater Antonelli Sanseverini*, 16. D
Cathedralis *Ecclesia describitur*, 18. D. seqq.
Cœmeterium *dictæ Ecclesiæ*, 18. F
Chinæ *Regnum, quis prius ingressus*, 45. E
Chorus *magnificus in Cathedrali Ecclesia*, 21. A
Chronica *Salernitani Lycei*, 2. D
Cives *magnum decus Patriæ afferunt*, 57. A
Clerus *Salernitanæ Diœcesis singulis annis familiæ de Rogerio, & Sanctomango tributarium munus persolvit*, 78. C
Collegiales *immunes à Gabellis.* Vide *Doctores de Collegio.*
—— *non possunt recognosci, nisi à S. R. C. & quomodo*, 71. A. B
Collegii *Neapolitani institutio, ejusque Moderatores fuerunt electi à Collegio Salernitano*, 65. B
Collegium *Hippocraticum Salernitanum singulis annis integrum depositum unius doctorandi Divo Apostolo Matthæo grato animo persolvit*, 30. B
—— *quot Doctoribus constituatur.* Vide *in verbo* Decem.
—— *tres Statuas æneas construi, ac reponere fecit in Ecclesia Divi Matthæi*, 29. F
Colonia *minime libertati Reipublicæ repugnat*, 7. B
—— *Romanorum Salernum*, 6. D
Conservatorium *Pauperum Virginum*, 29. D
Coronatio *Salernitani Principis ab Episcopo fieri solebat*, 11. B
Corpora *SS. Archelaæ, Teclæ, ac Susannæ Salerni quiescunt*, 32. E
—— *SS. Mart. Fortunati, Cai, & Anthes in Basilica Apostoli Matthæi conquiescunt*, 29. D
Corpus *dicti Sancti Apostoli Matthæi, quonam tempore, & à quibus in Salernitana Urbe repositum*, 18. B

Cor-

Corpus *Sanctissimi Januarii Mart. à Sico Spoletino à Neapoli extrahitur, Beneventum ducitur*, 11.E.F
Crucifixi *imago*, *apud quam accidit conversio Petri Barliarii*, 33.F
Curia *Nundinarum Magistri*. Vide *verbo* Nundinæ.
—— *Prioralis habet suum Consultorem*, *& alios Officiales cognoscit causas Alumnorum*, *Aromatariorum*, *& similium*, 70.F
—— *Remittuntur ei causæ à variis Tribunalibus*, 71.A
DAniel *naturalis filius Raymundi Ursini Nolæ*, *ac Sarni Comitatum obtinuit*, 16.B
Dauferius *ad Nuceriam relegatus*, 12.A
Decem *Doctores Collegium Salernitanum constituunt*, 68.D
Decretum *ad favorem Collegii pro concedendis licentiis medicandi*, *ac aromatarias in Civitate*, *& territorio visitandi*, 70.E
Dens *Divi Matthæi*, *ac S. Jacobi Minoris in argentea cruce venerantur*, 28.B
Desiderius *Abbas Cassinensis ad Pontificatum electus*, 14.E
Diœcesis *Salernitana*, 42.B
Digitus *Sanctæ Catharinæ Senensis*, 28.A
Doctorandi *non tenentur probare septennium cum matriculis*, *ut decisum etiam per Reg. Collaterale Consilium*, 69.B
Doctorandus *quæ probare*, *ac facere tenetur*, 68.F
Doctorari *in Jure Civili*, *& Canonico non potest in nostra Urbe*, *ni tantum in Philosophia*, *Medicina*, *& Chirurgia*, 64.B
—— *potest die festo*, *ac etiam in Ecclesia*, 71.B
Doctores *de Collegio immunes à Datiis*, *Tributis*, *& Gabbellis*, 64.F
Doctoratus *in Collegio Salernitano per totum Orbem Philosophi*, *& Medici munus exercere potest*, 70.A
—— *& absque alio examine*, 70.A
—— *quæ juramenta observare promittit*, 69.A
Dohanæ *Regiæ quamplures*, 70.F
ECclesia *Divi Apostoli Matthæi*, *ex Roberti ære constructa*, 18.B
—— *Sanctæ Mariæ Incoronatæ Neapolis à Margarita Regina extructa*, *ubi coronata fuit*, 16.A
Eminentiss. *Joannes Baptista de Luca S.R.E. Cardinalis in Lyceo Salernitano legali scientiæ vacavit*, *ejusque Studii Rector*, 67.E
Episcopi *Salernitani*, *qui inter Sanctos connumerantur*, 30.D
Episcoporum *Salerni Catalogus*, 42.D
Episcopi *Suffraganei assistere tenentur in festo Translationis Apostoli Matthæi*, 12 E
Episcopatus *titulo quanto nam tempore duravit*, 43.A
Equites *cujuscumque Ordinis inspiciuntur in Civitate Salerni*, 57.A.
Euangelium *ab Apostolo Matthæo prius omnium scribitur*, 13.E. 17.F
FAmiliæ *diversæ*, 39.C. seqq.
Familiaris *Ferdinandi Sanseverini*, *morti traditur*, 17.D
Felix *Ursinus Salerni Princeps à Ferdinando Aragonensi Principatu privatur*, 16.B
Ferdinandus *Sanseverinus*, 16.F
—— *in coronatione Caroli V. cum Marchione Astorghæ præcedentiam contendit*, ibid.
—— *cum Placido de Sangro causa Sanctæ Inquisitionis imponendæ ad Imperatorem venit*, 17.A
—— *odio habitus a D. Petro de Toleto*, *Venetias proficiscitur*, 17.B
—— *sclopi ictu à Perseo de Rogeriis percussus*, 17.A
—— *pro Regni debellatione Turcas convocavit*, 17.C
Fertilitas *Salernitanæ Urbis*, 5.D
Feuda, *quæ per aliquos Salernitanos possessa fuerunt*, *& ad præsens possidentur*, 55.B. & seqq.
Fidelitas *Salernitani Populi à Rogerio commendatur*, 15.C
Fides *Populi Salernitani erga Romanum Imperium*, 4.E
Floribus, *ac fructibus maxime pollet Salernitana Civitas*, 5.D
GAlli *à Siculis trucidati*, vide *in verbo Vespere*.
—— *quo tempore Salernum invaserunt*, 4.F
Gisulphus *filius Guaimari*, *patris necem contra Salernitanos animadvertit*, 14.A
Gregorius VII. *ope Roberti Guiscardi propriam Romanam Sedem obtinuit*, 14.C
Gregorii VII. *corpus integrum in Salernitana Civitate veneratur*, 23.A
—— *ipsiusque duo leguntur miracula*, 23.B
Grimoaldus *ampliavit muros Salerni*, 11.E
—— *à Pipino Caroli Magni filio Luceria in carcerem ductus*, 11.D
Guaiferius *Salerni Princeps*, *Principatu privatus*, *à Salernitano Populo in carcere fuit detentus*, 12.D
—— *patruus Dauferii Religionem Divi Benedicti ingreditur*, *deposito Principatu*, 12.F
Guaimarus *à Salernitanis occisus*, 14.A
Gulielmus *habuit investituram Apuliæ*, *& Calabriæ à Gelasio*, 15.A
HEbdomadarii *decem assistunt in Cathedrali*, 31.C
Henricus *gratiam pro Ferdinando Sanseverino obtinere non potuit ab Hispaniarum Rege*, 17.D
—— III. *Imperator Senam proficiscitur*, *obterritus adventu Roberti Guiscardi*, 14.C
Hippocratica *Civitas Salernum appellatur*, 67.A
Honorius *Papa aliqua privilegia confirmavit*, 15.B
Horatii *dictum circa Religionem*, 18.C
JOannes *de Procida medicus*, *atque familiaris Manfredi Regis*, 22.D
—— *Ipsius astutia circa Siculos commendatur*, 22.D
Illustres *personæ tum in Ecclesiastica*, *tum Laicali dignitate insignitæ recensentur*, 44. *usque ad* 52
Imago *B.V. de Constantinopoli primum Salerni innotuit*, *ac postmodum in cæteras partes devotio propagata*, *est*, 25.D
Insignia *doctoratus*, *quæ sint*, 69.A
Isabella *Villamarina in Hispaniam missa*, *quia auxilium Ferdinando viro præstabat*, 17.D.E
Italiæ *loci nonnulli commendantur ob varias scientiarum professiones*, 66.F
Jusjuranda, *quæ observare promittuntur à doctorando*, 68.F
LAndulphus *Salerni Princeps Divi Benedicti Religionem ingreditur*, 13.F
Leges *Dux imponebat*, 7.C
Leontius *Proconsul decapitare fecit Martyres Fortunatum*, *Cajum*, *& Anthem*. 29.E
Libri *in lucem editi à quibusdam Salerni Civibus*, 58.F. seqq.
Lignum *Sanctissimæ Crucis*, 28.B
Liparis *Insulam subjugavit Sicardus Salerni Princeps*, 11.F
Luciæ *Virg. Civitatis Calatagerone corpus*, *Salerni quiescit*, 33.C
MAgistratus *quamplures in Civitate Salernitana*, 76.F
—— *illorumque ordines*, 7.C
Manna *Divi Matthæi*, 28.F
Manus *Sanctæ Anastasiæ*, 28.A
Matthæi *Apostoli corpus Lucaniæ finibus inventum*, *in Urbe Salernitana Gisulfus è Pestana Civitate transtulit*, 13.C
Matthæus *Apostolus Salerni patronus acclamatur*, 18.B. 28.E
Maxilla *Sancti Geminiani*, 28.A
Medici *Salernitani à Regibus exteris vocati*, *ac apud ipsos non modicæ existimationis habiti*, 57.D. seqq.
Medicinæ *professionem è variis mundi partibus*, *ut discerent*, *Salernum uti Lyceum petierunt*, 67.D
Mœnia, *novasque fabricas reparavit Arichis primus Salerni Princeps*, 11.B
Messana *Civitas Straticotis officio est privata*, 76.E

A. Mazza. F Me-

Metropolis *titulum obtinuit Salernitana Ecclesia*, 43. A
Milites *Strenui in nostra Civitate*, 53. A. seqq.
Militia, & *literæ nobilitatem pariunt*, 9. D
Miraculum *ligni Sanctissimæ Crucis D. N. I. C.* 28. C
Monarchia, *Imperia*, *& Regna ex militia originem traxere*, 9. D
Monasteria *Regularium*, 33. D. seqq.
Monetas *cudebat Populus Salernitanus*, *ipsarumque inscriptiones*, 7. C
Montes *ac alia pia loca, quæ Charitatis opera exercent*, 42. A
Mulieres *eruditæ*, 63. A
—— *aptæ ad medicam facultatem*, 63. B
—— *quæ in Studio Salernitano legerunt*, 63. B
—— *quæ typis libros dederunt*. 63, C
Mulier, *quæ doctoralis lauream habuit*, 63. D
Municipes, *qui*, 7. D
Muros *Salerni desolavit Grimoaldus*, 11. D
NIl *semper suo statu permanet*, 8. B
Noe *bis in Italiam profectus est*, 1. C
—— *genuit Sem*, *Cham*, *Japhet*, ibid.
Nobilitas *apud omnes in magno honore*, 9. C
—— *Salernitana*, 9. A
Nobilitatis *tres species*, 9. E
Nundinæ *bis in anno in Salernitana Civitate fiunt*, *& quo tempore*, 77. A
Nundinarum *Magistri officium*, *mense Maji providetur à Spectabili Locumtenente Regiæ Cameræ*, 77. C. D
—— *tempore Curia Straticotis silet*. ibid.
OFficia *diversa ab aliquibus familiis exercentur*, 77. 78.
Originis *antiquitas eadem ex terra in omnibus*, 10. A
Origo *Civitatis Salerni*, 1. 2.
Otho *primus Dux Salerni*, 7. D
PAndolphus *Capuæ Princeps à Germanis in carcere detentus ope Guaimari liber evasit*. 14. A
Parochiales *Ecclesiæ*, 31. F
Paschalis *Pontifex vexillum Gulielmo concedit*, 15. A
Patritii *appellantur nobiles de Sedili*, 10. D
Petrus *de Aragonia Regni coronam ope Joannis de Procida adeptus*, 22. F
Petri *Barliarii Conversio*, 33. E
Pipinus *Caroli Magni filius carceribus mancipavit Grimoaldum*, 11. D
Pœnitentiæ *Sacramentum à Medicis exhortandum* vide in *verbo Statutum*.
Populus *Salernitanus à primordiis fundationis à nobilitate distinctus*, 9. B
Portus *Salerni à Manfredo inceptus*, 5. A
Præceptores, *ac Interpretes qui in Salernitano Studio fuere*, 57. D
—— *Alii ad varia orbis lycea vocati*, ibid
Prærogativa *Collegii Salernitani in doctorandis*, *ac examinandis tum Physicis*, *tum Chirurgis*, 64. D. seqq.
Principatus *Salerni ad Reges Siciliæ translatus*, 15. C
Privilegia *quamplurima Capitulo concessa*, 31. A
Prior *Collegii Salernitani Regia facultate Philosophiæ*, *& Medicinæ doctoratus insignia confert*, 67. F
Prioris *officium est ad vitam*, 68. E
—— *dumtaxat nomine titulus privilegii inscribitur*, *cum Collegii sigillo*, ibid.
Præcedit *Salernitana Civitas Capuæ*, 8 D
—— *atque inter cæteras primatum obtinet*, 9. A
Prophetia *Divi Gramatii Episcopi Salernitani*, 13. D
—— *Sancti Francisci de Paula*; *ubi ejus Conventus ædificandus*, 41. B
Puteolorum *devastatio*, 73. A
RAymundus *Ursinus Principatum Salerni obtinuit cum potestate dividendi inter naturales ejus filios*, 16. B
—— *Serenissimi titulo fuit decoratus*, ibid.
Rectoris *Collegii Salernitani laudes*, 71. F
Rector *alternatim Jurisperitus*, *aut Medicus eligitur*, ibid.
Regulorum *potentia*, 11. A
Religio *est firmissimum Principatus fundamentum*, 18. C
Religionem *si Princeps neglexerit à Deo negligetur*, ibid.
Reliquiæ *multæ in Ecclesia Cathedrali*, 27. F. seqq.
—— *feruntur processionaliter in memoriam patrocinii habiti contra Turcas*, 30. D
Requisita *in doctorando*. 68. E. F
Robertus *Guiscardus à Gregorio VII. vocatur*, 14. C
—— *Sanseverinus Salerni Principatum obtinuit*, *nec non pecunias cudendi potestatem*, 16. C
—— *ædificavit ædem Neapoli*, *ubi nunc est Domus professa Societatis Jesu*, ibid.
—— *II. D. Mariam de Aragonia in uxorem duxit*, 16. E
—— *Agropoli moritur*, *& Salernum ducitur*, 16. E
Rogerius *Siciliæ Comes bella gessit cum Innocentio II.* 15. D
—— *feudatarius Ecclesiæ*, 15. E
—— *multa loca occupavit*, ibid.
Romualdus *Archiepiscopus Salernitanus à Calisto Pontifice in Diaconum Cardinalem consecratur*, 15. B
SAcrarium *in quo multæ reliquiæ*, *ac non nulla vasa*, *aurea & argentea inspiciuntur*, 27. F
Salerni *ethymologia*, 1. B
Sale *Salernum condidisse*, *nomenque illi dedisse*, 2. A
Salernitanæ *Urbis originis*, *Authoris opinio* ibid.
Salernitana *Civitas Lucaniæ caput*, 76. B
—— *atque Metropolis*, ibid.
Salernum *Cæsarum Sedes*, 17. E
—— *antiquissima Civitas*, 2. C
—— *ejusque laudes*, 65. E. 66. 67.
—— *inter perspicuas Urbes ab Angelico Doctore enumeratur*, 65. E
—— *saluberrimi aeris*, 3. D
Sancti *Salernitani*. 44. C. seqq.
Sanguinis *ebullitio SS. MM. Fortunati, Cai, & Anthes*, 29. F
Saraceni *assiduè Salernum vexabant*, 12. E. F
—— *expulsi ab Italia*, ibid. F
—— *quindecim mille trucidati in Civitate Salerni*, 12. E
Schola *Salernitana quo nam tempore fuerit edita*, 68. C
—— *à quibus commentata*, ibid.
Sedilia *quot sint*, *& cur instituta*, 10. C
Sem, 2. A. 3. B
Seminarium *admittit Alumnos Civitatis*, *& Diœcesis*, 31. C
Senatoribus *odorum delitiæ placebant*, 8 B
Sicardus *Princeps crudelis à Populo Salernitano occiditur*, 12. A
Siconulfus *à Dauferio liberatur*, *ac in Principatu acclamatus*, ibid.
—— *sub mentita forma mulieris é carceribus evasit*, 12. B
Siculi *Gallos sexaginta mille trucidarunt*, 22. E
Sigillum *Collegii Salernitani habet circumcirca inscriptum* Civitas Hippocratica, 67. A
Subcorpus *S. Apostoli Matthæi a Philippo II. & III. Hispaniarum Regibus Ornatum*, 29. A
—— *nec cessat Almum Collegium illud exornare*, 30. A
Statutum *ne Medici accedant ad infirmos post primam visitationem*, *ni ægroti fuerint confessi*, 71. F
Straticotis *dignitatem Messana Civitas amisit*, 76. E
—— *authoritas*, ibid.
—— *titulo sola Salernitana Civitas est decorata*, ibid.
—— *etymologia*, 76. E
Straticotus *Salerni*, ibid.
Studium *Salernitanum quo tempore institutum*, 63. E
—— *qui nam ejus fundatores*, ibid.
—— *illiusque prærogativæ*, *ac privilegia*, 63. F
TArrii *Civitas à Barbaris destructa*, 18. A
Templi *Divi Matthæi longitudo*, *ac latitudo*, 20. C
Templum *Junoni Argivæ dicatum*, *nunc Castrum*, 4. D
—— *Sanctissimæ Annunciationis à Civitate erectum*, 31. F
Tributæ *singulis annis solvebantur Pipino*, 11. D
VEspere *Sicilianæ*, 22 D. E
Victor III. *Pontifex creatus in Civitate Salerni*, 14. D
Virginis *Trophomenæ corpus translatur*, 12. A
Virtutis, *ac sanguinis gloria*, *qui illustratur*, *nobilissimus efficitur*, 9. E
Virtus *suis radiis nobiles corruscat*, 9. D
Visitari *non possunt Doctorati in Salernitano Collegio*, 68. D
Urbanus II. *triplici corona dignum Apostolum*, *Evangelistam*, *ac Martyrem*, *Matthæum reputavit*, 13. E

F I N I S.



MUTII PHŒBONII,

Marſi, J. U. D. Protonotarii Apoſtolici, Eccleſiæ Transaquenſis Abbatis, & Marſorum Vicarii Generalis,

HISTORIÆ MARSORUM,

LIBRI TRES:

Una cum eorundem

EPISCOPORUM CATALOGO.

Nec non

Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini,

D. DIDACI PETRA

Marſorum Epiſcopi,

ILLUSTRATIONIBUS atque AUCTARIIS.

Editio noviſſima, priori emendatior, nitidiorque.



LUGDUNI-BATAVORUM,

Sumptibus PETRI VANDER Aa,

Bibliopolæ & Typographi Academiæ & Urbis.



HUJUS NOVÆ EDITIONIS
PRÆFATIO.

Propriis ac pene in sensus exteriores cadentibus observationibus, ideoque absque ullo negotio percipitur, quantum in perlegendis Chorographiis & Historiarum libris distincta Propriorum ab Apellativis, ut & cæteris dictionibus expressio, celeritati dijudicationis materiarum conducat; & præterea adhuc magis notum est, quod Chorographiæ præcipuum opus in omnium locorum, tam urbium, & castellorum, & vicorum, & pagorum, quam fluminum, & fontium, & lacuum, nec non montium & vallium certa & sufficienti designatione consistat, & propterea quoque in Indice præ omnibus aliis attendenda sit; Attamen in priore editione, Nominum Propriorum ab aliis dictionibus distinctio; in opere ipso: & urbium, castellorum, vicorum, pagorum, fluminum, fontium, vallium, & montium denominatio; in Indice: fere neglecta fuit. His defectibus ergo partim emendatis, partim suppletis has Phœbonianas *& Phœbo dignas operas, addita tabella; in quam paginam hujus novæ Editionis, pagina quælibet Neapolitanæ Editionis de anno 1678. incidat; denuo recudi curavi; curiosæ benevoli Lectoris Regionum Indagationi libentissime, quantum in me est, succursurus. Vale & fruere ex animo.*

ILLUSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO DOMINO

D. DIDACO PETRA
MARSORUM EPISCOPO
ASDRUBAL PHOEBONIUS S. P. D.

VETUS admodum, & perantiqua fuit, Illustrissime Præsul, inter Doctissimos quæstio: utrùm laude dignius esset, & majorem homini gloriam compararet; parere quod Reipublicæ prosit: an partum, quo minus pereat, tuendo, prohibere? Nemo autem omnium, quos legi, litem sua auctoritate diremit, præter unum, inter Poëtas cumprimis insignem *Claudianum*, cujus sententia fertur:

. . . . . . Plus est servasse repertum,
Quam quæsisse decus

Enimverò, si Posteritatis utilitas inspiciatur, quid prodest magnos viros maximis laboribus, ingeniorum suorum monumenta, posteris utilissima, scriptis dedisse, si non est, qui typis evulganda, una cum Auctore, interire non permittat? Quæ cum ita sint. Optime Præsulum, non alius, nisi tuo unius Nomini *Marsorum* Historiam, à *Mutio* PHOEBONIO Germano Fratre meo elaboratam, dicandam censui. Is enim Tu es, O, & præsidium, & dulce decus eruditorum, qui *Phœbonii* scripta, morte præveniente, non omnibus numeris absoluta, nedum minime oblivioni demandari permisisti; verum etiam aucta,

& expolita typis commendanda curasti. Tua siquidem opera, tuo solius studio jam omnium *Marsorum* manibus teruntur, eorundem Divorum acta, *Romanis* typis excusa, quorum sacra Lipsana in tua Diœcesi publicæ venerationi exhibentur. Tua quoque eruditione aucta, Tuo stylo expolita *Marsorum* Historia jam prodit in lucem. Tuo igitur Nomini jure merito inscribi debebat; plus enim servando repertum, quam Auctor quærendo, effecisti. Tu namque Posthumi tutelam, Patre decedente, suscipiens, rudem (ut ita dicam) indigestamque molem, quæ potiùs Embryon, quàm Proles cernebatur, adeò fovisti, ut qui vix infans dici poterat, propè Gigas in literaria Republica videatur. Neque alterius, nisi tuam unius, pro ultima Patris, manum expetebat; cùm sis unus omnium, qui in *Marsis* degunt, eruditissimus, & Patriæ nostræ, quæ tua Diœcesis est, antiquitatum benè peritus. Aureus præterea Mutii Phoebonii calamus non, nisi in Petra hac, æquè atque in *Lydio* lapide probandus erat. Tu enim illa Petra es, in qua humani, & divini Juris scita, sudoribus ab ineunte ætate profusis, non secùs, ac guttis, quibus lapides excavantur, incisa refulgent. Petra, ad quam si non Phoebus lyram, *Phœbonius* saltem calamum suspendere debebat; excisa *Memnonis* Petra eò præstantior, quòd hæc *Phœbi* radiis repercussa voces edebat, idque in ortu: Tua verò *Phœbonios*, eosque *Mutios*, & vita functos reddit eloquentes. Petra ad Momos expellendos meliùs è Sole lapsa, quàm ea, de qua *Anaxagoras* somnium evulgavit.

Neque his tantùm, sed & potioribus de causis Opus hoc tuo Nomini, non secùs atque eruditorum Numini inscribendum erat; cùm enim ea sit humanæ improbitatis, perversitatisque ratio, ut nihil sit, sivè recens inventum; sivè temporis faucibus ereptum, licèt ad Reipublicæ commodum, quin idem in malevolorum hominum reprehensionem incurrat. Non ab re factum esse animadverti, ut quisquis, sive ingenii sui, sive aliorum fœtus in lucem edit, Patronum sibi deligat, cujus nobilitas splendorem, doctrina incrementum, prudentia tutamen exhibeat. Quamobrem Tibi omninò *Marsorum* Historiam nuncupandam existimavi, in quo uno, & sanguinis nobilitas, & animi eruditio, summaque prudentia, indissolubili fœdere conjuncta sunt. Si enim de tua Familia, cui Petra cognomentum, quæque è *Papia*, Urbe *Insubriæ* Nobilissima, sapientiæ Athenæo, & virtutum omnium Emporio úsque ab anno 1234. *Neapolim* se contulit, dicere quicquam vellem, non Epistolæ, sed integri argumentum voluminis suscepisse viderer. Quis enim paucis expedire posset, quot fluvios ex hac Petra gemina, sapientiæ, & militaris peritiæ, virga eduxerit? quis tot Barones *Castri sanguinis*, & *Vasti-Girardi*, sub quorum ditione multa feuda in *Neapolitano* Regno ab antiquis temporibus fuerunt, ut adhuc sunt; omnes virtutum decore spectabiles, Magistratuum fascibus sublimes, scientiarum luminibus perillustres, deque publica re optimè meriti. Quis paucis complecteretur, quot nobilissimas Familias Petra hæc, Magnetis instar, sibi matrimonio copulavit? Ecce obviam fiunt *Ebula* ex *Triventi* Comitibus, & aliæ in Regno conspicuæ; Ecce *Filonarda*, *Cencia*, *Alteria*, omnes Patritiæ *Romanæ*, quas tua Genitrix ex *Filonardi* Familia sanguine conjunctas habuit; ex *Filonardi*, inquam, Familia, Prælatorum seminario, duorumque Eminentissimorum Cardinalium ostro ornatissima. Sed hæc omnia libenter omitto; sufficit enim hæc tetigisse, ut pateat quantum splendoris ex antiquo tuæ Nobilitatis lumine Historiæ huic concilietur; non autem, ut tuas laudes enarrem, quarum una, eademque maxima est, laudis esse capacem, sed aspernantem.

Ve-

Verùm, ut ad doctrinam deveniamus, qua liber augeatur, ut auxisti jam diximus; ut autem literæ in tua Familia perantiquæ fuerint, diceremus, restaret; sed hæc ut alia quoque omitto; licèt volumina, quæ omnium oculis assiduè subsunt, amplum dicendi campum præberent; præcipuè Germani Fratris tui D. CAROLI PETRA Baronis *Vasti-Girardi*, *Caccaboni*, &c. Ordinis Calatravæ Equitis, ac Regii Consiliarii, cujus nomen, typis demandata volumina, immortalitati dicarunt; hæc, inquam, libenter omitto, cùm in te uno omnia conspiciantur. Tu etenim ille es, qui florente adhuc ætate, Doctoratus laurea redimitus, *Phœbo*, atque *Astreæ* æquè caro, atque seculis omnibus claro, non secùs in Academiis, ac in utroque foro emicuisti: quamobrem eruditionis, & jurisprudentiæ gloria insignis intèr Catholicæ Majestatis Honorarios (ut dicunt) Cappellanos *Neapoli* cooptatus; ubi tertium suprà trigesimum ætatis annum attigisti, ad Episcopalem dignitatem ab *Alexandro*, inter Maximos Pontifices, hoc nomine VII. evectus, *Ascanio de Gasperis*, *Avunculo* tuo, ex Illustrissima *Filonardi* Familia, ad *Marsorum* solamen, & gloriam successisti.

Sed quantum hîc Prudentiæ tuæ laudibus æquor aperitur! si enim Prudentiæ, ut *Tullius* inquit, insunt ratio, intellectus, circumspectio, providentia, docilitas, cautio; quid de his inquam in te uno, ut singulæ in singulis, eminentiori gradu existentibus? Tu siquidem ille es, cujus prior vita, ac omnis ætas à puerilibus exordiis, usque ad perfectiores annos per disciplinæ stipendia Ecclesiasticæ, laudabilitèr acta testimonium præbet; Cumque nunquàm tibi pectore excidat, quòd integritas Præsidentium, salus sit subditorum; attendens tibi, & universo gregi, semper vigilas, in omnibus laboras, & ministerium tuum imples, assiduè Diœcesim personalitèr visitando, non quæ tua sunt, quærens; sed quæ Jesu Christi, Synodos celebrando, adolescentes literis, & Christiana Philosophia imbuendo; cujus rei gratia Seminarium restauratum auxisti, & *Piscinam*, Scholarum Piarum Patres, ad pauperum eruditionem reduxisti. Verè PETRA salis, quam oves lambentes, eo sapore ad divinæ sapientiæ cibum & potum maximè sollicitantur; undè bonorum operum lac, oppidò largiùs emergit. Hac de PETRA mel, animæ sugunt, de qua pro Ecclesiasticæ indemnitatis munimine, *Marsicana* dicere potest Ecclesia; PETRA Mea, & robur meum: de qua Pauperes, ob in eos misericordiam, canere possunt; quòd PETRA, ut cera liquescit: de qua denique *Marsorum* Clerus grates Deo agere non desistit; pro eo, quod in PETRA exaltavit eum.

Sub umbra igitur tuæ PETRÆ prominentis, ut ejus nobilitate, doctrina, & virtute muniatur, Opus, quod tot nominibus tuum est, in lucem prodit. Excipe illud ea, qua polles humanitate, & qui vivum Auctorem propter summam, & scientiæ, & virtutis opinionem, sæpiùs desiderasti, mortui carissima pignora libentèr complectere. Interim Deum Optimum Maximum, quod in omnium Diœcesis tuæ votis est, etiam, atque etiam exoro; ut quemadmodum *Marsicanam*, ita & universam Ecclesiam super hanc PETRAM ædificet. *Avejani.* Kal. Octobris. Anno MDCLXXVII.



ASDRUBAL PHOEBONIUS CANDIDO LECTORI. S.

PErfecta expletaque omnibus suis numeris, & partibus Opera, novem post annis typis mandanda jussit Horatius, *ut recoquendi non desit tempus, sine quo nihil perfectum.* Mutius Phoebonius *ex* Avejano *in* Marsis. *Ecclesiæ* Transaquensis *Abbas, meus Germanus Frater, Antiquitatum Patriæ suæ Historiam in lucem editurus, vix rudem, indigestamque molem, quam superfluis abscinderet, elocutione ornaret, & graphicè expoliret, congesserat, cùm morte præventus, antè vitæ, quàm operi laudabilem finem imposuit.* Theophrastus *moriens accusasse Naturam dicitur, quòd Cervis, & Cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset: hominibus, quorum maximè interfuisset, tàm exiguam vitam dedisset. Quid nos? forsan idem queremur? absit. Æquo enim animo ferendum est, quicquid Divina voluntate permittitur. Non igitur* Marsos, *non Fratrem dolendum; sed illis potiùs gaudendum, quibus tantus vir, quasi cœlitùs datus; huic gratulandum, quòd vita brevi traducta, cursus gloriæ superest sempiternus. Unum tantum reliquum erat, quod omnes mœrore afficeret; nempè opus nondùm planè absolutum, multisque, Patre defuncto, viduatum, rude adhuc, & informe, nullam typorum lucem, magno eruditorum detrimento promereri; Cui non exiguæ jacturæ providus occurrit* Didacus Petra, *Illustrissimus Præsul*, Marsorum *Pastor, eruditorum Mecœnas, & suæ familiæ gloria; qui non animarum tantum, sed & animorum educationi omninò incumbens, minimæ quietis horas, quæ ab Episcopalibus curis supererant, in opere expoliendo libenter terens, Embryon potiùs, quàm fœtum adeò fovit, ut in lucem prodire mereatur; quemadmodum assiduè* Pompejus Sarnellius, *eruditus homo, Fratri meo amicissimus, qui eximiam de hac Historia spem conceperat, quippè qui multa ad eandem pertinentia transmiserat, ab eruditissimo Episcopo expetebat; ut Anagrammate illo:* Didacus Petra. Da Patri Decus, *quod hoc Decasticho exornavit.*

> *Ut, Patre extincto, vivat; sibi posthuma Proles*
> *Præsidium poscit* Didace Petra *tuum.*
> Phoebonii *Tu solus eris pars maxima Famæ,*
> *Si prolem docto foveris ipse sinu.*
> *Per Te Marsorum jam gesta insignia Divûm,*
> *Idem quæ dederat, quisque imitanda tenet.*
> *Scriptorum pariter, per Te, monumenta suorum,*
> *Quæ collegisti, dent relegenda typi.*
> Didace Petra, Decus Da Patri, *prospice Nato*
> *Da utrique optatum* Didace Petra *decus.*

Innumeræ igitur Didaco Petra, *Episcopo optimè de sua Diœcesi merito, tantique Viri, licet vita functi, Mecœnati agendæ sunt grates; & quicquid habes Lector, illi acceptum referto; utpotè qui & Historiæ, & Auctori benè prospexit. Noluit enim, ut Historia, quæ testis est temporum, lux veritatis, vita memoriæ, memoria vitæ, nuncia vetustatis, deperiret; & præclarè cum Auctore egit, cujus virtus, nec oblivioni eorum, qui sunt, nec reticentia posterorum sepulta esse poterit; Cùm eum è mortuis revocaverit non ad vitam, quæ corpore, & spiritu continetur; vita enim ista, ut* Tullius *inquit, vita dicenda non est, sed ad illam, ut idem addit, quæ viget memoria seculorum omnium, quam posteritas alit, quam ipsa æternitas semper intuetur. Præclarè, inquam, egit, Auctoris memoriam reddens sempiternam; quæ si non esset longior, quàm hæc, quam dicimus vitam; quis esset tàm amens, qui maximis laboribus, & periculis ad summam laudem, gloriamque contenderet?*

Hæc igitur, Candide Lector, tibi donantur munera, non obscuri hominis; sed illius, cujus lumen ingenii, animique ornamenta non modò familiaritatem cum doctissimis Reipublicæ literariæ hominibus attulerunt; ut inter cæteros Ughellio, *qui in* Italiæ *Sacræ tomo primo, ubi* Marsorum *Episcoporum seriem texuit, cùm de Ecclesia* Transaquensi *mentionem faceret, sic inquit:*

Hodiè huic Esclesiæ præest Abbatis titulo Mutius Phebonius Amicus noster, Eruditus homo, atque Patriæ suæ antiquitatum benè peritus, à quo multa accepimus, tùm de Marsis, tum de Vita Sancti Ruphini Martyris, *quæ vulgari sermone, una cum cæteris Sanctorum* Marsicanorum, *studio, & opera Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi* Didaci Petra, *Romanis typis data est. Verùm etiam &* Romanæ *Ecclesiæ commendarunt, cujus Summus Pontifex Vicarium Apostolicum* Aquilæ *destinavit; deinde Vicarius Generalis* Marsorum, *annis ab hinc quindecim,* Piscinæ *diem suum clausit extremum.*

Lege tandem, & quod ad tuam utilitatem elaboratum est æqui, bonique facito; quicquid typi peccaverunt, Patrem defunctum, Tutoremque absentem considerans, condona; & quæ emendanda exposuimus utere; si quid tandem tuam sciendi famem non satis expleverit, fac tibi videaris Auctorem sic audire monentem.

> *Relictum mediis opus est incudibus istud,*
> *Defuit & scriptis ultima lima meis.*
> *Et veniam pro laude peto, laudatus abundè,*
> *Non fastiditus si tibi, Lector, ero.*
> *Quidquid habet vitii rudis, indigestaque moles,*
> *Emendaturus, si licuisset, eram.*

IN-

INDEX CAPITUM.

LIBRI PRIMI.

CAP. I.

De laudibus, & Finibus Provinciæ Marsorum, quæ olim Valeria, modò Aquilana nuncupatur. Pag. 1.

II. De origine, & denominatione Marsorum ex Marso Circes filio, deque eorum virtutibus in serpentes. 4.

III. De Marsia Lydio. 7.

IV. De Marro Duce, & primis Marsiæ Terræ habitatoribus. 9.

V. De fortitudine Marsorum, & fœdere cum Romanis inito. 12.

VI. De Bellis antiquissimis. 15.

VII. De Bello Marsico, seu Sociali, deque causis, unde motum fuerit, & prodigiis ante illud exortis. 18.

VIII. De apparatu, & tempore, quo Bellum Marsicum gestum fuit. 22.

IX. De conflictibus, pugnis, & belli fine. 28.

X. De fœdere inito, & jure Civitatis concesso. 35.

XI. De familiis, & Viris clarioribus Marsorum. 39.

LIBRI SECUNDI.

CAP. I.

De Lacus Fucini denominatione, deque Piscium, Avium, Herbarum, & Piscationum generibus. 47.

II. De ambitu lacus. 52.

III. De magnitudine præsenti, & præterita. 53.

IV. De Augmenti, & diminutionis causis. 55.

V. De aquis ingredientibus. 57.

VI. De aquis egredientibus. 59.

VII. De aqua Marsia, & Flumine Giuvenco, seu Invecto, aut Pictornio, sive Piconio. 60.

VIII. De Claudii Emissario. 67.

IX. De Causis conficiendi Emissarium. 69.

X. De structura, & forma Emissarii. 72.

XI. De Naumachia, & ludis in lacu factis antè aquarum immissionem. 74.

XII. De Aquarum immissione. 78.

LIBRI TERTII.

CAP. I.

De locis antiquissimis, Populis, & Civitatibus Marsorum. 81.

II. De Populis Anxantinis. 92.

III. De Atinatibus, seu Antinatibus. 95.

IV. De Lucensibus, & Fucensibus. 103.

V. De Albensibus, & Alba Marsorum. 121

VI. De Carseolorum Populis, illorumque Colonia. 145.

VII. De Cliterno, Cliternisque Populis. 171.

VIII. De Valeriensibus. 195.

MARSORUM EPISCOPORUM ONOMASTICUM.

An. 46. S. Marcus Galilæus. I

An. 237. S. Ruphinus Amasiæ Episcopus. II

An. 555. Joannes. III

An. 853. Tuderisius. IV

An. 968. Rottaris. V

An. 970. Albericus Berardi III. *Marsorum Comitis filius.* VI

An. 994. Quinisius ex eadem familia. VII

An. 1057. Pandulphus. VIII

An. 1059. Actius ex Comitibus Marsorum. IX

An. 1078. Luminosus. X

An. 1098. Andreas. XI

An. 1109. Siginulphus Episcopus intrusus. XII

An. 1130. S. Berardus XXIV. *Marsorum Comitis filius, Diac. Card.* XIII

An. 1153. FR. B. XIV

An. 1156. Benedictus. XV

An. 1170. Jo. Signinus. XVI

An. 1178. Benedictus. XVII

An. 1179. Zacchar. XVIII

An. 1192. Thomas. XIX

An. 1195. Ingeamus. XX

An. 1230. Joannes. XXI

An. 1236. N. XXII

An. 1254. Cæsarius. XXIII

An. 1254. Nicolaus. XXIV

An. 1275. S. XXV

An. 1250. Jacobus. XXVI

An. 1295. F. Jacobus de Busce Ordinis Prædicatorum. XXVII

An. 1327. Petrus Privernas. XXVIII

An. 1338. Thomas Cyprianus. XXIX

An. 1348. Thomas. XXX

An. 1349. Bartholomæus fol. XXXI

An. 1363. Thomas Puccius. XXXII

An. 1363. Jacobus de Militibus. XXXIII

An. 1365. Bernardus. XXXIV

An. 1380. Petrus, & Jacobus. XXXV

An. 1385. Gentilis de Agello. XXXVI

An. 1397. Philipp. XXXVII

An. 1400. F. Julianus Thomasius ex ordine Minorum Pseudo-Episcop. XXXVIII

An. 1418. Salvatus de Pireto. XXXIX

An. 1430. Thomas. XL

An. 1430. Sabbas de Cortonibus. XLI

An. 1444. Thomas. XLII

An. 1466. Angelus Machafanus. XLIII

An. 1470. Franciscus Machafanus. XLIV

An. 1471. Gabriel Jacobus Machafanus. XLV

An. 1498. Jacobus Camilli Machafani. XLVI

An. 1533. Joannes Dionysius Machafanus. XLVII

An. 1533. Marcellus Crescentius. XLVIII

An. 1556. Franzinus Michaëlis. XLIX

An. 1560. Nicol. de Vigiliis. L

An. 1562. Joannes B. Milanesius. LI

An. 1579. Matth. Colles. LII

An. 1596. Bartholomæus Perettus. LIII

An. 1628. Balconus Carradorus. LIV

An. 1630. Mutius Columna. LV

An. 1632. Laurentius Maximus. LVI

An. 1647. Joannes Paulus Caccia. LVII

An. 1650. Ascanius de Gasperis. LVIII

An. 1664. Didacus Petra. LIX



AD

ADMONITIO AD LECTOREM.

Propterea quod iste *Mutii Phœbonii Historiæ Marsorum* perdoctus tractatus in quarto, primum *Neapoli* 1678. per *Michaëlem Monachum* impressus apud multos Authores, secundum Veteris Editionis paginas allegatus inveniatur, quæ Paginæ huic novæ Editioni non congruunt, Nos, ad Lectorum commoditatem, qui ista nova utentur Editione, hic sequentem adjecimus tabulam, quâ, in Columna priori Veteris reperiuntur Paginæ, sicuti in Columna posteriori Paginæ hujus novæ Editionis: quapropter qui hunc Authorem in aliis libris allegatum inveniet, jam primò aspectu, quâ hujus Novæ Editionis paginâ istius Veteris Editionis paginæ sunt reperiendæ, invenire hîc poterit.

Paginæ Veteris Editionis.	Paginæ Hujus Novæ Editionis.
1	1
2	ibid.
3	2
4	3
5	4
6	5
7	6
8	ibid.
9	7
10	8
11	9
12	ibid.
13	10
14	ibid.
15	11
16	12
17	13
18	ibid
19	14
20	15
21	16
22	17
23	ibid.
24	18
25	19
26	20
27	ibid.
28	21
29	22
30	23
31	24
32	ibid.
33	25
34	26
35	27
36	ibid.
37	28
38	29
39	30
40	ibid.
41	31
42	32
43	33
44	34
45	35
46	36
47	ibid.
48	37
49	38
50	39
51	40
52	ibid.
53	41
54	42
55	ibid.
56	43
57	44
58	45
59	47
60	ibid.
61	48
62	49
63	50
64	51
65	52
66	53
67	ibid.
68	54
69	55
70	56
71	57
72	58
73	ibid.
74	59
75	60
76	61
77	62
78	ibid.
79	63

Paginæ Veteris Editionis.	Paginæ Hujus Novæ Editionis.
80	64
81	65
82	ibid.
83	66
84	67
85	68
86	69
87	ibid.
88	70
89	71
90	72
91	ibid.
92	73
93	74
94	75
95	ibid.
96	76
97	77
98	78
99	ibid.
100	80
101	81
102	81
103	82
104	83
105	84
106	ibid.
107	85
108	86
109	87
110	ibid.
111	88
112	89
113	90
114	ibid.
115	91
116	92
117	93
118	ibid.
119	94
120	95
121	96
122	ibid.
123	97
124	98
125	ibid.
126	99
127	100
128	101
129	ibid.
130	102
131	103
132	104
133	ibid.
134	105
135	106
136	107
137	ibid.
138	108
139	109
140	110
141	ibid.
142	111
143	112
144	113
145	114
146	ibid.
147	115
148	116
149	ibid.
150	117
151	118
152	ibid.
153	119
154	120
155	ibid.
156	121
157	122
158	123

Paginæ. Veteris Editionis.	Paginæ Hujus Novæ Editionis.
159	124
160	ibid.
161	125
162	126
163	127
164	128
165	ibid.
166	129
167	130
168	131
169	132
170	ibid.
171	133
172	134
173	135
174	ibid.
175	136
176	137
177	138
178	ibid.
179	139
180	140
181	ibid.
182	141
183	142
184	143
195	144
196	ibid.
197	145
198	146
199	147
200	ibid.
201	148
202	149
203	150
204	ibid.
205	151
206	152
207	ibid.
208	153
209	154
210	155
211	ibid.
212	156
213	157
214	158
215	159
216	ibid.
217	160
218	161
219	162
220	163
221	ibid.
222	164
223	165
224	166
225	ibid.
226	167
227	168
228	169
229	ibid.
230	170
231	171
232	ibid.
233	172
234	173
235	174
236	ibid.
237	175
238	ibid.
239	176
240	177
241	178
242	179
243	ibid.
244	180
245	181
246	182
247	ibid.

Paginæ Veteris Editionis.	Paginæ Hujus Novæ Editionis.
248	183
249	184
250	185
251	ibid.
252	186
253	187
254	188
255	189
256	ibid.
257	190
258	191
259	192
260	ibid.
261	193
262	194
263	195
264	ibid.
265	196
266	ibid.
267	197
268	198
269	199
270	ibid.
271	200
272	201
273	202
274	203
275	ibid.
276	204
277	205
278	ibid.
279	207
280	208
Sequentes in Episcoporum	Catalogo Marsorum.
1	209
2	ibid.
3	210
4	211
5	212
6	ibid.
7	213
8	214
9	ibid.
10	215
11	216
12	ibid.
13	217
14	218
15	219
16	ibid.
17	220
18	221
19	222
20	ibid.
21	223
22	224
23	ibid.
24	225
25	226
26	227
27	228
28	ibid.
29	229
30	230
31	ibid.
32	231
33	232
34	233
35	ibid.
36	234
37	235
38	ibid.
39	236
40	237
41	238
42	ibid.
43	239
44	240

DIOECESIS MARSORUM.

NOMINA OPPIDORUM DIOECESIS MARSORUM.

1 *Agellum.*
2 *Alba:*
3 *Androsianum.*
4 *Arx cerri.*
5 *Aschium.*
6 *Avezzanum.*
7 *Auricula.*
8 *Beneditti (S.) Villa.*
9 *Bisinia.*
10 *Capistrellum.*
11 *Cappadox.*
12 *Capelle.*
13 *Carricum.*
14 *Carseolum.*
15 *Castrum Fluminis.*
16 *Castrum Novum.*
17 *Castrum Triummontium.*
18 *Castrum Vetus.*
19 *Celanum.*
20 *Cese.*
21 *Circulus.*
22 *Colle.*
23 *Collis Armeniorum.*
24 *Collis longus.*
25 *Curcumelum.*
26 *Donati (S.) Villa.*
27 *Forma.*
28 *Gallum.*
29 *Ioannis (S.) Villa.*
30 *Ioie.*
31 *Ione (S.)*
32 *Litium.*
33 *Lucus.*
34 *Malleanum.*
35 *Maranum.*
36 *Marie (S.) Villa.*
37 *Massa corona.*
38 *Massa inferior.*
39 *Opium.*
40 *Ortona Marsorum.*
41 *Ortygia.*
42 *Ovindolum.*
43 *Paliarium.*
44 *Paternum.*
45 *Peretum.*
46 *Pesculum Asseruli.*
47 *Petitus (S.)*
48 *Petrasicca.*
49 *Petrella.*
50 *Piscina.*
51 *Podium Cinulphi.*
52 *Podium Philippi.*
53 *Polinus (S.)*
54 *Risciolum.*
55 *Roccabuttis.*
56 *Rubur.*
57 *Scanzanum.*
58 *Scurcula.*
59 *Sebastiani.*
60 *Sorbum.*
61 *Speronum.*
62 *Stefani (S.)*
63 *Taliacotium.*
64 *Tibularium.*
65 *Transaques.*
66 *Tufum.*
67 *Venere.*
68 *Villa Collis longi.*
69 *Villa Curcumeli.*
70 *Villa Pogitellum.*
71 *Villa Romana.*
72 *Villa Sabinesis.*

NOMINA

Civitatum Antiquarum Marsorum.

A. *Alba.*
B. *Archippe seu Archipinna.*
C. *Marrum.*
D. *Marrumpanum.*
E. *Pinna.*
G. *Valeria.*

NOMINA

Fluminum et Fontium.

H. *Aureus.*
K. *Iuvenculus.*
L. *Liris.*
P. *Remandi.*
Q. *Sangris.*
S. *Sicare.*
T. *Taliacoty.*
X. *Tebe.*

HISTORIÆ MARSORUM LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

De Laudibus, & Finibus Provinciæ Marsorum, *quæ olim* Valeria, *modò* Aquilana *nuncupatur.*



Taliam Mundi Dominam, universi penè compendium, sivè res ad necessarium usum, atque delicias, sivè cæli feliciras, & soli fœcunditas, aut (quod potissimum est) inhabitantium mores spectentur, Deorum habitaculum Veteres non immeritò dixerunt, cum qui justitiam, cæterasque virtutes colerent (quarum *Italis* præ aliis ardens studium) Diis assimilentur. Hæc ut à primis Colonis diversa nomina est sortita, sic partitiones in populos, regionesque est passa; Nam *Saturnia*, *Ausonia*, *Oenotria*, *Thyrrhenia*, *Hesperia*, & aliis nominibus pro adventantium varietate nuncupata fuit. Et quamvis sub unius appellatione vocabuli tota intelligebatur, non tamen unum, idemque nomen singulis partibus conveniebat, sed quadam usurpatione pars pro toto, ut sæpissimè assolet, accipiebatur. Aucto deinde incolarum numero, auctæ sunt & partes, quas ab unoquoque eas occupante denominatas habuit, in tot populos secundò scissa. Hi fuerunt *Ligures*, *Galli*, *Venetæ*, *Carni*, *Hetrusci*, *Latini*, *Campani*, *Lucani*, *Græci*, *Apuli*, *Ferentani*, *Picentes*, *Umbri*, *Sabini*, *Marsi*, *Marrucini*, *Peligni*, *Samnites*, qui una cum novis sedibus, & ut nobilitarentur origine, & ne penitus deleta primorum Parentum gloriosa facinora delitescerent, sed nominis refricatione reviviscerent, æterna extendere nomina studuerunt. Et dum quisque suo jure fines (alieni imperii expers) tuebatur, certi & agrorum limites fuerunt; sed cum victi, vel per deditionem populo *Romano* parere discerent, vel illi amicitiæ legibus sociarentur, Præfecturarum termino confundi, & in regiones scindi primùm noverunt. Sic lege Augusti XII. regionum numerum complexi, & fatiscente Imperio, nova sorte in Regna, Dicatus, & Dominia, adeò fuere sejuncti, ut dominantis ditio limen esset. Prioribus deinde aboletis, recentiora tantùm nomina placuerunt, commistisque inter se populis, prisca jura in tanta confusione ruerunt.

Italiæ nomina.

Populi incolæ Italiæ.

Sed à Principum partitione *Marsorum* hic ager excidit, nec regioni nec Provinciæ nomen dedit, sed confusa in dominatione tulit alter honorem. Sola enim *Romana* Apostolica Sedes, sivè in Provinciarum erectione, sivè in Diæcesum distributione, *Marsorum* præfecit nomen, ampliores quidem in Provincia, quàm in Diæcesi terminos tribuens, ultrà *Hadriam*, scilicet ad *Teramum Aprutiorum*, quò Provinciæ extimum protenditur, ut in Rituali, quo urbivicarii Episcopi adscribuntur, legitur. In *Marsis* hi sunt, *Forconiensis*, *Marsicanus*, *Valvensis*, *Theatinus*, *Pinnensis*, *Aprutinus*.

Fines Provinciæ diversi. Diæcesi.

Baron. tom. 11.

Non sic in Diœcesi, quam *Paschalis* II. posito lapide, sic angustiavit, ut non parum de illius veteri agro detraheret, qui etsi non multum latus, amplusque sit; natio tamen insidens, rerum factarum memoria, illius exiguitatem exuperat, longiusque præstat gloria, quam numero; utpotè cujus fortitudinem in arduis *Romana* potentia non despexit, cùm pro civitate præcipuè obeunda non parùm timoris (memorando illo bello) intulit; præstatque cæteris cùm soli fertilitate, tùm præcipuè cæli benignitate, cujus felix aura ex quadam vi à natura insita ad humanitatem viventes, & ad fortia obeunda trahere videtur adeò, ut placitis moribus ad addiscenda quæcumque ardua animos inclinet. Hi præter rerum scientiam Religionem perpetuò coluerunt, quod non ad occultam aliquam, aut naturalem causam juvat referre, sed ad egregiam animorum moderationem, & præclaram primorum Parentum institutionem, siquidem, seù vetustissima repetamus principia, à filiis *Noe* Sanctissimi Patriarchæ, qui Aborigines dicti, prima educationis fundamenta, & Religionis auspicia hauserunt, seù redempto Christi sanguine Mundo, fidei lacte in ipsius Urbis infantia ab Apostolorum discipulis potati, in adultam, perfectamque Christianæ professionis ætatem creverunt. Quorum vices sanctissimi Cœnobiarchæ gerentes, cælestiumque doctrinarum suarum pabulum præbentes, mansuetudine, & pietate imbutos charitatis stola induerunt, ut spectabiles redderentur, quos eorum educatio erudierat. Hic *Equitius* Monachorum Pater, *Benedictus* Occidentalium Patriarcha, *Gregorius Magnus* Ecclesiæ Sanctæ decus, *Romualdus* Anachoriticæ contemplationis instaurator, Seraphicæ paupertatis Coryphæus *Franciscus*, & quod in tetris supremum est, fastigii contemptor *Cælestinus*, Religionis satores, & sanctarum virtutum propagatores fuerunt. Unde in omni regionis angulo Templa, Cænobia, & in adytis montium Eremitici recessus frequenti calculo plusquam alibi insurrexerunt. Etsi, divino decreto, cum Monachorum abdicatione solo penè omnia jaceant, relucet adhuc, beneficiis cum titulorum splendore sæcularibus Clericis collatis, eorum magnificentia.

Bulla Pasch. II.

A filiis Noe Religionem hausegerunt.

Monachorum multitudo.

Est illis par cum Religione Politiæ cultus, & humanarum literarum professio, undè celebres in omni disciplina indigenæ floruerunt. Auget Provinciæ decorem montium, vallium, & planitiei vicissitudo, quorum primi non inutilibus induti arboribus fructuum præbent emolumenta, reliquæ uber-

Regionis amœnitas. ubertate gaudentes gratiora vina, jucunda poma, cæterarumque rerum copiam præbentes, tanta sunt omnia pomorum, frugumque genera, ut saturitatem desiderari non sinant. Nec medicæ herbæ, aut odore fragrantes desunt, quarum multiplicitate collium apricitas adumbratur, unde suaves ad odoratum, & ad apum pascula sinum flores aperiunt. Adde & tanta mineralium promptuaria, tantæque lapidum haud Pariis dissimilium, marmorumque effossiones, ut nihil desiderari queat, præter aromata, quorum condimenta mirabilis croci fragrantia supplet. Ornatur & *Fucino* lacu, aquarum splendore, varia piscium bonitate, & volatilium numero celebri; & fontibus nobilium fluminum, *Tiberis*, scilicet, *Sangri*, & *Aterni*, quibus dotibus, Provinciis etsi amplioribus cùm non cedit, tùm non est cur invideat. Quamobrem illustribus Geographis, & historicis non fuit ignota, nam de eo *Strabo*, *Ptolomæus*, *Plinius*, *Livius*, *Mela*, *Suetonius*, *Cæsar*, *Tacitus*, *Silius*, *Virgilius*, *Martialis*, & ferè omnes aliquod insigne referunt. Et cum nemo adhuc in unum omnia collegerit, nos quoad patrium solum movemur affectu, parvitatem nostram ad singula colligenda excitavimus simplici, & sine fuco stylo, ut mutire potius, quam narrare sit, eo ordine procedendo, ut post rerum fortium in bello factarum mentionem, & *Fucini* lacus, & *Emissarii* descriptionem, singulos populos, qui universam regionem inhabitarunt, juxta *Plinii* catalogum brevi distinctione ponamus, civitates, oppida, & Ecclesias numerando, & si quid in illis memorabile gestum est, non reticendo.

Et ut ab ambitu ejus principia sumamus, Geographorum assertione, supra se à Septentrione *Vestinis*, ab occasu *Sabinis*, ab Oriente *Pelignis*, à Meridie lacu *Fucino*, & *Æquorum* populis custoditur, quorum non expliciti, sed intricati limites, cum proximis cohærentibus connexi, ex *Strabonis* testimonio vix discerni, & ad certam metam revocari possunt. Nos, ut à confusione eruamus, cum accuratissimo *Philippo Cluverio*, veteris & novæ *Italiæ* illustratore, qui ductis lineis metam posuit, & ab aliis separavit, securum limitem ponimus.

Regionis Descriptio Geographica.

Fines igitur agro *Marsico* circumscribendo à *Pelignis*, amoti erant *Apennino* jugo, quod ab *Aterni* ripa, & oppido *Deheri* ad *Sangri* usque protendit fontes ultra dictum oppidum, à *Vestinis* separabantur ipso *Aterno* ad *Forconium* usque *Sabinorum* & *Aviam*, quæ nunc *Aquila Vestinorum* oppidum. A *Sabinis* igitur eos distinguo, linea ab *Aterno* infra *Forconium*, ad occasum versus solis brumalis, ad *Telonium* amnem, vulgò nunc *Turano* in *Velinum* influens, quà ei oppositum est oppidum vulgari appellatione *Col di Giove*, à dicto proximo oppido ipse *Telonius* ad fontes usque ab *Æquis* eas arcebat. Ab *Telonis* fonte porrò montium jugum inter *Anienis*, *Lyrisque* (his nunc vulgò nomen est *Garigliano*) amnium fontes procurrit ad oppidum usque S. *Bartholomæi* regione oppidi *Alatri*; ab his igitur linea *Marsos* sejungo à dicto S *Bartholomæi* oppido ad *Sangri* fontes ducta. Per hos itaque fines nostra decurret Oratio, & ne intacta aliqua relinquamus, primum incolarum originis primordia, & nominis etymon, ex fabularum involucris, & non certis Historiographorum assertionibus expiscari est opus.

Philippus Cluver, de Antiq. Italiæ Cap. 15.

CAPUT II.

De Origine, & denominatione Marsorum, *ex* Marso Circes *filio, deque eorum virtutibus in serpentes.*

QUI rerum primordia texuerunt, nè sæculorum tenebris abdita in lucem promere studentes, oneri succumberent, aut vulgi opinionem, aut, quæ in antiquis plurimum valent, conjecturas sequuti, in obscuris gradientes, Poetarumque inventionibus obvoluti multa ediderunt, quæ audita haud facilè credentium animos in fidem adducunt; assueti quippè fabulis, cùm inter illarum inextricabiles nodos veritatem condi maluerint, ex illis contexere ut plurimùm volumina studuerunt, ut & *Strabo* observans, Multa quidem, inquit, scriptores prodidere, quæ in rerum natura minimè fuerunt, ideò propter fabulosum scribendi genus mendacio fingendi eò fuerunt adducti, ut eisdem de rebus inter se minimè concordent. Quapropter rem sanè judicamus abstrusam, de primis *Marsiæ* Terræ habitatoribus perscrutari, & ex figmentorum involucris protoplastum expiscari; ast ut in arduo positum id assequi cernimus, ità inconveniens primordia intacta relinquere arbitramur; quocircà nec fabulas reticere, nec quæ à Scriptoribus sunt litteris mandata, in medium non afferre maluimus, operæ pretium facturi existimantes, si ex tricis, & fictionibus veritatem, vel illi proximam verisimilitudinem eliceremus. Plurimi enim, à *Marso Circes* filio, seu à *Marsya Phrygio Lydorum* Rege, seu a *Marro* Duce *Marsorum*, nomen ortum esse ediderunt, ideoque de singulis agemus.

Strab. lib. 8.

Plinius, & illius abbreviator *Solinus* à *Circes* filio denominari concedunt, sic asserentes: Gentem *Marsorum* serpentibus illæsam esse nihil mirum, à *Circes* filio genus ducunt; & *Aulus Gellius* ita traditum refert: Gens in *Italia Marsorum* orta fertur a *Circes* filio *Marso*, propterea *Marsis* hominibus, quorum dumtaxat familiæ cum cæteris cognationibus nondum permistæ, ut serpentum venenatorum domatores fiant, & incantationibus, herbarumque succis faciant medelarum miracula. Qui *Marsus* è *Circe* natus primus imperium in regione firmasse, & genti cum dominio nomen ex suo, ut illud æternitati sacraret, dedisse, eoque tandem morte sublato, Regni habenas nepos ex *Medea* matris sorore genitus suscepisse habetur ex *C. Cælio*, qui fabulatur: *Acetæ* tres filias *Medeam*, *Angitiam*, *Circem* fuisse; *Circem Circæos* insedisse montes, carminum maleficiis varias imaginum facies mentientem. *Angitiam* vicina *Fucino* occupasse, ibique salubri scientia adversus morbos resistentem, cum desiisset inter homines vivere, Deam habitam. *Medeam* ab sorore *Buthrodi* sepultam, filiumque ejus *Marsis* imperasse. Sed *Italia* hoc præsidio familiari non penitùs libera est. *Medeæ* tamen, & *Angitiæ* nomina duabus perperàm *Cælius* impertiri declarat, cùm una, eademque sit ab effectibus bifariàm denominata, cùm enim *Medeæ* carminibus frigidi angues angerentur, *Angitiæ* nomen est additum. Sic *Joannes Boccatius* in Genealogia Deorum, sic *Petrus Marsus* ad *Silium*, & *Servius* ad illud *Virgilii*.

Plin. lib. 7. cap. 2. & lib. 25. cap. 2. Solinus c. 1.

Aul. Gell. lib. 16. cap. 11.

C. Cælius.

Joan. Bocc. lib. 4. Geneal. Deor.

Te Nemus Angitiæ, *vitrea te* Fucinus *unda &c.*

Virg. Æneid. 7.

Est modò propè oppidum *Cappellæ* parva silva, quæ, corrupto vocabulo, *Agnano* dicitur, buxis, fruticibusque consita, herbis insuper peregrinis ad medelam aptis, & præcipuè albo dictamo abundans. Ibi autem inhabitasse *Medeam*, tem-

Angitiæ silva.

templum, lucumque illi sacratum inferiùs dicemus. At de *Marso Circes* filio commentum totum esse à *Circæo* Promontorio, ubi insedisse creditur, suspicatur *Cluverius*, ut ex celebritate illius celebrior origo monstraretur, sicque Veteres consuevisse recitat *Livius*. Datur hæc venia antiquitati, ut miscendo humana divinis, primordia urbium augustiora faciat, & si cui populo licere oporteat, consecrare origines suas, & ad Deos referre auctores. Sed an arte medica, herbarumque potentia, an veneficiis, & incantationibus, an insita à natura potestate venena contenderent, serpentesque domarent, incertum est, utravis autem virtute, & scientia possibile Auctores demonstrant, sic *Virgilius:*

Cluver. tom. 1. c. 15. de Antiq. Italiæ. Liv. lib. 1. Virtutes in serpent. an a natura? Virg. 7. Æneid.

Vipereo generi, & graviter spirantibus hydris,
Spargere qui somnos, cantuque, manuque solebat,
Mulcebatque iras, & morsus arte levabat;
Sed non Dardaniæ *medicari cuspidis ictum*
Evaluit, neque eum juvere in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis *quæsita in montibus herbæ.*

Sunt undique salutiferæ herbæ per loca, & sicut regio serpentibus abundat, ità & antidotis; à divina etenim providentia factum est, ut non longè à venenis remedia absint.

In partibus, quæ circa *Fucini* lacum, & in radicibus montis *Pinnæ* præcipuè tanta adest Serpentum copia, ut æstivo calore ex monte ad aquas descendere, & glomerati velut vitium fasciculi in saxis, lacusque scopulis considere inspiciantur; & quamquam veneno careant, habent tamen fœtorem adeò lethalem, ut veneno possit æquiparari. Quod experimento nostra hac tempestate in cujusdam Religiosi persona didicimus. Is ex joco æstivis horis, quibus è cavernis egrediuntur, baculo quos poterat, necare delectabatur, continuavit per æstum jocum, donec halitibus, & olfactu eorum tabefactus in morbum paulatim incidit, qui in dies crescens protrahebatur, & in cassum medicamina ruebant, donec, relata medicorum judicio ad venenum causa, curaretur; quod & aliis plerisque, qui eos capere, aut occidere frequentabant, evenit. Et ex eodem monte terra instar *Samiæ* (quæ vulgò terra sigillata nuncupatur) effoditur, quæ mira virtute venena superat, & longè melior illa, quæ ex *Hetruria* & *Græcia* venit, à peritis judicatur. Dicunt quod vas ex ea conflatum, si venenum recipiat, frangatur. Cæterum hanc potestatem non à *Circe*, sed à *Medea* accepisse testatur *Silius:*

Serpentum copia veneno carentium. Eorum fœtor veneno haud absimilis. terra instar Samiæ. Sil. lib. 8.

.... Ac Marsica *pubes*
Et bellare manu, & chelydris cantare soporem,
Vipereumque herbis hebetare, & carmine dentem,
Æetæ prolem Angitiam *mala gramina primum*
Monstravisse ferunt, tactuque domare venena,
Et lunam excussisse Polo, stridoribus amnes
Frænantem, & silvis montem nudasse vocatis.

Sicque edocti antidota herbarum, aliorumque mineralium, quibus regio ista abundat, venenosos serpentes angebant, non sine tamen magicæ artis auxilio, qua præcipuè pollebant, utrumque enim *Sil.* & *Ovid.* illis tribuit:

Ovid. 2. de Arte.

Non faciunt, ut vivat amor Medeides herbæ,
Mistaque cum magicis Marsa *venena sonis.*

Magiis enim, & carminum potentia possibile fertur à cavernis exire compelli, non quidem naturali virtute verborum, aut quod animalia intellectu carentia incantationes intelligant, & per-

A scrutanti obediant, ut quidam adducti auctoritate Psal. 57. crediderunt: furor illis in similitudinem serpentis, & sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantis, & venefici, incantantis sapienter. Et *Plinius* Non pauci credunt, inquit, etiam serpentes incantari, & hunc unum illis esse intellectum, contrahique *Marsorum* cantu, etiam in nocturna quiete. Attamen hoc diabolica fraude, non quod sensum verborum suscipiant, accidit, ut homines talia aspicientes facilius ad præstigia inducantur, & artibus malis imbuti alios retrahant à veri Dei cultu, pro ut Sanctus *Augustinus*, Non quod potuissent, inquit, audire, & intelligere serpentes B verba *Marsorum*, ut illis incantationibus prosiliant plerumque de latebris; etenim illic diabolica vis operatur. Nec aliter evenire potest, siquidem nec credibile est secundum rerum naturam, ut ad vocem incantantis prosiliant, cujus non percipiunt sensum; sic *Horatius:*

Ps. 57. Plin. lib. 28. cap. 2. S. Aug. lib. 11. c. 38. in Gen. Horat. od. 17. Epod. lib.

Ergo negatum vincor ut credam miser,
Sabella pectus increpare carmina,
Caputque Marsa *dissilire nænia.*

Qualis qualisque fuerit, tantæ apud omnes eorum virtus erat æstimationi, ut *Eliogabalus* Imperator, C quatenus suæ feritati satisfaceret, cùm ad spectaculum populum convocaret, per *Marsiæ* gentis Sacerdotes serpentes collegisse feratur, eosque subito ante lucem, ut solet populus ad ludos celebres convenire, effudisse, multosque afflictos morsu, & fuga periisse, ut testatur *Julius Capitolinus*, & *Ælius Lampridius*; *Faustus* item Præses ad Sanctam Virginem *Anatoliam* evertendam, *Marsum* incantatorem accivit, ut serpentum morsibus Martyrem afficeret; Quod & in Sanctum *Pompejum Fortunatus* Præses egisse narratur à *Surio*, cujus historiam alternis hexametris, pentametrisque complexus *Pompejus Sarnelli* sic cecinit: D

Surius tom. 2. quarto id. Apr. Pompejus Sarnelli in Epig.

Injungit Marsis, *chelydros cantare peritis,*
Ut magicis curent agglomerare sonis
Aspides, Excetras, Præsteres, Dipsadas, Hydros,
Et quicquid torto pectore serpit humi.
Carmina jam sentit Coluber, Seps, Vipera, Enydris,
Et geminum tollens Amphisibæna caput.
Sensuri meliùs Pompeii *carmina, signo*
Qui valeat cunctos exsuperare Crucis.

Neutrum tamen impossibile est, siquidem & venena vinci, & magiis superari monstravimus, E sed nec spernenda est naturalis facultas, cum in *Hellesponto* simile hominum genus vixisse legatur, qui *Ophiogenes* appellabantur, & in *Africa Psylli*, & in insula *Cypri Oblogones*, nisi inter fabulas annectamus; attamen in hac nostra regione in terra *Bisignæ* D. *Paulus Ciarallus* nunc Archipresbyter, & omnes de ejus familia, qui ab antiquis *Marsis* originem trahere profitentur, absque ulla læsione serpentes capiunt, morsusque eorum oris saliva sanant, & in dextero humero serpentis effigiem impressam ex matris utero præferunt, eandemque virtutem in omnium hominum saliva, si F à jejuno projiciatur in serpentes, inesse testatur *Plinius* his verbis: Et tamen omnibus contra serpentes inest venenum, feruntque ictu salivæ, ut ferventis aquæ contactu, fugere; quòd si in fauces penetraverit etiam mori, idque maximè humani jejuni oris. Quod ex quadam naturali disconvenientia compositionis humorum utriusque animalis provenire demonstrat *Galenus*, Aliqua animalium, inquiens, convenientia inter se, suosque

Ophiogenes Plin. lib. 7. cap. 2. Hominis jejuni saliva serpentes necat. Plinius lib. 7. cap. 2. Galen. de Intemp. cap. 6.

que habent; aliqua non solùm convenientia sed etiam quæ se mutuò corrumpunt, veluti homo, atque vipera, quorum utriusque saliva alteri est pernicies. Hanc enim convenientiam, & simpathiam, & mutuum etiam odium non solùm hominibus, sed aliis animantibus Altissimus dedit: sic apes portantes venena, non moriuntur, ut docet *Plinius*, qui, Mirum tamen est, inquit, apes venena portantes, fingentesque non mori, nisi quod illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus, sicut contra serpentes *Psyllis*, *Marsisque* inter homines.

Plin. lib. 21. cap. 13. in fine.

Utcumque sit, non imputandum genti nostræ si magiis operam navabant, tempore enim illo Incantatores divinatores, quasi res divinas tractantes, appellabantur; plurimumque antiquitas arti tribuebat, & in magna veneratione illius Professores habebantur, cujus arcana Sacerdotes, & Reges callebant, & apud omnes nationes, ut divina notio colebatur non solum apud gentes, & *Ægyptios*, ut ex illis Exodi verbis: Vocavit autem *Pharao* sapientes, & maleficos: & fecerunt etiam ipsi per incantationes *Ægyptiacas*, & arcana quædam similiter. Projeceruntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones. Sed & apud *Hebræos*, quibus erat veri Dei cognitio, cultusque; sic quippe *Saul* eorum Rex per Pythonissam spiritum *Samuelis* evocandum curavit.

Exod. cap. 7.

Regum. 1. cap. 28.

CAPUT III.

De Marsya Lydio.

Quonam pacto *Italia Tyrrhenia* dicta sit, recitat *Strabo* sic: *Tyrrhenos* itaque, quos *Romani Hetruscos* appellant, atque *Tuscos* Græci, hoc nomine dixerunt à *Tyrrheno Atyos* filio, qui ex *Lydia* Colono hanc in regionem (sicuti creditur) dimisit. *Atys* enim ex progenie *Herculis*, & *Omphales* unus, cum sterilitate, & fame populum emittere cogeretur, è duobus filiis (forte jacta) *Lydum* quidem Regni successorem tenuit. *Tyrrheno* autem majorem applicans populum foras abire jussit, hanc ille tandem ingressus oram de suo vocavit nomine *Tyrrheniam*, cúmque ædificandis urbibus *Tarcontem* præfecisset, à quo *Tarquinii* nomen recepit, civitates duodecim condidit, & ab eo *Tarconte* haruspicinam disciplinam *Hetruscis* traditam ferunt, ad quem teste *Solino* à *Marsya Lydorum* rege legatum missum *Magalem Caci* comitem tradunt, quem vinculis mancipatum, cum tandem solvissent, is ad loca unde venerat reversus, & validioribus præsidiis regiones, quæ circa *Vulturnum*, & *Campaniam* sunt, occupat, cúmque nimis audax ad loca, quæ *Arcades* tenebant, manus extenderet, ab *Hercule* victus in *Sabinos* se recepit, illosque sacrorum rituum cognitionem, & haruspicinam artem edocuit.

Strabo lib. 5.

Solin. c. 2.

Hunc etiam non *Lydium*, sed *Pelasgum* fuisse asserit *Cluverius*; siquidem *Pelasgi* ipsi, & alii *Græci*, *Italiam* petierunt, Duce *Oenotrio Lycaonis* filio, & *Peucetio* fratre, à quo *Oenotriæ*, & *Apuliæ Peucetiæ* nomen datum, qui auxilio *Aboriginibus* fuerunt, & subjugandis finitimis, & ædificandis urbibus, permistique cum illis diversas Colonias extruxisse referuntur ab *Halicarnasseo*.

Cluv. de Antiq. *Italiæ* to. cap. 15.

Oenotrius autem à *Græcia* migravit sui patrimonii portione non contentus; cum enim XXII. filii *Lycaoni* essent, in totidem partes agrum *Arcadicum* dividi oportebat. Hanc igitur ob causam *Oenotrius* relicto *Peloponneso*, classeque parata, *Ionium* mare trajecit, unàque *Peucetius* unus è fra-

Halicarnass. lib. 1.

A trum numero; & paulò post multas urbes partim ante à *Siculis* habitatas, partim verò à se ædificatas incolebant *Pelasgi*, una cum *Aboriginibus*.

Longo etenim bello à *Siculis Aborigines* vexati, & cum sine muris montana loca vicatim habitarent, *Pelasgorum* auxilio, illis expulsis, eos in consortium receperunt; simulque extructas, & munitas Colonias erigere cœperunt, licet *Pelasgi* maritima ut plurimum loca inhabitarent, ut pro sua ipsorum cum cognatis, & auctoribus propinqua societate sanguinis, perpetuo fœdere, & socia communione munirentur, ideòque ea loca vitanda B Trojugenis Vates indixit, ut apud *Virgilium*:

Virg. 3. *Æneid.*

Has autem terras, Italique *hanc litoris oram*
Proxima, *quæ nostri perfunditur æquoris æstu*
Effuge; *cuncta malis habitantur mœnia* Grajis.

Quod & *Silius* innuit:

Sil. 8.

Ante, *ut fama docet*, *tellus possessa* Pelasgis.

Undique prope ad hanc terrarum Orbis victricem, omniumque rerum opulentam divitem gentes concurrebant. Sicque novis persæpè habitatoribus auctam diversarum nationum, aut retinuit aut expulit adventantium habitatorum multitudinem, C ut *Plinius* testatur his verbis: Colonis persæpè mutatis, tenuerunt alii, aliis temporibus *Aborigines*, *Pelasgi*, *Arcades*, *Siculi*, *Veneti*, *Rutuli*.

Plin. lib. 3. cap. 5.

Jam verò cum hoc *Tarconte* Duce, quem è *Lydia* missum volunt, huc adventasse *Tyrrhenorum* multitudinem, ab eoque duodecim civitates conditas, *Lydosque* accolas regionis affirmarunt; præcipuè cum, ut ait *Strabo*, *Lydi* ipsi mutato vocabulo *Tyrrheni* appellabantur, sumpta etiam occasione legationis *Magalæ* ab *Marsya Lydorum* Rege ad eum missi, quem in loca proxima nostris frustratis vinculis, se receptum imperasse, nomen D que ex suoregioni dedisse, ferunt, & quia magna similitudo nominis utriusque fuisset, auctorem gentis *Marsyam* voluerunt, à quo etiam, ut *Solinus* refert, *Archippa* oppidum conditum est.

Regem etiam hunc *Marsyam*, *Phrygium* plerique volunt ex proximitate *Lydiæ* cum *Phrygia*; est enim ita contermina, ut fines confundantur utriusque, nec una ab alia facile distinguatur, teste *Strabone*. Sicque canit de eo *Silius*:

Strabo. lib. 13. *Sili.* lib. 8.

Sed Populis nomen posuit metuentior hospes
Cum fugeret Phrygios *trans æquora* Marsia Crenos
E Mygdoniam Phœbi *superatus pectine loton.*

Quem tibicinem insignem, tibiarumque modulatorem affirmat, primumque qui adjunctis calamis geminam, multiplicemque tibiam invenerit, sic *Plaut.*

Lydios *modulos* Amphionem
Vox lacerat gratos tibiæ sonos.

Cum alioquin *Palladi* referatur, eamque à se postea abjectam ob deformitatem, quam fœmineo vultui modulando inducebat, *Marsyas* postea reperit, F & se inventorem gloriabatur; quamobrem animi elatione superbus *Apollinem* ad certamen provocavit, à quo iterùm victus propria pelle excoriatus pœnas dedit, cujus rei seriem & *Apollodorus* recitat, & sic cecinit *Ovidius*:

Apollod. lib. 1. *Ovid.* 6. *Fast.*

Prima terebrato per rara foramina buxo
Ut daret effeci tibia longa sonos.
Vox placuit, *faciem liquidis referentibus undis*
Vidi, *& virgineas intumuisse genas.*
Ars mea non tanti est, *valeas mea tibia*, *dixi*,
Excipit abjectam cespite ripa suo
Inventam Satirus *primùm miratur*, *& usum*

Ne-

Nescit, & afflatam, sensit habere sonum.
Et modo dimittit digitos, modo concipit auras,
Jamque inter Nymphas arte superbus erat.
Provocat, & Phœbum, Phœbo *superante, pependit,*
Cæsa recesserunt à cute membra sua.

Hujus certaminis locus *Celena* urbs signatur, à qua non longè lacus imminet, qui calamos gignit ad tibiarum linguas idoneos, & ab eo *Marsiæ*, & *Meandri* fluminis fontes emanant, quem fabulantur lachrymis Nympharum, *Marsyæ* casum plorantium, exortum *Ovid.* VI. Metamorph. (Ovid. 6. Metamorph.)

Marsia *nomen habet* Phrygiæ *liquidissimus amnis*
Cujus aquas *Meandro* jungi canit *Lucanus.*

Qua celer, & rectis descendens Marsia *ripis*
Errantem Meandrum *adit, mistusque refertur.*

(Paul. Mars. in 6. Fast. Ovid.) Originem hujus fabulæ ad historiam confert *Paulus Marsus*, effingitque *Marsyam* magnum Regem *Asiæ* fuisse, eumque de Regno cum *Apolline* altercantem bello victum, fractumque regno cedere, & propria relinquere compulsum, *Italiam* petiisse, & in hac nostra regione sedem cum suis posuisse. cumque trux, hispidus, multibarbus, & pilis obsitus esset, vultumque, & aspectum ferinum haberet, *Satirus* effingitur, tibiarumque certamine victus cantatur, nam *Marsiæ* lacus, prope quem victus recitatur, calamis abundat, ut *Strabo* testatur, (Strabo lib. 2.) Hoc in loco, inquiens, de *Olympo Marsyaque* conficta est fabula, & de contentione, quam *Marsyas* habuit cum *Apolline*, imminet lacus quidam, qui calamum gignit, ad tibiarum linguas idoneum.

Et ad hoc suum inventum, nomenclaturam locorum accommodat, siquidem hac victoria *Celenam in Phrygia* civitatem nobilitat, de qua *Lucanus.*

.....*Quo tua munera* Pallas
Lugent damnatæ, Phœbo *victore*, Celenæ.

(Liv. lib. 38.) Et *Livius* inquit:

Est etiam in *Marsis Celanum* oppidum, sunt in *Asia*, *Apamea*, *Atranum*, *Ortigia Insula*, *Lycia*, & *Cappadociæ* regna, montes *Cariæ*, *Curriculum*, & cætera loca, quarum in hac regione nominis simultate illis sociari suspicantur, eaque omnia à *Marsya* ex priorum locorum dominio translata, & denominata fabulantur, nec tamen fictio verisimilitudini accommodari potest.

CAPUT IV.

De Marro *Duce*, *& primis* Marsiæ *terræ habitatoribus.*

(Diodor. Gram. lib. 10. cap. 2.) Additur & quidam *Marrus*, liberi comes, quem *Diodorus* Gram. genti nostræ nomen dedisse opinatur, eaque de causa statuam, aramque sacram libero *Marti* consecrasse, illamque *Romanos*, illis devictis, ad urbem asportasse, quod pariter figmentum ad operis ostentationem, non ad veritatem allatum putamus, siquidem sæculorum serie, & annorum curriculis priscorum facta deleta ex hominum recordatione ita exciderunt, ut certum quid de illis affirmare haud possibile existimetur, nisi ævo testante, ad id, quod vero proximum ostenditur, fides accommodetur, (Cluv. de Antiq. Ital. to. 1 cap. 15. Sil. lib. 8.) quo argumento usus *Philippus Cluverius Marrum* Ducem auctorem nostræ gentis affirmat, à quo *Marruvium* oppidum, regionis olim caput, de quo *Silius*:

Marruvium *veteris celebratum nomine* Marri
Urbibus est illis caput.

A Eò etiam præcipuè quod *Virgilius Archippum* Regem *Marruviorum* nominat.

Quin, & Marruvia *venit de gente Sacerdos*,
Archippi *Regis jussu.*

Aliumque regnantem nomine *Rhetum* X. *Æneid.* recitat. (Virgil. Æned. 10.)

Hinc Helenum *petit, &* Rheti *de gente vetusta*
Anchemolum *talamos ausum incestare Novercæ.*

Rheti fabulam alibi non se invenisse testatur *Servius*, sed quod *Ælianus* ex *Græcis* deductam volet; fictumque *Rhetum Marsorum* Regem, *Casperiam*, quam secundò duxerat uxorem, ab *Anchemolo* filio
B stupratam cum cognovisset, illum insequens ad *Turnum* confugere coegit, & ex hinc natam Poëtis occasionem effingendi gentem *Marsorum* ex *Phrygio* Duce denominari; nam *Rhetheum* in *Troade Phrygiæ* oppidum est, & *Casperia* oppidum *Sabinorum*, ut apud *Virgilium*: (Virgil. 7.)

Casperiamque *colunt*, Forulosque, *& flumen* Himellæ,

Et Silius. (Sil. 8.)

Hunc Amiterna *Cohors, &* Bactris *nomina ducens*
Casperula, *hunc foruli magnaque* Reate *dicatum*
Cœlicolûm matri....

C Sicut & *Peligni* à *Solymo Phrygio* Duce se originem ducere profitentur, ita *Ovidius*: (Ovid. 4. Fastorum.)

Hujus erat Solymus Phrygia *Comes unus ab* Ida
A quo Sulmonis *mœnia nomen habent.*

Et utraque eadem ratione *Sabinorum* prolem nonnulli existimarunt, sic *Ovidius*: (Ovid. 3. Fastorum.)

Et tibi cum pravis miles Peligne Sabinis,
Convenit huic Genti quartus utrique Deus.

Eò etiam præcipuè quod *Casperula* in *Sabinis* sit, & quod utriusque gentis communis erat sermo, hernice enim saxa *Sabini*, *Marsique* vocant, sic *Servius* ad *Virgil.* cúmque etiam, & *Herculem* (Servius ad 8. Virg.)
D communem cum illis Deum colant, quem illi suum auctorem venerantur. *Silius*: (Sil. 8.)

Ibant, & læti pars sanctum voce canebant
Auctorem gentis, pars laudes ore ferebant
Sabe *tuas, qui de patrio cognomine primus*
Dedisti populos magna ditione Sabinos.

Et in mea ipsius patria lapis adhuc superest, dedicationem apricorum *Herculi* tutelari factam attestans, cujus verba hic transcribere ad firmitatem argumenti judicavimus.

HERCULI DEO.
MILITES. APRICA.
E CECILIANUS.
MAG. CURAVIT.
C. SALTATORIUS. C.F.

Itaque à *Marro* Duce primum *Marrubii* seu *Marruvii*, postmodum (attrito vocabulo) *Marsi* sunt appellati; quod non ita affirmamus, ut primas Colonias ab eo invectas credamus, cum multò ante à filiis *Noë Italiam*, & hanc nostram pariter regionem habitatam fuisse constet, & ab alio etiam Duce antiquitus denominatam, & ab illo forsitan nomen immutatum, ut propagatione universi Orbis refert *Flavius Josephus Hebræus* post (Flav. Joseph. Antiq. Hebr. lib. 1.)
F confusionem linguarum contigisse, nam gentes sermonum varietate perturbatæ, ex suprema ordinatione præmoniti, ne vacuus habitatoribus Orbis existeret, diversas plagas inhabitare cœperunt, quod & divinæ scripturæ testimonio comprobatur in Genesi, in qua numerum filiorum *Japhet* recensendo dicitur. (Gen. cap. 10.) Porro filii *Gomer*, *Ascenez*, & *Riphath*, & *Thogorma*; filii autem *Javan*, *Elisa*, & *Tharsis*, *Cetthim*, & *Dodazenim.* (Gen. cap. 11.) Ab his divisæ sunt Insulæ gentium in regionibus suis unusquisque secundùm linguam suam, & familias suas

suas in nationibus suis, & in sequenti capite. Atque ita divisit eos Dominus, ex illo loco in universas terras, & cessaverunt ædificare civitatem.

Cethim, seu *Kithim* ex interpretatione LXX. dicitur *Italia*, cujus regiones, Coloniis ubique erectis, à Ducibus nomina sortitæ fuerunt, & qui postmodum adventarunt, ut æternitati sese adscriberent (prioribus immutatis) de suo dederunt, quod pariter in hac nostra regione contigisse suspicamur. Siquidem primò *Marrubii* à Duce *Marro*, antiquata veteri denominatione, vel à *Mari* (si ab etymologia licet argumentum sumere) denominari cœperunt, ut placet *Servio* ad illud *Virgilii*: Quin & *Marrubia* venit de gente Sacerdos.

Virg. Aen. 7.

Ubi *Marrubii*, inquit, appellantur, quasi circa Mare habitantes, propter paludis magnitudinem, quanquam alii *Marrubios* à Rege dictos volunt.

Neutrum eorum tamen non displicet. Certè enim primi habitatores non alii quam *Aborigines* fuerunt, ipsiusque *Noè* magni Nepotes, siquidem & ipse cum *Titea* magna uxore *Italiam* (relinquendo *Armeniam* habitatoribus repletam) nave advectus, oram *Tiberis* penetravit, ut *Titea Aterni*: & ab ipsis Colonias non paucas invectas *Petrus Leo Casella* de primis *Italiæ* habitatoribus asserit. Advenit aiens *Janus* placida exceptus *Tiberis* vehitura, quicum & novi *Aborigines*. Advenit & *Vesta* mari supero ad *Aterni* ostia, cui montana magis, & illius fluminis placuere fontes, & postmodum cum necessariò Coloniæ deducendæ essent, ex utrisque *Aboriginibus*, & *Vestinis* eadem ratione, qua & depositi erant, deducebantur, sivè per *Apennini*, ut diximus, propinquiores sinus, sivè per ceteros montes, & litoralia, quorum portus clauserant, *Janigenarum* custodibus scilicet per Colonias communitos.

Leo Casella de primis *Ital.* habitatoribus.

Antiqui enim *Noemum Janum* appellarunt, quem bifrontem effinxerunt, cui & *Saturni* nomen etiam indixerunt, de cujus nomenclaturæ ratione plura *Cicer.* de Natura Deorum, & *Macrobius* in Saturnalibus, eique (ut assolebant) homines nova promebant, & rerum singularitate insigniti divinos honores exhibebant; & quod ad hanc nostram oram pervenerit, & Colonias instruxerit, clarè testatur *Dionysius Halicarnasseus*, qui enumerando illa, quæ suo ævo extabant oppida, ait, in quibus *Aborigines* habitarunt pauca supererant ætate mea: maxima eorum pars bello, aliisque pestiferis calamitatibus oppressa, desolata est.

Berosus lib. 3. *Joan. Rotinus* Antiq. *Rom.* lib. 2. cap. 4. *Dionys. Halic.* lib. 1.

Et post recensita aliqua subjungit. Ostenditur & quædam Insula, cui nomen *Issa*, palude cincta, quam absque munitione manufacta incolæ cœnosis, ac palustribus aquis freti, tanquam mœnibus, inhabitasse feruntur; Issæ proximum est *Marruvium*, in intimo ejusdem paludis recessu situm, distans quadragesimo stadio à *Septem aquis*, quæ ita vocantur.

Maruvium simpliciter scribit *Halicarnasseus*, utpotè à Mari dictum, sic lib. 1.

Ad hæc etiam refertur illud *Virgilii*, de gente vetusta. *Joachim Vadianus* in abbreviatura Geographiæ *Italiæ*, vetustissimam gentem *Marsorum* appellat, à quibus & *Marucini* originem trahere gloriantur, ut eruditissimus *Lucius Camarra* in suo Theatr. antiquo profitetur, in cujus etiam rei testimonium in ipsa mea patria nobile *Jano* dicatum erat templum, cujus vestigia hac mea ætate supererant, cum Apostolo *Bartholomæo* novum ex illo ædificaretur; & ærei nummi non pauci effigie *Jani* bifrontis ex una facie, & ex adverso Navis rostratæ, cum *Fucinus* lacus eructat, inveniuntur.

lib. 1. cap. 1. & 2.

Satis sit vetera recitasse, ut habentur, quæ cum ut vera asserere non audeamus, verisimilia tamen dicimus, ita *Justinus*. Sunt hæc similia veri, non vera; potuit & sic argumentari: *Saturnum* cum potentissimus Rex esset, ad retinendam parentum suorum memoriam, nomina eorum cœlo, terræque dedisse, cum hæc prius aliis vocabulis appellarentur.

Just. cap. 11.

CAPUT V.

De fortitudine Marsorum, *& fœdere cum* Romanis *inito.*

NOn minus genere, quam fortitudine gens nostra inter *Italiæ* populos emicuit; etenim & animi vires ad adversa depellenda, & corporis robur ad ardua capessenda Avorum hæreditas fuit, unde *Mantuanus* Vates non vulgari illo encomio extulit, cum cecinit:

Virgil. 2. *Georg.*

Hoc genus acre virûm Marsos, *pubemque* Sabellam:

Et non in ignaviam prostrati, sed armis, & militari disciplinæ operam dando, utramque hostibus ostentarunt, plus viribus, artisque peritia, & disciplina belligerando, quàm armis fidendo, quam laudem Consul Poëta tribuit, cùm inquit:

> ...... *Ac* Marsica *pubes*
> *Et bellare manu, &c.*

Silius lib. 13.

Et spectata virtute adeò celebris fuit, ut etiam remotis gentibus timorem incutere noverit, quod Horatius sic canens affirmat:

> *Me* Colchus, *& qui dissimulat metum*
> Marsæ *cohortis* Dacus.....

Horat. lib. 2. ode 20.

Et à *Romanis* ipsis, qui sua potentia Orbem penè superarunt, ob hanc unam gentem ad excidium propè devenitur, ut idem ipse in Epod. testatur.

> *Suis ipsa viribus* Roma *ruit*,
> *Quam neque finitimi valuerunt perdere* Marsi,

Horat. Epod. lib. od. 17.

Et quanquam non numerosa propago, sed exigua esset natio, nec amplum terræ sinum impleret, non solum apud exteros, sed penes ipsos Orbis victores, sivè pro ipsis, sivè contra ipsos arma sumpsit, & strenuitatis suæ nomen ampliavit, de qua *Strabo*. Hæc autem natio, ait, exigua est quidem, cæterùm fortitudine conspicua, ostentata *Romanis* eorum sæpissimè virtute, primùm quidem cum adversus eos bellum gerebant, secundò cum ipsorum militiæ societatem inibant, tertiò cum & libertatem, & civitatis communionem assequi volentes, repulsam passi descivenrunt.

Strabo lib. 5.

Proprium, & peculiare *Marsorum* semper fuit vincere, & hostes superare; gens quippè assueta armis, & animi ferocia cum habitudine corporum juncta, & constanti virtute quorumcumque hostium potentiam parum timendo, ad aspera & periculosa rerum certamina properabat, & sic spectata eorum virtus erat, ut quamquam in ipsa *Romanæ* Reipub. juventute, pro ea tuenda, ampliandaque delectus militum haberetur, tamen fortissimorum virorum nostrorum legionem deligebant, quam *Albæ* ad quæque paratam semper habebant, de qua *Cicero* in Philippicis: legio, inquit, *Marsica Albæ* constiterat in municipio fidelissimo, atque fortissimo, & alibi, *Albæ* constiterunt in urbe opportuna, munita, propinqua. Hujus *Marsiæ* legionis legio &c.

Cicero Philip. 3. & Phil. 4.

Et in orbis dominium, ad Barbarorum impetum retinendum, ferociamque debellandam transmittebantur, cujus tribunatum, antequam ad fastigium

ſtigium inveheretur Imperator *Claudius* II. in *Illyrico* geſſit. Habebant autem ad certamina permagna, & præcipua ſcuta, quæ decumana appellabantur.

Varro lib. 6. cap. 22. Sic *Varro*: *Samnitibus*, ait, ſcuta ad ſummum æquali faſtigio, in imo verò arctata; *Marſis* ampliſſima, quæ decumana dicta ſunt, quæ *Feſtus* Albentia vocat; Albentia ſcuta dicebantur, quibus *Albenſes*, qui ſunt *Marſorum* genere, uſi ſunt, hæc autem decumana vocabantur, quod eſſent ampliſſima, ut decumani fructus.

Decebat enim fortes armis etiam præcellere, ut præcipua eſſent, cui præcipua erat virtus, & fortia fortibus darentur, robur enim fortiſſimorum virorum eos Breviator *Livii* appellat. Quorum virtutem cùm ſpectatam haberent *Romani*, in ſuam ſocietatem, amicitiamque devinxerunt, quæ ſolum inter bonos, conſimileſque contrahitur, paria enim virtutis ſtemmata utrique, ideoque animorum conjunctio facilis, ut firma, nec inutilis, aut inoperoſa illis fuit, quippe quantum adjunctis *Marſorum* armis profecerint, imperium, ditionemque dilataverint, ex ſequentibus demonſtrabitur. In geſtis eorum Princeps ipſius Hiſtoriæ *Romanæ* (meo quidem judicio) primum gentis noſtræ mentionem facit, cum belli *Volſcorum* narrationem protrahit anno ab V. C. CCCC. XLVI. cum *Æqui*, *Volſcique* agrum *Latinum*, & *Hernicum* prædarentur, & ad occurrendum prædationi, habito militum delectu, exercituque comparato venerunt ad arma, unoque certamine *Æquis*, *Volſciſque* victis, ad nos uſque victricia arma tranſierunt, ſic *Livius* refert. Victor exer-

Livius lib. 4. citus depopulatus *Volſcum* agrum, *Caſtellum* ad lacum *Fucinum* expugnavit, atque ex eo tria millia hominum capta.

Ad lacum *Fucinum Marſi* tantummodò incolunt, circumſtant enim undique; ideò nullus dubitationi locus eſt, *Caſtellum* expugnatum *Marſorum* fuiſſe.

Quid verò poſt hæc egerint *Marſi*, quemque fecerint belli finem, *Livius* non recenſet, jacturam tamen hanc æquo animo tuliſſe, injuriamque inultam reliquiſſe, avitæ virtutis oblitos, non facile credimus; veriùs tamen fortunam belli variis certaminibus tentaſſe arbitramur, quæ tempus abroſit; non enim omnia, quæ geſta ſunt, poſteris remanſerunt; multa enim temporis injuria, & Hiſtoricorum deperditis voluminibus aboleta deſiderantur, quæ ad Hiſtoricam narrationem, & veritatem prodeſſent; ſunt & ipſius *Livii*, *Taciti*, *Polybii*, aliorumque antiquorum mutilata,

Ovid. Metamorph. lib. 15. vix enim fragmenta habemus. Unde *Ovidius* ſic contra edacitatem temporis exclamat:

Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus ævi,
Paullatim lenta conſumitis omnia morte.

Credibile tamen eſt, hac occaſione inter eos bellum exortum, & ex eo movemur, quod poſt hæc ſocietas arguitur ex *Livio* lib. 8. Conſenſit & ſenatus in bellum, Conſuleſque duobus ſcriptis exercitibus per *Marſos*, *Pelignoſque* profecti, adjuncto *Samnitum* exercitu, ad *Capuam*, quo jam *Latini*, ſociique convenerant, caſtra locarunt.

Dum enim patiuntur pacatum exercitum per ſuum agrum duci, haud dubium eſt, fœdere *Romanis* fuiſſe ſociatos, & poſt depopulationem pace firmata, cum hæc acciderint anno ab. V. C. CCCC. XIV. conſſ. *T. Manlio Torquato*, *& Publio Decio Mure*, & ſic poſt depopulationem *Caſtelli* annis LXVIII. eamque fœderis ſocietatem anceps *Romanorum* deliberatio ad bellum *Veſtinis*

A inferendum demonſtrat, quippe cum in ſuſpicione veniſſet *Veſtinos Samnitibus* jungi, & patefacta deinde defectione diù hæſitatum fuit, & inter alios bellicos apparatus, nulla potior cura Conſulibus, ut ad Senatum deferretur, quam iſta; dubitabant ſiquidem Patres, ne impunitas in laſciviam, ſuperbiamque verteretur, & aliis exempla darentur, timebant autem ne *Marſi*, *Peligni*, & *Marrucini*, quique arma non poſtponenda *Samnitibus* judicabant, in eorum damnum irruerent, & proximo bello cum vicinis inito præmoniti ſocietatem, amicitiamque rumperent, ita *Livius*:

B Et erat, inquit, genus omne abundè bello *Samnitibus* par, *Marſi*, *Peligni*, & *Marrucini*, quos ſi *Veſtinus* attingeret, omnes habendos hoſtes. Quod *Veſtinorum* bellum cum exortum fuerit *L. Furio Camillo*, & *Julio Bruto Sceva* Conſulibus anno V. C. CCCC. XXIX. in amicitiam *Romanorum*, poſt relatam depopulationem *Caſtelli Marſi*, deveniſſe demonſtrat. Liv. lib. 8.

Sed ea ſocietas non diuturna, ſed brevi annorum curriculo diſſoluta, ea eſt humanarum rerum conditio, abſolutis ſiquidem penè annis XXII. cum bellum *Samniticum Romanos* urgeret, noſtrates, junctis armis, memorabile bellum glorioſo

C facinore reddiderunt, licet ſuperior *Romanus* exiſteret *Q. Fabio Mure*, *Tulliano* III. & *P. Decio Mure* II. A. V. C. CCCC. XLV. de quo *Livius*: Cum *Samnitibus*, inquit, acie dimicatum, haud magno certamine hoſtes victi, neque ejus pugnæ memoria tradita foret, niſi *Marſi* eo primum prælio cum *Romanis* bellaſſent, ſequuta *Marſorum* defectione, *Peligni* eorum fortunam habuerunt. Liv. lib. 9.

Primum bellum appellat *Livius*, cum nullum anteà recitaſſet, & cum aſſerit defectionem, ſequitur quod antea in fœdere erant, ſiquidem de-

D fectio eſt à fide ceſſare, & rebellem ſe reddere.

Ea (ut reor) defectionis cauſa fuit. Ulta *Caudina* clade, *Romani* proſtratis *Samnitibus*, paciſque conditionibus rejectis, penè biennales inducias conceſſere. *Appulis*, *Theanenſibus*, & *Canuſins* æquo fœdere dato, & in exitu illius anni creatis novis Conſulibus *S. P. Nautio Rutilio*, & *M. Papilio Leno* A. V. C. CCCC. XXXVIII. *L. Æmilius* Dictator aggreſſus oppugnationem *Satriculæ* occaſionem rebellandi *Samnitibus* dedit; cum *Satriculani* eſſent eorum ſocii, ad quos tuendos exercitum compararunt, fortuna belli tentata, & ab-

E jecta ſpe tuendæ *Satriculæ*, *Poſtiam*, & *Pleſtiam Romanorum* ſocios, ut parem dolorem hoſtibus redderent, circumſederunt, tandem ſequenti anno *Romani Satriculam*, *Samnites Pleſtiam* capiunt; ſic *Livius Samnites*, ait, Duce amiſſo, & per equeſtre certamen tentatis viribus amiſſa *Satricula*, quæ nequaquam defendebatur, ad *Pleſtiæ* obſidionem redeunt, intraque paucos dies *Satricula Romani* per deditionem, *Pleſtia* per vim *Samnites* potiuntur. Liv. lib. 9.

Marſi igitur, ea occaſione offenſi, cùm *Pleſtiam* eorum urbem nec tueri à *Romanis*, nec redimi (captam ab hoſtibus) & intrà breve tem-

F pus in *Æquos* eorum conterminos arma vertere viderent, recentis cladis, & futuri damni timore compulſi (ne illis ſubactis) æquale periculum ſubirent, bellum cum *Romanis* inſtaurarunt, junctaque eorum arma cum *Æquis* fuiſſe pacis petendæ legatio haud dubiè demonſtrat. Siquidem qui fortunam belli inæqualibus viribus experiri veriti; cum numero majores hoſtium copiæ eſſent, cominus acie dimicare effugiunt, eo conſilio uſi, ne opprimerentur, ultra mœnia urbium contegi, quo melius tueri, & difficilius exitus belli hoſtibus redderetur, diffuſo exercitu unuſquiſque ad

Ur-

urbem tuendam milites mittit, sed quid? non sunt fortibus munimenta murorum obstacula, intra sexaginta dies quadraginta eorum oppida capiuntur, & ad internecionem nomen eorum penè deletum, de illis *Romanus* triumphavit, dejiciuntur ideò animi, finitimi Oratores pacis *Romam* mittunt, inter quos, & nostrates, illisque fœdus datum, & in amicitiam recipiuntur; ut *Livius*: De *Æquis*, ait, triumphatum, exemploque eorum clades fuit ut *Marrucini*, *Marsi*, *Peligni*, *Frentani* mitterent *Romam* Oratores pacis petendæ, amicitiæque iis populis fœdus petentibus datum.

Æqui iterum ad arma, iterumque vincuntur, & renovant *Romani* triumphum, exoritur interim *Hetruscum* bellum, & *Vestinis* pacem petentibus datur; *Marsis*, quibus potentia *Romanorum* & vicina arma suspecta erant, conjunctorum populorum deditio non parum timoris injecerat, augebatur etiam suspicio ex Colonia nuper *Carseoli* in eorum fines deducta, ne communem sortem haberent, imminenti malo occurrere deliberaverunt, eorumque agrum armis tueri constituerunt, quo cognito, *Romani* in suspicionem adducti, & si in societate erant, exercitum in eos pararunt, ne quid novi specie tuitionis proprii agri molirentur, & *L. Maximus* Dictator cum exercitu proficiscitur, unoque prælio eos fundit, & in munitas urbes confugere coegit; fœdus tamen postea, illis petentibus, renovatum, sic fortuna ruit; eamque fœderis renovationem recitat *T. Livius*, qui *Marsorum*, inquit, agrum vi tueri nunciabatur profectus Dictator cum exercitu, prælio uno *Marsos* fundit, compulsis deinde in urbes munitas, *Miloniam*, *Plestinam*, *Fresiliam* intrà paucos dies cepit, & partem agri mulctatis *Marsis* fœdus restituit.

Liv.lib.9.

Liv.lib.9. *Liv. lib. 10.*

His variis rerum eventibus vires, & militaris disciplina *Marsorum* experimento comprobatur; timentur, ut fortes, in societatem asciscuntur, ut similes, vincuntur, sed non fertur de illis triumphus, immo, ut *Appianus* ait, nec de *Marsis*, nec sine *Marsis* triumphatum fuit, & post hæc, eorum constantia in omni Reipub. cœtu emicuit, & sivè *Italus*, sivè *Barbarus* hostis *Romanis* fuerit, semper comites, sociosque habuerunt, excepto unico illo sociali, de quo inferius, cum pro libertate, & civitate bellatum fuit.

Appian. lib. 1. de Bello Civil.

CAPUT VI.

De Bellis antiquissimis.

NOn uno, aut altero bello, sed in omni rerum periculo, sive appeterentur, sivè alios appeterent *Romani*, quocumque eorum status verteretur, pactæ semel fidei perseverantiam, invincibilemque animi constantiam gens nostra, ad utramque fortunam parata, demonstravit, siquidem fidi, fortesque socii extiterunt, nec eorum virtutem adversæ fortunæ casus deterruit, non frangitur in adversis amicus, sed roboratur, quod non uno tantum exemplo demonstrabimus. Illud nobis primum occurrit, cum non prospero rerum eventu cum *Pirrho Epirotarum* Rege, à *Tarentinis* in *Italiam* advocato, iterum certamen est initum, & novis *Macedonum* monstris (quippe eo primum bello Elephantes ad pugnam evecti) *Romanorum* imperterrita fortitudo dejecta, & profligatis exercitibus, bina trophæa hostibus concessa fuere, non sine *Epirotarum* cæde, & plurimo profuso sanguine, ita ut victor proclamaverit, si alia pugna iterum *Romanos* vicerimus, omninò peribimus. Rerum *Romanarum* periclitantium casus *Brutiorum*, *Lucanorum*, & *Samnitum* animos à *Romanis* avertit, victorisque arma sequuti, in apertam defectionem devenerunt. At non ita *Marsi*, nam inviolabili fœderis sacramento eorum fides firma, stabilisque fuit, nec animum à societate (licet aliorum exemplo provocati) averterunt, & si victoris arma ad mœnia penè *Romanæ* urbis advecta vidissent, quod non obscurè annuit *P. Sulpicius Galba* in concione pro bello, *Philippo* inferendo, recitata à *Livio*. Quanto magis florentem *Italiam*, quanto magis integras res, salvis Ducibus, salvis tot exercitibus, quos *Punicum* postea bellum absumpsit, aggressus *Pyrrhus* tamen concussit, & victor propè ad ipsam urbem *Romam* venit; nec *Tarentini* modo, oraque illa *Italiæ*, quam magnam *Græciam* vocant, ut linguam, ut nomen, secutos crederes, sed *Lucanus*, & *Brutius*, & *Samnis* à nobis defecerunt.

Liv. lib. 31.

Et prosequitur Oratio exprobrando deficientium infidelitatem, quos solum antedictos appellat; nec de nostra gente conqueritur, quæ cum in fœdere esset, belli socia fuit, quod ex alio demonstratur.

Refectis viribus *Romani*, doctique qua arte vincerentur, in auctorem irruerunt, illumque solo cedere, & ad propria remeare coegerunt, & in eos postmodum, qui cum *Pyrrho* consenserant, arma moverunt, infidamque perfidiam ulciscendo omnes subverterunt sic *Polybius*. Acriter igitur huic bello insistentes, *Pyrrho*, ejusque copiis tandem ex *Italia* expulsis, rursus eos quoque, qui cum *Pyrrho* senserant, subvertebant.

Polybius. lib. 1.

Nec defectionis culpa in nos refertur, quorum fidei firmitas in suspicionem non venerat, nec verebantur eos socios, stabilesque amicos permansuros, imò tanti eorum animi sinceritatem faciebant, ut cum timor *Gallici* exercitus, qui ex *Alpibus* ad confœderationem *Bojorum* in *Romanæ* ditionis irruptionem descenderat, non parum animos incuteret, in *Marsos*, *Ferentanos*, *Vestinos*, & *Marrucinos* omnis spes Reipub. Senatuique fuit, & cum ad occursum adventantium *Gallorum* exercitum, copiasque dirigerent pro conservatione urbis & Senatus delectum militum, & quos fidentiores judicarunt, habuerunt, & ut præsidio essent, in ipsa urbe stationem decreverunt, iique nostrates, & alii fuerunt, sic *Polybius*: *Marsorum* autem, inquit, & *Marrucinorum*, & *Ferentanorum*, & præterea *Vestinorum* peditum viginti millia, equitum autem quatuor millia. Et cum *Punicum* bellum insurrexisset, & *Annibal* superatis *Alpibus* in *Italiam* descendisset, socius *Romanæ* fortunæ *Marsus* miles fuit, armaque contra *Afros* tulit, & ut præcluderet hosti viam ad *Ticinum* occurrens, in conflictu cum hoste non ignotæ strenuitatis facinora ostendit, eoque in bello fidem, quam *Romanis* præstitit, illustravit, de qua *Silius* cecinit:

Polybius. lib. 2.

Dumque ea Gallorum *populi dant funera campo,*
Accitas properè castris in prælia Consul
Raptabat turbas; primusque ruebat in hostem
Candenti sublimis equo, trahit undique lectum
Divitis Ausoniæ *juvenem*, Marsosque, Coramque.

Silius. 4.

Et licet posteà, *Trasimena* victoria elatus, *Afrorum* Dux *Annibal* (cum nequicquam ageret in *Spoletana* expugnatione) per *Picenum* exercitum ducens, *Marsos* ipsos devastasset, ii nec viribus, nec animo defecerunt; quippe cum apud *Cannas* infelici rerum eventu, iterum certamen est initum, nostrorum militum copiæ adfuerunt, & ad retundendum inimicorum furorem in conspectu aciei sunt oppositæ, ut *Silius* inquit:

Silius 9.

Tum

Tum minitans properè describit munera pugnæ
Quique feras sævus gentes, aciemque Nealces
Temperat, hac sese Marso *cum milite, cumque*
Samnitum *opponit signis, & Iapyge alumno.*

In quo victos *Poenus* adeò memorabili clade *Romanos* affecit, ut tres annulorum aureorum modios, quos è mortuorum nobilium manibus evellerat, *Carthaginem* miserit, tàm luctuosa, & lacrymabilis pugna & *Romanis* & nobis fuit, cum & cohors nostra simul victa ceciderit, ut paulò post cecinit *Silius*:

Passim signa jacent, quæ Samnis *bellifer, & quæ*
Sarrastes *populi*, Marsæque *tulere cohortes.*

Et si his contrariis auspiciis apud *Cannas* res *Romanorum* in magno discrimine venisset, & multi nostrorum cecidissent, & ob id ex confœderatis socii non pauci defecissent, ut in calamitatibus Liv. lib. 22. assolet, ut *Livius*, Quanto major, ait, hæc clades superioribus cladibus fuerit, vel ea res indicio est, quod qui sociorum ad eam diem firmi steterint, tum labare cœperunt nulla profectò alia de re, quam desperare cœperat de imperio.

Et prosequitur numerando populos, qui ad *Pœnos* defecerunt (*Marsis* exclusis;) gloria siquidem nostrorum est, non numerari inter descifcentes, sed sociari adversæ fortunæ sociorum, illorumque status misereri, non adversari; suamque in hoc infelici rerum concursu, sinceram animi benevolentiam demonstrasse existimarunt, nisi ad reparandum gloriæ monumentum, & damna recapessenda, alacri animo ad majora se præpararent; cum enim Senatus ad oppugnandam *Carthaginem* exercitum conflaret, *Marsi* voluntariè nomina dederunt, & ut socii calamitatum in bello *Cannensi* fuere, ita militiæ signa sequentes hujus victoriæ Liv. lib. 28. triumphi participes fierent, ut *Livius*. *Marsi*, inquit, *Peligni*, *Marrucini* voluntaria nomina in classem dederunt.

Quo confirmatur in fœdere præstitisse, siquidem non delectum de nostratibus, ut de subditis, habitum; sed cum quæ molirentur *Romani* innotescerent, ex animi arbitrio, quo fortuna tenderet, se spoponderunt, est & aliud eorum constantiæ exemplum quod afferimus.

Jam exorta erant civilia bella; *Cæsar*, & *Pompejus* de primatu decertabant, obsidebant *Cæsarienses Corfinium*, quod pro *Pompejo* tenebatur, nostri ad Reipub. statum animum intendentes, *Pompeji* partes sequentes, in eam se receperunt urbem, in qua *Domitius* præfecturam gerebat. Is cum periclitari res videret, ad *Pompejum* scripserat, ut præsto esset, ad quem cum rescripsisset, se in summum rerum periculum non deducturum, sed suppetias stato tempore daturum; perterritus ideò *Domitius* dissimulato responso, fugam capere machinatur; quod cum exercitus ex colloquutionibus cum fidentioribus perscrutatus esset, & in facie ipsius trepidantis consilium legisset, primores milites secessum faciunt, & in quæstionem *Domitii* consilium adducunt, & ut quisque suæ saluti consulat, statuunt; hanc ignominiæ notam effugiunt *Marsi*, & fugæ consilio adversantes à cæteris recedunt, & ut constantiam, quam profitentur, ostendant, in munitissima parte civitatis se recipiunt, tantaque dissensio cum reliquo exercitu oborta fuit, ut ad arma devenerint, nec cessatum à pugna, donec detecta dissimulatione, & cognito *Domitii* consilio, illum *Cæsari* offerunt, Cæsaris comm. de Bello Civ. lib. 1. & in ejus potestate civitatem, seseque dederunt, cujus fortunam postmodum sunt sequuti, quod & in suis commentariis de Bello Civili lib. primo

A recitat. Ab his primo *Marsi* dissentire incipiunt, eamque oppidi partem, quæ munitissima videretur, occupant, tantaque inter eos dissensio extitit, ut manum conserere, & armis dimicare conarentur, post paulò tamen, internunciis ultrò citròque missis, quæ ignorabant de *L. Domitii* fuga cognoscunt, atque omnes uno consilio *Domitium* productum in publicum circumsistunt, & custodiunt, legatosque ex suo munere ad *Cæsarem* mittunt, sese paratos esse portas aperire, quæ imperarit facere, & *L. Domitium* vivum in ejus manuum potestatem cras dare.

B

CAPUT VII.

De Bello Marsico, *seù Sociali, deque causis unde motum fuerit, & prodigiis ante illud exortis.*

Amicitiæ, & inimicitiæ mortalium non sunt immortales; humana consilia mutantur tempore, reguntur utilitate; quæ ad vicissitudinem urget ratio, ex insurgentibus novis ad odium impellit, cessantibus scilicet, quæ animum nutriunt, C ut mutuis prosequamur officiis.

Dum populus *Romanus*, suis contentus legibus, inviolata jura sociis servavit, pax, quiesque diuturna fuit; sic enim fœderis pacta in æquilibrio sunt posita, ut quæ socius à socio requirit, ipse exhibeat, sed cum ex prosperis fortunæ eventibus magnarum rerum successibus elata *Romanorum* superbia, senescente virtute, lasciviret, cultus Justitiæ, corruptis moribus, languesceret; ad deliciarum illecebras solum intentus, publicarum rerum cura postposita, torpor omnia obrepserat, D unde primum inter cives contentiones, postmodum externa manarunt bella, atque hujus belli causam refert *Diodorus Siculus* in fragmentis. Diod. Sicul. lib. 37.

Belli causa prima fuit, quòd *Romani* compositis, sobriis, & continentibus moribus, per quos tantopere creverant, ad perniciosum deliciarum & intemperantiæ studium desciverant; hinc ob corruptelam orta plebis adversus Senatum seditione, cum deinde Senatus *Italorum* opem implorasset, & ei optatum illud *Romanæ* civitatis jus pollicitus fuisset, idque lege sancitum promisisset, cum promissio nihil *Italis* præstaretur, exarsit ex illis bellum adversùs *Romanos*, consulatum gerentibus *L. M. Philippo*, & *Sex Julio*, Olimpiade CLX.

E Quod ut qualiter acciderit intelligatur, repetenda paulò altius res est. Jam diù gens nostra pro finibus Imperii dilatandis armis insudaverat, & cladibus, calamitatibusque attrita, quæ mala advenerant, sustinuerat; quot enim tot bellis ex nostris ciderint, superiora indicarunt, obliteratis tamen fœderum placitis ad inæqualia judicabantur, & laborum, & facinorum memoria, & auxilia in omni apparatu bellico præstita, quibus ad fastigium Imperium devenerat, jam obsoleta, auctis vectigalibus, avaritiæ Dominantium inservire, duplicem militum numerum dare, tributa nova pendere cogebantur; neque hoc uno tan-F tum malo *Marsi*, *Italique* omnes premebantur, sed divitum elata potentia, latifundia contra legum edicta per totam *Italiam* auxerat, ob idque Appianus lib. 1. arva civitatis, laresque deserere coacti; hoc unum consilium in tanta rerum acerbitate fuit, in urbem se recipere, quæ Imperii domicilium erat; cum jam devicta *Africa*, *Asia*, & *Macedonia*, penè universi orbis dominatu potiebatur, ibi melius, & commodius vitam ducere arbitrabantur, eoque jure uti licere, sicque ex omni *Italia* concursus migrantium ad urbem indies augebatur, ut ci-

vitate potirentur, quam tantopere optaverant, illiusque cives ascribi, quod tamdiu rationibus suis accommodatum existimarunt, & de quo pluries conquesti fuerunt, ut *Paterculus*, Questos esse *Italicos*, ait, quod cum duplici peditum, equitumque munere fungerentur, civitatis tamen *Romanæ* expertes essent.

Paterculus.

Siquidem A. V. C. DLVIII. *M. Catone*, & *L. Valerio Flacco* Coss. novum Jus *Ferentinates* tentarunt, ut *Latini*, qui in Coloniam *Romanam* nomina dedissent, cives *Romani* essent, cum autem *Puteolani*, & à *Salerno*, & *Buxento* ascripti Coloni, qui nomina dederant, ob id se pro civibus *Romanis* ferrent, Senatus judicavit eos cives *Romanos* non esse, ut apud *Livium*.

Liv. lib. XXXIV.

Quod cum ipsis denegatum esset, & consilio præcaveri non posset, hac arte assequi existimarunt; sedibus igitur, ac penatibus suis, furtim *Romam* traductis, clam in civitatem irrepserunt, ibique uti cives censebantur, quod & aliud malum peperit, nam qui remanserant pro jam censitis, & commigratis, eundem censum pendere, militesque eodem numero dare cogebantur. Unde socii *Latini* nominis tanto onere oppressi, ut Senatus huic licentiæ fræna injiceret, & ut in suas quisque ædes redirent, postularunt *Lepido*, & *Flaminio* Coss. A. V. C. D. LXVII. & à Prætore *Q. Terentio Culleoni* Censori negotium datum, a quo duodecim millia *Latinorum* civitatem arripuisse inventi sunt, quibus, ut ad suas redirent sedes, imperatum fuit, sed cum per hoc onera non alleviarentur, ut legis edictum eluderetur per fraudem excogitarunt. Ex alterius legis beneficio, qui sociorum domi liberos ex se natos reliquerat, civitatis jura potiunda concedebant? qui filios, quos habebant, quibuscunque *Romanis* mancipia, ea conditione, ut manumitterent, dabant, à quibus postea manumissi *Libertinorum* Jura obtinebant, & sic qui liberos ex se natos domi reliquerat, & qui non reliquerat, civis *Romanus* efficiebatur.

Liv. lib. 12.

A. V. C. DLXXVI. *C. Claud.* & *T. Sempr.* Coss.

Postmodum edicto autem spreto, promiscuè sine lege, sine stirpe in civitatem *Romanam* transibant, exinde per aliam legationem iterum socii, & cum his *Fregellani Samnites*, & *Peligni* conqueruntur, attestantes, quod si hoc permitteretur, infrà pauca lustra oppida, agrique eorum desererentur; nullumque militem (ob defectum civium) dare possent, undè ex S. C. *C. Claudius* legem edixit, ut socii in suas redirent civitates, & ne quis, civitatis mutandæ causa, quempiam suum efficeret, nevè alienaret, & si quis civis *Romanus* factus esset, civis non esset, & sic, ex legis præcepto, ad sua remearunt. Hæc cum ita se haberent, ageretque tribunatum *P. Tiberius Gracchus* A. V. C. DCXX. sublevandæ *Italorum* miseriæ, patrocinium sumpsit, & luculenta oratione ad populum strenua eorum facta, fortitudinem, fidelitatemque recensuit, exprobravitque infidelitatem, & inutilem servorum numerum, & divitum intolerabilem potentiam rememorando, eò devenisse monstravit, ut ad mendicitatem penè socios adduxerint, quippè qui omnia in suam redegerint potestatem; nam ut eorum possessiones, quæ ex agris mulctatis illis advenerant, ampliarent, omni violentiarum genere vicinos solicitabant, vel pecunia ad vendendas, vel vi ad cedendas, & sic optimis agris tota ferè *Italia* denudabatur; & licèt, quibus possessiones auferebantur, continuus esset ad urbem accessus, conquestus tamen eorum non audiebatur, qua de re penè ad desperationem adducebantur.

A. V. C. DCXX.

Quibus malis, ut obviaret *Tiberius*, se legem de agris dividundis, civitateque danda laturum spopondit, & ea promulgata, cum, ut ad effectum deduceret, post annum prorogari tribunitia potestas exposceret, ab optimatibus, qui ægrè ferebant privari possessionibus, quas acquisierant, interfectus, civitatem *Italis* promissam dare minimè voluit.

Liv. lib. 58.

Illo de medio sublato, paulò post, cum *Cajus Gracchus* ejus frater eamdem Provinciam reassumeret, & qui ea lege agrorum suorum possessionem avertere viderant, *P. Cornelium Cœpionem* advocarunt, quo uso Patrono eas se retenturos considerant. qui, ut ea ad consonantiam reduceret, & utrique parti satisfacere pertractaret, domi scelere interemptus fuit.

Interim non defecerunt, qui ad agros defendendos, ut civitatem peterent, *Italicos* concitarent, quod alacri, ac libenti animo acceperunt, isque præcipuus fuit *M. Fulvius Flaccus* Cons. qui legem proferre profitebatur, sed Senatus (re cognita) distulit ad finem suscepti belli, eum implicans, donec anno consulatus expleto, captus, etiam intercideretur, eodemque modo cum *C. Gracchus T. F.* ex edicto *Italis*, atque civibus *Romanis* jus suffragiorum communicasset, ut inferendis legibus suffragatores haberet, Senatus pariter, qui advenerant abire, cæteri ne ad quinque milliaria urbi appropinquarent, jussit.

Appian. A. V. C. DXXV.

Inde cum uterque ab inceptis non desisteret, sed ad profectum adducere conarentur, Principum in se animos concitarunt, quos, ut effugerent, & à tumultuosa multitudine se eriperent, *Gracchus* ultra *Tiberim* per manus proprii servi mortem recepit, *Flaccus* à tumultuantibus in urbe occisus fuit.

Appian.

Spe igitur potiundi intercisa, magno dolore *Italia* exarsit, & aliquantulum à postulatis destiterunt, donec anno V. C. DCLV. *A. Lucio Crasso*, & *Q. Mutio Scævola* Coss. de Civibus regundis lex lata fuit, ut in suæ quisque civitatis jus redigeretur, qua Principum *Italicorum* animum plurimum exasperarunt, ut ex inde defectionem cogitare cœperint.

A. V. C. DCLV.

His accessit inter equestrem ordinem, & Senatum dissensio; jam ex *Romuli* instituto, in omnes gradus civium judicandi potestas ad Senatores solùm advenerat, mutilaverat illam lex lata à *T. Sempronio T. P.* transferens in equestris ordinis cætum de pecuniis, ob judicandum captis, judicium, quo fortunas, vitam Patrum, & Principum in manibus habebant, & in tantam potestatem elati, interceptis victualibus peculabantur suo jure Rempub. & Senatus exilio *Metelli*, & damnatione *Rutuli* omne decus Majestatis amiserat, id ægrè ferens, omni vi nitebatur crescentem audaciam confringere, & judicia ad se revocare; cum ecce ex odiis privatorum publica suscipitur causa, siquidem inter *Ser. Cæpionem*, & *Livium Drusum* ex anulo in occasione venali, inimicitiæ cœpere, & *Cæpio* partes plebis, & *Drusus* causam Senatus fovendam suscepit, quam ut viribus tuerentur, perniciosa spe largitionis plebem concitavit, & *Italicos* populos spe civitatis *Romanæ* potiundæ solicitavit, illisque adjuvantibus per vim, legem agrariam, & judicialem, ut æqua parte (scilicet) judicia penes Senatum, & equestrem ordinem essent, tulit; qua utrique ordini parum satisfecit, neutri enim grata fuit, ob idque Consules necem illi machinabantur; qua proditione domi suæ ab incognito sequuta, qui partes illius fuerant sectati, proscriptionibus damnabantur; unde nostrates, iterum spe frustrati, arte Senatus delusi, desperata civilitate, quam assequi aliter quam armis minimè posse existimarunt, ad ea animum vertunt, sic *Florus*: Postquam ille domestico scelere oppressus est, eadem fax, quæ illum cremavit, socios in arma, & in expugnationem urbis accendit.

Liv. lib. 70.

Florus lib. 3. cap. 17.

Plin. lib. 33. cap. *Liv.* lib. 71.

Florus cap. 8.

Quid

Quid tandem facere debuerant *Italici*, ab urbe rejecti, cum refugerent, ad jura civitatis non admissi cum postularent, vectigalibus non alleviati, cum premerentur, cum onera pro Republica sustinuerint, ab honore repulsi, nisi *Romanorum* ingratam perfidiam armis ulcisci, talesque se illis ostendere pro proprii juris tuitione, quales cum eorum tuebantur, visi sunt? quis eorum tolerantiam damnet? vel justam defensionem inculpet? justè igitur à socio, à quo societatis jura obruta viderant, recesserunt, justè arma sumpserunt, sicque eos *Paterculus* defendit.

Paterculus lib. 2.

Quorum ut fortuna atrox, ita causa fuit justissima; petebant enim eam civitatem, cujus imperium armis tuebantur per omnes annos, atque omnia bella duplici numero se militum, equitumque fungi, neque in ejus civitatis jus recipi, quæ per eos in idipsum pervenisset fastigium, per quod homines ejusdem & gentis, & sanguinis, ut externos, alienosque, fastidire posset.

At quanta futura clades hujus belli fuerat, prodigia undique exorta indixerunt, siquidem teste *Plinio* circa initium hujus belli, *Alcippe* mulier Elephantum, & quædam ancilla serpentem peperit, & *Cicero* primo de Divinatione sequentia refert:

Plin. lib. 2. cap. 83. lib. 3. cap. 3. lib. 8. cap. 57. *Henricus Fernerius* de Ostentis cap. 8. *Plin.* lib. 2. cap. 83.

Initio belli *Marsici*, & Deorum simulacra sudavisse, & discessisse cœlum, ex occulto auditas esse voces, quæ pericula belli nunciarent, & *Lanuvii* clypeos (quod aruspicibus tristissimum visum esset) à muribus esse derosos.

His etiam majora refert *Plinius*, in agro, inquiens, *Mutinensi* montes duo inter se concurrerunt, unusque adversus alterum rapido motu, & inusitato strepitu quatiebantur, quasi ad pugnam concurrerent, & cum quisque ad suum rediret locum, oppida, quæ in medio erant concussa, ruerunt, & animalia ferè omnia occiderunt, & interdiu (nam pluries id accidit) nocte ferè semper, die postero fumi, vaporesque ignei ad cælum protendentes visi sunt, spectantibus ad viam *Æmiliam* multis equitibus *Romanis*, & viatoribus rei novitate adductis.

Et licet fidem non excedant, cum naturali ratione peragi possibile sit, nec præterea ostenta ex variis siquidem vel terræ exhalationibus, vel aëris impressionibus gigni, & produci effectus etiam majores, probant Philosophi, quæ monstra sunt, quia rara; non ideo autem spernenda, cum longa observatione futuram cladem demonstrari pronuntietur, licet ea *Herodes* ista ratione deriserit, ut *Joseph Hebræus*.

Joseph de Bello Judaico lib. 1.

Nihil nos, inquit, terreat rerum anima carentium motus, atque arbitramini terræ congressionem alicujus futuræ cladis esse portentum; naturalia enim sunt, ipsorum etiam elementorum vitia, nullumque damnum inferunt, nisi quod ipsa effecerint. Attamen natura ipsa verbosa est in tacitis monumentis, ita ut, cum admirabile sit, quod productum est, aliud nos ex ostentis doceat intelligere.

Referuntur tamen, & alia non minore admiratione digna, quæ fidem superare videntur; ut illa quæ *Plutarchus* in Sylva refert: Hastæ, quibus vexilla gestantur, per se ignem emiserunt, tres Corvi pullos in via productos devorarunt, eorumque reliquias intra nidum retulerunt; mures suspensum in Templo aurum corroserunt, è quibus *Æditui* quandam casse fœminam ceperunt, & ibidem quinque enixa masculos, tres absumpsit; quod autem maximum fuit, ex aere sereno, & omni prorsus carenti nebula, tubarum sonitus increpuit, acutas, & lugubres intendens voces, adeò ut cuncti præ magnitudine timoris vecordes

Plutarch. in Sylv.

A comprimerentur. Pro monstro etiam est, quod S. *August.* de Civitate Dei recitat:

Antequam adversus *Romam* sociale bellum *Latium* commoveret, omnia animalia humanis usibus subdita, Canes, Equi, Asini, Boves, & quæcumque alia pecora, quæ sub hominum dominio erant, subitò efferata, & domesticæ lenitatis oblita, relictis tectis, liberè vagabantur, & omnium non solum alienorum, verum etiam Dominorum aversabantur accessum, non sine exitio, vel periculo audentis, si qui de proximo urgeret; quanti mali signum fuit, quod tamen malum fuit, etiamsi signum non fuit.

S. *Aug.* de Civit. Dei lib. 3. cap. 23.

B Superarunt longè omnia mala, siquidem tum tremendum, & formidabile *Romæ* fuit, quale ante unquam bellum fuerat, ita ut *Romanorum* imperium sub tanta mole ruere suspicabantur. Sivè autem à natura fuerint, sivè malorum Dæmonum arte, ut in cultu falsorum Deorum homines continerent, quod vel illusione, vel alio quoque modo eorum virtuti (sic Deo disponente) permisso, vel ab ipso Summo Deo provenerint, ut Poeta de *Jove* cecinit:

Terrificam capitis concussit terque quaterque
Cæsariem, cum qua terram, mare, sidera quassat.

C Omina fuerunt: vult enim omnium rerum Opifex, quibus quotidiana viluerunt, per insueta monere; sic tremendi Judicii diem per signa denunciare promittit, ut cum ea viderint homines, finem cogitando, à malis avertantur, justo timore perterriti, ac pœnitentiæ stimulis agitati retractent, quæ egerint mala, & bonorum operum fructu ad misericordiam Deum impellant, sic enim *Damascenus* dicebat. Ordinantur à Deo ad salutarem timorem imprimendum ob dira mala, quæ comminari creduntur; sic *Machab.* 2. superis illos ostentis terrebat, quæ illi rogabant ut in bonum converteret; & ne à veraci Philosophia aberremus, cogitandum, ad hunc præcipuum finem Angelorum ministerio hoc agi; & quatenus Cometa sit effectus naturalis, tamen Deus utitur naturalibus effectibus ad hunc finem.

Damasc.

D

CAPUT VIII.

De apparatu, & tempore, quo bellum Marsicum gestum fuit.

E EXasperatis (utpote qui spe potiundæ civitatis frustrati) nostrorum animis, in facinus illud exarserunt, ut contra Mundi Dominam, Victricemque insurgere, viribusque quod alio pacto potiri nequierant, assequi cogitarent, juraque armis vindicare, ut natura docuit, & ratio consuetudoque commonstrat; ita enim rationalis adjuncta est irascibili potentiæ, ut ea, quæ ipsa suadet, tueatur, adspirantes ad jura illius urbis admitti, quam viribus auxerant, & cujus imperium toto orbe dilataverant, repulsam in injuriam retulerunt, diu clamitaverunt, omnique opere insudarunt, spe tandem destituti, ad arma

F convolare contenderunt, ut *Livius*:

Irati *Italici*, ait, defensionem cœperunt agitare, eorum coitus, conjurationes, orationesque in conciliis Principum referuntur, propter quod & *Servius Drusus* etiam Senatui invisus factus, veluti socialis belli Auctor.

Liv. lib. 71.

Et quia ad tantæ molis apparatum proprias vires haud sufficere arbitrarunt, ideo quorum non dissimilis erat causa, convenerunt, ut fœderis unitate compacti, junctis viribus decertarent, sicque

sicque non solum, quos semper amicos habuerunt *Marrucinos*, *Pelignos*, & *Vestinos*, sed omnes fere *Italiæ* populos convocarunt, unde & *Florus* declamat: Quid hac clade tristius? quid calamitosius? cum omne *Latium*, atque *Picenum*, *Hetruria* omnis, atque *Campania*, postremo *Italia*, contra Matrem, & parentem suam urbem insurgerent; cum omne robur fortissimorum fidelissimorum sociorum sub suis ipse signis haberent municipalia illa prodigia.

L. Florus lib. 3. cap. 18.

Eaque de causa factum est, ut ab ipsis denominaretur, siquidem principium unde exarsit dederunt, cum non æquo animo injuriam tolerantes, armis, viribusque protendere, & ausi fuerunt, & alios suscitarunt, licet postmodum ex confœderatione sociali, & ex populis *Italicum* pro libitu scribentium sit appellatum, sic *Strabo:* *Marsicum*, inquit, ideò nominatum est bellum, quoniam à *Marsis* suscitatum fuerat, initium præsertim à *Pompedio*.

Strab. lib. 5.

Fusius de eo scripserunt *L. Cornelius Sisenna*, & *Alexander Epherius*, sed cum eorum scriptis facta etiam nostrorum illustria exciderint, aliqua in Epitome *Liviana*, & in *Floro* lib. 3. cap. 18. & in *Orosio* lib. V. cap. XVIII. & in *S. August.* de Civit. Dei lib. III. cap. 23; & in *Cicer.* de Divin. lib. primo. *Vellejo Paterculo*, & *Eutropio* nostræ sunt commodatæ ætati. uberius *Appianus Alexandrinus* lib. 1. Belli Civil. & *Diodorus Siculus* pertractant, ex quibus contextum nostrum comprobavimus.

L. Florus. *Orosius.* *S. August.* *Cicero.* *Paterculus.* *Eutropius.* *Appian.*

Tenue principium ab una natione exortum magnarum rerum molem contraxit; siquidem accesserunt *Peligni*, *Vestini*, *Marrucini*, *Picentes*, *Ferentani*, *Hirpini*, *Pompeiani*, *Venusini*, *Appuli*, *Lucani*, & *Samnites*, quibus operante *Pompedio* rem tacitè aggredi consilium fuit, & in die feriarum *Latinarum* dum Consules, magistratusque immolabant, inter ipsa Sacra Consules occidere.

Solemne *Latiale* in monte *Albano Latini* cum *Romanis* confœderati quotannis agebant, neque enim Consules ante exire paludati in provincias consueverant, quam ferias *Latinas* indixissent, atque iis in Monte *Albano*, cum *Latinarum* civitatum Magistratibus operam dedissent, & facta evisceratione, sacrificiorum carnes distribuerentur; & ex ea gente princeps sacrorum eligebatur.

Cic. lib. 1. de leg. *Macrob.* lib. 1. Saturnal. cap. 17. *Budeus* in lib. 1. de Orig. *Sigonius* cap. 3. lib. 1.

Quod cum proditione dimissum fuerit, indè palam cœtus haberi, conjurationesque fieri cœperunt, &, ne fides fœderis nutaret, datis obsidibus solidarunt.

Florus cap. 18. *Appian.*

Prænoverunt (non à principio) *Romani* discordiis & seditionibus occupati, sed penè cum etiam sacrorum rituum cæremoniis fœdera *Asculi* sacrarentur, & cum exploratores ab ipsis destinati, ut rem tacitè perquirerent, casu in nobilem obsidem *Marsorum*, qui ibidem ducebatur, inciderunt, quare *Servilius*, *Piceni* Proconsul, illuc accedens, inter ipsa publica solemnia sacra excandescens, acri admodum objurgatione usus, in sui necem omnium iram concitavit. Ad nuntium trucidationis *Servilii*, Senatus *Fontejum* cum copiis facinus expiaturum destinavit, sed pari fato occubuit, majorisque incendii causa fuit, quippe quotquot *Asculi Romani* erant, concessis in prædam eorum bonis, gladio perierunt, unde tantus terror *Romam* invasit, ut populus sagum sumpserit, quod summæ mæstitiæ indumentum erat.

Livius lib. 72.

Patefacta, hoc modo, seditione, in eo nostrates iverunt, ut per legatos rem agere destinarent, quarè miserunt, qui Senatui causas desertionis aperirent, illasque retulerunt in eorum congre-

Appian.

A gandis pecuniis cupiditate, qua subditorum, collegatorumque animos à se averterunt, & quod fœderum pactionibus spretis, uti servos mulctabant, & usque ad excoriationem exactionibus enervarunt, eòque res devenerat, ut optimi quique agri eorum fierent, qui violentia ab antiquis possessoribus abstulerant, quæ res in causa fuit, ut cultus reliquorum desereret, & coloni alibi migrarent; attamen diminuto inhabitantium numero, eosdem illos etiam milites dare, eundem censum pendere cogebantur, & cum pluries in Principum cætus declamassent, & ad æquale civitatis jus admitti postulassent, eorum querelas

B variis artibus deluserunt, indignéque ob id esse, ut per eos Respublica administraretur, & ipsi, si postulata non assequerentur, armis sua jura tueri, & injuriam ulcisci esse paratos; quam legationem non admissuram Senatus, nisi resipuerint, respondit, re infecta abierunt, cúmque nihil proficere cognovissent, bellum maturarunt, & ad usum *Romanæ* Reipub. cuncta disponunt. Consules itaque eo anno designarunt *Q. Pompedium Silonem*, *Marsum*, & *C. Aponium Mutilonem*, *Samnium*, & ex præcipuis civitatibus collegiatis Duces, ii autem fuerunt *F. Afronius*, *C. Pontidius*, *Marcus Egnatius*, *C. Papius*, *M. Lampo-*

Diodor. lib. 42. *Sigonius.*

C *nius*, *C. Judacilius*, *Ennius Asinius*, *Vettius Cato*, *P. Vintidius*, *Pontius Telesinus*, *Papius Mutilius*, *Lælius Cato*.

Pompedio Consuli ab *Otriculo ad* Maris *Adriatici* litus omnemque ambitum *Italiæ* à Ponente ad Septentrionem in Provinciam assignant, reliqua parte *Apronio* addicta, quorum imperio ut unicuique sex ex Ducibus parerent, jusserunt.

Deinde habitus est militum delectus equitum, peditumque ad centum millia, sic *Appianus:*

Horum legatis querentibus se non admitti ad jus civitatis, cum tamen ipsorum opera, & auxi-

Appian.

D lio populus *Romanus* longè, ac latè imperio polleat, Senatus ferocitèr respondit, si resipuerint, audituros se legatos, aliàs non. Ita verò frustrati bellum parant, habitisque delectibus conscribuntur peditum, equitumque ad centum millia.

En quam justè ad arma? en qua arte parant? non ex subito invadunt, sed palam, publicéque ex indictione, cum antea scilicet in comitiis expostulassent. Sæpius in conciliis Principum causam eorum peroratam referrent; patronos primarios urbis, Tribunos scilicet plebis, Consulesque haberent, quos exauctoratos, aut necatos arte Senatus viderant, sic demum, cum sæpè allecti, sæpè ejecti essent, provida consultatione

Liv. lib. 71.

E bellum aggrediuntur; non ex insidiis illam urbem, quæ modo *Carthaginensium* victoria elata superbierat, aggredi machinantur, sed discussis causis, repetitis juribus, & ne quid ad justitiam belli deesse videretur, publicis indictis sacrificiis, vota superûm, ut adessent, solverunt (mos siquidem ante motum bellum publica supplicatione piari erat); addunt denique ut repeterent legationem, hac circumspectione usi in socios, his artibus, ut quales hostes habituri essent *Romani*, prænoscerent, qui, timore postposito, palam aggredi non vererentur.

F Hæc omnia Ducis providentia, qui cuncta rimabatur *Pompedius Marsorum* gloria, & belli decus, cujus in periculis fortitudo, in agendo industria, in perficiendo celeritas, in dubiis providentia perspicua fuit; hic percursitando impulit, & nactus imperium, molem belli struebat, & sic confœderatorum ad instar Reipub. universa composuit, ut Senatum ex optimorum civium cætu adligeret, magistratumque disponeret.

Appian. Lib. 1. cap. 2.

Et ne vagarent in incerto, *Corfinium* nobilissimam

mam Pelignorum Metropolim, & nostrorum conterminam sociam, ex uno protoplasto natam communem omnium sedem designarunt, quam mutato nomine *Italicam* appellarunt.

Urbs ipsa in perlonga planicie posita, fluviis undique rigua, ad quam per arctas montium stricturas (qui ei circumsidunt, sepiuntque instar antemuralium) patet ingressus, ita dispositus à natura, quasi per januas aditus aperiatur, unde, & postmodum regio ipsa *Valva* nomen accepit; adversus insultantium bellorum munita incursus, cui, & cives munimenta murorum, & machinarum, (quibus tueretur) adjecerunt, ipsa plena divitiis, plena populo, & ex omni genere

B

Diodorus lib. 38. frugum abundans, de qua *Diodorus*. Erat, inquit, illustrissima, & maxima, & communis ab *Italicis* præfecta, *Corfinium*, in qua cætera, quæ magnam urbem, & imperium confirmant, constituerunt, tum forum permagnum, & curiam, & cætera omnia ad bellum necessaria copiose, & pecuniæ multitudinem, & cibariorum largum commeatum.

Et paulò post. Itaque postquam suum imperium, & omnia scitè (ut summatim dicam) ad imitationem *Romanorum*, & antiqui ordinis composuerunt, deinceps vehementius futuro bello incumbebant, cum quidem *Italicam* communem urbem nuncupassent.

C

Non deerant etiam ad fastigium civitatis publicorum operum munimenta pro civium cætu sive ad negotia pertractanda, sive ad scholasticas quæstiones discutiendas magnifice erecta, quæ communi ære sustentabantur, ut de lyceo Basilicaque illi adjecta à populo restaurata testatur lapis ad Ecclesiam S. *Venantii* non longè à *Rhodiano* 11. mill. pass. juxta ripam fluminis, & prope criptam, ex qua ad usum civitatis aqua deducebatur, quæ sic se habet:

D

RESPVBLICA. POPVLVSQVE
CORFINIENSIS
SACELLVM. LYCEIVM. VETVSTATE
DELAPSVM. ADIECTIS BASILICIS.
SVA. PECVNIA. RESTIT
DECRETO. DECVRIONVM

Fuit fabrefactum specus in sinu montis, qui interjicitur undis fontis *Aterni* fluminis, & planicie, ex quo aqua ipsa ad civitatem ducebatur, cujus pars, ut conficeretur ædemque juxta & podium C. *Alfius L. Terenno* suam pecuniam legavit, ut ex lapide in turri Ecclesiæ S. *Pelini* colligitur, cujus hæc est Epigraphe:

E

CALFIVS. C. F. MAXIMVS
PECVNIAM. LEGAVIT. L. FERENNO
CERVFO. IS. ÆDEM. PODIVM
CRYPTÆ. PARTEM. FACIENDAM
CVRAVIT. PROBAVITQVE.

His adde Deorum delubra, & operis magnificentia, & numero admiranda, ut intra murorum ambitum, trecentum viginti numerarentur, quorum quæ Deæ Magnæ, & Attini, scilicet solis (sic enim *Phryges* solem appellabant) præcipua erant, de quibus inscriptio insequens, quam in Palatio Episcopali in Terra *Pentomæ* invenimus, memoriam facit. *Macrob. in 1. Saturn.*

F

Mater magna Vesta, quam Tellurem Veteres appellabant.

	MINISTRA. MATRIS
ATTINI. ARAM	MAGNÆ. MATREM
LVNAM ARGENT	REFECIT. MAGNAM
POSVIT. P. MARIVS	ET. INAVRAVIT. ET
PHARETRA SACER	ATTINI. COMAM. IN
ACCADE. PRIMA	AVRAVIT. ET. BEL
	LONAM. REFECIT

A

Erant & *Minervæ*, & *Veneti* sacrata Fana, ut ex inscriptionibus ibidem repertis.

MINERVÆ	ACCIA
SACRVM	SACERDOS
C. DECIMIVS	VENERIS
COMMVNIS. LIB.	MODIA
VITALIS	SACERDOS
COLLEGIO. FRA	VENERIS
DEDIT	

Non solum patriis, sed externorum Deorum simulacris immolabant, sic etiam ISIDI *Ægyptiorum* Deæ, quæ susceptrix appellabatur, cum pro *Iside* terram intelligerent, cui ut victrici C. *Pontius* vota solvit, forsitan & *Telesinus* is fuit, pro aliqua victoria contra *Romanos* in hoc nostro bello obtenta. Cujus voti memoriam lapis adhuc testatur, puellæ effigiem præseferens, pectus, humerosque alatos, & brachia nudatæ, cujus manuum dextera galeam, sinistra viridantem lauri ramum, altero humerorum inhærentem, sustentant, & mammis ad genua tegitur indumento, pedumque dexter globo innititur, sinister verò aerem verberat, & supra, infraque aliquot incisi sunt characteres, ut sequens Icon demonstrat.



Unde patet quantum Dæmonum cultui, & gentium superstitioni gens hæc fuerit applicata; quibus adde, quod ne armis quidem piissimi Imperatoris Joviniani ab ea avelli, & ad veri Dei cognitionem adduci potuerit, quin ob id supremum excidium, triennali obsidione (Altissimo vindictam exercente) passa, solo æquata fuit; cum enim Sanctum *Brundusinum* Episcopum *Pelinum* non aliter intra muros recipere contenderet, nisi, religione abjecta, impietatem sectaretur, eumque renuentem gladiis ipsorum civium confossum, martyrio coronarunt, cúmque postmodum *Romanus* Dux obsidionem dissolvere cogitaret, ipse Martyr nocturna visione ad arma, & obstinatorum ultionem impulit, ut in *Actis* ejus fusius narratur. *Vita S. Pelini Episcopi Brundusini.*

Quod autem de triennali obsidione ibidem dicitur, si verum est ad Valentiniani tempora contigisse, adfirmandum, cum *Jovinianus* octavo sui imperii mense interierit. Certè siquidem est diu post sociale bellum, *Corfinium* floruisse, & sub *Trajano* principe in tutela *Sex. Cornelii* nobilissimi *Romanorum* fuisse, testatur lapis in eodem Episcopali Palatio, qui sic se habet:

SEX. CORNELIO
SEX. F. P. NEP. P. PRO-
NEP. P. ABNEPOTI
DOLOBELLÆ. METLIANO
POMPEIO. MARCELLINO
III VIR. A. A. A. F. F.
SALIO. PALAT. QUESTOR
DIVI TRAIANI PARTENICI
SEVIR. EQUIT. ROM. TVRM
III. P. R. COS. FLAM. QVIR
CORFINIENSES. PVBLICE
PATRONO.

Modò præclaræ hujus civitatis amplitudo vix inter ruinas cernitur, & præter oppidum *Pentoma* nuncupatum, quod sub ditione Episcopali est, ut scilicet, qui fidem Christi, Episcopumque recipere renuerit, sub ipsius perpetua ditione maneret, & templum, quod magnifice à *Valentiniano* erectum fuit, quod Cathedra *Valvensis* est, nihil aliud appareat inter rudera præter hæc quæ attulimus, & quæ inferius ad antiquitatum investigatarum gratiam allaturi sumus. In turri majoris Ecclesiæ sic inscriptum conservatur in lapide:

Q. CÆCILIO
Q. F. PAL. OPTATO
VIXIT. AN. II. ME. VI.
Q. CECILIVS Q. ET. VII. L.
HERMES. SEVIR. AVG.
ET. LICINIA. REPENTINA
PARENTES. PIISSIMI. POSVER
T. Q. CECILIVS. Q. F. PAL
PELINVS. FRATRI.

Est & sepulcralis Epigraphe de eodem *Optato*, cujus nonnulla integra verba, ut & lapis abrosus, & ratio carminis postulat, desiderantur; quam *Pompejus Sarnelli* verbis interpositis, iisque (ut dignoscantur) diverso à me charactere signatis, sic legendam esse arbitratur:

HIC JACET OPTATVS Speciosus NOBILIS INFANS,
CVI PRECOR, VT CINERES Lilia SINTQ; ROSÆ.
TERRAQ; Quæ MATER NVNC EST, SIBI SIT LEVIS ORO,
NAMQUE GRAVIS Nulli Vita FVIT PVERI.
ERGO Quem MATRI POSSVNT PRÆSTARE PARENTES
Nunc TVMVLVM NATO CONSTITVERE SVO.

Sed satis, ut hujus nobilissimæ civitatis monumenta referremus, digressi sumus, unde ergo excessit, oratio revertatur oportet. Dum itaque tanta rerum moles struebatur, & bellici furoris ignis æstuaret, propè jam *Romanæ* mœnia urbis, eò timenda quod intra ferè viscera periculum minitaretur; non segnior stetit Senatus, sed undique collectis exercitibus, Consules designavit *Sex. Julium Cæsarem*, & *L. Marcium*, & ut inundantium conjuratorum copiis obviarent; ne dum uno loco acie dimicaretur, alibi opprimerentur, & uno eodemque tempore, & quo belli apparatus urgeret, occurrere, resistereque possent, cuique Consuli cum copiis sex legatos assignarunt. *Sex. Julio Cæsari* Coss. *L. Julium* fratrem *P. Lentulum, T. Didium, Licinium Crassum, Cornelium Syllam*, & *Marcellum. Lucio Marcio* alteri Cos. *G. Pompejum Strabonem, Q. Cæpionem, C. Perpennam, C. Marium*, & *Metellum Valerium Messalam.*

His enim ex selectis, optimisque Ducibus provinciam demandarunt, ut eorum solertia, & experimento comprobata fortitudine, robustorum hostium vires superarent, & tanti belli apparatus celeri facinore destrueretur, & eorum cuique partem militum, quos non minori adversariorum numero collegerant, assignarunt; ut sic

A ad bellum exorti tumultuantium impetum rumperent, victoriamque certam reportarent. Talis amborum industria, & cura in colligendis viribus, quibus, ut quæ imminebant evitarent, & sua Jura tuerentur, fuit. Annus verò, quo inceptum, si ex Consulatu *Sex. Julii Cæsaris*, & *L. Marcii Philippi* numeretur (in quo Historici A. V. C. DLIX. ut plurimum consentiunt) is ab V. C. DLIX. fuit; sic enim *Appianus*, & *Orosius*, à quo qui aberrant, digestam per Consulares annos temporum rationem parum accuratè noverunt; cum secundum *Sigonii* computationem illo anno acciderit.

B Cæterum, ut memorabile & atrox, ita non diuturnum nec plurimorum annorum circulo, quam quinque protractum, sic enim S. *August.* de Civit. Dei. In quo bello *Italico*, inquit, *Romanis* sæpè victis, ubi & duo Consules perierunt, & alii nobilissimi Senatores, non diuturno tamen tempore tractum est hoc malum, nam quintus ejus annus finem dedit; cum quo & *Eutropius* consensit. Creatis itaque *P. Servilio*, & *Appio Claudio* Coss. hoc fine conclusa sunt duo bella funestissima sociale *Italicum*, & civile *Sylleianum*, hæc per annos decem tracta sunt. [S. Aug. de Civit. Dei lib. X. cap. XXII.] [Eutropius.]

C In quo non habuit rationem ad annum, quo sociale inceptum fuit, sed ad quem pertractum, & quod inter utrumque intercalatur rejecit, siquidem si connumerasset, duodecim affirmasset, tot enim ab anno V. C. DCLIX. ad DCLXX. intercedunt.

CAPUT IX.

De Conflictibus, pugnis, & belli fine.

D Æstuabat *Italia* tanta militum multitudine, exercitibusque collectis, qualisque rei eventus futurus foret, animis pendens expectabat. *Romanus* miles felici suæ fortunæ cursu, prospera sibi nuntiabat. At *Italus* nec vincere nescius, nec in armis novus, & justitiæ causa, & validis viribus victoriam sibi parabat, & cum scirent, magni momenti esse amplas res perficere, & victoriam ab hostibus pugnando referre, multò tamen majorem peritiam, & cautionem requiri, ut ea, quæ præclarè gerenda sunt, rectè, & commode usurpentur; propterea quisque, ut ad consummationem incepti propositi, & ad finem incepti operis facilius deveniret, castra sua ordinate disponebat, hisque paratis ad imperium Ducis, ad destinatas Provincias quisque iter arripiebat.

E Primus itaque occursus *Sex. Julii* Conf. fuit, qui adversus *Vectium Catonem Italum* Ducem non longè ab *Æsernia* copias direxit, quas cum alacri animo *Vectius* conspexisset, obviam factus aciebus ad pugnam dispositis, adeò pari animo, & virium ostentatione, ad conflictum cucurrit, ut primo impetu inimicos profligaret duobus millibus occisis, & Consulem ad *Æserniam* reparare compulerit, quæ civitas adhuc in *Romanorum* fide se continebat. Sic ex *Sabellio*.

F Primus omnium ab initio *Sex. Julius Cæsar* à *Vectio Catone* acie victus, duobus millibus in prælio occisis, in *Æserniam* est compulsus, quæ urbs adhuc in fide Pop. *R.* erat. Hoc prospero rerum eventu, cætera faciliora auspicatus *Vectius*, veloci cursu, inimicos insectando, ad *Æserniam* deveniens, illam obsidione cinxit. Ad res præclarè gerendas, plurimi momenti celeritas est, & nihil magis Dux quam celeritatem, & indefessam curam in agendo, & consultando sequi debet, [Liv. lib. 1. 22. Sabellius Æneid. Appian.]

Leonicus de Rebus Turcicis lib. I. debet, quia brevi momento summa verti possunt; dum interim inimicorum vires, & animi conseruntur, ad ejus rei famam, nostrorum animosa multitudo audacior facta, cum *Albam* pariter *Romanorum* sequi fortunam prænoscerent, occurrerunt, & ad illam confidentes copiis vallarunt, ut *Livius*.

Liv. lib. 70. *Æsernia*, inquit, & *Alba* Colonia ab *Italicis* obsessæ sunt. Hæc *Marsorum* præcipua civitas nostrorum fortunam aut abhorruit, aut sequi maluit, siquidem cum *Latini* nominis esset, in eo continebatur, & aut ad Jura Civitatis *Romanæ* potiunda aspirabat, cum speciem quidem ipsius retineret, ex lege *Cassii*, qua fœdus cum *Latinis* initum fuit, ut ad rogationem, & arbitrium Magistratuum civitatem adipiscerentur, neque omninò cum suffragio, neque prorsus sine suffragii latione. Sic ex *Carolo Sigonio*. (Lib. I. cap. 4.)

Sigonius de Antiquo Jure Ital. lib. I. cap. 4. Habuerunt etiam ante legem *Juliam*, bellumque *Italicum* ex fœdere *Cassiano* jus suffragii *Latini*, aut certe speciem quandam suffragiorum, cum id potius precarium esset Magistratuum beneficium, quam optimum jus suffragii. Aut enim cum ibi duæ legiones *Romanorum* morarentur, ut in fide persisteret, violentia militum, & timore compulsa, coacta fuit à *Romanis* non discedere; cæterum an obsidio dissoluta, aut in manibus nostrorum devenerit, incertum adhuc ex Historiographorum relatione: Ex *Diodoro* tamen argumentum sumi potest non fuisse captam; dum enim urbes socias recenset, quæ captæ fuerunt, inter illas *Albam* non refert. (Diodor. Siculus lib. 20.)

A. V. C. DCLX. Coss. itaque rebus ita prosperè gestis, de urbis sociis quæ captæ fuerunt, *Soram*, *Arpinum*, & *Sereniam* recuperavit. *Æsernini* autem intra mœnia constituti, contra aggressionem munimenta parando, diu resistere arbitrati per aliquot menses se continuerunt, animosiores ex militum, annonæ, & armorum copia effecti, oppugnationem acriter sustinuerunt, in quorum auxilium, ut in fide continerent; & obsidio dissolveretur, *L. Julius Cæsar* novus Cos. castra movit, & quamquam validis copiis munitus *Samnitum* occursum superare non valuit, in cujus certamine, cum acie pugnatum esset, victus, majorem partem exercitus amisit; sic enim qui jam penè deleti à *Romanis*, etiam insurgunt, victoresque efficiuntur, ut verificetur illud *Taciti*; fortes, & strenuos etiam contra fortunam insistere, spei timidos, & ignavos ad desperationem formidine properare. Itaque pugnam postmodum restaurare paratus, novis militibus exercitum reparare aggreditur. (Liv. lib. 72. — Tac. lib. 2. historiarum.)

Hoc novo accessu magnum augmentum res nostræ sumpserunt, cum quidam *Nolæ* à *L. Posthumio* Prætore teneretur, eam à *C. Papio* oppugnatam, cum per insidias in deditionem (Prætore occiso) recepisset, ad duo millia *Romanorum* militum, qui in potestatem ejus venerant, qui se voluntariè illius partes sectaturos promiserant, recepit; reliquos carcere, & fame consumpsit. Quem *C. Egnatius* parum imitatus est, qui cum pari exemplo *Venafrum* occupasset, quos ibidem invenit hostes trucidavit; inde cursum victoriæ prosequendo *Castabiliam*, *Minturnam*, & *Salernum* expugnavit, & agrum *Nocerinum* devastando, proxima loca terrore concussit, illisque in decem millia peditum, & mille equitum mulctatis, absque alia noxa reliquit. Modò auctus viribus, victoriæ cursum prosequendo, ad majora animum protendens, oppugnationem *Acerræ* præmeditans, juxta eam castra locavit. Quod cum *Sex. Cæsar* præsentiret, una cum decies mille militibus *Gallis*, & mille equitibus *Numidis* in (Liv. lib. 73.)

A auxilium venit, in cujus conspectu aciem disposuit; at *C. Papius* cum hostem majori militum numero superiorem cognoverit, aperto Marte fortunam belli committendam minimè judicavit, sed cunctatione agendum; ingenium enim plus quam vires in prælio prævalere optimè noverat; nam multa, quæ uno impetu superari non possunt, paulatim superantur. Ideoque cum *Venusii Osinta Jugurtæ Numidarum* Regis filius continere-tur, è custodia eductum purpura, & regiis insignibus indutum *Numidis* equitibus ostendit, ad quem, relicto *Cæsare*, major eorum pars venire contendit, quod cum *Cæsar* præsentiret, reliquos ad B propria compulit remeare. At *Papius* non ea postmodum circumspectione usus, elatus, cum ad sua desideria præcogitatum successerit, inconsideratè & nimis properanter in hostem irrupit, sed ab equitum acie, quam Dux in occursum opposuit, fractus, sex millibus ex suis amissis, spem victoriæ conceptam improvida celeritate prostravit; plerumque enim prudens dilatio, cum se demùm opportunè obtulerit, utilitatis plurimum affert. Studium enim, & nimia properatio ubi nec decenti, nec suo tempore proferuntur, multis rei conficiendæ spem intercidit, ex quo facto *Sex. Cæsar* iter, quo *Acerræ* appropiare posset, sibi aperuit. (Plutarch. in Saturnal. — Salustius in Catilinam. — Procopius de Bello Gothorum lib. I.)

C Quod quidem damnum improvida pariter *C. Perpernæ* pugna compensavit. Siquidem is cum *P. Præsentio* ex nostratibus certamen obtulisset, ex decem millibus, quos secùm in castris habebat, quatuor millibus trucidatis, & reliquis cum dedecore armis spoliatis, turpiter victori cessit, & meruit, ut *Rutilius* Cos. eum dignitate exueret, in ejusque locum Ducem ex iis, qui reliqui fuerant, militibus *P. Marium* substitueret, parique exemplo *M. Lamponius L. Crassum*, postquam octingentos ex suis trucidasset, ad *Hidrumentum* usque profligavit.

D Exinde cum *C. Judalicius* exercitum per *Japigiam* duceret, *Venusia*, & *Canusia*, multæque aliæ civitates sese dediderunt, in quibus *Romanos*, quos invenit, occidit, aut servos ad usum belli reservavit.

Dum hæc agerentur, ut facilior in nostros victores irruptio esset, *P. Rutilius* Cos. & *C. Marius* ejus legatus pontem ad amnem *Lirim* erexit, ut ad alteram fluminis ripam commodiùs copias trajicere valerent; quod cum præsensisset *C. Vectius*, illicò copias illuc direxit, & in alteram partem, quò *C. Marius* exercitum ad pontem collocaverat, castra posuit, revera, ut ex insidiis E Consulem aggrederetur, quibus positis, altero mane cum transmisisset ad alteram fluminis per pontem *Rutilius* copias, prosiliens in eas irrupit, & impetu facto, partim gladio peremit, & alios, qui vitam reparare fuga cogitarunt, in flumen projecit. Consul ipse sagitta in capite confossus interiit. Quod tardè *C. Marius* ex cadaveribus occisorum, quæ flumen asportabat, ut cognovit, suos per pontem transvexit, ut castris *Vectii* parum munitis potiretur. Unde victor ipse in loco conflictus ea nocte castrametari coactus fuit, F mane autem stationem aliam reperit, tantumque se à *Mario* elongavit, ut commodè ille occisorum cadavera colligere, & *Romam* transportare valeret, quod tantum urbi terrorem intulit, cum Nobilium, & Consulis corpora inspexissent, ut Senatus extra urbem contegi imperaverit, unde Populus (1.) *Sagam* sumpsit.

Quod in festo *Deæ Matutæ*, quod tertio Idus Junias colebatur, in VI. Fastorum contigisse refert

(1.) *Sagam*, sic habet *Paul. Diacon.* eadem enarrans; si codex mendo caret, ego *Sagum* malim.

Ovid. VI. Fastorum.

fert *Ovidius*, siquidem ad bellum iturus Consul, cum Vatem consuluisset, tale ab eo responsum accepisse testatur:

Hanc tibi, quò properas, memorant dixisse Rutili:
Luce mea Marso *Consul ab hoste cades.*
Exitus accessit verbis, flumenque Tholeni
Purpureum mistis sanguine fluxit aquis.

Locum istum *Paulus Marsus*, nostrorùm licet eruditissimus, parùm accuratè dicit, (1.) *Tholonium* pro *Liri* positum, quod eo etiam nomine appellaretur, vel pro *Tholenti* à *Tholento*, qui per *Picenum* transit, uterque tamen error est, & quamvis ipse gentis nostræ fuerit, parùm eos novit. Siquidem *Tholonius* est, qui supra *Taleacotium* fontes habet, & inglorius per planum transiens (quippè æstivis caloribus penè aliquando exsiccatur) & *Reate* per vallem *Equiculorum* arctis aquis pervenit, & quem *Strabo* lib. I. primum *Anienem* appellat.

Primus quidem *Anio* ex *Alba* decurrens, præter *Latinam Marsorum* urbem, & propinquum illi campum, quousque *Tiberim* intret, inde *Nar*, & *Tenas*, & alii, qui per *Umbriam* labuntur, fluvii eidem miscentur *Tiberi*, qui & *Saltus* modò dictus, *Tarano* jungitur.

At *Ovidius* brevitati studens, vel poëtica licentia usus, aut ob fontium vicinitatem, siquidem mille passus distant; originatur enim *Liris* supra oppidum *Cappadociam*, quod vix tanto spatio elongat à scaturigine *Tholonis*, quæ infrà *Vereculam* oppidum, cúmque eodem recurrente tempore conflictus *Didii* acciderit, utramque pugnam in eodem loco fingit, sic addens:

Proximus annus erat Pallantide *cæsus eadem*
Didius *hostiles ingeminavit opes.*

Siquidem *Didius*, ut auxilio *Albensibus* obsessis, qui pro *Romanis* tenebantur, esset, cum copiis occurrit, & ad ripam *Tholonii* cum nostratibus certamen iniit, & ipse cum suis eo bello cecidit, factumque est, ut cum parvum sit flumen, occisorum sanguine mistum purpureas ostendisset aquas. Is locus fuit, ubi transactis jam seculis, *Carolus* primus *Andegavensis Neapolitanus* Rex cum *Corradino Ungariæ* Rege, qui magno exercitu, ut paternum Regnum recuperaret, advenerat, acie dimicavit, & memorabili conflictu victoriam reportavit.

Nec tot adversis destituuntur *Romani*, sed inconcussa virtute sic damna sustinuerunt, ut ad ea reparanda, & ad gloriosa facinora aggredienda se præparaverint.

Oros. lib. V. cap. XIIX.

Nam *L. Cæsar*, qui cum *Samnitibus* malè pugnaverat, ut cladem quam sustinuit, repararet, (novo comparato exercitu) magna militum manu, ut opus jam inceptum perficeret, iterum *Æserniæ* obsessæ appropinquavit, & cum *Samnitum*, & *Lucanorum* copias obviam haberet, cum illis atrox certamen renovavit, & strenuè fortiterque pugnando, hostium agmine dissipato, multa millia ex illis trucidavit, ex *Pighio* in annal. lib. 3. cap. XX. At *L. Cæsar* Consul post cladem reparato exercitu contra *Samnites*, & *Lucanos* felicitèr aliquibus cæsis *Æserniæ* pugnavit, & tanta suorum militum animos hæc parva victoria lætitia implevit, ut communi omnium voto præ gaudio Imperator fuerit appellatus, sic *Alex.* ab *Alexan.*

Pighius in Annal. tom. 3. lib. XV.

L. Cæsar, inquit, *C. Cæsaris* pater, quod *Syllanicis* temporibus multa *Samnitum*, & *Lucanorum* millia ad *Æserniam* interfecisset, ab exercitu Imperator est appellatus. Et cum ad Senatum rem detulisset, tanta *Romæ* lætitia fuit, ut deposita saga, vestium ornatum populus reassumpserit. Nec ideo *Æsernia* liberatur, sed duriùs à *Vectio* circumsepta fame, aliisque necessariis cum premeretur, nec protrahere amplius obsidionem posset, composito fœdere, in nostrorum manus, cum suo *Marco Marcello* sese dedit, ex qua *L. Scipio*, & *L. Attilius Romani* cives servos se mentientes liberè evaserunt, sic *Livius*.

Alex. ab Alex. dierum genialium tom. I. cap. 2.

Liv. lib. 73.

L. Cæsar, inquit, Cos. feliciter contra *Samnites* pugnavit, ob eam victoriam *Romæ* saga posita fuit, & ut varia belli fortuna esset, *Æsernia* Colonia cum *Marco Marcello* in potestatem *Samnitum* venit. *Rutilio* Cons. interempto, *Sex. Cæsar* cum suffectus esset, & Comitiorum tempus adesset, cúmque Magistratum ambiret, & bellum haud ea animi promptitudine administrare criminaretur; sed remissè operari, ut est ambitionis effectus, promptus & fervidus ubi placere cognoverit, remissus & tepidus ubi putatur displicere. Honor enim, ut ait *Cicero*, alit artes omnes, incendimur ad studia gloria, jacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur; justum est enim ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. Unde cura belli *C. Mario*, & *Q. Scipioni* demandata, illum Senatus ad urbem accivit. Quod ut cognovit *Q. Pompedius*, ut veterem simultatem, quæ inter eum, & *Scipionem* intercesserat, exerceret, illum circumvenire ex proposito decrevit, fugam ex castris componens ad illum venit, in ejusque manibus victoriam belli ponere, si quà iter monstraret, insequeretur persuasit, & suos cum illius copiis conjungeret, & ut pollicitis crederetur, duos servos purpura indutos, quos nobiles *Marsos* finxit, obsides dedit, & plumbi laminas auro tectas, pignora consignavit. Dolum an virtutem quis in hoste requirat? sufficit ut justè bellum suscipiatur, si quis autem aperto Marte, vel ex insidiis hostes aggrediatur, nihil ad justitiam refert.

Cic. Tusculanarum quæst.

Virg. Æneid. S. Augustinus.

Sic *Scipio* nimia facilitate se, suosque perdidit, nam collem *Pompedius* ascendens, dato signo, ex repositis locis erumpentes milites in eum irruere fecit, & captum cum suis trucidavit. Ad hæc reparanda *Sex. Cæsar* cum triginta millibus ex Senatus decreto iterum mittitur, cúmque per invia & aspera exercitum duceret, ab *Egnatio* circumventus ad flumen, per quod uno dumtaxat ponte transibatur, sistitur, & acie pugnare compellitur, in quo conflictu cum majorem partem exercitus amisisset, vix fuga cum iis, qui reliqui fuerant, *Theanum* se recepit, exinde auxiliis à vicinis sociis habitis, exercitum instauravit, & propè *Acerram* (quæ adhuc obsidebatur) castra locavit.

Interim *C. Marius*, & *Cornelius Sylla*, cùm aperto Marte, acie cum *Marsis* nostris dimicare parum auderent, fugam componunt; ut illos insequentes ad præparatum insidiis locum, qua vitium palmitibus simul vinctis viam instruxerant, adducerent, quorum nexus, cum vix superare valuerint, sex millia ex nostris ceciderunt, qua fraude indignati, *Mario* exprobrando pluries ad certamen provocarunt, quod is semper consultè distulit. Unde dux *Pompedius* illum his dictis insultasse refertur: O *Mari* experire, si verè, qualem te existimas, Imperator es, nunc locum pugnæ, nunc conserere tempus, si fraude vicisti, armis (ut decet militem) utere; cui *Marius*, & tu *Pompedi* egregii Ducis munus non exerces, si me invitum ad arma cogis, hoc procax dictum

(1.) *Tholonium*, alii habent *Thelonium*.

Dux

Dux *Marsus* ægrè ferens, more belluarum machinatione deceptus *Romanum* lacessivit, ut quam circumventus amiserat, armis gloriam repararet. Sed sagax, & qui norat *Marsorum* pectora laboribus, periculisque susceptis non deterreri, sed immobili firmitate persistere, pari responso delusit.

Nunc *Itali* Duces, sparsim conserere non profuturum judicantes, onerosum plures exercitus habere; perquam utile fore, & fortiora agmina esse, si pauciora consistant. *Judalicius Aphranius*, & *Ventidius* junctis copiis *Cn. Pompejum* aggrediuntur, qui in fugam actus, *Firmium* se recepit, tum aliis ad alia facinora divertentibus, solus *Aphranius Firmium* civitatem circumsepiendi curam suscepit. Ubi *Pompejus* aliquamdiù donec suppetias haberet, se continuit; inde auctus viribus, foras exercitum ducens in aggressores invehitur, & inito certamine pari animi fortitudine uterque exercitus dimicabat, diuque anceps victoria fuit, quousque *Sulpicius* adveniens, ex alia parte *Italos* premendo, castra etiam eorum combussit. *Aphranius* eo certamine fortiter pugnans, cecidit, reliquis in fugam versis *Asculum* præsidium fuit, quos *Pompejus* insequens obsedit. Quod cum præsensisset *Judalicius*, amore patriæ incensus, illuc ire contendit, & per internuncium civibus admonitis, ut statim, atque castra *Pompeji* aggredi viderent, accurrerent; cum id cives negligerent, ipse per hostium agmina, armis sibi viam aperiens, *Asculum* pervenit, & trucidatis quos suæ factioni adversarios novit, parato sibi rogo, & epulo cum Amicis sumpto, veneno vitam finivit. *Cneus* verò *Pompejus*, ut *Livius* ait, *Picentes* prælio fudit & obsedit, propter quam victoriam *Romæ* prætexta, aliaque Magistratuum ornamenta insignia sumpta sunt. *Livius* lib. 29.

Nec fortuna belli cessit, imò magis ingruebat, nam *Umbros* & *Marsos Aurelianus Plotus*, & *Porcius* Prætor vicerunt, & *C. Sylla Samnites*, & *Cn. Pompejus Vestinos* in deditionem receperat, & dum *L. Porcius* conſ. prosperè cum *Marsis* iterum pugnam iniisset, dum castra eorum expugnare nitebatur, in ea oppugnatione cecidit; varii exinde congressus, & varii etiam belli eventus successere, qui inordinatè per historicos, & per *Livii* Epitomatorem ad notitiam tantum referuntur.

Unde *Italia* plurimùm cæde & sanguine fædabatur, jamque etiam *Etrusci* & *Umbri*, & alii finitimi populi, qui alteram urbis partem incolunt, defectionem parabant; quibus nostri, ut in societate manerent, & in proposito roborarentur, auxiliares copias miserunt, in quorum occursum cum *Cn. Pompejus* Conſ. venisset, uno certamine octo millibus illorum occisis, reliquos fuga perdidit.

Cúmque ex omni parte Ditio *Romani* turbaretur Imperii, & universa *Italia* subversa, caput contra mundi Dominam erigeret, & armis insultantem audaciam prostrare parum proficere, imò acrius insurgere, & fortius urgere videbatur; & *Romanorum* animos jam timor averterat. Quarè eo sunt consilio usi, ut clementia flecterent, quos viribus superare nequiverant, ne in deteriùs res laberetur; sic docet *Tacitus*: Sæpè honestarum rerum causas ni judicium adhibeas, perniciosi exitus consequentur; prudentia enim rerum magistra potius consilio, quàm certamine hostes subvertere docuit. Sic *Cicero* dicebat: Non viribus, vel velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio antiquorum, & scientia. *Tacit.* Annal. lib. 17.

Itaque prius præsidio maria, quæ à *Cuma* ad *Romam* sunt, muniri, & libertinos cingulo militiæ donari jusserunt, postmodum *L. Cæsar* conſ. ex S. C. legem tulit, ut qui populi in eam diem in fide permansissent, cives *Romani* essent, cujus beneficio ut uterentur *Etrusci*, & *Umbri* se continuerunt, & *Marsi*, qui principium bello dederant, in fide pariter redierunt; sic ex *Lucio*. Ipsi nuper à *L. Muræna*, & *Cæcilio Pinna* legatis fracti prælio pacem petierunt, & ad civitatis jura admissi. Quorum exempla, & finitimi quoque populi imitati, ad civitatem ipsam admissi sunt; sic *Vellejus*. Paulatim, inquit, recipiendo in civitatem, qui arma aut non ceperant, aut deposuerant, maturius vires refectæ sunt. *Lucius* lib. LXXI. *Vellejus* lib. 2 1. ad A. V. C.

Deserta planè, cum ab armis tot populi recessissent, & in civitatem lege *Julia* admissi essent, communis *Italorum* causa videbatur. At *Pompedius* noster immobilis laborum, periculorumque susceptor haud desistere ab incepto bello expedire putavit, tùm verò, magis recollectis undique copiis, & servis etiam ad arma vocatis, *Corfinium*, haud parum tutum pro tuendo Imperio locum, deserendum, & ad *Samnitum* civitatem (eo anno captam) *Æserniam* sedem collocandam arbitratus, bellum veriùs instaurare cogitavit, sic *Diodorus*. *Diodor.* lib. XXXVII.

C. Casconio Japigiam misso, sæpè victi sunt, atque ita superati, & ex multis pauci relicti communi licentia communem deserunt urbem *Corfinium*; quoniam *Marsi*, & omnes finitimæ gentes desciverant ad *Romanos*. Consederunt autem in *Æsernia Samnitum*, creatis sibi quinque ducibus, quorum uni maximo *Q. Pompedio Siloni* imperium crediderunt, propter ejus imperandi virtutem, atque gloriam, de communi Ducum sententia magnum exercitum comparavit, adeò ut universi cum iis qui jam erant, fuerint circiter triginta millia; præter hos congregavit servos, & libertate donatos, &, ut tempus ferebat, armatos non multò pauciores decem millibus, & equos mille.

Inter hæc nimia *Cluentii* ad pugnam cum *Sylla* properatio tristem peperit eventum, is cum castra appropiasset, primum à *Sylla* discedere actus, postmodum cum audacior (majori numero militum) effectus esset, certamen appetiit, quod cum pari voto *Sylla* exoptaret, & utraque castra disponerentur, à *Gallis* militibus derelictus, impetu *Syllanorum*, agmine dissipato, in fugam versus omnem penè exercitum (ipso etiam perempto) perdidit, & qui ex conflictu remanserant, *Nolam* contendêre. Cum ipse *Sylla* omnes suos servasset, ut *Orosius*. *Oros.* lib. 5. cap. 16.

Tamen, inquit, à *L. Cornelio Sylla*, qui inter alia facta egregia ita *Cluentium* hostium Ducem cum magnis copiis fudit, ut ex suis neminem amiserit. Inde *Nolam* adorsus, eam nactus cum in fidem recepisset (spreto fœdere) depopulatus est, & subactis *Hirpinis*, in *Samnites* arma vertit; cúmque eorum exercitum uno pariter certamine superasset, *Bojanum* contendit, ut eum obsideret, cúmque validissimis propugnaculis munitum cerneret, manus militum ad obtinendam fortem munitionem ex adverso misit, & cum captam, ex flagrantis flammæ signo, (prout imperaverat) cognovisset, ex altera parte aggressus, vim talem intulit, ut (licet longo certamine) in potestatem tamen receperit, quo etiam tempore *C. Casconius* iterum *Samnites* superavit; ex quibus eventibus *Æserniam* oppugnare festinant, & cum ibi totius belli ratio esse videretur, junctis exercitibus, numerosiores copias parant, qua tandem post longa certamina, multo profuso sanguine potiti sunt, & ut ab *Italorum* in-

incursibus tutam redderent, militum præsidio, & propugnaculis munierunt, quam *Itali* Duces nova circumvallatione cinxerunt, & ni *Sylla* præstò fuisset, facile recuperassent, sic *Orosius*.

Oros. lib. 1. c. 16. Eutropius lib. 5.

Interea, inquit, *L. Sylla* Prætor cum viginti quatuor cohortibus, ubi arctissima obsidione *Romani* cives militesque premebantur, maximo bello, & plurima cæde hostium, urbem sociosque servavit. Adhuc etiam *Cn. Pompejus* in obsidione *Asculi* tenebatur; quod cum strictissimè cinxisset, superatis obstaculis, validissimè cepit, in quo maximus ille noster Dux *Pompedius* strenuissime pugnans cecidit, sic ex *Livio*. *Asculum* à Cn. *Pompejo* captum est, cæsis à *Mamerco Æmilio* legato *Italicis*. *Silo Pompedius*, Dux *Marsorum*, author hujus rei in prælio cecidit.

Huic casui annectere debemus *C. Vectii* fortissimi Ducis paulò antè interitum, qui à *Cn. Pompejo* in certamine apud *Firmium* captus, cum ad conspectum ejus duceretur, servus qui haud Domini sui opprobrium, captivitatemque sustinere poterat, gladio prius confodit, quam sibi eadem nece consuleret, ut *Seneca* ad *Lucullum* refert. Non est (mihi crede) non est servilis animi egregium factum fama sceleris emisse. *C. Vectius* Prætor *Marsorum* ducebatur ad *Romanum* Imperatorem. Servus ejus gladium militi ipsi, à quo trahebatur, eduxit; & prius Dominum occidit, deinde tempus est, inquit, me & mihi consulere, jam Dominum manumisi, atque ita se uno ictu transegit.

Hic belli cursus stetit, hic tantarum rerum moles fracto navigio anchoram fixit. *Italorum* causa *Æsernia*, & *Asculo* capto, & spe suppetias à *Mithridate* Rege *Ponti* habendi frustrata, amisso Duce, sine nauclero nutabat. Nec exultarunt *Romani*, diuturno bello attriti, in quo duo Consules, & tantus nobilium Senatorum numerus cecidit: fractis itaque utrique viribus ad pacis commodum inhiabant, unde concesso *Italis* optato civitatis jure, arma cesserunt omnium, exceptis *Lucanis*, & *Samnitibus*, cum quibus dura postmodum fuerunt certamina, donec à *Mario* & *Cinna* advocati, ut eorum partes sectarentur, paria sunt beneficia assequuti.

Quantum urbs, & *Italia* ex isto bello damnum receperit, ex numero eorum, qui in eo ceciderunt, facilè cognosces, quos *Eutropius* recenset, & quos innumerabiles *Orosius* dicit.

Eutropius. Oros. A.V.C. DC. LXIX.

Consumpserunt autem ultra centum quinquaginta millia *Romanorum*, viros Consulares triginta tres, Prætores septem, Ædilitios sexaginta, Senatores ducentos, absque innumeris *Italiæ* totius populis, qui sine consideratione deleti sunt.

CAPUT X.

De Fœdere inito, & Jure Civitatis concesso.

NAscentis Imperii fundamenta stabiliora non inveniuntur societate; Nullum majus, dicit *Tacitus*, bonum Imperii instrumentum, quam boni amici, & armorum potentia, quibus benevolentiæ vinculo, vel subjectionis nexu animi copulantur, & contra externorum metus secura munimina parantur; hac arte regnandi *Romulus*, & qui ex eo successerunt Reges, finitimas civitates socias asciverunt, vel vi subjecerunt, illisque quoquomodo nexis, fœdus dabatur, cujus tria fuisse genera *Livius* meminit.

Tacit.

C. Sig. de Nomin. Rom.

Unum, cum bello victis dicerentur leges, ubi omnia ei, qui armis plus posset, debita essent, A quas ex iis habere victus, quibus multare eos velit, ipsius jus atque arbitrium esse. Alterum, cum pares bello, æquo fœdere in pacem atque amicitiam venirent, tunc enim repeti, reddique per conventiones, & si quarum turbata possessio sit, jus aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi. Tertium esse genus, cum qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere interse jungendam, coeant, eos neque accipere, neque dare leges; id enim victoris & victi esse.

cap. IV. Liv. lib. 34.

Postremum hujus tertii generis cum nostratibus initum fuisse ante A. V. C. CD. XXXVIII. quo B cum de *Aequis* triumphassent, petentibus fœdus datum asserens *Livius*; Haud dubiè suspicamur, inquit, postmodum cum ex bellis fœdera, & fœdera ex legibus stabilirentur, quæ diversimodè, prout quique optimè in Rep. se gessissent, ita maxima fidei & virtutis præmia adipiscebantur ex lege victoriæ, quam victis concedebant, habita meritorum ratione, ampliora, seu remissiora privilegia, & exemptiones ex placitis fœderum concedebantur, cúmque in multatione partis agri A. V. C. CDLII. tantum id fœdus cum nostratibus renovatum fuerit, nullo alio addito, à primis placitis non recessisse, sed eadem lege C prioris libertatis privilegia non immutasse, concedendum est.

A. V. C. CD. XXXVIII.

A. V. C. CDLII.

Fœderatæ autem civitates non æquè jus *Romanæ* urbis obtinebant, sed vel *Latii*, vel *Italicorum* jus, quod *Romano* incommodius erat; horum autem, ut libertas major, sic dignitas amplior fuit. Etenim cum libertate proprios Magistratus, leges Senatumque retinebant, & in ipsis (ut in liberis locis) *Romanis* exulibus solum vertere permissum erat, nec ullam aliam rationem cum illis ducere, cum nec Magistratui quidem *Romano* D apud se degenti ex antiquo fœdere quicquam darent, ut planè *Sigonius* demonstrat lib. 11. cap. XIV. de Antiquo Jure *Italiæ*. At nos *Latii* jure donatos, ex *Strabone* demonstravimus, cum inter civitates *Latinas Albam* nostram enumeret.

Sigon. lib. 11. c. 14.

Attamen cum Jus *Latii* precariam suffragii lationem fœderatis solum tribueret, & nostratibus, qui viribus *Romam* auxerant, & per omnes annos tuebantur, minimè placeret; ut arma caperent occasio fuit, jamque metam operis attigisse, cum civitas sibi dari, ut pleno jure uterentur, polliceretur, arbitrabantur; sed non ita planè, siquidem *Romani* non nisi bellorum violentia adducti E ad hanc fœderis pactionem, quam semper adversarunt, devenerunt. Aegrè etiam ferebant, non solum ad civitatem cum libera suffragii latione adscire, sed & ab ipsis in Comitiis, suffragiorum numero superari, ne minus beneficii auctores possent, quam qui beneficiis aucti, neque in squitiniis vota vincerent, & quod mallent efficerent, sicque eo sunt consilio usi, ne in XXXV. tribus distribuerentur, sed ex ipsis alias octo conflarent, ut sic nullo modo vota veterum superare, sed nec æquare possent, ut multitudine novorum suffragiorum veterum civium vota non infirma- F rentur.

Quod perperam ab Epitomatore *Livii* in Cinnæ consulatu referri, arbitratur *Sigonius*; sed in Consulatu *Pompeji Strabonis* A. V. C. DCLXII. cui ultra rationes per eum allatas ex adversa Epitomatoris assertione lib. LXXIV. ut Libertini, & novi cives distribuerentur in tribus, sub præfatis Consulibus accidisse assentimus, ut primo loco de erectione in novas octo agerentur, postremo de divisione in XXXV. ad quas ut adscriberentur *P. Sulpicius* Prætor animavit, specie quidem ut suffragia in Comitiis æquarentur; siquidem

A. V. C. DC. LXII.

dem si XXXV. consensissent, nihil roboris nova afferre posse. Re vera, ut eorum auxilio partes *Marii* contra *Syllam* tueretur, qui cum expeditionem adversus *Mithridatem* (ad quam *Sylla* electus fuerat) affectaret, novorum civium votis veterum superare confidebat. Unde cum suffragium dari honorarium potius, & se deceptos esse cognovissent, *Sulpicio* novarum rerum cupido adhæserunt, qui ad eorum gratiam aucupandam, ut in veterum adscriberentur, legem tulit, quam postmodum *Sylla*, cum urbem aggrederetur, inter alia abrogavit, & quam postea *Cinna* Cos. (illo profecto ad *Mithridaticum* bellum) renovavit, ut adversum illum opem si pararet, insequenti anno consulatum gerens, ut ad sua vota *Italos* haberet, ablatam civitatem restituendi spe allexerat, ut in veteres tribus conscribere potuisset. Sic ex *Vellio*. *Vellius.*

Cum civitas *Italiæ* data esset, ut in octo tribus contribuerentur novi cives, ne potentia eorum, & multitudo veterum dignitatem civium frangeret, plusque possent recepti in beneficium, quam auctores beneficii; *Cinna* in omnibus tribubus eos se distributurum pollicitus est.

Namque pollicitationem, non nisi cum secundùm esset Consul, adimplevit, & licet jam quartùm Cons. eo interfecto, cum totius Reipublicæ onus *Carbo* sustineret, suffragium ex S. C. *Italicis* datum Epitomator referat; non scilicet eo tempore lex suffragii lata, sed tunc primùm in XXXV. jam distributos ad vota admissos fuisse *Sigonius* arbitratur; qui admodum accuratè in III. lib. hujus facti intricatam seriem denodare conatur, & ad II. *Cinnæ* Cons. suffragii jura concessa, & cui, (ut cum *Lucio Camarra* amico nostro *Theatino* patritio, in sacris humanisque literis satis versato, in sententiam eamus) non dubiè assentimus, siquidem in re, seculorum caligine involuta, & bellorum turbine (quibus non solum urbs, sed *Italia* ferè tota conquassabatur) haud certum quid veri afferri potest, & veritas in variarum rerum successibus implicata vix expiscari possibile judicatur. Siquidem difficile est vetera, ut nova promere, iisque fides ut accommodetur, enarrare ex sententia *Plinii* in principio suæ historiæ, Res ardua est, inquit, vetustis novitatem, novis auctoritatem dare, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem.

Phil. de Antiq. Italiæ.

Luc. Camarra in Thean. antiquo. *Sig.* lib. 2. cap. XIV.

Plinius in principio suæ historiæ.

Quarè cum *Sigonio*, & *Camarra* nostro, qui ex tetro oblivionis profundo vetera in lucem prodidere, assentiri melius, quam novi quicquam edere; liceat tamen non spernenda conjectura comprobare; etenim post IV. *Cinnæ* consulatum, inscribitur in fastis *L. Scipio Asiaticus*, & *Cn. Narbo Balbus* Coss. cui *Asiatico Albensis* Senatus ob meritorum gratias, quod scilicet primus in *Squitiniis* admiserit, lapidem sacravit, quem imminutum literis grandioribus insculptum in terra *Scurculæ* invenimus.

ASIATICO. C.L.V.F
SENATUS. ALBENSIS

Sicque nostratibus, hoc anno, plenum Jus Civitatis concessum, legemque latam ad populum, qua quis in quaque tribu nominatim suffragaretur; sed quam earum sortiti sint *Marsi*, nisi *Cicero* dixisset, sub involucris esset, qui sic in *Vatin.* Ast hoc de fortissimorum hominum *Sabinorum*, fortissimorum virorum *Marsorum*, & *Pelignorum* tribulium tuorum judicio notatum, ut post *Romam* conditam præter te tribulem quemquam tribum *Sergiam* perdidisse.

Ad *Marci Tullii Ciceronis* assertionem stipulandam afferimus mutilatam inscriptionem apud Castrum civitatis *Antinæ*:

Q. NOVIO. Q. F
SERG. JUCUNDO
P.M. CUR

Hanc postmodum civitatem *Romanam*, quam multis laboribus, & multo sanguine meruerunt *Marsi*, *Italique*, & armis, & populi *Romani* benignitate obtinuerant, & amissam recuperaverant, denuò *Sylla* exturbare post adeptam Dictaturam est aggressus, cum ante ne eorum arma in se converteret, prius quam *Romam* ingrederetur, non solum Jura Civitatis non abripere, sed conservare, & fœderis leges imminutas persistere promiserat, nam postmodum, qui *Marii* partes sectati fuerant, exilio, proscriptione, & morte mulctavit, nec in privatos solum odium convertit, sed in urbes, & oppida, quæ vel igne consumpsit, vel solo æquavit, vel mœnibus dejectis omni auxilii ope nudavit, unde & *Samnites*, aliique populi cum arma resumpsissent, junioris *Marii* partes fovere cœperunt, quos cum superasset, ad internecionem penè delevit, nec persecutio quievit, donec viveret, vel Magistratum gereret, siquidem vel eo deposito, vel vita functo, jam restitutum, & servatum *Italis* fuit, de quo Epitomator.

C. Sigon. A.V.C. D.CLVII.

Sylla, inquit, cum *Italicis* populis, ne timeretur ab iis velut erepturus civitatem, & suffragii jus nuper datum, fœdus percussit. Fœderis hujus memoriam in numismate argenteo, in quo cæsa porca aliquibus viris adstantibus ex una facie, ex alia inscriptio ITALIA, habetur, conservari asserit *Fulvius Ursinus* sic. Tertius tabellæ denarius quin ad *Italorum* conjurationem pertineat, dubitari non potest, de quo cum alii Scriptores meminerint, tum *Appianus* lib. 1. Belli Civilis, ex ea bellum ortum certum est, quod *Italicum* sociale, & *Marsicum* dictum fuit. Fœderis autem feriendi ritus, & *Livius* lib. 1. & *Polybius* referunt, cum fæcialis quidam, vel ictu lapidis porcam feriebat, vel cultro immolabat, proferens solemnia verba, scilicet: *Jupiter* populum hunc sic ferito, ut ego hanc porcam ferio, tantoque magis ferito, quanto magis potes, pollesque, si scilicet fœdus non servetur, de quo *Virgil. Æneid.* VIII.

L. Scipione Asiatico, Cn. Carbone Balbo Coss.

Ful. Ursinus de Antiq. Familiis.

Virgil. Æneid. lib. VIII.

Post iidem inter se posito certamine Reges
Armati Jovis *ante aram, paterasque tenentes*
Stabant, & cæsa jungebant fœdera porca.

Et si odia, & inimicitiæ indicerentur, pari ritu marem porcum mactare consuerunt, deprecationibus adhibitis; ut cum fœdus *Græciæ* Duces stabilirent, bellumque *Trojanis* aperirent, factitatum refert *Dictes Cretensis*.

Dictes Cretensis de Bello *Trojan.*

Tum communi concilio, super conditione belli jusjurandum interponi, hoc modo placet. *Chalcas* filius *Nestoris*, præscius futurorum, porcum marem in medium forum afferri jubet, quem in duas partes exsectum orienti, occidentique dividit, atque singulos nudatis gladiis per medium transire jubet, deinde mucronibus sanguine ejus oblitis, adhibitis etiam aliis ad eam rem necessariis, inimicitias sibi cum *Priamo* per religionem confirmant, neque prius se bellum destituturos, quam *Ilium*, atque omne regnum eruissent. Et si mas porcus litari non permittebatur, porca quæ succedanea, ex eo quod in locum maris succederet, dicebatur, adhiberi solebat, unde nomen fœdus sumptum, vel à fæcialibus, vel à porca fœdè occisa deductum declaratur.

Fœderatorum autem sacrificia singulis annis renovabantur, & inter fœdere junctos carnes divi-

Phœbonius.

 de-

debantur, & qui desciviffent ad sacrificia non accedebant, sic conqueritur *Cicero* pro *Sylla* de feriis *Latinis* agens. Vix jam qui carnem *Latinis* petant, inveniuntur. Cum qui *Latino* Jure donati una nobiscum bellum, aut simultatem cum *Romanis* gessissent, ad sacrificia non accederent.

Andreas Baccius de Viris *Italiæ* lib. X. Publicæ lætitiæ causam, exactis laboribus ad quieti litoris stationem, uterque populus sacrorum ministerio ostentavit ex antiquo ritu. *Romani Veneri Myrteæ* aram, templumque sacrarunt, nam post virginum *Sabinarum* raptum, cum eorum conjugio *Sabinis* sociarentur, *Veneri Clusinæ* (quod idem est dicere ac *Veneri* pugnatrici, cum *cluere*, pugnare veteres dixerint) vota solverunt. *Cluo*, pro *pugnare* est apud *Plin.* lib. 15. c. 29. Sic ut depositis armis, pacificatisque *Marsis*, solemnia repeterent, conjunctionem animorum Myrteæ significatione declararunt, sivè ea de causa, sivè quod *Quirinalis* myrtus, quæ fatidica auspicabatur, & quæ horrida & squallida nostro bello devenerat, pacis fœdere dato reviviseret, eamque *Marsiam* à nostro regionis nomine dixere, sic ex *Plinio* lib. XV. cap. XXIX.

Inter antiquissima namque delubra habetur *Quirini*, hoc est, ipsius *Romuli*. In eo sacræ Myrti fuerunt duæ ante Ædem ipsam per longum tempus. Altera patricia appellata, altera plebeia: patricia multis annis prævaluit flavente plebeia, exuberans, ac læta quamdiù Senatus quoque floruit; plebeia verò torrida & squallida, quæ postquam viguit flavente patricia, *Marsico* bello languida auctoritas patrum facta est, atque paulatim in sterilitatem emarcuit Majestas. Quin & ara vetus fuit *Veneri Myrteæ*, quam *Marsiam* vocant. Nec defuit in sacris ceremoniis nostrorum religio, quin & vota Deo præmiserit, & ad nostram usque ætatem memoria pertransiit. Est in regione parum longè à *Piscina* oppidum à *Venere* dictum, & licet tempus jam templum absumpserit, nomen tamen non abolevit, & cum eo remanent etiam antiquitatis vestigia, ibique aram Silvano fuisse sacram ex voto *T. Taledii* invenimus.

TI. TALEDIVS
PRIVATVS
ARAM SILVANO
V. S. L. M

CAPUT XI.

De Familiis, & Viris clarioribus Marsorum.

Veterum illustrium Virorum facinora notantur in fastis ad ornatum urbium, & Provinciarum, ut clariora natalibus eorum & virtute resplendeant, ità sanè *Ovidius*:

Mantua Virgilio *gaudet*, Verona Catullo,
Pelignæ *dicar gloria gentis ego.*

Inter præclaras *Marsicæ* telluris dotes, non minor est ista; siquidem omni sæculo fœcunda edidit clariores, quorum paucos ad gentis nostræ decus brevi calamo recensere est animus. De *Rheto* Rege, & *Anchilamo* filio, sicut de *Archippe*, & *Umbone* Duce jam diximus, & de *Q. Pompedio* militari gloria claro, interque *Italos* Imperatores imperterrito, cum pro civitatis jure potiundo arma sumpserint, strenua facta recitavimus, in contextu operis, & inter alios *C. Vectium Catonem* in eodem bello partes accuratissimi Ducis adimplentem, egregiis facinoribus *Pompedii* glo- *Cic. Philipp.* XII. *App.* lib. 1. Civil. Belli.

A riam adæquantem notavimus, ad reliquos tantùm manus admoveamus.

Cùm *Macedones* bello premerentur, non sustinuit *Labeo Marsus* in calamitate miseriam, sed casu dejectus equo, ne triumphum victoris ornaret, seque, filiumque morte mulctavit, de quo *Beda* sepulchrale elogium in *Salone Dalmatiæ* civitate inventum refert:

LABEO. MARSVS. QVEM. IN. CALAMITATE
MACEDONICA. PROLAPSVM. EQVO. CELER. HO
STIS. PREMEBAT. GNATUM. SEQ. GLADIO. CRV
ENTO. TRAIECIT. NE. VICTORIS. OCTAVII
B VVLTVM. SVSTINERET. HIC. EIVS. OSSA. CON
DITA. SUNT. IVNONIS. LVCIANI. SACELLO
FLAMEDIALIS. AVSTRINVM. APPLICARI. VETV
IT. CRVDELES. PARCÆ. QVÆ. NEMINI. PARCVNT
INVIDERE. MIHI.
HIC. SITVS. EST. LIGVRINVS. DOLOR. PARENTVM.

Quem *Pontanus* de Fortitudine his verbis improbat: Firmioris certè hominis erat non fugere ex acie, aut in ipsa fuga concusso equo insequenti hosti armatum pectus offerre. De *T. Hortensio Mucrone*, abrosis actibus, nomen restat in lapide propè Ecclesiam S. *Marci* in urbe:

C T. HORTENSIO. MVCRONI. NATIONE. MARSO
Q. V. A. XXXXV.
AEL. VERNVS. ARM: CVST. EQ. SING. AVG.
FRATRI. F. C.

Cæterorum fortium ducum nomina, ut arduum expiscari, ita superfluum recensere. Sat sit ad gentis nostræ gloriam eas enumerare familias præclarissimas, quæ ad *Romanam* evolarunt urbem; etenim ex *Romuli* instituto in cives ascire finitimarum civitatum familias mos fuit, usque dum *Itali* cuncti *Romanam* adipiscerentur civitatem. Ita *Sigonius*.

D Hoc autem *Romuli* institutum reliqui deinceps Reges studiosissime sibi servandum esse duxerunt, ut finitimas civitates aut vi, aut benevolentia sibi adjungerent, *Romamque* transferrent. Itaque *Tullius Hostilius* civis *Alban.* familias ejus urbis *Romam* traduxit. *Ancus Lucumanum Etruscum* in Senatum ascivit. *Priscus Sex. Tullium Corniculariu*m sibi etiam generum adjunxit; neque tamen unquam desitum est civitatem victis populis, & gentibus dari, *Italiamque* ipsam municipiis devictam quousque bello *Marsico* universa fere *Italia* civitate donata est. Quo tempore multi etiam
E nec *Italicæ* quidem gentis virtutis ergo in civitatem suscipi cœpti sunt. Ante ejus bellum inter illustrissimas urbis familias ex solo isto translata fuisse *Martia* non ab re creditur, ab *Anco Marsio* Rege, quæ postmodum subactis Regibus XVIII. consulatus enumerat, unde & *Martia C. Julii Cæsaris* Avia ejusdem testimonio apud *Suetonium* laudibus ornata. Familia *Marsica.*

Amitæ meæ *Juliæ* maternum genus ab regibus ortum, paternum à Diis immortalibus conjunctum est. Nam ab *Anco Marsio* sunt *Marsii* Reges, quo nomine fuit Mater, è *Venere Julii*, cujus gentis familia est orta. Extat in marmore in-
F scriptio ab *Ænea Vicomercato* in *Augustorum* familia relata:

D. M
MARTIAE
Q. F. CÆSAR
DICT. PERP
AVIAE. NOBILISSIMÆ
B. M. P.

Peperit & *Martium* illum vatem, qui ob singula-

Valer. Max. lib. I. cap. 6.

gularem probitatem, & eloquentiam dignus habitus fuit, ut ab Senatu ad *Persennam* Regem mitteretur, ut *Livius*, & *Macrobius* monumentis tradiderunt, & *Q. Martium* ducem, cujus orantis caput radians ex repentino per aerem igne volitante prosperi eventus in *Hispanico* bello nuntium tulit, aliosque viros, quorum ut facta egregia, ita & nomina *Romani* Historici scriptis notarunt. Quam subsecuta est *Valeria* Magistratuum insignibus clara, & sive consulares fastus, sivè supremos alios Reipub. gradus spectes, non ulli secunda, quæ ex præclaris à se gestis maximum nomen adepta est, dum ad fastum Dictatura pervenisset, in patrio solo civitatem de suo cognomine *Valeriam* dixit.

Liv. lib. XXX. & *Polib.*

Valeria familia.

Quidam miseræ plebis amator, ut ex eo *Publicola* denominari meruisset, nihil in animo habuit, quam ut illi faveret, quin & proprias ædes in medio fori positas ad illius commoda diruit, & moriens pauperibus, quos dilexerat, adæquatus publico ære impensis funeri comparandis opus fuit, ita de illa alius *Valer. Maximus* recitat, quæ fuit aliarum etiam familiarum generosa propago, cum ab illa fluxisse *Anicios*, *Flavios*, *Levinos*, *Maximos*, & *Publicolas* recitet, quorum fascis imperia illustriorumque hominum facta numerare, in immensum volumen cresceret; recurrat autem, qui in catalogo insigniorum desiderat nomina cognoscere, ad *Raphaelem Volaterranum*, & si facinora cupit, *Livium* legat. Hinc etiam *Niniorum* F. in urbe clari, quorum monumenta cum de *Transaquis* egimus, retulimus.

Volaterranus Authopolog. XX. fol. 233.

Valer. Maxim. lib. VIII. fol. 75.

Accedant etiam *Vettii* nostri indigenæ ad equestrem ordinem in urbem asciti, unus *M. Vettius Marcellus Neronis Cæsaris* Procurator, ut testatur inscriptio *Teatina*, à nostro *Camarra* relata.

M. VETTIVS.MARCELLVS.PROC.AVGV
STORVM.ET.ELVIDIA. G.F. PRISCILLA
MARCELLI.S.P.F

Plin. lib. 85. & lib. 17. c. 25.

Cujus in agro *Marrucino* olivetum prodigioso ostento in alteram partem viæ transgressum Principis ruinam præcessit. Super omnia, quæ unquam audita sunt, erit prodigium in nostro ævo, *Neronis* Principis ruina factum in agro *Marrucino Vettii Marcelli* è primis equestris ordinis, Oliveto universo viam publicam transgresso, arvis indè è contrario in locum oliveti profectis. Alter *Q. Vettius Vettianus* fœcunditate dicendi, & in foro nodosorum litigantium discriminum patrocinio notus, de quo *Cicer.* de Clar. Orat. Atque etiam apud socios, & *Latinos* Oratores habiti sunt *Q. Vettius Vettianus* è *Marsis*, quem ipse cognovi, prudens vir, & in dicendo brevis: *Q. D. Valerii Sorani* vicini, & familiaris mei. Duarum mulierum *Vettianæ* familiæ monumentum extat *Sulmone* in marmore sepulcrali:

Cic. de Cla. Orat. fol. 647.

SCOPENI
ANN. XI
VETTIA. NATALIS
VETTIA PRIMA
.P.
FATO CRVDELI. SI. QVA. EST
EREPTA. PVELLA. CERTE
EGO. QVÆ DOMINÆ
CARA. PVELLA. FVI.
QVÆ. ME. OMNES. ARTES
DOCVIT. DOCTISSIMA. CVMQVE
ESSEM. RAPTA. SCOPE. NVNC
TEGOR HOC TVMVLO.

Petrus C. de Poëtis Latinis

Addatur Oratori Poëta sui ævi præclarissimus *Nasoni* coetaneus *Domitius* nempè *Marsus*, quem in scribendis Epigrammatibus lasciva verborum licentia *Valerius Martialis* imitatus, suam in illum reponentis culpam, *Amazonidum* opus, bellum scilicet inter *Herculem*, & *Amazones Attico* dictavit metro lepore, & sententiarum sale condito, ut veteres *Persii* stylo compararint, unde non parvam laudem adeptus est. In *Melenæ* mulieris amores exardens, instar *Catulli* longo carmine illos contexit, extat *Valerii Martialis* carmen:

lib. cap. XLIII.

Tacit. lib. II. Annal. & lib. VI. An. I. & IV. *Claud.*

Nota tamen Marsis *fusca* Melena *fuit.*

Exacta Republica, imperante *Tiberio*, *Vibrii Marsi* dexteritas in rebus agendis, & in bello fortitudo enituit. *Germanici* Cæsaris exercitus in *Germaniam* legatus judicium venenationis in Principem, in illius mortis Auctores exercuit, & cum argueretur, uti adulter *Albucellæ*, quæ in *Tiberium* machinans erat particeps perduellionis, ingeniosa pensata inedia supplicium evasit, inde à *Claudio* Cæsare *Syriæ* Præses designatus Provinciarum motus dextera calliditate compescuit, ad *Cassii Longini* usque successoris adventum, quem his laudibus *Tacitus* extollit: *Marsus* quoque vetustis honoribus, ac illustris studiis fuit.

Baronius in An. XLIII. n. 16.

Hos ex antiquioribus sæculis traduxisse sat sit, nunc ex promptuario Christianæ celsitudinis, redempto jam Mundo, alios promamus; indeque initium sumimus, quo culmen dignitatis illius, quæ suprema in terris est, cælumque hominibus patere indulsit, cujus apicem ex nostratibus attingit *Bonifacius* nomine quartus, *Joanne Medico Valeriæ* nostræ civitatis germine natus, *Cisterciensis* Religionis alumnus ad Cathedram *Petri* ascendens, nobis etiam supremas honorum imagines reliquit, is ex Monasterio S. *Sebastiani* ad *Catacumbas* Monachorum Prior, in catalago Sanctorum adscriptus est.

Platina & *Ciacconius.*

Baron. An. M. D.C.VI.

Martirolog. ad diem XXIV. *Martii.*

Alter scelere clarus, quem in Cathedra Petri idolum abominationis adversus *Joannem* XXII. *Bavarus* Imperator *Ludovicus* impiè sedere constituit. Fuit is *Petrus Raynaldutius* è vico *Corbarii* in limine *Equiculorum* nobis contermino posito, qui matrimonii vinculo adstrictus, non invita uxore, minorum *Conventualium* ordini adscriptus, in rebus agendis apprimè factus, litterarum etiam scientia ornatus, ni moribus, & schismate vitam fœdasset, *Nicolai* V. nomine assumpto, postquam triennali vexatione Ecclesiam Dei lacerasset, regresso in *Germaniam Bavaro*, Comes *Berefatius Pisanus*, sub cujus tutela Imperator relictus erat, ut rem gratam Summo Pontifici faceret, illum *Avenionem* perduxit, ubi in ordinem redactus, facta in publico Consistorio solemni abjuratione, vitæ beneficio benignitate Pontificia donatus, in carcere vitam finivit. A. MCCCXXXVIII.

Platina, & *Ciacconius.*

At non minus indigenæ nostri ad urbem commigrantes patrios auxerunt honores, ad quam advenæ advenientes, nostratibus admixti, eorum nobilitatis stemmate nomen extulerunt. Siquidem ab A. C. MXXVI. *Berardorum* Comitum numerosa propago Procerum, Illustrissimarum Familiarum principia tribuens, splendorum claritate emicuit, ex *Gallico* solo adveniens, è regio sanguine exorta, ut *Alphanus* in *Azzonis* Episcopi elogio fatetur.

Istius unde Domus manavit origo Parentum,
Regibus è Gallis *linea ducta docet.*

Etenim *Berardus Azzonis* ex sorore nepos, *Franciscus* appellatus, cum *Ugone* magni nominis *Æquitaniæ* Ducis à *Joanne* XI. advocatus, associatis principibus arma ad repellendum ex *Italia Rodulphum Burgundiæ* Regis filium, qui illius regnum af-


Alphanus Archiepiscopus *Salernitanus.*

affectabat, adjunxit, sibique *Doda*, *Lindani Marsorum* Comitis filia in matrimonio copulata, Comitatus hæres, plurimorumque Regulorum pater, & protoplastus fuit; cujus nepotes magnas toparchias, obtentaque à Regibus feuda, inter se partientes, quisque ut insignia, sic ex divisa Avorum hæreditate, novum cognomen sortiti sunt; propria erant, quæ adhuc in domibus, & sepulchris, & in lapide sculpta in Terra *Transaquarum* visuntur, & talia esse, testimonio donationis Berardi Comitis Collegiatæ præfatæ Terræ factæ, qua à solutione eximit domum, in qua propria arma sunt, comprobantur; sunt nempè in parma cælesti colore tincta tres lineæ parallelæ rubræ, alia transversa ducta, & in singulorum intersecatione cochlea aurea adjuncta. Unde postmodum inde geniti fratres cum avito jure, quæsitum patrimonium inter se partiti sunt, quisque sumpta aliqua occasione agnomen novum diversaque insignia sumpsit, primæva verò solum *Rogerii* à *Transaquis*, quos fato assumptos vidimus, retinuerunt, unde non spernendum argumentum ab isto stipite fluxisse sumpsimus, quæ autem primatum ex diramatis familiis tenuerunt, Comites *Albæ*, *Celani*, de *Ocra*, à *Barilibus*, *Sanseverini*, de *Sangro* fuerunt, ultra aliæ minoris existimationis. *Celani*, qui & *Rogeroni* ex multiplicatis istius nuncupationis Comitibus inde dicti, ligone fossorio pro parma, quæ ex transverso fascia ducta signatur, utebantur, ut non solum è lapide exsculpto, in Ecclesiis S. *Mariæ de Valle* propè *Rosciolum*, & S. *Joannis in Celano*, & apud *Castrum vetus* in *Superequo*, sed penniculo delinito in Cappellis ipsorum inspicitur, quæ *Scipio Ammiratus* *Sanseverinis* attribuit cum diversa fere sint; eorum enim in alba parma rubea fascia secatur, cujus Illustrissimæ Familiæ germen ex isto proveniens stipite, à *Rynaldo* Cruce signato in *Hierosolymitana* expeditione à *Boemundo* Duce *Viscardo* cingulo militiæ signum accipiens, posteris transmisit, ut *Scipioni Casellæ* placet, qui ut optimæ originis nomen æternitati darent, civitatem condentes *Marsicum* nominarunt, aliudque oppidum successu temporis excitatum de eodem nomine, *novum Marsicum* appellarunt, ut ex *Ammirato*, qui primordia familiæ, & ad supremos dignitatis honores evectionem recenset. Cæterum *Barilium*, & *Sangrorum* progenies *Longobardorum* more ab oppidis, quibus dominati sunt, nomen sumentes, vetus cognomen & arma abjecerunt.

Et cum in schismate *Anacleti* istius familiæ proceres *Innocentii* II. partes foverent, quò faciliùs adversariorum evitarent incursus, loco insignium charactere hoc uti cœperunt, unde *Caraptolorum* progenies in *Alba* illustris viguit, cujus modò ultimum tenet locum *Berardina* ex *Pompejo* filia nobis sanguine juncta, cujus morte Comitum linea in *Marsis* extinguitur.

Scipio Casella de Familia *Caraptolorum.*

Arma verò, seu Insignia, quorum supra mentionem fecimus, hic exprimenda curavimus.



At qui colorum varietas typis evulganda non datur, in iis exprimendis eo linearum ordine usi sumus, quem *Pompejus Sarnellius*, vir cum juris utriusque laurea decorus, & Protonotarii Apostolici dignitate exornatus, tùm omni scientiarum genere cumprimis eruditus, ex quibusdam M. S. C. *Francisci Menestrier* Presbyteri S. J. edocuit nempè; quod cæruleus color, sivè cælestis, quem *Italorum* vulgus *azuro* appellat, lineis (≡) fasciæ instar parmam cingentibus, ut in primi, & secundi suprapositorum apparet, denotetur. Rubeus, lineis à summo ad imum ductis Pali (|||) instar, ut in primi, & secundi transversis, quas *barras* vocant, tertiique fascia est videre. Aureus punctis (:::) exprimitur, ut Cocleæ primi demonstrant. Argenteus nullam admittit lineam, sed albam retinet parmam, ut in illa tertii apparet. Viridis acutorum accentuum instar à summa ad imum angulum lineis ductis, innotescit. Purpureus verò gravium sequitur normam. Niger tandem vel cancellatis lineis, vel sua ipsius atramenti nigredine se notum facit. Hæc obiter dicta operæ pretium existimavimus, ut rerum varietate lectorem fastidio levaremus. Ast ut ad rem propositam redeamus;

Cum non defuerint qui S. R. E. Cardines, purpuraque insignes honestissimam patriam honoribus cumularint; quos *Marsorum* regio Purpuratos peperit, eorum nomina in catalago recitabimus. Illi fuerunt *Benedictus* XVIII. *Cassinensis* Monasterii Abbas, *Amatus* à *Benedicto* IX. anni MXL. *Theodinus ab Alexandro* II. anno M. LXXII. *Gerardus*, qui & *Leo*, anno M. XCVI. *Theodinus ab Urbano* II. Alter *Leo* Bibliothecarius, & Chronicon *Cassinensium* scriptor anno M. C. V. *Roscemanus* à *Paschali* secundo Diaconus Cardinalis Tituli Sancti *Georgii* ad *Velabrum*. Sanctus *Berardus* Presbyter Tituli Sancti *Grisogoni*; anno M. C. XXX. Sanctus *Baldouinus* anno M. C. XXXX. *Rinaldus* anno M. C. XXXVII. & *Theodinus* anno M. C. LXVII. *Joannes de Pontibus* ab *Eugenio* IV, de quo alibi, quorum Elogia, & per gradus virtutum ad culmen tantæ dignitatis evectio apud *Alphonsum Ciacconium* leguntur. Sat sit nobis nomina enuntiasse.

Novissimè nostrorum auxerunt honores duo inde exorta sidera, quæ universum orbem illustrarunt. Eminentissimus *Cæsar Baronius* unum, materno nostro genere, ex *Portia Phœbonia* laudatissima fœmina natus, cujus ut præclarissimi ingenii dotes Annales Ecclesiastici ab ipso insudati, ita sacrarum virtutum laudes plenæ scribentium paginæ testantur; cui copulatur *Julius* Eminentissimus *Mazarinus* mundo in civitate *Piscina* datus, unde primam vitalem auram hausit, & infantiles annos duxit, ad supremam in Aula *Galliarum* Regis dignitatem provectus, anno 1661. magno Christianæ Reipub. damno post fœdera inter *Hispaniarum Francorumque* Reges, matrimonio stabilita, ad cœlum evolavit, cujus facinora præclara, & gloriosos triumphos enarrent qui præsentis temporis historias texunt, nobis sufficiat ad nostræ gentis coronandos honores enarrasse, quod hic natus, & sacri baptismatis unda in Cathed. Eccl. renatus, nomen *Julii Raymundi* sortitus, ex duobus aliis suæ familiæ clarissimis viris, quorum prior militiæ gloria clarus, posterior religione, quippe qui S. *Ignatii* Santissimæ Societatis nominis *Jesu Institutoris* alumnus, & consocius, & scientiarum professor, & verbi Dei præco notissimus fuit.

Cum qui infulas Episcopales ex nostratibus in propria sede susceperunt, Catalogo adnotaverimus, quos alibi cathedræ honores arrepserint annecte-

nectemus. Quorum *Odoritii* Comitis *Marsorum* filius *Trasmundus* ex *Tricaricensi* ad *Valvensem* Ecclesiam translatus unus fuit, de quo, & aliis infra dicendis apud *Ughellium:* alter D. *Petrus Jannetella* de *Aggello* congregationis *Cælestinorum* M. CCCIII. Episcopus civitatis S. *Angeli Delombardi*, & *Rinaldi Marsorum* Comitis filius *Augustinus* ad Cathedram *Narniensem* An. M. CCXXX. evectus est. *Joannes Baptista de Pontibus* à *Curcumelo Bitontinæ* Ecclesiæ præfuit A. M. CCCCL. Inde *Angelus Maccafanus de Pereto* primus *Anxanensis* Episcopus A. M. DXVI. *Berardinus*, & *Jacobus Silverii de Celano* ambo *Aprutini* Episcopi, unus anno MDIII; alter An. MDXII. *Alexander Argolus à Talleacotio* Episc. *Terracinæ* Ann. MDXXXIV. *Cæsar Petius de Celano Valvensis* & *Sulmonensis* An. MDCXXI. *F. Propertius Resta à Talleacotio Cariaten.* Episcopus An. MD.... & alter *Alexander Argolus Verulanus* An. MDCL. & hos in compendium Ecclesiarum Præsules numerasse sufficiat, ut ad diversarum scientiarum scriptores orationem vertamus. Primum in ordine præponam *Leonem Hostiensem*, qui ad natalium, & dignitatum splendorem sapientiam adjunxit, Sacri Monasterii *Cassinensis* Chronicorum scriptorem: inde B. *Thomam à Celano*, ordinis *Minorum*, qui vitam S. *Francisci* primus sermone polito scripsit, & varia digna opuscula reliquit, & ejusdem Terræ, & Religionis alterum Sacrarum Theologicarum quæstionum dictatorem, F. nempe *Bonaventuram*, quem sequuntur duo fratres *Petrus*, & *Paulus Marsus de Cæsis*, quorum in *Silium Italicum*, inque *Ovidii Nasonis*, & aliorum Poëtarum, & Oratorum libros extant commentaria, & de Immortalitate animæ ad *Raphaelem* Cardinalem *Riarium* oratio. Scripsit de Philosophia & Medicina insignis Doctor *Antonius Gattus de Ortucchia* de Cometis tractatum, & *D. Felix Nola de Alba* rethoricas directiones, & *D. Petrus Rocchus* de *Scurcula* in dogmatibus *Galilæi* Apologicum, & alios plures philosophicos discursus, & *Andreas Argolus de Talleacotio* Ephemerides, & Tabulas primi mobilis, & de Diebus Criticis, & alia complura, & *Joannes* ejus filius *Endimionis* fabulosos amores *Italico* metro edidit, & de Gladiatoribus pluraque alia, inter quæ Græcæ eloquentiæ Rudimenta morte interceptus reliquit, & *Propertius Resta* Episcopus de Vera, & Falsa Sapientia, & illius nepos *D. Franciscus* ex Clericis *Minoribus*, de Variis Aeris, Aquæ, & Ignis impressionibus quæstiones, & ne in enodandis legum anfractibus scriptor deesset, *Joannes Grandis* Avus noster maternus in regiam sanctionem facultatis procedendi contra Exules praxim edidit, & postremus *Franciscus Capotius à Talleacotio* duodecim *Cæsarum* imagines in *Agrippina*, quam polito stylo nostro idiomate edidit, & descripsit.

FINIS LIBRI PRIMI.



HIS-

HISTORIÆ MARSORUM LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

De Lacus Fucini *denominatione, deque Piscium, Avium, Herbarum, & Piscationum generibus.*



EX *Apennini* jugo, qui ad nos se extendunt montes, brachia ab ortu ad occasum dilatantes, amplæ planitiei sinum aperiunt, quam sua in altum culmina extollentes circumferentesque dorsum sæpiunt, efformantque oblongum planè Theatrum, siquidem *Piscina* à *Talleacotio* XX. mill. pass. elongatur, & quà latitudo, XII; transcurrit autem qui ab austro ad meridiem vergit ab *Angitia* silva notus mons, planumque intersecat hinc dilatando sinum ad campos, quos *Palentinum* vocitant, pedem propè oppidum *Cappellæ* figit 11. mill. pass. à *Scurcula* distans, cui adjungitur alter, qui à *Talleacotio* eò versùs extenditur, jugumque extollit ad altitudinem, parumque solùm se flectit, quo aditus ad vallem *Rubeti* aperitur, iterumque surgens curvatur, quousque illi jungatur non longè ab eo, cui à *Pinna* nomen est. Intersecatur valle protensa longitudine, quæ ab ortu solis hiberni initium sumens, supra se montes habet vastissimos, qui *Marsos* à *Volscis* dividunt supra vallem *Collis longi* ab *Aciretta* angusto principio; sed cum descendit, æquali ampliatur tractu, triangularem propè oblongam formam retinens, si à priori angulo ad basim spectetur, quæ à *Transaquis* ad *Vallem* de *Candelicchia* ducitur.

Ex illo, cui nomen *Grattella*, dirigitur *Carbonarius* ad lacum usque radices figens ad VIII. ferè mill. in longitudine, ex altera parte *Archipretæ* vallem prospiciens. Ex adverso transacto spatio alia spectatur vallis, quæ inter montes S. *Nicolai*, & *Carcis* initium sumens transverso inflexu divertitur, & propè *Reate* terminatur, per quam saltus amnis perfluit usque quo *Velino* jungatur, illiusque nomen assumat. Formam tandem æquali proportione non retinens; siquidem qui à montibus consurgunt colles aut arctant, aut extendunt.

A *Piscina* ad *Celanum* elevantur aliqui ad inhabitantium incolarum delicias, sunt in illis *Collis Armeli*, *Circulum*, & *Agellum* sita oppida, qui parumper à terra elevatur, & à monte *Tino* ducitur, *Celanum* continet, à quo evellitur alter, qui angustum, brevemque transitum ad planum præbet; mons ipse *Rupes Cervaræ* (in quo *Paternum*) appellatur, in ipso planè inter lacum, & montem *Velinum* intumescit in alium collem Terra, in quo *Alba* antiquissima civitas, & in radice Pagi multi, & non longe ab illis *Malleanum*, de

A quibus, & aliis oppidis, quæ sunt circa planum, suo loco dicemus.

Continet hæc in ipsius recessu cum deprimendo inclinatur ab ortu ad austrum lacum propè montes, cum aquæ in montibus gignantur, atque sic in propinqua loca depressa defluunt, cujus quidem aquis non minor pars superficiei adumbratur adeò amplè, ut Pelago comparetur. *Strabo* lib. V. Prope *Fucinus* est lacus longitudine par Pelago, is *Marsis*, & vicinis maximè omnibus usui est. *Strabo lib. V.*

Non fabulosè ortum, ut vulgò fertur, sed ab omnipotente Opifice, qui cælum, terram, mare ex nihilo ad esse produxit, in ipsa rerum productione efformatum; sic enim fabulosus noster Poëta:

B *Addidit & fontes, & stagna immensa, lacusque,*

ut pulchrior varietate, & commistione rerum moles terrestris Mundi hujus ostenderetur, & ex vicissitudine utilitas caperetur; ut enim in Mari solidas insulas ex terræ insurgentis tumore producuntur, sic ut vicem quodammodo mari terra redderet, in ejus sinu lacus quasi liquidæ insulæ procreantur, sivè ex aquis imbrium, ex cælo influentium in procliviorem locum, in unum exoriantur, sivè ex illis, quæ faciem terræ rigant, & quo aditus præcluditur, in unum coeant, sivè ex cavernis, antrisque, quæ in media terræ regione consistunt, per poros, meatusque aer inclusus in aquam frigiditate terræ vertatur, & vi calidi, siccique cogitur ut exprimatur, & quemadmodum ex humano corpore per poros, & venas ad vulnera sanguis, & lac ex mammillis exprimitur, sic & generatus humor ad irrigandam terram insurgit in rivulos, fontesque, & in humiliorem locum prolabentes stagnentur in lacubus, sivè etiam, sacrarum paginarum testimonio, ex cuniculis per canales subterraneos ex mari dispensentur aquæ per universum, & unde exeunt flumina, inde revertantur, ut iterum fluant, ex omnibus istis possibile est gigni in excavata planitiei parte, & quæ à cælo per montes nivibus resolutis, & quæ per rivulos desuper irrumpentes, & quæ ex laticibus proveniunt, in unum confluant, ut inferius dicemus. Nomen illi *Fucinus* indictum, sic *Strabo*, & cæteri, & *Martialis* Epigram. XXVIII.

Cic. de Nat. Deorum lib. II.

C

D

A

Fucinus, *& pigri taceantur stagna* Neronis.

Siquidem pulchritudine ornatur eximia, tum aquarum limpidissimis undis, tum situs perspectu, sinusque nitore, in quo non limus sordescit, sed ita clara, & dealbata splendescit unda, ut quicquid superponitur effigiatum reddat, ut ex hoc Etymon nominis sumere persuasum habeamus, fucare enim est pingere, *Virgil.* 2. *Georg.*

Assyrio *fucatur lana veneno.*

Virgil. 2. *Georg.* Et *Silvius* 4.

Stat fucare colus, nec *Sidone* vilior *Ancon*
Murice nec Libyco....

De quo etiam ab utroque laudatur. *Virgil.* 7. *Æneid.*

——— *Vitrea te* Fucinus *unda.*
Te liquidi flevere lacus.

Et *Silv.* 4.

Jamque dedit letho Stimium Laurum*que* Demopte
Collinum gelida, vitreus quam Fucinus *antro*
Nutrierat, dederatque lacum transmittere nando.

Pompejus Sarnellius in epigr. Et venustissimè omnium *Pompejus Sarnellius* in eo Tetrasticho, quo in quandam, *Fucinam* dictam, invehitur:

Fucina *cur ferris? vitrea si* Fucinus *unda*
Ut verè est, pandit, quod fugis ipsa, sinum.
Ergo vel nomen, fictos vel pone colores,
Fucinus *impuram ne lavet, atque levet.*

Ita quidem clara, ut in eo non sit quod objectum oculorum offendat, quo minùs quæ in fundo jacent aspiciantur; hinc meridie lucente Sole, & nocte plena Luna, tridente, seù fascina jaculari in pisces circa litora Piscatores solent, quos tintinnis remi, alteriusque generis ligni allectos feriunt, & reti intercludunt, quod jactant. Hunc *Lycophronus* antiquus Poëta *Græcè* canens, *Phorcum* seù *Forcum* appellat à *Phorco* fortè Marino Deo, à quo duxisse originem *Rhætum Marrubiorum* Regem, ex *Alexandro Polyhistore Servius* scripsit; cujus verba *Cluverius* refert dum loquitur de posteris *Æneæ Romam* in *Latio* conducturis. *Servius ad Æneid lib.* X.

Plurimum celebratam in bellis patriam
Per posteros ædificabat felicem
Arcem, altasque juxta Circei *sylvas,*
Portumque Argos *inclytum* Æeten *magnum;*
Phorcique Marsici *lacus latices.*

Hunc Recentiores (*il Lago di Celano*) nominare malunt, est igitur in tanto ambitu, & amœnitate, ut quæ partim collibus, partim lata planicie circa, & ultra eum distincta, multisque ceu corona magnis oppidis, & castris conspicuus, & salubritate perennis auræ reddatur; ab ortu ad austrum (quò vergit) perpetuo, sed lento in humiliorem depressioremque locum discurrit fluxu, ex quo voragines aliquæ, unde dulcis, & suavis ad potum aqua, & qui *Transaquæ* lucum & *Ortuculam* incolunt, sitim explent. Est etiam lotione salubris; curat enim scabiem, aliosque morbos, qui ex hepatis inflammatione proveniunt. Causæ autem bonitatis sunt motus, & flumina quæ in eum intrant, undè cum impigra maneat unda, nec pinguedine terræ maculetur, nec venenosa animalia gignat, miræ bonitatis prædicatur, & veteres inesse numen credebant. Unde *C. Gavius* ei votum solvit, de quo lapis in prædio *Piscinæ*:

C. GAVIVS. H
F. C. VEREDVS
G. F. MESALLA
FVCINO V. S.
L. M.

Optimis abundat piscibus, quibus *Roma*, *Latium*, & omnis circa regio ad LX. & ultra mill. pascitur, licet non sint diversarum specierum, in propria tamen multiplices sunt, ut tinchæ, & scardulæ, quæ instar tincharum optimæ, & magis sanæ, parvæ nec sapiunt, nec nutriunt, *Laschæ*, quas antiqui vocant *barbos*, qui octo alas habent, cum cæteri quinalarum sint, de quibus *Plinius* lib. IX. cap. IX. *Plin. lib.* IX. *cap.* IX.

B

Ideoque pinnarum quoque sunt discrimina, quæ, pedum vice, datæ sunt piscibus, nulli supra quinas, quibusdam binæ, quibusdam trinæ, aliquibus nullæ. In *Fucino* tantum lacu piscis est qui octonis pennis natat. Horum omnium maximam copiam nutrit, & vectigalium quæstus quotannis ex tertiaria piscationis Dominis lacus duodecim millia scuta facit. *Tructæ* etiam aquas tranant, sed perraræ, & quæ ex fluminibus in lacum intrant; cancris etiam abundat. Sunt & in eo tellinæ, & cochleæ, quæ licet palato non displiceant, non tamen eduntur.

C

Non desunt tamen aliqui dumosi, qui vepres, spinasque per omnes latus acuunt, cum stringuntur, alioquin arma celant. nutriuntur & in aquis sorices, qui retia plurimum damnificant; & canis non sicut marinus, sed parvus, cujus morsibus & piscatores, & pisces læduntur, cui additur *Etrica Vulpi* similis, & mordax, nec ad cibum, nec ad aliud valet, est pellis in pretio tantum. Quod deest in genere piscium supplet in avibus, sunt enim triginta ferè specierum. *Anas* duplicis generis, *Ceneriecius* avis marina, *Quatuor oculi*, *Pica*, *Rosciolus*, *Cavabricius*, *& Gozolus*, quæ herbis nutriuntur, nec acuunt rostrum, sed remissum, & planum instar cochlearum habent, præter has, ut *Fulices*, *Tuccanes*, *Loda*, *Sulmuccius*, *Anser*, *Pavonella*, *Sterlicus*, *Pizzarda*, *Corvus*, *Strufolonus*, *Piscare*, *Cucchiarella*, *Sporcellina*, *Coturnix*, *Cannarola*, *Capo*, & *Arx* sivè *Ciconia*, quæ pisces edunt, & rostrum rotundum, & acutum habent. Capiuntur in hyeme *Fulices*, cæteræque in tanta copia, ut sale & fumo servare necesse sit. *Olor* quandoque non deest.

D

E

Est & alia avis, quæ *Devorus* nuncupatur, *Olore* major, albi pariter coloris, sed rostrum satis amplum, & jugulum habet; non canit, sed per arundineta discurrens, stans supra undas rostroque plaudens, quod apertum immittit in aquas, omnemque flatum emittens vocem horrendam resonare per omne litus facit, quam mali nuntiam veteres crediderunt, quamque *Matthiolus Sassiphragum*, seù *Olinam* dicit.

Est etiam in eo herbarum copia, quæ ad cibum avium, & medelam valent, & sunt *Fraxus*, seù *Verbascum minus*, *Falasca* seù *Alga*, aut potius *Ulva*, cum illa Pelagi sit.

F

Alga natat pelago, sed nascitur ulva palude.

De qua *Virgil. Æneid.* VI.

Tandem trans flumen incolumes vatemque, virumque
Informi limo, glaucaque exponit in Ulva.

Sanguinaria seù *Polygonum aquaticum fœmina. Lysimachia* quæ frondes instar salicis, & florem rubrum habet; *Feniculus*, qui *Mirophyllum*, seù *Millefolium aquaticum* vocatur. *Turronus* seù *Muscus aquaticus* illius generis similis massæ sericæ viridis

ridis coloris; *Cauda Vulpis*, seù *Equisetum* duarum specierum, *Platanus* seù *Nymphea*, aut *Nenuphur pedis* rubea seù persicaria, aut *Hydropiperum aquaticum*. Sunt & aliæ, quas vocant *Pilus*, *Plumula*, *Cardellus*, *Salvestranus*, & *Gramen aquaticum*, & *Canepa*. A

Navigiis aptæ sunt aquæ, licet tenues, nec magnarum navium pondera patiantur, attamen biremes, quatriremes, septemremes, & quæ majores sunt, noviremes longitudine ultra LX. palm. non istar illarum quæ mari usui sunt, sed quæ puppibus, & quibus vice timonis remus à ductore adhibeatur, non sustinent vela.

Quæ Piscationi inserviunt, varii sunt generis, B præcipuum est, quod retiaculis fit, quorum maximum *Tracta* vocatur, cujus cum ministerio noviremes adhibentur, sic à trahendo dicta est, & alia ejusdem speciei, sed brevior, quæ *Pandera* dicitur, & post tractam jacitur, ut si qui evaserint capiantur, quibus toto anno piscatur, & rarò intermittuntur.

Æstivo autem tempore circa litus retiaculis ex *Trasimeno* lacu adductis piscatur, quorum ima frequentibus plumbi calculis, & superiora suberis frustis, illis ex adverso oppositis, sustentantur, sunt & aliæ retium species, quas omittimus, ut alios piscandi modos referamus, qui non solum C retibus, sed etiam sine illis perficiuntur.

Eodem tempore ex fascibus viminum aggeres struuntur in aquis, partim ubi in universum majores sunt, partim ubi tenues; singulis illorum frequentibus palis ligneis ad terram fixis, & supra aquas erectis vallantur, ne tempestatibus dispergantur, & quæ in profundiori lacus sinu sunt strues, nunquam dissipantur, sed singulis annis, novis superadditis fascibus, conservantur, quò pisces cum horridam sentiunt hiemem, circa autumni finem recondantur, in utrisque ars piscandi non eadem; siquidem in illis primi generis retia in modum cocullorum piramidalium effecta, latum aditum, sed per insidias difficilem exitum D habentia applicantur. *Martanella* à *Lacu Martis*, à quo sunt mutuata, appellantur, & frequenter palis qui circumcirca sunt, aggeri alligantur, ut cum extra vagant pisces capiantur; & ex eorum frequentia *li Spissi* nomen acceperunt, quò quotidie, dum frigus urget, illic navibus acceditur, ut capti extrahantur.

In alterius generis struibus non ita, sed panno raris filis contexto, quasi spissiore retiaculo longitudine CCC. palm. & latitudine XXX. vallantur, cujus extremam partem palis confodiunt in imum lacum, altera extenditur ad superiora extra aquas, unde extractis fascibus intus jacitur E rete, quod *Sciabaco* vocatur, & intercepti pisces capiuntur.

Quæ sine rete fit piscatio est nassarum ex viminibus confectarum ad numerum ferè CCC, & ex illis sic unitus strues conficitur, quam primo vere in profundum aquarum dejiciunt, redeunte autem tempore resolutis jam ligaminibus, fractisque sigillatim expiscantur, in quibus piscium omnis generis copia reperitur.

Hamo calamo appenso non piscatur, sed ad filum per longum applicantur multi, & ad alliciendum pisces vermes adduntur. F

CAPUT II.

De Ambitu lacus.

Cum non exundat, intrà ferè XXX millia passuum se colligit, elongatur ferè ad X. ad totidemque, ubi major est latitudo, dilatatur, & ubi minor est, intra IV. continetur.

Non habet perfectam formam, sed aliquos vortices, in quibus in angulos dilatatur, prout planicies ipsa, in qua jacet, sinum accommodat. Campos illos inundat, qui circa montes *Marsorum* sunt, & in australem plagam totus residet, ab oriente vallem *Archipretæ* habet, in qua præcipuum angulum in gubitum extendit, & insulam *Ortucchiam*, quam Alicarnasseus *Issam*, Paulus Marsicus *Ortygiam* appellat, in medium claudit, ubi oppidum ejus nominis, non siquidem semper in insula, sed tantummodo dum aquæ extenduntur, cum autem retrahuntur, sicco vestigio ad eam itur, parvumque spatium ex ista parte cultoribus relinquit in plano.

Alium angulum non tam latum prorumpit in agros inter *Paternum* & *Celanum*, ripamque ex inde parum incurvat circa jugera *Avellani*, & fluctibus percurrit ad radices montis *Pennæ*, quem abrodit, & nulli alii monti jungitur quam ipsi, & *Carbonario*, relinquendo ex alio latere latam liberamque planiciem, quam incolunt *Celanenses*, & *Piscinates*, litus hoc parumper dilatando, undas in duos vortices immittit, quos colle interjecto ab aquis separat, quique veluti portum navigantibus constituunt, non longè à *Transaquis*.

In primo vortice collis extenditur ad CC. pass. & albis lapillis totus cooperitur, quos venti tempestate coacervant, nec in illo foditur terra, nec ad segetes aptus, sed *Bacchi* tantummodo munera refert, cum vites, & vineas nutriat, quæ licet non ulmis, palisque jungantur, sed tralices serpunt, uvas tamen, vinaque dulcia promunt. In isto vortice est palus, cujus solum, cum decrescentibus aquis in sicco remanet, uberem segetem, & fructum vigesimum penè reddit.

Alter non tam latum spatium occupat, & profundiores aquas habet, nec terra, cum siccatur, coli serique potest. Sunt & alii in litore vortices, qui modò apparent, & modò cooperiuntur aquis profluxus, effluxusque extensione, & remissione; in vorticibus istis naves appellunt, & iram Aquilonis effugiunt, & quò nauta, remigio lassus, fluctibus ne obruatur dum tempestas inundat, resilit.

Profunditas, sicut & circuitus, inæqualis, multisque in locis terra elevatur, & colles insurgunt, qui aquis operiuntur, & quæ in ipsis efficiuntur valles, ad palmos L. in profunditatem sinus protendunt, ut propè montem *Pennæ*, & in valle *Archipretæ* non longè à S. *Manno* ad palmos XXXVI; & hæc est maxima profunditas, in universum aquæ minores sunt.

Et cum tantæ sit magnitudinis, & regio ipsa sub placida cæli regione sita, & ventis ex omni terræ plaga apertus aditus pateat, rigidis tamen Aquilonis flatibus obrigescit, & condensatur in glaciem aliquando totus, & tali densitate, ut ab uno ad alterum litus homines, & jumenta onusta oneribus pertransisse perhibeantur. Sic enim contigisse anno MCLXVII in chronicis *Joannis de Cenano* habetur. *Apud Ughellium in Italia Sacra.*

Qui, in hoc anno, inquit, pluit ab VIII. Kal. Aug. sæpius usque ad V. Idus Novemb. postea non

non pluit usque ad XII. Kal. Februarii, & flabat ventus Aquilo, eratque frigus tam forte, ut sata non nascerentur, & stagna coagulabantur, & *Lacus Fucini* penè totus ita glacie coopertus fuit, ut super eo ad alteram partem homo transire posset. Quod non semel accidit, præsertim anno MCCXXV. Iterum, ut fertur in chronicis *Riccardi de S. Germano.*

Hoc anno MCCXXV. lacus *Marsius*, qui *Fucinus* dicitur, usque adeo obriguit, ut homines in eo desuper ambulantes boves traherent cum trabibus, & aliis lignaminibus necessariis ad cognam.

Et sub ætate Avorum sunt, qui sicco pede per medium pertransisse ad strues jam relatas ad capturam piscium referant, & per plures dies piscationem per solidam glaciem ambulando extruxisse, quod & hac nostra ætate pluries contigisse prospeximus, non tamen in totum glacie coopertum, sed in aliqua sui parte ita solidatum, ut deambulantibus præberet iter, & lusoribus palestram ad ludum casei, & sphærici ligni contigisse refert *Baccius* de Vinis *Italiæ:* anno MDXCV. ut supra hominum memoriam ita insolitis modis conglaciarit, ut vecturas, & currus transitum sustinuerit, ut & aliis *Italiæ* lacubus eodem anno accidit.

Et non multis ab hinc annis, cum pariter glacie densaretur, & cum Piscatores naves supertraherent, & ubi per minarum densitatem liceret, frangerent, ut in piscium captum irent, surgens Aquilo naves in glaciei frusta ita impulit, ut penitus quassaret, & remigantes omnes fluctibus abluerit, eorumque audaciam fregerit.

CAPUT III.

De Magnitudine præsenti, & præterita.

NOn tamen semper eodem calamo metimur aquas, nec litus idem, sed diversum pro excrescentia, & diminutione, siquidem dilabuntur modò longe per planiciem, modò se retrahunt, non ex aliqua apparenti causa, cum quidem alveum depressiorem fontibus habeat, ut impleri ad summum difficile foret, etenim quæ ex montibus influunt, in humiliore sinu se continent, attamen licet non impleatur, ampliatur quandoque & extenditur nulla habita ratione temporis, ut *Petrus Marsus* affirmat, sed prout ex causis, quas nectemus inter fluxus, causatur, eademque vicissitudine campos, quos cultoribus aufert, pinguiores, aut steriles relinquit, prout ventorum exagitatione abrodit, aut alluvione ditat; illos etenim, qui aquilonaribus flatibus objiciuntur, congerie lapillorum, quos impetu adducit, vastat, non ita aliis flatibus, sed pinguedine auget, sterilesque fœcundat, incrementum autem hoc usque ad montana aliquando prospexisse *Strabo* affirmat. Memoriæ proditum est, nonnunquam usque ad Montana crescere, interdum autem rursus decrescere, ut mersa prius lacu loca desinentur, & agricolationem Rusticis exhibeant. Quod, & an sit verum, ante emissarium *Claudii* ex parte dubitatur, etenim quam absumpsit *Valeriam* civitatem, & cujus modò partes madefacit (si tunc extabat) utique remissiorem fuisse profitendum; attamen ex non parvi momenti rationibus, aut non extare, aut tunc penè insurgere cœpisse, affirmandum.

Petrus Marsus ad VIII. Sil. Ital.

Strabo. lib. V.

Pluries siquidem inter nostrates, & *Romanos* exorta fuerunt bella, & toto illo tempore, quo *Patavinus* suam historicam narrationem extendit,

A licet multa minoris æstimationis *Marsorum* loca recenseat, de illa nunquam loquitur, & in illo memorabili, quo tota exarsit *Italia*, nostrorum conspiratione exortum, tantæ civitatis *Pelignis* conterminæ, in qua majus robur ad opus perficiendum esse debuerat, nulla refertur memoria, nec apud *Alexandrinum*, qui diffusè seriem belli scripsit, nec apud *Florum*, *Eutropium*, cæterosque Historicos; nec credibile est, in tanta rerum mole *Valerienses* in somno jacuisse.

Accedit quod *Plinius* nec illam inter nostrorum loca recolit, nec ante *Strabonem*, qui tempore *Tiberii* scripsit, qui de illa loquatur invenimus, & licet prævenerit *Claudii* Imperium, & quod eo imperante extaret, cum ex alio extitisse non constent ejus primordia, circa hæc tempora sumpsisse principium, probabile est, & præcipuè quod non aliunde, quam ex via, sic dicta, nota tunc fuerit. Sic *Strabo* lib. V. *Strabo. lib. XIII.* B

Cæterum *Valeria* à *Tiburtinis* capiens initium, & *Marsos*, & *Corfinium Pelignorum* Metropolim. Non tamen, & nomine, & magnificentia civitatis illustrata erat, ut de ea scriptores dicere aliquid impulerit, ut adaucto tempore successit. Imò cum *Claudius* ipse viam straverit, quæ vix ultra M. pass. ab illa, separabatur à *Corfinia* parva, & vix nota civitas initium duxit, cum alioquin ex *Valeria* uti illustrior, & amplior incipere debuisset, si tunc nota foret. C

Verum cum lacus effluxus perpetui non sint, nec uniformes, latiorem alveum tunc non habebat, licet non minorem, quam hodie, extendisse autem undas ultra *Valeriam*, planumque plenè totum occupasse, & obruta loca circa ipsum, & cum de illis agemus dicturi sumus, & aliæ rationes nobis testantur; ostendunt hoc in primis riparum aggeres, qui in campos *Albenses* modò insurgunt, de quibus *Petrus Marsus* loco citato sic ait:

D Aqua *Fucini*, qui quondam excrescebat in campos *Albenses*, ut vetus ripa ipsius testatur, occupabantur vicini agri incrementis aquarum, quæ per VII. annos fiebant.

Et ad hæc nostra tempora permanet, quæ quantus aliquando fuerit ostendit; extendebatur ultra hanc nostram patriam ultra D. pass. in loco hodie dicto *Il colle di Cesolino.* In quo cum plantarentur vineæ in sinu terræ & chocleæ, qui in lacu sunt, & navium fragmenta inventa sunt, ultra lapillorum aggeres, qui continuatè extenduntur ad campos præfatos & ultra, & modo distat ab illa per cIↃIↃ; & in aliquibus locis E CCC. mill. pass. Lacus ipse in antiquis æstimis ripa *Marcelli* inscribitur, forsitan à *M. Marcello*, qui cum esset Cos. una cum *Q. Fabio Marc.* A. V. C. DXL. & *Tiberis* excrescentia, urbem, agrosque non sine hominum, pecorumque jactura vastasset, ad has partes accesserit, ut causam incrementi prænoscens ex extensione lacus devenire, aliquid circa ripam gesserit, ut ab eo postea denominationis auspicium sumpserit, de qua inundatione sic *Liv.* lib. IV. Belli *Punici.* *Liv. lib. IV.*

Aquæ magnæ, & nives eo anno fuerunt. *Tiberisque* agros inundavit, cum magna strage tectorum, pecorumque, & hominum pernicie. F

Et etiam longius excurrisse aliquando ostentorum portento refert *Tullius* Obser. de Prodigiis. *M. Æmilio*, & *L. Hostilio Mancino* Coss. A. V. C. DCXVI. Lacus *Fucinus* pro millium passuum V. quoquo versum inundavit. Et ut antea, sic & modo auget, remittitque aquas non ad priorem illum terminum, cum diversione Emissarii, à *Claudio* confecti, prohibeatur, attamen anteactis sæculis ab uno ad alterum extremum, *Tul. Obser. de Prodigiis.*

mum, quo *Valeria*, & *Pinna* civitates aspiciebantur, aquarum profluvio exuberans, illas assumpsit, retinetque modo ita ut.

Si quæras Helicemque, *&* Buram Acheides *Urbes*,
Invenies sub aquis, & adhuc ostendere nautæ
Inclita multa solent cum mœnibus oppida mersis.

Et in hoc, quo vivimus, ultra miliare prorupit, agrosque nostros vastavit. Ita ut si sæculum sæculo comparetur, semper fluxus effluxusque varii inveniantur, & in eodem alveo nunquam perdurasse diversosque fines propterea habuisse, ut modo habet.

CAPUT IV.

De Augumenti, & diminutionis causis.

FOrmatur lacus concursu fluminum, ex altioribus vallibus ad depressiorem locum, & humiliorem alveum fluentium, ibique in unum collectæ aquæ superficiem illam terræ, ubi modo lacus est, adumbrant, &, nisi cavitate profundi, & altioris ripæ altitudine exitus intercludatur, ad summum impleri, aut ad originem fontium retrogredi necesse foret; ni cum altiores sint, & supra alveum se extollant, repeti prohibeantur, & tunc effluant oportet, quique modo nec augmentum, nec diminutionem sentit, eandemque formam semper retinebit, cum concursus sit idem, &, si vel deficiet, vel augebitur, ex accidenti, vel naturali defectu minui, & augeri lacum oportet. Excurrere ab Oriente ad Austrum ob depressiorem alvei sinum, & cavitatem lacus diximus, ut illic quoque, circa quem undique fluit, aquas residere, apertumque exitum montium vallatione inhiberi, & à campo de Vico ultra Terram *Luci*, campi qui intercedunt, terram in superficiem habent parum elevatam, aut depressam, & brevi amplitudine extensam. Strati tamen sunt lapidibus albis, & mollibus non solidis, sed frequentibus scissuris intercisis, à cujus superficie inundatio, quæ frequenti calculo accidit, brevem qua celantur, terræ cooperturam assumit, & liberum aditum aquis præbet, ut per fistulas instar fluminum notabilis amplitudinis cursu in præceps profunditur, ex quorum impetu per concava terræ, qua transmittitur, strepitosus fragor auditur, & quo stratus lapideus deficit, lapillorum cumulis, aut nigrarum arenarum aggere litus munitur, in quibus non diù restat aqua, sed paulatim absumitur, & tota illius montis pars occultis & frequentibus antris excavata perspicitur, ideoque non augetur ad summum lacus, quia aquam non retinet, nisi ut alibi transmittat, & sic aut transmissione ista, aut aliis de causis (quas, cum de aquis egredientibus acturi sumus, afferemus) aut evaporatione, & terræ admistione, & expansione, adjuvantibus radiis solaribus, aut ventorum vi, & potentia, ut exsiccetur, & minuatur, interdum accidit.

At cum aquæ fluentes deferant admistam terram, qua paulatim obstruitur via, & ostium fluxus adjuncta, quæ advehitur ex terræ eminentiis, vi imbrium eam adducentium ad litora, & fluxu influentes ad loca declivia, & etiam ventorum impulsu, qui ex montibus terreis leviores partes terræ adducunt, & post variam agitationem ad lacum impellitur, adjuvantibus etiam, quæ ad opus piscationis projiciuntur, lignami-

A num struibus, quæ tempore, & humidi potentia dissolutæ, & comminutæ tempestatum turbine adactæ impelluntur in meatibus, & illùc in putredinem resolutæ viam exitus præcidunt, unde augeatur oportet; nec ad defectum fontium, & earum novam generationem, aut ad aliam occultam rationem augmenti, & diminutionis causas cum *Strabone* referamus, qui loquens de eo lib. V. sic ait:

Qui subterraneis humoribus transitione occulta quadam ratione sparsim efficiuntur, denuò autem in unum fontes confluunt, aut omninò deficiunt, aut rursus confluunt, quemadmodum
B in *Amenano* per *Catanam* defluente traditur, qui quidem annos complures evanescens iterum excurrit.

Habent etiam aquæ sua mirabilia, sicut & cætera elementa, quæ hominum speculationibus non subjacent, ut Summus Pontifex Sixtus V. relatus à *Gomerio* de *Tybure*, cum de ejus inundatione loqueretur, sentiebat. Inundatio enim, dicebat, est urgens accidens naturæ aquarum, ut defectus solis, & lunæ in eclipsi, fluxus, & refluxus oceani, quæ non homo, sed solus Deus moderatur, humanum licet consi-
C lium, in aliquo tantum accidente effugere hæc possit, sed non omninò moderari, aut impetum inundantium aquarum retardare, quod & in tantis edificiis circa lacum factis, & tempore *Claudii*, & in hoc nostro Ævo opere Equitis *Fontanæ*, & *Marii de Cava* aperte est demonstratum; attamen, nec in hoc ratio penitus deficere videtur, &, ultra allatas, vi terræmotus contingere posse affirmamus, cujus violenti impulsu terra ipsa aperitur, & conquassatur, & montes in hiatus descendunt, ita potest terra litoralis dehiscere, vel cum antra, quæ in sinu
D sunt, impetu ruunt, ora obstruere, vel quæ in sinu sunt aperire, aut nova pandere; ab eo enim aquarum recursus immutantur, & consuetæ viæ obstruuntur, itaque ducitur aqua ubi sistere cogitur, & stagnatur; sicque novi lacus prodeunt, ut annis præteritis in *Calabria*, & nonnullis aliis ita productos recenset P. *Franciscus Resta* in Meteor. lib. 3. cap. 5.

Sic etiam, & nos prospeximus, cum acciderit anno quo hæc scribimus MDCLV. cum quateretur insolito motu terra per totam *Aprutii* Provinciam, & *Terram laboris*, & plura quassarentur oppida, & ædificia collaberentur, hiatus
E nonnulli circa lacum apparuerunt, qui magnam aquarum congeriem deglutiebant, quorum præcipuus ille fuit, qui in soliditate terræ circa litus in campo *de Vico* qui 11. mill. pass. ab hac nostra patria distat, prorupit, profunditatis palmorum XX. & capacitatis ad CCC. aquarum cados, ut judicavimus, quas brevi temporis cursu assumebat, & si arte adjuvaretur, ad minorem sane formam lacum reduci non difficile foret, & ex eo tempore usque nunc semper effluxit. Non insueta narramus, siquidem Ovid. loquens de terræmotibus sic canit:

F *Hic fontes natura novos emisit, & illic*
Clausit, & antiquis tam multa tremoribus urbes
Flumina prosiliunt, aut exsiccata residunt.

CAPUT V.

De Aquis ingredientibus.

ULtrà fluminum in unum fluentium concursum, & jam occulti latices ex concavis antris, in sinu terræ protensis, ubi & aquæ generantur impulsu calidi exilire coacti, & quos montes parturiunt & per internos meatus ad radices eorum paulatim descendentes eò adducuntur, augmento sunt lacui, quibus ex nivibus liquefactis humor, imbriumque descendentium fluxus opitulantur, quorum maxima copia ad *Fucinum* advenit, siquidem qui à *Pelignis*, *Vestinis*, & *Volscis* nos separant montes, ad illum radices protendunt, ex quibus flumina, torrentes, latices, aliæque adveniunt aquæ, illasque prout discurrunt, vel erumpere in lacum cognoscuntur, recensemus.

Primus prosiliens caput ad *Ortuculam* extollit, ostiumque aperit in radicibus Insulæ, spatiumque illud occupat, quod inter S. *Mariam* ad *Caput aquarum*, & *Castrum oppidi* est, & magnam copiam secum adducit, & cum Insula in siccum remanet, rapido cursu profluit, nec tamen navigium impedit, naviculis quidem transvehitur; & aquas ex lacu *Scandensi* haurire profertur.

Est in vertice montium *Pelignorum* non longè à *Terra Scanni*, à qua nomen Lacus sumpsit, vallis excavata, ubi aquarum copia sistit ad longitudinem M. pass. ferè latitudinis CCC. tantæ profunditatis, ut ima penetrare impossibile credatur, & cum alti, proceresque sint, & in summitate sit Lacus, totos aqua penetrare judicatur, & aspicitur non solum in isto, sed in alio, de quo mox dicturi.

Non longè hinc serpit *Sarcinalis* ex rupe prope *Liccii Casalia* erumpens, & parvus fons, qui torrens in hieme fit, & *Tavana* vocatur.

Hùc aquas adducit ex superiori parte per *Venerem*, & S. *Benedictum*, *Invectus* seù *Pictornius* flumen; fontes, & torrentes aliqui usque ad *Celanum* insurgunt, & per *Vallem S. Marci* perennis rivulus, qui hyeme fit torrens auctus aquis; quæ ex plano ad *Ovindolum* per *Anatellam* illùc influunt, & cum fit æstas depauperatur, & vix ad Lacum adducitur.

Et ex *Celano* aureus fons, & aureum flumen perpetuis aquis abundans, & per totam *Avellani* planiciem ex inferiori parte fontes undique, undique rivi; præcipuus *Muscinus*, & *Caput aquarum*, qui aquas pistrino præbent. Per S. *Petitum* parvus rivulus, & ex *Castro novo* pariter qui hyeme fluunt. Non præbent aquas aquis nisi torrentes duo in inferiore parte, præcipuus qui ex *Valle Collis longi* planum, inter Lucum, & *Transaquas* inundat, & alter per *Vallem Archipretæ*, quibus adduntur quæ ex liquefactis nivibus per circuitum concurrunt, ex summitate montium, & quasi in centrum stagnantur in Lacum, & hæc sunt quæ superficiem terræ rigant.

Sunt & aliæ, quæ cæco ducuntur tractu per viscera terræ, scaturigines, & quidem majores, irrumpentes in Lacum. Flumen unum ex *Velino* monte semper sese condens in terra, occultus prosilit, discurrens per internas venas, & cavitates per locum dictum *Valle de Transito* inter *Albam*, & *Paternum*, & quantum sit, ex maturis segetibus inspicitur; virent enim, quæ nutrit humus, per cujus sinum invisa unda transcurrit, cum cæteræ flavent, fuit aliquandò (dehiscente ca-

A su aliquo terra) visum, cum accidisset nonnullis super aratro terram findentibus, cum profundarent boves, in hiatu cecidisse, quibus vix ab effosso loco erutis prospectum fuisse flumen profertur. Hunc *Pittornium* seù *Piconium* aliqui esse suspicantur, diversumque esse ab *Invecto*, quem refert *Plinius*, movetur auctoritate *Lycophronis*, qui de laticibus *Marsici* Lacus loquens *Pictonium* affert, sic dicens: *Pictoniumque* flumen sub terrâ sese condens in obscuras specus profunditates.

Licet accuratissimè *Cluverius* valdè consonis rationibus, & observatione textus *Plinii*, & *Lycophronis Invectum Pictonium* esse, affirmare non dubitet. Nobis satis arridet *Lycophronis* textus, & quod hæc sint duo flumina, unum cursum intrà terram agens, alterum superficiem rigans magis notum, & auctores ignorantes duo esse, nec observantes *Lycophronem* de scaturiginibus occultis loqui in unum confundentes, *Pictonium*, qui inspicitur, nominarunt; & cum *Plinius* etiam ipse eum qui subterlabitur ignoraverit, & nomen salientis notum habuerit, illum maluit proprio vocabulo referre, quam ab ignoto nuncupare, & ab hoc non alienum futurum fuisse *Cluverium* si horum notitiam habuisset, non dubitamus.

C Sunt in profundo inter ripam *Paterni*, & *Celani* duo hiatus terræ latices adducentis, & habent ora lata ad medium jugeri terræ, ex quibus scaturigines in magna copia emergunt, ut & semper intrà lacum (licet minuatur) remaneant; profunditas quanta sit, nescitur; impetus siquidem scaturientis aquæ cannabum advolvit ne in profundum protendat, quos præcipuos fontes lacus arbitramur.

Est & alius in aquis patens hiatus, in quo *Archippe* oppidum submersum jacet, ex quo ad lacus augmentum occultæ emanat aquæ non latum os, sed rotundum ostendens, unde orta, quæ per ora profertur, fabula ex relaxatione claustrorum fontis civitatis *Marsiæ* ortus lacus, & obruta civitas.

Et circa litora *Transaquarum*, & *Anezzani* duo alii eructantes aquas, cum decrescunt scaturigines, circà quas ebulliri & moveri, cum erumpunt, inspiciuntur, quas repletio, & abundantia aquarum, cum augentur, intercipit ne videantur.

Hic relatu dignum quod circa litora *Transaquarum* accidit, referre censemus. Nempè cum nec fontes, nec rivi campos irrigent, nec ullibi insurgat aqua ad necessarios usus, sed lacus eas hiberno tempore præbet, & cum advenit æstas, parumque arenæ circa litus foditur, gelidi rivi scaturiunt, qui lacus cum decrescit, & ipsi decrescunt, cum abundat, exundant, semperque frigent, cum universa unda tepescat, & hieme adveniente celantur, sivè quod latices ex ista parte gignantur, & cum rigor meatus terræ restringat, retardatur cursus; sivè restrictus humor per viscera terræ discurrens, nec viam sibi aperiens, retrogrediens frigiditatem acquirat; sivè alia sit ratio, non simile in universa ripa per circuitum, nisi ibi, & *Ortuculæ* cernitur.

F Non dissimilis huic est accidentia putei S. *Nicolai* ad litus *Venetæ* urbis, qui repletur, & exinanitur aquis ad formam fluxus, & refluxus maris, & tamen expers salsedinis, dulcem continet aquam.

CAPUT VI.

De Aquis egredientibus.

SUnt autem, quo minus aqua ad summum crescat, ab ipsa natura, & arte statuta loca, ad quæ divertat; & ut de singulis agamus, nunc de iis, quæ à natura sunt, dicere aggrediamur. Circa montem *Pinnæ* voragines aliquæ apparent, per quas absorbetur aqua, & nonnunquam aperiuntur novæ, quæ flumina penè obruunt.

Duæ potissimæ olim erant, & *Pitoniæ* vocabantur, ità latæ, ut fere duo jugera terræ occuparent, & magnam aquarum congeriem deglutirent, vallo muniebantur inciso, & fistula, postquam pistrinis aquas præbebant, ad summum voraginis demittebat, & deglutitæ non ampliùs in circuitu apparebant; multo ab hinc tempore clausa sunt ora ex fractis navigiis, & congerie lignorum vi tempestatis adductis, quod præsentis incrementi, & inundationis præcipua causa fuit, nam ita increverunt super eas aquæ ut XXXVI. palmis mensura profunditatis inveniretur, & quanquam retentatum esset variis operibus usque ab anno MDC. industria equitis *Fontanæ*, & *Marii de Cava*, nunquam aperiri ora, aut alio tramite transmittere aquas, possibile fuit; multæque aliæ circa ipsum aperiuntur, cum minuuntur aquæ, terra ipsa insonat sub pedibus incalcantium, totaque antris, & cavernis protensa naturaliter recipit aquas, ut de Agro *Reatino* legitur. Est & alia parva vorago in valle *Archipretæ*, quæ æquis etiam nunc celatur, aliæ quoque occultentur necesse est, cum omnis humor naturaliter ad inferius deferatur, ut aliò occultè cursum deferat; quemadmodum de *Nilo* in *Ægypto*, *Grandueno* in *Hispania*, *Tigri* in *Armenia*, & *Turbino* in *Nursia* refertur, & *Ovid.* in XV. Metamorph. alios enumerat dicens.

ex hoc corrige versum pag. 70.

Flumina prosiliunt, aut exsiccata residunt,
Sic ubi terreno Lycus *est epotus hiatu*
Existit procul hinc, alioque renascitur ore.
Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapsu
Redditur Argolicis *ingens* Erasinus *in agris.*
Et missum capitisque sui, ripæque prioris
Pœnituisse ferunt, alia nunc ire Caicum;
Nec non Sicanas *volvens* Amasenus *arenas,*
Nunc fluit, interdum suppressis fontibus aret.

Et prosequitur alios enumerando, & qui consimiles videre desiderat, videat quod refert D. *Franciscus Resta* in Meteor. lib. 3. tract. 2. cap. 3. de Fontibus. Hinc *Sarnum* exurgere auctoritate *Plinii* refert *Blondus* lib. 7. de quo præfatus *Resta* cap. 7. sic ait.

Resta in Meteor.

In *Campania Italiæ*, ubi *Sarnus* scaturit, effluunt inter saxa quidam aquarum rivuli tantæ frigiditatis, ut vinum rubrum ad refrigerandum immissum brevi exuant colore, & sapore; & per internos meatus ad lacum *Sublaci*, quem suis aquis efformat, manifestatur, & observatione antiquorum, & signis testatum refertur per *Andream Baccium* de *Tybure*, ut mox fusius dicturi sumus. Eodem quoque modo propè *Ananiam* in *Hernicis* panditur, ut refert *Blondus* lib. 2.

Scribit Plinius *Fucinum* lacum, qui *Marsorum* appellatur, subterraneos habere cuniculos, quibus aqua cuncta affluens, tempore amnem facit, at puto *Plinii* textum, ut sæpè alibi, eo in loco corruptum, quoad locum, in quo fluvium illum oriri affirmet: fontem enim *Ananiæ* esse scimus *Thophanum* nomine, qui hyeme, quando *Fucinus* glacie astringitur, siccus, vere postmodum, æstate, & autumno ingentem evomit vim aquarum, quod *Lirim* amnem à *S. Vito* oriundum adauget.

Et dum terræmotus hoc anno 1655. regionem concuteret, magnus aquarum accessus illi factus est. Et *Cornelium* flumen hinc aquas haurire, in eo fonte qui propè *Postam* insurgit, ubi copiosissimæ sunt & simillimæ; viam autem ad fontem aperiri eo in loco, quo diximus, in valle *Archipretæ* deglutiri, labique per cuniculos in sinu montium judicamus. Siquidem post montem *Carbonarium*, antequam ad *Cerrettam* deveniatur, inclinatur vallis ad concavam rotunditatem unius propè milliarii ambitu, qui locus *Amblero* nuncupatur, ubi prata amœnissima virent, & illic persæpè exundat aqua, & aliquando tali augmento, ut instar fluminis dilabatur retrorsum ad lacum, & in rupe *Acerrettæ*, qua clauditur vallis, parvus specus aperitur, undè pariter eructant, ibique sonitus pertranseuntium aquarum sentitur, & pariter *Fibrenus*, qui *Lyri* post *Soram* jungitur, abundantia, & qualitate aquarum judicatur.

Observatum extitit (quæ ex eo emanare dicuntur) augeri, & minui, prout lacus decrescit, & abundat; quinimò omnia quæ in lacum dejiciuntur, sivè paleæ, sivè retia, aut instrumenta piscationis, in illis postmodum denuò apparere visa sunt. Vidimusque in regione *Valuensi* propè *Ofidam*, insurgere stagnum, quod planum illud inundat, crescente lacu; penitùs verò exsiccari cum minuitur, veterumque observatione probatum haberi easdem aquas esse. Et non longè à *Terracina* ad radices montis S. *Felicis*, lacus habetur eodem nomine, qui ex isto descendere profertur.

Eadem planè ratione creditur, quod *Nilus* oriatur ex *Mauritania* in *Atlante* monte, ubi *Duris* vocatur, & per *Eptobolum* lacum mutato nomine *Niger* appellatur, & per desertos montes influit in paludem *Coloe*, quæ *Meron* circumcingit, & ab his paludibus per flumina *Astasobam*, & *Astaboram* pervenit ad cataractam, ab eaque se præcipitans per septentrionalem pervenit ad *Thebaicos* campos in Ægyptum, ubi *Nilus* vocatur, & ex similitudine aquarum, & piscium & animalium, quæ in utroque fonte gignuntur, idem flumen judicatur. Et *Arethusæ* fontis aquæ in *Syracusa*, *Alphei Arcadiæ* fluminis, judicantur, cum projecta in eo ad fontem inveniantur, & turbabantur lotione victimarum, cum *Arcades* in *Olympo* sacrificabant, quod, & in fonte *Æsculapii* apud *Athenas* pariter accidisse refertur; sicut & de aliis pluribus fluminibus.

Multos denique alios fontes gignere, & flumina, credibile est, quæ ad nostram notitiam non devenerunt.

CAPUT VII.

De Aqua Marsia; *& Flumine* Giovenco, *seù* Invecto, *aut* Pictornio, *sive* Piconio.

NOn angusto riparum argine, & excursibus ad magnorum fluminum principia, quos pater *Fucinus* gignit, sistere aquas suas aliquando contentus, sed quasi ambitionis fastu elatus, cum *Tyberis* aliquando exuberasset ex alveo cursum, per planum in *Velinum* influens, urbem turbinibus exagitasset, in illa placidus etiam invehere, prætenderit, & saporis haustu, & gelidæ fri-

frigiditatis bonitate *Romanas* augere delicias, & caloris æstum temperare; cum ea (quæ de nostro nomen sumpsit *Marsia* aqua) ad illum duceretur, quæ salubris qualitatis singulari prærogativa super reliquas gaudebat, & quam claræ transparentiæ, miræ levitatis, & innoxiæ frigiditatis dotes inter præclaras Mundi aquas collocarunt; non secus, ac si ex Paradisi fontibus emanasset, & dono superûm usibus urbis concessa reputabatur. sic *Plin.* lib. XXXI. cap. III.

Plin. lib. XXXI. cap. III.

Clarissima aquarum omnium in toto orbe, frigoris, celebritatisque palma, præconio urbis *Marsia* est, inter reliqua deorum munera, urbi concessa. Quare sordidis muneribus ejus usus interdictus, ut tantum necessitatibus, & deliciis inserviret, & profanum aliquid in ea geri scelus arbitrabatur; iramque superûm, si sacra illius liquoris unda talibus fœdaretur, imminere suspicabantur; in eamque causam retulerunt, cum *Nero* Imperator fœdæ libidinis cœno pollutus, nando tranare fontem ejus ausus, in morbum incidisset. *Tacitus* lib. XIV. Annalium. Iisdem diebus nimii luxus cupido infamiam, & periculum *Neroni* tulit, quia fontem aquæ *Marsiæ*, ad urbem deductæ, nando incesserat, videbaturque potum sacrum, & ceremoniam loci corpore toto polluisse; sequutaque anceps valetudo, iram deorum affirmavit. Ea superstitiosæ Religionis reverentia colebatur, ut inquinari ex contaminati corporis luxuria contactu arbitraretur, aut si ad alium, ad quem destinata erat, usum verteretur; cumque cæteris aquis, quæ ad urbem influebant, secundum suam quisque qualitatem licite uteretur, *Marsia* solùm, quæ cæteris optimo sapore, & suavitate præstabat, sitis explendæ ministerio deputabatur.

Tacitus Annal. lib. XIV.

Ad urbem illam primùm adducere *Ancus Martius* Rex suspicatus fuit, cúmque animum ad alia divertisset, negotium imperfectum reliquit, aucta postea habitatoribus urbe, longe lateque à *Tyberis* ripa domiciliis constitutis, cum nec fluminis aqua commodè necessitatibus subveniret, *Appia*, & *Aniensis* primum advectæ suppetias tulerunt, quarum ductus vetustate quassati, & cum etiam fraudibus privatorum interciperentur, urbs ipsa aquæ penuria sitiebat; factum est ut Senatus decreto A. V. C. DCV. Coss. *Servio Sulpitio Galba*, & *L. Lentulo Cotta*, & eorundem reficiendorum, & vendicandorum negotium *Martio Tito* Prætori daretur. Cúmque urbis incrementum ampliorem aquæ modum exigeret, illi, ut alias exquireret, & ampliores ductus Reipublicæ causa fierent, pariter demandatum, qui *Anci Martii* Regis propositum ad effectum deducere cogitavit, eamque à tertio milliario opera fabrorum ducere; cúmque Præturæ tempus ad tantum negotium consummandum minus sufficere videretur, statuit Senatus in alterum annum Præturam, sicque tertium, à quo inceperat, in urbem perduxit, in quo opere, ut erogaret quatuor, & octingenta sextertium, decretum, quibus usualis moneta, ad centum viginti millia scuta, respondet; intervallo temporis cum aquæductus haberentur *C. Augusto*, & *M. Lælio Volcatio* Coss. *Agrippæ* singulari cura, & providentia *Appiæ*, *Aniensis*, & *Martiæ* ductus restituti sunt, sic *Strabo* lib. V.

Strabo lib. V.

Tanta autem, per aquæductus, aquarum ubertas influit, ut per urbem atque cloacas omnes inundare videantur, & universæ propemodum ædes subterraneos meatus, siphones, & fistulas undosas habeant. Quorum accuratissimam diligentiam *M. Agrippa* egit, qui urbem pluribus aliis monumentis adornavit.

Et non solum istorum ductu *Augustus* Princeps, sed pluribus aliis salientibus urbem instruxit, de qua re lapis ad portam *Esquilinam* testatur:

IMP. CÆSAR. DIVI. IVLII. F
AVGVSTVS. PONTIFEX. MAX
CON. XII. TRIBVNIC. POTESTAT
XIX. IMP. XIIII. RIVOS. AQVAR
OMNIVM. REFECIT.

Quarum eam, quam de suo nomine *Augustam* appellavit, cum ejusdem bonitatis esset, in supplementum *Marsiæ*, quoties siccitas auxilio egeret, opere subterraneo, usque ad rivum ejusdem, cum longè à fonte oriretur, DCCC. pass. perducendam curavit.

Cujus posteà fons, cum *Marsia* sibi non sufficeret, apparebat, (manente nihilominus præsidio) in *Claudiam* derivatus est, ut ita demum *Claudia* adjuvaret *Augustam*, si eam ductus *Marsiæ* non caperet. *Claudia* etiam in gratiam istius præclarissimæ aquæ *C. Caligola*, ut adduceret arbitratus fuit, sed morte præventus, opus imperfectum reliquit; quod *Claudius* subsequens consummavit, eamque ex agro *Sublacensi*, ex amplissimis, & spatiosis fontibus *Curtio*, & *Ceruleo* supra fontem *Marsiæ*, mill. V. duxit tantæ bonitatis, ut ei quoque adjutorium, quoties opus esset, ita sufficeret, ut adjunctione sui nihil ex qualitate ejus mutaret, cujus memoriam in lapide ad portam *Prænestinam* conservatur:

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆS
AVGV. GERMANICVS. PONT. MAX
TRIB. POTEST. XII. CONS. V. IMP
XVII. PATER. P. AQVAS. CLAVDIAM
ET. CERVLEM. EX. FONTIBVS. QVI
VOCABANTVR. CERVLVS. ET. CVRTIVS
A. MILLIARIO. XXXXV. ITEM. ANI
ENEM. NOVAM. AQVAM. MILLIARIO
LXVII. SVA. IMPENSA. IN. VRBEM
PERDVCENDAM. CVRAVIT.

Illius posteà aquæductus iterum vetustate quassati, *Titus Vespasianus Augustus*, ut quæ urbi usui in potu erat, cum sitiret, inter alia ornamenta restituit, & ad usum deliciarum, & necessitatis reduxit.

TITVS. CÆSAR. DIVI. F. VESPASIANVS
PON. MAX. TRIBVNICIAE. POTESTA.
X. IMPER. XV. COS. VII. DESIG. II.
RIVOM. AQVÆ. MARTIÆ. VETVSTATE
DILAPSVM. REFECIT. ET. AQVAM.
QVÆ. IN. VSV. ESSE. DESIERAT.
REDVXIT.

Sed neque hæc diligentia satis, ut aquarum abundantia urbs reficeretur; nam & privati in proprios usus interceptas minuebant, & plurima loca, cum æquè distributæ non fuerint, penuria laborabant. Unde *Nerva* Princeps huic malo medelam adhibere volens, curam suscepit, ut aquam in ea loca urbis, quibus alioquin non erat, deduceret; sagacique industria excogitavit, ut sedula portione distributa aqua, Regionibus omnibus, quibus singulæ inserviebant, plures darentur, & cum *Claudia* in colles *Aventinum*, & *Cælium* per arcus *Neronianos* deduceretur, quoties defectio aliqua intercessisset, celeberrimi colles sitirent, certo libramine rivulis effossis, & subterraneis cuniculis arcuato etiam opere, inter alias, aquam pariter *Marsiam* ad eosdem etiam colles deduxit, & cum hujus aquæ splendor à capite integer nonnihil aut nimium pluvia inquinaretur, aqua-

aquarum deducentium imperitia cum novus *Anio* ditissimus, & abundans aquis veniret, & aliarum aquarum aliquando defectioni deserviret, in alienos specus frequentius, quam explemento opus erat, ingrediens, aquas inquinabat, & pleræque aquæ etiam aversarentur per imprudentiam, non uti dignum erat aquis partientium, ita ut ipsa plendore, & frigore gratissima balneis, & fullonicis, & relatu quoque fœdis serviret ministeriis, ita ordinare placuit, ut in primis *Marsia* potui tota deserviret, & deinde reliquas secundum suam quisque qualitatem aptis usibus adhiberet.

At neque hac solerti Principis vigilantis industria satisfactum est malo, quo *Marsia* inquinata priorem bonitatem omninò recuperaret, quæ cum præ cæteris in deliciis esset, desiderabatur ex puro fonte haurire, nec aliis commisceri, quo minùs ejus usus, & frequentia non intermitteretur. Unde *Antoninus* Imperator, cum fontem ejus exquisivisset, sublatis omnibus impedimentis, effosso etiam monte, purgavit, ac in veterem puritatis splendorem ad urbem deduxit; sic enim habetur ex lapide ad portam Tiburtinam.

IMP. CÆSAR. M. AVRELIVS. ANTONINVS
PIVS. FOELIX. AVGV
PARTH. MAX. BRIT. MAXIM
AQVAM. MARTIAM. VARIIS. CASIBVS
IMPEDITAM. PVRGATO. FONTE. EXCI
SIS. ET. PERFORATIS. MONTIBVS. RESTI
TVTA. FORMA. AC. QVESITO. ETIAM. FON
TE. NOVO. ANTONIAN. IN. SACRAM. VR
BEM. SVAM. PERDVCENDAM
CVRAVIT.

Ab ipsis auctoribus, *Anco* scilicet *Marsio* Rege, & *Marsio Tito* Prætore nomen illi datum: ut *Frontinus*, & *Plinius* suspicantur, sic enim *Frontinus*, cui ab Auctore *Martia* nomen est. Et *Plinius*, lib. XXXVI. cap. XV.

Frontin. de Aq. duct.

Plin. lib. 36. cap. XV.

Q. Marsius Prætor jussus à Senatu, aquarum *Appiæ*, *Anienis*, *Tepulæ* ductus reficere, novam à nomine suo appellatam, cuniculis per montes factis, intrà Præturæ suæ tempus adduxit. Sed potius de nostro sumpsisse dicendum (si originem spectemus, à qua etymon nominis, & nomenclaturæ principia derivantur, nisi ut evitemus disputationem ab utroque denominari, & combinatis nominibus Auctorum, & loci, ab utrisque sortitam esse nomen; etenim à nostra Regione per occultos latices *Romam* petebat à *Piconio* fonte, & *Aufeia* primum nominata, & postmodum Auctorum seu loci, & originis occasione in illud *Marsiæ* transmutatum; ut enim *Plin.* putavit lib. XXXI cap. III.

Plin. lib. XXXI. cap. III.

Vocabatur quondam *Aufeia*, fons autem, ipsa *Piconia*, oritur in ultimis montibus *Pelignorum*, transit *Marsos*, & *Fucinum* lacum *Romam* non dubiè petens, mox specu mersa in *Tyberino* se aperit IX. pass mil. fornicibus structis producta. Ex quo fonte flumen *Pictornius* nomen sortitum, ex *Cluverio* retulimus, qui ex oppido *S. Sebastiani* per *Piscinam* ad lacum influit, sed altius ejus originem repetere oportet.

In summitate vallis inter *Gioiam*, & *Bisiniam* humile principium habet ex fonte *Tempe* nominato, ab oppido *Temple* jam diruto, sic dicto, unde parvus discurrens rivulus jungitur aquis, quæ post *Bisiniam* per obstrusa petrarum, & intercisas rupes, quibus apex formatur instar parietis, ex cujus medio parum supra terram è tribus foraminibus erumpunt, indè propè mœnia *Sancti Sebastiani* per lapillorum congeries scaturigines limpidissimæ emergunt, simulque juncti fontes amnem efficiunt, quorum fontium discursus ex montibus *Pelignorum*, ad

A mentem *Plinii*, non dubiè provenire, ad oculum monstratur; evidenter enim ex lacu, quem retulimus, ex *Svamno* oppido nomen habere, descendunt; circa cujus litus ex ista parte est locus deglutiens aquas, & per occultas venas ad fontes transcurrere, clara demonstratione ostenditur; cum quidem æstivo tempore, quo lacus fit minor, deficientibus quæ influunt, nec ad locum voraginis aquæ ejus pervenire permittuntur, sitiunt fontes, & si multum elongentur, arescunt. Ex effossa tamen terra, humiliore alveo efformato, iterum fluunt, quod non rarò accidit.

B Flumen istud, quod *Invectum Plinius*, & *Vibius* in catalogo *Pictornium*, & recentiores *Juvencum*, vulgo *Giovenco* dicunt, de cujus nominis quæstione jam diximus, aquas *Fucini* supernatare sine commistione affirmat, sic *Vibius*. *Vibius* de Fluminibus.

Pictornius, qui per medium lacum *Fucinum Marsorum* ità decurrit, ut aquæ ejus non misceantur stagno. Et *Plinius* lib. 11. cap. CVI. Quædam verò & dulces inter se supermeant alias, ut in *Fucino* lacu *Invectus* amnis, in *Lario Abdua*, & in *Verbano Ticinus*, in *Benacu Mincius*. *Plin.* lib. II. cap. CVI.

Quod ex duplici potest contingere modo. Aut enim evidenter superlabitur, quod & de aliis fluminibus legitur, ut de *Baristone* apud *Vitruvium* lib. VIII. cap. 11. cujus aquæ levissimæ *Hypano* flumini non junguntur, *Baristonis* aquæ sunt ita omnium tenuissimæ, ut dum junguntur *Hypano* fluvio, super ejus aquas natant. *Vitruvius* lib. VIII. cap. II.

C

Et de *Aurota*, qui *Paneo* non miscetur, & de pluribus, quas recensere perlongum esset, quæ, vel quia tenuiores sunt unius, alterius crassæ, vel oleaceæ, vel vi ventorum impelluntur, vel ob cursus rapacitatem, si recta linea ad alium portum pateat exitus, simul commisceri naturali ratione prohibentur; & hoc pacto nullo modo in hoc nostro lacu contingere potest, cujus aquæ tenues sunt, & *Invecti* cursus ità placidus, ut penè stagnetur; antequam in lacum intret.

D

Aut enim, si per cæcos meatus subterlabitur; quod de *Alpheo*, & de aliis fluminibus subtus mare fluentibus, alibi exurgere pariter refertur, ita ut eorum dulcedo *Marsis* salsedine non maculetur, sic & *Virgil.* putavit Ecl. X.

Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos
Doris *amara suam non intermisceat undam.*

At lenta fluminis invectio aquarum ipsius penè stagnatio, cum ad litus pervenit, prohibet quo minus modo isto evenire posse affirmemus; eo magis, quod in quem præcipitentur, specus non apparet. Et sic *Plinius*, & *Vibius* procul dubio errasse manifestè cognoscitur, & *Lycophronius*, quod de sub terra sese condens in obscuras specus profunditates inquit, de lacu ipso intelligendus, quem præceps plures in specus ruere demonstravimus, minusque verum esse istius fluminis aquam ad urbem advectam, sed potius lacus, ut accuratius *Strabo* advertit lib. V. *Strabo* lib. V.

E

Cæterum de *Fucino* lacu *Marsiæ* aquæ fontes emanare, scriptis mandatum est, quæ rogationes *Romæ* propinant, quæ reliquas super aquas probentur. Non ex lacu ad fontem, opere fabrefacto, ut falsè *Dion.* lib. 60. putavit, sed per venas, porosque occultos, per sinus montium transeuntes eruptione, ad *Sublacensem* agrum.

F

Est *Sublacus*, illustre oppidum, Sanctissimi Patriarchæ *Benedicti* pœnitentia celebre, ubi prima monastici ordinis fundamenta jecit, quod totum posteà miraculorum insigniis, divinæ Sapientiæ lumine orbem illuminavit, & Ecclesiam Dei perpetuis fulgoribus tot Sanctorum Doctissimorum Pa-

Patrum, qui velut firmissimæ columnæ, dum turbinibus adversantium hæresum quassaretur, sustentarunt, & instar splendentium stellarum, in firmamento radiis inconcussæ veritatis micantium, clarescere ubique fecerunt, & torrentibus aquarum ad vitam æternitatis salientium fœcundarunt. Ex quo urbs salubrium, optimorumque fontium ob caducis vitæ suppetias tulit; hinc enim *Martia*, *Claudia*, *Augusta*, uterque *Anio* emanarunt, nam ex quibus montibus vallatur, perpetuò fluunt, quæ primum stagnantur in lacubus; postmodum insurgunt in flumen, idque apertè etiam *Plinius* cum *Strabone*, cum specu mersam in *Tiburtino* agro se aperire affirmavit (licet de flumine supernatante loquatur) sentire videtur, cujus quidem fontis non dubiam mentionem *Tacitus* supra relatus facit, dùm *Neronis* polluti corporis lotione polluisse recenset, cum in villa quæ ibidem erat, moraretur. Nam quia discumbentis *Neronis* apud *Simbruina* stagna in loco, cui *Sublacus* nomen est.

Non aliqua aperta deductione, sed natura vergente ad humiliorem locum, cuniculis per impenetrabilem sinum terræ operitur, & ex aquarum similitudine, piscium procreatione, aliisque experimentis probata, quibus *Frontini* testimonium adstipulatur, referentis, quod cum quæreretur à suo Authore in Capitolium deducere, & de effosso fonte contenderetur, & eo tempore alia ex causa *Sibyllini* libri à Decemviris Sacrorum (qui libris legendis, carminibusque *Sibyllinis*, fatisque P. R. interpretandis præerant) scrutarentur, & fons an aquæ *Martiæ* esset, investigarentur, repertum non esse, sed *Anienis* fuit, & libeat *Frontini* verba referre:

Eodem tempore dum aliis ex causis libros *Sibyllinos* inspiciunt, invenisse dicuntur, non esse aquam *Martiam*, sed *Anienem*, de hoc non constantius traditur in Capitolium producendam, deque ea re in Senatu à *Lepido* Collega verba faciente. Actum *Appio Claudio*, & *Q. Cæcilio* Coss. idemque post annum tertium à *Q. Lentulo* retractatum *C. Lælio*, & *Q. Servilio* Coss. sed utroque tempore vicisse gratiam *M. Titii*, atque ita esse in Capitolium aquam perductam.

Nuper autem, ut res testata clariori testimonio probaretur, Archiepiscopi *Columnensium*, relatione *Matthæi à Colle* vigilantissimi *Marsorum* Episcopi, accessit experimentum, cujus curiosa investigatione in scatebras quasdam *Sublacensis* lacus, quas injecit, in subterlabentem meatum ad *Fucinum*, glebas furfuraceas, aliaque inventa fuerunt, & dicit *Andreas Baccius* de Naturalibus vinis historia lib. V. & continua etiam observatione demonstratur, siquidem, quæ projiciuntur, involvens impetus aquarum ad aperturam perlabentium adducit, ibidem reperiuntur. *Andreas Baccius, in historia lib. v.*

Spatium relatum à *Plinio* IX. pass. quò fornicibus structis ducebatur de illo, quod inter *Sublacum*, & *Vicovarum* intercedit, intelligendum, quod oppidum erat in *Tiburtino* agro, & ubi hodiè fornices inspiciuntur. Cæterum protensiorem, & certis mensuris designatum, *Frontinus* recenset, cujus solerti investigationi credendum, cum aquæductuum modum, formamque describendi opus perfecerit.

Ductus ejus habet longitudinem à capite ad urbem LX. mil. DCCX & semis, rivo subterraneo passuum LIV. mil. CCLXVII. semis opere super terram passuum VII. millium CCCC. XLIII. propius urbem à septimo milliario substractione passuum CLXXXVIII. reliqua opere arcuato passuum VI. millium CCCCLXX.

Verum cum *Strabone* à *Fucino*, an à fonte *Sublacensi* initium sumat, dubitat *Cluverius*, nobis autem cum *Strabone* sentire placet, siquidem spatium, quod inter lacum, & urbem intercedit; tot enim milliariis computatur, consentit etiam quod longior ductus à conceptu aquarum metitur, siquidem illum non ampliùs quam ad XXXVIII. mill. extendit, cum ductum ad LX. mill. DCCX. producat.

Concipitur via *Valeria* ad milliarium XXXVIII. diverticulo euntibus *Romam* dextrorsum millia passuum trium. Villa *Sublacensi* atque sub *Nerva* principe strata ad milliarium trigesimum octavum sinistrorsum intra spatium passuum ducentorum finita, substructionibus penè statim stagnino colore perviridi.

Et si rectus, quo ducebatur à *Sublacu* ad urbem, cursus inspiciatur, vix una nunc ad relatum ascendit. Profectò *Albertus*, & *Blondus* à puteis, qui infra *Carseolum*, & *Riofriddum* inspiciuntur, per montes fabrefactis cuniculis à *Fucino* ad urbem deductam esse affirmant, errasse prospicitur *Blondus* lib. II. *Blondus lib. II.*

Putei effossi à *Marsio* Ædile, sivè à *Claudio* Imperatore, perductis *Romam* à lacu *Fucino* aquis, ne inclusus aer cursum aquæ moraretur, spiracula fuerunt adhibita. *Dioni* forsitan inhærentibus, qui ut *Tiberi* lacum conjungeret, *Emissarium Claudius* cogitasse præsumit, cujus manifestus error opus ipsum demonstrat, ut mox dicturi sumus, & fornices, per quas ferebatur, modò astruunt, quarum reliquiæ hodie non alibi quam ab ipso *Sublacensi* oppido per mille passus ultrà ad *Vicovarum* usque aspiciuntur, partim cuniculis actis per saxeos montes, partim in sublimi à terra, arcuato opere extensis, de quibus sic *Statius* lib. I. carm. V. *Statius lib. I. carm. V.*

Vos mihi, quæ Latium, *septenaque culmina Nimphæ*
Incolitis, Tybrimque *novis attollitis undis*,
Quas præceps Anien, *atque exceptura natatus*
Virgo juvat, Marsasque *nives*, *& frigora ducens*
Marsia *præcelsis*, *quarum vaga molibus unda*
Crescit, *& innumero pendens transmittitur arcu*
Vestrum opus aggredimur....

Et carm. III. quod est de Villa *Tiburtina Manlii Vopisci*.

Quid referam alternas gemino super aggere mensas?
Albentesque lacus, *altosque in gurgite fontes?*
Teque per obliquum penitus, *quæ laberis amnem*,
Marsia? *& audaci transcurris flumina plumbo?*

Sic frigiditatis qualitate pollere celebrans, ut cum *Plinio* consentiat, qui cum in ultimis *Pelignorum* montibus respectu *Marsorum* confinibus, ex quibus gelidissimi *Sulmonis* fluunt amnes, concipi asserat, & cum non ex fluvio, sed ex lacu provenire contendimus frigiditatem, aliasque, quibus prædicantur, bonitatis, & salubritatis dotes, ex antris, venisque, quibus per invia terræ ducitur, haurire contendimus. Ubertas non eadem semper, siquidem ex *Fucini* accessu, recessuque modo fluxus accipiebat; sic enim, cum retraheretur, minuebatur, ut *Claudiæ* & *Augustæ* adjutorio egeret; & providentia principum ejusdem bonitatis fontes ita adduxit, ut perennis copiæ cursus non deficeret; quæ non spernendæ quantitatis erat, ut *Frontinus* memorat.

Martiæ in commentariis scriptus est modus Quinariorum duorum millium centum sexaginta duorum amplius quam in commentariis est, Quinariis duobus millibus quincenti octo erogabantur, antequam ad *Piscinam* perveniret, quinarios

Phœbonius. E XCI.

XCI; & dabantur Tepulæ in adjutorium Quinarii XCII. Itemque *Anieni* quinarii CLXIV. Summa, quæ erogabatur ante *Piscinam*, Quinarii CCCLI.

Modus qui à *Piscina* mensuris positis initur, cum eo, qui circa *Piscinæ* ductum eodem canali in arcu excipitur, effecit quinarios II. millia DCCCCLIII. Summa, quæ aut erogabatur ante *Piscinam*, aut in arcu recipitur, quinariorum III. millium CCXCV. amplius quam in conceptis commentariorum positum est. Quinariis MCXXXIII. minus quam mensuræ ad caput actæ efficiant, quinariis MCCCXCV. erogabat post *Piscinam*, quinarios MDCCCXL. minus quam in commentariis conceptionis significari diximus, quinarii CCXXVII. minus quam ex piscina in arcus recipiatur, sunt quinarii MCIV. Summa utraque, quæ intercidebant, aut inter caput ex *Piscina* quinarii II. millium quingentorum, quas sicut in cæteris pluribus locis intercipi deprehendimus. Non enim eas cessare manifestum est, etiam ex loco quod à capite jam mensuram, quam nos comprehendisse capacitate ductus posuimus, effundantur amplius CCC. quinarii.

Sic enim etiam superabundabat cum lacus novas præbebat, ut alias ditiores efficeret, redderetque mutuati auxilii vicem, & amplius toti urbi cum grata esset, ad totam autem pervenire ductus non æquali locorum altitudine respondens prohibebatur, attamen cum primum ad Capitolii *Cœlii*, & *Aventini* juga se extulisset, postmodum ad quamplurimas alias regiones pervenit. *Frontinus. Martiæ* erogabantur extra urbem nomine *Cæsaris* quinarii CCLXIX. Reliqui quinarii MCCCCLXXII. intra urbem deducebantur per regiones. Primam III. IIII. V. VI. VIII. IX. XIII. in Castella LI. Ex quibus nomine *Cæsaris* CXVI. privatis quinarii DXLIV. Castris quatuor quinarii XLII. Operibus publicis quindecim quinarii XL. Muneribus duodecim quinarii CIII. lacubus centum quatuordecim quinarii CCLVI.

CAPUT VIII.

De Claudii Emissario.

CLaudius Cæsar Imperialis gloriæ fastum ædificiorum magnificentia æternare sic studuit, ut statim atque habenas comprehenderit, ad tria, etsi cogitata, aut ab aliis Principibus incepta fuerunt, difficultate eventus aut destituta, aut non obsignata relicta, manus citiùs admoverit, ut pari contentione rerum factarum memoria throni celsitudinem æmularetur. Ita quod *Cajus Caligola* LX. ab urbe mill. pass. aquam per montis sinum, inviosque amfractus adducere destinaverat. Pluresque alii mare, in intimo terræ excavata area, eo usque traducere, ut navigia commodè ad litoris stationem propè *Ostium* civitatem in portum reciperet, & lacum *Fucinum* transmittere in quæstionem adduxerit, quorum ædificiorum arduus, & per contorta, & laboriosa exitus, Architectorum ingenia fatigaverat, & fabrorum animos impossibilitas penè terruerat, ipse summis viribus aggressus, sic insudavit, ut opere compleverit; Etsi tria hæc ingeniosum, & admirabile Artificis opus demonstrent, & diuturnitate laboris & industria, structuræ machina, & auri erogatione, quod in *Fucino* confecit *Emissarium*, duo alia longe superavit, non ad alterum annum relatum opus, sed per undenos continuos, perenni triginta millia servorum inconcusso labore absolutum; hunc enim *Strabo* dierum, & operariorum numerum assignat, *Eusebius*, & alii. *Strabo lib. 5. Eusebius in Chronicis.*

Res fuit permira in sequentibus temporibus *Claudii* Imperatoris dum *Fucinus* lacus exsiccatur, undecim annos triginta hominum millia sine intermissione operis incubuisse. In quo, cum per corrivationem aquas XIII. Imperii anno (ex *Taciti* assertione) Coss. *D. Junio*, & *Q. Haterio* immisisse constet, inceptum secundo Imperii anno sic XIII. completum, ad quod servorum numerosa caterva (quæ urbem fastidio affecerat) destinata, ut insudaret. Urbs quippe eo propè tempore inhabitantium numero tantum excreverat, ut penè fides veritatem abneget. Effectus ipse *Claudius* VIII. sui Imperii anno Censor, civitatum capita LXVIII. centena XLIII. millia inventa, in quibus, qui nomen militiæ jam dare possent, numerus in lapide in porticu Sancti *Georgii ad Velabrum* recensentur. *Sueton. in Claudio Tacit. Annalium 12. Tacit. Annal. 11.*

TEMPORIBVS. CLAVDII. TIBERII. FACTA HOMINVM. ARMIGERORVM. OSTENTA TIONE. ROMÆ. SEPTIES. DECIES. CENTE NA. MILLIA. LXXXX. XLVII. ML.

Undè tot millena in isto, aliorumque ædificiorum compendio, quorum aut minorem numerum ascire, cum eorum magnitudo operantium manus multiplices appeteret, destinasse, in admirationem non venit. Qualis, quantusque in tot annorum curriculo sumptus fuerit, computare possibile, sed frustratorium, cum concipere quisque ex animo possit; attamen ad satietatem lectoris, in diurnam insudantium escam triginta millia centena erogata suspicantur, præter quod in instrumentis, machinisque, & in luminibus in cæca voragine adhibitis (cum omnia in tenebroso, & obscuro terræ sinu fierent) impensum fuit. Artificium, quo per injurias montis, planique cavitates, librato spatio, & adæquatis ad mensuram perfectionis lineis elaboratum, ut exprimi calamo possit, vix possibile æstimamus; sed ad judicium tantummodo, & admirationem intellectus relinquitur, prout *Plinius* compendiosè operis magnificentiam referens considerat. *Plin. lib. 36. c. 16.*

Claudius inter maxima equidem, & memoranda dixerim, quamvis destitutum successoris odio, montem præfossum ad lacum *Fucinum* emittendum incredibili profectò impendio, & operariorum multitudine per tot annos, quæ nec concipi animo nisi ab his, qui videre, neque humano sermone enarrari possunt.

Inenarrabile profectò, & præter hominum cogitatum, ut inter præclariora, & quæ admiranda universo Orbi adducuntur manu Artificis architectata, sivè *Babilonica* mœnia, sivè *Mausoleum*, sivè solis colossum collocari non immeritò possit, sivè artificium in opere, sivè opus ipsum, sivè sumptus spectentur, ad quod videndum ex urbe, & remotioribus extra *Italiam* partibus, qui virorum monumenta curiosè scrutantur, ad spectandum adveniunt; cujus modò formam nos scripturi per diversa capita accingimus, & ut faciliorem captum reddamus, in calce ex Archetypo desumpta pagina dilineatum reddemus, quam ex *Vaticana* Bibliotheca Illustrissimus D. *Lucas Holsennius*, non minùs antiquarum rerum, quàm cæterarum scientiarum hujus ævi facilè princeps, nobis impertitus est.

C A-

CAPUT IX.

De Causis conficiendi Emissarium.

SCribentium calamus in relatione causarum conficiendi *Emissarium* ad diversa trahitur, allucinanturque in perscrutatione finis, dum quisque, quod vult, proponit, nosque ut verum propriumque assequamur, singula referemus.

Dio. lib. LX. Ad hoc insudasse *Claudium*, *Dio* dicit, ut *Tiberim* ad navigationem per augmentum advectæ ex *Fucino* aquæ ditaret, & exsiccati postmodum agri, Colonorum industria (dum satis apti indicabantur) ubertate florescerent; sic enim lib. LX.

At in *Fucino* lacu, qui in *Marsis* est, in *Tiberim* immittendo, ut & locus circa eum lacum agriculturæ aptus, & *Tiberis* magis navigabilis fieret, inanes sumptus fecit.

Neutram tamen assertionem ex proprio ingenio desumptam, sine aliquo probabili argumento veram esse specus forma, facti impossibilitas, certaque ratio demonstrat, & ex diametro abhorrere à *Claudii* proposito; nam excavati Montis protensus sinus, ad *Lyris* amnis ripam sistit, cujus decursus sinistrorsum per *Volscorum*, *Campanorum*que agrum descendens, non longè à *Suessa* ad mare ostium pandit, in loco qui hodie *Turris Scaphati* dicitur. Cum *Tiber* dextrorsum ad occidentem pergat, illoque coire *Lyris* nullo pacto possit, nec ulteriùs penetrasse montes, aut legitur, aut vestigio monstratur, cum qui post alteram ripam insurgunt, ad *Anagninam* planiciem se extendant, ad quam per obstrusos, tetricos, altissimosque montes ad XX, & amplius mill. pass. via aperienda esset, insuper qui per *Hernicos*, reliquosque circa populos amnes, rivique excurrunt, ad litus *Campanum* exonerantur, & nonnulli eorum *Lyri* junguntur; præterquam quod supervacaneum *Tiberim* aquis augere foret, cujus ex aliundè advectis incrementum, urbis subversionem pluries minatum fuerit, undè Patres, cum accidisset, maximaque ædificia vastasset, & annonæ, reliquisque damna intulisset, quæ illi junguntur flumina divertere cogitarunt, ex hinc nefas est credere novas sumptibus quærere, cum quæ ad illum currunt, ex superfluentia damnum inferre compertum; sicque palàm, *Dionem* errasse, fit, propiùsque veritati *Tacitum* accessisse, licet intentum *Claudii* non assequutum. Siquidem ad *Lyrim* tendere opus, quò *Augusti* industriosa Naumachiæ spectacula æmularetur, asserit; Ille quidem, cis *Tiberis* ripam in arido solo lacum coaluit, ut navalium certaminum ludibus civium animos recrearet, quicum ut gloria fastigiosi operis contenderet *Claudius*, & gloriosiorem Naumachiam instruere, & lacum profundere, sicut ille adunare insudaverat, cogitavit, illum tamen Annalium XII. loquentem sic audiamus.

Sub eodem tempore inter lacum *Fucinum*, amnemque *Lyrim* prærupto monte, quo magnificentia operis à pluribus viseretur, lacu in ipso navale prælium adornatur, ut quondam *Augustus*, stricto cis *Tiberim* stagno, sed levibus navigiis, & minori copia ediderat.

At si navium ludos instaurare, & sæpius, si lacus extaret, commodius poterat, ad quid ergò tanta auri, laborisque profusio si hoc intendisset? spe gloriæ, siquidem in ejus vita *C. Suetonius Tranquillus* autumet; etenim si ad emolumenta spectasset, *Marsis* flagitantibus indulsisset, qui longo experimento lacus noxios haberent, qui-

A bus aliquando propria sede expellebantur. *Augusto* supplices, ut *Emissarium* permitteret, institerunt, quod propriis sumptibus perficere, si in præmium exsiccati agri concederentur, spondebant; nec *Octavius*, nec ipse *Claudius*, à quo factum reperitur, votis annuerunt, unde potius gloriæ, quam lucri spe ductus, ad tanti operis machinam manus admovisse ait. *Fucinum* aggressus est, non minus compendii spe quam gloriæ, quem quidem privato sumptu emissuros se repromiserant, si sibi siccati agri concederentur. *Sueton. in Claud.*

Etsi non negamus, eò *Claudii* ambitionem processisse, ut pari fastu impossibilia penè inhiasset, B ut magnificentia operum retroactos principes superaret, attamen ad simplicem tantum ostentationem, tantum rerum apparatum, quod Ærarium penè consumpsit, & diuturnitate laboris animos relaxarat, concepisse non ità facile persuasum habemus, cum certis argumentis intentam urbis securitatem fuisse, aperto calculo monstretur.

Urbs ipsa, quam rapidus *Tiber* transcurrit, superabundantium aquarum impetu, sæpè civibus viduata, ædificiis denudata, agrorumque ruinis ad excidium multoties aperta clade devenit, ut *Livius*, *Tacitus*, aliique scriptores notarunt, ut C post *Ludovicum Gomesium* S. R. Rotæ Auditorem præclarissimum, *Andreas Baccius* de *Tibure* agens sigillatim designato tempore recenset, ulliusque incrementi ratio subtili indagatione perscrutata, Patrum animos defatigavit, nec in unam conveniebant sententiam; dum borealium flatibus cursus impetum ad mare præpediri, & cum ulterius progredi tardaretur, dilatato sinu excrescere, agrosque, urbemque inundare aliqui sentiebant. saniorumque pars, flumina quæ illi junguntur, aucta torrentium ex sinu vallium aquarum copiis inspiciebant, quæ cum naturalem alveum superarent, exuberari, dilatarique necesse fore non D dubitabant, quarum quæ imperante *Tiberio*, continuatis imbribus evenit, non urbem solum memorabili clade affecit, sed penuria totam penè defatigavit *Italiam*, sicque *Romanorum* animos timore concussit, ut *Sybillinos* libros, quos in magno periculo solum aspicere licebat, modò perscrutari *Asinius Gallus* proposuit, actumque esset, si *Tiberius* annuisset. Exindè imminentia si occurrerint, præcavere studuerunt, & totius ærumnosæ inundationis eventus rationem excursusque causarum perscrutationem *C. Aruntio*, *Q. Ateo* delegarunt, ut flumina, lacusque, qui *Tiberim* implent, averterent; quod cum Coloniarum scilicet E *Florentinorum*, *Reatinorum*, & *Terniensium* legati (de quorum præcipuo interesse agebatur) præsentirent, aditum in Senatum postulantes, suam ipsorum causam exposuerunt. Siquidem *Florentini*, ne Classis ab *Arno* deduceretur, ob imminens suorum agrorum periculum, *Interamnenses*, si *Nare* amnis alveum transgrederetur, uberrimos *Italiæ* campos subvertere, pariterque *Reatini*, si *Velino* lacui ostia præcluderentur, eorum campos periculo aquarum perire conquerebantur, natura siquidem terminos, & ostia fluminibus statuisse, & corrigere nefas sit, maximè cum sacra fluminum Numina antiqua religione sacris ritibus F venerata, divinis honoribus privarentur. Paterque *Tiber*, vectigalium amnium exoneratione alibi, injuria affici, solitoque honore tributi minui, in indignationem adduceretur; hinc factum est, ut sivè vanæ superstitiones, inanisque reverentia, sivè nodosæ difficultatis operis impedimenta, sive *Pisonis* Oratio, quam pro Coloniis habuit, Patrum animos flexerint, qui à proposito destiterunt. *Tacitus* I. Annalium. *Andreas Baccius in Tybure.*

Nec *Reatini* silebant *Velinum* lacum, quà in Mare effunditur, obrui recusantes; quippe in adjacentia Eruptarum, optimè rebus mortalibus consuluisse naturam, quæ sua ora fluminibus, suosque cursus, atque originem, ita fines dederit; spectandas etiam Religiones sociorum, qui sacra, lucus, & aras patriis amnibus dedicaverint, quin ipsum *Tiberim* nolle prorsus accolis fluviis orbatum minori gloria fluere.

Interque ea flumina, quibus *Velinus* augetur saltus, amnis est, qui exili fonte propè *Verecchiæ* oppidum supra *Talleacotium* scatens, partem *Palentini* campi transcurrens, non longè à *Scurcula* ad vallem *Æquiculorum* descendens in agro *Reatino*, *Velino* jungitur, & ante *Emissarium*, ut recitavimus, exuberantia lacus sic terminos transcendebat, ut propè collem, in quo *Alba* sedet, ripam poneret, & per planiciei proclivitatem, aquæ ejus ad saltum transcurrentes, per id tempus sic augmento *Velino* erant, ut *Tiberis* alveus ultra solitum exuberaret, & urbem subita inundatione turbaret, nec aquis de cœlo cadentibus, nec liquatis nivibus negotium datum; sed *Fucino*, unde evenerat tributum, & *Claudius*, ut urbi consuleret, alibi divertere lacum cogitavit, undè motus *Emissarium* confecisse, cum ipso *Andrea Baccio* consultiùs arbitramur, & cum postmodum, imperante *Trajano*, copiosior advenisset, quæ, ut præ cæteris horribilior fuit, sic ostentis pluribus enunciata, & pestem, caritatemque, quas comites habuit, eadem ratione motus princeps ipse canalem purgavit, & si *Spartianus* in vita *Adriani*, cui opus tribuit, *Fucinum* emisisse asseveret, & *Lipsius* ad *Tacitum* suo numero absolvisse, errataque *Claudii* correxisse dicat. Nec ritè perfecit *Claudius*, quoniam manu posset, admonet *Hadrianus*.

Neutrum tamen esse, & in utroque *Spartianum* errasse, inscriptio in marmorea basi statuæ, quam *Albenses Trajano* dicarunt, in ara majori Collegiatæ Ecclesiæ S. *Bartholomæi* in hac nostra Patria annis abhinc XX inventa demonstrat, quam *Lucius Camarra* in suo Theatro antiquo expressit:

IMP. CÆSARI. DIVI
NERVÆ. FIL. NERVÆ
TRAIANO. OPTIMO
AVG. GERMANICO
DACICO. PARTHICO
PON. MAX. TRIB. POT. XXIII
COS. VI. PATRI. PATRIÆ
SENATVS. POPVLVSQ. ROMANVS.
OB.RECVPERATOS.AGROS.ET.POSSESS:
QVOS. LACVS. FVCINI. VIOLENT.....

Ex qua opus *Trajano* tribuitur, ob recuperatos agros; casu siquidem obstruso specu, iterum impetus exuberantium aquarum vicinam planiciem impleverat, à quibus ut redimeret Imperator, ex purgato alveo emissionem iteravit, post primam à Claudio operatam anno LIX. cum sexto ejus consulatu adscribatur, qui annus Domini CXIV. erat, sive ipse, sive Præfectus operis advenerit in illam domum, quam *Claudius* exstruxerat, quæ modo Ecclesia *Transaquarum* est, in alio lapide *Trajani* militis memoria conservatur.

Non tantum uterque *Cæsar*, ut *Albensibus* agri restituerentur, sed aversionis aquarum causa, quibus urbis periculum paulò ante viderant ad laboriosum difficultatis opus manus admovisse, pro certo esse debet, & si ab illius temporis scriptoribus minimè observatum, vel à calamo excisum, unus omnium *Baccius* retulit, qui à *Gregorio* XIII. Sanctissimo *Romano* Pontifice evertendæ inundationis negotio præfectus, subtili indagatione omnia rimans, inter alias causas hanc in suo de *Tiberi* libello, quem *Italico* sermone composuit, reddidit, nosque præter illa, quæ ipse promit, redditis rationibus, adstipulamur.

CAPUT X.

De Structura, & *Forma* Emissarii.

INtersecatur planicies parum elato monte, qui ex *Apennino* progrediens æquali declinatione in *Angitiam* silvam se flectit, cui *Fucinus* inhærens, radicesque abrodens, totus insidere videtur, obruiturque in spissas voragines, quæ passim inter petrarum scissuras aperiuntur, circa quas agitantur, ut deglutiantur aquæ; adjacent illi ad meridionalem plagam *Palentini* campi ad fauces alterius montis, quem *Lyris* abrodit, hunc aperire, sivè quia declinatio aquarum persuadebat, sivè quia naturalis cursus deglutiem indicabat, *Claudius* statuit, & diligentèr lacus profunditate *Lyrisque* alveo (æquilibrata mensura) exploratis, dimensaque planicie, à litore lacus ad amnis ripam parallellis lineis ductis, effossioni locum dedit, in quæ sequitur, formam. Canalem in sinu montis latitudinis palmorum duodecim, altitudinis ultra viginti designavit, ad quem ut perveniret, effossis crebris cuniculis unum in omnibus effecit, & ne aer in tenebroso sinu, qui cæcas cavernas profundarent, offenderet, interjecto spatio, aliqua quadrata spiracula à planicie ad montem, & à monte ad *Lyrim* aperuit; Spiracula ipsa, sicut & *Emissarium* totum in duro lapide sunt excavata; est enim mons in illa parte planitiei, quæ ad lacum tendit, totus lapideus, undè durus in incisione labor extitit; ordo autem totius machinæ talis erat:

Sunt à litore ad montem novem spiramina dilatata, & à monte ad *Lyrim* septem, qui ab imo canali ad superficiem terræ tendunt, ante unaquæque eorum proclivis aperitur cuniculus alter altero protensior, prout planicies elevatur, aut deprimitur altitudinis palmorum novem, & latitudinis quinque, per quas ad alveum usque majoris specus & putei profundum divertitur. Ea arte effossi, ut ruderum extractio facilius redderetur, & quoties in cursu operis incisus lapis, aut deficere scissuras monstraret, ex cocto latere fornix supplet (ut sine timore sit transitus) quæ tempori cedens, ora obruitione cadentis desuper terræ in partem, vel penitus occlusit, undè modo pauci penetrantur, cum idem senserint damnum, vel exuberantia lacus majora passi, arenarum cumulo repleti; fornices, parietesque impetu aquarum dejecti, cum retrahuntur, tantum (quo fuerint loco) ex vestigiis manifestantur, & quo in tractu viæ, qua ad lacum itur, offenditur per CCC. ferè passus deambulari liberè patitur; in ejus permeditullio spiraculum (quod puteus magnus dicitur) invenitur, per quem circa transitus, quo ad altiora pervenitur, ad rotundam, atque profunditatem, in qua sive ibidem exortæ, sivè regurgitantes ex infimo putei sinu stagnantur aquæ, nec ulterius obstrusa, exciso lapide, via datur progressus.

Cum mons insurgere incipit, ex utroque latere protensiores cuniculi, simul æquali linea in *Emissario* concurrentes, parati erant, scalarum numerum in descensu, ascensuque tenentes, & ex uno ad alium ingressus, regressusque liberè pandebatur, modò qui *Palentinos* respiciebat campos, sic adveniens desuper terra contexit, ut nec loci

loci memoria signetur: & qui ex adverso *Fucinum* respicit, in spisso lapide incisus, latum aditum præbet, tanta altitudine apertus, ut centum palmos excedat, quæ paulatim, servata proportione, cedens, ad reliquorum cuniculorum mensuram reducitur; oportuit tanta scissura montem aperiri, ut daretur per eam, quantum possibile foret, lumini locus; ante quem erat vestibulum opere arcuato fabrefactum, ostiumque (quod cecidit) in quo Christi asseclæ summo Deo Patri altare sacrarunt, apparetque modò in pariete penniculo delinita Sanctissimæ Triadis Imago, unde ex eo nomen *la Grotta di Santo Patre* sortitum; eorumque religio, prædiis attributis, ut coleretur, ditavit; quæ in ruralem præbendam cadentia, ad Collegiatam *Avezzani* pervenerunt; fertur (cum sæviret, insurgente Christianæ Fidei principio, in illos persecutio) latibulum Sanctis Patribus tutum præbuisse.

Ara ipsa magno lapide sustentabatur, quem sequens inscriptio majoribus literis designat:

NOBILIS PROGENIES
AVG.
HIC TVMVLATVS EST.

Nomen impia manus excidit, ut duriorem veritatis investigationem redderet. Siquidem *Claudius* adepto imperio unicam prolem ex *Valeria Messalina*; *Britannicum* habuit. Cui *Domitius Nero* (quem *Agrippina* ultima illius uxor ex *Cn. Domitio Ænobarbo* pepererat) in adoptione perfecit, ut longè post mortem Patris ipsius *Neronis* jussu necatus; undè quæ ista *Augusti* progenies fuerit, nescitur. Fertur tamen, cum unà cum *Claudio Agrippina* ad spectacula advenisset, utero gestasse, & in terræmotu, quem immissio aquarum peperit, fœtum (nondum suis mensibus perfectum) emisisse; qui ad dies, mensesque vitam traxerit. Tandem morte subreptum, in atrio *Emissarii* ab Imperatore Patre tumulatum, & si de abortivis, ut statim mortuis, sepulchra erigi non tulerat antiquitas, cum tamen ultra novem dies viverent, nomen ex instituto dabatur, illud tempus lustricum, sacratumque *Deæ Nundinæ*, quem ex novendiali spatio venerari solebant; ita tamen ex *Agrippina* fœtum supervixisse, ut *Claudius* cum nomine sepulchralem honorem tribueret, ex verisimili probatione asserere nefas non sit.

Cum parùm exindè descenditur, in excavato lapide ad lævam exilis fons occurrit, ad quem fœtæ mulieres, si non torquentur ubera lacte, ex inveterato more, ut fœcunditatem lactis recipiant, recurrunt, & manu in cratere fontis exquirentes, si quod inveniunt supra se gestent, vim fœcundandi ubera ex se habere credunt; sic pariter si aliquid de suo in fonte projiciant. Quod non ex inani tantum observatione introductum, sed ex quodam devoti animi affectu erga Sanctos Patres, qui ibidem latitantes ex illo fonte potari soliti perhibentur; licet & vi à natura insita alibi fontes talem facultatem habere referantur, ut in *Volterris*, ex relatione *Alberti*, fontem surgere, cujus haustu fœminarum ubera implentur, & in *Veronensi Campania* in loco dicto *valle Pollezzella*, de saxo ad formam mammillaruum mulierum, à natura efformato, jugiter stillant aquarum guttæ, ad quas si mulier aliquo morbo ubertatem lactis amiserit, statim ac in stillam aquæ papillas infuderit, subitò humor renovatur ex *Blondi* testimonio.

Terminus horum duorum cuniculorum erat *Emissarium*, ad quod concurrebant; illud autem sic scalpro, malleoque in dura saxi cote efformatum, ut mirum admodum sit in profundo terræ eo ordine, artificioque expolitum ad fornicis formam, ut regia porticus in rectissimo, & spatioso antro videatur; cui modò natura, ex producto tartaro variarum rerum figuras, ornamenta, adjecit, columnasque inter cætera ad altitudinem convexi fornicis, statis in reliquo mensuris adumbratas, sic condidit, ac si artificiosa fabri manus expolisset; ut ingeniosum, & insudatum artis opus naturæ opificio cedere quisque sapiens judicaret; auget artificii, & magnitudinis operis admirationem, quod lucernarum auxilio in reposito montis centro operantis manus nihil mensurarum dimisit, sed suis periodis summo ingenio ad perfectum artis absolvit; quæ loca frequenti calculo incisa, & ut in tam amplo, latoque spatio conveniebat, adhuc obtenebrata eorum igne visuntur; eo autem numero, ut numerosis turbis fabrorum vicem solis rependerent.

Sed ad *Lyris* usque ripam (interciso fornicum, aliorumque ruina itinere) progressus modò præpeditur: Avorum tamen ætate, cum ad remotiora lacus recesserat, sunt qui totum sicco pede deambulasse referant; at novo aquarum decursu auctis impedimentis obstrusa est via; ostium ad *Lyris* post *Capistrellum* oppidum ad tractum viæ, quæ *Neapolim* ducit, opere arcuato fabrefactum panditur, inque illius, qua sustentatur, fornice ambulatorium ad rupem excisam, in antriolo jugiter aquas manante sternitur.

Excrevit lacus, solitamque litoris stationem in principio currentis seculi ultrà hominum memoriam excessit; ut non parum relictam post *Emissarium* metam repetere dubitaretur, agrosque circa omnes, magno incolentium incommodo, vineta, & pretiosa prædia vastavit *Luci* oppidi mœnia, domorumque ædificia non parva dejecit. *Ortuchiæ*, & Sancti *Benedicti* oppida ad ultimam penè ruinam adduxit, ultra processurus, ni Principum dominantium vigilantia, & circa incolentium provida cura impetui furentium aquarum impedimenta objecissent; quæ Architectorum arbitrio alvei expurgatio potior arbitrabatur; & communi omnium ære, opere *Equitis Fontanæ*, & *Marii de Cava* primarii illius artis in urbe professoris, variis machinis opus tentatum; sed omnia artificia, ob lacum rimam intus fornices, & terram facientem incassum ruerunt; attamèn sivè quod actum fuit adjumenta præbuerit: sivè naturalium rerum nobis non noto cursu præclusi meatus aperirentur, læsit exinde minùs, & ad interiora se remittere cœpit.

Hic desideratur Emissarii *Archetypum, quod Auctor promiserat; idque morti tribuendum, quæ, eo sublato, posthumum opus, multis viduatum, reliquit.*

CAPUT XI.

De Naumachia, & Ludis in lacu factis ante aquarum immissionem.

Consummata *Emissarii* effossione, ne quid ad magnificentiam operis deesset, ante aquarum immissionem ludos non unius generis, sed multifarios instituit; illosque postquam altius excavasset, ut profectum compleret, instauravit, inter quos celebrior navalis illa pugna fuit, qua infelicem illorum servorum turbam, per undenos annos in tenebris sepultam, continuoque labore fessam, damnaverat: ut postquam desiderium in perfectione operis impleverat, & ad solis aspectum, ut dulcem vitalis vitæ auram hauriret, rediisset; in præmium sudoris, feralem crudelitatem Principis, pro-

proprii sanguinis effusione satiaret. Ita potentes atrocibus facinoribus delectantur, ut dum cædes & strages exercent, potentiæ magnificentiam, suæ crudelitatis ostensione dilatare conentur, ignorantes, tandem aliquandò se suas quoque pœnas daturos, cum potentibus potentiora tormenta parari oppido liqueat; mos quidem ludos peragere antiquus in urbe fuit; principio tamen simplicibus certaminibus ad coronas, & victorias assequendas tantummodò paratos, ut *Virgil.* V. *Æneid.*

Munera principio ante oculos, circaque locantur.

Græco siquidem more, qui primis seculis oblectabantur ludis, ut virtutis præmio Athletæ coronarentur, inventi: ut ex *Achille* recitat *Homerus* II. Iliad.

Illic detinuit populum, magnumque locavit
Certamen nautis, hæc præmia splendida promens
Scilicet, & tripodes, lebetesque, & fortia boum,
Cum mulis, & equis capite, & quoque corpora lumbis,
Fœmineo accinctis, atque albi pondere ferri.

Ut gratum, solùm Athletarum exercitatione, propositis præmiis spectaculum proponebatur; exinde ad pompam sacrorum, & iram Cælestium evertendam, aut gymnasticam virtutem comparandam transtulerunt; inani quidem hominum superstitione, qui putarent Deos lascivis saltationibus, & ferali certamine sibi placatum iri. Sic cùm pestilentiæ diuturna lues urbem viduaret; *C. Sulpicio Petito*, & *C. Lucino Stalone* Coss. nec humanis consiliis, nec ope divina levaretur, morbi sedandi causa scenicos ludos ab *Etruscis* mutuatos, primum celebrasse *Livius* refert, à quibus & alios mutuasse dicit *Ovid*:

Transtulit Euander *sylvestria Numina secum.*

Sic postmodùm cum sacra peragerent, populum ad festa accedentem oblectaturi certamina exercebant, variasque ludorum species, & oblectamentorum formas repræsentabant; solemni ritu festos dies tibiis, fistulis, musicisque modulis, majori etiam cultu majora agebant, nec pares omnium erant ceremoniæ; ut adstruit lapis, qui ex antiquæ *Acciæ* ruderibus excerptus in domo *Jacobi de Oliva* nobilis *Aquilani* ad pagum, *Civita de Bagno*, reperitur:

Plutarchus in vitis Imperatorum *Prob.* III.

Q. ATATINO. Q. F
QVIR. MODESTO
PRÆ. FABR. BIS
TVBICINI. SACRORVM
FLAMINI. ROMÆ. PRÆ
FECTO. CLASSIS. MOESIO
P. ATATINVS. FLACCVS
FRATRI. OPTIMO. AC. PIISSIMO

Cujus *P. Atatini Flacci* in Genitorem suum pietas sepulchrale elogium in eadem domo testatur; quod cum *Titi Opsturii* titulo, in Ecclesia Sancti *Ranerii* invento, in curiosorum gratiam pariter apponimus:

Q. ATATINO. P. F. Q. VIR. MODESTO
TRIB. MIL. LEG. X. GEMINÆ
IN. HISPANIA. ANNIS. XVI.
PRÆ. ALÆ. II. GALLORVM
IN. EADEM. PROVINCIA. PRÆ
FABR.
P. ATATINVS. FLACCVS
PATRI. OPTIMO
T. OPSTVRIO
FACILI. SEVI
RO. AVG. LIB
LIBERTAE. PATRO
NO. BENEMEREN
TI. DE. SVO. POSV
ERVNT.

A Necdum ad sacra solum, sed ad ferales mortuorum exequias transtulerunt, ut in *Anchisæ* tumulo *Æneam* factitasse *Virgil.* V. *Æneid.* recenset. Tùm ad exercitationem, ut agilitatem, peritiamque compararent, quibus ex hostibus victoria reportaretur. Unde & gladiatorum sæva spectacula, ne cum ad pugnam miles accederet, sanguine, cædibusque terreretur, inventa, simulque ut litato sanguine vis quædam fortunæ satiaretur, ex *Capitolino* in vita *Balbi*, eo etiam munere Naumachiæ pugnæ paratæ, cum funera repararentur *Anchisæ* longè navium cursu ad præmia in meta parata spectacula *Æneas* præbuisse suis, eodem B in loco *Virgilius* profitetur. Quem sic æmulati sunt *Romani*, ut militum peritiam, agilitatemque in navalibus præliis assequerentur; primo siquidem *Punico* bello insurgente inexpertus Maris *Romanus* miles ficta certamina, navium lusu expetitis vicibus repararunt, ut fluctus posteà contendere, & hostium artem experimentato periculo addiscecerent superare; & cum tempore dissuescerent milites, pugnaturus *Cæsar* in *Pompejum* hieme, in portu *Baiæ* navium consertatione cosummavit, unde & *Augustus* postmodum ad spectacula usus cum citrà *Tiberis* ripam, effosso humo, aquas ad navium capacitatem induxit, & impurissimus *Heliogabalus* in *Euripis* (fossis scilicet, quarum argiC ne continerentur invectæ aquæ) vino repletis, eadem spectacula populo renovasse *Lampridius* refert, quas insequentes principes imitati sunt in *Amphitheatro*, seù *Circo*, aquis quantum oportuit inundato, extructis fistulis, per quas introducerentur, donec *Domitianus* molem vastissima machina adstrueret, quæ aquam instar maris, & populum commodè retineret, locumque in urbe *Naumachiam* ex ludorum navium exercitio nuncupatum reddidit, quem *Martialis* describit:

Jul. Capitol. in vita *Pap. Balbi.*

Polybius.

Sueton. in *Augusto.*

Lampridius in *Heliogabalo.*

Martialis ante lib. I. epigr.

D
Si quis ades longis serus spectator ab oris,
Cui lux prima sacri muneris ista fuit,
Ne te decipiat ratibus Navalis Enyo,
Et par unda fretis: hic modo terra fuit.
Non credis? specles dum laxent æquora Martem,
Parva mora est; dices, hic modo pontus erat.

Satis jam à proposito, ut hujus instituti rationem redderemus, aberravimus, ad rem igitur redeamus.

Cum per *Narcissum* operis Præfectum absolutum canalem *Claudius* percepisset, ab urbe ad *Marsos* cum *Agrippina*, & principibus advenit, & in illius dedicatione, ut inenarrabilis operis maE gnificentia pluribus referretur, *Naumachium* in lacu paravit armatis ex turba servorum, qui miserè in duro labore undenos annos consumpserant, unde viginti millia, ut centum quatriremes prælium conficerent ex *Taciti*, *Dionisque* assertione, etsi quinquaginta *Suetonius* probet ex *Xiphilino* in *Tacito*, ex *Dione* corrigendus.

Tacit. lib. XII. *Annal.*

Sed quomodo enim illa vis hominum in duodenis utrinque navibus? & quomodo undeviginti millia pugnasse hanc navalem pugnam *Tacitus* exprimeret? Si utrinque quinquaginta, ergo in universum centum, non ergo abest, quin ut ad *Dionis*, reique fidem corrigendus sit *Tranquillus*.

Suetonius Tranq. in *Claudio* XI. *Xiphil.* lib. LX. *Lypsius* ad *Tacit.*

F Cincto deinde lacus ambitu ratibus, & erectis propugnaculis, quibus cohortes Prætorianæ balistis, & catapultis paratis, navium effugia, si properassent, averterent; relicto classiariis loco, quos in duo agmina separaverat, indicto unis *Rhodiæ*, alteris *Siculæ* nomine, ut utraque simul classis ambitioso gloriæ fastu contenderet, imperavit. Certamen infelix, quo ut spectatoribus placeret, suis mortibus miseri insontes

tes elaborarent, & voluptatem proprio sanguine referre cogebantur, & insudati laboris præmium vulnera mortesque cederent, hoc piaculo voluptas non ira placatur, sic sunt cædes Principum oblectamenta, & beneficiorum in ipsis collatorum merces; nec sævitia satis sibi complacuerat in damnationem ad perpetuam noctem in profundo terræ sinu, in duri operis effusione laborandi, ni exacto labore duriora imperasset, paratur non ad festa, sed ad aspera certamina classis, ut socius socium, amicus amicum, non odio, aut libidine, sed ad Principis placitum feriat. Spectatum ex urbe, & ex remotis municipiis certatim cupidine visendi, vel officio in principem, tot adveniunt, ut circumacti in ordine montes, qui in theatri formam lacum sepiunt, complerentur, nec defuit ad pugnæ incentivum artificium; excogitatis siquidem machinis ex centro lacus argentea *Tritonis* statua emersit; quæ dato flatu, buccina, quam in ore positam habebat, inflaret, ciendoque bellantium animos ad arma accenderet. *Claudius* ipse imperiali paludamento insignitus spectaturus in eo, quem elegerat suæ stationis locum, præsidebat, à quo non longè *Agrippina* uxor, aurea chlamyde gemmis variis contexta ornata insidebat, creditur ab incolis, quadrata turre, quæ post mœnia *Transaquarum* oppidi insurgit, signatus *Agrippinæ* locus, idque longa fama per eam, licet non admodum certa traditione, ad hæc tempora transmisit, cum parum ab illa *Claudii* domus distet. Inde paratis ad certamina omnibus, infelix turba principem veneratura processit, solitumque de more ave pronunciant; morituri scilicet te salutant, Imperator, quibus illicò, & avete vos morituri scilicet te salutant, Imperator, quibus illicò, & avete vos morituri respondit, quo responso ab infesta pugna se liberatos persuadentes conserere destiterunt, eorumque trepidatio sic iram in *Claudio* excitavit, ut varia mala in animo conciperet; quin & parum abfuit, ut igne ferroque omnes consumere cunctaretur, tandem à propria sede prosiliens, non sine fœda vacillatione per ambitum lacus discurrens, minis & exhortationibus ad pugnam impulit; durè admodum, strenuéque, & non sine sanguine, ut quisque gloriæ, libertatisque emolumentum consequeretur, certatum fuit, tandem expleta majore parte diei, pugna cessavit, nec cui victoria cesserit refertur; indulsisse tamen victoribus partem exsiccati agri *Claudius* creditur, & post immissionem aquarum cum emendato alveo, altius effossus est, ante novam corrivationem gladiatorum scelestе facinus, quo ad visendum populus alliceretur, indixit. Spectaculum arte clarum, sed teterrimum, quo sæva crudelitas in humano sanguine exercetur, quæ ferina superstitio primò in honorem Deorum, deinde, ut alii ludi, ad otium spectantium producti sunt. In ipso lacu post *Naumachiam* pontes, seu tabulamentum ad pugnantium capacitatem comparatum, damnatorum hominum robur, experientiamque laudandam præbuit, sic referente *Tacito*. Eo tempore interjecto, altiùs effossi montes contrahendæ rursus multitudini gladiatorum spectaculum editur, in dictis pontibus pedestrem pugnam.

Et ne quid ad solemnitatem desiderari possit, per histriones variorum generum formas in scenis exprimi, & in theatro repræsentari, quæ aures, & oculos spectantium allicere possent, summoperè insudatum; illorumque ludorum studio theatrum non longè à domo extrui procuravit, quod, etsi *Tacitus*, aliique scriptores non recenseant, testis est tamen lapis in *Evaporario Abbatialis* domus terræ *Transaquarum*, qui restaurationem illius à *Melanto* factam asserit:

MELANTVS. P. DECI
E. T. COLLEGÆ. MAG. HE.
TRIBVNAL. NOVVM. A SOLO. FECERE
THEATRVM. ET. PROSCENIVM. REFE.
CERE. LVDIS. SCENICIS. BIDVO. DE
DICARVNT.
D. S. P.

Quod, etsi *Claudio* non tribuatur, ab eo tamen confectum creditur, & *Trajani* tempore, cum forsitan dehisceret, renovatum, qui solemni cultu, & fastigiosa pompa rem à se gestam sumtuosè admodum, ut ostentaretur opus, quantum possibile foret magnificasse, inanis gloriæ cupidus facili inductione persuadetur, nec ab re erit suspicari præfatum operis *Trajani* Præfectum extitisse.

CAPUT XII.

De Aquarum immissione.

SUccesserunt pugnæ conflictui, & crudelis feritatis spectaculis deliciarum plenæ epulæ in ipso lacu regia magnificentia, & ornatu paratæ, ut dum simul animi, oculique molem exsiccandarum aquarum, & excursum comprehenderent, non esset quid gustus desideraret. Extructa igitur in *Naumachiæ* ponte mensa, Imperatore *Agrippina*, & principibus insidentibus, inter deliciarum apparatus, apertum est canalis ostium, ut in abyssum profunditatis vastissimi illius specus præcipitarentur aquæ. Erat autem ostium hac arte compactum, in ore ex solidissimo lapide tres incurvabantur arcuatæ fornices ad proportionem magni canalis, sic cataractati in immisso tabulamento, quod machinis elevabatur, ut dari exhiberique ingressus ad libitum commodè posset, ex cujus lateribus æquali calamo alti, latique parietes insurgebant, paulatim se dilatantes ad centum ferè passus, non autem æqua linea ambo, cum qui impetuosis Boreæ flatibus objiciebatur, sinum ad convexitatem flectebat ex adverso alteri, servata tamen in latitudine æquali proportione, quæ aditus mensuram in nihilo retardaret, sed ad numerum expleret; elato itaque tabulamento, profluvium concurrentium aquarum præcipiti cursu ex horribili sonitu sic immersit in specum, ut mons totus contremeret, & terra circum insolito quateretur motu, & impetuoso, & rapido cursu una secum quicquid objiciebatur ad ima trahere contendebant, ea est vis erumpentis hujus elementi, ut statim currat cum ad centri proclivitatem aperitur via, eò non retardato cursu, ut omnia frangat, obvolvatque secum impedimenta, parumque abfuit, ut convivantium mensas convivantesque secum traheret; quarè sic commoti principum animi fuerunt, ut periclitari omninò dubitarent, & cum magna trepidatione perturbari *Claudius Agrippinam* prænosceret, veterum injuriarum memor, quibus à *Narcisso* operis Præfecto se offensum iri reputabat, cum matrimonium principis affectaret, & ille suis nuptiis *Æliam Petinam* anteponeret, ea occasione usa, in illum criminando invexit, culpavitque nimiam proprii commodi affectationem, utque illi nihil Principis saluti intendenti, nulla cura fuerit, an opus suis mensuris constaret, parumque consultè imminens, & irreparabile periculum avertisse; nec defuit asserere, quin in vitam Domini eo artificio machinatus fuisset; multa siquidem ex otio facta, sic eventui accommodari, ut maleficii Architectus immunis à crimine evadat, & casui tribui,

bui, quæ malitia parturiit. Nec mutuit ille, scelus rejiciens, ut incogitatum, & suam innocentiam contendens, palamque *Agrippinæ* fastum, & nimiam dominandi cupiditatem improperans, parum advertens, & si purgationem expedire, minimè tamen Imperatoris uxorem lacessere conveniens; dissimulare, sed non tolerare, qui præsunt contentiones, & jurgia; diffugere cum principis sanguine junctis convenire privatis, quæ in proprium præcipitium, & exitium tendunt, ut illi, mortuo *Claudio*, advenit scelere *Agrippæ* interempto.

Paulò post sedata contentione, & interclusis cataractis, repulsæ sunt aquæ, & defectus operis exquisitus, libramentum non adæquatum inventum fuit; quippe *Lyris* alveus non ità depressus ad aquarum receptionem, indè altius deprimere canalem deliberatum, & ad novæ expeditionis apparatum revocati sunt servi, qui brevi interjecto tempore sic effossioni intenderunt, ut ad æquilibratum cursum transmissioni aperiretur aditus, & si repetitis (ut paulo ante recitavimus) ludis,

A *Claudio* ipso præsidente novo ostio ad prioris formam efformato, eodem ordine immissus in specum lacus fuit, sed nec nova effossione adæquatum est libramentum, cum humilior *Lyris* alveo, & inæqualis lacus sinus, quippe plures in se continens valleculas, adæquationi minime adaptari potest, præterquam continua aquarum agitatione,
B & aquilonis impetu paulatim abrosione depressionem patitur, ut transmittere minimè aquas possit, unde ad hoc meritò *Suetonius* inane opus *Claudium* tentasse asserit, etsi *Plinius* ad destitutionem successoris defectum reportaret, nullo tamen auxilio juvari posse, quod suaptè natura ipsa ad cursum non accommodat.

Cæterum *Nero Claudius* nostræ genti sic fuit af-
C fectus, ut in parma sigilli, quo publica obsignabat diplomata, *Marsiæ* decoriati effigie in arbore alligata, in qua fistula pendebat, propè quam *Apollo* fistulam tenens erectus stabat, utebatur. Sic in successore affectus in *Marsos* conservatus, ut apud *Æneam Vicoparmensem* in *Augustorum* Imaginibus legendum datur.

FINIS LIBRI SECUNDI.



HIS-

HISTORIÆ MARSORUM LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

De Locis antiquissimis, Populis, & Civitatibus Marsorum.



URbes ad vitam rectè instituendam ex vicissitudinaria communione morum, rerumque ad provectum, ordinemque optimi regiminis necessaria; ita ordinatæ sunt ut per bona, quæ ex hominum cætu in unum confluunt, quasi quibusdam proportionatis partibus invicem adunatis, eorum totum mutua sustentatione regatur, & Provinciarum præcipua ornamenta, munimentaque sint; cum in illis scilicet virtutes colantur quibus Respub. coalescit, & minoribus locis politicæ scientiæ normam præbeant, & obedientiam, qua imperio dominantium pareant, insinuent. Quarum etsi non numero, clariores tamen in hac nostra regione floruerunt, quæ licèt exciderint, fatoque (ex ordinata rerum resolutione) cesserint, in hoc nostro opere reviviscere, prout proterimus, conabimur.

Eæ enim fuerunt, quas *Strabo* lib. V. recenset, cum de *Valeria* via loquitur. In ea *Latinæ* urbes sunt, *Valeria*, *Carseoli*, *Alba*, & prope *Cucculum* oppidum.

Siquidem semper Castellorum multiplicitate, civitatum defectum rependit, sic enim *Sil.* lib. VIII. *Silv.* VIII.

Cætera in obscuro famæ, & sine nomine, vulgi
Sed numero Castella valent.....

Miramur hic *Silium* sic locorum gloriam deprimere, cum natio gloriosis facinoribus illuxerit, & urbi mundi Dominæ terrorem, eo memorabili bello (quod retulimus) induxerit; & ex successibus à *Livio* notiora notentur *Milonia*, *Plestina*, & *Fresilia*, nisi cum natio illustrior locis esset, tria hæc neglexisse, & ad eas laudem retulisse dicamus, vel eo ipso tempore, ita ut ad præsens eorum nomina delitescere, & in obscuris memoriæ tenebris pertransisse, ut nec de illis fama loqueretur, affirmemus.

Et hoc infortunium cum conterminis populis commune habuit, quorum regiones, etsi montanæ oppidorum multiplicitate plusquam urbium plantatione populatæ, sic ex situs fertilitate necessarium expedire judicatum, ne ignavia inhabitantium industria tabesceret, sparsim profuit habitare, ut corpora labori assuescerent, & rurali opere exercerent, quam urbium deliciis gaudendo insordescere, de quibus & idem *Strabo* lib. V. Cum aliqui per vicos ætatem degant, habent tamen urbes supra mare *Corfinium*, atque *Sil.* lib. VIII.

A *Sulmonem*, & *Marruvium*, & *Theate Marucinorum* metropolim.

Non tamen ex *Livii* assertione dubium cadere potest, quin prænominata oppida *Samnitum* contermina nostrorum non fuerint.

Inter medium *Volscorum* & *Pelignorum Samnium* nobis jungitur, ut in ea parte, etiam modo non longè à *Pesculo serulæ* oppido vetusta rudera abolitæ *Plestinæ*, & si non vestigia, locum monstrant, & in præfatum oppidum transisse autumant, sed non nisi conjecturis, jam paulò ante relatis, probare, reliquarum autem & cum ipsis nomina perierunt.

Populi tamen celebriores, notioresque fuerunt, quos *Plinius* lib. III. cap. XII. memorat. *Anxinates*, *Antinates*, *Fucentes*, *Lucenses*, *Marruvii*, *Plin* lib. 3. cap. 12.
B *Albenses*.

De singulis nos acturi, ab illo, cui nomen genti tributum est, principium sumimus, cum & jam antiquitate cæteris polleat, & *Aboriginum* progenies ab *Alicarnassæo* refertur, & à Duce eorum gens, oppidumque nomen sumpsisse *Sil.* refert lib. VIII. *Strab.* lib. V.

Marruvium, *veteris celebratum nomine* Marri
Urbibus est illis caput....

A quo, & *Marruvia*, seù *Marrubia* gens ipsa dicta, ex quibus adversus *Trojugenas Archippus* eorum Rex auxiliares copias cum Duce *Umbrone*, & *Turno* Regi auxilio essent, missos fuisse *Virg.* 7. *Æneid.* dicit: *Virgil. Æneid.* lib. VII.

Quin & Marruvia *venit de gente sacerdos,*
Fronde super galeam, & felici comptus oliva
Archippi *Regis missu, fortissimus* Umbro:
Vipereo generi, & graviter spirantibus hydris
Spargere qui somnos, cantuque, manuque solebat,
Mulcebatque iras, & morsus arte levabat.

Quem sacerdotem, ex magiæ peritia in serpentes effingit, cujus arcana eo tempore sacerdotes tenebant, ejusque galeam virentis olivæ frondibus comptam, ut officium sacerdotum pacis fœdera nectentium indicaret, & à quietis tranquillo
D statu, Regis imperio, non voluntaria exhibitione ad bellum processisse, cum proprium Victoris, & pacis signum caput olivarum sertis redimire fuerit, non autem bellatoris, sic ex eodem *Virg.* V. *Æneid.*

Omnibus hic erit unus honos, tres præmia primi
Accipient; flavaque caput victentur oliva.

Hujus autem populi incolatus ſedes in receſſu lacus, in collibus, montibuſque ad hibernum ſolis ortum erat, ubi ad præſens plurima inſurgunt oppida, *Ortucula*, *Gioia*, *Liccium*, *Aſchium*, *Spero*, *Biſinia* ſcilicet, & *S. Sebaſtianus*, ipſum tamen *Marruvium*, in plano ſitum erat, in loco, quem vulgus modò appellat *il piano di Marcio*, ultra *Ortuculam*, ut ſatis accuratè *Leander Albertus* obſervavit, licet minime *Cluverio* placeat, qui falsò *Morream* fuiſſe præſumit, ſiquidem ibidem *Alicarnaſſæus* illud ponit. *Iſſa* proximum eſt *Marruvium* in intimo ejuſdem paludis receſſu ſitum;

Unde & nomen illi forſitan datum, quaſi circa mare habitantes, ſic *Marruvii* dicti, *Servius* ad *Virgilium* voluit, ſin melius duxiſſet etymon à *Marra*, quod alio vocabulo palus appellatur. Eſt *Morrea* in monte, in extrema regionis parte ſitum, & *Cluverius*, ſicut quidam alius, qui *Marrumpanum* in montibus *Carſeolanis* poſitum nominis ſimilitudine deceptus *Marruvium* affirmavit, & quod ex itineraria tabula, & *Antonini* itinerario argumentum ſumit, eum pariter fefellit, nam mons *Imeus*, ut advertit etiam noſter *Camarra*, eſt in *Apennini* jugo ad duo ferè milliaria ultra collem *Armeum*, & quem oppidani ad præſens corrupto vocabulo *Montemeo* appellant.

Eſt ipſe collis locus antiquæ *Cerfiniæ* in eadem itineraria tabula notatæ, & ab *Antonino* numeratæ, ut ex diplomate *Urbani* II. jam relati conſtat, cum inter reliquas Eccleſias *S. Felicitæ* in *Cerfinia* Epiſcopo aſſignet, quæ ejuſdem loci modò Parochialis eſt, ab eaque *Claudius* Imperator viæ, cui ex ſuo nomen dedit, initium ſumpſit, ut ex columnæ milliariæ inſcriptione præfatus noſter *Camarra* refert.

Illud itineris ſpatium, quod modò interponitur, inter *Piſcariæ* oppidum (jam *oſtia Aterni* dictum) & collem ipſum *Armeum* numero milliarium, in columna ſignato ſatis reſpondet, nomenque ideo *Cerfiniæ* antiquatum, cum utraque oppida exciderint, & populus eorum in unum coaluerit, commodioremque locum pro incolatu ipſius propè *Corfiniæ* ſitum elegerint, ex numero forſitan montem ineuntium majori ab illo *Colliſarmeus* nomen indictum.

Et ad optimè *Cluverii* inventum diluendum titulos in lapidibus ſcriptos adducimus inter ruinas *Valeriæ* expiſcatis, qui dignam ſatis *Marruvii* mentionem faciunt, quorum unum noſtro *Camarræ* dedimus, & talis eſt:

CO. MESIO. PAV
LINO. CV
PRÆF. VRBIS. FERIARVM
LATINARVM. QVESTO
RI. VRBANO. AED. CER.
PRÆTORI. EODEMQ
TEMPORE. PRÆTOR
ÆTRVR. XV. POPVL
CVRATORI. P. SPLENDI
DISSIMÆ. CIVITATIS
MAR. MARR. EODEM. TEM
PORE. ET. CVR. VIAR. TIB. VAL.
ET. ALIM. PATRONO. ABSTI
NENTISSIMO.

Aliumque in Eccleſia S. *Sabinæ* olim Cathedralis in fronte capſæ lapideæ, non ut par eſſet excerptum, cum ruſticus ipſe lapis litteras objecerit, aliaſque obliteraverit ſuperinjuncta teſta excreſcens.

A M. MARIOCVS. PATRONVS. CIVITATIS
MARSORVM. MARR. HOMO. INTEGRÆ
EXISTIMATIONIS. PARCVS. DILI
GENS, FRVGI QVI. RESPONDERE
..... DORES. AERIIS. X. PREPO
SOTO. MOESSIE. ANN. XXXIII. MEN
SV... VINI... DIERVM XX. HIC
SITVS. EST. QVI. MATRI. FILIIS
QVARVM. VOL. PATRIS. IVSSV
XII. DEBERI. BRVTIVM. DOS. RES. A
SVCCESSORIBVS. MATRIS. ET. CVIVS
DEM. CORPVS. SITVM. ES. DIERVM. V

B Ex quibus *Marruvii* noſtri ſitus abſque ambiguitate ſignatur, & quanquam extra proprium locum inventi lapides ſint; nam per hoc alibi fuiſſe præbet argumentum, eumque modo ſignant ædificiorum rudera, & parietum ſpatia grandioribus quadriſque lapidibus extructa, ipſiuſque loci hodierna nomenclatura ibidem fuiſſe demonſtrant, & cum *Valeria* poſtmodum ædificaretur, hùc inde aſportati ad novæ urbis ornatum.

Et *Valeriam*, *Marruvium* fuiſſe, qui affirmant, errant; ex illius ſolum ruinis fuiſſe ædificatam, oſtendemus poſtea. Erat in eo itinere *Archippe*, C ſeu *Archipenna*, quod *Plin.* lib. 3. cap. 12. ex *Gallieno* aquis obrutum affirmat, & illius abbreviator *Solinus* his verbis *Archipennam* à *Marſia Lydorum* Rege conditum, quod hiatu terræ hauſtum diſſolutum eſt in lacum *Fucini*.

Unde poſtmodum ipſius lacus fabuloſus ortus emanavit, & cum aquæ decreſcerent præteritis annis, ejus veſtigia obſervavimus, ibique obtruncatam hominis ſtatuam, juxta pergrandem lapidem literis exaratum invenimus, cujus epigraphem, ut vetuſta monumenta reddamus, apponimus.

D

Q. SPEDIVS. P. F. AN. XXVII. PRO. PVDE
AMANS. PARENTIS

Ex cujus poſtmodum ruinis, ab illis, quos non tetigit, aliud ejuſdem penè nominis nuncupatum oppidum in proximo colle erectum fuit, quod diverſo fato, etiam modo dejectum eſt, de quo habetur mentio in catalogo Baronum Regni, qui ſub *Gulielmo* Rege in expeditione pro vindicanda *Terra Sancta* ſubſidium profeſſi ſunt, quod E nuper D. *Carolus Burellus* Clericus Regularis Minor ex nobili *Burellorum* familia, & *Neapolitanorum* civium nobilitatis accerrimus vindex nuper edidit, eoque tempore erat ſub ditione *Creſcentii de Capiſtrello*, qui pro *Archipreta* in valle *Marſi* unum militem ſpondet, modo territorium eſt Dominorum *de Silveriis Piccolominibus*.

Sed quod terræ hiatus aſſumpſit in aquis, indè ex fontibus *Paradiſi* aliud emerſit, çum non longe ab eo ſcilicet ille *Ruphinus* Epiſcopus, ut cæleſti rore contemplationis maderet, & divinorum arcanorum penetralibus attentiùs intenderet, & F corpus animumque regiminis curis feſſum recrearet, ad ſuæ quietis ſolatium elegit, domumque orationis ſummo Deo ſacravit, ad quam cum à ſatellitibus ejus filius *S. Ceſidius* inſequeretur, confugiſſe illorum acta dicunt. In eoque ſolitario receſſu ſacræ *Ciſtercienſium* familiæ viri ſanctitate conſpicui ædibus adjunctis, diù famulatum *Chriſto* Domino præſtiterunt, inter quos, & *Marſorum* Epiſcopos exemptionis quæſtiones diù fuerunt; ſed denuò excreſcentes aquæ diſpendium ſuſtulerunt, & Monaſterii ſolo æquati inter dumos & ſpinas neglecta veſtigia jacent, illiuſque pro-

proventus Abbas *Casamari* modò recipit, & Sancti ipsius *Ruphini* nomen retinet.

Marruvio propè in lacus sinu 11. mill. pass. insula insurgit, quam *Alicarnassæus Issam* vocat, palude recincta, & cœnosis, & palustribus aquis adeò munita, ut incolæ absque aliqua munitione manufacta, illis pro mœnibus muniantur, & quæ modò *Ortucchia* communi vocabulo appellatur, nomenque ex flumine haud parvo sortita, quod ex lacu *Scannensi* proveniens per cæcos, & inclusos terræ meatus occultum progrediens, & subtus serpens ad *Fucinum* in extremo insulæ aperitur, ut dum aquæ excrescunt (ut modò) non apparet, unde ortus aquarum dicta. Etsi *Petrus Marsus*, more suo somnians, *Ortucchiam* ex insula in mari *Ionio* eodem vocabulo dictam appellet.

A

B

Unde & priori denominatione, tempore aboleta, in novam immutata, quam etiam ætas attrivit, ex ortu aquarum in *Ortucchiam* transivit, licet penitùs nomen non sit abrasum. Etenim Ecclesia S. *Mariæ*, quæ à *S. Orante* hodiè dicitur, extra mœnia ad cc. pass. sita, quæ antiquitus Parochialis erat, *S. Maria ad Caput aquarum*, etiam modo in collatione illius Præpositurræ nuncupatur, quo primores incolæ insedisse, antequam aptiori situ mœnia collocarentur, aliqua vestigia monstrant. Etenim oppidum structura, & collocatione ædificiorum, antiquitatem aliquam non redolet, sed posterioris Architecturæ forma compositum, mœnibus circa munitum, per quatuor januas aditum præbens, vicos rectos & benè dispositos habet. Arx intus ex lapidibus quadratis vallo profundo munita, cum propugnaculis, antequam angularis turris, per quam ad Arcem transitus, ligneo ponte ferreis catenis suspenso patet, ad eamque procul à continente alius injicitur pons, quibus suspensis præcluditur aggressoribus aditus, sumptuosum opus, sed inane, ad quod *Fucinus* inaccessibile munimen præbet, magnificentia tamen *Antonii Piccolominei* principis, ut titulus in fronte docet:

C

D

ANTONIVS. PICCOLOMINEVS. DE. ARA
GONA. AMALPHITANVS. DVX. ATQ.
COMES. CELANI. ET. REGNI. SICILIÆ
MAGNVS. IVSTITIARIVS. AD. CON
SERVANDVM. IN. OFFICIO. OPPIDANOS
HANC. ARCEM. A. FVNDAMENTIS. EX
TRVXIT. ANN. DOMINI. MCCCCLXXXVIII.

In gremio ferè semper lacus collocatum, etsi decrescentibus aquis absque navigio, terrestri itinere pateat aditus, sed rarò; radunt tamen mœnia cum exundant, sed abluere nunquam ausæ.

E

In platea est Ecclesia *S. Rocho* Confessori dicata, in qua officia divina exercentur. Illius Rector Præpositurræ titulo insignitus, à *S. Maria* ad *Caput aquarum* nomen retinet, cui duo Capellani opitulantur in opere.

Extra mœnia, ut diximus, est Ecclesia *S. Mariæ*, quæ à Sancto *Orante* Confessore, qui ibidem in pace quievit, nominatur.

Sunt in ipsa Ecclesia plurimæ nobilis familiæ *de Petio* sepulturæ, absque titulo, sed insigniis domus ornatæ. Ibidem *Christophorus Muscatellus* olim Arcis custos tumulatur, cum sequenti inscriptione:

F

HIC. IACET. ORTYGIÆ. CVSTOS FIDE
LISSIMVS. ARCIS. CVI. DVX. ALPHONSVS
MAXIMA. CVRA. FVIT. MVSCATELLA
DOMVS. NOMEN. CHRISTOPHORVS. ILLI.
ORTYGIÆ. MORIENS. CONDITVR. HOC.
TVMVLO.

Christophorus Muscatellus de Castro plebis obiit II. Augusti MDXII.

Fœcundum tamen territorium, & ad opus *Cereris* aptum (cum aquæ decrescunt) habet; alioquin circà montes serere, cujus glebæ non simili ubertate redundant, necesse est. Vina etiam quam optima promit, sed quæ incolis non sufficiunt, cum frumentum aliis commodent. Aer, ex cæno præcipuè, cum remittitur lacus, non jucundus, ideoque incolarum facies cedrino colore fuscantur, qui omnes piscatui, ex quo emolumenta recipiunt, incumbunt, & loci Dominus, qui est ex primariis *Romanis* principibus nobilissimæ *Sabellicæ* familiæ, vectigal 4. mil. ducatorum annuatim recipit, relictis tamen retibus; alii ad studia litterarum recurrunt, inter quos enituit insignis Philosophus, & Medicinæ Professor *Antonius Gattus*, qui de Cometis tractatum edidit.

In radicibus montium 11. mill. pass. ab *Ortucchia* erat *Vignies* in *Valeriæ* viæ transitu (ut in tabula itineraria) postmodum *Vicus* appellatum, nunc dirutum, & cujus nomen locus ipse servat; de quo ex registro Baronum Regni, & parum ab illo longe *Castulum*; quæ oppida cum Abbas *S. Mariæ de Victoria* ad suam ditionem spectare, defendere conaretur, *Rogerius Cælani* Comes Regis adjutorium in suorum jurium defensionem impetravit, Abbatemque a sua prætensione deterruit. De quo etiam *Leo* lib. 2. cap. 33. refert, quod quidam Nobilis *Marsicanus*, nomine *Fridulphus*, filius *Gualtonis*, obtulit omnem substantiam suam D. *Benedicto* cum Ecclesia *S. Thomæ in Petuge*, & *S. Magni in Castulo*.

Vicus Castellum.

Inter capitula Regni CLXV. ann. Dom. MCCLXV.

Insurgunt postmodum atri, altique *Apennini* montes, in cujus dorso ad orientem inter obruta petrarum 4. mill. pass. ab *Ortucchia* est *Lucium* oppidum, ad *Pauli Marsi* intentionem, à *Liciæ* Regno, in quo *Marsias* dominabatur, nomen hausit, cum alioquin modernum parumque notum, quam ex donatione *Caroli* Primi Ecclesiæ *S. Mariæ de Victoria* facta, nullaque rei singularitate insignitum, & penè ob aëris rigorem inhabitabile, non circa illum arbores, aut segetes aluntur, sed undique scopuli, & saxorum congeries, undè incolæ ad radices montis in planitie circa lacum vineas colunt, & *Cererem* nutriunt, & *Vici*, *Castuli*que campos possident, in quibus ad stationem hibernam casales plures extruxerunt, est modò non vulgare, & inhabitatum. Plusquam CCL. familias nutrit, sub duobus Parochis, quorum unus *Virginis Deiparæ* Templo, Archipresbiteratus dignitate insignitus, præest, alter Ecclesiæ *S. Martino* Episcopo dicatæ; cum mons ipse nulla sit cultura frugifer, capellarum greges, quorum cum sint in fœnore, numerosiorem copiam alunt, in illa vagantur; sylvarumque virgultis fœtibus, & uberibus fœcundantur.

Ostien. in Chron. lib. 11. cap. 33. *Licin.*

Non longe abhinc 11. mill. p. ad meridiem in eodem jugo *Gioia* oppidum elevatur pulchrum sanè, & territorium commodum habens, nisi quod flatibus aquilonaribus vexatur, & frigore plurimo, non tamen illi necessaria desunt, nec alienis eget, armentis ovium caprarumque abundat, quæ hyeme *Apuliam* appellunt, & quibus armenta desunt, non otio torpescunt, sed frigore impulsi, alibi ruralia exercent, paucique homines brumali tempore locum incolunt, sunt ipsi validi, & decori aspectu, quibus honestatis, & familiæ cura plurima, Musicis modulationibus edocentur, quas in Dei honorem impendunt. Mulieres etiam pulchræ, non ornatui, sed lanificio deditæ, quo ipsæ, virique operiuntur, non more regionis, sed *Græco* penè habitu indutæ; plus enim, ut à glaciali rigore reparentur, quam

Gioia.

ut formosiores appareant, consulunt; triginta & octo supra bis centum ibidem focularia fumant, numerosius anteà, & in alpestriori loco situm, sed cum *Marcus de Sciarra*, aliique facinorosi exules, nondum seculo expleto, illud igne cremarint, forma & situ elegantiori repositum fuit etiam de pertinentiis *S. Mariæ de Victoria*, sed ex beneplacito *Caroli* II. anno MCCCXXX. in *Leonellum* ab *Acclozomara Dolani* Comite translatum, pretioque Monachis soluto, Comitatui præfato adjunctum.

Una est illi Parochialis receptitia, Archipresbyteratus titulo decorata, Dei Genitrici erecta, in qua præter sacella, & ornamenta bene disposita, reconditorium sanctarum reliquiarum veneratur, inter quas in argentea Cruce omnium Apostolorum aliquod lipsanium ostenditur, omnia pene solerti opere, & sumptibus D. *Dominici Cataldi* recolendæ memoriæ, illiusque Archipresbyteri sunt cumulata, qui non solum à majoribus ad se relictum, sed quicquid Geometriæ professionis studio, in qua plurimum pollebat, acquisierat, in ornatum, & emolumentum Ecclesiæ contulit, & licet vexationibus attritus dimittere aliquando illam coactus fuisset, cum qui operibus præerat, variis modis illius constantiam exercuisset, postmodum ardentiori charitatis zelo illius gubernacula reassumpsit, & ad onus rediens, manus sollicitas ad opus jam demissum admovit: Virtus enim vexata crescit.

Quà verò montis jugum parumper inclinatur in parvam planitiem, quæ *Vallis Regiæ* principium præbet, ad VI. mill. pass. inter scabros montes arctissimis semitis ad *Pesculi Asseruli* oppidum aditus aperitur. Ex alterius loci ruinis, quod ab uno illo milliario in elevato colle erectum separabatur, circa quod plurimorum ædificiorum antiqua rudera, & semidirutæ Arcis vestigia jacent, & *il Castello* communi vacabulo appellant. Quæ *Plistiam* illam urbem, quam *Romani*, cum pro *Lucanis* bellum cum *Samnitibus* suscepissent, *M. Fulvio Pætino*, & *T. Manilio Torquato* Coss. A. V. C. CDLIV. vi expugnasse non inconsultè judicamus, eamque ad nos pertinere ad X. *Livii* adnotationes *Henricus Glareanus* affirmat sic (si Diis placet *Marsorum*) illamque *Cluverius* à *Sigonii* repositione vendicat, qui in *Samnitum* à *Marsorum* agro ejusdem nominis civitates *Fresilia*, & *Plistia* sibi esse persuasit, ea præcipua ratione quod socia *Romanorum*, quæ nullæ in *Samnio* erant, à *Livio* IX. appelletur, sed certè in *Marsis*, intra quorum fines cum pacatum exercitum duxerint, in fœdere permansisse pro indubitato affirmat, etsi eodem libro *L. Postumii* Cons. oppugnatio, captusque *Miloniæ* referatur, non ideo quia de *Samnitibus* essent, sed apertè in ipsorum ditione, ut *Ferentinum*, & *Sora*, quæ diversi agri sunt *Samnitum*, dicuntur, eo quia ipsi principabantur in illis, & ad nostram intentionem *Alicarnassæus* ita explicat: *Samnitum* urbem *Miloniam* dixisse *Dionysium* facilè crediderim, ut in ipso *Samnio* situm non magis censeo, quam *Ferentinum*, *Soram*, *Fregellas*, *Antium*, & alia oppida, quæ de *Samnitibus* cepisse *Romanos* testatur *Livius*, quæ erant non in ipso *Samnio* propriè sic dicto, sed in *Samnitum* ditione, & subsequitur nil certius quam *Miloniam* fuisse *Marsorum* in confinio *Samnitum* positam, eaque occasione facilè potuisse de *Marsis*, jam in fœdus *Romanorum* regressis, à *Samnitibus* capi, licet id quando factum sit, à *Livio* non adnotatum, namque pauló negligentius, vel saltem compendiosius *Samnitum* bella narrasse eum, cuivis observare licet. Itaque in *Samnitum Pelignorum*que confiniis prædicta *Marsorum* oppida *Milonia*, *Plistia*, *Fresilia*.

Pesculum Asserulum. *Plistia.* *Henricus Glareanus* in annot. ad. 7. *Liv.* *Fresilia.* *Plistia.* *Milonia.* *Alicarn.*

Quas munitissimas urbes alio, ante relatum bellum, fusis *Marsis*, *Maximus* Dictator cepit, & cum in fœdere (mulctato agro) redirent, illas restituit, locus autem, in quo sitæ erant, ex finium cognitione dignoscitur.

Arcentur siquidem à *Marsis Sangri* amnis fontibus *Samnites*, cujus alteram ripæ partem *Peligni* insident, à quibus *Apennini Marsos* dividunt, & illud quod intercedit terræ spatium inter ipsum amnem, & *Pelignorum* fines, *Milonia*, *Fresilia*, & *Plistia*, occupabant, & cum finitima recensentur, nec alibi jungi reperitur, procul dubio ibidem fuisse affirmandum, cui nominis affinitas argumentum præbet, siquidem facilis transitus à *Plistia* ad *Pesculum*, & cum aliarum civitatum loca ignorentur, illam autem in obscuro famæ transisse, aut immutatam, ut plerisque ferè omnibus *Italiæ* urbibus accidit, suspicamur, ex illorum tamen ruinis aliæ, aut quæ nunc permanent, aut quæ pariter interierunt, surrexerunt; circa tamen ejusdem regionis spatium, siquidem ab ipsius amnis principio ad *Aufidenam*, quam à *CN. Fulvio* expugnatam *Livius* refert, *Bovianum* indè aggressus, nec multo post *Aufidenam* vi cepit, solum *Milonia*, *Fresilia*, & *Plistia* dinumerabant, in quorum locum quæ à *Blondo* ibidem designantur, successerunt.

Livius lib. x. A. V. C. CDLIX.

Deinceps sunt Castella, *Vallis Regia*, *Civitella*, *Rocca* inter montes, *Opum*, & *Pesculum Asserulum*, in *Appennini* jugo amnis *Sarni* fontibus subjicitur.

A II. ferè A. P. à *Pesculo Asserulo* in *Columnella*, seù furca campi *Mizzi* ex altissimo *Appennini* jugo fons *Sangri* emanat, & per fossatum, & vallem *Luparelli*, quæ *Regia* dicitur, ad *Adriaticum* dirigentem cursum *Frentanos* à *Pelignis* separare, *Strabo* asserit lib. V. Inter *Orthium* autem, & *Amiternum* medius *Sarnus* excurrit, amnis *Frentanos* à *Pelignis* separans.

Blond. Ital. instaurat. XII. Bull. *Leonis* IX. in *Ughellio* tom. I. in catalog.

In quo & parvus fons post ipsum oppidum, qui *Fons Reginæ* dicitur, suas adducit aquas, & alius qui vallem *Gioiæ* transcurrit, portentosus rivulus, qui torrentibus auctus, impetu quo fertur, pontes secum adducit, & vados præcludit, ut transilire non possit.

Vallis Regia est, quæ modo *Barrea* dictum oppidum Monasterio *S. Angeli* illustratum, quod *Ludovicus Pius* Imperator, cum in *Sarracenos* bellum indixisset, qui *Neapolitanum* Regnum occupabant, cum per *Marsicam* Regionem à *Capua* impulisset, *Beneventum*que usque profecutus fuisset, & *Cassinum* petiisset, juxtà præceptum *Caroli*, & *Lotharii* antecessorum sacro cœnobio donavit, cui Abbati duodecim Ecclesiæ in *Marsicana* Regione parebant, ut pleræque aliæ in *Valva*, & *Penna*, quas *Leo Ostien.* in Chron. lib. primo cap. XXXVI. recenset. Et quod cum postmodum *Sarracenorum* furore ad solum detectum fuisset; *Hugonis Italiæ* Regis, & *Lotharii* ejus filii pietate primævæ magnificentiæ restitutum.

Leo Ostien. in Chron. lib. I. cap. 36.

Regia autem liberalitate universa per anteactos Reges donata confirmavit anno CMXXXIX. idque pari religionis zelo *Otho* primus sui scripti stabilitate firmavit, licet suæ largitatis immemor, quinquennio post *Alberico Marsorum* Episcopo, quoad vixisset, concesserit, qui etsi jura Monasterii recognoscens, per cartulam oblationis Divo *Benedicto* illud à se abdicaverit, tamen quousque *Otho* II. in nostrorum fines ad montem *Cedici* divertisset, cum per anteactos Imperatores donata renovasset, ut jurgii occasionem submoveret, *Albericus* pariter, ut ea quæ sunt Monachorum, non retineret, induxit, sicque in Monachorum ex tunc libertatem rediit, &, cum postmodum *Guinisius* ejus-

Leo Ostien. in Chron. lib. I. cap. 56. Lib. 2. cap. IV. Anno CMLXV.

ejuſdem Epiſcopi filius, jam ſtabilita ſubmovere conaretur, Comitum *Marſorum* ſententia à ſuo conatu deſtitit.

Iſtius amnis fontes, qui in noſtros fines ſcatent, ita frigidiſſimi ſunt, ut non ſolum obſtupeſcant, ſi ut refrigerentur vina infundantur, ſed etiam colorem mutent, *P. Franciſcus Reſta* tract. 2. de Font. & Flumin. cap. 8.

P. Franc. Reſta tr. 2. de Font & Flum. cap. 8.

In *Campania* ubi *Sarnus* ſcatet, affluunt inter ſaxa quidam aquarum rivuli tantæ frigiditatis, ut vinum rubrum, ad infrigidandum immiſſum, brevi exuatur colore, & ſapore.

Quod longa obſervatione ita eſſe, ipſius *Peſcoli* incolæ nobis retulerunt.

Inter nos illiuſque fluenta præcelſiora *Appennini* juga protendunt, intra quæ *Scamnum*, quod diximus, oppidum manet parvum olim, & minus notum, at nunc ex collis *Angeli*, aliarumque villarum auctione repletur habitatoribus & divitiis (in inculta illa, & frigoris rigore aſpera regione) refertum pecoribus tantum, ex quibus emolumenta neceſſaria mercantur abundanter.

Erat *Collis Angeli* pagus (de quo à *Scamno* in regiſtro) Comes *Simon* filius Comitis *Todini* tenet *Collem Angelum* in *Balba*, quod eſt feudum unius militis, & *Scamnum*, quod eſt etiam feudum unius militis) ultra milliare à *Scamno* diſſitum, & *Jovis Lanarii* locus, per quem tractus *Valeriæ* tranſibat, eſſe creditur, inter cujus ruinas *C. Galdii* titulum invenimus:

C. GAL. DIO. L. F.
S. SER. PRÆSENTI
ANN. XXXIIX.
DECVRIO.
PRIMVS. A
BENTIFVLO

Illumque juxta lacum jam dictum, qui extenuatur in flumen, & per obtruſa præcipitatur in præceps, per montium anguſtias, & multiplicatas cataractas magno fragore inter occurſantes ſcopulos ruens, ſpumis apertos petrarum vortices caligine replet, & in profundum excavatæ vallis, quæ ad capacitatem deſcendentium aquarum ut plurimum arctatur, deſcendens, ut iter lignis, ſuppoſitis lapidibus, munire, qua tranſitus per vallem pateat, oportet, tantæ profunditatis, ut illius rarò ſinus ſolis radiis calefiat, indè per 4. mill. paſſ. ſolitarius, & occultus progrediens per *Caſtrum*, & *Averſam* via ſibi *Sulmoni* aperitur, quem alio amne, quem *Maiella* parturit, amplectens, per planum rapido curſu *Aterno*, quem *Piſcariam* modò vocant, ſe jungit, oritur ille propè *Pacentrum* ingloriuſque, & parvis aquis fluit torrenti potius ſimilis, de quo cum *Ovidius* conqueritur, ignobilitatem narrat.

Caſtrum *Averſa*.

Ovid. 3. Eleg. v.

Nomen habes nullum, nivibus collecte caducis,
Nec tibi ſunt fontes, nec tibi certa domus,
Fontis habes inſtar, pluviam, niveſque ſolutas,
Quas tibi divitias pigra miniſtrat hiems.
Aut lutulentus agis, brumali tempore, curſus,
Aut premis arentem pulverulentus humum.

Et eſt unus ex remotis fontibus *Aterni* nondum obſervatus, quem *Vibius* noſtros fines lambere aſſerit. *Aternus Hadriæ* diſcurrens per *Marſos*, ubi & *Oſtia* vites.

Aternus flum.

Non quidem ut interfluat diſcurrit, cum penè extrema regionis madefaciens perfluat, ut *Cluverius* obſervavit. Sed & *Oſtia* civitas ad *Aterni* oſtium non erat in *Narſis*, verum in *Veſtinis* confinio *Marruvinorum*, inter quos & *Marſos* fuere *Peligni*, ſic neque *Aternus* per medios *Marſos* fluit, ſed præterfluit tantum exigua ſui parte inter prædictum oppidum *Deheri*, & *Forconicum*.

Augetur etiam poſt *Sulmonem* aquis alterius fluminis, quod ex valle obſcura, & *Pectorano* emanans, inde tranſacto *Sulmone* ſimul coëunt, & *Gipſius* appellatur, & antequam *Pentimam* perveniatur, aquis iſtius ditatur, qui ex curſus rapacitate *Sagittarius* hodie dicitur.

Cluverius.

Et cum per CC. P. à lacu elongatur, *S. Petri* Eccleſiam olim Monaſterium, à S. Abbate *Dominico* ædificatum, madefacit, juxta aliud oppidum, quod à lacu ipſo nomen *Villa de lacu* aſſumpſit devotione fidelium, ob tanti Viri venerationem celebratum, locus aſperitate ſitus, & aëris glaciei geliditate ab illo elatus, ut macerato corpore liberius arcanorum vacationi animus liber incumberet, illic & ſtratum, & alia ipſius lipſania oſtendunt, ſicut & in *Cocullo* alia veneratione ſunt expoſita. In remotiori regionis parte, ut ſolitudinis in Eremo dulcem, & ſpecialibus deliciis ſuavem vitam duceret, aliud Monaſterium plantavit in loco, qui *Pratum cardoſum* dicebatur, quæ *Valvenſes* Comites *Theodinus*, & *Odoriſius* fratres A. MLXX. cum lacu ipſo, & omnibus pertinentiis ſuis Divo *Benedicto* obtuliſſe *Leo* refert. Inde vir, Deo plenus, Eremum deſerens, quò poſt *Soram Fibrenum* flumen influit in *Lyrim* ad Eccleſiam, quam in *Dei Genitricis* honorem jam *Petrus Ranerii Caſteldei Soranæ* civitatis filius anno MXXX. ſacraverat, divertens ſuæ manſionis domicilium deſtinavit, illiuſque Abbas electus, cum aliud etiam propè civitatem ſub Sancti *Silveſtri* tutelam, & Sancti *Petri* in *Avellana* Monaſterium extruxiſſet, ibidem in pace quieſcens, miraculorum coruſcatione clarus nomen de ſuo Eccleſiæ dedit.

Villa de lacu.

Leo lib. I. cap. 60.

Propè *Peſculum* 11. M. P. *Opium* oppidum nulla ſingularitate rei notatum eſt, cui Parochialis Eccleſia *Deiparæ* dicata, cum *Peſculo* Apoſtolorum principi Abbatiali honore, & receptitio Collegio inſignita ſit, præter rurales *S. Victoriæ*, *S. Luciæ*, *S. Antonii*, *S. Andreæ*, *S. Mariæ Tranquilli*, *S. Rocci*, *S. Mariæ Angelorum* utriuſque populi infelix hominibus ager, gratus tamen pecoribus, quibus æſtivo calore vireſcentia præbet prata, laticeſque ſalientis, gelidæque aquæ, licèt prius quàm hyems inſurgat, in *Apuliam* tranſmittant, eamque *Dauniam*, cùm *Apulia* ex *Cluverio* in *Dauniam*, & *Peucetiam* dividatur, in *Daunia Aſculum*, & *Manfredonia*, in *Peucetia Barium*, à quo regio *Barienſis* nomen traxit, & *Polymnianum*, quod *Polinium Bertius* in additione ad *Cluverium* falsò appellat, *Pompeji Sarnellii* nobis cariſſimi patria, à *Mario Rom* Conſule ædificatum, & à *Cæſaris* exercitu in Bello in *Pompejum*, militari licentia everſum, ab eodemque *Cæſare* reſtitutum, ut *Paulus Regius* Canonicus *Neapolitanus*, & *Vici Equenſis* Epiſcopus, in Sancti *Viti* actis adnotavit, & eleganter idem *Pompejus Sarnellius* in Panegyri quadam de S. *Vito* ſic cecinit:

Cluv. lib. 3. cap. 23. Introduct. Geograph.

Eſt locus oblongus, quem proluit Adria, *cujus*
Pars è fluctifrago ſublimis littore ſolem
Naſcentem ſpectat, ſentit pars altera aratrum,
Palladis, *&* Cereris *promens, & munera* Bacchi.
Hic Marius Catulo *(gelidas qui liquerat* Alpes,
Caſtraque munierat, qua Atheſis *contendit ad æquor*
Adriacum, Cimbroſ*queſibi metuebat iniquos)*
Allaturus opem, poſtquam ſtatione locavit
Tuta (quam voluit proprio de nomine dici.
Dicitur & noſtro Marianus *tempore Portus)*
Quas duxit pavidas hyberno ſidere claſſes,
Urbem Romuleo *ſtipatus milite, ductus*

Pompejus Sarnellius in Paneg. S. Viti.

Auspicio volucris, quam nunc insignia monstrant
Urbis, condendam, quam poscunt tempora, mandat.
Romulei *incipiunt subitò pars ducere muros,*
Molirique Arcem, quæ post de Cæsare *nomen*
Sumpsit, qui eversas Arcemque urbemque refecit,
Pars aptare vias, manibus pars volvere saxa.
At famæ cupidus Consul, hoc nomine dici,
Pelignano. *Nempe* Polymniano, *mandat, quam condidit urbem;*
Ut quas non valuit genio coluisse Camœnas,
Et quibus intonsos sacrarat Græcia *montes,*
De grege Castalidum *sua mœnia conderet uni,*
Et quæ grata magis, coluit quos ipse, Poëtis,
Scilicet eloquii quæ manat flumina, quæque
Rhetoricos dictat Polyhymnia *Musa colores,*
Cui, simul & reliquis, populus Romanus, Iuli
Et ludos, festumque diem dedit ante Calendas.

In *Dauniam* igitur *Apuliam Opi* incolæ sua pecora transmittunt, quæ sunt illis in patrimonium, & emolumentum, cùm quæ illis desunt, fructibus eorum accrescant, ideoque & illorum curæ plurimum incumbunt. Præterito anno MDCLIV. (M. DC. LIV.) terræmotibus penè ad ultimam internecionem quassata, illorumque magna inhabitantium pars cum ædificiis interiit, illud tamen memorabile eo casu refertur, quod paries, qui ante quandam domum erat, impetu illius actus in alteram domus partem (quassatione cessata) absque ulla intermediæ domus jactura inventus.

Campus *Mizzius*. Campus *Mizzius*, quem prope *Pesculum* principium habere diximus, elongatur inter *Turchium*, & *Argatonem* montes in lata prata, & sativa.

Est *Argaton*, qui à dextris insurgens altitudine cæteros superat, & ab agro *Scamnensi* nostrum separat. *Turchius* sylvis, nemoribusque vestitus sinistrorsum campos includit, in quibus Ecclesia *S. Mariæ de Campo Mizzio* dicta veneratur, & post IV. M. P. parvus fons insurgit *Tempe* dictus à *Temple* diruto oppido, inter cujus vestigia scatens per vallem ad inferioris fontis ubertatem augendam progreditur ad *Invecti*, seu *Juvenculi* societatem, & mille inde P. cum parumper terra intumescit in collem, qui ex *Argatone* evellitur,

Visinium. *Visinium* oppidum habitatoribus penè desertum, & qui plurima paupertate premuntur, cernitur, Parochialis illi Ecclesia *Virgini Immaculatæ Deiparæ* dicata, quam Archipresbyter regit, rurales S. *Bartholomæi*, S. *Joannis*, S. *Petri*.

Hinc ex rupibus, & petrarum scissuris gelidissimi tres fontes emanant, qui, ut diximus, ex *Scandensi* lacu provenientes *Invectum* amnem formant.

S. *Sebastianus*. Ad II. M. P. ad *Argatonis* radices S. *Sebastiani*, eadem habitatorum clade desertum oppidum jacet, illique prope ex lapillorum congerie, duo alii tam limpidissimi, quàm gelidissimi fontes exurgunt, & descendentibus ex *Visinio* aquarum rivulis junguntur, parum fertile solum, ex quo tamen flava terra foditur, ad opus figuli apta, unde textea vasa, & lateres conficiunt, cujus artificio soli pauperies suppletur, illiusque incolæ musicis modulis lyram exercent. Est illi Ecclesia Martyri *Pancratio* erecta, cui Archipresbyter, & sex Canonici inserviunt. Divum *Sebastianum* tutelarem venerantur, in cujus honorem, cum plurima circà renes passum referant, animalium renes non comedunt.

Hic *Turchius* mons, cum procumbere tantisper videatur, ut iterato resurgat, dorsum in multiplices colles dividit, ex quibus unus ad III. M. P. à *Sebastiani* itinere, quà sinistrorsum ad lacum progreditur, inhabitantium domibus vestitur,

Aschium. totumque cacumen *Aschium* (quod dicunt) oppidum implet, non incolarum multiplicitate, nec

A singularitate aliqua dotatum, sed agrestium, & caprarum, oviumque greges custodientium, quibus non solum abundant, sed quo sustententur, exuberant, eandem soli fœcunditatem, cælique temperiem cum *Visinii* & S. *Sebastiani* communem habent, præterquam quod in descensu collis ad lacum uberes vites colunt, & vina non ingrata conservant. Præest Archipresbyter cum tribus Canonicis S. *Salvatoris* Ecclesiæ, quæ illi est Parochialis, ab eo ad ortum mill. pass. oppidolum aliud distat *Sparnasium*, sed modò *Sperondasino* (*Sperondasino*.) dictum, totum in descensu montis positum, soli amœnitate, & lacus prospectu jucundum, *Mons*

B siquidem *Cereris*, planum *Bacchi* munere gaudet, ab uno Parocho, qui Ecclesiam S. *Nicolai* gubernat, regitur, cum anteà duo essent oppida, & duæ Parochiæ, *Asinium* unum, alterum *Sparnasium*, modò juncto vocabulo, & coadunatis simul incolis, unitate in omnibus gaudet.

CAPUT II.

De Populis Anxantinis.

C EA est rerum omnium conditio, ut stabile quid reperire, haud possibile foret, fatiscunt omnia, quippè quæ nata sunt, ut augeantur, & vigeant, & vigentia senescant, & tandem corrumpantur; nihil enim hic æternum, nec ab hujus miserabilis fati inconstantia populi, regna, urbesque abfuerunt, quæ enim aliquando floruerunt, vel pondere librata suo, vel bellorum turbine, vel cladibus, quibus humana vexantur, sic ceciderunt, ut cum ipsis & jam memoria delitescat. Sic *Samnium* inter *Samnites*, & *Cominum* inter *Volscos* (ut cætera taceam) investigatur, ut locus ab in-

D colis additari minimè possit, cui malo Scriptorum inaccurata investigatio, cum non prout erant descripserint, & status mutatio, quæ in sui ipsius fluctuatione, priora nomina abolendo, nova, diversaque dedit, non parum argumentum præbuit, quod & *Ptolomæus* consideravit lib. 11. cap. 54. (*Ptolomæus* lib. 11. c. 54.)

Non omnes partes orbis sunt cognitæ ob magnitudinem orbis, aut quidem non in eodem statu semper permanserunt, aut diversimodè sunt descriptæ ab eo, quod se habent, & nonnullæ partes etiam hodie diversum statum & nomen habent.

E Etsi hic morbus præclara mundi loca consumpserit, quid mirum si incolentium nostram regionem populorum obliterata sint nomina? nec omnibus nota, ut sit etiam homini in ea nato expiscari labor, & tamen fuerunt; nec *Plinium*, qui nostra calluit, errasse procul dubio est. Ille enim in *Marsos Anxantinos* posuit diversos ab *Anxanis*, qui *Anxanum* in *Frentanis* incolebant, modò nobile Emporium Archiepiscopali Sede decoratum, (*Anxanum*.) *Ptolomæo*, & *Strabone* cæterisque Geographis notum, in ora ferè maris positum, quod & locorum distantia, & nominis differentia demonstrat; siquidem inter nos ac *Frentanos*, *Peligni*, & *Marrucini* interjiciuntur. Illud in *Adriatici* pe-

F nè litore. Nos infra *Apennini* juga positi in mediterraneis. Illi *Anxani*, nostrates *Anxantini*, sed juvat *Plinii* verba referre, ut indè veritatem eliciamus, sic etiam lib. 3. cap. 12. Sequitur quarta regio gentium, vel fortissimarum *Italiæ* in ora *Frentanorum* à *Tiferno* flumen *Trinium* portuosum; oppida *Nissonium*, *Bucca*, *Ortona*, *Aternus* amnis, intus *Anzani* cognomine *Frentani*, *Corentini*, *Supernates*, & *Infernates*, *Januenses*, *Marrucinorum*, *Theatini*, *Pelignorum Corfinienses*, *Superequani*, *Sulmonenses*. *Marsorum Anzantini*, Ati-

Atinates, *Fucenses*, *Lucenses*, *Marruvii*; *Albentium*, *Alba* ad *Fucinum* lacum.

Ecce *Anxani* ab *Anxantinis* diversi, sed ab nostrorum abolita memoria confusus error; siquidem in *Aprutio* tantum *Anxani* noti ab oppido ad fastigium civitatis evecto, nostrorum gloriam depressit, qui nova denominatione ita desierunt, ut acsi non fuerint, innotescant, nec expiscari, quo fuerint loco, possibile fore arbitramur, etsi in regione inveterata sint oppida, quæ germana appellatione simultatem habeant, alterum eorum fore persuadeant, nil certum tamen in medium afferre audemus. Etenim illud quod inter *Piscinam*, & *Collem Armelum* Sancti *Ansi* oppidum erat, modóque solo æquatum cernitur, ad *Valerienses* potius pertinere; alterum quod in *Monte S. Nicolai* supra *Sscurculam* erat, & magis nominis affinitate, & antiquitatis vestigiis, & finium intermediis quippè inter *Albenses*, & *Æquos* positum (si *Blondo* credamus) qui *Æquorum* terminum *Talleacotium* ponit, etsi potius *Æquorum* pars ex Geographorum distinctione, & naturali situs aptitudine animum ad credulitatem inclinare videatur, affirmare autem non audemus, sunt enim multa, quæ à certa definitione deviant, licet *Plinium* non errasse in hoc credamus. Attamen ad intentionem deservit, si quæ in isto intermedio sita sunt loca, ad *Anxantinos* nostros referamus, ut reviviscere quoquo modo, & assumptam distinctionem non deseruisse monstremus.

S. *Ansi.*

S. *Anxini*

Erat quippè 11. mill. p. à *Scurcula* in monte ad occasum Sancti *Anxini* seu *Ansuini*, ut rudera monstrant, oppidum quod dirutum novæ *Podii Philippi* ædificationi (parum ab illo longè) principia dedit, quod inveteratum nomen ab anno MCLXXXVII. quando *Berardo de S. Donato* parebat, in novo translatum, vetus autem Ecclesiæ titulus eo in loco de Jure patronatus (nunc familiæ *de Nallis*) Divo Apostolo *Thomæ* conservatur, in qua Cænotaphium *C. Hostilii à Cameriata Clementina* in marmore excavatum cernitur; à qua circumseptus ager nomen sumpsit, unde *Camerata contrada* illa modò vocatur.

C. HOSTILIO. G. F. FAB
A. P. RO. IIII. VIR. I. D
CAMERIATE
CLEME......
PARENTI. B. M. P
D. M. P

S. *Donatus.*

Eodem itinere in summitate montis *Sancti Donati* Castrum illius nominis erectum adhuc permanet, tribus in vicis distinctum, quorum eminentior arcem pro tuitione, & statione Dominorum habebat, qui ab eo cognomen familiæ dederant, inter quos floruit *Berardus à Sancto Donato*, ipsius & Sancti *Ansuini* Baro, & quisque vicus propriam Ecclesiam habebat, & sub una tantum Parochia continebatur, ut modò continetur.

Erant una *S. Erasmo*, altera *S. Angelo*, & tertia *Sancto Donato* sacratæ, & *Pomperanum* regio dicebatur, & antiquato postmodum priore nomine à *S. Donato* nomen retinet, & vix centum familias numerat.

Ubi mons ipse, & alius quo *Talleacotii* sistitur, parum inclinantur in vallem in frequentibus collibus, quos radices illorum parturiunt, frequentes vici, pagique sparsim sunt siti, sed adeo ignobiles, ut nulla Geographos cura numerandi adstrinxerit; incolæque sic etiam natale solum despiciunt, ut extra regionem *Talleacotii* indigenas se profiteantur.

Nos autem ex instituti nostri ratione, singula

A recensebimus, à *S. Donato*, in eodem monte versus *Scurculam*, D. pass. ad *Sorbum* proceditur, cujus Parochia *Immaculatæ Virginis* Templum est. Eademque spatii mensura in descensu montis *S. Stephani* ignobilis etiam pagus in *Sancti Nicolai* Parochia, vix XX. familias enumerat; minusque *Gallum* alter pagus in *Sancto Silvestro*.

Sorbum.

S. Stephanus.

Post quæ est *Tivolare*, sub *Deiparæ Virginis* tutela veterum traditione cæteris nobilior, cui ex rusticana *Tibulli* Illustris Poëtæ habitatione nomen traditum existimatur; cum ad æstivas delicias, ut liberiùs Musis vacaret, illùc extruxisse referant, B ex qua *Tibulli Lares* primitus nomen accepit, & aptiore postmodum pronuntiatione in *Tibulare* immutatum, seù quod ibidem *Agrorum Diis* templum simulacraque posuerit, quos ipse *Lares* appellabat.

Tivolare.

Vos quoque felices quondam nunc pauperis agri
Custodes fertis munera nostra Lares.

Inde *Tibulli Lares* appellatum nomen pago transmisisse, licet certiori alia memoria res non stipuletur, unde & facile incolarum commentum ad suæ originis nobilitandum principium inventum esse C potest; adest tamen vetustatis vestigium in sepulchrali lapide incisum sic:

L. VIBIVS. L. F. STABILIO. VIVVS
FECIT. ET. OFILIO. AE. M. L. F
EPISTOLIONI.

Et conservatur urna rotundi lapidis scalpro polita, duos pisces exsultos servans, & ex latere altero supra basi duæ extant humanæ efformatæ effigies, quarum unaquæque manus sublimis arboris maturis fructibus innititur, quam ipsius Poëtæ cineres conservasse autumant.

D Succedit huic ad M. P. *Scanzanum* magis frequentatum oppidum, & ex vicis circum adunatis in unum conflatum, servat adhuc more pagorum *Castrum* mœnibus munitum pro victualium securitate. Cujus Ecclesia *S. Cypriano* dicata, Abbatiali titulo decoratur. Est illius Abbati in animarum cura unicus Sacerdos coadjutor, & duæ aliæ subduntur Ecclesiæ: una militiæ *Angelorum principi* ex loco, & vico unde translata *S. Angelus in Nesce* vocata. Altera, in qua est villa ab ea *de Sancta Maria* dicta, cujus reditus Episcopali mensæ sunt addicti.

Scanzanum.

Et parum infra est *Altum S. Mariæ*, modo sub plurali nomine *le Sante Marie* appellatum, pariter E sub Abbatis cura, cum subordinatione duorum Capellanorum, ambo jam feuda *Joannis Duca*.

Altum S. Mariæ.

Eodem itinere M. P. *S. Joannis* villa in una Abbatiali Parochia sub illius sancti appellatione adunata.

S. Joannes.

Exinde III. M. Pass. procedendo *Trium Montium* Castrum, in quo, etsi non frequens populus, quinque principabantur Domini, cum nec centum familias nutriret, in Ecclesia *S. Angeli* illius Parochialis, cui propè est *Rogitellum* angustus pagus, *Raphanorum* miræ magnitudinis ager F ferax, qui in emolumentum, censumque rusticis sunt, ex quibus aliquos quindecim librarum pondere vidimus, & in Ecclesia *Sanctæ Mariæ*, quæ est illi Parochialis, vix XXX. familiæ congregantur.

Trium montium.

Rogitellum.

In extremo penè vallis duo alia erant oppida, quæ modo vestigia monstrant, unum est *Uppa*, cujus Ecclesia *Immaculatæ Virgini* dicata erat, de qua in Chronicis *Cassinensibus* lib. 3. cap. 19. mentio habetur.

Uppa.

Al-

Alter *Varro* excidio dirutum, & aliquandiù conservatum in Monialium Monasterio sub *Minorum* cura, quibus cum præfuisset *B. Thomas de Celano*, ibidem ad cælestia vocatus, suum corpus venerandum reliquit, quod à Monialibus, Monasterio relicto, *Talleacotium* cum omni ipsius jure translatum, in Ecclesia *S. Francisci* post aram majorem colitur, ut fusius in illius actibus.

B. Thomas de Celano.

CAPUT III.

De Atinatibus, *seu* Antinatibus.

NOn eadem indeclinabilis rerum series in suos æternos consequentiæ ordines nostros *Atinates* penitus implicuit, aut ita abrasit, ut deleret, etsi communi omnium rerum casu in inconstantis fortunæ motibus excidio, non ad internecionem passi sint. Extat modò ex non spernenda civitate, non ad fastigium montis, ad cujus radices *Lyris* amnis transcurrit, sed ad dorsum, in quo medio ferè ascensu inclinatur, spatiumque ad inhabitandum, antequam altius extollatur, præbet, parvum oppidum propè *Morream* in *Valle Rubeti Civita de Antina*, quod *Anxantium* fuisse *Cluverius* suspicatur, nulla alia ratione, quàm nominis affinitate, sic enim dicit: Haud ita procul à *Morrea*, versus septentrionem, & lacum *Fucinum*, est oppidum hodie vulgari vocabulo *Civita de Antina*, id fortè olim dictum fuit *Anxantum*, sivè *Anxantium*, seù fœmineo genere *Anxantia.* Unde *Plin.* lib. 3. cap. 12. *Marsorum* sunt *Anxantini.*

Civita de Antina.

Philipp. Cluverius.

Quos nos alibi paulo ante retulimus, unde & ipsius *Plinii* textus corruptus corrigendus, & pro *Antina Marsorum*, *Volscorum*, reponendum.

Sed & *Plinii Atina*, & item *Ptolomæi Arx* (sic legendum) *Volscorum* in novo *Latio* oppida.

Cluverius Antina. Volscorum.

Diversa sanè civitas illa ab ista, quæ *Romanorum* nobilis Colonia fuit propè *Fabrateriam*, non longè à *Pontina* palude, quam *Melphiæ*, & *Lyris* amnes interfluunt, in nivoso monte posita, de qua *Silius* VIII:

Silius. 8.

Nec Fabrateriæ *vulgus*, *nec monte nivoso*,
Descendens Atina *aberat*, *detritaque bellis*
Suessa, *atque à duro* Frusino.

Antiqua admodum, cum unam ex civitatibus, quæ *Turno* adversus *Æneam* suppetias tulisse, tela, armorumque apparatum excudisse *Virgil.* VII. referat:

Virgil. 7.

Quinque adeò magnæ positis incudibus Urbes
Tela navant, Atina *potens*, Tiburque *superbum.*

Et una cum *Collatia* à *C. Petilio* Dictatore captam dicit *Livius* IX; sed clarioris radiis illustrata *Principis Apostolorum* per illam transeuntis hospitio, a quo Episcopali sede decorata, meruit Sancti *Marci Galilei* illius primi Episcopi, *S. Nicandri*, *Pisicatri*, & *Dariæ*, aliorumque Martyrum sanguine purpurari, etsi nominis affinitate penè confundi videatur, illaque, ut rerum gestarum memoria celebrior hujus assumpserit vices, & quam *Plinius* in nostro posuit sinu, credita, attamen non ita, nec nomenclatura communis, sed quod modo retinet *civita de Antina* nomen habuit, idque nobis tam publica instrumenta insinuant, quæ inspeximus, quam lapis apertè monstrat in permagna & stabili rupe, extra mœnia prope fontem, quo via transitum ad *Lucum* oppidum signat, in quo excavatus titulus grandioribus litteris sic se habet:

Martyrolog. *Rom.* die 18. Aprilis.

D. O. M.
VARIÆ. MONTANÆ. QVOD. PAR. PA
RENTI. ERAT. FACERE. FILIAM. MORS
IMMATVRA. FECIT. VT. VIVERET. IN
FELIX. PARENS. VIXIT. ANN. XXII. VA
RIA. ODYNE. ET. MONTANVS. POPV
LI. ANTINATIVM. A..... SOROR
CARISS. ET. PIENTISS.

Antinates enim, & non *Atinates*, ut *Plinius* posuit; unde & illius textus reponendus, cum in errorem irrepserit. Quorum caput erat ipsa civitas *Antina*, in *Apennini*, ut diximus, dorso in sinu, qui incolentium civium numerositatem caperet muro ex quadratis, & excisis lapidibus cincta, quorum adhuc vestigia remanent, & si non fallimur in eo loco erat Castellum, quod *Romani* A. V. C. CCCXLVI. cum victos *Volscos* insequerentur ad lacum *Fucini*, vi expugnarunt, & termille exinde captivos homines adduxerunt, ut refert *Livius* lib. IV. in quod ea ratione imus, cum illud primum ex nostratibus post *Volscos* occurrit, quod cum *Castellum* Livius appellat, in sententia nos firmat. Est enim situm in altis, & asperis jugis montium, & instar Fortelitii mœnibus incastellatum, quæ cum ima Collis impleant, sic dominantur, ut ascensum prohibeant; nec ad lacum per aliam viam ex *Volscis* ad nos quam per vallem ipsam itur, & licet VII. M. P. ab ipso distet, cum aliud non interponatur oppidum, ad lacum ipsum situm dicitur. Municipiorum jure gaudebat, ut indicat lapis ibi, in quo, & de *Antina*, & de Decurionibus mentio habetur.

SEX. PETRONEO
SEX. FILIO. VALERIANO
IIII. VIR. IVR. DICVNDO
SERGIA. Q. ANTINO. COLLEGIVM
DENDROPHRVM. EX. AERE. COLLATO
PATRONO. MERATIPO. SVAERVNT. OB
CVIVS. DEDICATIONEM. DEDIT. DE
CVRIONIBVS. ÆPVLANTIBVS. SIG. S. F.
VIII. N. SEVIRIS. AVGAEPVLA. SIG
S. † XXII. N. COLLEGIOS. S. AEDVL
SIGNG. S † XVN. PLEBI. VRBANE
AEPVL. SIGNG. S † IIIIN.

Et ad *Marsos* pertinere *Sergiæ* tribus aggregatione ostenditur. Fuit aliquando in ditione *Cassinensis* Monasterii per oblationem *Rainaldi* filii *Roberti* de civitate *Antina* ex *Leone Ostiensi* lib. 3. c. 60. Idem fuit & *Rainaldus* filius *Roberti* de civitate *Antina* cum pertinentiis suis de *Sancto Petro in Morino*, & *Sancta Lucia in Rendinaria* cum pertinentiis illarum.

Leo. lib. 3. cap. 60.

Circa Ann. Domini MLXXXIV. Et ad laicorum manus rediens illius Baro obsides *Gallos Cisalpinos* in custodiam recepit, ut in Elencho Baronum post vindicem *Neapolitanæ* nobilitatis per *Carolum Burellam* Anno MCCXXXIX.

A qua non longe P. M. pauperum Patriarcha *Seraphicus*, quo ut æstuabat ardore, contemplationis studio vehementius insisteret, in remota à commercio vallicula segregatam Eremum elegit, ibique arcanis intentus, aliquando moram traxit, unde postmodum, ex fidelium manibus in illius honorem Ecclesia surrexit, & succedente tempore Sanctissimus ille Pater, Cænobitarum speculum, *Petrus de Murrone*, & mundanarum dignitatum spretor, qui à summo Deo, quæ in terris summa sunt assequutus, sic contempsit, ut non despiceret, sic à se non imitabili, sed admirabili refutatione abjecit, ut veneraretur, & in humilitate cæleste fastigium quærens, supremam ca-

cathedram in Eremo commutavit; ut cujus tenebatur amore, ferventius operibus pœnitentiæ insudaret, dum sui ordinis fundamenta jaceret, ante Pontificatum à *Seraphico* electam solitudinem repetens, cælestium consolationum fruitione promeruit ibidem recreari; ubi cum *D. Bartholomæo à Transaquis* solitudinis socio per aliquòd temporis spatium moram traxit, ex qua Sanctissimorum Patrum habitatione, sic apud fideles venerari, colique locus cœpit, ut possessionibus, reditibusque non paucis ditaretur, quæ *Gregorius* P. X. *Cælestinis* Patribus suo diplomate confirmavit.

Lelius Marinus in vita *S. Petri Cælestini* lib. 3. cap. 6.

Intra septa murorum Sacrarum Sororum Cætum Deo sub *Seraphica* regula in Ecclesia *S. Mariæ Magdalenæ* adunari, diuque in penè desolato loco persistere in regulari disciplina visum fuit, donec depauperato monasterio, & bellorum incommodis attrito, ad desolationis postremum exterminium devenit. Unde Abbatissa *Mæstia*, quæ sola ex sororibus remanserat, in *Conventuales* fratres monasterium cum tota substantia transferri vidit, & in commendam F. *Paulo de Avezzano* tradi anno MCCCCXXII. Est *Antinantium* sedes circa ripam *Lyris* amnis, qui ex *Apennini* illa parte occasum versus III. M. P. à *Talleacotio* distans ad mœnia *Cappadociæ* oppidi scatens per vallem de *Nersa* ad vallem *Rubeti* ad meridiem pergit, novis semper rivulis, scaturiginibusque auctus ex alio fonte, qui *Fibrenum* parturit, aquas hauriens simul uno supra *Soram* milliario coëunt, in insula, quam efficiunt, incunabulis *Ciceronis*, sed magis Martyrum Christi pretioso sanguine illustrior; unde & *Fibreno* ipso ex lanicinio credentium, quos efferata gentilium sævitia ibidem diverso mortis genere exercuit, trucidavit, nomen in *Carnelo* immutatum, novi hujus fontis aquis, quem Pater etiam *Apenninus* VII. M. P. supra *Soram* gignit, ubertate ditatur, qui ex excavata montis radice, copiosa scaturigine limpidissimas aquas emergit; & quæ in profundo jacent, visus non impediunt obtutum, quæ tructarum copiosa multitudine pertranante, & placido cursu per viride solum discurrente, in duo capita scinditur, quà insulæ oppido aperitur spatium, *Soranæ* civitatis ducum ex *Bonacompagnia* Illustrissima familia, qui & cognominis etymon virtutum præstantia superant, deliciarum sedes, regiæ penè habitationis splendore decora, & viridarii redolentia fructeta magno fragore in præceps præcipitatur, antequam ad alteram, quam diximus insulam, simul uniantur, & ex virentibus, quas in alveo nutrit, herbis cæruleum *Martialis* appellat:

F. Lucas Vadingus Annalium V. Ann. MCDXXII. n. 20.

Lyris fons.

Strabo. Plinius. Ptolomæus. Livius. Appian. Alexand. Blondus. Volater.

> *Cæruleus nos* Lyris *amat, quàm Sylva* Maricæ
> *Protegit, hinc scyllæ maxima turba sumus.*

Et per *Campaniæ* agrum ostium sibi ad *Minturnensium* litus aperit in loco: quem hodie *la Torre de Scafati* appellant, & non longè à *Trajecto* oppido vestigia lustrantur, quæ bellico furore attrita, una cum *Formia* splendore *Cajetam* auxit, ad quam una cum Episcopali sede, cætera pretiosa pervenerunt, in qua *Marcellum* Papam Concilium celebrasse *Blondus*, & *Leander* referunt. In quo sinu & *Maricæ* sylva, templumque erat, quæ ex assertione *Servii* ad VII. *Æneid.* uxorem *Fauni* fuisse, & divinis honoribus à *Minturnensibus* tributis, templum illi, *Lyrim* juxta, dicarunt, de quo *Lucanus* II.

Cicer. de Leg. *Ughellius* in serie Episc. *Soran.*

Baron. in notis ad Martyrolog. *Martialis.*

> *Et umbrosæ* Lyris *per regna* Maricæ
> Vestinis *impulsus aquis.*

Lucanus.

Regio ista *Volscorum* quondam etiam à *Vestina* civitate, quæ non longè à *Minturna* Colonia fuisse refertur; *Vestinorum* dicta fuit. Unde *Lucanus Vestinas Lyris* aquas nominat, non à *Vestinis* populis, qui post *Marsos*, *Pelignos*, *Marrucinos*, *Sabinosque* conterminos habent, antequam ad Mare descendat; *Gauri* montis radices lambens, ab eo nomen *Gariliani* accipere meruit; est *Gaurus* mons vel ipse *Massicus*, vel pars ipsius vitibus, pomisque præ cæteris *Italiæ* deliciosior.

Sicut & *Piscariæ* ab ostio in Mare, quod non priùs, quam simul remotissimi fontes, post populi oppidum coëunt, assumit; retinetque; sicque *Lyris* à secundo isto fonte, quo supra *Soram* augetur, effluentium copia notior denominatione immutatur. Sic & *Vibius* longè à *Marsis*, *Vestinisque*, cujus in ipsa *Nimphæ Maricæ Minturnensis* Templum est. *Vibius.*

Quod Templum cum ipsa *Minturna* suo fatò absumptum periit; & nos ad ostium usque pervenimus, ut novi nominis rationem redderemus. Remotior quidem primus ejus fons est, non ad *Capistrellum*, ut *Blondus*, & *Albertus* volunt, sed VI. M. P. supra ad occasum, à *Sora* XXIV. non dives in suo principio aquis, sed perlucidis, cristallinisque, suavique sapore, & novorum semper rivulorum exhibitione repletur, quos in cujuscumque locorum narratione notabimus. Tructas, quæ bonitate præeminent, sed non exiguæ magnitudinis alit, & Carpionibus, qui (si non alibi *Brixienses* reperire asseverent) longe melioribus illis, quos *Benacus* lacus nutrit, gloriatur, aureis squammis, prout & Tructa ipsa, refertis; & Mustellas, quæ cum Scaro bonitate contendunt; in arenoso littore propè *Roccæ vivorum* pagum abscondit, quas à lambendis petris Lampredas vocamus, rarus piscis, etsi paucus, exilisque, singulari bonitate non spernendus. Exurgunt in ripa (ut in *Istro* fluvio) alphanti, seù odorati vinci rosarum olfacta reddentes, sub purpurino colore, & contriti gustu mordent, nobilis, utilisque ad medicamenta frutex, & forsitan sine simili in partibus *Italiæ*.

Custoditur altissimis *Apennini* jugis in angusta valle *de Nersa*, dicta in occidentali parte, quæ ad meridiem vertens dilatatur, & propè scaturiginis fontem in parvo colle *Cappadociæ* oppidum seù *Caput otii*, cum illud æstivo calore in viridi ripa, & gelidissimis aquis conventus effluentium hominum otiari solerent, à principio ad arginem ipsius evitandi caloris umbraculum, & ad corporum, animorumque relaxatorum recreationem domuncula structa erat, quæ cum non toto anni tempore placeret, quippe hyberni solis radiis non penetrabilis in aptiori parum longe loco alias domus ædificarunt, quæ pastorum, ad gratum pecoribus locum confluentium incolatum auctæ, postmodum in oppidum creverunt, quod ferè biscentum familias sub una *Sancti Blasii* Episcopi Parochiali Ecclesia numerat, & qui illi præest, præpositure dignitate decoratur, cui in animarum cura unus coadjutor opitulatur. Hunc *Petrus Marsus* ex suo somnio à *Lydio Marsia* in omissi *Cappadociæ* regni memoriam ædificatum profitetur. *Cappadocia.*

In cujus vallis descensu parum à ripa ex altera parte distans ad ortum Solis æstivum, *Petrella* oppidum est, in vita *Sancti Beraldi Marsorum* Episcopi notum; ex *Joanne* illius consanguineo, & in una Parochiali *Sancti Angeli* ad Sacra illius populus congregatur. *Petrella.*

Eadem in valle II. mill. pass. quò *Petrella* à *Cappadocia* distat, est *Paleare*, parvus, & incultus pagus, ex ruinis *Gerofalci*, in cacumine montis in munito loco situs, in dominio quondam *Roberti de Cortinella*, qui pro eo unum militem in *Paleare.*

in sacri belli suppetias obtulit; & cum minus incolatus habitatoribus placeret, animalium tuguria in domos transferentes, ibidem inhabitare cœperunt; Ecclesiam summo humani generis *Redemptori* erexerunt, & parum ab habitato loco longè aliam *Immaculatæ Virgini Deiparæ* miraculorum signis coruscanti.

Alio 11. M. P. dimenso intervallo, in sinu vallis, quò exundans aquarum copia, exilis *Lyris* paupertas ditari cœpit *Risondoli* rivuli ubertate, *Castrum fluminis* parum nunc habitatoribus frequentatum insurgit oppidum, olim Arx in tutelam vallis, quæ adhuc solum inspicitur. In quo Ecclesia Parochialis S. Episcopo *Nicolao* dicata, ab Abbate, & tribus Canonicis regitur, & parum à *Castro* longè turris in loco *Pascusano* dicto cernitur, juxtà quem S. *Benedicto* sacratum templum erat, quod *Gregorius Romanorum* Consul *Cassinensi* Monasterio obtulit Anno MLXII. ex *Leone Ostiensi*. lib. 3. cap. 19.

Castrum fluminis.

Cæli, terræque inopia vallis tota laborat, angusta satis, & rigido glaciali torpore oppressa, nivibus plusquam alia regionis pars abundans, altissimis convallata montibus, qui præterquam in aliqua ipsorum parte pascua, nullum aliud emolumentum præbent, unde parum latum, & fœcundum agrum possidet, & vix frumentum nutrit, & castaneas, quæ in deliciis, & peculiare alimentum sunt, alia poma non parturit. Unde incolæ equorum præsepia nutriunt, & in *Romanum* solum ad hyberna conducunt, quas clitellariis ad urbem necessariis trahendis onerant, & dum fervet æstas, ad extrahenda ex aristis frumenta ad propria remeant, & vicinis sub mercede accommodant, sic domui & familiæ necessaria, arantes defectum sterilitatis nativi soli reparant.

Uno ab hinc milliario *Lyris*, vallisque cursus ad meridiem flectit, monsque *Girofalcus* inclinatur in fauces, quibus per campos *Palentinos* vallis *Rubeti* via aperitur, cui ad ripam *Capistrellum* oppidum principium præbet, undè nobilis familia, quæ plurimorum Castrorum dominium, ipsumque etiam potiebatur, nomen sumpsit, & in Registro Baronum *Simeon*, & *Crescentius de Capistrello* fratres, alter *Soæ*, *Temple*, *Sparnasii*, & *Visinii*, alter *Castuli*, *Archipretæ*, *Collis Asinii*, *Capistrelli*, oppida possidebant, quorum peramplæ domus vestigia ne dùm penitus solo cessere.

Capistrellum.

Regist. Baron. fol. 108.

Vectigalium à transeuntibus exactoris residentia, nihil in eo dignum præter *Emissarii Claudii* ostium, quod ad *Lyrim* C. ab eo ferè passus aperitur, supra quod exciso lapide, excavata ad reliquum vallis panditur via. In una Parochiali *Sancto Petro* Apostolorum Principi, & Sancto Abb. *Antonio* sacrata Ecclesia populus convenit, cui Abbas cum sex Canonicis præest; extra mœnia in *Palentinis* campis *Sancti Petri Cassinensium* familiæ Monialium hospitium penè desolatum cernitur, & parum infra S. *Sebastiano* dicata Ecclesia.

Orbeti ab hinc vallis, quæ *valle de Rovito* dicitur, sumit principium, & *Belsaranum* usque protenditur proceris, & inaccessibilibus *Apennini* jugis, sylvis condensis ex utraque ripæ parte munita, quorum qui ad occidentalem plagam insident, præcelsiores, tetrioresque apparent, ex quibus ad statum Ecclesiæ arcta saxis sylvarum ruinis intercisa aperitur via, & inter difficiliores *Italiæ* annumeratur, quæ & hyberno tempore nivium densitate impeditur; humiliantur tamen infrequentes, quos parturiunt, colles, qui non aspero cælo, sed dulcioris aëris temperie gaudentes pomis omnigenis, vitibusque vestiuntur, unde ex apricitate *Baccho* amica, suavia vina promunt,

A ficusque, & cerasa, & oleastra nutriunt, & in eminentioribus extolluntur quercus, castaneæque, sed agrestes, sunt tamen rusticæ plebi in cibum, emolumentumque non parvum; solum, quod cultui aptum est (non enim omne aratro verti posset) *Cerere* fœcundatum; quæ necessitatem incolarum non supplet, cæterum vallis ipsa amœna, aquis irrigua, & ex latitudine Emispheri, læto cælo ridet, cum ex orientali parte montis licet præcelsi humilientur occidentalibus. Unde solis radiorum calore ager, arboresque sint ad *Antinantium* usque incolatum.

B Incolæ ipsius agrestes moribus, & vita inculta, quibus rusticana magis, quam alia studia placent, etsi corpora assiduitate laborum atterant, continua paupertate premuntur, cum ingenium non nisi ad agrorum culturam, & gregum animaliumque custodiam applicent, unde tetro, & impolito aspectu, rudi habitu incedunt, quibus bestiarum coria funiculis ad pedes applicata pro calceis sunt, omni politia impoliti, sed non simplicitate, vafri enim sunt, ut facilius decipiant, quàm decipiantur.

A *Capistrello* M. P. ad meridiem ad alteram *Lyris* ripam saxum ingens insurgit ad collem, cui conjungitur, in quo *Pesculum Canalis* parvum, incultum, & incivile oppidum residet, terminus modò *Soranæ* Diæcesis, nunc verò sæva contagionis lue penè desolatum, & hinc parvus fons *Lyri* adjungitur.

C

Pesculum Canalis.

Bulla Pa. schal.

Exinde ad 11. M. P. in altero colle *Canistrum*, à cistarum ex viminibus multiplici confectione, quod opus quondam solum incolarum erat, sic dictum, modò cum mercaturæ, & ovorum, pullorumque conductu ad urbem operam navent, à misera paupertate vix se extraxerant, cum grassantis pestis morbo dejecti sic fato cesserunt, ut vix quinta pars viventium à mortis faucibus se eripuerit; aperit ad mercaturam aditum aspera, quam diximus, via, quæ *Romam* ex hac parte ducit: hinc rivulus, qui ex radice scatet, *Lyri* aquas miscet.

Canistrum.

D

Transgressis postmodum collibus, cum ad proceritatem incipit insurgere mons, post 111. M. Pass. *Meta*, ex infelicioribus vallis oppidis soli infertilitate, & aspero cæli situ, unde nec virescit ibidem vitis, nec redolent poma, sed tali premuntur egestate, ut mulieres ipsæ turpè villosis animalium pellibus pro calceis pedes induant, extat tamen illius antiquitatis memoria in *Cassinensibus* Chronicis, cum illud à Nobilibus *Marsicanis Divo Benedicto* oblatum referatur lib. 3. cap. 39. & in Registro fol. 123.

Meta.

E

Cum ad amnis ripam exinde ad 4. M. P. descenditur *Civitella* invenitur oppidum, ex elegantioribus ipsius vallis in planitie ferè in descensu collis juxta pontem, per quem ad alteram *Lyris* ripam transcenditur, domorum dispositione, & ædificiis non tam incivile, cui templum *Divo Baptistæ* eleganti & moderna structura sacrum, & Principis domus, non parum ornamenti sunt; altero seculo ei gloriosæ memoriæ *Pompejo Columnæ Marini* Duci, rei militaris arte claro, & *Juliæ* uxori erecta, ut lapis in fronte testatur:

Civitella.

F

FACTVM. SVB. POTESTATE. ET. REGI MINE. ILLVSTRISS. P. C. M. DVCIS. ET. IV LIÆ. COL. M. DVCIS. AD. MDXXIV.

Extra mœnia adest Ecclesia *Sanctæ Mariæ in Elloreto* chronicis *Cassinensibus* nota (nunc in *Pesole* dicta) ipsorum Patrum in criptis degentium segregatum devotum diversorium, quod tempori cedens, & rudetis dilabendis templi subterranea

pars

pars penè adæquata solo in permanenti ipsarum cacumine novum, sed parvum ex redditibus ipsius Templum restauratum, ut circa Venerabilis *Deiparæ* simulachrum versus signat:

Quod fuerat fractum, conjecto tempore, fulget
Impensis Virgo alma beata tuis.

Est oppidum totius vallis Toparchia, jus dicentis sedes inter duos rivulos, qui ex collis radicibus fluentes *Lyri* miscentur. Post plures colles eodem progressu III. M. P. ferè ab amnis ripa alter elevatur, in quo *Morinum* oppidum ad meridiem extollitur, quod plures aprici, amœni frugiferique colles circumdant, inter quos alia parva vallis ab occasu ad ortum, per quam flumen, cui *Romito* nomen est, discurrens, ex altissimi montis cavitate prærumpens, magno fragore præcipitatur in præceps, quem vulgus ex strepitu descendentium aquarum *lo Schioppo* appellat, & per virentia prata, & profundum vallis sinum veloci cursu ad *Lyrim* descendit, simulque exacta vallecula coeunt, & inter utriusque pontem in Ecclesiæ *Sancti Angeli ruderibus Q. Novii Successi* titulum expiscavimus:

Morinum.

D. M. S.
Q. NOVIO Q. F.
SVCCESSO. II. VIR
QVI. VIXIT. ANN. XXII. M. V.
Q. NOVIVS. SVCCESSVS. P
NOVIA. FELICVLA. PAREN
TES. INCOMPARABILI. PIETATE
P.

Cujus quidem Familiæ *L. Salvius Successus M. Æutneti* in terra *Avezzani* titulum erexit in lapide in domo *de Mattheis*:

D. M. S.
M. MARCIO. EVTNETI
L. SALVIVS. SVCCESSVS
AMICO OPTIMO
MARCIÆ. RESTITVTÆ
CONIVGI. MERITISSIMO
MARCIA. IVSTA
MATRI. PIENTISSIM
P

Et non vulgaris nobilitatis prosapia fuisse argumento etiam sunt alii hujus familiæ tituli, quam ex nostratibus *Romanas* Ædes inhabitasse lapis ibid. positus ostendit:

DIS. MAN
LELIO. SVCCESSO
FECIT. L. ATIVS. NICETVS
PATRONO. BENE. DE. SE
MERENTI

Et in terra *Transaquarum:*

MARCIA. SVCCESSA
QVARTO. CONIVGI
B. M. P

Supra erumpentis aquæ effluxum in desolato montis ascensu est, quod retulimus *Deiparæ Virginis del Portuso* venerabile templum Magni Pontificis *Gregorii*, dum inter Monachos morabatur (ut fertur) illustratum præsentia, nunc suo fato ruit. Circa quod sacrorum Monachorum insita manibus in horrida solitudine inter infructiferas sylvas pira, mala, cerasa adhuc dulces parturiunt fructus, grata quondam Monachis regio, sive sylvarum numerosa propago placeret, sivè collium apricitas in solitudine delectaret, sivè primi habitatoris veneratio alliceret, inter densa opacaque nemora spatiari complacuit. Fuit & alia *Cassinensium* habitatio Apostolorum coriphæo erectum Templum II. M. P. ab oppido, quod *Gregorius Romanorum* Consul Patribus applicavit anno MLXII.

Hinc per amplum sylvarum sinum ad IIX. M. P. in segregato loco per inaccessibiles montes, & impenetrabiles saltus in *Trisultum* ad sacrorum Monachorum cœtum, qui *Carthusianæ* Religionis professione lætantur, aspera, tetricaque aperitur via. Erat *Trisultum* oppidum à tribus saltibus, inter quos positum erat, dictum II. M. P. à colle *Pardo* in *Hernicis*, quod *Cluverius Marsorum* terminum ponit.

At in interiora infra montes, unde discessimus, alia oppida sunt locata, quorum primum post *Morinum* ad alterum collem in radice superextollentis montis cacumine est *Rendinaria*, de quo in Chronic. *Cass.* lib. III. cap. XIX. de *Sancta Lucia in Rendinara* habetur mentio, & in Registro *Rodemara* appellatur, quod & *Rhetiaria* in *Romano* Martyrologio ad pridie Kal. Jan. dicitur, in cujus Ecclesia, S. *Hermetis* Excorcistæ ossa venerantur, qui in solitudine montis diù famulatum Christo præstitisse, ibidemque in pace quievisse refertur; parvum incultumque oppidum, supra quod in summo vastissimi, procerosique montis dorso, quod in planitie aliquantulum dilatatur, ridet, floretque medicinalium herbarum diversi generis copia. In loco, ad quem per inaccessibilem penè viam pervenitur, eo ordine à natura disposito, ut arte consitus credatur. Unde à *Centauro*, inventa fabula, plantatum, enixè incolæ defendant, *Hortum Centauri* appellatum; ad quem ex longinquis, qui herbarum, simpliciumque notitiam callent, suo tempore accedunt, & singulares, mirabilesque, quas non alibi in partibus *Italiæ* vidisse affirmant, reportant. Ex quo, antequam descendendo ad amnem perveniatur, parvus pagus *Castellum Gualterium* dictus, invenitur, quod in Dominio Comitis *Berardi de Alba* in registro recitatur, qui, præterquam fontem, qui in *Lyrim* descendit, nihil habet.

Rendinaria.

Castellum Gualterium.

Supra quod II. M. P. parum longè à ripa, est nuperrimus *Roccha vivorum* pagus, in feudum olim concessus à *Frederico* II. anno MCCVIII. *Riccardo* Comiti *Soræ*, ex antiquo illo in radice altissimi montis, quem anno MDC. nivium conglomerata massa, ex alto præcipitata, secum saxa, arboresque simul adducens, domos, incolarumque potiorem partem cum ipso obruit, cujus miserabile fatum commiseratus Excellentissimus D. *Philippus Columna Romanorum* Principum decus, nobiliorem locum incolis tribuit, atque circa Ecclesiam ibidem suo ære erectam ut novæ domus struerentur, incubuit. Fuit autem non hominum solum, sed & avium, altiliumque miserabilis casus; innumerabiles enim, & quæ in arboribus vel nidificabant, vel insidebant, nivibus obvolutæ perierunt, quæ æstivo usque tempore expiscatæ ad urbem deferebantur ea quantitate, ut in deliciis vicinis, & incolis in emolumentum caderent, & uno obulo par columbarum veniret.

Rocca vivorum.

Odoricus Rainaldus in Annal.

Jam regionis limitem ex ista *Lyris* ripæ parte tetigimus, ad alteram transeamus oportet, post civitatem *Antinam* II. M. P. in elevato colle *Morrea* oppidum, quod falsè, ut diximus, *Cluverius Marrubium* suspicatur, insidet.

Morrea.

CAPUT IV.

De Lucensibus, & Fucensibus.

QUos *Plinius Fucenses*, *Lucenses*que appellat, hos uno vocabulo *Cluverius* complectitur, & à *Luco* oppido denominationem sumpsisse, unumque populum sub utraque appellatione denunciatum fuisse censet. Quod rerum præsentium status confirmat, quo inspecto *Lucenses Fucenses* appellamus, cum uterque populus in separata parte regionis insederit, & ut nomine sic incolatu, origineque diversi, sed fatiscente utroque in nuperrimo oppido ad lacus ripam alterius memoria renovatur, cujus sedem circa *Angitiam* sylvam fuisse, non dubitatur.

Notus satis in *Marsorum* regione *Angitiæ* lucus erat, de quo *Virgil.* VII. *Æneid.*

Virgil. 7. *Æneid.*

Te nemus Angitiæ, *vitrea te* Fucinus *unda*.

Quem *Vibius* in *Lucaniam* reponit, si non *Lucaniam* pro *Lucensium* regione dixerit, sic de nemoribus:

Anguæ *vel* Angitiæ Lucaniæ.

Sic dictum à *Medea* (quæ eum incoluisse fertur) & ab angendis (veneficæ artis studio, quo pollebat) serpentibus etiam *Angitia* seù *Angeria* (ut *Servio* placet) dicebatur, cui *Marsos*, cum fato suo absumptam cognovissent, divinos honores, templumque sacrasse, *Solinus* memorat ex *Cælio* supra citato.

Erat, nomenque ad præsens conservat, la *Selva d'Agnano*, quam modò diximus in extrema montis parte propè *Cappellam* à luco VII. M. P. ita olim protensam, ut planum *Palentini*, aut mediocrem partem vestiret, modò parum utilis frutex; siquidem cultorum industria evulsis arboribus, duo tantum luci remanserunt, quorum alter Episcoporum, alter Principum commoditatibus servit. Mons, planusque olim Vicorum multiplicitate frequentabantur; quorum adhuc vestigia ubique visuntur, postremus qui interiit *Petraquaria* in cacumine inter *Avezzani*, Cæsarumque oppida fuit, cujus memoria in Ecclesia *Immaculatæ Virginis Deiparæ* ab eo de *Petraquaria* dicta miraculorum coruscatione insignis remanet, *Avezzanensium* effusa pietate anno MDCXIV. cum fatisceret, à fundamentis in ampliorem formam renovata, ad quam, ut sterilitati imbribus succurratur, & eorum copia, cum descendant, retardetur, devotè recurrentes desideratis raro defraudantur, de quo etiam in præcitato registro, quòd comes *Rogerius de Alba* pro illo milites quinque spoponderit, habetur, cæterorum vix nomina recitantur, quæ recensere inutilè judicavimus.

Grottelle *S. Gregorio.* Le Prece. Il Colle *S. Pietro.* Li Casali *S. Justa* Coll' alto. Colle *Pandoli* *S. Lucia.* *S. Giovanni.*

Ex sylvarum tamen explanatione Cæsarum pagi nomen tributum, estque ultrà montem II. M. P. ab *Avezzano* in *Palentinis* Campis propè torrentem *Raphi*, antequam *Romanum* fatisceret imperium, cum locus à *Valeriæ* viæ tractu non abesset, sylvarumque fructifera densitate, fera animalia alliceret, nutriretque, cum recreari lassatæ curis animorum vires principes peroptarent, venatui domum ut deserviret erexere; cui ad delicias ex *Lyris* fonte exciso monte, inter *Curcumelum*, & *Capistrellum* propè Grottellas fistulam excavarunt, quà aquas adducerent, sivè ex *Risondoli* ponte injecto, sivè ex remotiori fonte, ut egestati loci suppetias ferret, qui illarum penuria laborabat; & fabrefactus alveus ex sinu montis per D. & amplius passus adhuc cernitur, licet ruderibus, limoque in aliqua parte reclusus inspiciatur, eo ordine excavatus, ut IX. palmis altitudinis, V. latitudinis formam perpetuò retineret, cujus quidem antiquitatis monumentum, ad hæc tempora in *L. Titi* Cænotaphium in permagno lapide excultum aliquibus litteris ævi (qui etiam saxa rodit) voracitate intercisis transmissum.

DIIS. MAN. SACR.
L. TITIVS. L. TIT. F. AP
NE RM RIT
ES P. CVRATORI
G-- VE-- C.. STATORI
QVI ANNONAE
VSI. PATER. L. H
VO. IVLII. COS. IIII
TR. POT. X. CVRATOR

Quam Christianorum pietas, redempto jam Unigeniti Dei humanati mortis piaculo, mundo, in intemeratæ illius genitricis Virginis templum convertit. Quod *Lotharius Saxonum* Dux in *Romanorum* imperatorem inauguratus, cum *Cassinum* petiisset, Divo *Benedicto* cum omnibus adjacentibus circa rebus dono obtulit, & illius Illustrissimæ Familiæ Patribus in cænobium cessit; parùm quidem æris felicitate jucundum, undè nec diuturna habitatione retentum, sed rusticis, qui agros colerent, accommodatum, quibus cum angusta Monachorum receptacula viderentur, domos circa extruentes novi pagi formam dederunt, priscam tamen habitationem, quæ una clave custoditur, pro frugum conservatione quisque adhuc retinet; Ecclesia ipsa cum cænobii parte in congruam domum conversa, *Marsorum* Episcopis addicta, qui, ex illius redditibus retenta portione, reliquos quinque Cappellanis (Canonicis nuncupatis) partiuntur, quibus cura animarum ex delegatione, servitioque Ecclesiæ incumbit. Est aptè ornata, & in ara majori, in qua Sacrata Deiparæ Venerabilis Imago collocatur; Christi nascentis incunabula, aliaque redemptionis humanæ sacrosancta mysteria, ex latere cocto (sculptis imaginibus) ad vivum repræsentantia expressa aspiciuntur, miraculorum frequentia, & fidelium devotione venerabile Templum, ad quod ex *Aprutina* regione, & *Terræ laboris* Provincia ter in anno fidelium multitudo convenit.

Petri *Marsi* indigenæ literarum humanarum *Romæ* publicè professoris, parvus hic, rusticusque pagus natali nobilitatur, cujus præclari ingenii dotes in commentariis ad *Silium Italicum*, & in oratione de Immortalitate animæ ad Eminentissimum Cardinalem *Raphaelem Riarium*, aliisque prælaudatis ingeniosis rerum naturalium quæstionibus prælucent, undè inter Canonicos *S. Laurentii in Damaso* de urbe cooptari meruit; in cujus Ecclesia fato cedens tumulatur, cui in cathedra *Antonius Faber Amiterninus* poematum gloria clarus successit.

Non minoris eruditionis fama, & scientiarum professione *Paulus Marsus* illius frater fuit, sed ambitionis fastu elatus, natale solum, ut ignobile despiciens, *Piscina* oriundum se profitetur, ut in commentariis fastorum *Ovidii* non veretur asserere, extant de illius ingenio in aliis *Ovidii Nasonis* poematibus, & *Marci Tullii Ciceronis*, & *Horatii* producta commentaria.

Sic *Lucensium* memoria ex *Angitiæ* luco, & in oppidi denominatione (quod ad *Fucenses* spectare ex situs locatione dignoscitur) conservatur, nec penitùs interiit. Sunt tamen circa oppidum anti- *Lucus.*

antiqua rudera, vestigiaque fortissimorum muro-rum structura, quod lapidibus quadrangulis exagonis, & pentagonis tenacissimo cæmento simul junctis, quæ abhinc à multis sæculis servantur illæsa, & obruta aquis, vix turbinum ingruente furore quassantur, & retrahente se lacu, quæ in arido solo ædificiorum fundamenta, ruderaque remanent insignium domorum, templorumque formam præseferunt, quorum unum præ ceteris ampliori cochlea columnæ ante fores coronabatur literis aliquibus in basi notatis. Ita intercisis, ut nec quid denotarent, intelligi possibile fuerit, cujus ambitum XXII. palmis complebat, inter cujus ruinas *T. Peticii* titulus extat:

T. PETICIVS. L. F. CHIRVRGVS
LABORE. ET. CVRA. VIVS. PERFECI
HANC. DOMVM. SED. FILIO. ANTE
HVIC. HOMINI. IVCVNDISSIMO. PARAVI
TRIBVS. VBE-- OSSA. NOSTRA. ADQVIESCENT
MORS. ME. ADSEQVETVR. TVNC. MIHI
DEMETVR. DOLOR. VALETE. ET. MEMO
RES. ESTIS. PIETATEM. PARENTIS

Et nuper *C. Julii Celeri* inscriptum tumularem lapidem ex lacu expiscavimus:

C. IVLIO. CELERI
MIL. CL
PRÆ. RAVEN
7. SELENI. SEVIRI
MIL. A. XXIX
HER. POSVIT
L. VALERIVS. VE
RECVNDVS
B. M. DE. SE

Ambitus verò per amplum oppidum ostendit, quippè ad montis cacumen mœnia, quæ arcem vallabant, porriguntur, & à Sancti *Vincentii* ad *S. Mariæ* templum in longum præseferebant ccccc. M. P. in latum autem quantum fuerit, lacus exuberantia impedit obtutum. Istud *Angitiam Andreas Baccius* lib. V. de Vinis *Italicis* appellatum fuisse à decantato à *Virgilio Angitiæ* luco colligit, sed ab alio potius nomen factum. Quod modò extat, Lucum indicamus. Uterrimum sivè permamplum oppidum, si civitas fuerit, in obscuro famæ mansisse, nec ulla rerum gestarum memoria celebratum, ut nomen illius pariter exciderit, ansamque dederit expiscandi, nullis Geographorum, aut Historiographorum notis posteris demandatum, & non *Angitiam*, sed *Pinnam* denominatum indubitatis argumentis monstrabimus, diversum à *Pinna* in *Vestinorum* agro ad mare *Adriaticum* clara olivetis, & olei copia, pascuisque notissima civitas, de qua *Silius*:

Pinna.

Silius.

Qui Fiscella *tuas arces*, Pinnæque *virentem.*

Et situs locatione, & nomine, cum quæ in nostro erat agro *Penna*, illa *Pinna* dicatur, prout *Silius*, & *Plin.* lib. 3. cap. 12. *Vestinorum Angulani Pinnenses*, & *Ptolem.* lib. 3. cap. 6. & Sacrum *Roman.* Martyrologium die XIX. Martii apud *Pinnensem* civitatem. De qua *Anastasium* Bibliothecarium, cum *Transmundus Spoleti* Comes *Marsos Pennenses* se submisisse refert, loquutum fuisse arbitramur. Eidemque *Transmundo* se subdiderunt *Marsicani Furocenses* (seù potius *Fucenses*) atque *Valvenses* & *Pennenses*.

Et eo magis quod *Furocenses* commemorat, qui cum nullibi in regione reperiantur, pro *Fucensibus* posuisse judicamus, sicque pariter in bullis collationis beneficiorum, & in publicis uni-

A versitatum testimoniis enunciatur, & vulgo hodie *la Penna* dicitur, & cum *Ænea* parma, qua publica documenta signantur, ex lacu retroactis annis expiscaretur, incisam in medio pinnam, similem illi, qua scribendo utimur, sed non incisam præseferebat, eratque circum literis notatum UNIVERSITAS PENNE. Et in Reginalibus diplomatibus sic inscribitur, cum pro illius territorio *Avezzano* addicto *Maria Calabriæ* Ducissa, ejusque *Joanna* filia collectam indulserit, & *Margarita* Regina *Ladislai* Mater dissensiones pro jure sumendi pascua, aliisque de causis ortas inter *Avezzanenses*, & *Lucenses* sua judiciali sententia

B dissolvit, quorum exemplar ex originali in pergameno exarato, ut certiora narrata reddantur, mox apponimus.

Joanna Ducissa *Duratii*, *Albæ*, & *Gravinæ* Comitissa, Regni *Albaniæ*, & honoris *Montis S. Angeli* Domina. Universis præsentes literas inspecturis, tam præsentibus, quam futuris, nec non Justitiariis, & Vicariis Comitatus nostri *Albæ* præsentibus, & futuris salutem, & dilectionem sinceram. Lætis affectibus beneficia collata placidè recensere producimus; illaque præcipua afferunt sanctæ fidelitatis exemplum, & decentius

C laudes, & commoda honorificentia subjectorum; sanè præsentes, venerunt in Curiam nostram *Joannes Cicci*, & *Mucius Venturæ de Avezzano* Sindici Universitatis hominum ipsius Castri nostri *Avezzani* dictorum Vassallorum nostrorum Sindicario nomine, & pro parte ipsorum exposuerunt nostræ Excellentiæ reverenter, quod à tempore, cujus in contrarium memoria hominum non existit, Castrum quod dicitur, *la Penna*, confinans, & conterminans cum Castro *Luci*, & *Montana*, dictoque Castro *Avezzani*, & lacus *Fucini*, tùm propter infectionem aeris, tùm etiam propter Serpentum multitudinem, & abundantiam aquæ la-

D cus præfati extinctis suis incolis omnibus derelictum, & totaliter inhabitatum, quapropter collectis debitis Curiæ pro Castro ipso *Pennæ* ipsi Curiæ non solutis ascendentibus ad summam unciarum quatuor pro generali subventione, & pro collecta *S. Mariæ* ad uncias tres collectæ ipsæ supradictæ impositæ fuerunt hominibus dicti Castri nostri *Avezzani* per eos ipsi Curiæ anno quolibet persolvunt, de quo sequutum est, quod præfati homines ipsius Castri *Avezzani* sentientes se nimium propterea gravatos ex onere supradicto, habuerunt recursum ad bon. memor. Illustrem

E Dominam Matrem Nostram, & supplicato pro ipsorum parte, eidem Dominæ Matri nostræ alleviare præfati tanti oneris benignius dignaretur. Ipsa autem D. Mater nostra, consideratis facultatibus, & inhabilitatibus hominum eorundem, ipsos exemit ab impositione, & solutione perpetui oneris supradicti, mandans per suas speciales literas per Officiales dicti Comitatus, ut homines ipsos ad solutionem prædictarum collectarum eis superimpositarum aliquatenùs non vexarent, pro ut hæc & alia, in quibus in maternis literis..... factis eisque concessis sub datum *Neapoli* Anno Domini MCCCLX. die XIIX. Decembris quarta decima Indict. plenius, & perfectius contine-

F tur, in eaque petitione homines dicti Castri, tùm propter mortalitatem, pestem, guerram, turbinem, & carestiam, præteritis temporibus imminentes; tùm etiam ob alias causas contrarias, & diversas, eis præteritis temporibus occurrentes, sunt in tantum focularíorum solito numero diminuti, ut ad paupertatem redacti, quod collectas proprias v3. generalis subventionis, quæ est circa summam unciarum triginta, & Sanctæ *Mariæ*, quæ est quinquaginta unciarum

 vix

vix possint solvere nostræ Curiæ memoratæ.

Idcircò præfati Sindici, quo supra nomine, Excellentiam nostram supplicavere devotius, ut ejusdem Dominæ Matris nostræ sequendo vestigia, iisdem hominibus prædictam immunitatis gratiam per confirmationis nostræ suffragium roborare, recensere placidè dignaremur. Nos ergò volentes de dictis exemptionis gratiis eis, ut prædicitur, factis plenius informari, perquiri jussimus registrum de tempore prædicto quondam D. Matris nostræ, in quo inventum est præcipuis literis præfatam concessionis, & immunitatis gratiam de solutione nuper impositionis prædictæ ipsius hominibus esse factam. Quamobrem considerantes ipsorum hominum paupertatem, nec minus onera collectarum, quibus annis singulis multipliciter aggravantur, præfatis hominibus prædictam remissionis, & exemptionis gratiam, ut prædicitur, eis superimpositam pro collectis Castri *Pennæ* usque ad nostrum beneplacitum tenore præsentium confirmamus. Itaque ab ipsarum ambarum collectarum solutione eximantur dicto nostro beneplacito durante, mandantes & de ipsa nostra certa scientia jubentes expresse vobis officialibus subjectis nobis præsentibus, & futuris, quòd præfatis hominibus præfatæ confirmationis nostræ gratiam modo præmisso præservetis illæsam, ipsisque ad solutionem dictarum collectarum superimpositarum, ut prædicitur, pro dicto Castro *Pennæ* nobis quomodolibet faciendam nullatenus compellatis, vel compelli aliquatenus faciatis. Præsentes autem literæ post opportunam inspectionem earum præsentanti remanere volumus, pro cautela, præmisso modo efficaciter in tantum valituræ. Datum *Neapoli* per nobilem *Freantinum Ærarium* de *Salerno* militem Juris Civilis professorem, magnæ Reginalis Curiæ, & nostræ Magistrum rationalem Prothonotarium Curiæ nostræ, & hospitii nostri Judicem dilectum, Consiliarium, & familiarem nostrum. Anno Domini MCCCLXXII. die VI. Octobris 15. Indictionis. Registrata in Cancellaria.

MARGARITA Dei gratia *Hungariæ*, *Jerusalem*, *Siciliæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, *Serviæ*, *Galitiæ*, *Lodomarii*, *Bulgariæque* Regina, & Ducissa *Duratii*, Regni *Albaniæ*, & honoris *M. Sancti Angeli*, Domina Provinciæ *Folcolquerii*, & *Pedemontis*, *Albæ*, *Gravinæ* Comitissa. Universis præsentes literas inspecturis tàm præsentibus, quam futuris. Officio præeminentiæ Regalis incumbit inter subjectos æqua lance ministrare justitiam, per quam sternuntur lites, calumniæ refrenantur, cessant discordiæ, & bonum pacis amicum, & delectabile procuratur. Sanè Universitatibus, & hominibus terræ *Luci* & de Comitatu *Albæ* olim existentibus in possessione sumendi pascua animalium ipsorum in territorio olim terræ *Pennæ*, & ex adverso Universitas, & homines terræ nostræ *Avezzani* de dicto Comitatu contradicentibus, & asserentibus dictum territorium olim terræ *Pennæ* unitum, & annexum territorio ejusdem terræ *Avezzani*, & esse effectum de dicta terra, & ex hoc ipsos homines *Luci* non habuisse, nec debere pascua sumere in præfato territorio olim *Pennæ* absque licentia dictorum hominum *Avezzani*, & debito jure suo, ipsaque re sic effecta dubia, ad tollendum scandala, jurgia, errores, & dispendia, quæ inter dictas Universitates poterant prò infallibiliter exoriri, decernimus, & mandamus cum deliberatione nostri Concilii, quòd homines, & Universitas ipsorum, infra certum tempus jure præfixum, omnium eorum jura, instrumenta, & depositiones testium ad probationem partis cujus libet præsentarent, infra quem quidem terminum Sindici utriusque Universitatis *Luci*, & pariter *Avezzani* præsentaverunt in nostra Curia certos processus super dicta causa summariè de nostro mandato assumptos, per Justitiarium nostrum dictæ civitatis, & Capitaneum dictæ nostræ terræ *Avezzani*, seù ipsorum locumtenentes, per quos processus inspici, & videri jussimus per Concilium nostrum jurisperitorum judicum nostri hospitii, & visis per eos, & unumquemque ipsorum dictis processibus, & per ipsum nostrum Concilium Majestati nostræ relatio facta est, quod jure, & antiquata consuetudine secundum merita positorum hinc indè per utramque partem Universitas, & homines dictæ terræ nostræ *Luci* habent, & habere debent jus sumendi pascua, & aquas cum eorum animalibus in dicto territorio terræ *Pennæ*, & similiter habere commoditates ejusdem pascua sumendi, & ligna etiam incidendi in monte *Tarentino* libere, & sine fidæ solutione qualemcumque rationem Communitatis, quam habent cum præfatis hominibus *Avezzani* super Territoriis supradictis, verum proprietas dicti Territorii, quod alias fuit *Pennæ*, esse debeat eorumdem hominum *Avezzani* cum sua collecta generali dictæ Terræ *Avezzani* alias....... licèt postmodùm quòd augmentata fuit, & addita pro dicto Territorio ante dicta collecta, per quam Ducissam sororem nostram fuit gratiosè remissa, & quoties animalia exterorum aliorum affidare voluissent, & pascua sumere in dicto Territorio, jus fidæ deberetur tantummodo præfatis hominibus *Avezzani*. Nos igitur volentes circa consueta debita cuilibet Universitati ipsarum illæsa, & integra conservare, & neutra ipsarum in suis juribus aggravare, præmissam nostri Concilii relationem laudantes, atque sequentes, juxta illam præsenti scripto sententiamus, decernimus, declaramus, statuimus, & in perpetuum generaliter definimus, quod jus fidæ animalium quorumcumque exterorum, qui in dicto Territorio *Pennæ* affidare debent, spectet, & pertineat ad præfatos homines *Avezzani*, quorum proprietas dicti territorii, olim *Pennæ*, esse dignoscitur, ut est dictum, & præfata Universitas, & homines *Luci* habeant, & habere debeant jura sumendi pascua, & incidendi ligna in dictis territoriis liberè, & sine fidæ solutione aut contrarietate quacunque eis per dictos homines *Avezzani* quomodolibet inferenda ratione Communitatis, quam habent in eis....... in perpetuum omni obstaculo, & impedimento cessante..... dictæ Communitatis nostræ *Albæ*, & Capitaneis dictæ Terræ nostræ *Avezzani*, eorumque locum tenentium cæterisque officialibus nostris, aliis quibuscunque præsentibus, & futuris damus vigore præsentium de certa nostra scientia expressius in mandatis, quatenus præsentem nostram sententiam, & decretum prosequi efficaciter, & faciant, prout ad eos spectaverit per utramque partem inviolabiliter observari unamquamque ipsarum ad parendum dictæ nostræ sententiæ, prout opus fuerit, efficaciter compellendam. In cujus rei testimonium præsentes literas exinde fieri etiam pendente nostræ Majestatis sigillo jussimus muniri. Datum *Salerni* per virum nobilem *Mattheum de Pallcariis de Salerno*, militem, legum Doctorem, Locumtenentem Magni Camerarii Regni *Siciliæ*, ac nostrum Officialem, Judicem nostræ Curiæ præsidentem, & Consiliarium, & fidelem nostrum dilectum. Anno Domini MCCCCV. die primo mensis Junii 12. Ind. & Regnorum Sereniss. Principis Domini Regis *Ladislai* inclyti nati nostri carissimi anno XIV.

Originem autem vetustam, ut brevem ætatem habuit, etenim qui de *Claudii* emissario scripserunt,

runt, nullam de eo mentionem fecerunt, *Claudiusque* ipse alibi stationem erexit, cum ab opere distaret, vix ccccc P; commodius ibi moram trahere potuisset, undè nec antè Emissarium extitisse maximum argumentum præbet, nec antè *Albæ* excidium ædificatum. Agri ejus fines, quos in antiquo codice invenimus, demonstrant, extendebantur à Sancto *Cyriaco* intra finium *Transaquarum* ad montem Sanctæ *Eugeniæ*, à Templo Sanctæ *Mariæ de Victoria* usque ad Colles, & à Colle..... & Arce *Girofalci* ad *Staffulos Soræ*, & ad Sanctum *Cyriacum* revertebantur, quos fines *Albensium* fundi occupabant. Excidisse autem non quo tempore, sed quo fato in diplomate narratur, cujus casus *Amiclis* propè *Terracinam* similis fuisse narratur, quos Tacitos, ne *Pytagoricum* præceptum abrumperent, pangit *Virgilius* IX.

Tacitis regnavit Amiclis.

Et *Sil.* VIII.

Quasque amisere silentia Amiclæ.

Idque *Abdenis* à ranis, muribusque advenisse, & Patriæ solum eorum infestatione relinquere coactos, narrat *Justinus* lib. XV. quod & *Smirnenses* sensisse, & *Cosæ* incolas apud montem *Argentarium* ex *Plinio* narratur. Quorum omnium casum *Rutilius* in Itinerario deridet lib. primo.

Cernimus antiquas nullo custode ruinas,
Et desolatæ mœnia fœda Casæ.
Ridiculum clades putet inter seria causam
Promere, sed risum dissimulare piget.
Dicuntur cives quondam migrare coacti
Muribus infestos deseruisse lares.
Credere maluerim Pigmeæ damna cohortis,
Et conjuratas in sua bella Grues.

Cæterùm *Pennensium* casum non derideret, si quæ inter criptas, scissurasque petrarum serpentum copia nidificat, in illius ruinæ locis perspexisset.

Non venenatorum solum insectatione, sed aquarum lacus superabundante impetu infelicissima clade penitus desolata, ut scriptis profertur, & ad oculum demonstratur; ita enim aquarum effluxus ex insperato tempore advenit, ut paulatim primò ædificia obruere, postmodum impetu facto totum absorptum oppidum inter undas conclusit, cui ex Parochialibus Ecclesiis illa *Deiparæ Virgini* dicata præcipua erat. Legimus in præcitato pervetusto codice in Archivio Collegiatæ *Avezzani*, nocte qua impetus exuberantis lacus ædificia devastabat, Ecclesiam invasisse ad summum usque verticem; unde & incolæ, qui remanserant, anxiè de Virginis simulacro in aquis deperdito manè dolebant, & cum expiscari posse desperarent, ad Ecclesiam Sancti *Vincentii*, illi propinquiorem recurrentes, illam ab omnibus venerandam Iconem in aræ majoris culmine divinitùs translatam invenerunt; unde præ tanti doni lætitia obliti miseriarum inter gaudia cælestium donorum profusis lacrymis innumeras Deo, Matrique Virgini laudes persolverunt. Est tabella pictam Virginis Matris filium in brachiis tenentis effigiem & Cænobiarchæ *Benedicti*, & Sancti *Vincentii* peniculo ad vivum expressos vultus repræsentans. Quæ huic nostræ Patriæ divino annuente numine cessit, siquidem ad pagum *Vici*, una cum Agro *Avezzani* aggregatum, aut furtim, aut alio casu translata, miraculorum coruscatione, & fidelium devotione in *Capuccinorum* Conventu, Sancta *Maria de Vico* dicto, frequenti veneratione colitur.

A Alterum post Christum natum seculum stetisse, & antè nonum excidisse ex eo deducimus, quod illius territorium in alterius Domini usibus cessit, siquidem *Doda Marsorum* Comitissa anno Domini CCCCXXX. Ecclesiam Sanctæ *Mariæ de Luco*, quæ intra ambitum *Pennæ* erat, & juncta ostio, quòd vulgo adhuc dicitur *la Porta vecchia*, cum sexcentum terræ modiis *Cassinensi* Cœnobio obtulit, & post annos ferè XX. in *Raynaldi* Comitis ex *Aligerni* Abbatis concessione in dominium rediit, nec ante illius excidium *Marsorum* Comites agro potiti sunt, apertéque ex hoc suis cladibus ad interitum deductum antè præfatum seculum, non obscurè demonstratur. Sicque lacus violentiæ cessit, soloque adæquatum manet, ut in plano recedentibus undis rudera, domorumque vestigia in sicco littore videantur; vixque præfata Ecclesia in radice montis posita cum illa Sancti *Erasmi*, & Sancti *Vincentii*, quæ & semidirutæ aspiciuntur, effluxum inundantium aquarum, ruinamque effugerunt, reliqua adhuc lacus possidet.

Chron. lib. 2. c. 7. ann. 533.

B Undè postmodùm Illustrissimæ *Cassinensium* familiæ templum (quod polito lapide tribus fornicibus distinctum commodum Dei famulantibus se exhibuerat habitaculum) propè Monasterium haud ignobile erexerunt, & cum sanctimoniæ fastigium religio ipsa præoccupare festinaret, vitæque sanctitate, & virtutum splendore, sacrarumque scientiarum cognitione in Ecclesia Dei Patres ipsi prælucerent, ex fidelium profusa largitate, magnæ temporalium rerum copiæ Ecclesiæ ipsi accessio facta fuit, & qui Sacro Cænobio Præpositus præficiebatur, viginti duarum Ecclesiarum administrationem nanciscebatur, ut fusè *Leo Ostiensis* in Chronic. lib. II. cap. 7.

C Quam postea ditione, & rerum temporalium copia ditatam cum iterato Comites reciperent, *Berardus*, & ipse *Marsorum* Comes cum Sacrum *Cassinensium* Monasterium peteret, Divo *Benedicto* restituit, cujus donationis, restitutionisque diploma ex Ecclesia ipsa desumptum hic reddemus.

D In nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen. Anno ab incarnatione ejusdem millesimo septuagesimo, mense Novembri, Indictione IX. Ego *Berardus* Dei gratia *Marsorum* Comes, filius quondam *Berardi* Comitis, cum essem in Monasterio Sancti *Benedicti*, in monte *Castri Cassini* sito, præsente D. *Desiderio* Reverendissimo Abbate ejusdem Monasterii cum suis quibusdam Religionis venerabilibus Monachis, adstantibus quoque nobilissimis meis fidelibus; pro salute, & defensione corporis & animæ meæ, & uxoris, & filiorum meorum, & pro redemptione animarum parentum meorum obtuli Sanctissimo *Benedicto* in ipso suo Sancto Altari Monasterium Sanctæ Dei Genitricis & Virginis *Mariæ*, quæ dicitur *Lucus*, cum ipsa *Rocca*, quæ supra ipsum monasterium videtur; & cum omnibus suis pertinentiis secundum suos fines, quæ in hac charta scribentur, ex una parte habet finem aquam de *Fucino*, & ascendit per ipsam *Pignam*, & vadit in *Spinazzolam*, & ascendit in montem, qui dicitur *Termine*, demùm vadit per ipsam *Serram de Longamine*, deindè descendit per ipsum locum, qui dicitur *Canali*, & venit per medietatem de Valle *Transaquarum* & revertitur in aquam de *Fucino*; infra hos fines quantumcunque pertinet in Monasterio de Sancta *Maria de Luco* in libera potestate Sacri Cænobii Sancti *Benedicti* concedo, & ejus Rectoribus ad tenendum & dominandum in perpetuum absque ulla contradictione mea, vel meorum heredum, seu cujuslibet hominis pro parte nostra. Si autem ego, qui supra, *Berardus* Comes vel nostri hæredes hanc oblationis chartulam immutare quocunque modo quæsierimus, vel quicquam

E

F

quam quæ continet subtraxerimus, pœnam compositionis librarum auri centum, & hæc oblationis chartula in omnibus firma & stabilis permaneat, quæ ut verius credatur nostra in perpetuum, scripta est per manus *Joannis* Judicis, & Notarii, & infrascriptorum Testium, qui adsuerunt, roborata nominibus.

† Signum manus *Berardi* Comitis, qui hanc chartulam scribere rogavit. † Signum manus *Ugonis* V. Comitis filius quondam *Alberti* rogatus. † Signum manus *Joannis* Nobilis Viri. filius quondam *Abbellini* rogatus † Signum manus *Petriconi*. filius quondam *Ridulphi* rogatus.

Ego *Joannes* Judex & Notarius complevi, & reddidi.

Et si istius donationis firmitate inconcussum, *Cassinensium* jus stabilitum videretur, brevi temporis curriculo transacto in manus Comitum sivè vendicatum, sivè violentia ablatum rediit, quarè *Gentilis Balduccini* filius, & *Berardi* Nepos una cum *Trasmundo* Nepote suo illud ipsum cum omnibus mobilibus, immobilibusque denuò nuper obtulit, restituitque anno ferè MLXXXVIII. ex quo absque contradictione in plena, liberaque Monachorum jurisdictione pervenit, permansitque multorum Summorum Pontificum, nempè *Pascalis* II. *Calixti* II. *Alexandri* III. *Innocentii* III. *Clementis* IV. *Urbani* II. *Clementis* III. *Urbani* V. *Honorii* III. *Bonifacii* IX. *Sixti* IV. *Anastasii* IV. Bullis confirmatum, & in tabulis æneis valvæ majoris ipsius Patriarchæ *Cassinensis* Ecclesiæ inter ea, quæ de Sacris illius Cænobiis jurisdictione erant, sculptum, signatumque in tertia columna notatur.

Leo in Ch. lib. 3. cap. 6.

Obruta jam aquis *Penna*, incolæ quibus Serpentum coacervata multitudo montana inhabitare prohibebat, sparsim, vicatim in plano, quem *Avezzanenses* colunt, sedem fixerunt, reliquum ad orientem penè desolatum relictum Monachis, in quorum dominium transiverat.

Qui ut ex despecto, sed frugifero solo emolumenta caperent, serere in animo fuit, rusticos qui glebas verterent, conducentes, & ne sub dio vilescerent, parùm longè à Monasterio domunculas primùm, deinde turrim, ut eis præsidio esset, extruxerunt; & facta indies ex adventantium numero adjectione, mœnibus etiam in oppidi formam cinxerunt, quòd *Lucum*, sivè ab ejecto propè *Luco*, sivè ex lucidis aquis appellarunt, in quo temporalia, & spiritualia pleno jure exercebant. Et Abbas Baronis titulo utebatur; undè Comites iterum Patribus ditionis quæstionem indixerunt, tuti, quod si ager Ecclesiæ addictus esset, territorium tamen in investitura concessum haud sine Regis beneplacito ab infeudato evelli posse, affirmabant, unde *Fredericus* II. Imperator, qui jura *Cassinensium* peculiari favore anno MCCXXII. munierat, apertis literis, favorabili Chirographo *Luci Casalem* illis spectare declaravit, & omnibus ne jura possessionesque Monasterii infringerent, indixit, quod & peculiari privilegio *Lotharius* III. cum *Cassinum* petiisset, generali jurium confirmatione multo ante, an. scil. MCXXX. stabilierat. Ea ferè ambitio *Marsorum* Episcopis etiam animum sollicitabat, undè cum spiritualia eo in oppido exercere tentassent, *Anastasii* P. IV. sententia sunt silere coacti, & cum iterato insurgerent, *Joannes* XXII. à Jurisdictione Episcopali inhabitantes exemptos declaravit.

Sicque multorum seculorum ordine revoluto, cum omnimoda spiritualis temporalisque ditionis facultate in Sacri *Cassinensis* Cænobii libera dispositione permansit, & per Ecclesiæ Præpositum, & Vicarium utraque jura exercebantur, ut auten-

A tico scripto confectionis inventarii per D. *Maurum Theutonicum* de Colonia *Agrippina* Præpositum dictæ Ecclesiæ seria narratione docetur anno MCCCCXII. die 9. Novembris, quod in archivio conservatur, in quo homines *Luci & Ligii* se Sacri Monasterii profitentur, & quotannis in recognitionem Dominii, Abbati ducatos aureos duodecim obnoxios soluturos, & pro quacunque fundorum venditione laudemium in decimam partem pretii antiquata consuetudine testantur, multaque alia jura jurisdictionalia in eodem satis cartuloso instrumento, quod inutile esset referre, continentur.

B At cum inhabitantes per longam agri possessionem non amplius fundo adscripti, colonique dici possent, cum per Decuriones regi, gubernarique cœpissent, qui ex Regis beneplacito regalia in his terris jura obtinuerant, oppidum à Monachis vendicarunt, & ab Excellentissimis *Columnensium* familiæ principibus ex *Ferdinandi* II. hujus Regni Regis investitura ab anno MCCCCXCVII. feliciter possidetur, quorum sedula providentia, cum incolentium numerus in dies augeri, & animarum cura per Præpositos negligi, satis videret, in Collegiatam erigi, Præposituræ, agri, redditusque in quinque Canonicos, & Abbatem dividi C curarunt, sicque ex Excellentissimi *M. Antonii* consensu Reverendissimus *Cassinensium* Abbas, Monachorumque Conventus decretali provisione stabilivit anno MDLXV.

Haud verò congruè ex separata ab incolatu Ecclesia Sacramenta ministrari, cum homines ipsi posteà prospicerent, aliam intra septa utrique *Joanni* sacrarunt, nec illam, quæ Matrix est, despiciunt, sed sedula veneratione & colunt, & debito, continuoque obsequio venerantur, licet ab jam dicta, Sacramenta ob populi, Clerique commoditatem recipiantur.

Sed fatiscentes in his partibus res Monachorum D hujus etiam Ecclesiæ statum una secum traxerunt. Undè cum *Matthæus Colles Marsorum* Episcopus Patribus quæstionem movisset, & coadjuvantibus illius temporis Terræ habitatoribus, cum non bene cum *Cassinensi* Abbate ex indulgentia nuperrimè ipsorum seculari Abbati impertita sentirent, Sacræ Romanæ Rotæ Auditorio coram *Orano* possessorii stabilitatem reportarunt, illaque ad Successores Episcopos, qui Diocæsana lege *Lucenses* recognoscant, transtulit.

Ad australem plagam in radice montis *Penna* ab *Alba* VI. M. P. dissitum jacet eadem planè clade, hoc sæculo, uberrima *Fucini* exuberante vio- E lentia (quam *Penna* ipsa passum est) mœnia quippè domus propugnacula, quæ lacum respiciebant, secum advolvit, soloque penè adæquavit, cujus vestigia recedentibus undis visuntur. Ager ejus angusto limite arctatur, sed frugum feracitate, parvitatem rependet, & licet cultores Cerere non satientur, musti exuberante copia lætantur, cujus suavem bonitatem vicini, quibus commodant, summoperè laudant. At incolis parum culturæ cura, sed piscatui magis, ex quo sibi emolumenta, divitiasque parant, est quemadmodum totius lacus portus, cum naves post piscium capturam F non aliò statuta lege appellere possint, ibique sedem, qui vectigalibus piscationis præest, desinent, diù pro finium termino litibus à *Transaquanis*, & *Avezzanensibus* vexatum, sed oculato arbitrum judicio libratis juribus, sedatis postremum quæstionibus finem Excellentissimus Romanorum principum decus, *Philippus Columna*, Regni magnus Conestabilis justitiæ vindex, quem callida partium versutia fallere non poterat, æquilibrato justitiæ pondere stabilivit.

Ad

Ad *Albenses* an ad *Fucenses Avezzani* oppidi primordia referatur, incompertum habemus; utrumque enim non vaga demonstratione probatur post *Albæ* ruinas excitatum ab ea propè II. M. P. in loco illo, quo fabrorum collegium, *Augustique* templum erat, ut lapis in Ecclesiæ reædificatione effossus docet, in titulo quem *Halicius Marcio* Liberto suo, qui ex numero Sacerdotum *Augustalium*, & *Dendrophorus Albensis* sacraverat in quadrata basi, cui ex utroque latere majoribus literis COCO OPTIMO inscribitur:

HALICIVS. MARCIO
IAVSIO. LIBERTO. SIVIR
AVG. DENDROFORO. AL
BENSI. ET. TEOPHILMÆ.
MATRI

Cæterum cum sparsis per planum vicis, circa *Fucini* ripam positis, in unum coadunatis, augmentum sumpserit, ad *fucenses* spectare non incongruè asseverandum; erant enim (ut in cujusque loci sito modò extant Ecclesiæ) quos numerabimus: *Paga*, *Pantanum*, *Costa*, *Cerritum*, *Poscina*, *S. Felix*, *Avezzanum*, *Sciminum*, *Fons*, *Gaglianum*, *Pennorina*, *Vicenna*, *Casole*, *Perata*, *le Fratte*, *Arrium*, & *Vicum*; Communeque omnium emporium *Vicenna* erat, ad quod viarum, quibus ad circumjacentia loca iter pandebatur, concursus unitur. Avorumque temporibus post *Avezzani* fundamenta ibidem etiam ante S. *Andreæ* Ecclesiam (quæ illius Parochialis erat) conventus frugum, victualiumque vendentium quolibet Sabbato, prout modò, in illius platea ex Reginali indulgentia celebrabatur. Extat Regis diploma, quod vidimus. Quibus postmodum pagis cum communio placeret, unum fuit consilium, simul coalere in loco, quem incolentium numerus, & antiquorum ædificiorum monumenta illustraverant; erat hoc *Pantanum*, in quo *Jano* (cui prisci mores Deitatem tribuerant) non vulgare templum, & religione, & vetustate celeberrimum insurgebat; eò venerabilius, quò gens ipsa ab illo originem trahere gloriabatur, quem *Noëmum* fuisse supra retulimus; eumque ex Sacrorum notitia, cultuque principem in sacrificando esse voluerunt, *Janum*que ab eundo dictum, ex cujus salutatione sumpta occasione, *Ave Jane*, *Aveanum* nuncuparunt, etsi vulgato modo pronuncietur, scribaturque *Avezzanum*, vera tamen vetusta nuncupatio illa est, cujus vestigia templi, ante nuperrimi erectionem in solo signabantur, ex cujus rudetis *Trajani* principis marmoreum colossum, titulumque in basi exaratum (quem retulimus) retrò annis excavatum nostræ fuit ætati redditum.

Cic. de Natur. Deorum lib. 2.

Andreas Baccius de Vin. Ital. lib. V.

Hæc quidem antiquata vetustate hujus Illustris oppidi initia fuerunt, & ante annis octingentis insurrexisse evidente assertione probatur. Etenim *Leo Ostiensis* in chron. *Ludovicum* Imperatorem refert, cum postquam *Casa aurea* in Insula *Piscariæ* in Templum *individuæ Trinitatis*, quod Monachi in Sanctum *Clementem* immutarunt, converterat, Monasterio *S. Angeli* in *Barregio* donata, per *Carolum Lotharium*que Antecessores Imperatores nova declaratione firmaverat, inter Monasterio addicta Ecclesiam Sancti *Salvatoris* in *Avezzano* numeravit, circa annum ferè DCCCLXVI. Idemque Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ de Luco* hæreditatem *Bettonis Ratrudæ* de *Avezzano* anno CMLVII. tributam, & Ecclesiam S. *Clementis Joannem Cassiniensem* Abbatem anno MX. *Otterano Castaldeo Marsorum* pro solidis centum, & censu quinque staminearum in libellum dedisse, pariter recenset,

lib. I. cap. 36. Anno DCCCXVI.

A undè ante hæc tempora principium suum referre operæ pretium affirmandum.

Templum illud postea Christiano ritu expiatum, summi Dei cultui redditum, Divo *Antonio* Abbati dicatum, titulum aliquandò ab illo recepit, & cum inhabitantes circa dæmonum insidiis vexarentur, emisso voto, Apostoli *Bartholomæi* præsidium ea in necessitate exposcentes, nec spe frustrati, promissa solventes, illi sacrarunt; cúmque insolitis motibus anno MCCCXLIX. terra, præcipueque circà *Lyrim* amnem, *Marsicamque* Regionem quateretur, totum Templi ædificium secum inundans quassatio traxit. Undè

B novo comperto lapide, vetere exciso, in novam formam surrexit, sed ita, ut mensuris ordineque minimè correspondentibus, & compago oculis displiceret, arsque opus non sua lege factum damnaverat, stetit tamen labentibus duobus cùm dimidio sæculis, staretque modò, ni prodiga in Deum *Avezzanensium* charitas, & perpensa in Apostolum Patronum devotio, sumptuosissimo opere magnificentius erigere cogitaverit, sicque abeunte sæculo quingentesimo post millesimum, cives ipsi communi ære collato, uniuscujusque profusa largitate pro facultatis viribus aliam extruxerunt. Urbis ædificiis magnificentissimis ex-

C ploratis, ad illius formam jacto lapide componere insudarunt, estque modo ad perfectionem penè provectum, expolito (non Pario invidente) lapide; intus tribus aulis, fornicibusque opere arcuato distinctum. Aulæ majoris fornix decem suo ordine dispositis quadratis columnis sustentatur, non æquali quidem facie, sed quæ intus ad arcus sustentationem insurgunt, breviori spatio spiculo interjecto componuntur; ità ut perfectè quadrilateres non sint. Epistylia foliis arborum exsculptis, pomis varii generis, aliisque figuris non rudi Artificis manu formatis, ornantur, siquidem ordine composito.

D Apsidis aperta ad orbem tendens facies ex puro, claro, eodemque saxo (qui in proximo effoditur monte) sed eodem, quo columnæ ordine elaborata, ad quemquam ex aulis correspondens aperitur, scalpro polita, excavataque janua, cui utroque ex latere colossis relictus est locus, supra quem duo Cherubim expansis alis, quibus qui in medio stat, comitatur. Templum sanè nulli ex his, quæ in Provincia sunt, amplitudine, materia, artificio, formaque cedens, opus quod divitias civitatis contereret, hujus oppidi tamen civium manus non retinuit, nec magnitu-

E do operis animos deterruit, cujus quidem sumptus XLM. aureorum computatur, ante cujus aram majorem amantissimi Avi nostri ossa quiescunt.

PRIAMO. PHOEBONIO. V. I. D. ROMÆ
PVBLICO. LL. INTERPRETI. A. PIO. V. P. M.
PRIMO. COLLATERALI. IVDICE IN. CAPITV
LINO. FORO. ELECTO. PREPROPERA. MORTE
PRÆVENTO. FILII. MOESTISSIMI. ID. QVOD
MISERRIMVM. EST. POSVERVNT
VIX. AN. XXV.

F Quod divinis obsequiis numerosa servientium caterva coronat: sunt enim servitio adscripti, Abbas, & decem Canonici præter Cappellanos, & inferioris ordinis Clericos, estque de insignioribus & præcipuis Diœcesis collegiatis, & antiquitate cum oppido contendit, siquidem, cum qui vicatim habitabant, simul coissent Rectores, pariter Ecclesiarum titulos una secùm transtulerunt, & in Ecclesia jam dicta convenientes, qui illi præerat ordinationibus paruerunt, & quisque ti-

Phœbonius.

A tulum propriæ Ecclesiæ cum canonicali dignitate retinuit, undè & Abbas Canonicus inscribebatur, fuerunt à principio numero sex, sed aucti *Matthæi Colles Marsorum* Episcopi indefessa vigilantia, ex unione cæterorum ruralium beneficiorum ad decem, sicque erat ex septem Prælatis Collegium compactum, & Sancti *Bartholomæi* Abbas, qui primum inter eos locum tenebat, totiusque Capituli caput erat, major Abbas nuncupabatur, quod cum tempore exolevisset, abjecto titulo, quisque absque alia nota Canonicus dicitur, Rectori solum cum cura animarum Abbatialis tituli dignitas tribuitur, qui Chori ordinationi, & administrationi cæteris præest, authentica hujus Collegii memoria, in quam retulimus in serie Episcoporum sententiam anno MCLXXXIII, conservatur, cum *Zaccharias Marsorum* Antistes *Panormi Gulielmum* Regem adiit, ut violentiam, qua Abbas, & Canonici Ecclesiæ S. *Bartholomæi* à Comite *Gentili de Palearea* opprimebantur, vendicaret; etenim Comes, cum sub annuo canone terras aliquas Abbati, & capitulo infeudasset, illarum devolutionis prætextu bonis omnibus, & Ecclesia etiam spoliavit. Undè Rex audita per *Zaccchariam* Abbatis, capitulique querimonia, cum *Ruberto* magno *Apuliæ* Comestabili causam delegasset, ille, partium procurata concordia, litem sedavit.

C Ædificiorum magnificentia, & civilis vitæ cultura, primarium locum oppidum istud facile obtinuit, domorum, viarumque ornatu splendidum, dignum quippè, ut Principis sedes ibidem eligeretur, cum civitatis formam præ se ferat, muro undique vallatum, quem horti olerum consepiunt, ex tribus portis aperitur ad commeandum iter, ampli stratarum tractus, comis arborum utraque ex parte protecti deambulationibus, & viatoribus gratum in meridie umbraculum præbent, & post eam portam, quæ ad occasum respicit, amplum ridet, omni tempore virens pratum animalibus ad pascua, & hominibus ad palæstram, & ad excutiendum ex aristis frumentum præparatum. Fixerat olim extra mœnia ad prospectum prati præclarissimæ *Ursinorum* familiæ *Gentilis Virgilius* ad præsidium arcem vallo, fossaque, quatuor in singulis angulis turribus, & quæ principatum habet ad quintum locum, in medio extollitur, artificiosè munitam, ad quam, ponte injecto, aditus aperiebatur, ejusque exantlatos labores in faciem scripsit:

GENTILIS. VIRGILIVS. VRSINVS. CVM. AVITVM
IVS. PARVM. SVCCEDERET. BELLICÆ. VIRTV
TIS. CAVSA. RELICTVM. A. MAIORIBVS. HE
REDVM. RECVP. AVXITQ. XISTI. IV. PONT
MAX. COPIIS. TER. VICTOR. PRÆFVIT. IN. Æ
TRVRIA. LATIOQ. ET. GALLIA. EXERCITVS
FERDINANDI. REGIS. SICIL. IMPE. VARIOS
MOTVS. REPRESSIT. DELEVITQ. REMQ. RE
STITVIT. POSTQ. BELLOR. FELICES. SVCCES
SVS. ARCEM. AVIANI. SEDITIOSIS. EXITI
VM. A. FVNDAMENTIS. POS
MCCCCLXXXX

F Et cùm *Columnenses* principes *Ursinis* succederent, *Marcus Antonius* bellicæ virtutis gloria clarus, illam novis ædificiis auxit, cubiculisque magnificentissimis regio ornatu, picturisque ad splendorem additis, inter quas *Caroli* V. invictissimi imperatoris vitam in aula majori penniculis mirificè exprimi curavit, ostium novum Corinthio opere confectum renovavit, porticum ante Curtem perfecit, & postquam ad *Echinedes* insulas victor *Turcarum* classem superavit, post priscorum triumphorum pompam in urbe renovatam, trophæis, honoribusque auctus arcem in aulam vertit, firmum ex lapide pontem erigens, novam portam novo titulo decoravit:

MAR. ANT. COLVMNA. MILES. AVREI. VELLERIS
PRIN. ROM. MARSORVM. TALLEACOTIIQ. DVX
MAR. ATISSÆ. ALBÆ. ET. MANPPELLI. COMES
VALLIS. RVVETI. VRSINIÆ. CARSEOLORVMQ
DOMINVS. REG. SIC. MAG. COMESTABVLVS
FVGATIS. EQVITIBVS. GALLORVM. REG. IN
ORCIANO. VICTORIA. TRIBVTA. SVIS. VICTIS
HELVETIIS. IN. CAMPANEA. VALIDIS. INIMI
CORVM. PROPVG. ARCE. MEN. TORMEN.
ANNONAQ. MVNITA. DEC. TRIREMIVM. SVO
DOMINIO. AVCTO. PACE. INTER. CIVES. BE
NEVO. ERGA. SE. MAX. PARTA. ARCEM
IN. AVLAM. REDEGIT. A. S. MDLXX. ÆTATIS.
SVÆ. VERO. XXXVIII.

Vallum & fossam in hortos mutavit, viam recto ad lacum tractu ultrà M. P. consitis undique virentibus longo ordine populis stravit: & in suorum facinorum trophæum, magnificentissimam portam in arcus triumphalis formam in ea parte viridarii, qua aditus viæ aperitur, erexit. In qua toto Orbe Christiano egregium illud, & memorabile factum, quo profligatis *Turcarum* triremibus dignum Deo, Deique Genitrici Christianorum arma spectaculum præbuerunt, æternæ memoriæ literis in lapide insculptis sacravit:

M. ANT. COLVMNA. PALLIANI. DVX. PONTI
FICIÆ. CLASSIS. PRÆFECTVS
MAXIMIS. LABORIBVS. SVPERATIS. INTER. PIVM
V. PHILIPPVM. II. ET. SENATVM. VENETVM
SANCTIS. CONCILIAVIT. FOEDVS. ET. PONTI
FEX. PRINCIPEM. ROMANVM. REX. MAGNVM
SICILIÆ. COMESTABVLVM. RESP. AVITO. IVRE
FILIVM. VNANIMES. DELEGERE. VT. SERENIS
IOANNE. AB. AVSTRIA. PRÆFECTO. MAXIMO
ABSENTE. PARI. TITVLO. TERRA. MARIQ. PO
TIRETVR. PARTA. INDE. GLORIOSA. AMBRA
CIÆ. VICTORIA. TERQ. NAVIVM. CLASSE. FV
GATA. PLACITÆ. QVIETI. VIAM. PORTAM. HOR
TOS. FONTEMQ. DICAVIT.
CIↃIↃLXXIII. ÆTATIS. XXXIX

Inter *Turcarum* captivos duo summi Tyranni nepotes nostrorum mancipia fuerunt, quorum effigies in aula hac penniculis repræsentari princeps ipse triumphator jussit, hisque signari notis:

MAHAMET. FILII. ALIBARYM. PRÆF. C
ETHVSSAIM. SCIA. TVRCARYM. MARIS

Post principis aulam, *Seraphico* Patri *Francisco* extollitur non vulgare templum, cum minorum ejusdem ordinis fratrum Conventu, ejusdem nobilissimæ *Ursinæ* familiæ præclarissimæ heroinæ profusa charitate erectum, etsi delituit, obliteratumque sit ex codice, nomen remunerator Deus pietatis illius opera in libro Æternitatis inscripsit, ornant illum, ornaruntque semper Theologorum numerosus numerus, quorum quinque totius Provinciæ Præsidatum insignia prætulerunt.

Intra cujus ambitum S. *Joannis Baptistæ* sodalitium in Oratorio, quod miris picturis, Præcursoris vitam repræsentantibus, ornatur, coadunatur. Ultra milliare per viam, quà *Luco* itur, in jam designatam S. *Mariæ de Vico* dictam Ecclesiam inciditur, Fratrum *Capuccinorum* Conventum pia *Avezzanensium* devotione, Avorum ætate erectum, frequenti populorum veneratione Virginis Matris patro-

patrocinium supplicantium spectabilem, ad quem antè quàm perveniatur, in itineris permedullio S. *Mariæ Lauretanæ* ad archetypum efformata Ecclesia incolarum frequenti veneratione venerabilis invenitur, in qua pulcher Virginis filium in gremio tenentis ex cocto latere, auro, coloribusque perbellè ornatus colossus aspicitur, ad quem confluentes ex Summorum Pontificum diplomatibus *Lateranensi* Papalis Basilicæ indulgentiarum donis potiuntur. Ager longo limite, & amplitudine, & feracitate laudabilis, poma ex omni genere electissima, & legumina nutrit, non ingratus *Cereri*, nec odiosus *Baccho*, quippe exundat frumenti copia, vinaque externo testimonio, quod reddemus, optima, quæ partim cruda ut ex racemis exprimuntur, absque alia in tinis, vinariisque ebullitione servantur, & quæ ad Nobilium usum sunt; partim levi adhibita coctione robustiora, & quæ veterascunt flava, alba, & rubra, quæ sitim convicinorum explent, & ad urbem usque aliquando asportata; de quibus *Baccius* lib. V. de Vinis *Italiæ* sic ait. Quæ cum aspirante ab ipso lacu aura, tum lenitate collium, & aprico ab occidenti aspectu Solis cerealium cunctorum est frugifera, & vinetis undique virens vina producit, & quæ in genere toto electissima, ut vix flava invideant clarellis, nec rubra vernaciis nonnulla *Neapolitanis*. Cannabum tùm molle, albumque producit, ut lino non invideat, quem bonitate parem, sed quantitate minorem copiam cultorum inertia gignit; est cannabum, pro ut vinum, illis in emolumentum ultra olera virentia, quæ vicinis omni tempore commodant.

Transf-aquæ. In adversa lacus ripa 7. M. P. *Transaquæ* oppidum in radice carbonarii montis jacet, ex eo quod contra aquas sit, sivè ab *Avezzanensibus*, sivè à *Valeriensibus*, (quibus objicitur) dictum, qui cum ad transvehendum simul invitarentur, mutuò interpellabantur. Eamus *Transaquas*, undè inolevit postmodum ex consueto dicendi mo- *Terent.* in Topog. ad Mart. Pag. 127. do ità appellari, quod & *Catholice* oppido inter *Criminum*, & *Pisaurum* in Concilii celebritate accidit, nam cùm Catholicorum cætus inter utramque *Civitatem* insideret, ne *Arianis* communicarent, cum qui ad illos accederent: eamus ad Catholicos, pronunciare solerent, nomen illi *Catholica* relictum, quòd etymon *Baccio* non arridet, qui potius *Translacum*, quam *Transaquæ* appellari mavult. *And. Baccius* de Vinis *Ital.* lib. 5. Altero post Christum natum sæculo. exortum ex vetustiori origine, quam à *Misino* oppidulo in cacumine montis posito habuit, & ad Imperatoris *Neronis Claudii* domum repositum. Etenim emissurus *Fucinum* Lacum, cum ad *Marsos* Imperator adventasset, pro suæ stationis solatio, domum, quæ postmodum adventantibus, qui *Cisinum* insederant, in oppidum crevit. Eamque S. *Ruphinus Amasenus Cappadox* in Episcopum *Marsorum* inauguratus in Ecclesiam vertit, & in honorem immaculatæ *Virginis Matris* sacravit, de qua *Demetrius Ægidii* Canonicus *Assinatis* in Panegyrico: Acta S. Cæsidii.

> *Ad* Marsos *patriis* Ruphinus *venit ab oris,*
> *Et comes haud renuit Patri* Cæsidius *ire,*
> *Qui tormentorum socium superstitit ante,*
> *Pastor ibi templum erexit cæliquedicavit*
> *Reginæ.*

Istius consecrationis annua solemnitas 7. Octobris huc usque recolitur, & Sacro *Cæsidii*, filii, aliorumque Sanctorum Martyrum sanguine purpurata divinis prodigiis, signisque coruscans, inveteratus vetustus titulus in ipsius S. *Cæsidii*, cujus tem-

A pore immutatus fuit; Sacrata Virginis Imago, quæ longo sæculorum cursu in Altari, quo ipse Sanctus Martyr occubuit, steterat, paucis abhinc annis, diruto priori Sacello, & cum eo cancellatum martyris persistens monumentum, in viciniorem translata perpetuæ venerationi fidelium conservatur, ex nova adjectione adventantium aucta, non infrequens, nec ignobilis surrexit. Cæsaris illius peramplæ domus rudetis compacta, cujus ex sæculi voracitate subtractam memoriam ad nos transmisit, sunt undique lapides, qui veterum monumenta testantur, inter quæ quinti *Ninnii Romanorum* propagine Illustris, noster
B municeps sepulcralis extat inscriptio:

D. M. S
Q. NINNIO
Q. F. STRENVO
SEVERO. AVG
IANVARIA
CONIVGI
B. M. P

Q. illius forsitan filii, quem magistratus fasces ornarunt, & *Julia Marcia*, *C. Julii Cæsaris* Avia memoriam in lapide, quem *Lucius* noster *Camarra*
C refert, sacravit; nec istius *Januariæ* conjugis aboletum est nomen, sed *Prisci* filii pietas, qui Matri supremos honores tulit, sepulchralem titulum ad nos transmisit, qui in atrio Ecclesiæ conservatur:

D. M.
IVLIÆ IANVARIÆ
C. IVLIVS
PRISCVS. MATRI
B. M. P

Unde ex *Romana* prosapia, ad nostrates fluxisse *Scipion Mazzella delle famiglie di Napoli.*
D familiam, quæ & in *Neapolitano* adhuc foro, inter primarios clarescere multi arbitrantur, ex illis sepulchralibus elogiis, quæ *Paulus Manutius* refert, & *Mazzella* transcripsit.

Extant alterius *Peticii* differentis à Chirurgo, qui filium inconsolabiliter flevit, in altero lapide memoriæ:

PETICIVS. SA. ET
PETRONIA. SA. F
PETICI

D. Carolus Burella in Vindice *Neapolitanæ* nobilitatis.

Et in alio lapide *C. Trebatii*, ad quem *Tullius* plures scripsit Epistolas, cænotaphium exaratum
E eodem in loco manet:

C. TRAEBATIO. C. F
OPTATO
STRABONIA. SE
CVNDILIA. CON
ET. TRABEA. RVFILLA. PATRI
B. M. P

Et ad ripam *Fucini*, *Flavii* victoris *Salutis* Sanctæ voti solventis testimonium explicatum:

F *SALVS. SANCTA*
FLAVIVS. VICTOR
D. D. L. M

Multaque alia intercisa, abolitaque novis ædificiis vetustatis, monumenta, & quæ fabrorum audaces manus inciderunt, sparsim aspiciuntur.

Angustatur oppidum monte ipso, & lacu, in plano ad radices eleganti forma dispositum, inter utrumque insidet memoria invictissimi Marty-

ris *Cæsidii*, celebratum; cujus splendidissima Ecclesia priori forma novam etiam denominationem induit, sivè tempore exciderit, & adventantium numerus ampliorem exegerit, sivè cùm *Unghari* Provinciam devastarent, illamque (ut acta testantur) igne consumpserint, in restauratione spatio, & ædificiis creverit; etenim anno CMXXXVII. *Ungarorum* ingens exercitus *Italiam* aggressus, depopulando omnia vastabat, & cum *Cassinensis* Cœnobii pretiosiora abstulisset, *Italorum* præda onusti, ad nos sua arma tulerunt, cúmque templum aggrederentur, flammis illud dederunt, ex quo facto incolæ (scandala passi) in verba blasphemiæ in Sanctum usque proruperunt, ut qui alios, vocatus, juvari suo ardore consumi pateretur, unde illud mirabile refertur, ut, qui postmodum propiùs accederent, obcæcarentur; quarè *Marsi* junctis *Pelignorum* armis, in Barbaros irruentes, gladio pene omnes consumpserunt, spoliisque, quibus onusti incedebant, spoliarunt, cujus incendii memoria in S. Martyris *Colliberti* calvarie adhuc usque conservatur, quod flamma integrum reddidit, plenum stipulis semiadustis aspicitur.

Platina in vita *Joannis* XI.

Ecclesia ipsa tota concamerata arcuato opere, quatuor aulis distincta, duobus atriis, unum ante faciem, alterum in latere comitatur, cujus postremum ad Abbatis, Canonicorumque habitationem erectum per circuitum cubiculis, officinisque ad communitatem necessariis vallatur, ostium, per quod ad eam aditus aperitur, ex lapide pene pario figuris mirificè effigiato.

Sanctorum Martyrum reliquiis, qui ibidem à *Maximini* ministris coronari meruerunt, venerabilis, quarum major pars in lipsanotheca in Cappella ad fornicem in cornu Epistolæ, in effigiatis ligneis uniuscujusque Martyris capitibus auro, argentoque linitis, inter quæ tantum ærea argento dealbata, Sancti *Ruphini* Episcopi, & S. *Eutichii* capita, illorumque non parvam partem ossium continentia, & ipsius Sancti *Cæsidii* in theca argentea brachium, quod mira odoris fragrantia redolet, inclusa servantur.

Et sunt aliqua ex illius corpore fragmenta, quæ *Alexander* Abbas anno MCCCCXXV. in lignea statua, quam martyri *Cæsidio* cum Sacello, ex inciso lapide, auro adumbrato, in aula ad cornu Euangelii sacravit, reclusitque; reliqua tùm corporis ipsius, tùm aliorum ibidem quiescentium (quorum nec nomina adhuc innotuerunt) nondum omnipotens permisit publicæ venerationi prodi.

In ipso Sacello *Angeli Macchafani* primi *Anxanensis* Episcopi ossa absque ullo honore sepulchri jacent; nosque ne tanti viri memoria periret, sepulchrali elogio decoravimus:

D. O. M.

ANGELO. MACCHAFANO. DE. PERETO
PRIMO. ANSIANENSI. EPISCOPO. QVI. AL
TARE. VBI. SANCTVS. CESIDIVS. MARTYR
OCCVBVIT. CONSECRAVIT. AN. MDXXIII
PROPE. EIVS. STATVAM. SEPVLTO. DIRVTO
MOX. ALTARE. EIVSQVE. ABOLITA. PIETATIS
ET. DEVOTIONIS. MEMORIA. NE. TEMPORIS
INIVRIA. POSTMODVM. NOMEN. DELITESCAT
ABB. MVTIVS. PHOEBONIVS. EX. LEONORA
MACCHAFANA. ABNEP. AVVN. MOER. P. AN
MDCXLIII.

Ecclesia ipsa supellectili plurima, vasis argenteis ad divinum ministerium dives, cui diurno operi Abbas, & sex Canonici ultrà Cappellanorum, & inferioris ordinis Clericorum numerum, insu-

A dant, illisque ex profusa *Marsorum* Comitum ex *Berardorum* illustri stemmate largitate, stipendiis, temporis tamen diuturnitate deminutis, ad congruam modò sustentationem providetur: extant in archivio donationum in pergameno monumenta, quæ in serie Episcoporum retulimus, in qua ex propensa in Martyrem devotione, ut tumularentur, magnifica sepulchra adultorum, & infantium, altè in capsis lapideis à terra elevatis intra duos fornices, saxis scalpro incisis, penniculoque figuris variis exornatis futuræ etiam ætati reservantur.

B Juxta quæ duo Sacella, alterum divæ *Catharinæ* Martyri, illiusque sacram statuam ostentans, alterum Apostolo *Thomæ*, quæ in familiam de *Rogeriis* & nostram transierunt; modò illud S. *Thomæ* renovatum, & opulenti hereditate *Francisci Phœbonii* ditatum, in quatuor Cappellanias divisa, quas in Canonicatus Illustrissimus *Joannes Paulus Caccia* Episcopus erexit, quorum munus est singulis diebus Missam unam ibidem celebrare, qui ad nostram, & *Pascatii Phœbonii* perpetuam, & successorum præsentationem instituuntur; quam Cappellam redditibus etiam anteà, anno scilicèt MCCCXCIV. *Henricus de Henricis* ex adjectione Ecclesiæ S. *Thomæ de Fossa*, cum omnibus suis tenimentis, auxerat.

C *Henricus* iste *Rogeriorum* familiæ Princeps fuit; etenim cum filii, quos quinque habebat, perduelles *Joannæ* II. *Neapolis* Reginæ fuerint; bonorum proscriptionem passi, memoriæ pariter abolitionis periculum judiciali sententia sustinuerunt, unde cùm minor natu postliminii beneficio potiretur, ne retroacta fratrum ex primæva denominatione auribus dominantium refricaret, *Berardorum* Comitum stemmata sumpsit, & de suo nomine cognomen familiæ reliquit; unde & ipsemet *Rogerius Rogerii* appellari consuevit, quod & posteris transmisit: qui cùm postmodùm ex pla-

D cito Principis feuda recuperasset, inter quæ erat oppidum Arcis *Cerri* post *Colle longum*, *Catharinam de Celano* uxorem ducens: unicam prolem, & quæ Patris nomen retinuit, suscepit; cui *Ladislaus* Rex A. MCCCCXIV. ob transitum Matris ad secunda vota, *Bajulum* dedit; diuque posteri splendorem nobilitatis retinuerunt; etenim anno MD. *Franciscus* militiæ S. *Lazari* ascriptus, & post eumdem *Berardinus* anno MDLXVIII. extat *Berardini* sepulchrum in Oratorio S. *Joannis* prope Cappellam Sanctæ *Catharinæ*:

D. O. M.

E BERARDINI. DE. NOBILI. RVGERII. FAMILIA
ORIVNDI. HOC. CORPVS. REQVIESCIT. IN. TVMV
LO. SPIRITVS. AVTEM. ASTRA. BEATA. COLIT
QVI. ET. SEPE. OPERE. ET. CONSILIO. DOMVM. RE
ILLVSTRAVIT. AC. REXIT. SVBLATVS. INOPINA
TA. MORTE. AMICOS. DOMESTICOS. PARENTES
ATQ. PATRIAM. DENIGRAVIT. TANDEM
IN. SVO. NOVISSIMO. FINE. VNA. OMNIVM. SVO
RVM. CIVIVM. VOCE. EIVS. VITA. SVMMIS. LACRY
MIS. COMPROBATA. FVIT. OBIIT. AN. DOMINI
MDXXXXV. DIE. VIII. OCTOBRIS.

Nunc autem miserabili fortunæ statu, substan-

F tiam, nobilitatem, & progeniem deplorat.

Factis etiam insignibus in annalibus *Monaldeschi* discretus à *Transaquis* notatur; qui & pro *Columnensium* Principum toparchia adversus *Ursinos* proceres, & sub auspiciis *Agapiti Columnæ*, cum *Joannes Franciæ* Rex, & *Joannes* XXII. Pontifex classem in *Turcas* armarent, egregiè militavit, anno MCCCXXXII. & religionis splendore *Bartholomæus* ex primis *Cælestinorum* familiæ Patribus, ipsius

ipsius Sanctissimi Institutoris individuus Comes illustratur; cui pro coronide *Portia* Eminentissimi *Baronii* Mater additur, cujus laudes externorum testimoniis repetere, quam nostro calamo propalare, convenit, quippe avito sanguine nata patrimonium commune, domumque habuit.

Illius ager pari cum cæteris circa lacum fœcunditate gaudet: croci tamen optimi, & amygdalarum ferax; vina, quæ hiberno tempore grata admodùm, sed æstate acescunt; poma agrestia tantùm, & licet lacui insideat, aquarum penuria laborat, non aliam, quam ipsiusmet lacus in usum habet; solum cum fervet æstu, in ripa latices emergunt, cum aliquantulùm foditur, miræ frigiditatis, cum quæ propè stagnentur, tepescant.

In proximo monte ad 11. M. P. alterum ejusdem Sanctissimæ Virginis de *Candelicchia* dictæ, in solitaria Eremo gelidis laticibus, & agrestibus pomorum fructibus delectabili diuturnitate, & frequentia notum; in cujus montis ascensu, priusquam cacumen pertingatur, lapidea massa in plateam dilatatur, in qua centum puteos ita natura ipsa profodit, ut in illis artis opificium non desideretur, ad quosque ex liquatis nivibus, vel aliunde aquæ descendunt, & in crystallinam glaciem indurantur.

In propinquo illi colle *Cassinensium* familiæ Coenobium, Templumque Divo Episcopo *Martino* sacratum, ex pertinentiis Sanctæ *Mariæ de Luco*, & aliquando Episcopatui *Aquilano* ex *Ottonis* II. Imperatoris deditione addictum in loco, qui *Filitimi* dicebatur, nunc à Sancto ipso nomen habet, & præpositturæ titulo insignitum. Erant Sanctæ *Agnetis*, Sancti *Leonardi*, Sancti *Quiriaci*, Sancti *Angeli*, Sanctæ *Mariæ in passarano* inveterata sacella, quæ tempus pressit.

C A P U T V.

De Albensibus, & Alba Marsorum.

Livius lib. 10. POstremi nostrorum populi à *Plinio Albenses* recensentur, & in illis *Alba* ad *Fucinum* lacum posita, quæ *Livii* censura intra *Æquorum* fines persistere, cum coloniam deductam asserit, in dubia assertione asserendum videtur, sic enim lib. 10. *L. Genusio*, *Servio Cornelio* Coss. *Soram*, atque *Albam* Coloniæ deductæ sunt, *Albæ* in *Æquos* sex millia Colonorum scripta. *Sora* agri *Volsci* fuerat, sed possederunt *Samnites*, eò quatuor millia hominum missa.

Appian. lib. 3. Strabo lib. 5. Quem secuti sunt *Appianus* lib. 3. & *Strabo* lib. 5. sive vetustissimorum auctorum, qui oscitanter, & parùm accuratè scripserunt, vestigiis inhæserint; sive ob incertos fines, & qui vix dignosci possent, *Volsci*, *Latini*, *Marsi*, & *Æqui* commixtos habuerint, in errorem impegerint, sive quod verba *Livii* aliter sonent, cum enim in *Æquos* dixerit, ac contra *Æquos* dicere voluisset; etenim victis *Samnitibus L. Posthumio*, & *T. Minutio* Coss. A. V. C. C. D. XLVIII. *Sora*, *Arpinum* & *Cosentia* (seu legendum secundum *Cluverium Æsernia*) recuperata, illisque pacem petentibus, antiquum fœdus restitutum, in *Æquos*, qui per multos annos sub specie fictæ pacis quieti manserant, *Romanorum* arma sunt versa: hi quippe excitati *Hernicorum* exemplo (quibus, ob arma in hostes conversa, ut *Romani* Cives ascriberentur, in præmium fuit) auxilia *Samnitibus*, qui tunc bellum renovarant, præstiterunt. *Samnitibus* demùm pacem petentibus, peracto consilio, Consuli negotium à Senatu datum, ut diligenti per-

A scrutatione indagaret, an arma abjecissent: ille per illorum agrum discurrens, cum pacata omnia invenisse, referret, antiquum fœdus restitutum. Post hæc Patrum, ut *Æquorum* injurias vindicarent, commune consilium fuit; unde decreto bello, cum *Fæciales* illis innotescerent, statim exercitum, tumultuario similem, compararunt; siquidem cum jam desuescerent arma, ut quibus jam diù imbellis, in otio militaris disciplina desierat, sine Duce, sine ordine processerunt. Castra denique in conspectu *Romanorum* exercitus cum sisterent, minimè conserere profuturum cum
B validissimo hoste, & aciebus benè dispositis expedire trepidarent; intempesta pœnitentia acti ancipiti cura, animos illorum sollicita trepidatione premebat. In diversa diù agitati castra deserere perutile magis fore, & intra propriorum oppidorum mœnia se ipsos tueri utilius expedire decreverunt. Unde dissoluta acie, castrisque relictis, ad sua remearunt, ea deliberatione *Romano* Consuli (cum fraus aliqua inesse consilio primitùs suspicaretur) non cito palam facta, tandem re benè perspecta, expiatis castris (cognita) illos insequi, oppidaque singula aggredi decrevit; nec distulit deliberata, quin statim in eorum oppida
C irruens, intra quinquaginta dies victor extiterit, ita referente *Livio* lib. 9. Livius lib. 9.

Palantibus hostibus per agros, prima luce *Romani* signis prolatis, in acie consistunt, at ubi nemo obvius ibat, pleno gradu ad castra hostium tendunt, cæterùm postquam, nec stationes pro portis, nec quicquam in vallo, nec fremitum consuetum castrorum animadverterant; insolito silentio moti, metu insidiarum subsistunt; transgressi deinde vallum cum deserta omnia invenissent, pergunt hostes vestigia sequi; sed vestigia in omnes æque ferentia partes, ut in dilapsis passim, primò errores faciebant, post per explora-
D tores, compertis hostium consiliis, ad singulas urbes circumferendo bellum; unum, & triginta oppida intra dies quinquaginta oppugnando ceperunt, quorum pleraque diruta atque incensa, nomenque *Æquorum* propè ad internecionem deletum. De *Æquis* triumphatum.

Cúmque eorum exemplo excitati *Vestini*, *Peligni*, *Marrucini*, & nostrates, qui in arma pariter erant, clade vicinorum animo prostrati, pacem pariter petiissent, illis etiam æquo fœdere dato, undique pacata Provincia *Romano* reddita est imperio. At Senatus, qui non otioso rerum
E adparatu Reipub. securitatem, & augmentum sitiebat, non tam in ea, quæ in præsenti blandiebantur, quam quæ deinceps futura esse poterant, diligenti ponderatione perscrutabatur; omniumque, qui in amicitiam redierant, fines rimabatur; an fractis animis pacem petierint, an aliqua ex insidiis moliruntur; animum, necessitatem, & cuncta circumspectantia accuratè numerans, modum præcavendi mala, quæ occurrere possent, excogitavit. Munitio enim semper Cassiod.
tractanda in otio est, quia malè tunc quæritur, lib. 1.
quando necessaria judicatur, omnia enim subito
F probantur incauta; nec animus potest esse in audaciam pronus, qui diversa fuerit cura sollicitus. Cum de *Hernicis*, & nostratibus nulla suspicionis cura animum tangeret; nos siquidem cives adscriptos, in amicitiam ascitos, & nunquam, ut hostes, habitos; sed proprii tantùm juris defensores in arma aspexerat. At de *Æquis* & *Samnitibus* non idem judicium, utrosque enim sævos, & infideles hostes, & qui necessitate, non voluntate cesserant, judicabat; at ne armis simul junctis aliquando insurgere possent, & nova aliqua moliri, in eo mentis cogitationem direxit, ut con-

contra utrosque munimenta pararet; sicque *Albam* in tuto loco positam antiquissimam *Marsorum* civitatem, adversus *Æquos* coloniam designavit. *Soram* verò à *Samnitibus* modò receptam, contra illorum impetum colonis adauctam securam habebat.

Sita est enim *Alba* intra nostrorum fines, longè ab *Æquis* 8. in colle, qui in ipsa elevatur planitie 11. M. P. à *Velino* monte, & 3. M. P. à *Fucino* lacu dissita, in ora vallis, qua ad *Æquos* itur, & in illis circumspecto monte, ab altera parte arcem pariter, eo tempore constructam, quò ne facilis ingressus, egressusque esset, & ne populando extra fines, amicos populos aut turbare, aut in societatem (ad perniciem *Romanæ* ditionis) ascire possent; sed Coloniæ præsidio arcerentur, cohiberenturque; & hoc persuasi timore in amicos *Marsorum* terminos hæc præsidia extulerunt, ut fœderatis tutamen, & hostibus terror
Liv. l. 6. essent; unde, & non aliter *Livii* textus intelligi potest, quam (ut diximus) in *Æquos* (id est contra) cum ex alia ipsius assertione manifestis verbis propaletur; sic enim lib. 6. Inde in *Pelignos* pervenisse, præterque oppidò instituit in *Marrucinos* transire, inde in *Albensi* agro in *Marsos*, hinc *Amiternum*, *Ferulos*que vicum venisse.

Præcipuè cum simili pronunciatione, cum de *Carseolo* agit (ut mox videbimus) sit usus; vel nisi cum *Cluverio* hoc erratum à *Livio*, ut à *Plinio* in *Atinatibus*, & à *Ptolemæo* in arce asseramus: qui utrique in *Volscos* positas; scilicet *Atina*, & arx, asseverant; at nos illis parùm hæc nostra loca innotuisse, & ad affinitatem nominis tantum suam sententiam accommodasse demonstramus; cum *Antinates*, quos *Atinates* Plinius appellat, nostros ostendimus; ab Æquis autem posito lapide discriminabantur, qui effossus elapsis annis inter oppidum *Lofrini*, & *Villam S. Stephani*, in loco qui dicitur, *le Colonnelle* literis majusculis exaratus:

ALBENSIVM. FINES

Conservatur modò in Ecclesia S. *Mariæ* propè *Scanzanum*. Arx autem, quam in nostro etiam situ *Ptolemæus* ponit, in prospectu *Albæ* sita erat, quod & modò *Arce* (corrupto vocabulo) nominatur; & *Paulus Marsus* in 4. Fastorum *Ovidii*, montes *Cariæ* dicit, & *Carolus* Primus *Andegavensium Neapolis* Rex, in Epistola sua ad *Clementem* IV. Pontif. Maxim. relationis numerandæ victoriæ, quam de *Corradino* reportavit, *Carchii* montes dicit; sic enim Ego ipse de passu in passum per tres dies, totidemque noctes sequens, & prosequens, tandem percepto, quod dicti hostes per *Techi* partem ingressi sperabant per *Marsicana* rura discedere, & pervenire *Sulmonem*, quoque inter *Scurculæ*, & *Carchii* montes in quadam planitie sua infelicia castra desixerant.

Quod oppidum Comes *Rogerius* de *Alba*, cum militare servitium pro Terræ Sanctæ recuperatione *Gulielmo* Regi an. MCLXXXVII. sponderet, feudum habere profitetur: ut in registro per D. *Carolum Burellum* nuper editum, habetur. *Carcem* in *Marsis*, quod est feudum 6. militum, attrita priore, vel commodiore pronunciatione, novum accommodatum, *Carce*, vel *Carchium*, pro *Arce* ediderunt.

Eratque illud ad Arcis formam incastellatum (ut modò mœnia monstrant) & in extremo montis fastigio, qui interponitur valli, per quam ad *Æquos* est transitus, quò primus *Anio* transcurrens *Reate* protendit; cujus cacumen ovalem formam habens, muris undique cinctum oppidum complebat; ad quod asperum, & insuetum iter; præterquam per jugum, quo arcta via, vix tres simul incedentes recipiebat; unde, & ad illud introitus per unam tantùm januam, antequam fortelitium duabus vallis munitum insurgebat. Seculis transactis, habitatoribus desertum, *Malleani*, *Roseoli*, ac *Sanctæ Anatoliæ* non vulgaribus oppidis principia dedit; extant modò per ambitum mœnia, quæ non parvi oppidi vestigia signant.

Mons ipse, humiliores præcellens in planitiem, civitatem ipsam, & transitum ad *Æquos* uno prospectu dominatur; & ne facilius ad nos incursibus via aperiretur, inter se circumspectantia erant fortelitia extructa, ita ut uno oculorum ictu, ad se quisque signa daret, ad parandum contra hostes tuitionis vires in monte; ex adverso supra *Scurculam*, & in eminentiori, qui & *Vallem de Nersa*, & planitiem prospiciunt, supra *Reofalcum*, & supra *Paternum* erat alterum, ita ut nec *Æquorum*, nec aliunde advenientium hostium insidiæ timerentur. Et sive illo, sivè alio tempore, ut timor pelleretur, & statio securior esset, sint addita munimenta regioni, nulla certa ratio reddi potest, cæterùm *Æquorum* animi, ita præsidio novæ Coloniæ turbati, ut ægrè ferentes, in eorum finibus angustiis erectæ Arcis, præsidiari, & ita dominantium fræno vinci, ut spes illis tolleretur, aut libertatem tueri, aut de injuriis aliquando vindictam sumere; sed prostrati penè ad servitutem, pro libito victoris redigi dubitarunt, itaque præclusi, ut ignominiosum contra ipsos fulcrum tollerent, moliri parant. Sic exorti, comparato exercitu, vires restaurant, modernamque Coloniam sternere destinant, illamque totis viribus aggressam, dum expugnare nituntur, à Colonis ipsis (novæ Arcis subsidio datis) strenuè repelluntur; attamen eorum audacia *Romanorum* fortitudinem inusitato timore concussit, cum absque externorum auxilio una gens sola, quæ paulò ante, aperto bello, aciem conserere timens, nullam aliam tuitionem habere, cogitare potuit, quàm intra septa murorum contegi, & sic insequentis victoris iræ cesserit, ut ultima quæque passa credita fuerit, tantummodò facinus auderet ut Coloniam tollere cogitaret; quarè (ut in arduis consuetum est) ad novum bellum exortum Dictatorem *C. Lulium*, *Bibulcum*, & *M. Titinium* magistrum equitum edixerunt, solemni ritu (addito voto) Deæ *Salutis* domum ædificandi, si ab imminentis belli periculo Respub. libera existeret. Dictator tamen bellum aggressus primo impetu *Æquos* dejecit, & octavo post pugnam die triumphum accepit, & votum Deæ persolutum sic *Livius*, *M. Lucio*, & *Q. Æmilio* Coss. redintegratum equitum bellum, Coloniam *Æqui* ægrè patientes, velut Arcem suis finibus positam, summa vi expugnare adorti, ab ipsis colonis pelluntur; cæterum tantùm *Romæ* terrorem fecerunt, qui vix credibile erat, tàm affectis rebus, solos per se *Æquos* ad bellum coortos, ut tumultus ejus causa Dictator diceretur. *C. Lulius Bubulcus* cum *M. Titinio* Magistro equitum profectus, primo congressu *Æquos* subegit, & die octavo (triumphans in urbem cum rediisset) Ædem *Salutis*, quam Coss. voverant, Censor locaverat, Dictator dedicavit.

Ex his in sinum *Marsorum* posita urbs designatur, quam & *Strabo* lib. 5. ob finium incertitudinem conterminam vult. *Latinorum* autem urbium maxime mediterranea est *Alba*, *Marsis* contermina.

Accuratius tamen *Ptolemæus* in nostro reponit *Marsorum*, qui orientaliores sunt *Æquicolis*, oppida, *Arx*, *Alba Fucelis*.

In

In hoc *Ptolemæi* textu, ex *Cluverii* obſervatione, & *Græci* exemplaris collatione, vocabulum vitiatum apparet, ut pro *Alba Fucentia*, *Alba Fucilis* ſit ſcriptum, ſic & *Plinius*, & *Strabo* ad lacum *Fucinum* eam ponunt, ut ex hoc *Fucentiæ* ſit dicta; ſive quod eorum temporibus excurſus lacus, ad penè radices collis (in quas reſidet) pervenerant; ſive quod ager omnis ad ripam uſque *Albenſium* erat. Unde & populi ipſi *Albenſes*, ne cum *Albanis* confunderentur, & ut diſtinguerentur ab illis, quibus ab *Alba Liguriæ Albenſes Pompejani* ſunt appellati; etenim illa *Alba Pompeja* dicitur.

A

Antiquiſſima civitas, cujus principium urbis natale longè præceſſit, ejuſque origo, cum ignoretur, ad *Aborigines* primos regionis Incolas referenda, ab illiſque nomen tributum, quamquàm *Appianus* a *Romanis* additum ſuſpicetur. *Romani* quondam in *Æquatis* oppidulum, quod communierunt, *Albam* de Metropolis ſuæ nomine appellarunt; progreſſu temporis, ſivè corrupto vocabulo, ſive ut ab *Albanis* diſtinguerentur, *Albenſes* vocarunt.

B

Sed errore ducitur, nam *Livius* in Coloniam tantùm deductam, nec illi tunc nomen inditum, quod habebat, antequam *Romana* urbs inſurgeret, imo *Aſcanius* ipſe *Æneæ* filius cum ſuæ civitatis conderet fundamenta, ad hujus noſtræ *Albæ* differentiam, *Albam longam* appellandam cenſuit, ut apertis literis *Halicarnaſſæus* lib. 1. dicit. Ad diſcrimen autem alterius urbis, quæ ejuſdem erat nominis, additur cognomen ab ſitus forma.

C

Ex quibus verbis *Cluverius* conſequentiam ſignat, ergo *Albenſium* in *Marſis* prior, *Albanorum Alba* in *Latio*.

Poſita erat in parùm elato ſaxoſo colle, cujus vertex in duo cacumina diviſus planam vallem in medium complebat, amboque propugnaculis, & mœniis, ex grandioribus ſaxis quadratis erectis, vallata, faſtigia circumſepta cuſtodiebant; quæ nec penitùs ævo ceſſerunt, quin & in ipſis ruinis magnificentiam eorum oſtentent; duabus januis ad extrema intermedia cuſtodiebatur, quæ pendulas, & recidentes cataractas portas, ad hoſtium irruptionem propulſandam accommodatas, habebant, & alia quæ aditum muniebant, additis turribus ſecuriori munimine ad ſitus accommodatum præſidium addimentum, de quo *Strabo* lib. 5. *Alba Marſis* finitima in excelſo locata ſaxo, prope *Fucinus* eſt lacus. (Strabo lib. 5.)

D

His præſidiis (ex innata loci ſituatione) quippè libera undique à ſupereminentium vicinorum timore ſibi ipſi dominabatur, cui, quæ ex inhabitantium induſtria, & *Romanorum* conſilio adjecerant, in omnem eventum, ad machinationes, & aggreſſus ſpernendos ſecura, & fida tutela, habebatur: ut jam (Senatus cenſura) ad continendos devictos in fide tutiſſima ſtatio comperta judicaretur; in eamque quamplurimi principes, regeſque captivi miſſi (ut ad inexpugnabile fortilitium) in munita cuſtodia tenerentur; ut ex *Strabonis* teſtimonio, eodem lib. recitato. *Alba* verò multoties ad noxiorum cuſtodiam uſi ſunt *Romani*, cum excubias tempus poſtulat, quod ager ipſe in profundo locatus ſit, & quaſi vallo circumſeptus, in ea carcere coercendos includentes. (Strabo lib. 5.)

E

Nam cum *Scipio* (cui ex devicta *Africa* nomen *Africani* additum) *Syphacem Numidarum* Regem prælio victum, captivum haberet, *Romam*, ut victi Regis ſplendore ſui triumphi gloriam decoraret, miſerit. Senatus decreto ad hujus Arcis cuſtodiam tranſmitti mandatum; licet dum, ut triumphanti ſerviret, tranſmitteretur, ut clarior pompa in ornatu ſplendidiſſimo, & omnium magnificentiſſimo redderetur, Tibure (communi omnium fato) in hoc uno optabili, quod vultum victoris, & ignominiam captivitatis meruit morte declinare, deceſſerit; & quod Regio funere Patres honorandum cenſuerunt. *Livius* XXX. Conſulti inde Patres, Regem in cuſtodiam *Albam* mittendum cenſuerunt, morte ſubtractus, ſpectaculo magis hominum, quam triumphantis *Syphax* eſt. *Tibure* haud ita multò poſt mortuus, quo ab *Alba* traductus fuerat, conſpecta tamen mors ejus fuit, quia publico funere eſt elatus. (Livius 3.)

F

Devicta deinde *Macedonia*, captoque *Perſeo* Rege cum tribus filiis, quem cum proſtratum ad genua *Paulus Æmilius* Conſul vidiſſet, miſeratus Regis calamitatem, juxta ſe in ſella collocavit, & ut ante currum poſtmodum cum filiis in ſolemni triumphi apparatu, faſtum militarium honorum præcederet, cum ſervaſſet; ad hujus propugnaculi præſidium, ut ſervaretur, una cum filio *Alexandro*, Senatus pariter tranſmitti mandavit. *Livius* XLV. Patres cenſuerunt, ut *Q. Caſſius Perſea* Regem cum *Alexandro* filio *Albam* in cuſtodiam duceret. (Liv. 45.)

Nec quartum inde duræ captivitatis annum protrahentem calamitatis vinculis diſſolutis à corporea carceris manſione liberum ſpiritum relaxans, ſub durioris cuſtodiæ ergaſtulo corpus reliquit, nec in aſpero fato ingloria mors fuit, quæ ſumptuoſo publico funere à *Romanorum* principum clementia meruit honorari. *Vellejus* primo. Poſt victum captumque *Perſeum*, qui quatriennio poſt in libera cuſtodia *Albæ* deceſſit. (Vellejus 1.)

Et Valerius Max. lib. V. cap. 1. conſimili clementia in *Perſeo* uſus eſt; nam cum *Albæ*, in qua cuſtodiæ cauſa relegatus erat, deceſſiſſet, Quæſtorem miſit, qui eum publico funere efferret, ne reliquias regias jacere inhonoratas pateretur. (Valer. Max. lib. 5. c. 1.)

In libera cuſtodia *Vellejus* dicit, cum in ipſa civitate deceſſiſſet, nam quos duriori cuſtodia mancipari deſiderabant (ad quam ante diximus) Arcem mittebant. Poſtremus, *Livii*, & *Valerii Maximi* teſtimonio, *Bituitus Avernorum* Rex recenſetur, cum quo *Q. Fabius Maximus* feliciter cum pugnaſſet, *CN. Domitius* ejus ſucceſſor, cui Regis & *Allobrogorum* conſuetudo deſierat, illiſque ex veteri injuria offenſus, ut falleret, cum ad illius ſuffragia provocaſſet, ut Victoris clementiam experiretur, *Romanam*que urbem peteret (diſſimulato conſilio) ſuaſit, ad ſe ut deliberationem accelleraret, & accederet, ſollicitavit. Ille ſpe reconciliationis, & fœderis ineundi, nihil inſidiarum timens, allectus, illius fidei ſe commiſit; & ſtatim, ut hoſpitio excepit, navigio impoſitum *Romam* tranſmiſit; & licet Senatus factum improbaret, tamen ne patriam regreſſo Regi daretur nova belli occaſio, *Albæ* cuſtodiendum mandavit, ſicque rem *Valer. Max.* lib. IX. cap. VI. recenſet. (Diodorus Siculus lib. XX.) (Livius lib. 61.) (Valer. Max. lib. 9. cap. 6.)

Opitulabatur præeminentis loci fortitudini, & murorum coacervatæ vallationi electorum militum legio, quæ non ſolum ad tuendos in fide colonorum animos, & ad hoſtium ſpernendos inſultus, ſed ad omnem eventum ibidem parata erat, pro Reipub. Vrbiſque accommodata præſidio, ex electiſſimorum noſtrorum militum electu, quæ & *Marſia* dicebatur; ex qua non niſi ad timendos Reipublicæ caſus evocabatur, de qua *Cicer.* Philippica 3. Legio *Marſica Albæ* conſtiterat, in Municipio fideliſſimo, & fortiſſimo; & idem Philippica 4. *Albæ* conſtiterant *Martiales* in urbe opportuna, munita, propinqua fortiſſimorum virorum, fideliſſimorum civium, atque optimorum. (Cicer. Philipp. 3.)

Et

Et tantæ expectationis erat, ut victoriæ spes in illa reposita æstimaretur; unde cum à se deficere, & partes novi Cæsaris *Octavii* sectari *Marcus Antonius* cognovisset, urbem relinquens, *Albam*, ut ad suam devotionem reducere procuraret, petiit; sed frustratus eventu, invictorum militum virtute ab urbe, & conatu exclusus, *Tiburim* se recepit, sic *Appianus* lib. 3. *Albam*, ubi *Marsia* consederat, profectus est, ut eam ad suam revocaret auctoritatem, sed exclusus urbe, & rejectus à muris, retrocessit. Ipse autem cum iis, qui aderant, *Tibur* usque progreditur.

Appian. lib. 3.

Et cum in Senatu ea de causa ab ipso *Marco Antonio* criminaretur, talibus laudibus à *M. T. Cicerone* commendari promeruit, & plusquam homini convenit, præconiis extolli, ut in eum Philippica IV. Quid legio *Marsia?* quid quarta? cur laudantur? Si enim Consulem suum reliquerunt, vituperandæ? Si inimicum, laudandæ? & paulò inferius: Tunc illas cœlestes divinasque legiones *Marsiam*, & quartam, quibus cum Consulem suum non modò reliquissent, sed bello etiam prosequerentur, honores, & præmia spopondistis.

Æquè etiam laudanda, ut timenda legio, quorum milites, ut corporis robore præstabant, ita & armorum genere, siquidem scuta illi peculiaria erant, quæ & *Albensia*, & ex amplitudine decumana dicebantur; & licet gravioribus armis præcincti ad bella pergerent, non ponderoso illo onere, dexteritatis, agilitatisque conferendi retardabatur motus; quin nemo uberius, dexterisque jaculandi arte vicem illis abstulerat? unde *Halicarnassæus Marsorum* veloces gentes dicit, quod idem est, ac agiles, ut *Henricus Stephani* interpretatur.

Eorum conatus in missilibus, plusquam in aliis armorum generibus erat; hisque præcinctos ad certamina, *Silvius* noster dicit, cum sparo, quod agreste parvum, & missile telum, à spargendo sic dictum interpretatur; & in pugna eminùs in hostes jaciebatur, cui adjiciebantur fundæ, ad lapides, glandesque projiciendos accommodatæ, quem usum ex attrita experientia edocti, ita callebant, ut etiam volitantes aves in aëre ex incerto quasi & indubitato ferirent. *Silius* 8.

Silius 8.

Omnibus in pugna fertur sparus, omnibus alto
Assuetæ volucrem cælo dimittere fundæ,
Pectora pellis obit, cæsi venatibus ursi.

Communis spari, vestisque usus cùm *Marrucinis, Frentanis, Vestinis*, tùm cæteris ejusdem regionis fuit, & in insectatione ferarum, ut corpora labori assuescebant, sic animos ad certamina exercebant; proprium tamen *Marsorum* usus amplorum scutorum, & usus fundæ ad scopum attingere semper fuit; sic *Sisenna*. Et *Marsi* propiùs succedunt, atque ita scutis projectis tecti, saxa certatim lenta manibus conjiciunt in hostes.

Corn[e]l. Sisenn. lib. 2. c. 4. penes *Non.* in collect. *Auson.*

Naturalis hujus habitudinis robore, armorum experimentatis exercitationis præsidiis, non solum *Æquorum* exercitum, qui ad insurgentis coloniæ incrementum evertendum accesserat, eluserunt, sed & *Marci Antonii* triumviri sedulam industriam, ut ad sua vota caperet, abjecerunt; quin & sodalium *Italorum* conventum, cum pro libertate pugna iniretur, illaque stricto agmine cincta, ut fœdere uniretur, ad abjiciendum Romanæ Reipub. jugum, cum premeretur, abjecit.

In uno tamen rerum haud prospero eventu, parum sibi felix, cum post *Cannensem* pugnam cum aliis XII. Coloniis impositum pecuniarum & militum pensum præstare abnuerit, non fœdera spernens, sed quia tot attrita incommodis minimè posset; etenim, & si *Italiam Annibal* excesserit, nec cessare *Romani* à tributis, nec militibus *Latini* nominis in *Siciliam* transmissis (jam octavo completo anno) vacationem concedere, aut ad Patriam revocari animus erat; unde in hoc unum coloniæ ipsæ iverunt consilium, ut alleviarentur, & ut suppetias dare distulerint, causamque Senatui patefacere, quam earum deliberationem, nec probavit Senatus ipse, nec puniri jussit; sed prudenti (& ad res gerendas accommodata dissimulatione) ad tempus distulit. Itaque sexennio post, cum de supplemento legionum, quæ in Provincia erant, ageretur (dempto jam metu,) cujus gratia res dissimulata fuit, cum interim boni, obedientesque socii pro fide & obsequio populi *Romani* continuis tot annorum delectibus jam penè exhausti essent; neque minus acceptæ, & dum necessitas urgebat, jugum obedientiæ abjecerant, vacatione, honoris causa, frui viderentur. Placuit Patribus facinus jam penè obliteratum in memoriam revocare, ausumque pœnæ luitione, ex duplicata mulcta diluere, ut *Livius* IX. recitat: Sub hanc vocem non memoria magis Patribus renovata rei penè jam obliteratæ, quam ira irritata. Itaque nihil prius referre consules posse decrevere, ut consules magistratus, denosque Principes *Nepæ, Sutrio, Ardea, Calibus, Alba, Carseolis, Sora, Sinuessa, Setia, Circeis, Narnia, Interamne* (ex namque Coloniæ in ea causa erant) *Romam* accirent, iis imperarent, quantum quæque earum Coloniarum militum plurimum dedisset populo *Romano*, ex quo hostes in *Italia* essent, duplicatum ejus summæ numerum peditum daret, & equites centenos vicenos; si qua eum numerum equitum explere non posset, pro equite uno tres pedites liceret dare; pedites, equitesque quam locupletissimi legerentur, mitterenturque, ubicumque extra *Italiam* supplemento opus esset; si quæ ex iis recusarent, retinere ejus coloniæ magistratus, legatosque placere, neque si postularent Senatum dari prius quam imperata facessant. Stipendium præterea iis Coloniis III. M. æris asses singulos imperari exigique quotannis; censumque in iis Coloniis agi ex formula ab *Romanis* consulibus data priusquam Magistratus abirent.

Livius 9.

Illius ager sivè quia glareosus, sivè inundatione ex imbrium profluvio per *Velinum* montem descendentium infœcundatus, parùm *Cereri* aptus, pomis tamen, sed agrestibus, quam plurimis abundat, unde *Silius:*

Silius 8.

....*Interiorque per udos*
Alba *sedet campos, pomisque rependit aristas.*

Ad inundantium potiùs aquarum impetum, sterilitatem referre non ab re erit; siquidem multis abhinc annis, abundantibus pluviis, quas planum in cacumine montis capere minimè posset, impetu facto, præcipitatis arginibus, per ipsum descendentibus penè pagum *Formæ* (in illius radice situm) obruerit, & tanta violentia præcipitabantur, ut ultrà domorum vastationem, homines in suis grabatibus jacentes (nox quippè erat) avulsis ostiis domorum longè impulerit, & quamquam raró contingat, arenarum, saxorumque congerie, quam secum adducit, infœcundantur campi. Vestitur tamen collis undique arboribus, malorum, pyrorum, & nucum præcipuè, sed mala haud læta omnia, pyraque papæ, & ex *Bergamo* vocantur; nuces autem jucundæ, quas *Plinius* lib. XV. cap. 22. recolit. Adjiciunt prætereà avellanas, & galbas *Prænestinas*, quas maximè laudat,

laudat, & conditas ollis in terra servari virides credit. Nuces *Thasiæ*, & *Albenses* celebrantur, & *Tarentinarum* duo genera fragili putamine, & duro.

Virescunt etiam vites, sed non ad maturitatem usque vina promunt; ideòque insuavia. Erant tamen circà in apricioribus collibus amœna, grataque rura, quæ & dulciora poma, & gratiosiora vina, ficusque perdulces promebant; selectissimæ tamen erant ficus, quas ex *Siria L. Vitellius*, *Vitellii* Imperatoris Pater in suum ipsius rus detulerat, sic testante *Plinio* lib. XV. cap. XIX. Ex hoc genere sunt, ut diximus, Coctana, & Caricæ, quæ conscendenti navim adversus *Parthos* omen fecere *M. Crasso*, venales prædicantis voce cauneæ. Omnia hæc in *Albense* rus è *Syria* intulit *L. Vitellius*, qui postea Censor fuit, cum legatus in ea provincia esset, novissimis *Tiberii* Cæsaris temporibus.

Joseph. Antiq. lib. XIIX. cap. 7. *Tacitus* Ann. lib. 12. *Baron.* Ann. 37. & 38. & 39.

Is *Syriæ* Proconsul (cum antea consulatum gessisset) destinatus, *Pontium Pilatum Judeæ* Procuratorem, impium, in Christum Deum, Judicem ad *Samaritanorum* querelas, ut primitia luitionis sceleris sentiret, in ordinem redegit, qui impostoris cujusdam inanibus promissis allecti, in unum sumptis armis, ut denunciata assequerentur, convenerant; & cum à *Pilato* misso milite, major illorum pars trucidata fuerit, illorum magistratus patratæ cædis authorem illum accusantes, reum constituunt; unde *Vitellius*, subrogato in illius locum *Marcello*, *Romam*, ut apud Cæsarem suam causam ageret, misit. Exacto postmodum Proconsulatu Censor effectus in gratiam *Claudii Augusti* plurimùm venit, & post *Messallinæ* cædem, *Agrippinæ* nuptias fovit, illasque sic in Senatum promovit, ut publico decreto licitæ pronunciarentur. In *Cæsaris* exinde, & *Augustæ* obsequiis adscriptus, in hac, quam adamari à Principe provinciam noverat, in qua mirabile illud *Fucini* lacus Emissarium confecit, rurales delicias in hortorum fœcunditate, diversorum pomorum delectu ditatas elegit, hortumque, in quo modò Sancti *Polini* pagus, ad montis ex adverso radices ad ortum solis æstivum II. M. P. ab *Alba* distantem suspicamur, cum & perdulces albæ, nigræque adhuc ibidem nutriantur, sitque situs apricitate, ad omne non solum pomorum genus, sed ad olera, frugesque aptus, nam in parvo elevato colle riguo, ex laticibus undique insurgentibus humoris fluitione solum ubertatur, olusque virescit; & non insuavi cæli temperie, amœnitate fœcundatur, arbores pomis, uvaque maturato sapore replentur; unde, & vina alba non invidenda *Albanis*, *Urbiventanis*que producunt; & ex olivarum baccis non ingratum oleum, linumque non agreste, sed nobile, molle, albumque gignit, hic ad voluptatis delicias, ut principis genio blandiretur, *Vitellius* villam extruxit.

Prætorium juxtà ad viæ *Valeriæ* tractum, quorum operum magnificentiam ingentium saxorum parietes semidiruti monstrant; & non longè à fonte vestigia signantur, & publicorum balneorum in Ecclesia Sancti *Laurentii* (quæ Prætorio successit) memoria recolitur, & ubi Justitiæ simulacrum à gentilibus colebatur (reddito vero Deo cultu) Christi asseclæ Solem Justitiæ, invictissimi Martiris *Laurentii* honore, venerari cœperunt, illicque postmodum *Cassinenses* Patres (renovatis veteribus ædificiis) ad divinos recessus habitaculum contexerunt, quod cum fatisceret, Abbas *Baldus* à *Paterno*, novo jacto fundamento, extulit, ut in apice januæ Templi inscriptio docet:

A AN. D. MCCV. INDICTIONE. QVARTA EGO. ABBAS. BALDVS FILIVS. ALBERTI IOANNIS. SALVI. DE PATERNO. HOC OPVS. A. FVNDAMENTIS. FIERI. FECI MANIBVS. MAGISTRI. GVARINI. ET PETRI

Abeuntibus postea Monachis, cœnobium haud diù stetit; & Ecclesia non tàm temporis injuria, quàm exquirentium Thesauros stulta, sacrilega, & audaci investigatione effossa, ad ultimum excidium devenit; cujus redditus Abbas *Paterni*, cum titulo percipit, licet immutata priori denominatione, Ecclesiam S. *Laurentii in Cuna* ad B præsens appellent. Notandum verò, quòd agro in isto auri est generatio, sivè naturali potentia in visceribus terra, sivè herbarum temperata concoctione producatur, & ad superficem mandetur. In perdicum gutture à venatoribus persæpè repertum, & *Joannis Francisci* Comitis *Mirandulæ* testimonio didicimus in lib. 2. cap. 6. de auro conficiendo. Inventum quoque aurum est in perdicum ventriculis tempestate mea, sive id illæ dum in terræ superficie conspicerentur, instar granorum deglutirent: sivè generatum sit ex eduliorum occulta potestate, quibus è terra sint auri exordia communicata, præcipuè in *Marsorum* C montibus, herbarum potestate nobilitatis, quandoquidem non longè à *Fucino* lacu, parte quadam *Albani* campi perdices illas diversari, dum eis in locis adhuc puer militarem, non sine demiratione percepi.

Joannes Franciscus de Mirandula lib. 2. c. 6. de aur. confic.

Tam ampla, nobilis, & munita civitas suo fato absumpta, in parvo redacta vico, aliqua tamen illius magnificentiæ vestigia in mœniis inter alia, fortissima structura, pergrandibus lapidibus tenacissimo cæmento compactis (ut mirum sit à multis abhinc seculis aliqua in parte perdurent illæsa) conservat; non opere *Longobardico*, ut D suspicatur *Baccius*, sed *Romanæ* potentiæ laborioso artificio compactis, quo facilius inimicorum sperneret aggressus; passimque etiam per desolatæ civitatis ruinas incisi sepulchrales lapides cernuntur, qui cum tantummodò antiquitatem redoleant, nihilque per se sapiant, transcribere consultò prætermisimus; præter aliquos. In Ecclesia Sancti *Angeli* in ascensu collis ex *Fabia* tribu titulorum memoria legitur:

CN. TITVLEIVS. C. F
FAB. EQVES
C. TITVLEIVS. CN. F
E IIII. VIR. ITER. QVI

Ad fontem *Androsciani*.

C. TITVLEIVS. C. F
FAB. PRÆF. EQ

Quo rerum infortunio à splendore fastigii sui ceciderit, ornatumque nobilis civitatis amiserit, haud nobis adhuc compertum. Fertur bello sed incerto milite, igne consumpta; cum in rudetis, quæ in diem excavantur, incendii attrita vestigia referantur, sed fabulæ accommodatum inventum, F quod successibus accommodari non potest, enarratur; potiùs tamen *Romano* fatiscente Imperio Barbarorum, & intestinorum bellorum turbine *Italia* attrita. cum aliis illustrioribus civitatibus in præceps ruisse credimus (& præter mœnia) ædificia reliqua ita solo addicta, ut seges sit ubi *Troja* fuit, resecandaque falce; ex ruinis tamen insigne aliquid semper indies ex ære, aut lapide eruitur. Et ad urbem aut aliò ex dominantium arbi-

Platin in vita Paschalis II. Thomaso costa nell' additione al Colennuccio lib. 1. fol. mihi 46. Cerillo negl' annali dell' Aquila l. 1. f. 4.

A bitrio defertur; ficque exactis jam annis Romanorum principum decor, Excellentiffimus D. *Philippus Columna*, totius ferè *Marfiæ* Toparchiæ Dominus ad fuos in urbe fpectabiles hortos, domitoris *Africæ Scipionis*, & terroris *Romanæ* invictæ potentiæ *Annibalis Carthaginenfis* marmorea fimulacra miræ artis induftria excavata transferri curavit; præcipuum ædificiorum detrimentum tulit cum *Carolus Neapolitani* Regni primus Rex ornamenta, infigniaque publicorum operum monilia, in Cœnobii ædificatione, quod ad *Salti* amnis ripam, non longè à ponte, in campis *Palentinis*, inter ipfam civitatem, & *Scurculam* II. M. P. ubi à *Corradino* victoriam reportavit, afportaverit, & omni decore fpoliaverit, illoque folo jam adæquato, facta funt aliorum materia; fiquidem nobile *Sanctiffimæ Triadi* dicatum Templum, in jam dicta terra *Scurculæ*, ex illius lapidibus eft compactum; & quod ita æquale omnium rerum periculum fubierit, & conjectura adjuvamur; fiquidem transactis feculis, anno fcilicet MC. ex urbe *Guilberto Parmenfi Ravennati* Epifcopo, qui fe in *Petri* Cathedram *Henrici* II. Imperatoris potentia fretus intruferat, ejecto, *Albæ* in tuta ftatione fe recepit propriis viribus, & fchifmatis fautoribus nifus copiis, & favore *Riccardi* principis *Capuæ*, Catholici electi *Pafchalis* II. Summi Pontificis conatus elidere arbitrabatur, fed non ità; nam Summi Paftoris vigilantia, qui fchifmata abolere, & herefiarcham toties capite damnatum, fternere totis viribus fatagebat, omnes illius conatus elufit, & auro, & armis *Rogerii* II. *Siciliæ* Comitis aliorumque Orthodoxorum auxiliis, ita ex *Alba* depulit, ut haud certo loco pedem figere permiferit, donec tandem profugus per montes *Forconii* ærumnis, & inedia attritus infelicem emiferit animam, pacemque Ecclefiæ reddiderit; & ne divinæ ultionis pœnas offa illius penitus evaderent, quinquennio poft è fepulchro ad flumen projecta, fpectaculum perduellibus Catholicæ Ecclefiæ fatis timendum dederunt.

Antipapæ partes non *Riccardus Aquilanus*, fed princeps *Capuæ* fectatus fuit; fiquidem eo tempore duo ejufdem nominis proceres vivebant: unus *Capuanus* princeps Catholicæ Ecclefiæ perduellis, cujus multa invaferat oppida: alter *Fandi* Comes, & ab *Aquila*, feu quia civis, feu illi cognomen inditum, dicebatur ut *Cerillus* fufpicatur, & hic univerfalis Ecclefiæ Catholicæ Epifcopi partes tuebatur, ut diximus.

Eo fiquidem tempore non penè (ut modo auctis calamitatibus) habitatoribus deftituta; fed fi non antiquam fpeciem, tamen pernobilis civitatis præferebat; in qua, qui fummo *Romanorum* Pontifici contraierat, cum electa militum manu, & fautorum principum apparatu, fe recipere meritò poffet; fed cum poftmodùm paulatim cives perlaberentur, aliafque habitationes quærerent, qui remanferant; cum in defolato loco fimul coire, & communibus neceffitatibus divifim habitantes occurrere, & in invadentium prædam facilè cadere poffent, & imminentibus prævifis periculis in altioris collis apice, novis mœniis fepto, fedem fixerunt; ad cujus tutelam nobiliffimæ *Urfinorum* familiæ Proceres (qui diù ejus dominatum cum comitali corona funt potiti) arcem extruxerunt; ad cujus ditionis Imperium cætera circùm oppida fubjacebant, illiufque Dominus inter primores Regni Barones, & amplæ Toparchiæ poffeffione, & antiquæ nobilitatis fplendore numerabatur. Etenim anno MCLXI. *Berardus Albæ* Comes filiam fuam *Andreæ* Comiti *Comini* cum numerofæ dotis apparatu, quo jus Comitatus redemit, & rebelles fubegit, nuptui dedit, &

Regiftrum Baronum, per D. *Carolum Borellum*. *Arciprete* memorie dell' *Sannio* lib. 4. c. 7.

Rogerius ex eo natus filius anno MCLXXXI, fub *Gulielmo* Rege, in apparatu facri belli militare fervitium pro fuorum feudorum poffeffione militum LXXX. & fervientium C. fpopondiffe recenfetur. Eoque Majeftatis celfitudine provecta, ut non dedignarentur Reges illius infignia; ficque *Joanna* Duciffa *Duratii Albæ*, & *Gravinæ* Comitiffa enunciatur in diplomate pro Territorio Terræ *Pennæ* huic noftræ Patriæ conceffo, anno MCCCLXXVI, quem *Margarita* Regina *Ladislai* Regis Mater fequuta fuit MCCCCV. prout fupra retulimus, ad *Columnenfium* principes tandèm cum tota ditione transmiffa, qua hodie feliciter potiuntur, fic eft diminuta divitiis, fic ædificiis depauperata, fic habitatoribus deferta, ut vix illi vici nomen conveniat; & quæ jam fex millibus Colonis à *Romanis* aucta fuit, vix viginti hodie familias capiat, fic fata ruunt, & magnæ in præceps (urgente fato) res prælabuntur. Vetuftam tamen majeftatem in tituli fplendore, & Toparchiæ caput adhuc retinet, & Juris dicentis fedes eft.

Transactis feculis, antequam ad hodiernam vaftitatem deveniret, *Deiparæ Virginis* facratum templum, cum numerofo Canonicorum Collegio Abbatiali titulo decoratum, quod modò extra mœnia parum longè penè defolatum cernitur, illi erat; cujus fervitium, ut novi oppidi incolentium commoditati profpiceretur, ad Ecclefiam Sancti *Nicolai* intra fepta erectam translatum fuit; numerufque Canonicorum ad feptem tantum Perfonatus, ex *Gentilis Marforum* Epifcopi providentia redactus anno MCCCXCIV. quorum aliqui adjacentium Ecclefiarum in circum erectis villis fervitio funt mancipati, cum retentione ftalli, aliarumque præeminentiarum, & obventionum.

In altero, qui ex adverfo colle eft, *Caffinenfium* familiæ Patres ex vetuftis ruderibus *Principi Apoftolorum* magnificum templum, tribus fornicibus diftinctum extruxerunt, illique juxtà cænobium, ex Abbatis, Capitulique placito, poft Monachorum difceffum anno MCCCX. *Minores Conventuales* ex Illuftriffima *Seraphica* Religione fratres, ufque ad hæc noftra tempora fuccefferunt, quoufque ex Sanctiffimi *Innocentii* X. conftitutione fuppreffum, Seminario *Pefcinati* addictum fuit. Templum ipfum plurimum antiquitate redolet, atrium cum antejanua columnis marmoreis excavatis conftructum, ex vario pario opere vermiculato exfculptum habet, cujus magifterii Fabrum incifa carmina indicant:

Civis Romanus *doctiffimus arte* Joannes,
Cui Collega bonus Andreas *detulit onus*,
Hoc opus excelfum ftruxerunt mente periti,
Nobilis, & prudens Odorifius *adfuit Abbas.*

Presbyterium ex Monaftico inftituto, ab anteriori templo columnis, tabulifque marmoreis feparatur; quod fatifcens idem *Odorifius* Abbas fuffulfit.

ABBAS. ODORISIVS. FIERI. FECIT
MAGISTER. GVALTERIVS. CVM
MORONTE. ET. PETRVS. FECIT
HOC. OPVS

Lipfanis Sanctorum Martyrum quamplurimis, argenteis thecis inclufis, *Joanna* I. hujus Regni Sereniffima Regina ditavit.

In cornu Euangelii ipfius Presbyterii in lapidea capfa, ferreis cancellis munita, includitur corpus Beati *Benedicti*, quem ferunt *Seraphicæ*, vel alterius cujufpiam Religionis alumnum, contempla-

plationi deditum in remota solitudine ad *Velinum* montem in quodam antro, quod ad hodiernum diem (*la grotta del Christiano*) appellant, arcanis cælestibus ad corporis sui usque dissolutionem vacasse, & postquam ad cælestia migravit, miraculorum signis coruscantem indè translatum, illius anniversariæ memoriæ celebritas XII. Kal. Aprilis, quo Cathólica Ecclesia Monachorum Patriarchæ *Benedicti* festum veneratur, recolitur. Sivè utriusque is fuerit natalitius dies, sivè quos una complectitur nominis determinatio, unica celebritate fidelium devotio recolere decreverit; illius autem acta, vitæque gesta cum plurimum insudaremus, nullibi expiscari potuimus.

Undequaque totus collis ruderibus, & veterum ædificiorum monumentis refertur, & adhuc *Jovi* Sacrati Fani vestigia aliqua monstrantur, reliquorum inanium Deorum delubra vel perierunt, vel veri Dei cultui cesserunt. Erat in descensu collis & nunc penè dirutum *Cassinensium* Patrum S. *Angelo* dicatum templum.

Ante ascensum in austro, ad radices, sacellum Divo *Leonardo* sacratum adhuc extat, quod quondam totius Comitatus aula ad communia negotia pertractanda erat; sunt in eo lapides priscorum memoria signati, quorum unus sic se habet:

C. VOLCEIVS. C. F. L. MARO
P. L. TIVMO

Alter in basi Altaris sic extat:

NICOMAGVS. SA. F. L. S
P. AA. TAA. TETIDI. L. S
DOROTEI. TIE...,...
BASIM. DON. DANT

Illius desolatio sivè hostili ferro, sivè ponderibus librata suis advenerit, multorum pagorum, oppidorumque principium fuit; siquidem Cives ipsi, qui in agro villas, latifundiaque tenebant, domum, familiam, cum suis fortunis, laribusque quisque in sua rura transtulit, quod & Amicorum, familiariumque adventantium numero in dies adauctum, communi inhabitantium consortio rus in oppidum transiit, quorum aliqua nomina secùs à communitate desciverunt, promiscua siquidem cætera omnia, ac si unus esset incolatus, ad usque hodie retinent.

S. Polinus. *Andruscianum.* Sunt illa præter S. *Polini* pagum ad collis radices, in occasum versus *Andruscianum*, id est antrum sanum, ab antro, quod infirmantium saluti propitium erat, à temporis injuria ad nos servatum; & in ipso pago non longè à fonte brutorum, nunc Aula cernitur, circa quam rudera insignis alicujus ædificii formam monstrant. Sunt & alii duo pagi ad austrum II. M. P. ab *Alba* ipsa in planitie, quæ *Velino* monti interponitur, *Massæ* nominati, quorum qui *Velino* appropiatur ex *Dei Genetricis* templo *de Corona*, *Massa Corona* nomen adjicitur; alter inferior *Massa* nuncupatur, quorum ager parum *Cereri*, sed croco aptus, pecoribus grata pascua præbet; undè & incolæ opes augent; inter utrumque aliud ejusdem *Immaculatæ Virgini de Ripula* templum insurgit, quod incolarum devotione frequentatur; & aliud Apostolorum Coryphei fratri dicatum, in quo sepulchralem *Amarediæ Lucinæ* lapidem invenimus, qui sic se habet: *Massa sottana. Massa Corona.*

AMAREDIE
LVCINÆ
QVE. VIXIT. ANNOS
XVIIII. MEN. VII. QVE
MONDION. IN MONVMENTO
SVO. MAREDIVS. APER. PATRO
NVS. C. MAREDIVS. SEVERVS
ET. MEREDIA. S. PYCHE. FILIÆ
PIISSIMÆ

Ad ortum ferè æstivum ab *Alba* II. M. Pass. ad ascensum montis *Magnolæ* aliud quod *Forma* vocatur ab aquæductibus, qui communi vocabulo *Formæ* appellantur, quibus quæ modo ibidem fluunt ad civitatem aquæ ducebantur, sic dictum; de quo in Chronicis *Cassinensibus* aliqua mentio habetur; nam in donatione, quam *Ludovicus* Imperator Monasterio S. *Angeli in Barregio* juxtà flumen *Sangri* stipulasse recensetur, inter alias Ecclesias Sancti *Antimi* ad *Formas* in pertinentiis *Marsorum* numeratur, & alibi à Nobilibus *Marsorum* Divo *Benedicto* Ecclesia Sancti Patris ubi *Forma* vocatur, & Ecclesia Sancti *Donati* supra ipsas *Formas* cum omnibus, quæ ad ipsas pertinebant, traditæ asseruntur. *Forma.* *Ostiensis lib. 1. cap. 36. & lib. 3. cap. 39.*

Et cum parùm inde disceditur, in angusto vallis, in apice insurgentis collis *Castri novi* pagus invenitur, cujus ager frumenti ferax, & pratorum copia ridet, æstivis ardoribus amœnitate situs, aquarum abundantia perjucundum habitaculum præbet; cultoribus tamen, & inhabitantium numetro penè derelictum. *Castrum novum.*

Ad duo milliaria ab *Alba* occasum versus turribus, & valle munitum Castellum, *Cappella* nominatum insurgit, & Iconibus, Cappellisque, quæ *Cistercienfium* familiæ Alumni, circa Ecclesiam Sancti *Nicolai*, in qua eorum erat Monasterium, pro monasticæ disciplinæ cultu, ædificarunt; quod exinde ex permutatione cum Ecclesia Sanctæ *Mariæ de Pertuso* in pertinentiis *Soranæ* Diœcesis in montibus, quos diximus, sita, quæ de juribus *Marsorum* Ecclesiæ erat, ad *Marsorum* Præsulem devenit; & reclamante postmodùm Abbate *Casamari* permutatio ipsa ab *Honorio* III. anno MCCXVI. irrita declarata fuit, & postmodum, cum exemptam ab omni Episcopali ditione Monachi prætenderent, *Gregorius* IX. ratam habens sententiam *Ottonis* tituli Sancti *Nicolai* in carcere Cardinalis, cui discussio causæ demandata fuerat, & suo diplomate Episcopalia jura perpetua stabilitate firmavit; exacto deinde tempore, cum *Cistercienses* penè ex omni Comitatu recederent, Monasterium in Castrum transiit, & inhabitantes Coloni à Cappellis nomen illi indixerunt, cujus Ecclesia extra mœnia à Parocho, Abbate nuncupato, libera ab omni Monachorum censura custoditur, ager ad segetes, & vites aptus dulcia vina, & poma ex omni genere grata nutrit; laticibus undique insurgentibus tantum offenditur, ut cum sepè nebula obumbretur, parùm salubri aëre gaudet; fons propè Ecclesiam limpidissimis undis abundans crystallino humore, & pergrato sapore scatet. *Cappella.*

Ad hæc omnia Comitatus Toparchia hodie fines suos extendit, una olim omnium universitas quatuor centum familias habebat, nunc vix dimidiatum numerum explet.

Quæ autem re, & nomine è communione desciverunt, adductis aliundè familiis in insigniora creverunt oppida; quorum etsi non amplum, notum tamen *Paternum* ad radices rupis *Cervaræ* in capite lacus ad meridiem III. M. P. ab *Alba* est. Quod *Hildebrandus* Dux *Spoleti* cum agro quingentorum simul modiorum, & multas famili-

Phœbonius. I 2 lias

lias, cum piscatione ad lacum *Fucinum* usque ad *Piscinam* anno MCCLXXIV. Divo obtulit *Benedicto*; ut *Leo* in Chron. lib. 1. cap. XIV. & *Ludovicus Pius* anno MCCCLXVI. Monasterio Sancti *Angeli in Barregio* inter alia Ecclesiam Sancti *Georgii in Paterno*, ab Antecessoribus collatam suo diplomate confirmavit. Quæ postmodùm *Theobaldus* Abbas concessit cuidam *Ricconi* pro annali censu solidorum LX. & piscibus octingentis, & multò antè Monasterio Sanctæ *Mariæ de Luco*, quidam *Apicus de Paterno* hereditatem suam testamento dedit, ut in eodem chronico lib. 2. cap. 7. antiquum fortilitium ad excubias Regionis ex lapidibus quadratis à *Romanis* olim erectum supra oppidum CC. P. conservatur; non aliud quippè in eo præter hoc memorabile; centum ferè in eo numerabantur familiæ, nunc vix decem, & ita depauperatum, ut nec Fisco satisfacere possit. Ager ejus fœcundus, lætusque ad omnia genera frugum, pomorumque, & præter communia regionis, olivarum baccis ultrà incolarum necessitatem abundans; in hoc uno parùm felix, quòd ex paludibus, quæ circà lacum sunt, haud salubrem aërem in æstate haurit; undè flante eo tempore Austro infirmantur: est illi Parochialis Ecclesia Sancto *Sebastiano* Martyri dicata, cui perpetuo annexa est Sancti *Laurentii ad cunas*, & in monte Sancti *Honuphrii* Eremus devotione fidelium amœnitate situs, & aquarum suavitate frequentata; in plano Sancti *Salvatoris* olim *Farfensium* Monachorum Cœnobium, nunc simplex & rurale beneficium; antiqua autem Parochialis inter utramque manet in descensu collis Sanctæ *Mariæ de Paradiso*, dicti.

Lib. 2. cap. 56. — Lib. 2. cap. 7.

Ferri ad opus igne flectendi officinas, fabrorum Collegium *Albensium* ad occasum versus II. M. P. locarunt; ex quo oppidum *Malleanum* dictum, ubi parùm in plana terra intumescit exortum, quod in stemmate hodierno die monstrant; nam duos seminudos fabros in incude malleis ignitum ferrum mollientes in parma sigilli, quo publica signantur monumenta, exprimunt; cujus operi forsitan præerat *C. Herennius Maximus* ex excussi ferri instrumento, quod in lapide ipsius sepulchrali, qui in Refectorium Conventus Fratrum *Prædicatorum* visitur, qui sic se habet:

D. M. S
C. HERRENNIO.
Q. F
MAXIMO
SVTORIA
AYTTA. CONIVGI
CVM. QVO
VIXIT
ANNOS XXV
B. M. P

Sin potius illius originis causam ab alio eventu non repetamus; cum enim qui ex *Carce*, seù *Carchio* abierant, Montana despicientes vicos elegerunt, & in Valle propè in segregatis Villis habitare cœperunt, quarum vix hodiè nomina in illarum ruinis conservantur. Fuerunt *Villa Sancti Blasii* ultrà flumen ad prospectum *Marani* oppidi in calce oppositi, in quo Ecclesia, & aliquæ domus derelictæ extant; altera ad pontem, in quo aliqua vestigia, & diruta Ecclesia; & cum ad *Malleanum* tenditur iter, *Villa Sancti Angeli*; & descendendo M. P. *Villa Sanctæ Mariæ Magdalenæ*, quæ post Monialium discessum fratribus ordinum *Prædicatorum* cessit; & parùm infrà, *Villa Terræmori ad Pistrinum*; & post istas *Villa Sancti Martini*, *Sancti Barnabæ*, & *Villa major* juxtà Ecclesiam *Sanctæ Mariæ de Valle* in pertinentiis *Roscioli*, & aliæ quamplurimæ, quæ post *Caroli* cum *Corradino* pugnam, in *Malleanum Roseolum*, & *Sanctæ Anatoliæ* oppida transierunt; siquidem cum hostium insequeretur progressus in colle, in quo modo oppidum situm est, castra posuisse profitetur in Epistola ad *Clementem* IV. De pratis *Ovindoli*, secus lacum *Fucinum*, & *Villa Aniceni*, aciebus instructis, demùm quendam Collem propè *Albam*, qui per duo millia distabat ad hostibus, ex quo campus *Palentinus* se explicat, iter meum prosequendo, perveni.

In qua nec de *Carne*, nec de *Malleano* mentio habetur, sed tantummodo de monte *Carchii*, undè & in scripturis publicis postmodum confectis *Malleanum de Carchio* enunciatur; ut in bulla collationis *Sanctæ Mariæ in Valle Raynaldo* Cardinali *Ursino* anno MCCCLIII. sic Judex se subscribit: Nos *Petrus Jacobus de Malleano de Cartio*, annalis Judex ipsius Castri *Cartii*.

Illius structura moderno lapide ornata, altero penè seculo in esse deductum signat; muro in universum cingitur, & frequens habitantium incolatus illud in domos convertit, ultrà tamen biscentum focularia explet, sunt omnia intus bene disposita, & in pede plateæ Parochialis Ecclesia Sanctæ *Luciæ* Virgini, & Martyri dicata, collegio sex Canonicorum, & Abbatiali decore spectabilis; extra mœnia fratrum *Prædicatorum* nobile Cœnobium, proventibus Monasterii Sanctæ *Mariæ Magdalenæ* ditatum; & inter *Rosciolum*, oppidumque prædictum aliud nobilis structuræ fratrum *Minorum* de observantia insurgit, ex devotione hominum *Malleani* in honorem *Immaculatæ Virginis*, & Sancti *Martini* Episcopi erectum, ubi tumulatur *Pascatius* Nobilis Medicus, qui versibus multos Sacræ Scripturæ libros reddidit, ut in illius sepulchrali elogio habetur:

Qui cecini Stellam, Genesim, Ruth, Judith, & Æsther,
Pascatius *modico claudor in hoc tumulo*.

Est & alia Parochialis extra mœnia Sanctæ *Mariæ de Malleano*, illius Rector Abbatiali titulo gaudet, & sub se aliquos Cappellanos retinet; non est tamen limitibus Parochia distincta, sed permixtim Parochiani cohabitant; Sacramenta tamen à proprio Parocho in Ecclesia Sanctæ *Luciæ* recipiunt, cujus illa filialis est.

Habuit autem *Rosciolum* (ut modo diximus) incrementum, à *Malleano* II. M. P. ad Aquilonem distans; sed vetustiora principia, siquidem illud *Berardus* Comes *Berardi* Comitis *Marsorum* filius circà annum MLXXXV. una cum Monasterio Sanctæ *Mariæ in Valle Porchanenti Cassinensi* Monasterio dono tradidit, quod modò *Rosciolum* appellant, parvum eo tempore, sed adjectione Villarum quæ circa erant, & incremento *Carce* (à quo per mille passus distat) & unione præcipuè *Villæ Sancti Barnabæ* auctum, quæ ad præfatum Monasterium sita erat, à qua in humanis, divinisque honores, & incrementa cepit. Nam homines illi sacram supellectilem, campanas, vasaque sacra, unà cum Collegio octo Canonicorum, & dignitatem Præposituræ secum tulerunt, homagium autem Abbati *Farfensi*, quem solùm in spiritualibus recognoscit, solvit; etsi intra limites *Marsorum* Diœcesis Castellum, Ecclesiaque sint, illiusque Episcopo ultrà abhinc XX. ann: decimas procurationesque præstabat, & *Innocentius* VI. cum Præposituram *Raynoldo* Cardinali *Ursino* contulisset, ad *Marsorum* Episcopum pertinere denunciat. Certè quidem *Bucca de Teba* (quam partes *Tevi Carolus* in præfata epistola dicit)

Rosciolum.

cit) quæ terminus *Marsorum* Diœcesis à *Paschali* II. firmatus est supra *Rosciolum*, & infrà *Sanctæ Anatoliæ* oppidum, hodieque *la Bocca di Teva* dicunt: attamen liberè jura, quasi Episcopalia *Farfensis* Abbas ibidem exercet, nulliusque Diœcesis adscribitur; est tamen hodie habitatoribus penè desertum, illiusque solum eadem fertilitate, cum *Malleanensi* gaudet; præter quam latioribus finibus extenditur, & pomorum abundantia redolet, mœnibus cingitur, cum perexcelsa Turri antemurali, & propugnaculis munita; quæ cum in *Gallorum* incursionibus suo munimine regionem defendisset, à *Neapolitanis* Regibus XXIV. ducatorum stipendium quotannis promeruit, & ad hanc nostram ætatem à Regio Thesaurario illi persolvuntur; Monasterium illud Sanctæ *Mariæ* II. M. P. in extremo peranguſtæ Vallis penè solo cessit; Templum autem magnificum, & peramplum perpolitis lapidibus contextum, tribus fornicibus, quadratis columnis suffultis, ab injuria temporis illæsum permanet, illiusque major ara quatuor columnis sepulchrum miræ artis, variisque figuris excavatum sustentatur; Presbyterium Ecclesiæ tabulis sacris imaginibus penniculo ad vivum expressis ornatur. In universo Ecclesia ipsa inculta, quippe solatio hominum destituta, & à Monachis derelicta, & à secularibus Clericis parum frequentata. Insignia *Marsorum* Comitum in exteriori apsidis parte excavata conservat. In atrio ante ostium in quadrata columna prioris Monasterii nomen, qui illud confecit recenset:

HVIVS. ECCLESIÆ. PRIOR. EST. VERVS. ATQ
LARGITOR. IPSE. QVIES. PROBVS. HOMO
SIBI. AVE. ATQVE. HONOR. BERNARDVS
B. NOMINE.

In alia ex adverso Columna fabri nomen versibus leoninis extollitur:

Hoc opus est clari manibus factum Nicolai,
Cui laus viventi, cui sit requies morienti;
Vivus honoretur, moriens super astra locetur;
Vos quoque præsentes, & factum tale videntes
Jugiter oretis, quod regnet in arce quietis.

Et in operculo sepulturæ dextrorsum, in introitu Ecclesiæ antiquum monumentum inscriptum aspicitur:

LVPICINO
FELICIA
CONIVGI
BENEMERENTI
POSVIT
CVM. QVA. VIXIT
ANN. XVIII

Sancta Anatolia. Eodem itinere M. P. est *Sanctæ Anatoliæ* Castrum in ditione *Reatina* situm, Sanctæ Virginis auspiciis, quæ martyrio pro Christi fide in civitate *Thora*, parùm abhinc longè, feliciter coronari meruit; sive in persecutione aliquid ibidem passa posteris proprii nominis passione illustratum locum reliquerit, sive alia occasione inditum ignoratur.

Turanum. Indè *Turanum* M. P. à *Sanctæ Anatoliæ* oppido, quod à flumine nomen sumpsisse *Cluverius* suspicatur, cum id propè fluat, nomenque ei *Toranus* sit; post *Corradini* Exercitus profligationem exortum ex vicis, quos Militaris furor vastavit, coadunatum, quorum incolæ diruptis domibus, haustis substantiis, ut ne in posterum similia paterentur, eo devenerunt consilio, ut simul coalentes munitam stationem stabilirent; sicque locum, quem *Sabidius Taurus Jovi* sacraverat, declinarunt, & faustis *Sabini* auspiciis de suo cognomine nomen loci dederunt, & ad hæc nostra tempora basis, qua simulacrum *Jovis* sistebatur, his literis notata inspicitur:

IOVI. MAXIMO
SABIDIVS. TAVRVS

Cujus etiam memoriam, cum dignitatum titulis in lapide, quem mox relaturi sumus, ostendemus.

Post *S. Anatoliæ*, & *Turani*, *Corbarium* novi nominis oppidum apparet, *Petri Ranalutii* ordinis *Minorum* alumni facinore notum; vetus est in eo ejusdem Religionis Cœnobium, in quo unum ex caputiis *Seraphici* Patris veneratione colitur; sed redditibus denudatum, Pontificiæ constitutionis *Innocentii* X. cum cæteris depauperatis Conventibus ordinationi subactum; Clero seculari est additum, & Abbatis moderationi paret. Qui illius dominio fruebantur, Comitiali corona fulgebant; modò ad Ducalem dignitatem evectum Excellentissimi *M. Antonii Columnæ*, Magni Comestabilis, qui primus coronari meruit, felici imperio paret; ad tuendos in fide populares *Roccam*, cum propugnaculis munitam, primi Comites construxerant, quæ tempore fatiscens reorum custodiæ deputatur; per cujus agrum via, quæ ab urbe per *Æquos* ad *Vestinos* ducebat, signabatur, cujus passim vestigia apparent, juxta quam veterem *Sabidii* inscriptionem, quæ modò ante januam oppidi conservatur, invenimus: *Corbarium.*

SABIDIVS. C. F. PA. P. PRIM. PIL
SV. ET. LEG. X. ET. LEG. VII. TAVT
IN. X. PRIMVM. PIL. DVCERET. EODEM
TEMPORE. PRINCEPS. ESSET. LEG. VI
PRÆ. B. GV. CÆSAR. DIVVS. AVG. ET
TI. CÆSARIS. AVG. DEM. SVA
A. DONAVIT
CORNELIA. AVG. N. P. PVPILLA. V
S. R. CRISPIN. NEPTIS

Jam ad *Æquorum* ferocem gentem devenimus, quæ insurgentis *Romanæ* Reipub. vires continuis attrivit bellis; & toties victa, victorem novo parato bello sprevit; donec parere cum aliis *Italiæ* populis docuit; inter sylvarum densitatem, & montium anfractus, ex primævo Avorum instituto vicatim habitant; nec illustre aliquod oppidum, aut civitatem habent, inter excisas veteris oppidi ruinas duo veterum monumenta expiscati sumus, quæ in gratiam antiquitatibus studentium hic apponimus:

In Ecclesia Sancti Elpidii

C. VETTENVS. C. L. APHRODISIVS
C. VETTENVS. C. L. TERTIVS.
C. VETTENVS. C. L. SEXTVS
VETTENA. C. L. HILARA
VETTENA. C. L. MAXIMA

Et in ponte parvi rivuli ad Pagum *Torre di Taglia:*

T. CAIO. T. F. POL.
CRISPINO.
DRVSI CÆSARIS BENEFIC.
MILITAVIT COH. VI. PR.
AN. XVIII. V. AN. LXX.
HER. POSVER.
AL. Q.
IN PR. X. IN A. P. XII.

Cum jam ab *Alba* discessimus, ex dissipatis *Carcis* civibus oppida numerantes ad *Æquos* usque pervenimus; nunc, quæ ex illius ruinis excreverint annotemus.

Ad occasum versus III. M. P. in pede montis partim, & in plano *Scurcula* oppidum insurrexit, in quo loco excubiæ ad Regionis custodiam extructæ apparent; unde attrito vocabulo excubiæ *Scurcula.* *Scurcula* dictum; vel illud à vetustiori commutatum; cum illuc *Cuculum* à *Strabone* lib. V. ad tractum viæ *Valeriæ* positum situm erat. *Albensium* postea congregatione auctum, cum incremento novum à suo non dissimile nomen sumpserit; vel ab utriusque confusione, cum excubiæ ab oppido notarentur, placuit *Scurcula* tantum pro *Cuculi* excubias dici; utrumque Etymon rationibus accommodatum non displicet; cum in cacumine montis, quem à S. *Nicolao* nunc appellant, arcis excubiarum vestigia sistunt, & oppidum à *Strabone* relatum, istud potius, quam quod nunc *Cuculum* XIIX. M. P. abhinc distans fuisse, & tractus *Valeriæ*, ad quem sedet, & antiquitatis aliqua monumenta suadeant, quæ & oculatissimum *Cluverium* in hanc sententiam firmarunt.

Cuculum oppidum propè viam *Valeriam*, quam à *Tibure* ad *Corfinium* usque protensam, ait idem *Strabo*, id nunc esse volunt quod inter *Carseolum*, & *Albam* sinistrorsum in planitie ad montium radices, vulgò dicitur *Scurcula*, *Scucula*, *Scutula*; nec situs, nec nominis ratio abhorret, & antiquæ etiam hic inscriptiones repertæ.

Inter quas *L. Marculeii* Cœnotaphium in lapide desculptum, & à *L. Marculeio Fausto* filio Patris memoriæ sacratum, nostra industria servatum posteritati reddemus:

D. M. S
L. MARCVLEIO. SATVRNINO
VETERANO. AVGVSTICO. VII
PRI. III. VIRO. I. D. QVESTORI. REI
PVBLICÆ. CVRATO. PECVNIÆ. ET. ALIMEN
CVRATORI. ANNONÆ. PLEBIS. CVRATORI
OMNIVM. PVBLICORVM. CVRATORI. APVD
T. IOVEM. STATOREMQ. COLEGI. FABRORVM
TIGNIARIORVM. L. M. ARCVLEIVS. FAVSTVS
IVNIOR. III. VIR. IVRE. DIC
CVRATORI. ANNONÆ. PATRI
OPTIMO. ET. SIBI. FECIT

Alter ultra tractum *Valeriæ* inter montes *Pelignorum*, de quo alibi, noster autem sua vetusta principia ab illo refert, quod *Strabo* repetens ex sparsim vicis, qui ruente *Alba* exorti erant, in unum coalescentes oppidi formam ampliaverunt; servant autem adhuc incolæ in publico æstimo nomen vici, à quo fluxerunt, sejunctum à veteri; novum additum recinctum mœnium est, totum in monte, in cujus summitate Arcem quadrilaterem cum orbiculatis turribus in angulis Proceres *Ursinorum* extulerunt, quæ pace Provinciæ reddita, custodiæ reorum destinata; reliquum ædificiis ornatius; sed muris derelictum, quam adjectionem non antea, quàm post conflictum *Caroli*, cum *Corradino*; nam ab utroque exercitu vastationem passi vici, qui circum erant, & ne dispendium in apertis locis aliquando sustinere cogerentur, illuc confluxerunt, quò suas substantias, & vitas tuerentur. Adjacent in conspectu *Palentini* campi, ubi confligantium Regum copiæ insederunt, & non longè consummatum extitit bellum; cujus facti seriem, licèt à claris scriptoribus recitatum, ad illustranda tamen ipsa loca, nos hic repetemus.

Ut *Manfredi Federici* II. naturalis filii dolosam

A tyrannidem, qua Regnum *Neapolitanum*, vivo adhuc *Corradino* ejus Nepote, & legitimo successore, qui infans, in hæreditario *Hungariæ* Regno, ubi natus fuerat, educabatur, post diutina bella, *Urbanus* IV. vindicaret. *Carolum Andegavensium* Comitem S. *Ludovici Gallorum* Regis fratrem, ad jurium Ecclesiæ defensionem, & habenas Regni capessendas invitavit, qui magnanimus Princeps, & propria virtute, & Regis fratris viribus annixus, pari animi ardore oblata à Pontifice beneficia acceptare aggreditur; & dum res in deliberatione versatur, diem suum *Urbanus* clausit extremum, cui *Clemens* pariter IV. cum suc-

B cessisset, illa eadem, quæ antecessor inceperat, perficere conatur; inde investituræ legibus, & concessionis pactis stabilitis, & solemni juramento vallatis, in Patriarchio Vaticano diadema utriusque *Siciliæ*, & *Hierusalem* Regni, cum *Beatrice Caroli* uxore, coronari per manus S. R. E. Cardinalium mandavit; quo facto in Tyrannum *Carolus* copias acceleravit, quo unico conflictu devicto, cæsoque apud *Beneventum*, sine controversia totius Regni possessionem nanciscitur. Exorta deinde inter Regem, & *Henricum Castellæ* Regis filium, sibique propinquum (quem ex *Maurorum* regione venientem benignè exceperat, & urbis

C Senatorem deputare curaverat) animorum dissensione; Senator aliquos Regni Proceres, qui non benè cum Rege senserant, ad perduellionem accelerans *Conradinum Hungariæ* Regem, jam adultum, ut Avi, Patrisque Regni recuperationi intenderet, se illi omni ope adjuturum spondens sollicitavit; cui sponsioni juvenilis animus arridens, sine mora, valido comparato exercitu, per *Theutonicam* in *Italiam* descendens, ex *Etruria Romam*, ubi *Henricus* triumphantis more excepit, pervenit. Spretis *Clementis* monitis, & præceptis, quibus ne jura Ecclesiæ perturbaret, terruerat; aliquamdiu ibi commoratus, direptis Ec-

D clesiæ Thesauris, aliisque indignè patratis, aucto exercitu Senatoriis copiis à Senatu, aliisque *Romanis* comitatus per partes *Tiburtinas* ad *Marsorum* regionem iter direxit, & *Carseolum* perveniens cum impervia, & angusta satis esset via, quæ *Talleacotium* conducit; licèt antea *Manfredus* tractum viæ *Valeriæ* deserens, novam per aspera montium juga aperuisset; cum anfractus illius ita sint arcti, ut vix duos in aliquo ipsorum incidentes, simul capere possent; sinistrorsum, quò facilius per *Sulmonem Sarracenis*, qui in *Apulia* erant, se conjungeret, iter acceleravit; & per *Uppæ*

E partes ad *Tecli* copias direxit. Est *Uppa* vetus oppidum, jam diù dissipatum, in altitudine montium positum, inter condensa sylvarum, ubi læta modò fœcundantur prata in valle ipsa, quæ *Luppa* hodie dicitur, de quo in Chronico *Cassinensi* habetur mentio Sanctæ *Mariæ in Uppa* in Territorio *Carseolano*, quem digressum in Epistola ad Pontificem *Carolus* signat his verbis: Quærentes foramina, per quæ possent latenter ingredi, seque conjungere *Sarracenis*, ego ipse de passu in passum per tres dies totidemque noctes sequens, & persequens, tandem percepto quod dicti hostes per *Tecli* partes ingressi, sperabant per rura

F *Marsicana* descendere, & pervenire *Sulmonem*, quòdque inter *Scurculæ*, & *Carchii* montes in quadam planitie sua infelicia castra defixerant, die Mercurii, in octava videlicet assumptionis Beatæ Virginis, de cujus potissimo sperabam auxilio, de pratis *Ovimeli* secus lacum *Fucini*, & Villa *Aneceni* aciebus constructis (divina me gratia comitante) procedens.

Sunt partes *Tecli*, colles vallesque, qui post *Turanum*, & *Sanctam Anatoliam*, antequam *Roseolum*

ſeolum perveniatur, ſe extendunt; & qui ad illas aditus *Bocca de Teve* hodie nomen retinet; ad quos per *Talleacotium* recto itinere perveniri non poteſt; unde errore lapſi *Colennucius*, & *Cirillus* illac pertranſiſſe aſſeverant, quibus præfata Regis Epiſtola contradicit. *Ovimeli* prati ſunt, qui modo *li prati d'Ovito*, & Villa *Aneceni*, quæ in permedullio vallis non longè a *Piſtrino Terremore*.

Magna rerum mole *Carolus* interim premebatur, & oræ maritimæ defenſione, & exercitu, cujus non parva pars in *Aretii* pugna conciderat; & ipſe eo tempore *Nuceriæ* in componendis *Sarracenis*, aliiſque prædatoribus detentus; ſtatim atque hoſtium irruptionem accepit, obſidionem ſolvens eorum incurſionem celeri curſu prævenit, & dum quid ageret in deliberatione fluctuaret, *Erardus Valerianus* experimentatiſſimus *Gallus* miles cum aliis quamplurimis ex *Hieroſolimitana* peregrinatione, quam voverant, redeuntes, *Neapoli Romam* profecturi occurrerunt; quem cum ad ſe acceſſiri procuraſſet; plurimùm, ut eo in bello, quod periculoſius videbatur, operam ſuam, quam cælitus miſſam ſuſpicabatur, præſtaret, exoravit; is tandem precibus, & auctoritate regia, aut volens, fletus votis arriſit, & ſecum ad omnia animum circumferens, quo hoſtem ſuperare poſſet; cum haud facilem victoriam à numeroſiore hoſte reportare deſperaret, animi pendebat: undè aſtu magis, quàm viribus dimicandum expedire exiſtimans, in eo reſedit; ne totam belli fortunam in uno conflictu reponeret, melius in tres turmas copias dividere judicavit, unaque hoſtium vires ludere; quæ ſi cederet, & *Theutonicus* miles, ut prædæ incumberet, per caſtra extempIò reliqui vagabundos aggrederentur, & incautos ſuperarent, quæ ut ad vota ſuccederent, Rex cum parte exercitus in valle *Angitiæ* ſylvæ clanculum ſucceſſit; *Valerianus* ipſe, non longè cum ſuis inſedit, Mareſchalco Regio regalibus inſignibus ornato, ut cominùs cum *Conradino* confereret, commiſit, quò facilius ex ornatu cum Rege contendere præſumeret, deciperetur. Poſuerat *Carolus* caſtra in parvo colle II. M. P. ab *Alba*, quem ubi nunc *Malleanum* eſt, eſſe ſuſpicantur. At *Conradinus* propè *Villam Pontium* C. P. à *Scurcula*, eo in loco ubi nunc Eccleſia Sanctæ *Mariæ ad pontes* in *Romanæ* viæ tractu, in qua *Templarii* equites munitam domum, & latifundia, quæ privatis ſub annuo cenſu ceſſerant, habebant. Cingebantur fluvio, qui ponte trajicitur, caſtra, pons ipſe à *Gallis* cuſtodiebatur; & quo Senator potiri conabatur, qui ex adverſo fluvio exercitum collocaverat; Mareſchalcus regia chlamyde amictus, ut aggreſſus arceret, occurrit; inde dato ſigno, uterque exercitus ad arma cucurrit; initur acriter pugna, & vario eventu, ad trium horarum ſpatium dilatata, ulteriuſque protracta foret, ni Mareſchalci mors militares progreſſus repreſſiſſet, qui gladio confoſſus, cum cecidiſſet, ex regio ornatu Rex creditus eſt; cujus caſu rumor in caſtris excitatus Regem cecidiſſe, & ea credulitate *Germanus* miles audacior factus; *Francus* autem ſegnior ad arma, unde paulatim cedere, & exinde præcipiti fugæ ſe dedit: quos *Henricus*, ea occaſione elatus, inſequens acriùs premebat, & ſic diffuſi, fugatique *Galli* caſtra hoſtibus ceſſerunt, & *Theutonicus* ad auram inſurgentis, & creditæ victoriæ, abjecta omni militari diſciplina prædæ ſpe allectus, ad diripienda caſtra, & ſpolia hoſtium colligenda totum ſe dedit. Ad hæc *Erardus* (data teſſera) *Carolum* ex abdito advocat, qui occurrens, ſtatim impetu in palantes *Conradini* copias facto, facilè illas diſrupit. *Erarduſque* ipſe in *Henricum* irruens, non difficili pugna vicit, & ambo victores non multo labore exercitum omnem profligarunt; quod cum *Conradinus*, Duxque *Auſtriæ* perſpicerent, deſperatiſque rebus fuga ſibi conſulere deliberant, & mentitis veſtibus, per invia montium juga gradientes poſt aliquos dies, ad *Aſturiam* oppidum in litore *Romanæ* ditionis pervenerunt, & ut *Senas* peterent, navigio iter accelerant; occaſione anuli, quem Nauclero, ut pro nauli ſolutione, & victualium emptione venderet, tradiderat, cogniti, in *Joannis Francipani* illius loci Domini poteſtatem devenerunt, ad *Carolum* perducti, qui (convocatis Regni magnatibus) in illos capitalem ſententiam, eorum conſilio tulit; & revoluto à captivitate anno, ambo *Neapoli* in platea *Mercati* capite minuti ſunt, & cum Senator ipſi, qui hujus facinoris auctor fuerat, & poſt cladem *Reate* ſe receperat, ad eundem *Carolum* captivus adductus fuiſſet, perpetui carceris emendatione damnavit. Hæc fuſius ab illius temporis ſcriptoribus narrantur, & quæ *Odoriſius Rainaldus*, qui ſummo labore opus ab Eminentiſſimo *Baronio* morte dimiſſum, Eccleſiaſticorum annalium paginis notavit anno MCCLIIX.

Ut beneficii autem tàm inſignis victoriæ donum *Carolus* Deo Optimo Maximo referret, ad alteram fluminis ripam parùm a Ponte diſtantem (ubi inimicorum exercitum vicerat) ad Deiparæ glorioſæ Virginis honorem magnificum templum, quod (ex proſpero rerum eventu) *de Victoria* appellari præcepit, juxta quod cœnobium ex rudetis, lapidibuſque, quos ex *Albæ* dirutæ ruinis aſportari mandavit, ſumptuosè ædificavit, & *Ciſtercienſium* familiæ patribus, cum opulenta dote ſeptem millium aureorum redditūum donavit, inter quæ medietate ipſius *Scurculæ*, *Licio*, & *Gioia*, nonnulliſque aliis oppidis, & regiis etiam vectigalibus ditavit; ideòque medietas *Scurculæ* ſolùm tributa fuit, quia aliam medietatem *Guinus de ponte* poſſidebat.

Quod ſivè terræmotibus quaſſatum, ſivè (ut fertur) dolo quorundam Monachorum *à Vicovaro*, in odium *Columnenſium* principum (in quorum dominio loca ipſa devenerant) fraudulenti machinatione dirutum, ſolo nunc adæquatum; at ex veſtigiis, quæ apparent, quantum fuerit oſtenditur; & in ejus caſu emolumenta, redditusque ipſi in partem perierunt; vix nunc ex 7. millibus mille reddit; illiuſque Eccleſiæ ſolum in opus figuli redactum, ex laterum coctione Domino loci emolumenta facit. antequam rueret, ex Summi Pontificis ordinatione commendatitio jure, ſeculari Abbati parere inceperat, in cujus plena adminiſtratione, poſt Monachorum diſceſſum tranſivit. Virginis Iconium, quod in illa priori Eccleſia ſplendebat, ut decentius veneraretur, in parva cappella propè Arcem *Scurculæ* Abbates ipſi transferri curaverunt; quod & *Matthæus Collis Marſorum* Epiſcopus, qui ex *Pii* V. Sanctiſſimi Pontificis conceſſione illam obtinuerat, in formam Eccleſiæ redegit, & ſuo ære ornavit, & ut promptiores in Virginis obſequiis fideles redderet, Sanctiſſimi *Roſarii* myſteria ibidem recitari præcepit, inſtituitque ſodalitatem.

Hujus Cœnobii, alteriuſque Eccleſiæ, quam diximus S. *Mariæ ad Pontes* de juribus *Equitum Templariorum* dignitatis ſplendor in parma ſigilli hujus terræ jugiter conſervatur, cum itaque utraque Eccleſia Epiſcopali quaſi juriſdictione frueretur, duo pontificia bacula, ſupra quinque pontes, cum quinque aureis liliis, ut conditoris memoriam pariter retineret, inſignia ſignat.

Non decore tantùm iſto, ſed & illo majore potitur. Nam Collegiatæ illius ſumptuoſum templum, quod Sanctiſſimæ, & individuæ *Triadi* hoc noſtro ævo, & ſtructura, & ornatu illuſtre magnificentiſſimè erexit, ex lapidibus exinde trans-

translatis compactum cernitur, una solùm fornice continetur, cappellis hinc inde additis, nondum ornatis, præter aram majorem ex vario porphirico lapide; ad quod per scalarum gradus hinc inde accommodatam ad aream ante januam rostris, & angularibus pedalibus columnis circumsepta ascenditur; non parvo ære ex ordinatione testamentaria Doctoris *Petri de Bonis temporibus* in polito lapide incisis; est una ex insignioribus Diæcesis collegiatis, cui Abbas, qui decem Canonicis præest, insidet, dives ædificio, sed inops redditibus. Extra mœnia, fratrum Conventus tres, unus nuper suppressus *Carmelitarum* ordinis sub invocatione S. *Ægidii*; alter *Minorum* tertii ordinis S. *Antonio de Padua* dicatus, opulentibus redditibus dives, ex insignioribus Provinciæ; tertius *Capuccinorum* ultra milliare ad occasum versus. Præter hæc nil memoria dignum.

Oppidum autem ædificiis ornatum, biscentum familias explet, ager vero parum felix, nec jucundam segetem, nec grata, sed aspera promit vina. Scientiarum professores ex primariis habuit, ex quibus non parum ornatus his nostris diebus *Antonius Roccus* Philosophus suo tempore haud facile princeps attulit, qui plura *Galilei* dogmata impugnavit, aliaque suo digna ingenio edidit *Venetiis*, ubi plures annos Aristotelicam doctrinam explanavit, Lyceumque publicum in ea civitate erexit.

In Campis ipsis *Palentinis* ad meridiem in parvo colle, qui ex radicibus *Reofalci* insurgit, *Curcumelum* modernum oppidum jacet, post factum *Conradini* ex gentibus, quæ vicatim in planum habitabant, belli incommodis adacti, in securiori statione coalentes extructum, & quod *Paulus Marsus* in 4. fastorum à *Coriculo Lyciæ* oppido à *Marsya* nomen datum, cum ædificaretur more suo, hariolatur, haud multum ob sui parvitatem notum, sed non inglorium, ni quem ex familiis, hominibusque Illustribus inde genitis splendorem hauserit, notiori loco scribentium inaccurata investigatio tribuisset. Etenim *Joannem de Pontibus*, qui ob singularem literarum sacrarum, & Philosophiæ scientiam, & in rebus agendis solertiam hoc loco oriundus purpura decorari meruit, *Blondus*, cæterique Scriptores *Talleacotii* civem ex comitibus ejusdem loci ortum faciant; cum paterna domus insigniis familiæ ornata ad hæc tempora in successoribus conservetur. Sunt & super discurrentem fluvium tres pontes, & in altera parmæ parte tres lineæ transversæ, quas duæ parallelæ intersecant, inter quas rosa exprimitur purpurea; hæc in postibus ostiorum cubiculorum cum nominibus ipsius Cardinalis, & Episcopi nepotis stylo ferreo excavata permanent. Fuit is *Alexandri* filius, & alterius *Joannis* pronepos, vir suo ævo inter nostrates ob egregias animi dotes non spernendæ auctoritatis, cui controversias exemptionis à solutione munerum fiscalium, quam *Carolus* hujus nominis II. aliquibus nobilibus *de Pireto* indulserat, Universitas ipsa, & nobiles terminandas adscripserint, quas arbitrali sententia diremit anno MCCCXIIII. & nepotem per centum triginta ferè annos præcessit, qui suam in urbe in omnibus accommodatam peritiam sub *Martino* V. Pontifice irradiare fecit: quam cum *Eugenius* IV. illius successor satis cognitam haberet, *Tarentino* Episcopatu donavit; nec immeritò hunc illi honorem Pontifex contulit, cum ad altiora per continuatos labores destinasset: in arduissimis enim Ecclesiæ negotiis enodandis in ærumnosis illius temporis angustiis otio vitam transigere non permisit; cum ob exortum in Catholica Ecclesia schisma, tota Christiana Respublica tripartita vi-

A debatur: alii *Amadeo*, qui *Felix* IV. dicebatur; alii *Eugenio*, aliique neutri, unde neutrales dicebantur, parebant; quorum præcipui erant *Germani*, ad quos, ut ad suam obedientiam revocaret *Tarentinum* Nuntium, ut doctrinis, & dexteritate convinceret, destinavit; & dum in opere insudaret in Concilio *Florentino* S. R. E. Cardinalem titulo Sanctorum *Nerei*, & *Achillei* denunciavit anno MCCCXXXVII. cui & postea Magni Pœnitentiarii clavem dedit, & infulas *Prænestinensis* Episcopatus tribuit, anno MCCCCXLIII. *Romam* deinde reversus, cum Regnum *Neapolitanum* bellorum quateretur scissuris, in contenB tione *Alphonsi Aragonensis*, & *Renati Andegavensium* Comitis, & uterque fautorum auxiliis suffultus, aspero bello, cæde, & sanguine universa devastarent, illuc legatum *Tarentinum* misit, ut pacem inter contendentes componeret; quò cum accessisset, & res *Renati* paulò post in deterius labere ita cœperint, ut sua spe frustratus, inde discedendo pacificam Regni possessionem *Alphonso* relinqueret; legatus Regi acceptus, & ab eo benignissimè tractatus ad Pontificem revertitur, & quinque ferè abhinc annis, rebus tam benè gestis, jam Sacri Collegii decanus sub *Nicolao* V. C *Romæ* moritur, & magnum sui nominis testimonium apud omnes relinquens, in Ecclesia Sancti *Augustini* tumulatur; cujus ordinis fratrum vivens protector fuerat, in cujus tumulo hæc carmina notantur:

Felices animas inter micat iste Johannes
Qui Taleacotii *gloria gentis erat.*
Quique Tarentinus *Pastor, qui Cardinis Heros*
Prænestinus *erat, flentibus astra dabant.*
OBIIT. MCDLIX. XX. IANVARII.

D Non ex Comitibus *Talleacotii*, ut *Alphonsus Ciacconius*, & alii æstimarunt; neque *Neapoli* oriundus, ut *Ughellio* placet; sed nobilis inter *Marsorum* Avorum memorias, & ultra privata, & publica documenta in Catalago Baronum, quibus obsides *Galliæ Cisalpinæ* jussu *Federici* II. Imperatoris, anno MCCXXXIX. in custodiam dati fuerunt, in numero Baronum hujus regionis filii *Bartholomæi de Pontibus* numerantur; ut in registro per D. *Carolum Burellum* citatum. Habuit ex fratre Nepotem alterum *Joannem*, & *Joannem Baptistam* perpetuum Abbatem commendatarium E Sanctæ *Mariæ de Victoria* anno MCDLXXXVI. & post annos XI. ad Episcopatum *Bituntinum* evectum; qui *Joannes* filiam, nomine *Butianam*, genuit, quam cum universo avorum patrimonio, sublatis jam masculis, Sancto *Butii Joannis de Vetulis* ejusdem oppidi, non novo incolæ, nec ignoto nobilitatis viro, in matrimonium collocavit, qui cum facundæ eloquentiæ munere fungeretur, & esset *Virgilio Ursino* tunc temporis *Talleacotii Albæ*que Comiti carus, ad Rempub. *Florentinam* pro suis peragendis negotiis Orator dirigitur anno MCDXCIV.

Vetulorum porrò progenies, & Toparchiarum F possessione, aliarumque rerum insignis fuit; etenim *Gentilis Vetulus*, qui & Comes dicebatur, anno MCXXIV. Monasterium S. *Mauri in Montefano* inter vallem *Petream Stephano* Presbytero *Cassinens.* familiæ alumno tradidit; quod & *Gentilis* ejusdem *Gentilis* filius, postmodum ex beneplacito ejusdem *Stephani* anno MCL. *Dodoni Reatino* Episcopo dedit, cujus donationis tenor in *Ughellio* in serie Episcoporum habetur, & talis est:

Anno MCL. XI. Junii, Indictionis XIII. *Gentilis Vetulus*, qui sum habitator in Comitatu *Reatino*, pro redemptione animæ meæ, & cum volun-

luntate mea, & consentiente *Stephano* servo Dei, & *Luciana* conjuge mea, *Gentile*, & *Bartholomæo*, & *Jordano* meis filiis, & *Agnete* Abbatissa, & *Sapientia Monacha* meis filiabus. Tibi *Dodoni Reatino* Episcopo & successoribus Monasterium S. *Mauri*, quod est situm in *Montefano*, quod est inter *Vallem de Petra*, sine omni reservatione, in perpetuum trado.

Qui tamen *Gentilis*, senioris nepos, in apparatu expeditionis terræ Sanctæ sub *Gulielmo* anno MCLXXXVII. profitetur sequentia feuda possidere, pro quibus auxiliarios milites spondet.

Gentilis Vetulus, qui tenet in capite à Domino Rege *Castrum Pesculi*, quod est feudum 4. militum, & *Bari* quod est 11. mil. & *Maccham Temonem*, quod est 1. Mil. & *Castellionem*, quod est 1. mil. & *Roccam Melitam*, quod est 1. mil. & *Collemfecatum*, & *Castellum Menardum*, quod est 1. mil. & S. *Joannem de Lapideo* quod est 3. mil. & *Roccam Randitii*, quod est 1. mil. Hæc omnia castella *Gentilis Vetuli* sunt in *Vallepetra* in Comitatu *Reatino*, & tenet in *Amiterno Villanum*, quod est 1. mil. in *Roccam de cornu*, & *Castrum Pizzuli*, & *Scassanum*, quod est 1. mil.

Erat & tunc temporis alius *Gentilis Vetulus* non alterius familiæ, nec cognomine distinctus, tenebatque pariter hæc feuda.

Gentilis Vetulus S. Vectorini tenet in *Amiterno* de Domino Rege S. *Victorinum*, quod sicut dixi est feudum 4. mil. & *Ansculum* quod est 1. mil. & *Porcinam*, quod est 1. mil. & *Podium S. Mariæ* quod est 2. mil. una inter feuda, & augmentum sunt milites 17. & servientes 40.

Permanent istius familiæ ad hæc tempora Christianæ pietatis monumenta extra oppidi mœnia S. *Anatoliæ* V. & M. templum ab Avorum tempore, in quod ex præfata charitate Jus patronatus ad omnes de familia *Vetuli* spectare Abbas S. *Mariæ de Victoria* (sub cujus jurisdictione erat) sua sententia declaravit, anno MCDXC. & cum lite pulsaretur Sanctus dotationem, & erectionem probare coactus, ad jurium suorum firmitatem ab eodem Abbate stabilitatis decretum obtinuit, anno MCDXCVI. illudque ad hodiernum diem in heredes transfusum conservatur.

Tribus Parochiis populus olim separatus, totidemque Ecclesias habebat, quarum quæ ditior est, Abbatiali titulo decorata extra mœnia permanet; olim *Cassinensium* familiæ receptaculum; reliquæ S. *Nicolai*, & Sancti *Joannis* intra septa nunc ab uno Rectore gubernantur.

Quorum campis quadrupedes ob vireta, pinguiaque pascua plus lætantur, quàm incolæ, qui etsi frumento non æqua lance, ut pecora ditantur, aut alia ad usum colligunt. Commune etiam infortunium cum aliis Regionis oppidis sensit.

CAPUT VI.

De Carseolorum populis, illorumque Colonia.

TRansegimus, quos in hac nostra regione incoluisse populos secundum vetustiores fines *Plinius* enumerat. Ad eos nunc vertimur, qui nova censura nostrates affecti fuerunt.

Primis igitur temporibus, pubescente *Romana* Republica, cum *Sabinus*, *Etruscus*, *Henricus*, *Latinus*, & *Volscus* suos agros tuerentur, angustiores limites nostri etiam fuere. At cum *Romanorum* augeri jurisdictio cœpit, & subactos circa se populos suo imperio parere in pace assuefaceret, illisque pro suo arbitratu, ut jura, moresque, sic

A limites dedisset; eorum etiam fortuna nostros adegit. Siquidem intra *Anienis* ripam vetus *Latium* dirimebatur, nosque ab *Æquis Carseolorum*, *Cliternorum*que intermedio arcebamur. Hos enim populos inter *Æquicolos Ptolemæus*, & *Plinius* collocant; posteà nova censura nostrates affecti, *Anio* pariter limiti nostro positus est, ut ex *Strabone.* Dehinc *Latium* jacet, in quo & urbs *Roma*, quæ etiam multas & non *Latinas* prius collegit, *Æqui* enim, *Volsci*, *Hernici*, *Aborigines*que *Romæ* oppositi, & *Rutuli* priscam habentes *Ardeam* aliique Conventus majores, & minores circa priscam illam *Romam* habitantes, cùm initio urbs condita fuit.

Diodorus. Sigonius de Antiq. Ital. Strab. lib. V. Ptolemæus. Plinius.

B Qua ratione & *Alba Valeria*, & *Cuculum* in agro nostro *Latinas* urbes in *Valeriæ* viæ tractu posuit. Sic etiam *Æquorum* fines infrà *Anienis* ripam sunt dilatati ut *Carseolanos* caperent, cum antea nec fluvium transgrediebantur; nec ultra *Simbriam* se dilatabant. *Sil.* 8.

Quique Anienis *habent ripas, gelidoque rigantur*
Simbrivio, *rostrisque domant* Æquicula *rura.*

C Est *Simbrivium* flumen in *Æquiculis* supra *Tibur*, ubi nunc sublacus est, unde & *Symbruina* stagna apud *Tacit.* lib. XII.

Hujus gentis etsi non recitetur origo, quam communem cum cæteris *Aboriginibus* habuisse suspicatur antiquitas, & Religio laudatur, & ab æquo colendo *Æquicola* dicta, sicque cum absque discrimine bella inferre *Tullius Romanorum* Rex videret, ritus, ceremoniasque, quibus initiaretur, ab antiqua ista gente accepisse *Livius* refert; undè fæcialium sacræque imprecationis, & supernorum Numinum invocatio primordium sumpsit; & non solum religiosa superstitione, sed & militari gloria eluxit; ut non uno & altero, sed pluribus bellis eorum virtutem *Romanis* ostentarint, cum quibus

D ut diuturna per LXX. nempe annos ita, & cruenta bella, quibus, ne in latioribus imperii fines prætendere possent, eorum viribus sustentarunt, donec anno V. C. CDXLIX, à *Pompejo Sempronio* Consule victi ad internecionem penè nomen eorum deletum est; etsi iterum ad arma parum prosperè, cum *Albam* Coloniam deductam viderent, insurrexissent, à *C. Junio* Dictatore iterum sunt subacti, *Sigon.* & *Liv.* Interjecto autem triennio bellum ultimum, sed parum memorabile, adversus rebellantes *Æquos*, cum præter animos feroces nihil ex antiqua fortuna haberent.

E Est ex regionis situ, & morum qualitate insita illis ferocia, ut asperi ex innata animi duritie arma potius, quam aratra, & vomeres tractarent; illaque, etsi bella quiescerent, feris, brutisque venationibus, inferebant, inde *Virgil.* lib. 7.

Horrida præcipuè cui gens, assuetaque multo
Venatu nemorum, duris Æquicula *glebis*
Armati terram exercent: semperve recentes
Convectare juvat prædas, & vivere rapto.

F Est enim montana, & nemorosa Regio, ut inter saltus sylvasque eorum vitam exercentes innata à loco horriditate induantur, & inter feras diuturna consuetudo feroces præbet; & parum ferax solum exercitium moribus par indit, ut quæ ex agrorum cultura emolumenta non capiunt, assiduo venatu sibi comparent; undè diutina exercitatione corpora laboribus assuescunt, & robustiores ad quæque peragenda deveniunt, de quibus *Ovid.* 4. Fastorum:

Quintum Laurentes, *bis quintum* Æquiculus *acer.*

Acer, pro forti positum, *Petrus Marsus* explicat; non ita tamen ex sylvestri, & horrido incolatu omnem politiam exuunt, & militaris disciplinæ normam, qua extruere acies, astus bellorum eludere, & hostium impetum superare minimè ignorarent, ut privatus etiam miles officium Ducis explere, & qua arte imperandum pernosceret, etsi quomodo defecerint corrigere, sic in *Livio* lib. II. legitur. Ferox *Æquorum* multitudo increpare Duces, quod in aciem, qua pugnandi arte *Romanus* excellit, commissa res sit. *Livius* lib. II.

Ita ut in tot, & continuis bellorum eventibus, cum *Romana* Respublica potentiores hostes, qui molem belli diuturniorem, & duriorem sustinere non sensit, & non solum egregiis facinoribus eorum fortitudinem sustentarent, sed armorum genere, & nitore quibus à *Virgilio* laudantur: Continuò *Quercus*, & pulcher *Æquiculus* armis. *Virg. Æneid.* IX.

Non quidem missilibus, quò eminus hostes arcerent, ut timidi utebantur, sed ad cominus certandum pilo, & brevibus ensibus, eorumque super galeæ sic volutabantur cristas, ut continuò ab aliis agminibus eorum agmen dignosceretur. Ita *Silius* noster *Scauri*, antequam ad supremum Reipublicæ fastum ascenderet, armatam pueritiam describit:

His Scaurus *monitor*, *tenerus tunc* Scaurus *in ævo*,
Sed jam signa dabat nascens in secula virtus,
Non illis solitum crispare hastilia campo,
Nec mos pennigeris pharetram implevisse sagittis.
Pila volant, *brevibus habiles mucronibus enses*
Ære caput surgunt super agmina cristis.

Et jam postremò illo bello subactis, nova moliri dubitari non possent, cum minimè parum secundis rebus eos audacia præstare experimentum *Romani* haberent; omnem propterea exurgentis timoris occasionem tolli, si intra fines continerentur, arbitrati sunt; quapropter A. V. Cond. CDLV. *Carseoli* Coloniam deducendam decreverunt. *Liv.* lib. X:

Eodem anno *Carseoli* Colonia in agrum *Æquicolorum* deducto Coss. *L. Cornelio Scipione C. N. Fulvio.*

Cúmque *Etruriæ* rebellantis motus *Romanam* turbaret Rempublicam; exindè si nova molirentur, rerum status in priora delabi cogitantes, ut imminentia præcaverent, quæ imminebant mala, exercitus armare finesque præsidio munire cœperunt; unde obortus timor in *Marsis*, qui duarum Coloniarum jam præsidio interclusi omnem spem libertatis tuendæ ablatam prænoscebant, ni armis se adversus nova præsidia tuerentur. *Liv.* lib. X.

Simul *Marsorum* gentem agrum vi tueri, in quem Colonia *Carseoli* deducta erat, quatuor millibus hominum scriptis.

Nec penitus deductione Coloniæ suis viribus opprimi passi, quin timore excusso, jura libertatis non tuerentur, nam cum auxilia adversus *Annibalem Italiam* opprimentem peterentur, liberè renunciarint, & per suos legatos, quibus gravarentur, omnibus in Senatum conqueri, reticerique mala mandaverint. *Livius.* lib. VII.

Triginta tum Coloniæ P. R. erant, ex iis 12. cum omnium legationes essent *Romæ*, negaverunt Coss. esse unde milites pecuniamque darent; & fuerunt *Ardea*, *Nepete*, *Sutrium*, *Minturnæ*, *Interna*, *Alba*, *Carseoli*, *Suessa*, *Cere*, *Lacates*, *Narnia*, *Interamna.*

Unà nobiscum (cum pro *Romana* civitate obtinenda bellum conflatum fuit) arma sumpserunt, ne diversa sorte sociarentur, ut quorum communis A esset causa, commune pariter periculum foret, sic illis consueta auxilia denegarunt, ut nobis præsto esse non renuerent. *Flor.* lib. 3. cap. 1.

Nec Annibalis, *nec* Pyrrhi *fuit tanta vastatio*
Ecce Otriculum, *ecce* Grumentum, *ecce* Fesulæ
Carseoli *reserata* Noceriæ, *&* Picentes *cædibus*,
Ferro & igne vastantur.

Et cum *Biti Thracum* Regis filius obses *Romanis* datus esset, *Carseolis* custodiendum Patres decrevisse *Livius* refert; extat apud *Valerium Maximum* lib. 7. c. 7. *Anei Carseolani* splendidissimi Equitis *Romani*, intrepidi & constantis animi egregium exemplum; B quem cum naturalis Pater testamento præteriisset, ex voluntate magni *Pompeji* (*Tulliano* ejus familiari scripto herede) apud Centumviros tabulas testamento rescindi, etsi plus negotii cum *Pompeji* potentia, quam cum Patris successoribus esset, invicta animi constantia curavit, qua *L. Sextilium*, & *P. Pompilium* ex Patris jussu ad hæreditatem vocatos, ne secum sacramento contenderent, deterruit, etsi sanguinis jure vincirentur; & institutio, adoptioque *Anei* avunculi, in cujus familiam & sacra transierat, opitularentur, & sic Patris voluntatem, & principis auctoritatem superavit. C

Coloniam ipsam non aliam, quam urbem ipsam *Carseolos* fuisse affirmare non dubito, siquidem *Strabo* lib. V. in via *Valeria* illam refert:

Sunt in ea urbes *Latinæ*, *Valeria*, *Carseoli*, *Alba*, & propè urbes *Cuculum* oppidum.

Idemque etiam *Paulus* Diaconus historiæ Longobardorum lib. 2. cap. 20. profitetur. XIII. Provincia *Valeria* habet *urbes Tiburim*, *Carseolos Reate*, *Forconium*, & *Amiternum*, Regionemque *Marsorum*, & eorum lacum, qui *Fucinus* appellatur. D

Illamque *Æquorum* regionis partem ab ipsa civitate nomen sumpsisse, non incongruè arbitramur; unde & *Carseolani*; & cum suo fato exciderit, novis oppidis principia dedit, ita *Volterranus. Carseoli*, quòd oppidum *Plinius*, & *Ptolemæus* in *Æquos* ponant, quæ gens ad *Marsos* pertinebat, simul cum *Classidio*, quæ tunc omnes interiere; ex horum ruinis erecta sunt nova oppida vicina *Talleacotium*, *Vicovarum*, *Celanum.*

Celebris erat in fastis, ex celebritate quinquatriorum, in vulpium sacrificio, quæ *Cereri* quotannis in memoriam ignis ab ipsis segetibus immissi cremabantur; E accidit enim (ut fusè in fastis *Ovidius* refert) ut nimis in gallinarum excidium à vulpibus rusticus *Carseolanus* premeretur; & cum in laqueum, quem paraverat, una incidisset, illam in ignem, ut cremaretur, injecit; quæ flammas, rupto laqueo, fugiens, partem ignis secum trahens, segetes, quæ maturæ erant, incendit; & flante vento ita crevit, ut urbis etiam aristas consumeret, & in pœnam *Cereri* ex voto immolabantur:

Utque luat pœnas, *genus hoc cerealibus ardet*,
Quoque modo segetes perdidit, *illa perit.* F

Undè postmodum proverbium exortum: Vulpes *Carseolana*, quod cum in opprobrium gentis verteretur; ne injuria ex non delicto afficerentur, in mordaces pœna à lege fuit indicta:

Factum abiit, *monumenta manent*, *nam dicere certam*
Nunc quoque lex vulpem Carseolana *vetat.*

Ubinam civitas ipsa fuerit dubitatur. *Cluverius*

Arsoli. *verius* oppidum illud *Arsoli* dictum, ex affinitate nominis, & finium positione arbitratur cap. 14.

In Æquis fuerunt Carseoli, *seù* Cursula, *nunc* Arsoli
Et Valeria, *quæ &* Varia, *nunc* Vicovarum.

At non ita, nam illius vestigia ex antiqua apud incolas traditione monstrantur. In plano inter *Reofriddum*, & *Celle* in sylva, quæ ab excurrente rivo, cui *Sesere* nomen est, *Sesera* appellatur, non aspernendæ civitatis illustria monumenta jacent; & inter semidiruta ædificia janua excavatis lapidibus compacta adhuc solum continet, & ipse locus à vicinis *Carseolorum* civitas nuncupatur; & Ecclesia quæ ibidem est, Abbatiali titulo gaudet, & à qua circum erecti populi sacra olea sumebant, etiam in diplomate *Paschalis* II. S. *Mariæ in Carseolo* enunciatur; unde non remanet dubitandum, diversam ab *Arsoli* oppido, quod *Arseolum à Blondo* dicitur, quasi parva Arx ad modernum sanè oppidum à ruina proximi alterius oppidi excitatum; accedat ad hæc cæli diversa temperies, cum *Carseoli* in frigida Regione, & *Arsoli* calidiori aura fruatur; quippè parum ultra *Anienem* in ascensu montis versùs meridiem positum; ideoque Oleastros, ficus, cæteraque quæ in apriciori solo gignuntur; sunt *Carseoli* ipsi, superato arduo illo monte, in ipsa planitie supra quam positi alii præcelsiores circum insurgunt, ideoque plurimo frigore opprimitur. Propterea viæ *Valeriæ* ductus, & *Antonini* itinerarium in numero milliarium his nostris *Carseolis* respondent, uterque XLIII. ab urbe enumerat.

Distat autem ab *Aniene Arsoli* P. M. quo parumper Mons inclinatur, estque non minus in dominio, quam in deliciis nobilium *Romanorum* de maximis, qui & ornatam domum, & viridarium varietate pomorum, & aquarum abundantia delectabile, quo non solum æstivos urbis noxios calores evitarent, sed proventus augerent, construxerunt; ferax segetum, pomorumque in plano, & in monte ager, non est Colonis ingratus, quorum industria crescit in fœnore, & urbis necessitatibus subvenit.

In eodem montis ascensu III. M. P. in cacumine *Auricola* oppidulum sedet, armis, altero seculo, Pontificibus penè desolatum; nunc aliqua in parte restauratum; ab uno Rectore, qui Archipresbyter nuncupatur, cum duobus Canonicis regitur, illiusque Parochialis Divo *Thomæ* Apostolo dicata est. (Auricola.)

In ipso etiam cacumine II. M. P. ab *Curicola*, occasum versus *Rivus frigidus* oppidum sedet, ad quod recto itinere per viam, qua *Romam* itur, ab *Anienis* ripa V. M. P. per arduum montis ascensum pervenitur. Secùs quæ oppida in summitate illa montium læta, & fœcunda dilatatur planities, frumenti, segetumque ferax, & arborum ex omni genere pomorum referta, etsi non ficus, olivasque ob frigidam cæli temperiem nutriat; in illorum vicem quercus pinguedinem præbet; quibus qui in altiori altitudine superimponuntur montes, altissimis *Appennini* jugis comparandi vestiuntur: sunt in summitate illa circa *Rivum frigidum* profundissimi illi putei, ad quorum finum si bilibris lapis projiciatur, non prius casus sonitum referre, quam duo *Virgiliani* versus proferantur, *Blondus* refert; illosque *Martirii Ædilis*, seù *Claudii* Imperatoris opere excavatos fuisse, ut aqua *Fucini* lacus *Romam* perduceretur, affirmat; à natura ipsa effecti, cum ex circumstantibus montibus in unum confluentes aquæ, nec unde cursum sibi aperirent haberent, sic paulatim abroserunt, penetraruntque terram, donec aditum abeundi invenerint, potuitque etiam aliqua terræmotus concussio adjuvare, ut accuratius P. *Franciscus Resta* à *Talleacotio* in tractatu Meteorologico lib. III. cap. V. de puteo consideravit, & quos in monte non procul ab *Atlante*, centum excavatos *Leontius* refert, in comprobationem adducit; nosque patrias res tractantes nostris exemplis utamur; sunt in monte procul à *Luco* oppido in Valle *de Candelicchia*, in cacumine ferè in dura lapidis massa, non scalpri, malleique ministerio, sed miro naturæ opere centum excavati putei, non ita protenti, sed penetrabiles, licet non omnes, nisi indurata hiemali frigore aqua, niveque in glacies intensiorem partem duriore cote repleverit, obturaveritque; ex quibus æstivis caloribus ad vina infrigeranda, cum excavatur glacies, sic condensa massa invenitur, ut ferro incidi opus sit, nosque pluries in denso frusto craterem, quo frigidiora vina libaremus, qui altero etiam die irresolutus permansit, excudendum curavimus; manet oppidum in ditione Marchionis *del Drago* Domicelli *Romani*. Præter latices frigidarum aquarum arva haud læta possidet, ædificiis tamen ornatum, & incolarum multiplicitate repletum; elongatur à saltu *Sisaræ* (qui *Carseolorum* ruinas adumbrat) III. M. P. nuper, propè illum marmoreum *Tribonii Rufi* sepulchrum erutum, qui unus forsitan coloniæ deducendæ ex quatuor viris fuit: (Rivus frigidus.)

TRIBONIVS. RVF. IIII. VIR.

Excidium tantæ civitatis quo fato advenerit eadem sors abrosit; illiusque habitatores dispendium in ruina passi, vicatim circa vivere cœperunt, unde exorta, quæ apparent, & jam etiam abierunt, oppida; quorum præcipuum ab hinc II. M. P. in colle ad radices super extollentium montium *Castellum Sancti Angeli* erat, habitatione Sancti *Romualdi* Abbatis *Camalduensium* institutoris nobilitatum, qui ea solitudine allectus plurimos sui instituti monachos secum adducens Eremitarum more segregatim, non in Cænobio, sed quisque sibi pro monasterio, quantum hominem capere possent, domunculas extruentes, quas cellas vocant, ibidem aliquando moram traxit, illucque rediisse post abdicationem *Classensis* Monasterii, & miraculis illustrasse ex Sancto *Petro Damiano Baronius* refert tom. X. ann. CMXCVI. n. 37. (Castellum Sancti Angeli.)

Cum his igitur omnibus superiùs nominatis *Romualdus* ad *Piretum*, ubi diù habitaverat, rediit, ibique & aliis multis fratribus aggregatis, & per cellulas singulas constitutis, tanto fervore Dominicæ conversationis rigorem in se, & in aliis tenuit, ut illorum vita omnibus, ad quos fama eorum pervenire poterat, mirabilis haberetur.

Piretum notius oppidum ponit, cum nondum fama creverat castelli *Sancti Angeli*, quod ab habitatione Monachorum à *Cellis* nomen retinuit. (Piretum. Cellæ.)

Erat illis (quæ mox extat) quò ex instituto festis diebus ad divina celebranda conveniebant, Ecclesia parùm à Castello longè in honorem pariter Dei Genitricis erecta, in qua postquam *Camalduenses* loca reliquerant, *Rainaldus Marsorum* Comes Monasterium *Cassinensium* Patrum, donariis, & familiis etiam ditatum, ædificavit. *Leo* in Chron. lib. II. cap. XXIII.

Per idem tempus *Rainaldus*, *Marsorum* Comes, fecit Monasterium de Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* quæ dicitur *à Cellis*, Territorio *Carseolano*, idque in circuitu non parvis possessionibus ditans, Castellum etiam quod nunc *Cellæ* vocatur, tunc etiam *Castellum Sancti Angeli* nuncupabatur, cum omni-

Phœbonius. K 2

omnibus ejus pertinentiis in eodem monasterio confirmavit.

Ad hæc ferè tempora nomen retinuit, cum habitatores eò quod ad vulgi interpretationem moribus contradiceret, publica indicta pœna supprimi, & in vetus illud *Carseolorum* renovari curarunt.

Tractu verò temporis habitatoribus augeri, ut non solum supremam illius collis partem, quæ oppidi *Sancti Angeli* mœnibus sepiebatur, impleret; sed reliquum ad fluminis ripam novorum ædificiorum ornamento, & incolentium numero crevit; eo scilicet tempore, quo *Manfredus*, qui *Siciliæ* Regem se fecerat, *Sarracenorum* exercitum, ut suam tyrannidem tueretur, ad se venire per has partes affectaret, cum tractum viæ *Valeriæ* obsoletum, sylvisque obsitum, oppidaque montana, quæ in ea erant deleta, & habitatoribus deserta, ideòque haud sine periculo frequentari posse videret, novam viam aperuit, quam mox cum antiqua reddemus, quæ cum propè *Cellas* transiret, ut novis incolis ditaretur, in causa fuit.

Venit quippe *Sarracenorum* exercitus, cum *Romanus* populus in electione Senatoris dissentiret; alii siquidem *Carolum Andegavensium* Comitem, jam per *Urbanum* IV. in Regem *Siciliæ* inauguratum, alii *Manfredum*, alii *Aragonensem* provehere nitebantur, quod *Manfredus*, qui *Caroli* maris, terræque iter sepire, quo ad Regnum aditum impedire moliebatur, summopere conabatur. *Theutonicorum*, *Sarracenorum*que copias ad regni munimen, & ut fautores in urbe animosiores redderet, immisit: sic enim ex *Oynonimo* auctore de *Siculorum* rebus agens *Rainaldus* annal. Eccles. anno MCCLXIV. num. 23. inquit.

Jam per maris excubias multitudo galearum invigilat, & veluti parata æmulis classica numerosa converti jam *Theutonicorum* voluntas frenescit effrenis, & eorum insignia veluti ex eventu forent futura victricia, in partibus *Tiburtinis* propè *Cellas* circa Regni confinia pomposo descensu prosiliunt.

Præerat *Sarracenorum* exercitui Dux *Joannes Marerius*, cujus nobilissima familia plurimorum oppidorum Toparchiam, & *Corbarii* Comitatum in his partibus retinuit. Illius Collega *Percivallus* in Christum Deum, Sanctosque blasphemias evomens multa moliri in S. Ecclesiæ statum jactabatur; sed Deo vindice ab Equitum nostrorum turmis oppressus, fugatusque, & *Nare* fluvio præcipitatus miseram animam inter undas evomuit; undè cecinisse *Theodoricum Vellicar* refert *Rainaldus*:

Sed Percivallus, *jam dicto præduce, castrum*
De Cellis *turbam jussit adire suam.*
Hicque morata diù nequiens transire per urbem
Vi Tiburtinam, *cætera castra capit.*
Cumque Reatina *medium distaret ab urbe*
Ad flumen Nigræ *concomitata venit;*
Hujus enim turbæ ductores Odo, Joannes
Marerii *Dominus, servus & absque fide*
Pandulphus *Dominus* Labi, *plures quoque tanti*
Fautores sceleris præteriere vadum.
Nosque ferè sequitur tùm exercitus omnis, & ipsi
Qualicunque modo læsio nulla datur,
Sed Percivallus *vi plumbi lapsus, in undis*
Mergitur, hocque tulit * *ultio digna Dei.*
Tale Dei fit judicium miracula tanta
Quod juxtà meritum reddit utrisque suum.

Destinatus *Carolus* Senator ad urbem, ut Senatoriæ dignitatis clavum, & in Regni solio sublimaretur, acciperet; ut quomodo posset *Manfredus* possessionem, & progressum impediret, *Cellas*

A iterum repetiit, *Tiberis*, & urbis viam sibi aperire anhelans; Regni sortem cum adversario conflictu experiri prius quam viribus augeretur, cupiebat, & si Regni Proceres, qui ab ipso defecerant, & *Carolo* conjungebantur, illius conatus inutiles redderent, sic ex epist. *Clementis* IV. ad Regem *Franciæ*.

Manfredus cum suo exercitu *Sarracenorum* infidelium venit *Cellas*, & paulò post: venerat *Manfredus* Ecclesiæ persecutor ad *Cellas*, & aliquandiù fuit ibi cum exercitu copioso ad civitatem *Tiburtinam* anhelans.

B Exindè ne hostibus (adveniente tempore) receptaculum, & præsidium deserviret, Arcem superædificare *Carolus* II. in eminentiori parte fecit, cujus memoria in lapide, qui in turri est scalptus, conservatur in quinque parmis, quarum quæ major est, *Andegavensium* familiæ insignia conservat, reliquæ sunt abrasæ:

C



At cum ex Regio demanio ad *Ursinos* Principes in feudum translatum esset. *Rainaldus de Aillis de Ursinis*, & illius clarissimæ familiæ Cardinalis Arcem ipsam amplioribus propugnaculis, & murorum recinctu circumdederunt, & in formam
D securi, & muniti fortilitii redegerunt; præsidiumque non leve, & Regibus, & Baronibus in invasionibus aliis, & malis incursionibus tulit, suumque postmodum in dies incommodum sentiens, rimam faciens, magna ædificiorum moles ruit, reliquit tamen nostræ ætati in lapide insculpta insignia:

A. D. MCCCXL. TEMPORE
CLEMENTIS. PP. V. REGNANTE CAROLO
ANNA DEI GRATIA L. D. NEAPOLIS HIERV.
SALEM. ET SICILIÆ REGIBVS.

E



RINALDVS. DE. AILIIS. VRSINVS. POS. CAR
DINALIS. DE. VRSINIS. FECIT. FIERI. L. S. M
V. HO. OPVS

F Sicque continuavit Principibus *Ursinis* homagium præstare ad annum MCCCCLVII. quo Dominus *Virgilius* suo fato cedens ad totius populi supplicationem *Alphonsus* Rex in suam tutelam recipiens amplissimis privilegiis munivit, additis etiam in donariis molendino, pratis, montibus, & aquarum decursibus, & si *Ferdinandus* filius Patris voluntatem sequutus amplioribus favoribus ornasset, postmodum tamen ad suffectionem exhausti Ærarii *Roberto* ejusdem præclarissimæ familiæ Comiti, habito pretio, iterum concessit, illiusque

liusque successores ad Catholici Regis tempora, qui *Fabritio Columnæ* strenuo Duci, & invictæ virtutis Viro in fidelitatis præmium benigna largitione donavit, possederunt.

Ipsa aliquando totius populi, aliorumque oppidorum in circuitu dominatum retinuit, cujus ordinationi in rerum publicarum administratione parebant, & in Comitiis ad suffragia vocabantur; cujus ager, ut *Cereri* gratus, sic *Baccho* parùm jucundùs. *Ovid.* IV. fastorum:

Frigida Carseolis, *nec olivis apta ferendis*
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.

Hanc etiam Regionem *Seraphicus* Pater *Franciscus* sua præsentia illustravit; nam cum *Umbriam Sabinam* pertransisset, húcque tandem anno MCCXVI. divertisset, Ecclesiam, Conventumque pro suæ Religionis familia designasset, uno ab hinc milliario versùs occasum in Colle *Vettiano* per aliquot temporis intervalla moratus fuit, miraculorumque signis ita coruscavit, ut innumerabilium hominum multitudinem attraheret, quorum importunitate cum premeretur, ut illos copia suæ præsentiæ, & cælestium rerum colloquiis satiaret, ex crate ferrea, quam in Ecclesia apponi fecit, verba exaudiri, vultum perspici permisit, quem locum succedente tempore habitatione, & redditibus ex pia *Carseolorum* largitione auctum, sub ipsius Sancti invocatione veneratur. Parochialis ejusdem oppidi templum Sanctæ *Victoriæ* Virginis in platea erectum, haud amplum, sed moderna structura decorum, à fundamentis altero abhinc anno revocatum; præest illi Archipresbyter cum duobus Canonicis. Vetustum illud Divo *Angelo* dicatum in superiori oppidi parte frequentatur; extra mœnia etiam in via *Romana* aliud *Immaculatæ Virginis Deiparæ de monte Carmelo* cernitur, ab illius Religionis alumnis diù possessum, eadem censura nunc suppressum, à secularium Clericorum solertia regitur; pulchrum sanè oppidum privatis ædificiis ornatum, platea, viisque congrua dispositione distinctis, artificum frequentia incolis, vicinisque gratum.

Colle Vettiano.

Illiusque mœnia *Toranus* flumen discurrens, præterlabitur, cujus præcipuus fons ab hinc II. M. Pass. post *Collem* oppidum scatet, & novis fontibus auctus alii se jungit flumini, qui post *Piretum* insurgens ad ostium penè oppidi illi occurrit, & per planum propè *Siseram* sylvam discurrens (undè illi nomen) inter *Collem altum*, & *Roccam siccam* per *Tufum* descendens ad *Roccam Sinibaldi* in *Valle Æquiculorum* augetur *Radæ* fluminis aquis: aliis à *Morra*, & aliis scaturiginibus receptis post *Reate Velino* se jungit. Parùm ab illius ripa II. M. P. à *Carseolis* Aquilonem versus in Colle *Castrum Podii Sinulphi* insidet, vetustum, & habitatoribus repletum, unam habet Parochialem Principi Apostolorum dicatam, cujus Rector ex fructibus undecumque collectis decimam colligit, & cum litigio pulsaretur *Joannes Baptista Milanesius*, *Marsorum* Episcopus anno MDLXXII. sua arbitrali sententia, non solùm ex frumento, hordeo, millio, spelta, si in terris arativis serantur, decimationem Parocho deberi, sed etiam à terris nuper ad culturam deductis, quindecesimam declaravit, & cum modò novum insurrexisset litigium pro Indico frumento, quod vulgariter grano turcho dicitur, nova deductione Illustrissimi *Ascanii Gasparis* pastoralis sollicitudo sedavit, deberique de novalibus Parocho Rectori decimationem, judiciali indicto decreto sanxit.

Podium Sinulphum.

A

Ab hinc II. M. P. in Regni finibus post *Collem altum* antiqui *Castaldii* ruinæ inter rudeta jacent, cujus nomen ab excubiis, ibidem ob insurgentia bella factis, priore deleta denominatione, in illud *Colle de guardia* immutatum, prout hodie dicitur.

Coll' alto. Castaldo.

In discursu fluminis ad alia ferè V. M. inter Colles, sylvasque *Petra sicca*, & *Tufus* ignobilia, & parva oppida, utraque proprium Parochum, & ejusdem nominis nempè Protomartyri *Stephano* dicatam Ecclesiam habent; distant inter se II. M. P. Ager illorum parùm lætus vice segetum, sylvas nutrit, quæ incolis in emolumentum sunt. Quæ *Marsis* addita *Æquiculorum* pars est, is terminus. Sunt affinis nostri, *Collesalti*, ejusdemque Comitatus incolæ, qui montibus superioribus insident, vicosque frequentant.

Petra sicca, & Tufus.

B

Est antequam ad eos perveniatur, Fons quatuor Episcopatuum finis, propè quem est lapidea mensa, ad quam cænasse aliquandò quatuor ipsi Episcopi referuntur. Sunt ii *Reatinus*, *Sabinensis*, *Tiburtinus*, & *Marsorum*, quorum ditionis fines fons ipse complectitur.

Qui istius amnis, alteriusque, qui & saltus dicitur, ripam frequentant, cum illorum aquis sitim explent, turgidis gutturibus earum potione ex *Vitruvio* lib. 8. cap. 3. de Architectura, efficiuntur; quod omnibus ferè, quibus frigidæ aquæ, quæ ex nivium resolutione descendunt, in usum sunt, accidit; cum enim vaporosæ & flegmaticæ sint, in gutture condensari, strumasque gignere *Galenus* lib. 4. de Facultate simplicium affirmat; idque comprobare haud difficilè cum experientia doceat, & non solum qui *Æquiculorum* vallem propè jam dictos amnes, sed qui vallem *Rubeti*, & *Lyris* ripam colunt, strumosa guttura habent, ex augmento liquefactarum nivium eadem affectione premuntur.

C

Dum nimis anxiè *Carseolorum* civitatis locum indagare contendimus, cursus nostræ Orationis eò pervenit, ut nonnulla oppida postposuerit, quæ modò reparare curamus.

D

Post *Auriculam* oppidum dextrorsùm II. M. P. ubi Mons radices in planum extendit, Arx vegetis, quæ & *Rocca de Botte* dicitur, sedet, sic dicta ab Arce in ascensu montis ad formam vestigii compacta, quæ suum fatum sentiens penè delitescit in solo, non modernum oppidum, quod in præcitato registro cum *Fossa cæca*, & *Rocca de Brugnia*, quæ parum ab isto desolata jacet, notatur. S. *Petri* Eremitæ, (cujus sacrum corpus in *Trevi* oppido in *Hernicis* summa veneratione colitur) natali nobilitatum, dulciori aliis aëris temperie fruitur; undè & solum fertilius, & seges lætior, & vina jucundiora, & poma gratiora ex omni genere promit, quæ *Romanas* etiam mensas ornant; leguminum, & præcipuè lentarum effectus dives, quarum copia urbem etiam nutrit, cui & montium vicinitas amœna pecoribus pabula præbens, incolas ad pastorale ministerium invitat, undè suarum ovium ductores efficiuntur, quæ non solùm baculo, sed & dulci fistulæ sono ad pascua ovile reducunt; ut in his montibus fabulosum *Arcadiæ* statum ad vivum exprimi videatur; non quidem rudi & pastorali modo, sed numerali modulatione edocti, harmonicas musicis modulis vocum proportionata dispositione explicant cantilenas, & ex puriori cæli aura dulcivoci effecti incitantur ad cantum. Undè relictis ovibus Regum, Principumque invitantur ad Aulas, chorosque *Romanos* in ipsa Pontificali Cappella implent.

Rocca de Botte.

E

F

Unam Parochialem Apostolorum Principi dicatam habet, cui Abbas cum duobus Canonicis

 præest,

præest, redditibus opulentam, quam Pastores relicto baculo, & pera, diebus solemnibus dulcisono organi plausu, unisona vocum numerositate cantibus exornant; & sic rustica simplicitas urbanam vincit industriam; ut nihil desiderare queas, modò eorum cithara tot incolarum contagionis morbo subactorum periculo versa est in luctum; erat olim *Cassinensium* Monachorum monasterium.

In altero ex adverso monte II. M. P. à *Rocca de Botte*, inter quas planities intercedit ad ortum solis hiberni in aspero conscensu *Piretum* oppidum, nulla rei singularitate notatum sedet, antiquum planè, & ex pluribus simul vicis unitis compactum, undè & tres sunt illi Parochiales Ecclesiæ Sancti *Nicolai*, Sancti *Georgii*, Sancti *Salvatoris*: illustre tamen tot Episcoporum numero, quos *Maccafana* familia peperit, ut in Catalogo annotavimus.

Piretum.

Aliosque viros dignitatibus insignitos, qui aliquando etiam in dominio oppidum tenuerunt, ut *Monaldeschus* in Annal. asserit, adhuc tamen antiquum splendorem non amisit. Non minorem gloriam illi contulit *F. Antonius Angelus* totius ordinis minorum *Conventualium* Generalis Minister in comitiis *Argentinæ* habitis electus anno MCDV. etsi de ejus natali solo varia feratur opinio, in hoc nostro *Pireto* in *Latio Romanæ* Provinciæ ortum fuisse multa suadent: Theologorum suo tempore Princeps, ut à summo Pontifice *Joanne* XXIII. ad confutandas hæreses *Joannis de Heus*, & ad secum, dum in Concilio *Constantiensi* carceribus detineretur, de veritate certandum, mereretur inter cæteros alios eligi, ab eodemque Nuntius in *Angliam* destinatur, & ex Apostolica indulgentia inter *Thomam Henrici* IV. filium, & *Margaritam de Holand. Joannis de Pennafort* Comitis filiam in gradu consanguinitatis dispensatione impedimenta matrimonii tolleret, tantoque ob egregias animi dotes, rerum agendarum solertiam, & scientiæ, dum adhuc legationem ageret, fratribus rescripsit, ut comitia celebrarent in Provinciis eorum, ut ex Apostolicis literis à *F. Luca Vadingo* in Annalibus relatis; in quibus inter cætera: Quia dilectus filius *Antonius de Pireto* ipsius ordinis Generalis Minister pro nonnullis nostris, & *Romanæ* Ecclesiæ arduis negotiis agit personaliter in partibus remotis.

Et qui plura de eo desiderat *Vadingum* petat: in sua humilitate, ut idem ait, ad Dominum evolavit anno MCCCCXXI. Mons, in quo oppidum jacet, plurimorum sanctorum Monachorum receptaculum fuit, in eam quidem solitudinem recessisse, cum à se *Cassinense* Monasterium abdicasset, Eremiticæ vitæ recessûs cupidus *Joannes* XIX. Abbas *Leo Ostiensis* in Chronico refert, in cujus descensu *Carseolos* versus Sancti *Petri* Ecclesiam Monachorum pariter quondam sedes aspicitur, in qua titulum *Q. Avillieni* invenimus:

Q. AVILLIENVS. Q. F. BASSVS
MAGISTER. IVNIVS
IIII. VIR. AED. POT.
IIII. VIR. IVR. DIC

Ex altero latere, S. *Silvestri* Monialium *Cassinensium* quondam nobile Monasterium, in quo *Georgii Macchafani* Episcopi neglectum sepulchrum, nunc derelictum, & penè desolatum, & in simplex beneficium erectum.

Post quod vario ordine extolluntur, dilatanturque montes ad fontem *Lyris*, *Anienis*que, & elongantur in processum ad Sancti *Bartholomæi* in *Trisulto* Monasterio, & ultra; in quorum emi- A nenti celsitudine modò deprimuntur in valles, dilatanturque in æquali planitie, modò superextolluntur vicissitudinaria successione in altiores, asperioresque; inter quos virentia, lætaque prata scaturigines laticesque plurimos emittunt, undè ovium gregibus, boum armentis, equorum præsepiis gratas, & jucundas æstivis pascuis stationes præbent, in quæ ex *Romana Campania* turmatim ad X. millia & ultra, cum fervet æstas, confluunt.

Inter utrumque oppidum *Piretum* scilicet, & *Arcembuttæ* in amborum limitibus fines, templum cælorum Dei Genitrici Reginæ ex collatis in adversæ B fortunæ casibus, insperatæ opis auxiliis, *delli Bisognosi* vocitatæ, in eminentiori illius montis parte, quæ in planum se extendit, positum, longa seculorum serie crebris cælestium gratiarum portentis venerabile colitur, à remotis *Hispaniæ* limitibus Dei nutu, ipsiusque Immaculatæ Virginis admonitione, illuc simulacrum ex ligno fabrefacto advectum, ut in attrita temporis corrosione inveterata tabella, quam *Oynonimus* quidem decem ab hinc annis excerpens typis dedit, apertis literis narratur; cujus quidem seriem (cum ea, quæ ad historicam veritatem clariora temporis intervallo desiderantur, apertiora monstrabimus) C integram reddemus.

Ultra *Herculeum* fretum, ad ripam *Bœtis* fluminis (quod hodie *Quadalquivir* vocant) in ipsa *Bœticæ Hispaniæ* regione, non longè ab Oceani ripa *Hispalis*, quæ nunc *Sivilia*, antiquissima olim *Romanorum* Colonia, totius Europæ illustre Emporium jacet, rerum gestarum, bellorumque gloria, & in omni disciplina hominum habilitate satis nota civitas, inter quam, & Oceani fluxum Ecclesia non tàm compage murorum, quàm devotione fidelium celebris frequentabatur, in qua Virginis Immaculatæ non magnum simulacrum filium in brachiis tenentis in oleastro ligno effi- D giatum, humili hyperdulia adorabatur, cœlestium perfusione donorum, veneratione auctum, ad quod ex omni circa regionum ambitu devotorum numerosa turba quotidie confluebat, in cujus præcipuè cultu magno fidei, & devotionis zelo *Faustus* nobilis *Hispalensis* (cujus uxori *Elphusia*, & filio *Procopius* nomina erant) æstuabat; is quotidiè templum ad preces adibat, & tanta fiducia ad Virginem accedebat, ut velut à dulcissima Matre in suis vitæ necessitatibus opem humiliter peteret, nec à postulatis unquàm defraudabatur; quinimò ad tantæ perfectionis gradum illius religiosa observantia, & diutina veneratio E devenit, ut à Deipara ipsa multotiès responsis & colloquiis dignaretur. Eo tempore ex *Gothorum* prosapia Orthodoxus Princeps *Sisembetus Hispanis* imperabat, & *Hispalensem* sedem Catholicæ Ecclesiæ decus, doctissimus S. *Isidorus*, S. *Leandri* sui fratris successor, qui *Hermenegildum* ab *Arrianorum* errore ad sinceram veritatem reduxit, tenebat; quem Patres in Concilio *Toletano* encomiis multis ornarunt. Præfatusque Catholicus Rex illius sanctitatem, doctrinamque ita æstimabat, ut illi promptum obsequium, præsentemque opem, ut Synodum in sua *Hispalensi* F Ecclesia, ad *Acephalorum* sectam confutandam coadunaret, in gratiam præbere cœperit. Is cum regnare cœpisset post *Gundemari* Regis obitum (qui *Toletanæ* Synodi decreta sua speciali sanctione servari mandavit) cui immediatè successit; ex *Africano* litore numerosam *Sarracenorum* Classem ad sui Regni damna armari prænovit; numerabantur tunc, ut Eminentissimus *Baronius* advertit, anni Domini DCX. Eo enim anno principium *Sisebeti* Regni ponit, Imperatorisque *Focæ* ultimum,

mum, & *Bonifacii* IV. *Romani* Pontificis, ad hæc tempora factum referri, cum non ante apparatum bellicum, ex Africa coadunatum legatur, non incongruè judicamus, irrepsisse errorem in transcriptione tabulæ, quæ utpotè corrosa, abrasis etiam nonnullis literis, occasionem erroris excerpenti dederit; qui cum imperante *Foca*, & sedente *Bonifacio* IV. rem gestam in aperta caracterum lectione collegerit, ad primum Pontificatus annum nempè DCVI. reduci putavit, parum advertens eo tempore nulla bellorum occasione, *Africam* in *Hispanos* arma movisse; sed tantum postquam *Focam* Imperatorem *Cosroas Persarum* Rex uno infelici prælio vicit, *Hyerosolimam* civitatem evertit, crucem Domini Redemptoris abstulit, Sanctissimum Virum *Zacchariam* Patriarcham inimicorum mancipium, cum templi spoliis insolens victor asportavit; sic universi orbis Christiani in se inimicos animos armavit, ut spreta imperii dignitate exercitus, qui Africam insederat, tumultuosis clamoribus *Heraclium* Imperatorem acclamaverit; qui clavum tenens, ne à culmine supremæ dignitatis, ad quam ascenderat, dejiceretur, & coronam thronumque sibi stabiliret, ex omni ditione, quæ illum sublimaverat, numerosam classem paravit, qua exercitum in *Italiam*, aliasque Provincias, quæ adhuc *Focam* non deseruerant, trajiceret, cujus apparatum cum ex *Africa*, sibi proxima, *Sisebetus* movere prænoverit; sivè insidias sibi moliri, sivè periculum præcavere judicaverit; ne si in se verteretur, imparatum succumbere necesse foret, sciretque profectum expeditioni maximum esse, si quo tendatur, ignoretur; in quo experti Duces summoperè invigilant; copias ex suo *Hispanico* regno adunari præcepit, & littoralia loca munivit, Classemque in occursum, ut si nova moliri tentassent, repellerentur, paravit; in qua cum *Faustus* nomen militiæ dedisset, *Hispalensem* navim ascendit; cumque rates vela dedissent, altaque per æquora transcurrere cœpissent, ecce flante Noto exorta tempestas, qua classis tota iratis fluctibus concuti, in profundumque obrui videbatur, & cum omni humanæ opis auxilio *Faustus* destitutus, vicinam mortem exhorrescens, toto mentis affectu gloriosæ Virginis auxilium jam periturus exposceret, non distulit pia Mater sui devoti suspiria, votaque exaudire; sed mira divini fulgoris luce perfusa, in obnubilata aeris serenitate, in eademque forma, qua coli solebat in Ecclesia illa jam dicta, illius oculis aspiciendam se præbens, & illicò ex illius aspectu dissoluta tenebrarum caligine, cessantibus ventis, maris tempestate sedata, tranquillitas indulta. Qua apparitione, non solum visu recreari, sed vocem exaudire cum non multis aliis circumfusis militibus dignatus fuit; quæ in hanc erupisse sententiam profertur: Retrahite modò filii rates, non enim hodie inimicorum impetum evitare poteritis; & his dictis evanuit. Etsi prænuncia Matris Sanctissimæ monitio per ora militum diffusa volitasset, portentumque sedati turbinis, & procellarum, sonusque exauditæ vocis omnium animos commoveret, traheretque ad fidei obsequium monitis præstandæ, classis tamen Præfectus omnia ad vulgi facilitatem convertens, non ex vanis, incertisque ostentis ab inceptis desistendum suasit; plebis siquidem animi facilè à quocumque naturæ ordine exorta Numinibus accepta referunt; creduntque è celo descendere, quod à naturali causarum cursu, licet præter consuetum, solitumque motuum effectum ostendatur; nec novum cum magnæ incipiant cedere tempestates, ex aeris impressione hæc exoriri, quæ Ethnici *Castoris*, *Pollucis*que signum, nostrates *S. Eremi lumen* appellant: vocem aliundè quam è Cælo delapsam (si qua fuit;) sæpè enim in angustia positi, talia effingere, ut miracula credant, & in animo ex fiducia in Deum concipiunt, evenisse prædicant; undè spretis Dei genitricis monitis, protinus conserere jubet, & incredulitatis suæ pœnas haud tardè luit; & cum illicò hostium classis marinos vortices calcare, discurrereque per æquora aspexerit, dispositis in ordine navibus, tubarum clangoribus, aliisque militaribus instrumentis, & suos animat, & hostes ad pugnam provocat; nec mora: arma capessunt, ut alter alterum hostili impetu aggrediatur: funduntur tela, quorum numero obnubilatur aer, nec in cassum cadunt: undè ex utraque non parvæ cædes, & in aquis obvoluti evomere animas, quos furor primo congressu dejecit, & sparsim natare occisorum cadavera aspiciuntur; sic atrox, luctuosaque primò utrique clades fuit, sed cum *Hispanicam* numero *Africana* vinceret, haud diuturna contentio, sed paulatim illa visa cedere, & fuga damna reparare si posset, & confuso ordine pugnæ, sic *Africanorum* audacia debacchari, ut naves dejici, sanguinem fundi, & quibus ferrum pepercerat, vincla reservari, miserrimè *Hispani* dolebant; nec spes alia salutis relicta, & Præfectus ille tunc cælestia, quæ spreverat, auxilia deprecabatur; sic peccatis exigentibus mentis obtenebratur intuitus, ut quæ viderit non intelligat, & tunc consilium in ærumnis capiat, cum relevandi spes frustrata est; & tunc suorum deplorabilem stragem flere cœpit, cum victricia inimicorum signa, majorem suæ classis partem captivam ovantia trahere propriis oculis perspexerit. In ea infelicitate felix *Faustus* hostium vinculis adstrictus, consueto Virginis auxilio emancipari meruit: inter mortis angustias, & belli pericula, dum preces, lacrymasque perfunderet, eam protinus vidit, quæ nunquam in suis necessitatibus defuit, sua manu manum apprehendere, & extra marinos fluctus, & inimicorum exercitum ad securam litoris stationem mirabiliter extrahere; statimque securitate potius vocem divinam audivit, qua ad propria remeare jubetur, & illicò evanuit. Cælestibus his favoribus gaudio repletus exultans, & viam carpens, in templum illius incidit, & limen venerabundus adorans, *Elsusiam* uxorem, *Procopium*que filium ante aram (cum infortunium prænoverint) preces pro sua ipsius incolumitate ad Deiparam fundentes invenit, quorum aspectu recreatus, laudum encomia unanimes Virgini persolverunt.

Novo hoc Dei Genitricis protectionis auxilio *Faustus* ab imminenti mortis periculo liberatus, sic cælestium donorum profusionem recognovit, ut deinceps sic se totum in illius obsequium inflammari senserit, ut terrenorum cura relicta, in hoc unum cum uxore, filioque tenderet; & à *Barbarorum* sæva servitute abstractus, illius mancipium se fecit, à quo fractis vinculis libertatem recognovit. Templum igitur ex eo die non frequentare solum, sed ibidem insidere, operaque christianæ pietatis illic colere, peregrinos recipere, in miseros, & à fortuna dejectos sua profundere in animo fuit; & solum Deo famulatum in spiritu præstans, nullis domesticæ substantiæ curis gravabatur, & relicta agrorum cultura, ex latifundiis Avorum patrimonio, non emolumenta amplius, aut proventum recipiebat; & censu ipso venundato, brevi annorum curriculo sic tota substantia diminuta fuit, ut ne usibus quidem necessariis amplius sufficeret, & penè diurnum panem mendicare opus foret; his miseriarum incommodis acto, carissimæ uxoris morte ærumnarum, incommodorumque, cumulus accessit; quam ob rem angustiis paupertatis, & mæroris stimulis agitatus, quod consilium

lium caperet nesciebat, & dum cælestem opem profusis gemitibus efflagitabat, in animum venit à *Judæo* (cujus familiaritate utebatur) fœnori pecuniam quærere, qua negotium ad vitæ sustentationem, & incommoda reparanda ageret; sed à proposito inopia fidejussoris, sine quo sperata concupere diffidebat, terrebatur. His curis agitatus, dum solitum orationis pensum ante Virginis aram persolveret, illam sibi sic alloquentem audivit; Quære, ne dubites, ab *Hebræo* pecunias, quibus indiges, & me sublevatricem habebis; amicæ vocis sonitu, & sponsione exhilaratus dictis credidit, & gaudens, humili gratiarum actione soluta, illicò iter carpens, *Hebræum* petiit, & illi suam necessitatem, desideriumque aperiens, pecunias fœnerandas petiit, sponsoremque manifestavit; nec renuit ille, aut innata perfidia cælestem sublevatricem sprevit, aut fidem abnegavit; sed convenientibus pactionibus stabilitis, ut indemnitati suæ consuleret, ad templum cum *Fausto*, *Procopio*que festinant; quod statim adeuntes ante simulacrum fideles prostrati, humili petitione Virginem interpellantes, similem responsionem accepisse, quæ ad utrorumque aures devenisse profertur: Ne formides *Hebræe*, pecunias devotis his meis fidelibus fœnori dare, nam pervoluto anno, eas usurasque simul te recepturum fore polliceor, sic de Cælo delapsa vox stuporis ecstasi *Hebræum* replevit, ut defectum fidei in non hæsitando promissis impleverit, & qui divinis præconiis evangelicæque veritati obstiterat, ad Virginis loquelæ sonum flectitur, & *Fausto* desiderata concessit, & quæsitas pecunias recepto chirographo elargitur. Tunc illas *Faustus* nactus cum *Procopio* filio multisque negotiatoribus navem ascendit, & *Gaditanum* fretum, & *Atlanticum* Oceanum per *Herculis metas* ad internum mare pervenientes, cursum ad Orientem dirigunt; ventorum tamen impetu navis acta ad Septentrionem vergere cœpit, & *Ionii* fluctibus transversis in *Adriatico* sinu placato æquore stetit, ad *Apuliæ* tandem litora vela composuit, & anchoram jecit. Felicitate soli omnium frugum ferax *Apulia* Provincia est in *Italia*, quæ varii generis mercimoniis desiderium fœneratorum implevit; illuc impulit Virgo, quæ in procellis auras secundas dedit, ut sui devoti non alio fœnore, quam cælestibus ejus patrociniis quæstus secundarentur; & in insperato solo augerentur præter spem merces; & ne industriæ negotiatorum tribueretur eventus, quas in Oriente quæsierant, ad Septentrionem divitias comparandas reduxit. Brevi igitur intervallo fœnus ad desiderium crevit, ut negotiatores ipsos exundans in mercatura proventus in miraculum adduceret.

Unde jam plenis marsupiis, cum tempus urgeret, de reditu cogitare cœperunt, navem igitur repetunt, & cum secundarent venti, illuc vela dirigunt, unde progressi venerant, & concitato navigio solvunt festinantes ad cursum properati reditus, & cum alta per æquora navis jam placidis undis felici cursu transcurreret, extemplò atra caligine aer repletur, & immoderata exorta tempestate contrarii efflantes venti, procelloso impetu extolluntur fluctus, crebrisque insurgentibus undis, maris, cælique specie immutata, ingens fremitus, strepitusque aquarum, ventorumque in horrore tenebrosæ noctis pavor, morsque præsens omnium animos debilitaverat, & cum ad horam magis, magisque sæviret, sic concutiebatur, jactabaturque navis, ut remigii, velorumque usus oblitus Nauta, impellente turbine itineris cursum cedere, puppimque furentis impetus arbitrio relinquere cogeretur; & cum concitato

A æstu pelagus totus ferveret, sic dejecta navis concutiebatur, ut qui intus erant impellenti furore dejicerentur in aquas, & jam multos ex sociis marinos vortices absorbere propriis ipse oculis *Faustus* viderat; vicinamque mortem metuens mærore plurimo premebatur, cui nova doloris mestitiæque additur causa; cum enim ubi latitaret *Procopius* filius anxiè oculis perquisisset, quem nec fluctibus immersum, nec in navi esse senserat; unde acriùs angustiatus interioris animi passionum turbine ad consuetum suarum calamitatum non indubitatum refugium oculos, anxiamque mentem B doloris plenam, ad ultimum penè angustiatam direxit, ut in miserabili illo totius ferè substantiæ, & vitæ periculo solita miracula renovaret, lacrymabundus interpellat.

Adfuit in aëre subitò sueta in imagine Virgo, & protensi doloris consolatur angustias, filiumque *Procopium* salvum esse pronuncians, illumque non multis post mensibus incolumem inventurum, si quæ didicerit implere, promittat; & arcanum dispositionis divini consilii tunc illi aperit; futurum nempè ut festinantibus annis *Sarracenorum* pessima, & à cultu Dei abhorrens gens *Hispania* potiretur; sicque Altissimum illis offensum decre- C visse; quorum impietate templa vastanda, sacra diripienda, & omnem ornatum ad cælestium honorem institutum sacrilega manu comminuendum; simulacrum autem suum, quod in *Hispalensi* litore venerari consueverat, ne spurcaretur opprobriis, cum ad propria rediret, in montem *Carseolorum* per easdem maris vias, quas ipsa ex inopinato monstraverat, translaturum polliceri ne dubitaret, cum illic coli vellet, ubi & filium *Procopium* à marinis vorticibus subtractum salvum inventurum denunciat. Sic *Faustus* dictis sublevatur, & ineffabili cælestis gaudii recreatione repletur, ut de sua amplius, filiique salute, quid quæ- D reret non haberet, & ex dilatato cordis affectu in devota laudis encomia prorupit; Ecquis ò Virgo non inhiet tuis obtemperare mandatis? En ego qui qualis, qualisque sum, tuo sum dono, & quis enumeret, quæ in me beneficia contulisti, & quibus periculis liberatus, quas tremendas maris tempestates evasi, quos fluctus superavi, quas miseriarum ærumnas calcavi? tuis auspiciis semper luctum meum in lætitiam versum aspexi, & cum pares tibi quas referam laudes non habeam, in hoc uno, ut possum, promam obsequendo tuæ tuique filii voluntati, ut jussisti faciam; & cum majora exprimeret, SS. Virginis visionem amisit, E & cum ea turbinum immoderatam tempestatem sedatam simul agnovit, & serenitatem Cœlo restitutam, undè alacres Nautæ manus ad opus reponunt, readaapant remos, velaque componunt, & quassata reficiunt, & in incepto itinere puppim vertentes, dum ad occiduas partes tendunt, ex insperato *Græca* litora tetigisse cognoscunt.

Hæc ut Cælestis Virgo dictavit evenere; nam revoluto seculo, is fuit annus Domini DCCXIII. quo *Vuitilæ* filii, qui *Hispanis* imperabat, à *Rudorico* è paterni regni finibus expulsi, & omni possessione spoliati, ad *Juliani Tingentaniæ* Provin- F ciæ Comitis auxilia confugientes, immenso illius auspiciis *Sarracenorum* exercitu comparato, devicto *Rudorico*, *Hispaniam* infeliciter præoccuparunt.

Interim, ut portum intrarunt, ut vi turbinum extenuatas vires recrearent, in proximum castellum deveniunt, agnovitque tunc *Faustus* exigere tempus fœnori datæ pecuniæ, usurarumque solutionem; ne suam, cælestisque sublevatricis fidem fallere *Judæus* dubitare posset, anxiabatur animo, & dum variè fluctuaret, in eam deliberationem

nem tandem inclinavit, ut illi eidem Sacratæ Virgini Intemeratæ solutionem committeret: sicque pecuniam, censumque in unum collectum intra ligneam capsulam includens, literis signatis *Mariæ*, in mare projecit, non anxius de fide adventus, sed certa fiducia speque non indubia ductus Virginis auxilia non defutura, quæ non per incertum tramitem mare discurrens ad *Hispalense* litus tunc pervenit, cum *Hebræus* ex suæ litoralis domus fenestra, qua maris recreabatur prospectu, illam undas supernatare aspicere poterat, undè cum vidit festinus ad mare descendit, protinusque illam ad terram traxit, lætus de adventu, inclusas pecunias illicò numeravit, & *Hispalim* rediens (prout ex mari advenerat) capsam cum pecunia inclusa intra segregatum suarum pecuniarum repositorium detulit.

Transacto exinde tempore, cum *Faustus* ad propria remeasset, ut litora tetigit, SS. Virginis limen læto accessu adoraturus intravit, & prostratus ad aram vota promit, precesque supplici oratione persolvit, nec à Sacrato Cæli Reginæ simulacro de advectis pecuniis jam securus responsa quæsivit; inde in amicum *Hebræum* incidens mutuis amplexibus gratulantur; mox ille pecuniam suam repoposcit, ad quem *Faustus* ordinem, quo remiserat, repetiit, & sub cælestis sublevatricis auspiciis constanti fide non perituram asserebat, cúmque ea sit Stella Maris & periclitantibus portus, non permissuram à fiduciali, & in tot tantisque arduis experimentato conceptu defraudari, & de securo sponsionis adimplemento dubitare nefas esse, direxisse ad illam, quæ promiserat, ut utraque fides inviolabili pacto adimpleretur, & si casu periisset (quod contingere non posse asseverabat) ex aliis pecuniis satisfacere pollicetur. Unde ut hujus dubitationis eventus è medio tolleretur; Virginem adeundam suadet, & simul incedentes, templum adeunt, & ante aram *Faustus* genuflexus exposuit: En inquit Virgo, quæ *Judæus* improperat; ad cujus interrogationem illius simulacrum cælestis iræ fulgoribus adumbratur, & vox inde personans, *Hebræi* fallaciam increpat: Plene omni dolo, & stulte *Judæe*, quo modo, quas, me duce, recepisti pecunias negare audes? Nonne integras in tuum repositorium conservas? in me promissa non fallunt.

Ea voce nimio terrore consternatus in terram cecidit, & stuporis, pavorisque simul stimulis agitatus, tremens, stupensque ut sibi ignoscatur exclamat, & Sancti Spiritus interno lustratus fulgore induratam perfidiam exuens, ad fontem regenerationis inhiare cœpit, & sacra unda renatus, novi hominis indumentum recipiens, tyrocinium cælestis militiæ, Fausto Duce, in templo illo exercere non distulit: credit tandem Virginis filio *Hebræus*, & in illius obsequium perpetuo mancipatu dicatur. Unde postmodum *Faustus* arcana sibi commissa aperuit, comitemque in Sacri pignoris vectione ascivit, sicque communicato consilio, quæsitis aliis sibi sanguine junctis sociis, rem aggrediuntur, sacratumque Virginis simulacrum extemplò ad paratam naviculam extollunt, & per repetita maria cursum felicibus auris implent, & in ora *Frentanorum* ad oppidum *Francavillam* vela retrahunt, & mulam, cui adhuc nemo insederat, divini simulacri sarcina onerandam mercantur. In cujus dorsum, ea, qua possunt, veneratione sustulerunt, & quam nemo eorum noverat, semitam aggredi parant, viam Virgini committunt, & triduano itinere per tractum *Valeriæ* viæ conscenso monte, planitiem *Carseolorum* intrant, & per superextollentem montem, mula iter carpens per dirupta petrarum, cum ad cacumen penè conscendisset, in lapidem incidit, quem flexo poplite signavit; cujus miraculosa impressio in ædicula supererecta hodiè monstratur; deindè superiora montis petens sistit iter, & illicò *Procopius* in veste alba obviam Patri processit, & brachia ad collum tendens oscula ori figit, & invicem de successibus gratulantur, & cum de loco in quo sacrata Imago sisteretur, ab illo quæreret; quem Virgo jam ante indixisse commemorat, insinuat; ibique veneranter collocant; templum, ædiculasque extruere festinant.

Primum in collocatione miraculum fuit, litis finium sedatio; finitimi siquidem de limite diù acriter contenderunt, nec finis jurgiorum, ni Virgo lapidem posuisset; ipsa amborum intermedium agrorumque terminum tenuit, tenetque ad præsens.

Fama tunc per ora hominum volitare cœpit, augentque miracula rumorem; ex remoto *Hispanico* litore Sacrosanctum Dei Genitricis simulacrum (ipsa additante) in *Marsorum* fines, in *Carseolorum* montem miro, & singulari Omnipotentis favore advectum: fit undique concursus populorum; renovantur in collatis ad confluentes beneficiis mirabilia: ad quorum voces Pontifex ipse Summus *Bonifacius* IV. & ipse *Marsus*, tunc graviter ægrotans mentem vertit, & vota emittens, sospitatemque anxiè efflagitans, illius modò apparitione dignatus, divinæ vocis oraculo consolari, & aspectu recreari meruit, & pristinum salutis statum recuperavit, & in gratiam habitæ salutis, cum *Romano* Clero ad insurgentem tunc Ecclesiam Virginem adoraturus accessit, cujus adventus dies tertio Idus Iunii in relato pergameno notatur: Ecclesiam ipsam, ex cælesti thesauro depromptis indulgentiis, sacra supellectili, aliisque donariis dotavit, quam *Hispani* Heroes, cum urbem petiere, venerari consueverunt, confugiuntque ad hoc ex *Romana* Curia supplices in dies Proceres, & novis adhuc miraculis fulget.

Est ipsa Ecclesia una fornice compacta, duasque post aulam sic à principio erectas ædiculas habens, ubi quiescere *Fausti*, sociorumque ossa creduntur, exinde succedente tempore ædificiis pro usu inhabitantium aucta.

Statua ipsa in extrema parte ad dexteram apsidis, quæ arcubus ab Ecclesia separatur, ad imum parietis elevata residet, ubi ab advectoribus collocata fuit, crate ferrea inclusa veneratur, ad quem ascensus per ligneos gradus habetur.

Cum flectitur iter à *Pireto Carseolos* versus, in pendicibus montium inter fluctuantes colles duo adstant Pagi, seu Villæ, vix una ab altera milliario distantes, quæ præter nobile nomen, nihil aliud retinent. Una siquidem Villa *Romana*, altera *Sabinensis* appellatur à montibus ab illustrissimis istis populis denominatis, qua occasione nondum nobis notum; numero tamen habitantium minimè replentur, vix XXX. familias quæque alit, sub proprio Parocho. Villa *Romana*. Villa *Sabinensis*.

A *Carseolis* postmodum III. M. P. transactis in ascensu montis dum angustatur vallis, in faucibus est *Colle* oppidum, quod in registro *Collis Zippa* dicitur, mœnibus, & turri olim ad securiorem aditus munitionem roboratum. *Colle* Registro fol. 121.

Sancti *Berardi Marsorum* Episcopi ex Comitum progenie natale solum, & Avorum patrimonium, ultimum amplissimæ illius familiæ Toparchiæ dominium, cui extra mœnia in *Romanæ* viæ transitu constans in Domino, & fervens Vasallorum devotio Ecclesiam extruxit, in qua illius reliquiæ venerantur. Est sub uno Rectore illi Ecclesia Parochialis Sancto Episcopo *Nicolao* dicata.

Phœbonius. L In

Arx Cerri. In ea montium asperitate III. M. P. à *Colle* distans Arx *Cerri*, seu *Rocca di Cerro*, in cacumine ferè positum, situs, & soli infelicitate parùm lætum oppidum; utrorumque istorum oppidorum cultores rusticis insistunt operibus, sed ex rigida Cæli temperie glaciali frigore, nivibusque præpediti, alibi hyemare compelluntur; castaneis, quercubusque adumbrantur montes, quorum proventus aliarum frugum defectum implent; unumquodque eorum vix LX. familias alit, est huic Ecclesia assumptæ Virgini dicata, cujus Parochus Abbas dicitur.

Inclinantur post mille, & amplius passus, antequam ad planum deveniatur, montes ipsi in vallem, quæ ex liquatis nivibus, & imbrium coadunatione confluentibus aquis extenuatur viribus, ut minus *Cereri* apta, non nisi herbam nutriat, quæ æstivo fœcundata calore virescit in pratis; undique cacuminibus, non se humiliantibus vallata; undè & descendentium aquarum cursus retardatur, & vallem implendo, hyeme lacum brevi periturum efformat, & nisi artifex natura ingluviem effecisset, tantæ profunditatis, ut ad currentis fluminis occultum alveum perveniat, aquisque illius jungantur, oppidani nimiâ excrescentiâ damna paterentur haud modica.

In qua pereminenti valle, cum ad ortum solis Verecchia. *Veretulam* versus tenditur, & ex radice superextollentis montis fons, qui in flumen emanat, oritur, & per CCCCC. passus super terram serpens, latebris se condens, & in invio montis sinu nescius fluens, iterum apparet propè *Talleacotii* mœnia in flexu montis, & per saxorum, riparumque congeriem præcipitatur ad opus pistrinorum ad planitiem, quam lambens per campos *Palentinos* flectitur, & propè *Scurculam* per vallem, quæ ad *Æquos* ducit, *Velino* amni juxta *Reate* jungitur, & cum *Tibure* coit, estque unus ex remotioribus ejusdem *Tiberis* fontibus. Saltusque vocatur. Exactis pratis fauces per admodum saxosam, & asperam viam ad descensum aperiuntur; & partem illam montis, quæ flectitur ad occasum, ab ipso cacumine ad planum longo ordine depositum, *Talleacotium* nobile, & modernum implet; totius *Columnensium* Toparchiæ supremi juris dicentis, & secundarum earum Judicis sedes, ab excidio *Carseoli*, *Cliterni*, & *Castaldii*, ut *Volaterrano* placet, exortum, sed quo tempore ignoratur, cum in registro locorum ruina non notetur. Non ita tamen modernum ut *Blondus*, & *Alexander* arbritantur, affirmamus; cum quidam sub *Gulielmo* Rege anno MLXXXVII. in repetito registro, *Bonaventura de Talleacotio* pro isto, multisque aliis, quibus dominabatur, oppidis sacras suppetias XLII. militum obtulit, & anno MCCXXXIX. B. *Oddonis Carthusiani* monachi morte nobilitatur; unde & majoris ætatis vetustate gaudere, sed sub obscurioris nominis fama, colligitur, quod ædificiorum compage, & incolentium numerositate auctum crevisse constat, tenue siquidem, ut cæteris rebus principium. Antequam oppidi fundamenta jacerentur, erat locus ille sylvis consitus; inter quas aliquas domunculas, occasione Monialium sub Sancti Patriarchæ *Benedicti* famulatu viventium Monasterii; unde SS. *Cosmæ* & *Damiani* in sylvis nomen, sub nascentis oppidi exordium extructas fuisse, ut Virginibus in agrorum cultura rusticani inservirent, cujus quidem Monasterii licet primordia ignorentur, ædificiorum tamen structura longæva redolet vetustate, & sub nascentis Illustrissimæ Religionis incunabula in illo recessu Sacrarum Virginum cætum adunatum, non levibus argumentis persuasum habemus; incrementum post-

Talleacotium.

A modùm ex novorum Colonorum concursu sumens, in oppidi formam crevisse; nomenque illi seu *Talleacotium*, ut in registro, seu *Taliaquicium*, ut *Volaterrano* placet, ex occasione tributum; cui nec *Blondus*, nec *Leander* arridentes, de suo excogitatum nomen invenisse ferunt, sed ethymon utrique nomini convenire potest. Etenim recessus ipse sylvarum in frequentato viæ *Valeriæ* tractu, latrociniis plurimum aptus, & qui facinori incumbere quærunt, opportunitatem in viatores grassandi præbebat; unde aliquando latrocinantium conventum, & qui principatum diù inter latrones tenuit, fortè à Sancto *Equitio* Abbate

B (quod usitatum in regione nomen devotio fecerat) seù *Cozzus* appellabatur, qui ablatorum spoliorum incisor, & divisor erat, ex continuata sociorum interpellatione, ut furta scinderet, *Taglia Equitio ò Taglia Cozzo* nomen sortitus est, qui cum fama magni latronis polleret, illud loco in suorum facinorum memoriam reliquit, cujus rei certum nobis argumentum ipsius oppidi parma sigilli præbet; signat enim duos homines, utrumque altera manu pallium extensum tenentes, quorum, alter expectans, alter manu gladium extensum ad pallium incidendum monstrat; at diversum ethymon à quopiam datum vidimus, quod næniis,

C somniisque redolere invenimus; ideo frustrà apponere judicavimus; proprium planè, germanumque relatum est, & inveterata traditione, quæ in ore omnium est, prædicatur, & insignia adstipulantur; nec tam illustri oppido, quod magnificentia, ædificiorum magnitudine, & amœnitate, & incolarum industria in armorum, & literarum palæstra exercitatorum vicinis omnibus præ se ferat, notam inurere origo potest. Etenim & urbs, quæ in mundi principatum crevit, non dissimile principium habuisse refertur.

Ab ipsa summitate ad radices montis extensum diù sola naturali loci munitione, absque alia custodia, se tuebatur, donec *Ladislaus* Rex mœnium

D recinctu, & Arcis custodia vallaverit, sivè ut Comitum potentiam extenuaret, sivè ut securitatem finibus compararet. Nàm parùm ante *Rainaldus* ex Illustrissima *Ursinorum* familia illius Comes, ita viribus pollere, ut non semel intra *Aquilæ* civitatem *Camponescorum* Comitum contra regiam præeminentiam partes fovere non dubitaverit, in quam postmodum, ut diffidentium advocatus cum armatorum copiis intravit, moxque illius dominium nactus, *Andegavensium* fautoribus adhærens liberas administrationis habenas sumpsit, donec suorum militum licentia, populus, & illi

E etiam, qui illum advocaverant, irritati, crescentem elationem priùs detestari, postmodum morte mulctare deliberassent, unde in illum concitato furore, ex Sancti *Francisci* Conventu, in quo, ut furentium manus evaderet, se receperat, extractum trucidarunt, & *Joannem* illius fratrem, quem paulò ante carceribus, ut minus nocentem mancipaverant, inde extractum pari excidio affecerunt.

Et cum non multo post tempore *Ladislaus* ipse apud *Roccam siccam*, à *Ludovico* II. *Andegavensium* Comite, uno certamine superatus, ut victoris progressus inhiberet, non acie dimicare, sed

F cunctando vires illius eludere proficuum magis fore judicaverit, loca quæ aditum Regni aperiebant, munire simul cœpit, ad hujus etiam oppidi opportunam munitionem impulerit; utraque siquidem occasione opus accelerare potuit, ut non solum ad murorum expeditionem manum admoverit, sed ad securiorem fortelitii structuram in illa summitate, quæ rupibus cincta difficilem, arctumque aditum præbet, in ea opportunitate collo-

locatum, & non militum numeroso apparatu, sed paucis adhibitis angusta faucium structura ab incursionibus se tutari possit.

In commodiori oppidi parte, quæ accessibus non arctatur, *Robertus Ursinus* Comes Palatium Regia magnificentia, Aulicorumque statione cubiculorum numerositate instructum, laquearïis ex ligno incisis, variisque picturis ornatum extruxit: cujus etiam munificentia extra mœnia M. P. ad ortum, templum *Baptistæ Joanni* sacratum, Commendamque ad sustentationem Equitibus *Hierosolymitanis* erectum dotavit, ut in superliminari portæ notatur:

RVBERTVS. VRSINVS. MILES. TALLEACO
TII. ET. ALBÆ. COMES. ARMORVM. CAPI
TANEVS. IN. HONOREM. S. IOANNIS. BAP
TISTÆ. FIERI. FECIT. ANNO. MCCCLXXV
VI. SEPTEMBRIS. VIII. Indictionis.

Et paulò infrà Palatium, ex profusa charitate, ipsius præclarissimæ familiæ heroina quædam (ut verbis conformitatum regulæ utar) in *Minorum fratrum* placitum ex quadratis lapidibus Ecclesiam, peramplumque Conventum in penè exurgentis *Seraphicæ* Religionis exordio extruendam curavit, ejusdemque insignis pietatis beneficio anno MCCLX. reparatum novis ædificiis cum sacello post majorem aram, in quo B. *Thomæ de Celano* religiosa veneratione corpus requiescit subara Ducalis Capellæ, in qua ex Apostolico indulto, in Domino morientium animæ expiantur, post *Varri* pagi ruinas monialiumque ex Ecclesia Sancti *Damiani* manumissione, ubi vivendo in illarum obsequio finem fecit, à primo tumulo translatum.

Prælucent adhuc in fornice Ecclesiæ duo rubri galeri duorum procerum ejusdem familiæ purpuratorum, ibi quiescentium, quorum nomina cum non notentur in marmore, hic apponimus. Unus, prout notatum, in codice Ecclesiæ invenimus, *Jacobus* ex Comitibus *Nolæ*, à *Gregorio* XI. purpuratorum cætu donatus est, qui *Urbani* VI. in schismate *Clementis* VII. Antipapæ primus partes sectatus, allectus cum aliis tribus *Italis* Cardinalibus à *Gallis* spem foventibus alterum eorum ad apicem Pontificatus provecturis Fundi comitiis interveniens, delusus tandem, post electionem Antipapæ, à cætu Cardinalium recedens, ad *Suessam* comitantibus reliquis *Italis* se recepit; postmodum *Talleacotium* fato urgente perveniens, diem suum clausit extremum XII. Kalend. Septembris MCCCLXXIV. & absque nota sepulchri in Ecclesia præfata tumulatur.

Alter verò *Joannes* ex Comitibus ejusdem oppidi, & ipse Comes Dominusque Archiepiscopus *Tarentinus*, & *Farfensis* Abbas à *Sixto* IV. inter purpuratorum numerum ascitus, & antequam ad apicem dignitatis ascenderet, hominibus terræ *Marani* testandi de bonis stabilibus, subfeudalibus, quæ vulgus excadentialia vocat, ad tertiam generationem indulsit, ex privilegio pergameno, quod incolæ conservant, in quo & Dominum *Talleacotii* Archiepiscopum *Tarentinum*, & Abbatem *Farfensem* se facit, & annus dati privilegii est MCCCCLII. ante *Sixti* IV. assumptionem, à quo rubro galero donatus, & in registro defunctorum in præfata Ecclesia habetur, ad Patres applicuit anno MCCCCLXXVII.

Quinque populo præsunt Parochi, quisque in propria Ecclesia, quarum quæ in arce est (quæ *Civita* dicitur) Sanctæ Virgini *Cæciliæ* dicata Archipresbyteratus honore potitur, modò dilabentibus Parochis cum excidio ædificiorum, quæ

A circa habitantes nutriebat, omni honore spoliata, jam ruitura ipsa quoque cernitur; de cæteris *Principi Apostolorum* una, Sancto *Nicolao*, & Sancto *Ægidio* Abbati, reliquæ sicut omni ornatu, ita & populi frequentia destitutæ; redditibus, supellectili, & rudi ædificio. Est alia in ordine quinta in permedullio oppidi nobiliori structura compacta in honorem Sanctissimorum Martyrum *Cosmæ* & *Damiani* olim *Cassinensium* Patrum Conventus, nunc excessione Monialium ejusdem ordinis in sylvis dictarum ante incolatum oppidanorum, cum Monachorum Monasterio excitata Apostolicæ Sedi ex *Clementis* V. & *Gregorii* IV.

B Summorum Pontificum indultis immediatè subjecta, sub regimine tamen *Cassinensis* Abbatis; illiusque Vicariam administrationem unus ex Patribus gerit in his tantummodo; quæ curam animarum, clausuram Monialium, & visitationem concernunt; jurisdictionalia Illustrissimus *Marsorum* Episcopus exercet, ut Sacræ Rotæ *Romanæ* oraculo in controversiis, diù inter utrosque discussis, sententiali decisione stabilitum fuit de anno MDLXXXII. cujus tenor talis est: Resolverunt Domini, quod non intret exceptio Abbatis, & Conventus *Cassinensis* respectu loci de Luco, de jurisdictione temporali, ut in cap. XI. Sess. XXI.

C Conc. Trid. quia non probatur talis exceptio; imo notorium est, dictum locum esse de temporali jurisdictione Dominorum de *Columna*, & ab antiquissimo tempore illum possidere. Unde nisi Abbas, & Conventus ostentat aliam exceptionem, dictus Episcopus habet fundatam intentionem in dispositione juris communis Conc. *Trid.* ac etiam in scripturis, & depositionibus testium in petitorio, & possessorio, etiam ut Sedis Apostolicæ delegatus in exemptis, ut hic per informationes, & sic est dandum mandatum de manutenendo quo ad Ecclesiam, & Clericos Sancti *Joannis*, cui Ecclesiæ imminet cura animarum, etiamsi essent

D exempti cap. 3. & 4. Ref. VI. & VII. cap. IIX. Sess. XXI. cum aliis.

Quo verò ad Monasterium Monialium Terræ *Talleacotii*, ubi est Ecclesia curata Sanctorum *Cosmæ* & *Damiani*, cum Clericis secularibus resolverunt Domini dandum esse mandatum Abbati *Cassinensi*, quia stantibus privilegiis, præsertim *Clementis* V. cum observantia subsequuta, quam dixerunt dicti testes, & scripturis pro ista parte satis probant; intrat exequutio, de qua in cap. IX. Sess. XXV. cap. 7. quod istæ Moniales, & Ecclesia regatur per Abbatem & Conventum *Cassinensium*, & hic benè deducunt informationes pro

E ista parte.

Hoc tamen Domini restrinxerunt juxtà terminos cap. 5. 9. 10. Sess. XXV. ut Episcopo etiam sit dandum mandatum de manutenendo quo ad ea, quæ concernunt clausuram Monasterii, & visitationem respectivè curæ animarum, administrationis Sacramentorum, & admissionis Ministrorum etiam admovibilium, ut in d. cap. & in his quæ sunt ordinis cap. 17. Sess. VII. & cap. 11. Sess. XIV. quin ista sunt etiam in exemptis reservata Episcopo, & satis ex deductis probatur, ad istum effectum possessio dicti Episcopi in præmissis.

F Animarum curæ Abbatissa Monasterii præest, ad cujus exercitium septem Capellani ad illius nutum amovibiles, per Episcopum confirmandi deputantur; Ecclesia ipsa, & Monasterium nullo ornatu redolet, cum plurimùm antiquitatis sapiant, in uno ex sacellis ossa Beati *Oddonis Chartusianæ* religionis alumni, ex placito *Innocentii* P. III. ad vota *Alduisiæ* tunc Monasterii Abbatissæ, Monialium confessionibus excipiendis præpositi, in quo munere in pace quievit, venerantur, il-

liusque acta ex processu jussu *Gregorii* IX. compilato nostro idiomate edidimus.

Extra mœnia duo alii virorum Conventus, unus Ordinis *Prædicatorum* in Ecclesia Virgini *Annuntiatæ*, insurgentibus jam muris, suppressus, at incolarum pietate auctis redditibus restitutus, sed qui, ut Ecclesia ipsa, necdum formam recipit. Alter *Capucinorum* structura, ambitu, & dispositione ædificii, & viridarii amœnitate insignis, apud Ecclesiam S. *Mariæ gratiarum* exurgens, ex cæmentis veteris cœnobii in Ecclesia *Sanctissimæ Triadis* ultra milliare in aspero, & non frequentato loco ad solatium fratrum, & devotionem populi translatus.

Sunt sparsim per agrum aliæ Ecclesiæ, sed quæ civiliori cultu & ædificiis perlucent S. *Rochi*, S. *Mariæ de Succursu*, & S. *Mariæ in Oriente*, præter alias destitutas.

Civium politiam plusquàm urbanam propinqua *Romæ* vicinitas illis contulit, quam plebs etiam ipsa, in vestium ornatu, & muliebri cultu concinnè conservat.

Tellus ipsa post inclinationem montium, & partis illius *Apennini* jugis in planitiem se vertit, fœcunda ubertate præ cæteris gaudet; vina tamen ex rigida aëris coactione aspera promit, cum uvarum baccæ ad maturitatem raro perveniant; rident tamen circa colles undique vineta, & viridantium arborum comæ, malorum, pyrorumque fructibus redundantium, sed eadem cæli temperie haud satis jucundis.

Salti amnis cursu infœcunda rigatione madet, cujus unda olera pereunt, ingeniosa tamen civium cultura viridaria lætantur. Cernuntur in apricis collibus nobilium civium sparsim villæ frugum abundantia, & domorum commoditatibus delectabiles.

Cæterùm incommoditas soli industriosa civium mercatura reparata, omni rerum satietate redundat; est illis sicut ad negotium, ità ad scientias capessendas ingenium, unde plurimos in literatorum censura illustres omni tempore peperit. Præsertim *Andream Argolum* Mathematicæ, & Medicinæ professorem, & in Astrologicis demonstrationibus facilè Principem; & in *Patavino* Gymnasio nobile Lycæum aperiens à Serenissimo *Veneto* Senatu Sancti *Marci* stemmate meruit honorari.

Hic Ephemeridas, tabulas primi mobilis, de diebus criticis, & alia complura typis commendavit.

Huic adde *Joannem* ejusdem *Andreæ* filium, cujus *Endimionis* fabulosi amores, *Italico* vulgari metro editi, circumferuntur, cum pluribus aliis ingenii sui monumentis, quæ cap. XI. lib. I. retulimus.

Sunt & alii, qui *Talleacotium* illustrarunt, inter quos celebris est *Franciscus Resta* ex Clericis *Regularibus*, qui *Minores* nuncupantur, *Propertii Restæ* Episcopi, qui de vera, & falsa sapientia scripsit, nepos; cujus opera elucubrata sunt; de variis aëris, aquæ, & ignis impressionibus quæstiones *Romæ* apud *Franciscum Monetam*. 1644. in 4.

Reliqui sunt *Philippus Scaccus*, cujus legitur typis datus Tractatus de Arte Veterinaria, quam *Mescalziam* appellant; nempè ad eos, quos vulgus Marescalcos vocat, pertinente, in quatuor libros divisus, quibus omnes equorum tam interni, quàm externi morbi; signa quibus dignoscuntur, eorumque curationes potionibus aut unctionibus, sanguinisque emissione faciendæ continentur. *Patavii* apud *Petrum Paulum Tozzium*. 1628. in 4.

A *Gaspar Argolus* Consistorialis Advocatus *Romæ*, quem refert *Carolus Cartarus* in suo Syllabo 110.

Hi omnes *Talleacotium* natale solum habentes, eruditi ingenii monimentis patriam illustrarunt. Cùm autem & alii sint, qui alia *Marsorum* loca suis scriptis decorarunt, quos in prædicto cap. XI. libri primi prætermisimus, operæ pretium visi sumus facturi, si hic recenseremus.

Piscinæ decus fuit *Antonius à Piscina* dictus, ex ordine *Minorum* Sancti *Francisci*, cujus meminit tanquam eximii, & omni virtutum genere præclarissimi *Lucas Vadingus* tom. 6. Ann. min. fol. 202. num. 21. floruit anno Domini 1469.

B *Malleanum* verò illustravit *Antonius Casalius* ex ordine *Cælestinorum* Abbas, qui Novam *Hierusalem*, seù Sacram Basilicam *Bononiensem*, opus Historicum, variisque præclaris observationibus refertum, typis mandavit. *Bononiæ* apud *Nicolaum Tibaldinum*. 1637. in 4.

Ex eodem *Malleano* ortus est *Mahometanorum* Malleus, (ut optimè adnotavit *Pompejus Sarnellius* in suis carminibus) nempè *Philippus Guadagnolus* ex ordine Clericorum *Regularium*, *Minorum* nomine, sed virtute Maximorum; Vir cùm morum candore, religiosaque simplicitate, tùm summa veteris, Novique Testamenti, cæterarumque scientiarum eruditione nulli secundus. C Linguas *Hebræam*, *Chaldæam*, *Syriacam*, *Græcam*, & præ cunctis *Arabicam* æquè calluit, atque apud singulas earum Nationes natale solum habuisset, ut testatur de *Arabico* sermone Grammatica *Romanis* typis demandata.

Arabicè quoque reddidit Novum Testamentum *Romæ* similiter excusum. Et *Urbano* inter Summos Pontifices hoc nomine Octavo jubente, composuit, & typis evulgavit, at non in vulgus, librum sanè cælesti sapientia refertum, cujus inscriptio est: Apologia pro Christiana Religione. D *Romæ* typis Sacræ Congregationis de propaganda fide 1631. in 4. In quo scribendo Sancti Spiritus opem præsentem fuisse tenendum est; cum nihil literis commendaverit, quod alicujus viri doctissimi censura ad meliorem sententiam revocandum censeretur. Quinimò tanta perspicuitate, & argumentorum, rationumque efficacia *Mahometis* errores confutavit, ut ejus sequacibus reliquus non fuerit ambigendi locus; nec res de cætero sit, quæ perspicuam veritatem valeat infirmare. Quamobrem factum est, ut ad orientalem plagam, cujus incolæ Satanæ plagis confossi, medelam expetebant, evocatus, tot saluti E restituerit, ut *Urbani* VIII. oraculo innumerabilium animabus medentium laboribus, *Philippi* unius pharmaca præstitisse declaratum fuerit. Idcircò apud se, quòad vixit, detinuit, summis honoribus, licet invitum, remuneraturus; ni Deus *Urbanum* ab urbe ad Cælestem Patriam transtulisset, qui Summus Pontifex dictam Apologiam *Arabicè* scriptam, *Italicè* redditam typis jussit committendam, ut factum est; cum non pateretur, ut non omnibus tanti viri religiosa innotesceret eruditio: cui libro pium omen *Pompejus Sarnellius*, F omnium virtute præditorum amantissimus, fecit hoc carmine, *Horatiana* phrasi concinnato; quod, cum typographorum celeritas in opere prætermiserit, & nonnulli ut proprio usi sint, paucis malè immutatis, ad futuram tàm *Philippi*, quàm *Pompeji*, nobis charissimorum memoriam hic adjecimus:

I Liber felix, nova monstra questos,
Ut leves omni populos timore,
Nec sinas hostes fidei per orbem
Pergere inultos.

Non

Non venenatis gravida sagittis
Indiges Mauri *pharetra, nec arcu,*
Est potis fortes calamus Philippi
Frangere turmas.
Strenuum qui se nimiùm querenti
Reddit ultorem populo fideli;
Dum sui cursu eloquii perenni
Labitur amnis.
Malleum *novit dare* Malleanum,
Quo caput fractus Coluber, docetur
Ut manu Marsus *chelydros, gravique*
Carmine rumpit.
Non tot, excelsas domiturus Alpes,
Grandines armat gelidus Bootes,
Hesperum nec tot comitantur atris
Noctibus ignes.
Quot tibi cedent, monitis nefandi
Qui fidem præstant Mahometis, *omnes*
Namque vincentur, secuturi ovantes
Dogmata Christi.
Dat tibi partes scelus auferendi
Auctor humanæ Dominus salutis,
Perque te fient Mahometis *artes*
Prorsùs inanes.
Nonnè jam cernis calamo fugatus,
Ut plagas plagis foditur per omneis,
Astus haud illum juvat, ut cruenta
Non cadat hasta.
Tu premes sancto domitos triumpho
Impios Turcas Latio *imminentes,*
Atque subjectos Orientis oris
Seras, *&* Indos.
Audies feris habitata Bactris
Claustra doctrinam tenuisse veram,
Audies &, te, dirimi obstinatas,
Judice, lites.
Nullus armento lupus ingeretur,
Deferens dorso tegumen bidentum,
Namque vel prorsus poterit deinceps
Fallere nullum.
Vel Lupus sævos qui acuisse dentes,
Nuper audebat, cupiet Philippi
Recta monstrantis, nova polliceri
Fœdera nutu.
Ad Scythas *tandem liber ito felix,*
In librum multos retulisse vitæ
Liberos technis, validus Barathri
Ritè futurus.
Te librum, fama celebrante, læti
Concinent plausus; vagus, & perennis
Per omneis Rumor referet Philippi
Nomina terras.

Fuit præterea *Philippus* inter suæ ætatis Oratores eloquentissimus, & adeò in dicendo promptus, & expeditus, ut in lycæis, & Ecclesiis nulla prævia dicendorum meditatione, de quacunque re proposita aptè, prudenter, explicatè, & abundanter differeret, & oraret: ita denique ut omnes crederent, non nisi multis antè diebus cogitata dixisse, quæ ex improviso dicebat.

Diem suum clausit extremum Mense Aprili anni 1656. qui fuit ætatis suæ sexagesimus. Mortem ejus lacrymis prosecuti sunt, cùm ejusdem Ordinis *Minorum* Clerici *Regulares*, tùm seculares; iique infulis, & purpura eminentes; nec mæstitiæ signa in vultu æque, atque in animo ipsiusmet *Alexandri* VII. tunc temporis in *Petri* Cathedra sedentis, latere potuerunt.

Quam typorum lucem merebantur Thesaurus, sivè Dictionarium *Arabicum*, Sermones, & alia ejusdem *Philippi* opera, morte prævertente, non obtinuerunt: ut notat *Allacius* in Apes urbanas, fol. 228.

A Reliquum est ut de cæteris *Marsorum* viris illustribus, quorum patria specialiter non adnotatur, & sub *Marsorum* cognomine celebrantur, mentio fiat.

De *Domitio Marso*, Poeta sui ævi præclarissimo, cujus mentionem fecimus pag. 53. non solum locutus est *Martialis*, sed & de altero *Marso* Poeta Epico, ut *Raderus* adnotavit in illis versibus *Martialis* Epigrammaton lib. 22. ad *Pudentem.*

Sæpiùs in libro memoratur Persius *uno,*
Quam levis in tota Marsus Amazonide.

B Ubi *Martialis* videtur locutus de Epico, non de Epigrammatario, quem ipse laudibus extollit; idem & *Giraldus* anteà observarat, ut testatur *Raderus* fol. 317.

Marsus alioqui Epigrammatarius fuit nobilis, quem ipsemet *Martialis* est æmulatus: ut proindè putent aliqui Poetam hic de alio *Marso* Epico locutum, quibus haud repugnarim. Hæc *Giraldus.* Testimonium *Martialis* de *Marso* Epigrammatario cùm nobile sit, non prætermittendum videtur; eum siquidem cum *Virgilio* confert in epigr. 53. lib. 8. ad *Flaccum:*

C *Quid* Varos, Marsos*que loquar, ditataque vatum*
Nomina, magnus erit, quos numerare labor?
Ergo ero Virgilius, *si munera Mecœnatis*
Des mihi? Virgilius *non ero:* Marsus *ero.*

In quorum primo versu notandum est, *Marsos* numero multitudinis proferri, cum duos *Martialis* intelligat.

Anselmus, quem pro *Marsicano*, *Marsicensem* Episcopum dixerunt; cum *Marsicum* sit in Principatu, Prophetias nonnullas scriptas reliquit, quæ typis datæ sunt unà cum illis Abbatis *Joachimi* *Venetiis* apud *Joannem Baptistam Berronem*
D 1600. in 4. qui liber Latinè scriptus, vulgari quoque *Italico* sermone donatus est. De hoc *Anselmo Marsicano*, non *Marsicensi* Episcopo commeminit *Gesn.* in Biblioth. fol. 53. cum explicationibus *Pauli Scalchii* in *Germania* 1570.

Petrus Marsus Canonicus *Romæ* in S. *Laurentii in Damaso*, literarum eruditione conspicuus, typis mandavit.

Orationem à *Petro Marso* habitam in die Ascensionis, de Immortalitate animæ, ad Rev. in Christo Patrem D. *Raphaelem* tit. S. *Georgii* Cardinalem, ac SS. Domini Nostri Papæ Camerarium. *Romæ*. in 4.

E Panegyricum *Innocentio* VIII. dicatum, in memoriam S. *Joannis Baptistæ.*

Orationem habitam in die S. *Stephani* primi Martyris. Panegyricum in memoriam S. *Augustini* Ecclesiæ Doctoris eximii ad Inclytos *Ferdinandum*, & *Elisabeth Hispaniarum* Reges, & alia.

Sepultus est *Romæ* in S. *Laurentii in Damaso*, cum hoc Epitaphio, quod refert *Schraderus* in Monumentis *Italiæ* fol. 104.

PETRO. MARSO
ÆDIS. HVIVS. DIVI. LAVRENTII. CANONICO
VIRO. DOCTISSIMO. INTEGERRIMO
F BONORVM. OMNIVM. HONESTATE
VOTISQVE. EXPETITO.
ASCANIVS. MARSVS. PATRVO. BENEM. P.
VIXIT. ANN. LXX. MENS. II.

CAPUT VII.

De Cliterno, Cliternis*que populis.*

AEqua fortè, ac cæteri *Marsorum* populi, civitatesque *Cliternum*, *Cliterni*que dispendium sustinuerunt; fluunt enim omnia, & in assidua diminutione sunt; sic clarissimæ olim urbes nunc nihil sunt, & quæ nunc maximè superbiunt, eandem aliquando fortunam experientur. Ita excidit *Cliternum*, ut nec signetur locus; quod in *Æquos Ptolem.* lib. III. tab. V. *Æquicolorum Cliternum Carseoli*, & *Plin.* lib. III. cap. XII. *Cliternini*, *Carseolani*, reponunt; eadem quidem censura, qua & cæteri, qui in veteri *Latio* erant, ut distentis finibus ad *Marsos* addictum; postquàm enim nutu *Romanorum* paruit orbis, ut cætera suo arbitrio, sic limites immutarunt, ut veteribus excisis ad *Coculum* usque *Marsorum* extenderent, ita *Cluverius* tom. I. cap. XVI.

At posteà *Romanis* jam cuncta per *Italiam* obtinentibus, limitesque regionibus, & populis pro libitu, arbitrioque suo ponentibus, *Latii* novi fines comprehenduntur: non solum *Volscos*, *Ausones*que ad *Lyrim* usque amnem, & *Marsicum* montem, tùm item *Hernicos*, sed *Æquorum* agri, quantum circa *Anienem* fluit amnem versùs *Sabinos*, atque *Marsos*.

Cliternum itaque hac adjectione *Marsorum* factum est, sed ut locus, ita & fines incerti; cum enim *Tholonii* ripâ *Æqui* à *Marsis* discriminabantur, ultra eum amnem positum, citra dubitationem est, quod moderni *Celanum* in medullio regionis interpretantur, nullo modo *Æquis* junctum, nec ulla ratione ad illos attinuisse conjicitur, antiquum sanè oppidum, & ex *Pauli Marsi* confabulatione à *Marsia Lydo*, in memoriam amissæ *Celenæ*, quem ab *Apolline* victum regnoque pulsum, hùc advenisse volunt, ædificatum. In agro *Carseolano Castaldii* alterius oppidi, & ejusdem *Carseoli* vestigia monstrantur; nulla autem *Cliterni*. Et cum finium dilatatione una cum *Carseolo Marsorum* effectum, in eos connumerari, noster etiam labor erit; & cum ex assertione Geographorum, aliisque per nos actis diligentiis, illius monumenta expiscari minimè potuerimus; eo, quo alii reponunt, reponemus, ex illius quippe ruinis *Celanum* insurrexisse, ut qui *Ptolemæum* interpretarunt, volunt, sic *Volaterranus*.

Carseoli, quod oppidum *Plin.* & *Ptol.* inter *Æquos* ponunt, quæ gens ad *Marsos* pertinebat, simul cum *Castaldio*, quæ sanè omnes interiere, ex horum ruinis erecta sunt nova oppida, *Talleacotium*, *Vicovarum*, & *Celanum*.

Non inusitatum, veterum rudeta novorum ædificiorum cæmenta effici, nec incongruum *Cliternorum* ruinis *Celanum* ab illo haud multum remotum insurrexisse: à principio in aspero ascensu montis *Tini*, inter abdita collium reconditum; unde & illi *Celanum* à celo verbum nomen inditum; etymon enim melius à significatione, quam à fabulis sumi maluimus. Vetus siquidem ab oriente, & occasu, duorum montium juga, quæ illi, in quo residebat, humiliantur, celabant; sed *Federicus* II. Imperator ferro, igneque vastavit, habitatoresque *Siciliam* transfretare coegit; etenim cum *Petrus*, illius Comes, partes *Ottonis Saxoniæ* Ducis in Imperatorem inaugurati, & ab *Innocentio* III. depositi fovisset, ex veteri in *Suevos* Principes odio, ut *Federico* contrairet, *Gualterio Brennæ* Comiti *Frangiginæ*, qui ex juribus *Sibyllæ*, *Tancredi* ex *Normannorum* progenie matris, re-

A gnum *Neapolitanum* vendicare affectabat, vires suas accommodaverit: & ut fœdus, quod cum illo inierat, fortiori vinculo solidaret, nuptias cum *Margarita*, illius nepte, celebravit: etsi *Colennucius Berardo* nupsisse, quem *Petri* filium facit, asseveret; etenim *Gualterius* anno MCXCIX. jura regni perturbabat; tunc, & per insequentes annos *Petrus*, *Berardi* filius, Comitatus *Celani* dominio potiebatur; sic enim in pergameno Instrumento donationis, piscationis in lacu *Fucino*, in serie Episcoporum per nos, & *Ughellium* relato habetur anno MCXCIIX: *Nos Petrus de Celano quondam Berardi Comitis filius* &c. Mortuo
B etiam, ac victo à *Deopaldo* Duce *Gualterio* ab inceptis non destitit; sed in *Saxonis* Ducis confederationem incidit, quem armis, pecunia, & consilio adjuvit, ejusque præcipua industria *Apuliam*, aliasque regiones circa subjecit; & post *Federici* electionem ad *Alemaniam* rediit, ut in fide contineret: invisum ideo novo Imperatori Comitem, qui ex *Sicilia* ad Regnum cum potenti exercitu venerat, illum Comitatu spoliavit, de quo *Innocentii* Fratrem *Thomam* infeudavit, eo ferè tempore, quo & alterum Pontificis ejusdem Fratrem *Soranæ* civitatis ditione cum Comitali titulo nobilitaverat, fuit ille Domini annus MCCVII.
C cum *Innocentius* ad *Fossæ novæ* monasterium solemni consecrationi altaris insisteret, celebraretque divina, inter sacras ceremonias Protonotarius quidam ex *Federici* delegatione *Riccardum* omnium applausu Comitem *Soranum* denunciavit, & cum postmodùm Comites ipsi à *Federico* dissentirent, clamque partes *Ottonis* foventes, plura in Regno machinarentur, in se iram Imperatoris meruerunt, qui, sedatis *Alemaniæ* motibus, sublato jam è vivis *Innocentio*, cum paterni Regni jura tuiturus, *Italiam* repetiisset, solemni pompa, per manus *Honorii* III. Summi Pontificis *Romæ* imperiali diademate coronatus
D cum Regnum intrasset, *Soram* primum expugnavit, & *Riccardum* illius Comitem, vinculis mancipatum *Capuæ* carcere custodiendum mandavit, *Celanum* inde obsidione cingens, cum *Thomas* illius Comes fuga *Romam* se recepisset, incolis in deditionem receptis, & *Siculo* solo addictis, illud funditus diruit; solùm Ecclesiæ S. *Joannis* extra mœnia positæ parcens, omnia ita delevit, ut vix vestigia appareant, & ut nomen etiam perpetuæ oblivioni damnaret, deleto priori, ut *Cæsarea* in posterum desolati oppidi locus appellaretur, præcepit; unde anonymum quendam Poetam cecinisse *Odorisius Rinaldus* in Annalibus refert:

Chron. *Fossæ novæ.*

E

Vires, & nomen Celanum *perdit, & omen*
Fertur Cæsarea, cæsaque facta rea.

Succedente tempore, cum *Honorius* pro illius Comite, quem in urbe receperat, apud Imperatorem intercederet, ut incolis extra mare ad *Siciliam* transvectis reditum indulgeret: paternis suffragiis impetravit, sic tamen ut Comes illius *Thomas* cum sociis, & complicibus perpetuò limine Regni abiret; unde illi postliminio jure
F potiti in hoc unum, ut in commodiorem locum mœnia renovarent, intenderunt; situs apricitate, cæli temperie, dispositione viarum elegantius, cui circà aquarum frigidissimi latices decorem augent; Religiosorum domibus, & Ecclesiarum magnificentia spectabile; item Principis Aula polito lapide ad arcis formam compacta, quadrilateribus turribus, & antemurali munita, quam *Antonius Piccolomineus Amalphiæ* Dux, & illius Comes, *Pii* summi Pontificis nepos, pro dominantium adversùs contumacium motus securitate plantavit;

vit; quo præsidio pluries inhabitantes bellantium impetum eluserunt: apparent modò circa illius agrum nonnullæ militum stationes fossa vallatæ, ubi castra metatus esse *Odettus Fuscius Lautrecius Francisci* II. *Galliarum* Regis copiarum Imperator, cum ad urbis oppressæ præsidium properasset, refertur.

Ad tam magnificum operis apparatum, cui speciosa urbis ædificia invident, manus *Piccolominæus* Dux admovit, cum priscam Comitum Aulam à *Petro* Comite anno MCCCXCII. in Ecclesiam Sancti *Angeli* versam cognovisset; quam, cum insurgerent muri, morte præventus ad apicem adducere minimè potuisset, *Leonellus ab Acclozamora* supremum, ut titulus testatur, lapidem imposuit:

ME. COMPLERE. FECIT. LEONELLVS ACCLOZAMORA. MONACHORVM VITAM. IN. MELIVS. REFORMANTEM ANNO. DOMINI. MCCCCLI.

Illamque latifundiis, redditibusque à *Petro* ditatam, ut ædificiis nobilitaverat, novo addito censu locupletavit. *Cælestinorum* Patrum usibus indulsit; undè illi gratum tumuli monumentum ante aram majorem posuerunt:

LEONELLI. ACCLOZAMORE. COMITIS. REGI ALPHONSO. AB. ARAGONA. IN. ARDVIS FIDELIS. AC. DE. COENOBIO. BENEMERENTI. OSSA. HIC. HVMANTVR.

Ante novum oppidum Ecclesia à B. *Joanne Fulginate*, *Euangelistæ Joanni* sacrata extra mœnia, inter *Aureum Fontem*, *Castrum*que aspicitur; & licet novis ædificiis aucta fuerit, cum devotioni incolarum non responderet, intra septa elegantiori structura veneratur, ubi sacra peraguntur, populusque ad divina vocatur: Canonicorum nobile Collegium, quod Præpositus regit, qui soli quondam *Romano* Pontifici parebat; mitra, & baculo utebatur, & in *Robore*, S. *Potito*, *Ovindole*, & *Circulo* jura quasi Episcopalia dabat, sed à *Matthæo Colle*, lite subacto, *Marsorum* Episcopatui S. *Romanæ* Rotæ judicio parere didicit, cujus tenor talis:

Franciscus Oranus, S. R. A. Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de Dominorum nostrorum coadjutorum concilio pariter, & assensu ferimus in his scriptis, in causa, & causis, quæ primùm coram R. P. *Seraphino*, & successivè R. P. *Gaspare* Vicecomite, nunc Archiepiscopo *Mediolanensi*; & demùm coràm nobis semper in prima inter Reverendissimum D. *Matthæum* Episcopum *Marsorum* ex una, & Reverendum D. Præpositum ac etiam Clerum Terræ *Celani*, de & supra prætensa exemptione ab ordinaria Jurisdictione Episcopi *Marsorum*, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latiùs deductis, dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus Terram *Celani*, totum ejus districtum, & illis Præpositum Ecclesiæ S. *Joannis*, & totum Clerum fuisse, & esse sub ordinaria jurisdictione pro tempore existentis Episcopi *Marsorum*, illique pleno jure diœcesana lege subjectos, & eosdem Præpositum, Clerum, Terram, & districtum ab Episcopo *Marsorum* corrigi, judicari, visitari, & in eos per dictum Episcopum plenariam jurisdictionem exerceri debuisse, & debere, lites, & molestationes, & impedimenta desuper per dictos Præpositum, & Clerum nullas esse, temerarias, indebitas, & iniquas, temerariaque indebita, & iniqua, & de facto præsumptas, & præsumpta, & ab illis præfatum Dominum Reverendissimum Episcopum absolvendum fore & esse, prout absolvimus, eosdemque Præpositum, & Clerum in expensis pro parte Reverendissimi Episcopi in hujusmodi causa legitimè factis condemnamus, quorum taxationem nobis in posterum reservamus.

Et cum non acquievisset Præpositus post tertiam in eundem modum pronunciationem, exequutioni demandata fuit, & absque controversia aliqua liberam jurisdictionem ibidem Episcopi exercent. Retinet tamen Præpositus aliquas dignitatis reliquias; siquidem curam, quæ penes ipsum esse deberet, prout in dominio olim habebat, sic modò ab illa absoluto, per unum ex Canonicis administratur. Functiones autem Parochiales per Præpositum adimplentur. Est ipsa Ecclesia ex insignioribus Collegiatis. Assistunt Præposito octo Canonici, & tres beneficiati, qui titulum singuli, ex ruralibus Ecclesiis, ex quarum redditibus dotem collegium recepit, sumunt; Ad eam Sanctorum *Constantii*, *Simplicii*, & *Victoriani* Martyrum ossa translata ex veteri Ecclesia sunt à loco, quo *Pandulphus* Episcopus reposuerat anno M. LIX. & in Sacello in cornu Euangelii picturis passionem, actaque Martyrum repræsentantibus ornato, summa populorum veneratione coluntur.

Est sacellis, reliquisque ad divinum ministerium necessariis competenter ornata; & propè eam stat sacellum *Montis Pietatis*, & intra septa murorum (quam modò diximus) Ecclesia Archangelo *Michaeli* dicata, Monachorum *Cælestinorum* ex horrido, & inhabibitabili antiquo Cœnobio ad fauces S. *Marci* recedentium à Comitibus *Petro*, & *Leonello* præparatum receptaculum, quod Sanctissimus *Benedictinæ* Religionis instaurator elegerat, ut in securitate disciplinæ in segregatum à consortio locum alumnos suæ insurgentis congregationis contineret; quibus in Priorem D. *Bartholomæum à Transaquis* socium, & arctioris vitæ amatorem dedit; undè primorum Patrum sic sanctimoniæ splendore elucere cœpit, ut fidelium charitatem ad profusam largitionem excitaverit; quorum proventibus Monachorum substantia haud parum crevit; tepescente postmodùm in dies Religiosorum in arctioris vitæ studium desiderio, clementioris cæli aura cupidis displicere cœpit: & suffragantibus restaurati oppidi incolarum votis in novum istud Monasterium descenderunt; parva, & parùm ornata Ecclesia ipsa est, in qua *Jacobus Silverius* Pii II. ex *Laodemia* Sorore Nepos tumulatur cum hac inscriptione:

D. O. M.
IACOBO. SILVERIO. PICCOLOMINEO. TERAMI. PRINCIPI. COMITIQ. BISENNII. S. SECVNDI. ET. TVRRIS MAIORIS. PERPETVO. COMMENDATARIO. GENERIS NOBILITATE. VITÆ. INTEGRITATE DIVINI. HVMANIQ. IVRIS. ET. ALIARVM DISCIPLINARVM. ERVDITIONE. INSIGNI, AC LIBERALITATE. SINGVLARI. QVI. CVM TERAMI IN. MAGNO. CIVIVM. DISSIDIO TVMVLTVQ. SVMMA. CVM. OMNIVM. LAVDE ANNOS. XXVIII. REXISSET. ECCLESIAM MVLTIS. IN. CONCILIO. TRIDENTINO. LABORIBVS. EGREGIE. SVSCEPTIS. NEAPOLI VITA. FVNCTVS. MAGNVM. SVI. DESIDERIVM OMNIBVS. RELIQVIT. VIXIT. AN. LIII. M. VI. D. XV. OBIIT VI. KAL. OCTOBRIS M. D. XLI.
ALEXANDER, SILVERIVS, PICCOLOMINEVS FRATER, ET. EX. TESTAMENTO. HERES HVC. OSSA. REDVCENDA. CVRAVIT, AC. SVA. IMPENSA. MOESTISSIMVS IMPOSVIT,

In

In qua, & *Petiorum* familiæ aliud, quæ nobilitatis stemmata è *Colonia Agrippina* deducit:

VITÆ. LARGITORI. DEO
DVM. SPIRITVS. IN. SVPERIS. VT. TVMVLATA
SVIS. POSTERVMQ. SVORVM. CORPORA
QVIESCANT. HIC. PROPE. ALTARE. AB. IPSIS.
ERECTVM. DECORATVM. ET. DOTATVM
INDICVS. ET. FRANCISCVS.
ALEXANDER. DE. PETIO. V. I. D. QVOS. BARO. MVTIVS. EX. VTROQ. PARENTE. PARTHENOPEO. ANGELO. E. VETVSTA. PETTIA COLONIA. GENTE. ET. IOANNA. CORRIALI ANTIQVORVM. COMITVM. TERRÆ. NOVÆ PROCREATVS. AMALPHIÆ. DVCIBVS. APPRIME. CARVS. CELANI. EX. VXORE. OLIMPIA SILVERIA. PICCOLOMINEA. DE. SODERINIS NATIONE. HETRVSCA. RELIQVIT. IMMVTATIONEM. MELIOREM. IN. DOMINO. EXPECTANTES ANNO. SALVTIS. M. DC. XXXV.

In quo & S. *Francisci Minorum Conventualium* Conventus elucet, à *Rogerio* Comite in *Seraphici* ipsius Sancti honorem erectus, ut pergamenum his locis exaratum docet:

Anno Domini MCCLVI. die XXI. mensis Aprilis III. Indictione hora quasi vespertina, Illustris Vir, & potens *Rogerius Celani* Comes fecit fundari Ecclesiam B. *Francisci* juxtà *Castrum Celani*, & ipse primus fuit, qui posuit primum lapidem in fundamento ipsius Ecclesiæ, ad Dei honorem, & ipsius Sancti laudem.

Qui *Rogerius* illius militis filius creditus, cui *Seraphicus* ipse Pater hospitio receptus, inter epulas vicinam mortem prædixit; undè paulò post inter ipsius Sancti brachia animam ad Cælum transmisit.

Chron. lib. I. cap. 93. fol. 175.

Ex quo quidem *Rogerio* succedente seculo, alter *Rogerius* pietate par, religione illustrior, & in *Seraphicum* Ordinem propensior fluxit; qui alumnus illius effectus sacrum habitum sumpsit, spiritum Domino reddens in Ecclesia sub invocatione ipsius *Seraphici* Patriarchæ in oppido *Castriveteris*, in *Subæquo*, *Conventualium* cætui addicta tumulatur, cujus obitus dies in libro ipsius Ecclesiæ his notis signatur:

III. Kal. Martii anno M. CCC. LXXXXIII. obiit magnificus Vir *Rogerius*, *Celani* Comes, indelendæ memoriæ, in *Castro Galliani*, decimæ indictionis, luna octava, sistente in signo cancri, paucis post horam nonam in die Mercurii.

Extra mœnia, parùm longè à veteri S. *Joannis* Templo, Virgini Immaculatæ Dei Matri *de Valle viridi* dicto, dicatum aliud cum Conventu *Minorum Observantium* strictioris reformationis cernitur, laticibus, pomorumque varietate delectabile. Ecclesia picturis ornata, & in confessione subtùs gradus aræ maximæ Sacellum Dominorum *Silveriorum*, & *Bernardini Surrentini* Archiepiscopi monumentum, mira picturarum varietate ornatum conservatur.

D. O. M.
BERARDINI. ARCHIEPISCOPI. SVRRENTINI QVI. GENVS. E. TVSCA. SILVERIORVM PICCOLOMINEORVM. FAMILIA. CLARVM. ANIMI. INNOCENTIA. DIGNITATE. PONTIFICIA. DELATVMQ. A. PAVLO. III. SVPREMVM. DOMVS. MAGISTRATVM. MODESTIA. ORNAVIT. ATQ. INGENTI. BONORVM. OMNIVM MOERORE. QVINQVAGENARIVS. SANCTISSIME. OBIIT. CORPVS. AB. VRBE. IOANNES CAROLVS. SILVERII. FRATER. AMANTISS. AC. EIVS. TESTAMENTO. OBSEQVEN. IVSSV ALLATVM. ET. SINE. POMPA. VT. VIDES. HIC QVIESCIT. ANNO. MDII.

A Indici *Piccolominei Amalphiæ* Ducis IV. & *Celani* Comitis pietatis opus; qui, quod habebat in deliciis viridarium, ut recreationi, & corporis quieti vacaret, mundanis illecebris spretis, cælestium recreationi, & æternæ tranquillitati dicavit; ut illic Spiritus Sancti dulcedine pasceretur, ubi priùs voluptatibus, & delectabili esca corpus reficiebatur; nec ardens in Deum amor, nec in servorum ejus charitatis obsequium hic stetit, sed majora animo concipiens, alium propè mœnia delectabilem hortum S. *Mariæ de Monte Carmelo*, fratribus ordinis ab eodem Monte dictis sacravit; lucumque non longè ad æstivum solis ortum, ubi feras venatui reseratas conservabat, *Capuccinorum* Fratribus attribuit; perpetuoque censu omnes (quibus Religionis votum non contradicit) ditavit, qui & voluntariæ paupertati se addixerunt, ut continua eleemosinarum largitate necessaria suppeditarentur, suo testamento jussit.

B

Castrum ipsum tot familiarum nobilium numero, & Ecclesiarum multiplicitate insignitum, Comitali titulo decoratum, Regionis Principatum tenet; cujus ager ex fontis aurei laticibus irriguus Cerealium ferax, pomorumque electorum abundantia ex omni genere dives; nisi quod vina haud reddit, sed quæ nutrit suavia.

C

Mons ipse *Tinus*, qui aureus vocatur, nudum sinum ostendit, nulloque frutice adumbratur, sed cum inclinatur ad æstivum ortum, sterilitatem herbarum copia rependit. Ibi in vertice dilatatur in planitiem, rupibus undique cinctam, in qua viridia rident prata, limpidissimis fontibus fœcundata, ubi absque Pastore vagatur Equorum numerosa caterva, cum rupes sint pro mœniis; feraque insuper claudatur, à natura formatum præsepium; ubi supra biscentum æstivo tempore vagantur ad pascua; avulsus tamen, scissusque est in medio, sivè eo terræ motu (ut fertur) quo in Redemptoris humani generis morte, petræ scissæ sunt; sivè alio nescitur. Ex angustis illis, opacisque faucibus torrens præcipitatur ad lacum, & in summo illarum apice S. *Marci* à B. *Joanne Fulginate*, ut creditur, constructa Ecclesia est, juxtà quam veteris oppidi vestigia, quod *la Foce* vocabatur, ut in registro: *Focem in* Marsis, *quod est feudum IV. militum*, adhuc permanent.

D

Gloriatur, præter cætera, B. *Thomæ à Celano* Fratrum *Minorum* nativitate, qui vitam *Seraphici* Patriarchæ sermone polito dictasse primùm in conformitatibus ipsius regulæ narratur; ac tres sequentias, quarum una est, quæ à Catholica Ecclesia in agendis mortuorum decantatur; cujus corpus *Talleacotii*, ut diximus, veneratur.

E

Quæ priscæ Præposituræ ditioni suberant oppida, ad æstivum Solis ortum *Valeriensibus* contermina, antequàm *Apennini* partem ascendamus, numerabimus; & primùm *Agellum* in summitate collis occurrit, parvum, sed Virorum illustrium, quos peperit, fama notum. Peperit enim *Gentilem Marsorum* Episcopum, & D. *Petrum Jannetellam S. Angeli de Lombardis*, qui fuit unus ex Episcopis, qui *Amico Agnifilo* S. R. E. Cardinali, in Episcopum *Aquilanum* inaugurato, & in propria sede munus consecrationis contulerunt. Dignissimus Antistes à duobus aliis comitatus, qui supremas *Cælestinorum* Ordinis infulas susceperunt; etsi non dignitatis, gloriæ tamen æquales, horum primus D. *Petrus de Agellis*, alterius *Petri Capocciti*, ex sorore Nepos, quem plus propria virtus, quam Patrui merita ornarunt. Is *Gallis* Monachis conquerentibus ejectos Monachos à *Gallo* Generali Abbate, à *Romano* recipi, eaque de causa apud Sanctam Sedem, ne eorum Provin-

Agellum.

F

vincia *Italico* Abbati obediret efflagitantibus, toto conatu sic repressit, ut à supremo sacro purpuratorum Senatu sententia reportarit: ut æquè *Itali*, & *Galli* obedientiam *Italo* Abbati præstarent, illiusque subessent imperio; utrique deinceps Provinciæ jura dedit, & senex munere Generalatus expleto, vitam cum morte commutavit, & *Aquilæ* in Ecclesia S. *Mariæ Collismadii*, ubi spiritum Deo reddiderat, die XIII. Novembris M. DC. VI. sepulturam recepit.

Alter morum suavitate, regulari disciplina, rerumque agendarum industria, non illi secundus *Franciscus de Agellis*, ex *Macerola*, primaria loci familia; qui cum anno M. DC. XIV. ea solertia, & vigilantia pastorale munus exercuerit, ut animi illius dotes, quibus præerat, ita toti Religioni innotescerent, ut secundo omnium Patrum assensu *Romæ* anno M. DC. XXXVI. meruit cooptari, & cum fascibus vitam pariter deposuit, & *Aquilæ* in eadem Ecclesia novissimum expectat diem.

Fruitur collis, in quo jacet, meridionali lacus aura, undè oleastris, variisque pomorum arboribus totus vestitur; quorum fructus, & vina suavitate plurima redolent, reliquus autem ager ad lacum usque extensus Cerere lætatur plurima: Geographis (ut ferè reliqua circùm loca) parùm notum: cùm nec vetustate, nec alia singularitate notetur: ex reliquiis, ut creditur, *Valeriæ* excitatum; quod notæ in *Campana* Ecclesiæ Sanctissimæ *Trinitatis* (quæ Matrix illi est, & à Præposito, cui sex parent Canonici, regitur) insinuant; circa quam sic literis exprimitur. *Campanam hanc fieri fecit populus civitatis* Marsorum *A. M. CCC. I.* habet rurales Ecclesias S. *Mariæ*, S. *Pancratii*, Sancti *Petri*, Sancti *Nicolai*, & Sanctæ *Christinæ*.

Progrediendo ad II. M. P. cum inclinatur collis in planitiem, *Circulus* & parvum ipsum oppidum interjacet, cujus incolæ, ut antiquentur, fabulosam à *Circe* prosapiam se habere jactant; cum ex ruinis *Cerfeniæ*, seù *Valeriæ* provenerint. Centum ferè familiæ, quas alit in Ecclesia S. *Mariæ*, sub cura Archipresbyteri, cui quatuor astant Canonici, adunantur. Nuperrimè Sanctissimi Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris *Augustini* regularem disciplinam dilabentem ad veterem normam revocatam observantes fratres, sub *Discalceatorum* nuncupatione, in frequentato propè oppidi loco elegans conventus erectus est, sub Sanctissimæ *Mariæ* Virginis patrocinio. — *Circhio.*

Ornamenti non parum ei contulerunt unus, alterque D. *Petrus Capoccittus* ad apicem Generalatus *Cælestinorum* evecti, quorum prior cum *Siponti* Abbas eo tempore esset, quo Cardinalis *de Monte* Archiepiscopalem sedem tenebat, ubi ad summi Pontificatus Cathedram ille ascendit; ut quam de Abbate conceperat, ex continua familiaritate, existimationem, & observantiam regularis disciplinæ, aliasque animi dotes, haud in obscuro jacere permisit; sed suo imperio, ut totius Religionis pastoralem virgam susciperet, Patribus subitò demandavit, anno M. DC. II. Eoque munere feliciter expleto, senectute plenus, octogenarius ad Patres applicuit, die V. Novembris M. D. LXVI. & in Ecclesia *Sancti Spiritus ad Murronem* tumulatur. Alter, & illi Nepos, patruelis virtutes æmulatus, sic toti religiosorum ordini virtutum splendore, prudentia, vigilantia, & omnium penè scientiarum notitia resplenduit, ut per varios officiorum gradus ad supremum non semel; sed quartò ascendere singulari munere meruerit; in eoque pastoralis officii sollicitudinibus sic se totum dedit, ut depravata novis constitutionibus emandaret, & severitate corrupta re-

A staurare decreverit; quibus editis nomen *Cælestinorum* reformatoris est adeptus: eandemque suam Religionem ære alieno oppressam, non solum liberavit; sed in futuros usus plurimam pecuniam accumulavit. Monasterium S. *Eusebii* de urbe, temporis diuturnitate fatiscens, à fundamentis renovavit; & cum quinquagesimum octavum annum complesset, fama, & virtutibus clarus, anno M. D. LXXXVI. *Barlettæ* in *Apulia* è vivis ereptus, ad Ecclesiam *Sancti Spiritus in Murrone*, in sacello paulò ante ab ipso erecto, à D. *Donato Lantona Tarentino*, qui in pastorali officio octavo

B successerat, XVI. Kal Februarii anno M. D. XCVI. translatus.

Jam rivum *Gambarorum*, qui post oppidum labitur, & alterius qui finem Diœcesi ponit, nuncupatione affinem, quo *Celanensis* Præpositus suam tuebatur ditionem, offendimus; pariterque *Cliternorum* ex ista parte fines tetigimus; jamque undè discessimus, recurramus oportet.

Igitur, relicto *Celano*, ad occasum versus, cùm montes incipiunt, II. M. transactis P. S. *Appetitus*, oppidulum in ascensu ostenditur, cui adjacet vallecula, per quam torrens discurrit; quo trans- — *S. Appetitus.*

C acto in viridi curvatur collium locus, in quo *Lucius Verus* Imperator æstivasse, ut Medicorum consilio à lippitudine oculorum cæli illius beneficio sanaretur: domumque (cujus parvæ reliquiæ apparent) extruxisse narratur. Ibidem fons scatet, qui annorum ordine revoluto, in sinu terræ nescius serpit; resurgere autem, & emanare super terram, semper in pervigilio S. *Jacobi* contigisse observatum.

Non abhinc M. P. inter colles, S. *Eugeniæ* ignobile & ipsum oppidum, cujus Ecclesia Parochialis S. *Maria* nuncupatur. — *S. Eugenia, id est Iona.*

Insurgunt exindè asperrimi Montes, qui proceritate cum cæteris altissimis *Italiæ* contendunt;

D inter *Marsos*, *Vestinosque* ad meridiem positi, ad quorum asperum ascensum fauces aperiuntur ad *Ovindole* oppidum III. M. P. à S. *Eugenia*, parvum, & agreste, sed habitatoribus repletum: post quod brachia hinc inde extendentes humiliantur in planitiem VII. M. P. longitudine, sed latitudine imparem; undique præcelsioribus, qui suprà illas extenduntur, vallatam, in theatri penè formam, & qui cæteris cacumine dominantur, supra Roccam *Cambiensem* excelsior *Italiæ* vertex fertur; in cujus eminentiori parte septem insurgunt fontes, quorum rivuli non multùm serpentes, iterùm in sinu terræ conduntur; undè loci — *Ovindole.*

E nomen hodiè *Septifontes*, ut conveniens forsitan sit, *Aboriginum* temporibus, à *Septemaquensibus* habitam regionem ipsam fuisse: de quibus relatus *Halicarnassæus*, cum de *Issa* insula loquitur, dicit: distans quadragesimo stadio à *Septemaquis*, quæ ita vocantur; Et licet stadiorum numerus non consentiat, nominis tamen similitudo suadet. Sunt enim ab *Issa* insula (quam modò *Ortucchiam* vocamus à fontium productione) XX. M. P. sed facilè in numerorum positione error incidit; cum in regione nullus, qui veteri nuncupationi adaptari possit, sit locus: exciderintque oppida, quæ

F interjacent. Cùm incolæ ipsi priscam, quam ex Avorum schola didicerant, vivendi formam, vicos incolentes, & greges pascentes retinuerint; donec *Forconii Vestinorum* nobilis civitatis excidio replerentur; & qui dispersi passim erant in vicos simul coëuntes, oppidorum, quæ modò non ingrata permanent, exordia fecerint, fuit *Forconium* præclarissima, & præpotens urbs ab *Amiternis* civibus ædificata, postquam *L. Sylla* eorum urbem devastarat; & quam anteà *S. P. Cornelius* Cos. cum bellum adversùs *Samnites* adiret, vi cepisse à *Livio* lib. X. refertur. — *Forconium.* — *Livius.*

Amiternum oppidum de *Samnitibus* vi cepit: cæsa ibi millia hominum duo ferè, atque octingenti: capta quatuor millia ducenti septuaginta. Ex hoc occisorum, captivorumque numero, quale vetustissimæ, & nobilissimæ civitatis *Amiterni* fastigium fuerit, facilè dignoscitur. Viris semper ingenio ad omnia versatili, omnibusque exercitationibus apto ditissima. Undè tam ad forenses contentiones, ut CRISPUM SALLUSTIUM eloquentiæ facilè Principem, quàm ad militares congressus plures edidit, ut *Virgilius* VII. *Æn.* cecinit:

Petr. Crin. de Historicis, & Orat. *Latin.*

Una ingens *Amiterna* cohors, priscique *Quirites*.

In cujus hæreditatis partem *Forconium*, seu *Forum Conii* successit; cùm Victoris iram cives effugientes, illuc advolarunt; ubi prima nova extruenda civitatis fundamenta jecerunt.

Montem istum, in extrema parte positum, ad *Marsorum* provinciam pertinuisse *Leo Ostiensis* asserit; cum *Ottonem* III. Imperatorem in Monte *Cædici*, qui apud *Marsos* est, moratum fuisse testetur.

Ostiens. lib. II. cap. 4.

Qualis autem Mons *Cædicus* appelletur, ex registro Baronum dignoscitur; cùm *Berardus de Colinireo Roccæ de Cædice*, & *Barilis* possessor recenseatur. Quæ oppida *Innocentius* III. Episcopo *Forconensi* tribuit, in descensu propè *Ocram* oppidum.

Regist. fol. 127.

Robur.

P. II. M. ab *Ovindole Robur*, parvum oppidum, in radice collis, qui planiciem transversat, positum; Sanctorum Martyrum *Victoris*, *Stephani*, & *Joannis* recessu notum, qui in antro non multum ab hinc propè lacum *Alteum* sævientis in Christi amatores persequutoris gladium effugientes latitarunt; sub una tantum Parochia intra mœnia, in Ecclesia Apostolo *Petro* dicata populus illius adunatur; etsi cui onus incumbit, dignitatis Abbatialis titulum à S. *Maria*, quæ extra mœnia est, sumat.

Ad tutelam vallis tres turres, quæ communi vocabulo *Roccæ* appellantur, in tribus angularibus pendicibus æquali inter se calamo distantes, fortia incolentium munimenta priscorum accurata prudentia erexerat; ut qui circà vagi, sparsim agrum colebant, illarum præsidio ab invadentium incursibus tuerentur; earum una, quæ ædificiorum structura cæteris præstabat; fortè quia sylvis quercorum consita, *Robur* nominarunt. Apparet modò semidirutum fortilitium angularibus propugnaculis munitum, supra oppidum, quod nomen adhuc retinere retulimus.

Rocca de Medio.

Altera, quæ inter medium erat ab hinc II. M. P. *Rocca de Medio* dicta, in cujus locum *Turris Campanaria* post Collegiatam successit, magnifico opere polito lapide extructa, sacellis, & supellectili sacra ornata à Cardinali *Agnifilo*, laqueareo ex ligno inciso, picturis ornato, & ante aræ maximæ gradus, crate ferrea miro artificio confecta, decorata, cui Sacerdotum numerosum, & receptitium Collegium diurno operi assistit, sub regimine Præpositi, qui curam animarum exercet, non ætate longævum; nam *Innocentius* Pontifex, qui finem *Aquilanæ* Diæcesis rivum *Gammarum* ponit, *Ocre*, *Poarile*, *Fossa*, & *Rocca de Cædici* oppida in hac parte Regionis solùm recenset; nec ante id tempus, scilicet anni Domini M. CC. IV. quo Pontificatum rexit, erant; sed ex dissipatis Vicis exactis seculis, in aspero illo situ adunatum, ex frigida, sed felici cæli temperie, in omni disciplinarum genere præclaros, eminentesque Viros progenuit, qui nobilioribus *Aquilanæ* civitatis familiis Patres fuerunt; siquidem *Amicus Agnifilus* Sacrorum Canonum scientia illustris inde genitus, purpura donatus, *Aquilanam* Cathedram rexit; quem *Franciscus Nepos*, in Episcopatu successor, est imitatus. Hinc etiam Rusticorum progenies, quæ vetustiora principia jactat, & ab urbe antiquorum imagines fluxisse ostendit, peperitque inter cæteros *Josephum* Eminentissimum Jureconsultum, qui tractatum singularem, an filii in conditione positi vocentur, & de utraque conditione, si sine liberis decesserit, ad *l. cum Avus*, *ff. de condit. & demonstrat.* prælo dedit; pluraque alia juris nodosa, immatura decoxit, quæ morte præventus reliquit; quem *Franciscus Vivius*, *Camillus Barellus*, *Antonius Thesaurus*, & *Joannes Viventius Hondedei* commendant.

Et nonnullæ aliæ familiæ, quæ non infimum locum in civitate tenent, & aliæ non in ordinem redactæ.

Mœnibus, turribusque præsidiorum, quod cum *Braccius* numeroso comitatu adoriretur, & obsidione cingeret; nec agressionibus superare, nec civium animos timore sternere valuit; & postquam incassum mœnia transcendere, & bombardarum pilis rimam facere tentasset; videretque cives imperterritos, omnia spernere, eorum constantiam, & vires admiratus obsidione exemit, liberosque *Medianos* cives à belli tumultu reliquit; at non sic strenuus Dux *Fabritius Columna*, non minùs propria virtute, quam nobilissimæ familiæ stemmate clarus, cùm pro *Carolo* VIII. *Gallorum* Rege à *Fracasso Sanseverino* teneretur, in fide regia haud multo effuso sanguine recepit.

Angelus Fonticulanus de bello *Braccensi* apud *Vivium* lib. I. opti. 203.

In eo, qui ex adverso opponitur mons, occasum versus II. M. P. ad radices *Rocca Cambiensis*, nec tam munitum, nec tam numerosum incolarum conventu oppidum jacet; quondam *Subæquanæ* ditionis; sed cum *Aquilanus* Comitatus inter *Subæquos Secenarii* oppidi jure potiretur, quo facilius continuaretur possessio, communicatione alter alterum accepit.

Rocca di Cambio.

Eadem ætate, qua *Rocca de Medio* gaudet, Geographis, ut cætera circà loca penitùs incognitum, ex sparsim circa vicis adunatum, quorum præcipuus ille fuit, in quo S. *Luciæ* templum in viæ transitu modo videtur. *Frussemas*, antiquum oppidum suspicatum, quod in viæ *Valeriæ* tractu ab *Alba ad Amiternum* in tabula itineraria signatur XVIII. M. P. ab *Alba* dissitum, & tot ferè templum modò distat, quod est titulus Abbatis Parochialis; licèt ob incolarum translationem cura in Ecclesia S. *Petri* in superiore parte oppidi, in veteri turri erecta, exerceatur.

Exactis deindè III. M. P. ad ortum post utrasque *Roccas* in limite ferè *Tenimenti*, oppidulum *Terræ nigræ* apparet, nigrorum Monachorum quondam Monasterium, à quibus nomen, quod retinet, accepit; & illis subactis, Illustrissimi ordinis *Equitum Hospitalarium* S. *Joannis Hierosolymitani* in commendam cessit; & auctis incolis factum est oppidum, cujus in spiritualibus cura per Parochum *à Commendatario Electo* administratur.

Terra nigra.

Istorum oppidorum incolæ cum frigore plurimo hyeme premantur, urbem, aliaque loca, ut hortificiis, & terræ culturæ necessaria domi parent, petunt; infelix sanè eorum ager, nec poma, aliorumque fructuum genus producit; supplent necessitatibus ovium, vaccarumque gregum emolumenta; siquidem qui *Ovindole*, & *Robur* incolunt, pecorum curæ incumbunt, & frigescente anno ad læta *Apuliæ* pascua conducentes, divitias sibi parant; & qui *Roccas* incolunt, numerosa Vaccarum præsepia pascunt. In plano inter montes jacente,

te, ex liquefactis nivibus insurgit lacus, qui æstate minoratur, & ne excrescat, per cæcos meatus viam sibi aperuit in viscera montium; & propè *Stiffium* oppidum, in flumen perenne ruit, *Aterno*que jungitur.

Barile. Rocca Cædici. Post recensita oppida, cum inclinantur montes in descensum III. M. P. à *Rocca de medio* post vicum, *la Fonte d'Avignone*, *Barilis* oppidi; & in tumulo propè in eodem monte elevato *Roccæ Cædici* vestigia apparent; pro quibus *Bernardus de Colinirco* militare subsidium in sacro bello spopondit, & *Innocentius* intra limites *Forconensis* Diœcesis ponit.

Registro, fol. 217. *Issiam* cum Ecclesiis, & pertinentiis suis, *Barile* cum Ecclesiis, & pertinentiis suis, *Rocca*, & *Cædicium* cum Ecclesiis, & pertinentiis suis, *Roccam Ottoniensem*, & *Fossam*.

Ocre. Fossa. Quæ ex *Leone Ostiensi* in Chronicis ad *Marsos* pertinere retulimus; quibus ad occasum *Ocre* in pluribus pagis divisa universitas & *Fossa* oppidum interjacent II. M. P. inter se distantes; inter quorum medium *Cistercienses* familiæ Prioribus sumptuoso opere fabricatum, sub Sancti Spiritus invocatione Monasterium amplum jacet, sed temporis incommoda jam sentiens à *Berardo de Ocra Albæ*, & *Barilium* Comite, proprio ære erectum, dotatumque, ut instrumento ex Archivio depromto monstratur:

In nomine Æterni Domini. Amen.

ANno Incarnationis ejus millesimo, ducentesimo, vigesimo secundo, mense Novembris, indictionis decimæ, tempore Domini *Honorii* Papæ Tertii; Regnante Domino *Federico* Dei gratia inclyto *Romanorum* semper Augusto, & Illustrissimo Rege *Siciliæ* feliciter. Nos *Bernardus de Ocra*, Dei, & imperiali gratia Comes *Albæ*, & *Barilium*, una cum Domina matre nostra *Realda de Ocra*, divino lumine inspirati, ut felicitatis gratiæ participes effici mereremur, omnipotentis Dei, resurrectionis futuræ benedictionem merentes à Deo promissam pro præsenti considerantes, ut veniam peccatorum nostrorum consequi, de ipsius felicitatis gratia participes effici mereremur, omnipotenti Deo aliquid de bonis, à Deo nobis concessis, piè offerre proposuimus. Ne igitur humanæ fragilitatis illicita suasione pro sublato proposito retributio subtrahatur, æternæ sanctæ operationis propositum festinanter ad effectum debere produci. Et quia Sancta Mater Ecclesia quotidiè filios parturit, & congregatio fidelium jungitur, augmentatur, & crescit, præcipuum beatitudinis opus fore elegimus, tùm ad locum ad novam Ecclesiam sub Religionis *Cistercienfium* dogmate construendam invenire, & ad ipsius constructionem, & perpetuam sustentationem taliter providere, quod fratres ibidem convenientes digne Deo servire, ac jejuniis, & orationibus devotissimè vacare; necnon pro Christianorum delictis, Domini misericordiam assiduè valeant implorare. Ea propter præsenti scripti donatione duximus declarandum, quod bona, & spontanea nostra voluntate, ob reverentiam Domini nostri *Jesu Christi*, & Gloriosæ Genitricis ejus Virginis *Mariæ*, pro salute animarum Domini *Ferdinandi* Dei Gratia Illustrissimi *Romanorum* Imperatoris semper augusti, & gloriosissimi Regis *Siciliæ*, & Dominæ *Constantiæ* eadem gratia Serenissimæ Imperatricis semper Augustissimæ, & Excellentissimæ Reginæ *Siciliæ*, & Domini *Henrici Romanorum* Regis magnificentissimi, eorum filii, & remissionem peccatorum suorum; pro animabus Domini *Berardi* A *de Ocra*, & Dominæ *Realdæ* matris ejus, parentum nostrorum, & Dominæ Comitissæ *Sybillæ* uxoris nostræ, & omnibus filiis, & consanguineis nostris, in manus Fratris *Placidi de Vena Ocrensis* offerimus omnipotenti Deo; damusque, atque concedimus, & irrevocabiliter tradimus, & confirmamus in pura Eleemosina, & oblatione locum, qui vocatur *Prætula* in *Forconensi* Territorio, & in Territorio *Ocrensi* ad Ecclesiam in honorem Dei, & Beatæ *Mariæ* Virginis construendam, sub Religione *Cisterciensis* Ordinis Abbatiam ordinandam, cui *Sanctus Spiritus* nomen impositum est. B In qua nihil juris, seù dominii, nobis, vel hæredibus, & successoribus nostris reservamus; sed ut quietè, & liberè Deo servire, ac devotè jejuniis, atque orationibus ibi conversantes vacare, & pro eorum delictis veniam valeant à Deo postulare, & à perversorum hominum improbitate nos, & hæredes nostros rationabiliter tueri proponimus. Ad hæc itaque Monasterium, & perpetuam sustentationem, quæ in ipso loco præsentiarum sunt tradita, talibus finibus denotatur. A superiori parte *Prætulæ*, via, quæ dicitur *Cacconaria*, posita per transversum rectè ascendendo per traginale majus, usque ad C cacumen ipsius traginalis rectè per strimiam montis, sicut aqua pendet ex hac parte, & usque ad confinia, quæ sunt in Territorio *Castri de Ocra*, & Territorio *Castri Barilis*, & descendit usque ad terram *Donati*, & *Bernardini de Amicone*, & ad Terram *Lauræ Petri Joannis Roberti*. Concedimus insuper prædicto Monasterio omnia infrascripta confinia, nunc, & in futurum existentia, quantum ad jus, & Dominium nostrum spectat; Terras scilicet cultas, & incultas, cum vineis, & arboribus fructiferis, & infructiferis, sylvis, & pascuis, aquis, aquarum decursibus, & cum D omnibus, quæ infrà se habent, vel habere poterunt, cum introitibus, & exitibus, & omnibus utilitatibus suis. Ad habendum, tenendum, laborandum, eo jure proprietatis perpetuo possidendaque, & absque aliqua nostra, & hæredum, & successorum nostrorum contradictione secundùm Cistercienſem Regulam ædificandum in domibus, molendinis, fullonibus, & aliis, quæ in futurum habuerint. Damus etiam, & concedimus supradicto Monasterio pro nobis, nostrisque hæredibus, & successoribus in perpetuum plenam libertatem, & ab omnibus servitutibus, oneribus, & gravaminibus illud immune esse statuimus; E concedentes, & firmam authoritatem præstantes, ut quicumque nostrorum hæredum, de bonis suis stabilibus prænominato Monasterio vendere, aut donare, sivè pro animarum salute, sivè pro temporali præmio, aliquo modo voluerit offerre, absque nostra, vel nostrorum hæredum, & successorum contradictione, liberam exindè habent potestatem, tàm in Terra *Demanii*, quam in Terra servitii nostri secundùm consuetudinem illius Terræ, in qua donatio, sivè venditio fiet, in mobilibus recipiatis, secundum consuetudinem Monasterii *Cisterciensis* ordinis, prædicti Monasterii liberam potestatem habere sancimus, F ac statuimus, & ordinamus firmiter inhibentes, ut medium milliare propè Monasterium ipsius, nulla nova secularis habitatio fiat; animalia quidem prædicti Monasterii, & homines ipsius, ubicumque per nostram terram ad commodum Monasterii liberum aditum, atque reditum habeant, & consueta pascua, & ligna suscipiant, sine alicujus contradictione tàm in montibus, quàm in planis, & aliis locis, pascuis, & sylvis. Insuper concedimus, & firmiter ordinamus, ut omnia præscripta in dicto Monasterio exhibita, & quæ in

in antea illi, sivè pro temporali, sivè pro spirituali retributione, data fuerint secundùm præscriptam libertatem, atque ordinationem liberè habeat, & quieto jure possideat, cum omnibus conditionibus, & utilitatibus, justitiis, & rationibus suis. Itaque nos neque hæredes, & successores nostri exindè ipsum audeant molestare, vel ei modo quomodolibet contradicere.

Quicumque autem nostrorum hæredum hanc nostræ oblationis, donationis, & concessionis paginam ausu temerario refringere, aut molestare tentaverit, pœnam L. librarum auri se noverit incursurum, medietatem cameræ nostræ, & reliqua prædicto Monasterio exhibiturum. Si autem nos, aut hæredes nostri, & successores nostri eam modo quomodolibet infringere, aut illicitè molestare tentaverimus, in pœnam centum librarum auri nos incursuros voluntariè obligamus, medietatem Imperiali magnitudini, & alteram medietatem prædicto Monasterio soluturos, & pœna soluta, hæc nostra oblatio, atque donatio semper firma, & licita remaneat: ut omnia scripta in posterum possint firma, & inviolabilia jugiter permanere; præsentem per manus *Fortis Brachii* nostri judicis, & Notarii ad futuram memoriam conscribi, & testibus roborari jussimus, & sigillo nostro muniri.

Locus † Sigilli.

Testes rogati sunt infrascripti:

Dominus Bernardinus *Conrogatus testis.*
Dominus Raynaldus Siginulphi *rogatus testis.*
D. Joannes Petrutii *rogatus testis.*
D. Thadæus Adelphi *rogatus testis.*
D. Joannes de Paganica *rogatus testis.*
D. Matthæus Bonutii *rogatus testis.*
D. Paulus de Paganica *rogatus testis.*
D. Raynaldus de Bariliis *rogatus testis.*
Presbyter Raynaldus Agovinus *rogatus testis.*
Notarius Petrus de Asculo *rogatus testis.*
Frater Joannes Gualterius *rogatus testis.*
Maximus Vaina *rogatus testis.*
Petrus de Calursia *rogatus testis.*
Joannes Laurentius Tarudo *rogatus testis.*

Fortis Brachii Judex, & Notarius Domini Comitis *Bernardi de Albis*, & *Barilii* præcepto ipsius Domini Comitis, hoc scriptum propria manu scripsi, & signavi.

Locus † Signi.

Extracta est præsens copia per manum mei Notarii *Cæsaris de Giptiis* de civitate *Aquila* ab ejus originali veteri de verbo ad verbum, prout jacet, quod conservatur penès Rev. D. *Rosatum Riocci de Castro Ocre*, ad præsens Priorem Venerabilis Abbatiæ *S. Spiritus de Ocra*, & per me prædictum Notarium de præsenti anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo, facta cum originali diligenti collatione; in quorum fidem, & testimonium præsentem fidem feci, meque subscripsi, & ad majus robur meum signum apposui consuetum.

Locus † signi.

Ego Notarius *Cæsar de Giptiis* præsentem copiam scripsi, & me &c.

Sub Abbatis *Casæ novæ* regimine, diuturna quiete vacavit, & commendatario concessum, illius status ab inquietis hominibus perturbabatur, *Roberto Neapolitano* Regi suadentibus injuria commendatum; quod ad Regiam præsentationem conferendum erat; ea ratione ductus *Martholo de Florentia* præsentavit; sed ad reclamationem *An-*

A *geli* Episcopi *Viterbiensis*, illius tunc Abbatis commendatarii; licèt *Præsentatus* in possessionem se intruserit, decreta revocavit, & ejectis institutis, ut Commendatarius in possessione tueretur, Regiis literis, quas ex eodem Archivio deprompsimus, præcepit.

Robertus *Dei gratia Rex* Jerusalem, *utriusque* Siciliæ, *Ducatus* Apuliæ, *& principatus* Capuæ *Provinciæ*, *&* Folcalquerii, *ac* Pedimontis *Comes*.

B CApitaneo civitatis *Aquilæ*, præsenti, & futuro, fideli suo gratiam suam, & bonam voluntatem. Pridem Perceptori suo nomine non expresso, nostras direximus litteras, post solitam gratiam in serie subsequenti. Facta nobis informatione pridem, quòd in Ecclesia *Sancti Spiritus de Ocra Aquilanæ* Diæcesis jus Patronatus nobis specialiter competebat; nos volentes jura nostræ Curiæ non perire, & nostris benemeritis providere, quondam *Martholum de Guizzardinis de Florentia*, & *Perrottum Mandetti* nostros familiares, & fideles nostros Venerabili Patri *Aquilano* C Episcopo ad illam præsentavimus, requirentes eum ut ipsos institueret in eodem. Qui *Perrottus*, & *Martholus*, seù procurator ipsorum, nostrarum literarum vigore inducti fuerunt, ut poneretur in possessionem Ecclesiæ supradictæ; postmodum verò Venerabilis *P. Angelus* Dei gratia *Viterbiensis* Episcopus, Domini Summi Pontificis in urbe Vicarius, & administrator Monasterii *S. Spiritus*, cui dicta Ecclesia ponitur esse subjecta, ac religiosus Vir Prior, ut asserebat, ipsius Ecclesiæ nobis exposuere devotiùs, ut in possessionem dictæ Ecclesiæ indebitè spoliatos se dicerent, ut præfertur; illam sibi mandare restitui dignare-D mur. Nos autem volentes in iis cum cautela procedere, procuratoribus, & advocatis fisci nostri Magnæ Curiæ Vicariæ præcisè commisimus, ut præfati Monasterii *Casæ novæ* in hac parte jura prospicerent, & nobis specialiter illa referrent. Quorum advocatorum habuit facta majestati nostræ relatio, præsente nostro Consilio, quod per privilegia legitima constabat apertè, ipsam Ecclesiam *Sancti Spiritus* dedicatam titulo ad præfatum Monasterium *Casæ novæ* rationabiliter pertinere, nec constabat per Registra, vel aliter, nostram Curiam jus habere in illa nisi dumtaxat, quatenùs processit nostra præsentatio memorata; E nos autem præmissis auditis, nolentes derogare Ecclesiasticis juribus, qui illa disponimus, quantùm possumus defensare: proindè concernimus; quod possessio ipsius Ecclesiæ *Sancti Spiritus*, cum omnibus juribus, redditibus, & pertinentiis suis dictis Episcopo, & Priori pro parte dicti Monasterii *Casæ novæ* restitui debeat, & instanti resignari; propterea quod fidelitati tuæ de certa scientia nostra mandamus, ut statim receptis præsentibus memorato Episcopo, seù ejus procuratori, vel nuncio, pro parte dicti Monasterii *Casæ novæ* Ecclesiam, seù Monasterium ipsum *Sancti Spiritus* cum prædictis juribus, redditibus, & F pertinentiis omnibus, ac aliis ad eam spectantibus restitui facias, amoto detentore alio quolibet; & ipsum Episcopum, seù dictum procuratorem ejus, qui suo nomine, in ipsius Ecclesiæ possessionem inducas faciens, & quamdiù suæ præfatæ administrationis causa duraverit, seù dicto Monasterio de fructibus, & redditibus ipsius Ecclesiæ integrè responderi; nostræ tantùm Curiæ reservato, quòd si processu temporis legitimè constet per registra nostræ Curiæ, vel aliter, ut supra-

supradicta nobis in Ecclesia præfata competere, nullum propter præsentia nostræ curiæ præjudicium generetur. Præsentes autem litteras post opportunam inspectionem earum præsentanti, restitui volumus, pro cautela in anteà, dum opus fuerit, valituras. Datum *Neap.* per *Joannem Grillum de Calvo* juris Aulis professorem, Vicegerentem Protonotarium Regni *Siciliæ*, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo, die decimo Decembris, decima quinta indictione, regnorum nostrorum anno vigesimo primo. Noviter autem pro parte præfati *Viterbiensis* Episcopi, fuit Majestati nostræ querelanter expositum, quòd post obtentas præfatas literas, & tuté Capitaneo præsentatas, ne dum restitutionem ipsius Ecclesiæ obtinere non potuit; sed infrascripta bona, quæ ipsius Monasterii fore ponuntur, fuerunt indebitè occupata in juris.... tam ejusdem Episcopi administratores, sicut præmittitur ejusdem Monasterii *Casæ novæ*, quam ipsius Monasterii fuerit præjudicium, & gravamen, quæ nostro prædicto nomine petita, ne molestè ferant, quæ fuit contra Ecclesiam, & Venerabilem dictum. Committimus fidelitati vestræ sub pœna unciarum viginti, si secus nunc feceritis irremissibiliter.. mandamus expresse; ut tu præsens, ut vos alii successivè futuri dictas literas exequutioni mandetis, prout ad vos spectare dignosceris, circà restitutionem subscriptorum bonorum faciendam sibi, vel ejus nuntio, pro parte dicti Monasterii, si & prout justum fuerit, assistentes efficaciter, ac etiam revocantes, ita quòd non expediat nostros inculcare, denuò pro tali occupatione. Bona verò prædicta hæc esse ponuntur, videlicet, Sancta *Maria de Pagania*, Sanctus *Benedictus Zegavassen* Comitatus *Aquilæ*, & aliæ Ecclesiæ, quæ sunt Monasterii *Casæ novæ*................. *Aquilæ:* præsentes autem litteras post optimam inspectionem earum, præsentanti restitui volumus, pro cautela, efficaciter mandamus, donec opus fuerit, valituras. Datum *Neap.* per eundem *Joannem Grillum de Salerno* juris Aulis professorem Vicegerentem, Protonotarium Regni *Siciliæ.* Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo primo...... Januarii decima quarta indictione Regnorum nostrorum anno vigesimo secundo.

Concordat cum suo originali, remanente in posse *Massariorum* Universitatis *de Ocra*, &c. salva meliori, &c. In quorum, &c. Ego Notarius *Sanctes Boccucius ab Andro* d. qui sic pro veritate collat. recognovi, &c. præsentem feci, & requisitus signavi.

Locus † signi.

At cum postmodùm Regularis Observantia sic à Monasterio abierit, ut non amplius quam ab uno longa ætate regeretur, & novissima *Innocentii* X. constitutione suppressum, est nobis, qui in *Aquilana* Ecclesia Apostolici Vicarii munere fungebamur, ut in aliquod pium opus verteretur, demandatum; unde *Ocrensis* Parochi parti redditeum addictum, reliqua pro fabricæ sustentatione, & unius secularis Sacerdotis, qui sacra ibidem perageret, applicavimus.

His igitur, Deo favente, enumeratis; reliquum est, ut de *Valeriensibus* sermonem faciamus; quia verò hi sunt *Pelignis* contermini, quorum *Sulmo* Metropolis est, olim *Valva* à veteribus nuncupata, de qua & nos quoque mentionem facimus, non ab re facturi visi sumus, si de *Sulmone* quædam antiqua monumenta, quæ nondum typis mandata fuerant, in lucem ederemus. Ea vulgari sermone, ut tempus illud ferebat, à *Joanne Baptista Acuto* olim literis commendata, & ab V. I. D. *Nicolao Toppio*, Patritio *Theatino*, viro summa eruditione prædito, in Regiis Archiviis volumine 6. à fol. 169. usq. ad 176. reperta, V. I. D. *Pompejus Sarnellius* nobis carissimus, qui eadem, & ordine digesserat, & sua eruditione, in *Ovidii* memoriam, qui ex eo ortum duxit, non parùm illustraverat, ad nos transmisit. Hæc igitur, posteritati consulentes, non nihil à nobis aucta, nostris scriptis, nunquam peritura committimus.

SULMO *Pelignorum* oppidum in quarta Regione *Italiæ*, nonagesimo ab urbe lapide distans, positus in medio ferè planiciei duodecim millia montibus circumdatæ, quæ alicubi tres, alicubi verò ad quinque millia passuum latitudine, extenditur; atque inter duos amnes, quorum alter *Giptius* nomine ab *Apennino*; alter, quem *Avellam* dicunt, à *Majella* montium altissimo exit: & olim *Valva* dicebatur; *Ovidii* Poetæ Patria, ut ipse testatur 4. Trist.

> Sulmo *mihi Patria est, gelidis uberrimus undis,*
> *Millia qui novies distat ab urbe decem.*

Dictus *Sulmo* à *Solymo Æneæ* Comite, ejusque urbis conditore, ut testatur Idem *Ovidius* 4. Fast.

> *Hujus erat* Solymus Phrygia *comes unus ab* Ida,
> *A quo* Sulmonis *mœnia nomen habent.*

Sulmo igitur à *Solymo* conditus fuit, seù potiùs *Valva* in *Sulmonem* à *Solymo* versa est, anno ab origine mundi 2788. & ante Christum natum 1160. Cum dictus *Solymus Æneæ* Comes, & Gener, ab eo cum multis suorum *Trojugenarum* ad novas Regiones acquirendas missus fuit; qui cum suis ad *Marsos*, & *Pelignos*, populos tunc fortissimos veniens, horrida bella cum eis gessit, & multo utrinque sanguine fuso, tandem *Ænea* suppetias mittente, Valva civitate potitus est. *Valva* tunc undecies mille familias adnumerabat, undequaque undecim millibus catenarum, cum totidem magnis pessulis, & clavibus ad civitatis fortitudinem clausa; præcipuè ad equitatum coercendum; siquidem dato signo quisque catenas tendebat, & civitas muniebatur. *Valvam* igitur oppugnatam, & semidirutam, aliaque forma, & novis mœnibus erectam, placuit *Solymo* non *Valvam*, sed *Sulmonem* à suo nomine deinceps dici; quæ & *Pelea* dicta fuit, à *Pelasgis*, seù *Pelignis*, qui Regionem incoluerunt. *Pelea* igitur, seù *Valva*, sivè *Sulmo* septiès ad ultimum ferè excidium devenit, nunc igni, nunc prædæ datus; & ideò civitas hodiè bis mille familias vix continet.

Giptius, sivè *Egippus*, & *Atis*, etiam dictus, fuit Rex *Latinorum* XVIII. & *Italiæ* XXXVIII. *Albæ Sylvii* filius, & successor. Regni gubernacula suscepit anno ab orbe condito 3562. & regnavit annis 14. quibus expletis, *Sulmonis* flumen cum maximè intumesceret, transmissurus, aquis obrutus, aëris usuram amisit, & flumini nomen fecit, quod à *Giptio Giptius* ad hæc usque tempora dicitur.

Est & alius torrens, sivè fluvius, qui altero *Sulmonis* latere præterfluit; antiquitus *Avellus*, seù *Aiellus* dictus, nomen à propinquo monte trahens; undè & originem ducit. Mons *Maiella* dicitur, ideòque corrupto vocabulo fluvius *Avella*, sivè *Aiella* vulgo nuncupatur.

Sulmo igitur, de quo meminerunt *Ptolemæus*, *Plinius*, *Cato*, *Silius*, *Liviusque*, sæpius propè à fundamentis eversus, & igni succensus est. Primùm

mùm anno mundi 3868. Ante Chr. natum 80. *Mario Syllaque* civilibus bellis discordantibus; à factione *Syllana*, ut *Festus* narrat, cecidit penè totus; cujus excidii *Acutus* non meminit; incipit enim ab anno Mundi 4195. cum *Sulmo* igni crematus est ab *Albanensibus*, seù *Epirotis*, *Alexandro Epirotarum* Rege: & sequitur: Anno mundi 4807. à *Gallis*, *Brenno* imperante, igni penè fuit absumptus. Anno etiam 5601. ab *Scythis*, *Radagasso* crudelissimo eorum Duce concrematus, parùm abfuit, quin desolatus omninò permansisset. A mundi verò origine 5634. cum vix restitutus fuisset, à *Genserico Vandalorum* Rege, & prædæ, & igni datus; cùm autem Fenicis instar è suis cineribus redivivus surrexisset, anno mundi 5649. & à Christo 450. *Attila*, Dei flagello irruente, *Hunnorum* passus est barbariem; nec semel tantùm, sed & iterùm, cum direptis omnibus, ne catenis quidem ferreis perceperunt. A. M. 5672. à Christo nato 473. *Alani* populi feroces *Sulmonem*, totamque Provinciam depopulati sunt, Duce *Odoacro Ostrogothi* quoque *Theodorico* ducente A. M. 5687. à Christo autem 488. omnes penè nervos intenderunt, ut à fundamentis everterent; siquidem nedum bona diripuerunt, multis civium extinctis; verùm etiam mœnia igni incenderunt, & quamplurimos abduxerunt captivos; nec, nisi qui ad montes confugerunt, evasisse memorantur. Anno autem mundi 5691. & à Christo nato 492. *Heruli* feroces populi totam excursionibus Provinciam infecerunt, civitatem igni, agros vastationi, & omnia inventa prædæ, & excidio tradiderunt. Vix è tanto morbo civitas convaluit, cùm anno mundi 5799. & à Chr. 600. *Longobardi* ne ipsi immunem facerent *Sulmonem*, multo utrinque sanguine effuso civitate potiti sunt, quam substantiis, originariisque incolis vacuam reddiderunt; cum major eorum pars *Longobardi* essent, qui cum Rege *Alboino Sulmone* remanserunt. Quid dicam de *Sarracenis*, qui penè innumerabiles, hanc non solum Provinciam, sed universam *Italiam* devastarunt, *Sulmonemque* venientes, majorem ejus partem igni absumpserunt? Tunc civitati, Regni totius Principi, opem ferentes, *Sulmonenses* duodecim occubuerunt, & innumeri pro Regni defensione, vitam cum morte commutarunt. Quid? quod non pauci, *Sulmone* à *Sarracenis*, *Sedoa* Rege, direpto, pro patria mortem subiere præclaram. Nec semel tanta barbarorum eluvione redundavit; sed & iterùm, & pluries cæde, atque incendiis modò in hac modò in illa Provincia, *Italia* mundi Domina penè ad exitium perducta annis 621. 778. 788. 848. 859. Aliis ex *Hispania Sarracenis* adventantibus, *Calabriam* propè vidit eversam, & *Apuliam* ad ultimam internecionem exagitatam, in hac enim expugnato *Benevento*, multisque aliis oppidis, & Castellis direptis, animo *Neapolim*, *Romam*, totam denique *Italiam* sub juga mittendi, nullum crudelitatis exemplum deseruerunt; non sexui, non ætati, non Religioni parcebatur, indulgebatur tantum furori, miscebantur sacra profanis; Sanctorum templa, urbis tecta, omnium civium vita, omnis denique *Italica* Regio ad exitium & vastitatem vocabantur.

Anno ab origine mundi 6025. & à Christo nato 826. qui *Pesculum Constantium* incolebant, turpe facinus in *Sulmonenses* aggressi sunt. Cum enim nonnullæ oppidanarum paupertate quidem, non autem honestate, laborantes; cùm libentius malesuadam famam, quam malè sonantem famam ejus cives, etsi pauperrimæ, sustineant; ad legendas, quæ superfuerant, spicas ivissent in *Sul-*

A *monensium* agrorum fines, quos suos *Pesculani* magna contentione dicebant, in illas quidam *Pesculanorum* juvenes irruerunt, & cæteris mulieribus ignominia affectis, unus eorum puellæ, quæ reliquis forma præstabat, vim intulit; & licèt illa vim vi repelleret; & arma adhibens muliebria, ungues, & dentes stringeret, faciem nebulonis deformans; ille qui præ furore vix ista sentiebat, tandem violatam, & virginitatis flore spoliatam dimisit. Itaque nil Deum fandi, atque nefandi memorem sperantes, nil tantam civitatem totius Regionis Metropolim veriti; nil denique de sua ipsorum fama cogitantes, mulieres ignominia,
B & contumelia affectas *Sulmonem* remiserunt. In civitatem igitur oppidanæ reversæ, quibus affectæ fuerant, contumelias Patribus, Nobilibus, & civitatis Syndico retulerunt; qui omnes rei veritate perspecta, factum simularunt, ut inopinato impetu in illos irruentes, ultionem, omni ævo memorandam, repeterent. Ut factum est: Accidit enim ut *Sulmone* Feriæ S. *Mariæ de Roncisvalle* dictæ publicarentur, quæ singulis annis fiunt, & ad mensem durant, quò ad nundinas finitimi omnes conveniunt undecimo Calendas Septembris, & tunc temporis ut *Pesculani* pœnas darent, decreverunt. Confluentibus igitur populis, &
C *Pesculani Sulmonem* venerunt; ubi à militibus ad id paratis, ad unum capti, nulla habita sexus ratione, coràm, qui convenerant, populis, partim trucidati, partim mutilati sunt. Trecenti *Pesculanorum* viri, ut in singulis membris morerentur, membratim concisi sunt; septuaginta mulieres à pedibus umbilico tenus nudatæ, triginta nares, aurésque obtruncatæ, perque totam civitatem ductæ, & fustibus cæsæ, *Pesculum* remissæ sunt. Capita, & artus virorum majores, affixi, & suspensi sunt in locis publicis, vicis, & mœnibus civitatis; & ut quisque civium ad lanienam accedens frusta eorum laniata sumeret, & contu-
D melia afficeret, capitis pœna in renuentes promulgata, Patres jusserunt; quod accidit anno post primum facinus elapso; nempè à mundi origine 6026. & à Christo nato 827. Calendis Septembribus, ante portam S. *Martini* olim, nunc S. *Augustini* nuncupatam. Hinc exemplum sumant civitatum Moderatores, ad Juvenum petulantiam cohibendam, ut quemadmodum:

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Sic cessent peccare mali formidine pœnæ.

Juvenes enim, qui in civitatibus voluptati solvunt habenas, & finitimos contumelia afficiunt, per-
E petuam Patriæ ignominiam, & quandòque excidium parturiunt.

Anno 872. reversi sunt iterum *Sarraceni*, eodem *Sedoa* Rege ducente, & *Salernum* cum finitimis ad desolationem propè vastarunt.

Anno 884. *Ammirallo* eorumdem Rege jubente, *Calabriam* rursus, & *Apuliam* depopulati; nedum bona, & substantias; sed & fidem è Christianorum pectore extorquere conati sunt; quamobrem Episcopos, & Sacerdotes indomitorum caudis equorum alligantes hos ad cursum stimu-
F lis agitabant; cum satis pro stimulis esset sua ipsorum feritas; sed crudelitati velocitas quoque tarda videbatur. Equos igitur per saxa, perque dumos ruentes, non fluminis ripa, aut torrens tardat oppositus; prosternuntur sepes, rumpuntur obstacula; & interim, ut *Prudentius* de S. *Hyppolyto* dixit:

Scissa minutatim labefacto corpore frusta
Carpit spinigeris stirpibus hirtus ager.

Pars

Pars summis pendet scopulis, pars sentibus hæret,
Parte rubent frondes, parte madescit humus.
Cernere erat ruptis compagibus ordine nullo
Membra per incertos sparsa jacere situs.

Inter cæteros Episcopos *Nicoterensis*, spectaculum factus Deo, Angelis, & hominibus hujusmodi mortem in conspectu Domini pretiosam occubuit, & celebri martyrio coronatus est; siquidem ab equo per tesqua, dumosque tractus, laceros artus passim relinquebat, & fideles

Mærore attoniti, atque oculis rimantibus ibant
Implebantque sinus visceribus laceris.
Ille caput niveum complectitur, ac reverendam
Caniciem molli confovet in gremio.
Hic humeros, truncasque manus, & brachia, & ulnas,
Et genua, & crurum fragmina nuda legit.
Si quis & in sudibus recalenti aspergine sanguis
Insidet, hunc omnem spongia pressa rapit.

Annis ab orbe Redempto 900. 901. 902. *Sarraceni Italiam* repetunt, *Abrahamo* eorum Rege ducente; & anno 913. regnante *Apolline Abrahami* filio, qui à Patre *Panormi* defecerat cum non paucis *Sarracenorum*. Anno quoque 967. à Rege *Bonaviro* sunt in *Italiam* adducti. Et annis 981. 1071. 1104. *Amuratto* eorum Rege, & aliis Regibus, & Ducibus, alii venerunt *Sarraceni* ex *Hispania*, *Babilone*, & *Africa*, & centena hominum millia abduxerunt captiva, omnes opibus urbes expoliantes; Infandum! quot Matronas, quot Virgines, & ingenua, nobiliaque corpora his belluis fuere ludibrio. Subversæ Ecclesiæ, ad Altaria Christi stabulati equi, Martyrum effossæ reliquiæ, ubique luctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago. Enimverò notandum est; etsi toties *Sarraceni Italiam* devastarint, semel tantùm, & iterùm *Sulmonem* cæde, & incendiis penè everterunt; attamen in communibus miseriis hæc nostra civitas semper aliquid perpessa est, spontè finitimis, & aliis Regni civitatibus opem ferens.

Anno Mundi 6131. & ab orbe redempto 932. *Hungari* in *Italiam* irruperunt, totamque excursionibus infectam depopulati, ad *Pelignos* se contulere, & *Sulmone* substantiis spoliato, *Romam* versus, ut eam quoque diriperent, prædis onusti, iter susceperunt. *Sulmonenses* verò, cæterique *Pelignorum* viarum amfractus, & montium, saltuumque angusta scientes, insidias hostibus tetenderunt; & in loco, qui *Intermontes* dicitur, *Hungaros* aggressi, cum ii, quò fugerent, non haberent, viarum angustiis præpediti, animabus suis viam tantum, quæ fert *Acherontis* ad undas, aperuerunt, mucronibus, sudibusque confossi; omnes itaque ad unum trucidati sunt, & *Sulmonenses*, cæterique *Peligni* amissa recuperantes, & inventa acquirentes, divites, & præda onusti quisque domum redierunt.

Anno ab Orbe condito 6203. *Sarraceni* rursus *Italiam* vastant *Apollophoro*, & *Apocopha* Ducibus, iisdemque parentibus genitis, qui omnes *Italiæ* civitates, & præcipuè *Sulmonem* depopulati sunt. *Itali* autem vindictam suscepturi, armorum robore in unum collecto, in *Barbaros* impetum fecerunt, multisque trucidatis, reliquos ex *Italia* penè deturbarunt, in qua annis decem supra trecentis, præcipuè *Panormi* insederant; licèt non omninò hac vice *Italia* expulissent; quod accidit quadraginta fermè post annis.

Anno à Virginis partu 1329. civile bellum *Sulmone* exortum inter præclaras ejus familias; nempè inter nobilissimos *Merolinos*, & *Quatrarios* item nobilissimos. *Merolinorum* namque familia, quæ *Merlinorum* quoque dicta est, nedùm *Sulmone* floruit; sed & in aliis Regni civitatibus conspicua fuit. *Reate*, & *Capua* ex *Merlinis* Gubernatores habuerunt. Ex iisdem *Neapolitana* civitas Magnos *Justitiarios*, *Camerarios*, & *Siniscalcos*, qui inter septem suprema Regni officia connumerantur, aspexit. Multæ ejusdem Regni sanctiones confirmatæ sunt à *Gentili Merlino Sulmonense*, utpotè à Regni Locumtenente Generali, atque Logotheta, ut in cap. *Ladislaus*. Cui *Ladislao* in *Etruria* commoranti, quod donativum dicunt, missurus, ex Regio edicto omnes Regni Barones ad concilium vocatos, ad id faciendum hortatus est. In *Aprutio* ex Regia munificentia donatus est oppidis, & Castellis numero tredecim, inter quæ *Cerranum*, *Turris*, & *Cervilionum*, ut infrà. Conventus S. *Francisci*, *Sulmone* erectus, insignia præ se fert *Merlinorum* Cantelmis inserta; *Merlini* etenim matrimoniis inter Regni Proceres & Magnates initis, familiis præclarissimis sanguine conjuncti sunt. Maximè autem omnium & sua virtute, & majorum splendore enituit D. *Franciscus Merlinus Hieronymi*, & *Camillæ Pignatellæ* Filius, Sacræ Militiæ Divi *Jacobi* Eques, *Neapoli* in Sacro Justitiæ ejusdem Regni Consilio Regius Consiliarius, Regiæ Cameræ Præses, Regni Secretarius, Supremi *Italiæ* Senatus Regens, & demum Sacri Consilii Præsidens: Vir omnium votis expetitus, multorum seculorum vita dignissimus, qui mortis debitum solvit anno 1650.

Extincta est hæc Familia unà cum D. *Isabella Merlina Ramontis* Marchionissa, Matreque Illustrissimi D. *Caroli Calà Dianæ* Ducis, *Ramontis*, & *Villænovæ* Marchionis, Collateralisque Regni Consilii Regentis, qui tenax recti, Justitiæ vindex, & eruditorum Mecænas, cùm generis nobilitate, tùm scientiarum, & virtutum splendore nitescens, præter rectè facta, quæ omne ævum superant, editis quoque præclaris ingenii sui monumentis, nominis immortalitatem comparavit.

Inter hos, inquam, *Merolinos*, & nobilissimos *Quatrarios*, quorum utraque familia semper Barones habuerunt, aliis nobilissimis familiis matrimonio copulatæ, divitiis pollentes, fuerunt tanta potentia, ut quinquaginta annorum spatio bellum civile foventes *Sulmonem* penè ad excidium perduxerint. Præterea multæ ex nobilibus, & principalibus familiis alterutri partium adhærentes funditus evulsæ perierunt; media civitas ab ipsis civibus succensa, & diruta est, & usque ad hodiernam diem tantorum ædificiorum senta situ vestigia clamant, ut:

Audiat Cives acuisse ferrum,
Quo graves Persæ meliùs perirent,
Audiat pugnas, vitio parentum,
Rara juventus.

Causa tantæ calamitatis, tantique incendii scintilla fuit, quæ aliàs contemnenda videbatur; undè comprobetur oportet, quòd parva sæpè scintilla contempta magnum excitavit incendium. Siquidem *Quatrariorum* ancilla, cum mense Augusto ejusdem anni 1329. fontem peteret, aquam frigidam Dominis allatura, hausta aqua lagenam illius refertam ad civitatem ferens, cùm portam, quæ olim *Capora*, hodie *Filiamabili* dicitur, esset ingressura; quidam puerorum, (qui ut è Gymnasio exeunt, in ludos insolenter se effundunt, quos *Plutarchus* iis, qui è vinculis emittuntur, & licentiùs vagantur, quam ii qui nunquam fuerunt in vinculis, comparat) inibi, ut moris est, ludentium, in lagenam terræ pugillum, & frustilla cannabi,

nabi, quod tunc lintopta (quam *Tusci Maciullam*, cæteri *Gramolam* vocant) stipulis mundabatur, injecit. Ancilla contumeliæ impatiens, aquam effudit, & puerum arreptum pugnis affecit, adeò ut nares sanguine maderent. Erat hic puer unigenitus *Merolinorum* familiæ, quem domum genas laceratum, & nares, vultumque sanguine sordidum reversum ut Pater vidit, re cognita, adeò irarum effudit habenas, ut *Quatrariorum* domum ingressus ancillam stricto pugione multoties perforarit, & vita privaverit. Quidam ex *Quatrariis*, qui domi tunc erat, videns nullam sui habitam rationem, re minimè perspecta, quæ furor arma ministrat, illicò rapit, & *Merolinum* domo exeuntem, adhuc sanguine madidum, obtruncatum humi relinquit.

Quod ubi *Merolini* cognoverunt, armati *Quatrariorum* domum invadunt, & homicidam una cum filiis, & filiabus ejus morti demandant. Cujus consanguinei vindictam repetentes, arma capiunt, & civitatem deserunt, omnia *Merlinorum* prædia vastantes; quibus damnis hi occurrentes sæpius bellum inierunt; multique utrinque oppressi sunt; adeò ut *Sulmonis* agri sanguine civium maderent; tantarumque dissensionum moles eò usque devenit, ut *Neapolitani* Reges nedùm civiles discordias sedare nequierint; sed & cœperint timere; non sexui, non ætati parcebatur; infantes è nutricum papillis erepti, murisque collisi, lac pro sanguine effundebant; quorum nonnulli vacuum in aerem sublati mucronibus excipiebantur; edocti ante volare, quàm gressibus incedere; ante mori, quàm vivere. Quid? quod prægnantium alvis dissectis, obstetrice bipenni fœtus educebant; & nondùm natos occidentes morti dabant, quos nondùm vita susceperat. Infelices puerperæ! ante parientes, quam parturientes; antè neci, quàm vitæ fœtus *Acheronte* abluendos edebant, at non in lucem; si oculos nondum apertos æternis tenebris obducendos dirus ensis eruebat.

Bis *Neapolitanus* Rex, bis ipsa Regina *Sulmonem*, ut animos componerent, se receperunt, ex utraque parte matrimonio copulatos, quasi obsides facientes; at ubi terga vertebant, illicò ira exardescens ad pejora prioribus excitabat facinora. Vir uxoris, uxor viri non brachiis, sed laqueo collum cingebat; non amore, sed dolore languebant. Non cupidinis, sed insani furoris jaculis confodiebantur. Non *Hymenæi*, sed *Megæræ* facibus domus ardebant; non procreandæ prolis, sed progeniei extirpandæ semina fovebantur; undique Mars, undique Mors exultare; Pax omninò exulare videbatur; adeò ut ipsa Monialium claustra furor invaderet, qui multis extinctis accensus, consanguineos cogeret è S. *Catharinæ Sulmonis* abductas in Sanctorum *Cosmæ* & *Damiani* transferre.

Castella *Cerrani*, *Turris*, & *Cervilioni* nobilissimæ *Merlinorum* familiæ à fundamentis *Quatrarii* everterunt; & *Orzi* Castellum, cujus *Quatrarii* Barones erant, igni à *Merlinis* absumptum deperiit.

Neapolis igitur Rex tantis malis modum impositurus, utrique parti aqua, & igni *Sulmone* interdixit; itaque altera *Merlinorum Anxanum*, altera *Quatrariorum Ortonem*; nam trigesimo ab *Sulmone* lapide exulaturi erant; se receperunt. Quamobrem factum est, ut oppida, quæ incolebant, factiosis replentes mutuò certarent, & utrumque oppidum non exigua mala perpessum sit; *Sulmonenses* verò semper *Anxanis* opem tulerunt; utpotè quibus & sanguine conjuncti essent, & ab urbium incunabulis (cum unum, eundemque sui

A cognovissent Auctorem) semper amicitiam fovissent, & usque ad hæc tempora alter alteri subveniat.

Tandem aliquando finem malis impositurus ille, qui petentibus, quam mundus dare non potest, pacem concedit; factionum capita de medio tollens, odia, calidæque rixæ sublata fuerunt, quæ annis quinquaginta duraverant.

Anno 1342. *Ludovico* Rege *Hungariæ*, *Sulmo* obsessus ab *Hungaris* fuit, quibus *Sulmonenses* armorum viribus obstiterunt, multo utrinque sanguine effuso; tandem *Hungaris* civitate potitis, ut furorem sedarent, *Sulmonenses* magno auri pondere

B se redemerunt. *Sulmone* expugnato, reliqua oppida & Castella in Regis deditionem venerunt. Qui *Hungarorum* adventus in Reginam *Joannam*, ob Regem *Andræam* morti datum, fuisse narratur.

Arctiore autem obsidione, quàm anteà *Sulmo* cinctus est ab *Hungaris* iisdem, cum in Reginam *Joannam* missi fuissent à Rege *Ludovico* anno 1346. insontem turpemque *Andreassi*, Regis Fratris, mortem vindicaturi. *Sulmonenses* à Regina nunquam defecerunt, sanguinis, vitæque effusione fidem datam servantes; sed quod mali ab *Hungaris* sustinuerunt, parum fuit; si quod *Aquilani Sulmonensibus* tunc temporis inimici, inferebant,

C consideremus; quippè qui ultionem repetebant de damnis, ignominiisque sibi superioribus annis à *Sulmonensibus* illatis.

Anno igitur 1345. *Lallus Camponescus Aquilæ* Comes, *Soræ* Dux, S. *Agathæ* Comes, & etiam Regni Quæstor, qui vulgò *Camerlengus* dicitur, creatus; ut injurias in suos cives à *Sulmonensibus* illatas vindicaret, & se ulcisceretur pro eo, quod *Sulmone* aqua & igni sibi interdictum esset, ob carceres effractos, & Curiales malè sauciatos, *Sulmonis* mœnia dura cingit obsidione, agros vastat; *Hungaros*, *Aquilanosque* suos ad omne vin-

D dictæ genus compellit. *Sulmonenses* autem noctesque diesque vigiliis dediti acres ac fortes viros sese præstantes, operam adeò strenuè navarunt, ut quamquam multò sanguine effuso; tamen vim vi repulerint, & omnes inimicorum astus eluserint. Quodam autem die factum est, ut rumor *Aquilam* perlatus, dissipaverit *Sulmonem* fuisse captum; quamobrem Comes *Hungarus*, & *Aquilani* campanas festivo sonitu pulsandas jusserunt; accidit autem, ut campana Palatii, qua non alia magnitudine, pulcritudine, & sonitu præstantior, vix semel & iterùm tintinnabulo icta, rimam egerit, & pro festivo, raucum so-

E num ediderit; quod omnes *Aquilani* ægrè tulerunt, & ob tanti instrumenti, quod à multis illis fuerat invisum, jacturam; & ob funestum augurium, quod fama comprobavit: siquidem vanus fuerat, quem de *Sulmone* oppugnato rumorem dissipaverant; undè cadere animi, & adversa augurari cœperunt. Interim *Sulmonenses* semper Reginæ fideles, sperantes à Principe *Tarentino*, & *Carolo Dyrrachino* auxilium, idque differri videntes, longa obsidione coacti, tempori serviendum esse censuerunt; & consilio inito, fœdus cum *Hun-*

F *garo* inire decernunt: quod factum est hoc pacto: ut si intra certum tempus subsidium non mitteretur, sese dedidissent; interim copias averterent, & castra aliò transferrent. Hoc fœdere inito, *Hungari Sulmonem* exercitu cinctum obsidione levaverunt, *Theaten* oppugnaturi; quò famam dissiparunt, *Sulmonem* eversum; *Theatini* igitur obsidione, & fama *Sulmonis* oppugnati deterriti, parum abfuit, quin se hosti dederent; *Sulmonenses* verò, qui tamdiù dilatum, nullum deinceps sperabant subsidium, quatuor millibus fortissimorum

rum militum in unum collectis, per abdita viarum *Theaten* se contulerunt; relictis, qui *Valvæ* vias custodirent. Siquidem usque ab antiquis temporibus *Peligni*, *Anxani*, & *Theatini* socii, & fœdere conjuncti fuerunt. Nunçio igitur ad *Theatinos* misso, qui certiores faceret, se velle cum hostibus ex improviso signa conferre, & cum pugnam inivissent, præstò essent; de cætero vanum esse rumorem, qui de expugnato *Sulmone* ortus erat.

Hungaris igitur, & *Aquilanis* curis vacuis, & nihil, nisi prædam meditantibus, *Sulmonenses* inopinatò advenientes tantam stragem intulerunt, quantam nunquam hostes meditari potuerant; interim *Theatini*, urbe relicta, & ipsi sua signa contulerunt; sicque hostili exercitu partim trucidato, partim in fugam acto, præda, & spoliis onusti ad urbem reverterunt: quique *Hungarorum* per campos sese effudêre palantes, ab hostibus capti, qui *Valvæ* vias custodiebant, obtruncati sunt ita, ut pauci ex *Hungaris* evaserint. Ex *Aquilanis* ducenti septuaginta capti (*Lallo Camponesco* à fuga incolumitati restituto) omnes naribus, auribusque abscissis, ut pœnas darent de bonorum direptione, depopulatione prædiorum, locorumque vastatione, quæ *Sulmonensibus* intulerant, *Aquilam* remissi sunt.

At cum iterum *Aquilani* vindictam à *Sulmonensibus* repeterent, Regina *Joanna Sulmoni* opem latura, cum equitatu venit; & *Hungaros*, *Aquilanosque Aquilam* usque persecuta est, auxilio Ducis *Dyrrachini*, *Sulmonensium* fautoris; & eo prælio multi ex *Hungaris*, *Aquilanisque* trucidati sunt.

Regina verò cum equitatu *Neapolim* reversa, aliis Regni Provinciis subsidium implorantibus præstò futura. Ex improviso, eodemque anno *Aquilani* unà cum suis *Hungaris*, impetu adeò inopinato *Sulmonem* invadunt, ut civitas præsidio destituta, ne mense quidem absoluto, fœdere inito, Episcopo *Hungaro*, Regis *Hungariæ* fratri, sed spurio, se dediderit. *Sulmone* verò dedita, reliqua cùm castella, tùm oppida in deditionem venerunt.

Hæc autem omnia non multò post tempore à Rege *Neapolitano* sedata fuerunt; cùm multi utrinque, eo jubente, matrimonium inierint, & sanguinis conjunctione, à sanguine effundendo manus abstinuerint.

Eodem anno 1345. pestilentiæ vis adeò sævit, ut nedum *Sulmone*, sed tota ferè *Italia*, vix decimus quisque incolumis evaserit; quinimò, & *Europam* ferè universam pestis contagio attritam reliquit. Cujus mali causa in *Judæos* rejecta; quippè qui dicebantur aquas veneno infecisse, innumeros ex eis de medio tollendos suasit; ita ut *Sulmone* tantum undecim, atque sexcenti perierint. Ut autem ad *Camponescum* redeamus, cùm anno 1353. *Lallus Tarenti* Principem honoris causa cum multis suorum comitaretur, ubi in *Campaniam* venerunt, princeps, de quo *Lallus* malè meritus erat, brachio tenuit, ultionem sumpturus: tunc Eques *Sulmonensis*, principi carus, *Lalli* guttur pugione transegit, & equo deturbatum, humi stravit, cujus hæres solus filius superstes fuit *Lallus*, & ipse hoc nomine à Patre secundus.

Anno 1361. inter *Aquilanos* & *Sulmonenses* magna excitata est contentio. *Paulus* enim *Bazzanus* Episcopus *Aquilanus* armata manu occupavit multa loca, Ecclesias, & Castella, quæ ad Episcopatum *Sulmonensem*, *Valvensem* dictum, pertinebant; & in Diæcesi *Valvensi* adnumerabantur, videlicet *Accianum*, *Antidoniam*, *Bossim*, *Barisciánum*, *Bomminasum*, *Campanam*, Castella *Antidonium*, *Ardemgumque*, *Cærulam*, *Collempetrum*, *Castellum S. Mariæ*, *Fontecchium*, *Fagnanum*, seu *Ofanianum*, *Gonienum de Vallibus* cum suis pertinentiis, & villis, *Laporanicam* in *Sinitio*, *Navallim*, *Offensemiam*, *Prætorum*, *Peltinum*, *S. Mariam de Ponte*, cum suis pertinentiis, & villis, *Stephaniscum*, Sanctum *Pium de Fontecchio*, cum pertinentiis, & villis; quæ omnia, & alia loca à *Paulo* ex familia *Bazzana Sulmonense* per vim occupata fuerunt, pluries indè exturbato *Francisco de Sangro* Nobilissimo *Sulmonense*, tunc Episcopo *Valvense*, seu *Sulmonense*, unde & originem, & natalia ducebat; qua de causa Primores civium unà cum Episcopo *Avenionem* in *Galliam*, ubi tunc Summus Pontifex residebat, se contulerunt; causa igitur perspecta, multa *Bazzano* inhibita, & interdicta sunt; quibus ille, etsi censuris adstrictus, obedientiam præstare noluit, fretus (ut dici solet) investitura, quam ab Antipapa, cui Regina *Joanna*, hoc nomine prima, multum favebat, acceptam evulgabat. Causa hæc annis octo, & quinquaginta, scilicet ab *Innocentio* VI. usque ad *Innocentium* VII. patria *Sulmonensem*, agitata fuit.

Anno 1367. *Sulmo* cum suis finitimis, *Marsorum* Regio, & *Aquilanorum*; imò *Aprutium* fermè totum à *Joanne Acuto Anglo Britannorum* Ducis filio, occupata, in illius Dominium venerunt; steteruntque quinque & amplius mensibus. Quibus exactis *Joanna Neapolis* Regina magno auri pondere reliquum *Aprutium* hoc onere levavit, & *Anglorum Acutum* Ducem, suosque *Acutos* futuros *Marsorum* Comitatu donavit; interim *Joannes Acutus Parmam* se recepit, quò à *Bernabo Visconte* vocabatur, ut opportune multis malis occurrens, imminentes tumultus cohiberet. Regina quoque, amicitia cum *Acuto* inita, à regione, quàm ei dederat, manus abstinuit; quinimò *Ambrosium Viscontem* præfati sororium, quem *Sulmone* captivum abductum penes se detinebat, habita *Acuti* ratione, & muneribus, & libertate donavit, ejus sibi animum concilians.

Anno 821. non exigua *Sulmonis* pars ab *Ortonensibus* igni succensa & diruta fuit. Cujus excidii causa, jurgium inter *Anxanos*, *Ortonensesque* pro finibus dicitur; qui multa malorum populis pepererunt, & pariunt; fines quasi ironicè dicti, cum nullum faciant contentionum finem, tanta est hominum aviditas, ut semper inhiet alienis. *Anxani* igitur opem à *Sulmonensibus* petentes, lectam juvenum manum sibi Comitem jungunt; & cum aliquando *Sulmonenses* in *Axiani* auxilium *Anxianis* operam suam strenuè commodassent, *Ortonenses Sulmonem* petentes, civitatem militibus vacuam, prædæ, & igni demandant. Quod *Sulmonenses* vindicaturi par pari referentes, injuriam maxima ultione persequuntur.

Annis 1458. 1460. 1461. *Sulmo* copiis *Jacobi Piccinini* præclarissimi Ducis sub *Joanne Angioino*, itemque Principis, eo tempore ejusdem civitatis *Aragonensibus* fidelissimæ, pro quibus, nempè ut eis adhæreret, *Sulmo* longam obsidionem passus, agros vastari, plura loca dirui, multos ex suis perimi, & seipsum ad ultimum penè excidium adductum cernere cogitur; cujus exemplum secuta cum universa provincia, tum totum *Neapolis* Regnum intemeratam *Aragonensibus* fidem servaverunt. Opem deindè laturus, cum multis copiis, iisque strenuissimis venit *Alexander Sforzius* à *Pio* secundo, & à *Ferdinando Neapolis* Rege missus, qui hostes in montes fugans, *Sulmonem* ab obsidione vindicavit. Anno verò 1460. iterum *Sulmo* obsessus est à *Joanne Angioino*, in Regno *Neapolis*,

polis, quæ prætendebat jura, ad tuendum veniente, & ab eodem *Piccinino*, sub quibus civitas multa mala perpessa est, multum sanguinis fudit. Anno autem 1461. elapso, obsidionem famemque amplius sustinere non valens, omnique subventione destitutus, fœdere inito *Angioinis* se dedidit; ubi *Angioinum* se munientem omnes Regni Barones, Comites, & Domini, & præcipuè *Regironi* Comites *Celani*, & *Camponeschi Aquilani*, *Acuti* Comites *Marsorum*, *Caldori*, & alii à Rege *Alphonso Ferdinandi Aragonis* Patre, dominio spoliati, prosecuti sunt.

Hæc sunt, quæ de *Sulmone* ex antiquis monumentis hausimus.

Cæterum hoc tempore utitur felicitate non modica, incolis frequens, opibusque adauctis; eoque fortunatior, quod sub *Burghesiæ* gentis, *Pauli* Quinti prosapiæ splendidissimæ Principatu suavissimè conquiescat.

Templa in ipsa *Sulmone* civitate summis ædificiis extructa, piaque loca, ac Religiosorum *Monasteria* multa, inter cætera ad duo millia passuum, ad montis *Moroni* radices situm nobile Sancti Spiritus Ordinis *Cælestinorum* Archicænobium spectatur, in quo prima ejus Ordinis jecit fundamenta *Cælestinus* Quintus, inter divos relatus. Protulit *Sulmo* inter alios viros clarissimos Poëtarum lumen *Ovidium*; *Marcum Probum* sui temporis Poëtam satis celebrem; *Franciscum Barbatum* Jureconsultum eximium, *Petrarchæ* amicum, ad quem ipsius extant Epistolæ. *Innocentium* Septimum Pontificem Maximum; Cardinales duos, *Joannem*, & *Cosmatum* melioratos ejusdem Pontificis fratris filios, nonnullosque Episcopos, Virosque in omni genere præstantes.

CAPUT VIII.

De Valeriensibus, & Valeria *civitate.*

PEligni contermina erat *Valeria* civitas in nostro limite, quæ Provinciam, dum extabat, de suo nomine nobilitavit, & ruens oppida excitavit, quæ nostrum laborem complent. Ibi sitam fuisse nominis affinitate, & *Strabonis* verbis, qui illam *Carseolis*, & *Albæ* præponit, ubi nunc *Vicovarum* oppidum est, dicamus oportet. *Variam* ab *Antonino*, & in tabula Itineraria dictam *Cluverius* suspicatur; at illum longè satis aberrare, illius vestigia, quæ propè ripam *Fucini* lacus lustrantur, ostendunt; & domus, quam *Bonifacius* IV. in Ecclesiam vertit, fidem astruit, ut *M. Valerius Maximus*, qui *Valeriam* viam direxit, à se excitatam, utramque de suo nomine insigniverit.

Primùm enim cum esset Censor, anno post tertium fœdus, cum *Carthaginensibus* initum, qui fuit ab V. C. secundum *Sigonii* computationem CDXLIIX. tractum viæ designando publico ære perfecit, de quo *Livius* IX.

Eodemque anno Ædes salutis à *C. Junio Bubulco* Censore locata est, quam Cos. bello *Samnitum* voverat, ab eodemque collega ejus *M. Valerio Maximo* viæ per agros publica impensa factæ:

Illius *Valerii* nepos, qui post decemviralem invidiam plebem in Patres incitatam legibus, & conditionibus suis mitigavit; qui, cùm ei ob victoriam à *Volscis*, *Æquis*que in *Alcido* reportatam, negatus triumphus fuisset, sine Senatus auctoritate triumphavit; undè *Maximi* nomen adeptus fuit; nulli anteà, quàm *Fabio* tributum: & cum consulatum gereret, & *Sora* ad *Samnites* defecisset, felici prælio recuperavit; undè triumphum, qui à *Livio* exciderat, in tabulis capitulinis adscriptum *Joannes Vincentius Ciarlante* in memoriis *Samnii* refert:

M. VALERIVS. M. F. M. N. MAXIMVS
A. CDXXXXI. COS. DE. SAMNITIBVS
SORANISQ. IDIBVS. SEXT

Vir quidem magistratibus., & bellicis facinoribus clarus, tantam in urbe sibi comparaverat auctoritatem, ut cum *Etruria Aretinorum* seditionibus irritata, qui *Licinium* genus inter eos præpotens, divitiarum solum invidia, armorum violentia depellere cœpissent, palam etiam rebellioni locum dedissent; eoque tempore *Marsorum* populi deductione novæ Coloniæ irritati, agrum vi tuebantur; & cum utrorumque motus terrore urbem replesset, unus ipse Dictator eligitur, & subactis *Etruscis*, sic armis *Marsos* fatigavit, ut ad munitissimas civitates *Plestiniam*, & *Miloniam* reparare compulerit; nec pacem postmodum petentes, parte agri mulctatos, in fœdus restituit; etsi *Livius* ad A. V. C. CDLI. sublevationem *Marsorum* reportet, & ante Consulatum *L. Cornelii Scipionis*, & *G. R. Fulvii* A. V. C. CDLIV. *Carseolos* coloniam deductam constet, eo anno designatam, quo *Marsi* in arma ruerunt; nec antè perfectam, quàm Dictator illa compresserit. In parte agri mulctata Dictator ad grandia natus, civitatem de suo nomine, ut viam anteà straverat, collectis *Marrubii*, & *Cerseniæ* reliquiis, in designato loco adunavit, ut familiæ suæ Avorum gloria claræ, triumphorum splendore decoræ; Consulatibus illustris, quos LXIX. gessit, & ex egregiis factis *Corvina*, *Potita*, & *Messala* pronomine adaucta, publicæ viæ directione, & novæ civitatis ædificio memoriam æternari studuit.

Volaterranus Antropologia lib. 20.

Erant & aliæ in Orbe ejusdem nominis civitates, nempe in *Hispania Tarraconensi*, & in *Corsica* Insula, de quibus *Ptolemæus* lib. II. tab. VII. *Europæ*, & in *Pannonia* inferiori, ad *Danubii*, & *Dravui* flumina à *Diocletiano* Imperatore in propriæ filiæ memoriam *Maximino Herculeo* nuptæ erectam; & cum nulla suscepta prole decessisset, Provinciam, civitatemque suo nomini sacravit; ad quorum differentiam, hæc nostra *Valeria Italiæ* appellari meruit; & in tantam rerum magnificentiam temporis cursu crevit, ut in nova *Italiæ* partitione, *Longobardorum* Regum auctoritate, extenso limite, & adjecto agro, Provinciæ Principatum, Metropolitanumque honorem obtinuerit; cujus fines *Vibius Sequester* in Catalogo Provinciarum *Italiæ* tales assignat.

Ammianus Marcellinus lib. 9. *Strabo*.

Vibius.

Porrò XIII. Provincia *Valeriæ*, cui & *Nursia* annexa, inter *Umbriam*, & *Campaniam*, *Picenum*que consistit, quæ ab Oriente *Samnitum* Regionem attingit; hujus pars occidua, quæ ab urbe *Romana* initium capit, olim habebat *Tuscorum* populos, & *Tuscia* dicta est; hæc habet urbes *Tibur*, *Carseolos*, *Reate*, *Forconium*, & *Amiternum*, regionemque *Marsorum*, & eorum lacum, qui *Fucinus* appellatur. *Marsorum* quoque regionem ideò intra *Valeriam* Provinciam æstimo computari; quia in Catalogo Provinciarum *Italiæ* minimè ab antiquis descripta est. Si quis autem hanc per se Provinciam esse verè ratione probaverit, hujus ratio ab illis sententiæ modis omnibus tenenda est.

Multò magis Sanctorum Monachorum frequentibus cœnobiis, quàm regiis prærogativis, & terrena ditione clara, quibus primùm monastica disciplina in occidentali Ecclesia reparata, sub san-

ſanctiſſimo Cœnobiarcha *Benedicto*, proindè firmioribus præceptis, regulata lege dictis, numeroſa in orbe crevit religio, & cæleſtis veluti illis Paranimphus in hac Provincia S. Pater *Equitius* fuit, viam certo dogmate docens, diſperſos in ſolitudine Monachos ſub certa regulari norma in Abbatis præfectura congregavit; indè & *Valentianus*, devaſtato jam à ſæva *Longobardorum* rabie *Valeriano Monaſterio*, ad *Romanum*, in quo S. *Gregorius Magnus* regulari diſciplina inſtruebatur, translatus Præſul extitit, ut ipſe in Dialogis teſtatur. Undè tot viri ſanctitate inſignes, multis in Provincia patratis miraculis, cæleſtium præceptorum Satores, cum Monaſticis inſtitutis Chriſtianam Religionem propagarunt; & Sanctarum virtutum ſplendore ſic illuxerunt, ut certatim undique Monaſteria conſtruerentur, quibus XXVII. circà lacum *Fucinum* ſolum Præpoſitus D. *Mariæ de Luco* ex *Benedictinis* alumnis præfuiſſe, in *Caſſinenſibus* Chronicis narratur; ultrà alia ejuſdem familiæ in eadem regione poſita à nobis ſuis locis relata; in quorum locum, fatiſcentibus illis, mendicantium ordines ſucceſſerunt. Quæ à S. *Equitio*, vel ab illius Congregationis viris erecta fuerunt, ſic exciderunt, ut præter illud S. *Laurentii* in pago, quod modò *Pizzulum* vocant, quæ Parochialis Eccleſia eſt, in quo crypta illius ſepulchri veneratur, de nullo alio memoria extat; & quæ meritis Sanctorum Monachorum Deus Omnipotens in provincia operatus eſt, in Chronicis *Caſſinenſibus*, & Sancti *Gregorii* dialogis recitantur.

Aul.Gell. lib. 17. c. 16. & lib. 18. cap. 3. Dictator verò noſter ut urbem, quam ſtabilierat muneribus, & prærogativis augeret, jura municipii indulſit, univerſum illius ſtatum ex omnibus propè rebus publicis ſic temperavit, ut penè *Romæ* ſimilis videretur; publicis rebus Decurionum Collegium (qui Senatûs loco erat) præfecit, & magiſtratum duorum Virorum, qui jurgia, & lites ſedarent, ſtatuit; ex quibus municipia mores capiebant; utrorum memoriam lapides in Eccleſia S. *Benedicti* ad nos transmiſerunt.

Sigonius de Antiq. Jure Italiæ lib. 3. cap. 8.

D. M. S.
L. MINDIO
PRIMITIVO
DECVR. MAR
QVI. VIXIT
ANNIS. XXII.
M. V. DIES. II.
TITIDIA
FAVENTINA
MATER
B. M. P.

D. M.
Q. GAVEDIO
VERO. PATR
II. VIR I. D.
Q. PETEDIVS
DRAGOANCO
B. M. P.

Leo lib. 1. cap. 36. Non eſt quid faciat, quòd Decurio *Marſorum*, & non *Valeriæ* ſcribitur; cùm civitas ipſa utroque nomine, & *Valeria*, & civitas *Marſorum* diverſo tempore ſit dicta; ſic *Leo* in Chronicis, cùm Eccleſias *Caſſinenſium* recenſet; *S. Paulus* in civitate *Marſorum*, & S. *Cyprianus* in gyro ejuſdem civitatis, dicit; & *Joanna* II. hujus Regni Sereniſſima Regina, dum pro collatis in illam, Regnumque beneficiis Præclariſſimo Principi *Odoardo Columnæ* Ducatus titulo nobilitatam in feudum aſſignavit, anno M. CCCC. XXXII. non alio nomine, quàm *Marſia* civitas, in diplomate utitur; in cujus præclariſſimæ familiæ Proceribus, etſi civitatis dominium non conſervetur, ex ipſo primo Duce titulus cum ditione perpetuatur; eſt enim ditio hæc noſtra nobilis patria, *Lucus*, *Tranſaquæ*, & *Paternum*, & ab ipſo *Odoardo* ad Excellentiſſimum Dominum *Marcum Antonium* Aurei Velleris militem, & Magnum Comeſtabilem, qui feliciter Avorum ſuorum Principatum hæreditavit, duodecim numerantur, ut in ſtemmate:

Odoardus I.	*Marcus Antonius* V.	*Carolus* IX.
Jordanus II.	*M. Antonius* VI.	*Fredericus* X.
Proſper III.	*M. Antonius* VII.	*M. Antonius* XI.
Aſcanius IV.	*Philippus* VIII.	*Laur. Onuphrius* XII.

Gaudebat civitas orientali aura lacus ad litora poſita in ampla planitie, cujus mœnia *Invectus*, ſeu *Juvenculus* amnis abradebat; ambitus pluſquam ſexies mille lares capiebat, ædificiis magnificentiſſimis ornata, ut rudeta demonſtrant; inter quæ magni amphitheatri inconcuſſa adhuc fundamenta, cum primis arcubus circa aream nondum tempori ceſſerunt; area ipſa ſatis lata, ad quæcumque ſpectacula recipienda affabrè facta, à quo non longè majorum ſepulchrorum lapidei tumuli, ad inſtar pyramidum, extolluntur, lapidum incruſtatura, & ornatu abjecti: quos modo *Li Murroni* appellant, quorum aliqui etiam per tractum viæ *Valeriæ* jacent. Cætera autem monumenta vetuſtas abſumpſit, præter memoriam aliquorum, quæ in inciſis lapidibus ad noſtra ſunt tempora translata. Horum erat *Septimio Severo* ſacratum opus, ut in mutilata inſcriptione in marmorea baſi, quæ in gradibus aræ majoris Eccleſiæ S. *Benedicti* in hæc verba legitur:

IMP. CÆS. L. SEPTIMIO. SEVERO
AVG. ARABICO. ADIABENICO
OPTIMO. FORTISSIMO.

Et cum dedicatio abſciſſa ſit, ſivè ob illuſtratam novis legionibus militiam, & *Italicam* novam legionem addictam, ſivè ob aliquod beneficium ipſi municipio collatum, ante *Parthicum* bellum in gratiam Principis ſtatuam ibidem erectam fuiſſe; nam victis primò *Arabicis*, & *Adiabenicis*, & *Parthis* in deditionem acceptis à *Parthico* cognomine, à Senatu delato, abſtinuit; ne gens nondum armis victa irritaretur; meritoque reſtauratoris *Pantheonis* ibidem memoria erecta, in quo qui illud à ſuperſtitione purgatum, veri Dei cultui reſtitueret, oriturus erat. *Sex. Aur. Vict.*

Ante ejuſdem templi fores muliebre *Coloſſum* ſua baſi his literis notata ſuſtentabatur:

ALFIDIA. MATER. AVGVSTI.

Quænam fuerit, cujuſque *Auguſti* mater nullo ſtudio (licet eruditiſſimos in urbe antiquarios conſuluerimus) invenire hactenus potuimus, eſt & alteri mulieris illi nomine affini operis dedicatio in S. *Sabinæ* templo in alio inſcripto lapide, ſic:

ALFIA. P. F. MARTA.......
MVLIEBRE. A. SOLO.........
EADEM LAPIDE. VA.......
ORNAVIT. ABRVMAE. M.
FOCVLO. SEDES. POSVIT.

Reliqua profana ædificia ſolum occupat, in quo fundamenta, & rudeta, quæ ſæpè aratro aperiuntur, paſſim jacent.

Quæ ſors autem eam tulerit, an *Longobardorum* furore, an *Fucini* violentia corruerit, neſcitur; quique fuerit barbarus vaſtator, ea pietate in ſacris ædibus uſus fuit, ut ſolum illius rabies deplantationi omnium ædificiorum intenta, illis ſic pepercerit, ut non læſerit. Extat modò à SS. *Bonifacio* IV. indè ex *Joanne Medico* Patre oriundo, ante annos M. LII. templum Patriarchæ *Benedicto* ſacratum, paterna olim ipſius Sanctiſſimi Pontificis domus, Cænobiumque juxta, ad *Ciſtercienſium* fami-

miliæ, cujus alumnus fuerat, receptaculum, proprio ære, & avorum facultatibus ditatum, erexit, & deficientibus Monachis pariter defecit, templo superstite structura ex polito lapide non vulgari, cujus nomine parvus pagus, & vile piscatorum tugurium, vix decem familias continens appellatur.

Centum ferè passibus ab isto honorificum, latumque aliud Sanctæ *Sabinæ* (non tàm generis nobilitate, quàm martyrio claræ) sacratum extollitur, tribus aulis distinctum, quarum maxima columnis ex quadrato lapide, super quibus hinc indè arcus curvantur, suffulcitur, apsides, totaque ipsa polito vertitur saxo, ex quo faciei structura pariter componitur; ostium ex vario pario, crebris animalium figuris interjectis, adumbratum, in formam Iconis tribus ex utrolibet latere columnis rotundis erectis, quarum excavata epistylia diversarum specierum formas repræsentant, ovatumque sustentatur supercilium, albo, mixtoque nigri coloris marmore; olim tamen *Marsorum* Episcoporum ad *Gregorii* XIII. usque tempora cathedralis Sedes, & residentia, multò ante hæc derelicta, ruente Episcopali palatio; parùmque cum deceret Episcopos morari in agro, ex illius indulto, ad Ecclesiam S. *Mariæ Gratiarum* translata, non despecta priori, quæ & devoto cultu veneratur, & piis impensis sustentatur. Ecclesia ipsa, & Piscatorum casunculæ tantæ civitatis, quæ amplæ Provinciæ Metropolicam dignitatem, & supremi magistratus honorem sustinuit, pauperes reliquiæ sunt.

Duo autem hinc II. M. P. ad ortum æstivum antiqua loca in tabula itineraria designantur, *Cerfinia*, seù *Cerfenia*, & Mons *Imæus*, in *Valeriæ* viæ tractu: licèt neutrorum situm *Cluverius* consequutus fuisse videatur, & in ambo aberravit, sicut in *Marrubio*, quod ut *Morreum* assereret, tractum viæ *Valeriæ* disperdidit, per quem recta linea transierat; siquidem Montem *Imæum* non ad lacus litora, sed infra *Appennini* radices incolæ docent, & vulgari nomine *Monte Meo* appellant, & quod ultrà *Juvenculi* ripam IV. M. abhinc P. *Veneris* oppidum alia origine trahitur, & *Cerfinia* non in loco, quo Collis *Armelus* est, quod *Collomeum Lucius Camarra* appellat; sed parùm longè in tractu ipso viæ aliqua vestigia signantur, & vetus S. *Felicitatis* templum in fundamentis signatur, de quo in Bulla *Paschalis* II. ambo in tractu viæ ab *Antonino*, & tabula ipsa itineraria posita, non amplitudine, aut alia singularitate, sed transitu viæ nota, ex quorum ruinis *Collis Armeli* oppidi principia aucta recensentur, non eo ipso, sed successu temporis; siquidem dissipati, illa fatiscente, cives in septem pagos coiverunt, ex quibus *Cansanum, Miglianum*, *Leo*, & *Imæum*, quorum adhuc Ecclesiæ in locis ipsis signantur, & in præcitata *Paschalis* II. Bulla S. *Anatolia* in *Leone* asseritur, cujus Pagi cæmenta novi ædificii, domus scilicet recreationis *Piccolomineorum* Ducum, in loco, qui hodiè *Luna* dicitur, materia fuerunt. Agerque in latifundium, & Viridarium cessit, pratis populorum virentium multiplicitate, & varii generis pomorum delectabile; & de *Loreto* in Chronicis *Cassinensibus* pariter, quæ de *Oretino* lib. primo cap. XXXVI. & de *Miliano* dicemus infrà, ex quorum omnium casu *Armele* in oppidum *Colle Armele* crevit, successitque *Cerfiniæ*, parùm ab illa longè in Præbenda Parochiali translata, ibidem Ecclesia S. *Felicitatis* cum Collegio quatuor Canonicorum, cui Præpositus præest, & Sacramenta centum propè laribus, qui illud complent, præbet; nihil in illo insigne, vel antiquum, præter sequentem inscriptionem:

Cerfenia. *Mons Imæus.* *Veneri.* *Collis Armeli.*

D. M.
T. TIDIO......
MO. QVI. VIX. A....
LXXII. MEN. III.
FIDIVS. FAVS.
NEPOTI. PIISS.
O. BENEMER.
P.

A *Cerfinia* ad *Aternum* viam à *Claudio* directam lapis supra relatus testatur.

Et ad ripam *Juvenculi* II. M. P. à *Valeria*, oppidulum ad radices *Apennini* in elevato collis dorso ad prospectum Lacus oppidolum *Veneri* anteà positum, à *Venere Myrtea*, ut ex *Plinio* jam diximus, nuncupatum, cui S. *Sylvestri* Ecclesia successit, & cum incolis montana displicere cœperint, antiquam sedem relinquentes, ad ripam amnis novum excitarunt, & in aperto pago, qui non plures quàm viginti lares continet. *Plin. lib. 16. c. 29.*

Eodem itinere ad easdem radices, in elevato colle ad prospectum pariter lacus III. M. P. à *Venere* ex duobus antiquis Vicis *Sparnasii*, & *Collis Asinii* unum oppidolum conflatum, & nominatum confusione, *Speron d'Asino* dicitur, & Parochialium Ecclesiarum unio insequuta pariter fuit; undè Ecclesia S. *Mariæ*, quæ alterius eorum erat, S. *Nicolai*, in qua cura exercetur, perpetuò incorporata. *Sparnasium Collis Asinii. Speron d'Asino.*

Eodem calculo milliarium procedendo per juga *Apennini Aschium* parvum etiam; haùd multum, rigida cæli inclementia, jucundum oppidum jacet, nèc lætus ager, qui præter frumentum nihil aliud gignit, & in Ecclesia Sancti *Sylvestri*, quæ ab Archipresbytero cum duobus Capellanis regitur, vix centum lares congregat. *Aschium.*

Ad *Valeriam* autem, ut cætera compleantur, redeamus oportet, quæ hostili, sivè igne absumpta, sivè alio rerum infortunio in caligine temporis involuto, ruit; civesque sparsim per agros se recipientes, Vicos aliquos inhabitare cœperunt, qui sua fata sentientes, vix nomina ad nos transmiserunt. Horum unus notior alio, *Apinianicum*, in quo Ecclesia S. *Mariæ*, quæ ruinam minatur, cum rimam ex parte fecerit; vetus tamen Monialium S. *Claræ* Monasterium ex *Sixti* IV. indulto intrà mœnia in Ecclesia S. Institutricis translatum, M. P. à *Piscina* nunc ad olerum cultum recinctum murorum servit, quondàm de juribus Monasterii S. *Vincentii* ad *Vulturnum*; illiusque Abbas *Joannes*, *Marsicanis* quibusdam bona occupantibus, quæstionem movit, & à *Petro Ticinensi* Episcopo, *Ottonis* II. Archicancellarii, in præsentia *Odorisii*, & *Raynaldi Marsorum* Comitum, sententiam reportavit anno DCCCCLXXXI. quam ex Chronicis illius Monasterii transcriptam, *Ughellius* in serie Episcoporum reponit. *Apinianicum.*

Alter *Apamea* dictus, eodem itinere à *Piscina*, ex *Paulo Marso* in Fastorum recensione, & parùm infrà *Atranum*, & *Bozzanum* alter erat, *Milianum*, seù *Maglianum*, & S. *Antii*, omniumque cum *Piscina* consortium unicam efficiebat universitatem, ut in instrumento exemptionis à muneribus publicis *Joanni de Maso*, & *Petrucciæ* ejus conjugi, jam ab anno MCCCIII. concessæ, plenè constat, cujus transumptum, ne crescat volumen, relinquimus. *Apamea, Atranum, Bozzanum, Milianum.*

Piscina autem, quæ Villa in vita S. *Berardi* enunciatur, horum caput, reliquorum concursu in oppidum crevit; lætis siquidem auspiciis, ut Episcoporum sedes, & *Valeriæ* in agri possessione, & Cathedræ locum occuparet; II. M. P. ab illa dissita in radicibus *Apennini* ad fauces collium, *Piscina.*

inter

inter quos *Juvenculus* amnis perfluit; Primorum civium lares murorum recinctu vallabantur; Arce in suprema parte ad tutelam, quæ jàm penè tota corruit, muniti; novum tamen incrementum nobilioribus ædificiis, situs commoditate, & viarum magnificentia egregium, sed in aperto sinu, adhuc murorum custodia caret.

Nomen incolæ, ut vetustatis splendore Patriam exornent, ea ambitione, qua omnes feruntur, ad fabulosas *Pauli Marsi* eorum civis nænias recurrentes, principia referunt, & ad instar aliorum à *Marsia Lydo* ex *Asia* adventante inditum, & à *Pisino* in *Galatia Asiæ* (quæ pòst *Paphlagonia* regio dicta est,) Emporium victori relictum, in novo suæ Provinciæ dominio nomine, & re reparatum, seù à *Pissinante* Deorum Matre, cujus templum Conditor in memoriam ejus, quod in *Asia* reliquerat, ibidem erexit; & cum Dea ipsa *Angidistes* etiam vocaretur; unde *Angitiæ* Deæ in *Marsis*, qui & lucum illi sacrarunt, Religio, quæ *Romam* usque pervenit; siquidem dùm *Pœni Italiam* vastabant, quam *Annibal* multis victoriis insolens premebat, tale ex oraculo responsum *Romanos* à Cælestibus auxilia flagitantes reportasse, *Livius* refert. Quicumque hostis alienigena terræ *Italiæ* bellum intulisset, eum pelli *Italia*, vincique posse, si Mater *Idea Pessinante Romam* advecta esset; quamobrem illius simulacrum à Rege postulantes, à *Pisino* Emporio inani superstitione in urbem translatum. Ab utroque igitur novo oppido denominationem *Marsiam* dedisse argumentantur; est tamen illi non à *Pissinante*, aut à *Pisino*, sed ab aquarum stagnis *Piscina*, & *Vivaria* dictis, sic in antiquis Thermis, quò currebant in unum aquæ, & in magno *Hierosolymitano* templo, ex victimarum ablutione discurrentes in unum, *Probatica Piscina* Euangelica attestatione pronunciatur. Siquidem *Valerienses* (ut & ipsi *Piscinates* modo) ex *Juvenculo* ad procliviorem agri sinum aquas adunant, ut altilium aquatilium hyeme venationi incumbant; parumque effossa humo stagna conficiunt, ut escis circà appositis anates, aliasque aves alliciant, quas jacto rete non parvo numero capiunt. Undè diruta *Valeria*, circà illa stagna aggregatum oppidum, nomen ante illi loco inditum retinuit; & ex inveterata nomenclatura *Piscina* dictum, cui propè cum *Matthæus Collis* Episcopus directa jam domo, juncta S. *Sabinæ* templo, ut per incertos lares diù vagantium Episcoporum commoditati prospiceret, & in deserto agro, infelicis etiam lacus aurâ, parum læto veterem instaurare minimè expedire, atque etiam in solitudine morari Episcopos non decere, nec plebi proficuum judicaret; ex Pontificio indulto, in serie Episcoporum relato, cum translatione Cathedræ civitatis honorem, donec *Valeria* resurgat, illi contulit; novum à fundamentis Deiparæ Immaculatæ, *ex nive* dictæ, ex parva primum Icone, haud vulgare templum ædificavit, porticum ante fores, faciemque ex polito lapide confecit, tribus in aulis distinctum; verum solas laterales opere arcuato complevit; mediam ipsam, ut laqueario superinduceretur, successoribus adscripsit. Undè Illustrissimus Don *Ascanius de Gasperis* modernus Episcopus, nobilis *Verulanus*, cui ad Episcopale munus sic virtutes omnes assistunt, ut nihil sit, quod illi ad pastorale officium desiderari possit; opus aggressus ex inciso ligno nobili artificio, sic superinduit, ut nec marmori cedat, organum ad modulationem, pastorale argenteum, & suppellectilia sacra addidit.

Et, ut ad *Matthæum Collem* redeamus, is propè Templum pro Episcoporum residentia ex primo lapide non amplum sanè, sed aulis, & officinis concinnè paratum Palatium extulit, & altiora parabat, ni conspiratione inimicorum, crimina falsò objecta in urbe purgare coactus, Ecclesiam, & cum ipsa vitam deiisset. Vigilantissimus Pastor, cui *Marsi* quidquid boni habent, acceptum referre debent.

In novo templo veteres insident ad divina decem Canonici; una tantum Archidiaconatus dignitas, eaque in Ecclesia perantiqua Præfecturæ Præpositi insignita honore, ut in vita S. *Berardi*, quæ in Archidiaconatum transiit, ex cujus in Ecclesia numero *Berardus* anno MCCCLXX. cathedram ipsam Episcopalem ascendit.

Eidem quoque Chori præsidatus in prima Diœcesana Synodo, à *Joanne Baptista Milanesio* celebrata, tribuitur; nec actibus capitularibus tamen inseritur; nec voce fruitur, & nomine tantum præest.

Inter moderna ædificia *Minorum Conventualium*, incultum sanè, nec ædificiis, nec proventibus dives Cænobium jacet; tempore Sancti Institutoris erectum, & in conformitate regulæ locus *Marsicanus* nuncupatur, ditius illi Oratorium S. *Antonii de Padua* in Ecclesia positum, cujus redditus in pauperum usum à Sodalitii Confratribus (quorum est præfectura) erogantur; à quo non longè Anachoretarum Magistro Ecclesiuncula surgit, populi devotione venerabilis, & juxtà illam Clericorum Seminarium ab eodem *Matthæo Colle* simplicibus beneficiis dotatum & erectum, sed iis Aulicorum aviditate subtractis, pium Institutoris præpositum adhuc sine mercede fraudatur, plorantque Clerici educationem, & ad Ecclesiastica munia profectum.

Inter septa murorum Monialium S. *Claræ* rudi ædificio, sed regulari observantia expolitum Monasterium extat; illius Moniales *Joannis Pauli Cacciæ* prædefuncti Episcopi ad normam regulæ, ad vitam communem (cum anteà privato sumptu viverent) redactæ, ut in rigore *Seraphicæ* regulæ sororum in sancto proposito emolumenta crescerent.

In earum Ecclesia S. *Maximi*, sub sæva *Diocletiani* persecutione martyrio coronati, brachium veneratur, illiusque annua solemnitas III. Kal. Novembris recolitur; passique in *Apamea*, ut in Sacro *Romano* Martyrologio asseritur, Vico ut diximus, ex quo *Piscina* crevit: diversum putamus ab illo, quem *Græci* in Menologio XVIII. Kal. Octobris ponunt, & ex eo loco Martyrii Eminentissimus *Baronius* in annotationibus (ad quem nostræ *Apameæ* notitia non devenit) unum cum idem ponit, suspicatus non aliam adesse *Apameam*, quàm illam in *Asia* à *Strabone* lib. XII. *Ptolom.* in tab. IV. & V. *Asiæ*, & *Liv.* lib. XXXV. & XXXVIII. positam, & cum locum martyrii, & diem teneamus non hæsitandum; & si sorores deperdita acta deplorent, quæ si extarent, veritas elucesceret.

Marsorum pietas, diruta *Valeria*, & deserta S. *Sabinæ* Cathedrali Ecclesia S. *Berardi* eorum Episcopi, ejus sacra ossa ne diu neglecta manerent, & venerabili fraudarentur obsequio, intra *Piscinæ* ambitum in sacrum illi templum transtulerunt, anno scilicet 1580. ut crebra devotio venerationis homagium persolvere posset, cujus natalitius dies III. Novembris solemni celebritate veneratur; inter sacra ædificia projectorum domus à S. *Nicolai* Monasterio *in furca ferrati*, translata, annectimus, sub præfectura unius ex Presbyteris Congregationis S. *Spiritus* in *Saxia* de urbe, cruce signati; qui cum Abbatiali honore infantium educationem suscepit: præter hæc nil laude

laude dignum; nec civitatis ornatum, sed oppidi formam retinet; licet præclaris in omni scientiarum genere viris resplendeat; ex quibus ad apicem Episcopatus *Jacobus* ex *Puccia* familia ascendere meruit.

Gaudet jucundo lacus prospectu, & ad æstivum ortum colles adjacentes fœcundis vitibus vestiuntur; undè grata admodum vina promunt; reliquus ager in planitiem ad aquas tendens, in latifundiis divisus *Cerere* quamplurima, leguminum, & frugum copia lætatur, irrigatione *Juvenculi* fœcundatus. Poma ex omni genere maturat, grataque vicinis commodat, ex quo nulla paupertate premitur. Incolæ sine fastu, sed comitali urbanitate, in hospites benefici; undè in opere, plusquàm verborum apparatu, adest illis civilis politia.

In transcursu *Juvenculi* M. P. à ripa ad sinistram, & II. M. P. à *Piscina*, *Carritum* incultum, asperumque oppidum in minus culturæ apto colle insidet, Diæcesis terminus à *Paschali* II. adscriptus; nulla alia mentione dignum, quàm *Anicii de Carrito* fortis militis, ni perduellionis crimine damnaretur, qui partes *Ludovici* II. *Andegavensis* sectatus, à *Joanna* II. *Ladislai* sorore, anno M.CCCC.XIIX. bonorum, & vitæ proscriptionem passus, unà cum *Henrico de Henricis*, & filiis, *Antonio Colella*, *Antonio de Raymundo*, & *Raynaldo Pauluccio*, dicto *Lancia longa*, eorum pariter memoria damnata, suam gloriam fœdo rebellionis crimine adussit, miseréque exul cum propria substantia patrium solum amisit; in hoc uno laudandus quod Patriæ, nulla alia re insignitæ, proprio facinore nomen dilatavit.

Carritum.

Cyrillus in Ann. Aquilæ lib. v. Pandulphus Colennuccius in comp. lib. v.

Ex adversa fluminis ripa deprimuntur juga montium in planam vallem IV. M. P. longitudine protensam, & D. latitudine, per quam placidus serpit, verticibus supereminentium Montium vallatam, uberi gleba fœcundam, undè oppidum ex latere surgens in parum elevato terræ cumulo II. M. P. à *Carrito*, & III. M. P. à *Piscina* dissitum, nomen *Hortona* recepit; vetustis enim temporibus *Villa magna*, ex antiquato more loquendi, *Hortum* dictum, cum qui arma capere possent, ibi orirentur, ex *Festi* testimonio; quod si etymon spectetur, sine aspiratione pronunciandum; licèt receptus à doctioribus usus fecerit, ut aspiretur ad differentiam fortassis participii ortus, vel nominis quartæ inflexionis. *Magnæ* autem ex Magnatum, Principumque electione, qui rurales domos ad animorum recreationem, & molestas civium curas sedandas extructas Villæ dici consueverunt; cujus in præeminenti cacumine parum ab oppido longè in formam arcis vestigia lustrantur, cujusnam Principis fuerit, incompertum non solum habemus, sed nec ulla priscorum ædificiorum memoria monemur. A nobilibus *Valeriensibus*, qui ad delicias destinaverunt agrum, ad instar Principum denominari fertur; signaturque modò via, quæ *delle Carrette* dicitur; quà ad civitatem frugibus, pomisque onusti currus ducebantur, signata adhuc illorum vestigiis rotarum. Moderno autem tempore, ex ruinis *Casoli*, *Codardi*, *Fonticulæ*, *Fundi magni*, Pagorum excitatum, nulla Geographorum cura notatum; cujus Ecclesia denominationem priscam ad hæc tempora transmittit; siquidem in libro visitationis *Matthæi Collis* MDCVI. S. *Agnes in Villa magna* notatur; & in Bulla *Paschalis* II. S. *Feliciani* Ecclesia pariter in *Villa magna* scribitur; illiusque ager pari nominis prærogativa gaudebat; *Fundus magnus* dictus, de quo *Leo* in Chron. lib. I. cap. XXXVI. ex *Ludovici Pii* Imperatoris largitate Monasterio S. *Angeli in Barregio*, S. *Mariæ in fundo magno* Ecclesia pervenit, & in eodem libro visitationis S. *Joannis* Parochialis Ecclesia in fundo magno dicitur.

Hortona.

Non incultum, nec sanè rude, etsi incolæ pecoribus, & agriculturæ curam plurimam præstent; cum montana grata ovibus pascua, & vallis amœnitas rei frumentariæ industriosam operam navandi otium parent; cujus Ecclesiæ S. *Joanni* dicatæ, Præpositique titulo ornatæ, quinque Canonici Collegium implent.

Relicta fluminis ripa in tractu viæ, quæ *Sulmonem* ducit V. M. P. à *Piscina* inter juga *Apennini* ad *Aternum* vergens, *Cucullum* oppidum insidet, quod ex nominis affinitate ad *Cuculum*, quod *Strabo* via *Valeria* reponit, accommodari posset, si verba ipsius arriderent; nam & post civitates dicit, cum elongetur ab *Alba* ultimo loco posita per X. & amplius M. P.

Cucullum.

Alia igitur ratione nomen illi inditum diximus, nec latum oppidum, nec læta aura fruitur in montuosa, & aspera regione, cui Aquilo plurimum obest, prohibetque vitium propagationem, & arva ultrà *Cererem* vix aliquid producunt. Est tamen S. *Dominici* Ordinis *Cistercìensis* Abbatis, singulari prærogativa munitum, quod intrà illius limites serpens, aut alterius generis venenata animalia nec sistunt, nec vivunt. Fertur enim, quod cum eum Christiani nominis hostes persequerentur, qui à Monasterio in prato cardoso ad *Villam de lacu* expulerant, Sanctus Vir fugiens in bubulcum, qui fabas eo tempore in agro oppidi serebat, incidit; illumque admonuit, ut quibus, non longè homines armati progressuri essent, si de transitu ejus ab illis percontari contingeret, dum fabas terræ dabat, pertransisse responderet; ità planè non longè accidit, ut bubulcus armatis illis, ut præceptum erat, responderit; at illi retro aspicientes in jugeribus ab illo satis, adultas fabas, flore parturientes, insurgere extemplò viderunt; sic Deus illorum perversas mentes insolito miraculo admonuit, ut à persecutione desisterent. Interim Venerabilis Vir dum oppidum intrat, frequens ei turba plorans obviam fit, rabidum lupum insequens, qui infantulum raptum portans, vicinam sylvam petebat; quamobrem miseratus parentum lacrymas, rabidam feram accivit, illique per Deum præcepit, ut prædam dimitteret; statimque lupus, feritatis oblitus, sine læsione aliqua puerulum parentibus reddidit; ex quorum ostentatione signorum, quali vitæ merito esset, illi incolæ argumenta sumentes, illum oppidum ingredientem enixè rogare cœperunt, ut aliquid de suo discedens relinqueret, quo præsidio ab infectorum animalium molestiis, quorum frequentibus incursibus offensiones, damnaque crebra incurrerant, tuti essent; at ille manu ad os allata molarem dentem extrahens, deindè ferrum mulæ, utraque illis benignè donavit; qui dens in Icone illi dicata in Ecclesia S. *Ægidii* Abbatis, loco Parochiali, in deaurato ligneo tabernaculo, digna veneratione asservantur; ad quem undique rabidi canis morsu, aliorumque venenatorum dente offensi devotè recurrunt, & tanti Viri meritis sospitatem accipiunt; & bruta ignito illo ferro impressa furorem non timent, & si qui illis est, abscedit; & crebra miraculorum coruscatione, populorum concursu, undique devotione frequentatur; cujus vitam à Cardinali *Alberico* conscriptam, nuperrimè *Ludovicus Jacobellus* erudito calamo, nostroque idiomate promulgavit, de quo *Leo* in Chronic. & Eminentissimus *Baronius*. Accessit ad hujus oppidi decorem Religiosissimus Vir D. *Joannes à Cuculo* ex *Cælestinorum* primoribus, iterùm ad totius Ordinis Generalem

Leo in Chron. lib. 3. cap. 60.

lem præfecturam anno MCCXCIX. ob regularis disciplinæ frequens studium provectus, & ob egregias animi dotes *Thomæ de Ocra* S. R. E. Eminentissimo Cardinali apprimè carus, dignus, cui supremæ suæ voluntatis executionem confideret.

Hujus ager, fines nostros præcludens, ulteriorem vagationem prohibet; ad *Cerfiniam* igitur, & viam à *Valerio* & *Claudio* signatam revertimur, & à *Colle Armeli* oppido per suavem *Apennini* dorsi ascensum III. transactis P. in rimosum, amplumque olim *Cælestinorum* Patrum Monasterium, jàm diù derelictum, & expositorum infantium, ut diximus, congregationi addictum inciditur in Ecclesiam S. Episcopo *Nicolao* sacratam, tenaci cæmento, & polito lapide confectam: asperam nimis cæli temperiem in causam derelictionis adducimus, cum juga supereminentium montium humilientur tantisper in vallem, valido Aquilonis flatui, & continuæ tempestati subjectam, hyeme præcipuè, cùm nives ex amplo jugo conglomerantur in unum ea congerie, ut summitatem montis penè adæquent, Ecclesiamque aliquandò superinduant, homines, & jumenta ad unum advolventes, & cessante hyeme ventorum turbo aliquandò timetur. Non longè in angustiorem aditum, *Furca ferrati*, *Forca di caruso* dicta, in qua olim *Arcus Augustæ*, de quo in vita S. *Ruphini* Episcopi in lectionario *Pistoriensi* Lectione I & XI.

A *Piceni* Provincia *Romam* veniens cùm per *Valeriæ* regionis viam transitum faceret. Hic itaque cum in *Marsorum* fines venisset, ad *Arcum Augustæ*, qui locus à *Romana* urbe P. M. LXXV. distare dicitur.

Nec immutatum nomen *Æstimii libri* oppidi *Galliani*, & *Castri veteris*, quorum est territorium, exhibent; cum qui circa fundi sunt, ad *Arcum* scribantur, numerus milliarium respondet, licèt in tabula itineraria assignatus longiora signet, cùm à *Romana Cerfiniæ* LXXVIII. notentur, à quo si III. addantur LXXXI. conficiet, & facilis in tabula error; cui autem *Augustæ* sacratus, incompertum habemus, cum sit ruerit, ut nulla appareant vestigia: attamen lapis in oppido *Castri veteris* in domo familiæ de *Macrinis* appositus *Liviæ Augustæ* fuisse dicatum, in non dubiam suspicionem nos adducit, qui sub marmoreum fœminæ caput, talem notat inscriptionem:

LIVIÆ. DRVSI. F
AVGVSTI
MATRI. CÆSARIS. ET
DRVSI. GERMANICI
SVPERÆQVANI. PVBLICI

Est enim, ut olim locus, agri *Marsorum* terminus, ex quo sinistrorsum à *Valeria* via ad *Vallem*, quæ (corrupto vocabulo) *Subreco* dicitur, aditus patet. Undè *Superæquani* de *Livia* benemeriti in aperto, & frequentato loco, intrà tamen eorum fines *Arcum* illi sacrarunt, quo deleto, & rudetis in proximum oppidum asportatis, nomen fundi adscriptum remansit; ex quo errore *Flavius Blondus* apertis tabulis patet, *Superæquanos* ultrà *Sulmonem* in plano quinque millium super altissimos montes ponens.

Fuit ea planities aliquot habitata vicis, quod extantes ruinæ ostendunt, & *Plin.* eos populos *Superæquanos Pelignos* appellat.

Etsi *Plinii* verba, quibus innititur, contrarium probent, licèt populus enumeret, non loca demonstret; & in ordine numerationis *Superæquanos* *Corfiniensibus*, & *Sulmonensibus* confines ponit, & cùm *Corfinienses* infra *Sulmonem* sint positi; si affines non ultrà *Superæquani*, prout revera sunt, hæc ille:

Pelignorum Corfinienses, Superæquani Sulmonenses.

Cui & ratio contradicit: *Superæquani* enim dici non possent, si locum ab eo signatum incoluissent; sed *Super-Peligni*, aut *Super-Sulmonenses*; etenim respectu *Romæ*, ex qua Orbem ex *Augusti* divisione *Plinius* inscribere cœpit, illi erant *Superæquani* dicendi, qui *Æquis* contermini ultrà eos incolunt; patet quidem *Æquorum* fines altissimos montes à Valle ista dirimere, ejusque rei certior testis lapis in Ecclesia S. *Mariæ Consolationis* in oppido *Secenarii* in istamet valle, qui sic se habet:

L. VIBIVS. SEVERVS. ÆDILIS. IIII. VIR. QQ.
SPLENDIDVS. EQ. ROMANVS. CIVITATIS. SVPER
EQVANORVM. ITEM, PATRONVS. CIVITATIS
ANXATIVM. FRENTANORVM. ET. PELTVINA
TIVM. VESTIN. HIC. OB. HONOREM. ÆDILITATIS
L. VIBII. FILII. SVI. EQ. R. AG. DEAM. PELINAM
PRIMVS. HVIC. LOCO. VENATIONE. EDIDIT
DEINCEPS. LVDOS. SOLEMNES. L. VIBIVS. NE-
POS. FILIVS. MED. IIII. VIR. ID. EQ. R. PATRO-
NVS. CIVITATIS. OB. . . . .
NOMEN. FRATRIS. SVI. TITVLVM. PVBLICE
DICAVIT. AVRELIANO. AVG. ET. BASSO. II.
COS. XVI. KAL. IVN.

Cujus *Superæquanorum* civitatis longa murorum serie apud *Castrum vetus* memoria existit; nomenque illi communi incolarum metrana adscriptum; quæ ut *Romanorum* Colonia in libro *Balbi* de Agrimensoribus fuisse dicitur.

Provincia *Valeriæ* Coloniæ *Superaquanæ*, ager ejus veteranis est assignatus; sed posteà *Severus*, & *Antoninus*, & *Commodus* aliqua privatis concesserunt.

Expugnata à *Papirio* & à *Corvilio* Coss. A. V. C. CDLIX. post *Amiterni* direptionem fertur, licet nomen non consentiat, cùm à *Livio Duroniam* expugnasse *Papirius* dicatur; minusque quàm collega hominum prædam, sed plures occidisse commemoret; potiùs tamen illam cum *Massonio* suspicamur, quam *Joannes Villanus* tempore *Caroli Magni* inter *Sulmonem*, & *Aquilam*, *Lacemoniam* dictam, dirutam affirmat; etsi minùs nomen adaptetur; illa tamen, aut alia recentiori bellorum quassatione solo æquata, cùm quæ extant murorum vestigia non vetustiori tempore ruinam passam indicant, inconcussa enim multa ædificia permanent, quæ periissent, si longo ævo assignentur; pro certo est, ex *Balbi* assertione post *Papirii* vastationem vixisse, cum illam ad *Commodi* tempora conducat, undè ut incertus apud auctores locus, sic casus describitur. Vallis ipsa, quæ ex montium inflexu post *Arcum Augustæ* principium sumit III. M. P. in longitudinem se extendit, ad planum *Macrani*, in quo civitatem ipsam positam rudeta monstrant, usque ad oppidum *Castrum vetus*, per cujus agrum *Aternum* transcurrens in flexo cursu per aliam *Vallem Populi* oppido prætendit, cujus aquarum ubertate, ut solum fœcundaretur, & civitas affluentia lætaretur, *Corfinienses* effosso monte M. P. spatio canalem absolverunt indito titulo, qui in Ecclesia S. *Joannis* ad domum Baronis de *Petropaulis* legitur.

RES-

RESPVBLICA. POPVLVSQ.
CORFINIENSIS. FORMAM
AQVÆDVCTVS. VETVSTATE
CORRVPTAM. D. D. REFECIT

Qui affluens modò, non longè ab Eremo S. *Nicolai*, *Rhodianorum* campos irrigans, glebas alias ariditate infœcundas ditat, & vulgariter *la forma di Raiano* dicitur; & antiquato jam censu *Rhodianenses* à *Castroveterensibus* recognoscebant, annuo fructuum penso XXVIII. Augusti soluto.

Diversus aquæductus iste ab alio, quem retulimus, ille ex *Sinizzi* laculo, non longè hodie à S. *Demetrii* universitate, ad ejusdem civitatis delicias deductus, ætate lapsus, aquas jam suo alveo in *Aternum* influit.

Castrum vetus.

Castrum vetus moderno tempore oppidum excitatum, parvum, sed splendore incolarum dignum, cui non minimum decorem *Fulvius de Petropaulis* Jurisconsultus suo ævo celeberrimus attulit; etsi quæ in legum enodandis difficultatibus, & in usibus feudorum commentaria edidit in lucem prodiissent, multò majorem; vetustum in illo *Minorum Conventualium* Cænobium *Seraphici* institutoris tempore fundatum, in quo *Rogerii Celani* Comitis in una Cappella corpus reconditum, veneratur, in comitiali morbo affectos miraculorum gratia elucens, cujus dies obitus in pervetusto Conventus codice, in hæc verba notatur:

Tertio Kal. Martii, anno secundo M. CCC. LXXXVII. obiit Magnificus Vir *Rogerius Celani* Comes, indelendæ memoriæ, in *Castro Galliani*, decimæ indictionis, Luna octava, sistente in signo Cancri, paulisper post horam nonæ in die Mercurii.

Tractus viæ *Valeriæ* per arcum signatum transiens *Stabulæ* protendebat, quod cum memoria totum periit; creditur tamen, eo in loco situm fuisse, quo nunc *Gordianum Siculum* est, & aliqua etiam ultrà milliarium numerum, antiquitatis vestigia suadent; inspicitur hodiè in Ecclesia S. *Nicolai* in platea oppidi C. *Rutilii*, loci Patroni, titulus his verbis notatus:

Gordianum Siculum.

C. RVTILIO. C. F. PAL. GALLICO. ORDO
AVGVSTAL. PATRONO. OB. MERITA
PATRIS. ET. IPSIVS.

Parvum est, illudque in aspera regione, oppidum infrà juga montium positum; sed S. Virginis *Gemmæ* pretiosi corporis repositione insignitum, ignobili natali ortæ, sed vitæ splendore, & miraculorum gloria claræ, quod in Ecclesia S. *Joannis* requiescens, pio cultu à fidelibus veneratur.

Utrùm *Siculum* dicatur, à primis Regionis habitatoribus, an ab alio, nescitur; sic origine antiquum, & arte impolitum, ut rerum gestarum parùm memoriâ cognitum; ex quo III. M. P. est *Rhodianum*, ex reliquiis *Corfinii* excitatum in *Apennini* radicibus, à fluminis corrosione, quod perenni cursu terram abrodit, dictum; quod & ad nos minimè pertinere dignoscitur. Ex ruinis tamen *Macranæ*, *Superæquanorum* civitatis in ipsa valle aliqua oppidula excitata, quorum primatum & rerum politia, & inhabitantium copia, & ædificiorum ornatu *Gallianum* tenet. In quo Comites *Celanenses* ad instar fortilitii domum extruxerunt, in quo Castello *Rogerii* Mater, & *Leonelli* ab *Acclozamora* uxor ab ingrato filio obsidionem tamdiù sustulit, donec dejectis propugnaculis, in illius, & *Piccinini* Ducis deditionem venit; antiquo autem Monialium S. *Claræ* Monasterio nobilitatur. Huic M. P. proximum *Secenara* aliud oppidolum, & postremum *Castel d'Hieri*, ad ripam *Aterni* positum, quo Provinciæ *Marsorum* limites, ex *Vibii* assertione, qui *Aternum* per *Marsos* discurrere dicit, *Cluverius* assignat; nosque pariter huic nostro labori finem ponimus ad Dei, Immaculatæque Virginis Matris, & SS. Apostolorum *Petri* & *Pauli* gloriam, & honorem.

Rhodianum. *Gallianum.* *Secenara.*

HISTORIÆ MARSORUM FINIS.



MAR-

MARSORUM EPISCOPORUM CATALOGUS.



Diù seriem Episcoporum contexere in animo fuit, quam licèt nimis abstrusam, indigestam, & confusam invenerimus, eam tamen, Deo adjuvante, & ordine digessimus, & amico nostro D. *Ferdinando Ughellio* commodavimus, qui *Italiæ* totius sacrorum Præsulum, & memoriam, ac egregia facta, jam aboleta, in antiquum splendorem restituta persolvit; & vicissim ejus in priscorum monumentis perscrutandis solertiâ huic nostro disposito sermoni magna accessio facta est; eamque modò locupletatam, novisquè accessionibus auctam, ne quid *Marsi* desiderare possent, ut denuò in lucem prodat, consultius judicavimus.

Quique primus sacrorum Antistes Christi fidem, juraque nostris dederit, haud facilis investigationis, ob deperdita Ecclesiæ acta, negotium erit; cùm enim post *Valeriæ* excidium incertam sedem, & ubi sibi libuerit, Episcopi pedem fixerint, quæ ad historicam veritatem monumenta prodesse poterant, non exiguum detrimentum sustulerunt; vixque hodie, quæ modernis temporibus res resolutas continent, in Archivio ipsius referuntur. (*Romanum* Martyrologium 28. Aprilis.)

Fidem igitur Christi, ipsa nascente Ecclesia, edoctos, tum Principis Apostolorum vigilantia, quæ loca vicina urbi non deseruit, tum multa alia suadent.

Siquidem Princeps ipse Apostolorum, Episcopum *Æquicolis* Christi doctrinam disseminaturum S. *Marcum Galilæum* destinavit, ex *Romano* Martyrologio die XXVIII. Aprilis, sub anno Domini XLVI. quibus jam diù Episcopalis ditio cum nostratibus communis fuit, ex *Paschalis* II. diplomatis attestatione, in quo habetur: (*Baron.* in Annal. tom. I. An. XLVI.)

Tuis igitur, frater in Christo carissime, precibus annuentes, ad perpetuam S. Matris Ecclesiæ pacem, & stabilitatem, præsentis decreti stabilitate sancimus, ut universos Parochiæ fines, sicut à tuis Antecessoribus usque hodie possessæ sunt, ità omninò tàm tibi, quàm successoribus in perpetuum conserventur, & forsitan etiam laicalis, siquidem *Carseolanos* Diœcesis continet, quos inter *Æquicolas Diodorus* numerat, qui cum commixti fuerint inter alios populos, non facile discernuntur, sic *Volater*. lib. VI. (*Diodor. Sicul.* 16. XIV.)

Æqui enim qui fuerint populi, non facile distinguuntur, commixti alioquin *Latinis*, & *Volscis*. (C. *Sigonius* lib. I. cap. 10. Antiq. Ital.)

Et nostratibus etiam, ex Geographorum descriptione, & juxta fines à *Cluverio* signatos.

Etsi territorium iis temporibus Episcopis certis limitibus distinctum non assignabatur, quamquam à Beato *Petro* ad destinatam urbem mitterentur, ad instar gentilium Flamines, & Primi flamines, ab illis tamen aliò transire, nisi ingruente persequutione, absque Sedis Apostolicæ auctoritate nefas erat; quod posteà S. *Dionysius* Papa anno CCLXVI. immutavit, unicuique proprium assignans, & in Diœcesim dividens. (C. Urbes, & C. in illis 80. distin.) (C. sicut alterius 7. q. I.)

Constat siquidem, *Æquicolorum* aliquam partem à veteribus, modernisque *Marsis* addictos, etsi S. *Marcus* eorum Episcopus fuerit, igitur & *Marsorum*, quorum agri simul certa censura complexi, sub una denominatione, deleta priori, communi existimatione appellantur; Et cum S. *Ruphinus* antè distinctionem territorii Episcopus præfuerit, & pariter S. *Marcus* eosdem populos, quos una complectebatur, determinata antiquitus jurisdictio ad fidem *Christi* vocasse pro certo habendus est; ab illo igitur exordium narrationis sumemus. (C. Ecclesias 13. q. I.)

I.

S. MARCUS *Galilæus*, cum *Petrus* Apostolorum Coryphæus ex *Antiochia Neapolim* appulisset, *Romam* profecturus, iter agens, *Atinam* pervenit, & à *Palladio* hospitio exceptus, *Marcum* peregre agentem invenit, & cum ejusdem nationis esse comperisset, in fide *Christi* delibutum baptizavit, secumque *Romam* adduxit, postmodùm ordinatum Episcopum ad eamdem civitatem remisit, ibique deletis *Jani*, *Dianæque* simulacris, & *Palladium* in fide instructum, ab eodem principe ad *Æquicolas* Euangelium prædicaturus Episcopus mittitur: fidei lacte *Æquicolas* ipsos, *Marsosque* potavit; *Atinam* indè reversus templum Lacus, propè domum *Palladii*, Deo vero consecravit; Aram, & simulacrum comminuens. Ad Maximum *Campaniæ* Præsidem sub *Domitiani* persequutione delatus, ad quæstionem etiam adductus, cùm *Christum* verum Deum prædicare non destitisset, fame, carceris squalore, igne, verberibus afflictus, in amphitheatrum adductus, clavis in capite infixis, abscissa demùm cervice, Martyr ad Dominum evolavit, anno post *Christum* natum XLVI. ut fusiùs in ejus actis narrabimus. (Anno 46.)

II.

S. RVPHINUS *Amasiæ* Episcopus, ex *Cappadocia Romam* adveniens, immanem *Maximini* persequutionem fugiens, cum *Andream* Provinciæ præfatæ Proconsulem, à quo multa tormenta sustinuerat, & quem ad fidem converterat, suæ peregrinationis socium adhibuit. A S. *Fabiano* Papa, qui tunc *Petri* Cathedram regebat, ad *Marsorum* Ecclesiam translatus, legationem postmodùm totius Marchiæ *Anconitanæ* nactus, *Marsorum* Ecclesiam deserens, *Assisii* Martyr occubuit, ut uberius in ejus, & S. *Cæsidii* vita, quam vulgari sermone edidimus, & apud *Ludovicum Sabinum* de Sanctis *Umbriæ* est videre. (237.)

Dum legati munere S. *Ruphinus* fungebatur, Ecclesiam istam S. *Cæsidio* ejus filio commendatam reliquit; & fuit circà annum Domini CCXXXVII.

Ab isto tempore ad sequentia, quos *Marsi* receperunt Episcopos, exciderunt; nec utique hanc sedem proprio rectore caruisse credendum est; nec indefessa Summorum Pontificum vigilantia, tàm proxima loca cultoribus deserta patiebatur, qui ab ex-

extremis Orbis terræ partibus, gentes convocare conabantur.

III.

JOANNES *Marsicanus* Episcopus legitur in sententia *Vigilii* Papæ contra *Theodorum Cæsariensem* ad annum CCCCCLV. ex *Carolo* de *Carolo*
555. Abbate *Fulensi* in Geographia Sacra, seu notitia Episcoporum Ecclesiæ universalis, relato à *Baron*. tom. 5. an. 551. nu. 11. & in Concilio *Constantinopolitano* sub eodem *Vigilio* an. 553. idem *Baro* n. CCXIII.

IV.

TUDERISIUS Episcopus *Marsiensis* subscripsit concilium sub *Leone* IV. Pontifice, Anno DCCCLIII. ex eodem *Carolo*, & ex Eminentis-
853. simo *Baron*. an 853. in subscriptione sententiæ à S. Synodo latæ contra *Anastasium* Presbyterum S. R. E. Cardinalem, quem excommunicatum, & honore spoliatum damnarunt.

V.

ROTTARIS Episcopus *Marsorum* anno
968. DCCCCLXIIX. testis fuit in sententia ab *Ottone* Imperatore lata, ad favorem Ecclesiæ S. *Mariæ* in *Apiniacis* ex lib. 4 Chronic. S. *Vincentii* ad *Vulturnum*; idemque pariter subscriptus reperitur in privilegio *Joannis* XIII. Ecclesiæ *Beneventanæ*, anno DCCCCLXIV. proùt refert *Ughellius*. Locus iste *Apiniacis* erat unum ex pagis, ex quibus *Piscina*, modò Episcoporum Sedes, habitatores recepit; sed solo æquato, restant solum præfatæ Ecclesiæ vestigia, mille ferè passus à *Piscina*, in cujus parietibus sequentem in lapide inscriptionem invenimus, quam ad fidem antiquitatis loci adducimus:

D. M. S.
T. ALLIO. DEL
FICO. MAM
MIA. SECUN
DILLIA. CON
INCOMPARA
BILI. CUM. QUO
VIXIT. ANN. XVIII.
B. M. P.

VI.

ALBERICUS *Berardi* III. *Marsorum* Comitis filius, ad hanc Ecclesiam advectus anno
970. DCCCCLXX. Ab *Ottone* III. Imperatore, Monasterium S. *Angeli* in *Barregio* pro toto tempore vitæ suæ obtinuit, quod posteà *Cassinensi* Cœnobio restituit: *Leo* in Chronic. *Cassi*. lib. II. cap. 14. & de quo etiam refert cap. 16. Quòd cum intrusisset in Episcopatum *Quinisium* filium, quem ex iniquitate genuerat, Abbatiam *Cassinensem* occupare, illiusque possessionem facilè nancisci speraret, addito avaritiæ, & ambitionis æstu, quo effervebat, majore facinore, ascitis ideò scelestis hominibus, illisque muneribus allectis, oculos Abbati erui curavit, quod cum insidiis patratum esset, omnipotenti de tanto scelere rationem redditurus, eademque hora, eodemque tempore, quo misero Abbati oculi fuerunt evulsi, scelestam animam in ultionis pœnam emisit. Hic etiam interfuit sententiæ latæ à *Petro Sicinensi* Episcopo, *Hubertoque Terdonensi* in gratiam Abbatis S. *Vincentii* in *Vulturno*, pro rebus spectantibus ad præfatam Ecclesiam S. *Mariæ* in *Apiniacis*, quæ de pertinentiis ipsius Monasterii erat, & ad tertium placitum aliquibus hominibus *Marsicanis* concessæ, eoque terminato, cum minimè à possessione recedere contenderent; Abbas *Joannes* cum *Franco* Advocato suo, quæstionem cum illis habuit, & investituram rerum, & Monasterii à præfatis judicibus impetravit. In præsentia præfati Episcopi, & aliorum testium; cujus judicium ultrà prædictos Episcopos exercuerunt *Raynaldus*, & *Odorisius* germani fratres *Marsorum* Comites, anno DCCCLXXXI. eamque sententiam ex Chronic. S. *Vincentii* præfati transcriptam, *Ughellius* retulit.

VII.

QUINISIUS, præfati *Alberici* spurius, in Episcopatum intrusus patri successit, anno DCCCCXCIV. Quæstionem *Cassinensi* Monaste- 994.
rio pro Ecclesia S. *Angeli* in *Barregio* movit, & à Monachis in placito *Marsorum* Comitum, conventus atque convictus tacere coactus est. Chronic. *Cassin*. lib. II. cap. 16.

VIII.

PANDULPHUS post *Quinisium* Episcopus effectus, sed quo anno non facilè colligitur, cum *Romana* Ecclesia turbinibus quateretur, ad *Petri* Cathedram Tyrannide *Alberici Tusculani* 1057.
Comitis, assumpto *Theophilato* ejus filio, puero annorum duodecim, *Benedicto* IX. nuncupato, cujus vita, moresque ad juvenilem ætatem accommodati, & violentam, & simoniacam ad Papatum intrusionem, universam conturbavit Ecclesiam; & cum undecim ferè annos magno fidelium scandalo vitam voluptatibus deditam in Sacra Sede duxisset, à Pontificatu tandem ejectus, cum se contra duos alios Pseudo-Pontifices tueretur, in gratiam potentium, qui ejus partes sectabantur, ut magis sibi amicos conciliaret, multa non concedenda concessit, inter quæ divisio Episcopatus *Marsorum* fuit.

Etenim *Marsorum* Comites & ditionis viribus, & sanguinis nobilitate potentes, & Pontifici sanguine conjuncti, pari tyrannidis, & ambitionis æstu laborantes, cum per mortem *Alberici*, & *Quinisii* continuatum Episcopatum ab illorum domo eripi viderent, ægroque animo *Pandulphi* electionem, quam irritam facere non poterant, ferrent; ut saltem partem ditionis Episcopalis per facinus retinerent, Pontificem, & Diœcesim scinderet, & *Actium* seù *Atthonem* eorum consanguineum Episcopum consecraret, induxerunt; eorumque petitioni Pontifex acquiescens, novo Episcopo, S. *Mariam* in *Cellis* in Cathedralem erectam vallem de *Narsa*, & *Carseolanorum* regionem, in ditionem Episcopalem assignavit.

Quam divisionem sic factam *Romana* Ecclesia schismate, & diversis cladibus vexata, rerum vicissitudini cedens, aliquandiù toleravit; donec in generali Concilio, *Florentiæ* habito, sub *Victore* II. Anno MLVII. non solùm Antipaparum actibus deletis, sed & aliis ea tempestate exortis malis, Patrum, qui in Concilio præerant, vigilantia sedatis, morbo huic etiam occurrere placuit, Diœcesimque unam, unumque Episcopum declararunt, & in gremio *Constantinianæ* Basilicæ aggregarunt; quo præeminentia ipsius Ecclesiæ satis declaratur, cum à suo principio, nulli alii, quàm Romano Pontifici paruerit, semperque exempta ab alieno Imperio, uti urbivicaria, ejusque Antistes inter Papæ suffraganeos numeratur, ut ex antiquo Rituali *Romano* refert *Baron*. an. MLVII. n. IX. Erant enim tunc, sicut Patriarchalibus Ecclesiis numerus purpuratorum destinatus, sic & Papæ collaterales, & suffraganei Episcopi, qui in Comitiis, & Synodis vocati vota darent.

In ea Synodo ambo, qui tunc erant, *Marsorum* Episcopi nomen retinebant, in quæstionem adducti, & quisque suam Ecclesiam tueri conatus, discus-

A cussis eorum Juribus, divisionem irritam, & adversantem Sacrorum Canonum decretis judicatum. *Actii* jura ex corrupto principio exorta, nullo Canonico suffragio tueri posse, eumque occupatorem intrusum in partem Diœcesis declararunt: in universam legitimum possessorem, & Canonicum Antistitem *Pandulphum* decreti stabilitate firmarunt; & ut tranquillitati, & quieti Ecclesiæ consuleretur, *Actio* sic abdicato, *Theatinam* Ecclesiam assignarunt; quod cum *Victor* morte præventus adimplere minimè potuerit, *Stephanus* ejus successor decretali perpetuò remansura Epistola
B firmavit, quam ex Archivio *Marsorum* desumptam hic offerimus.

☧ STEPHANUS Episcopus servus servorum Dei. Dilecto confratri, & Coëpiscopo *Pandulpho*, cæterisque successoribus Episcopis, in S. *Marsicana* Ecclesia Canonicè promovendis, in perpetuum. In specula sanctæ, & universalis Ecclesiæ, adhùc peregrinantis, quantò cæteris eminentiores apparemus, tantò vehementiùs concurrere vicissitudinibus indè debemus; sicùt enim luna menstruo cursu deficit, & perficit, sic in Ecclesia militante, temporalibus subjecta, continuas altercationes valdè defectus, & profectus
C incurrit, cujus defectui, vel diminutioni, sicut necessè est, ut compatiamur, sic proculdubio expedit, ut profectui, vel plenitudini congratulemur; quapropter unam *Marsicanam* Ecclesiam intestino, & diuturno malo, & plusquàm civili discordia secularium hominum miserabiliter discissam, & in duos Episcopatus contrà Sanctorum Patrum Canones à *Theophilato* dicto Papa divisam, & posteà permissu magis, quam consensu; necessitate, quàm utilitate, à Sanctissimo Prædecessore nostro *Leone*, sicut inventa fuit, omissam, tandemque sub beatæ memoriæ Prædecessore nostro *Victore* judicio generalis Concilii per
D divinam gratiam in gremio Basilicæ *Constantinianæ* aggregati quartodecimo Kalendas Maji, indictione decima, divisionem illam unius Diœcesis, in duas partes evacuatam, & abdicatam, atque in antiquam sui status unionem, reformatam, & in perpetuum ipsam, sicut justum fuit, Diœcesim unam uni Episcopo decretam, indè interventu totius Sanctæ Synodi Episcopo attento, qui tunc partem *Marsicanæ* Diœcesis injustè occupabat, in *Theatinam* civitatem sublato; per hujus nostri privilegii decretalem paginam, deinceps tibi beatissime, & confrater, & Coëpiscope *Pandulphe*, & successoribus tuis in perpetuum con-
E cedimus, & secundum quod tibi synodaliter, sicut superiùs dictum fuit, judicatum est, firmum *Marsicanum* Episcopatum cum omni sua integritate, & pertinentia, inter ea, quæ nominatim Ecclesiæ Sanctæ *Sabinæ* antiquæ civitatis *Marsorum*, ad Episcopalem sedem largimur, atque decernimus: nec non & reliquas Ecclesias totius *Marsicanæ* Diœcesis, cum pertinentiis, decimis, & oblationibus earum, tàm pro vivis, quàm etiam pro defunctis, secundum quod Sancti Canones decrevere: pariterque Ecclesiam Dominæ nostræ Sanctæ Dei Genitricis, & perpetuæ Virginis *Mariæ in Carseolo*, cum decimis, & obla-
F tionibus, imò cum omnibus sibi adjacentibus Ecclesiis, & rebus justè sibi pertinentibus, tàm in Castro *Tupho*, & *Scalellis*, quàm .... & alto Sanctæ *Mariæ*, & *Civitellæ*, & *Pomperano*, usque ad *Capistrellum*, & in tota valle *Nersacendæ*. Insuper auctoritate Apostolica sancimus, ut quandocumque expedierit, Ordinationes Clericorum, & consecrationem Altarium, ibidem facias, & in Monasteriis, quod tui juris est, ut sancti Canones censuerunt, & reliqua omnia, quæ ad Episcopum pertinent, sine cujusquam contradictione expleas; scilicet intrà justos terminos totius Parochiæ *Marsicanæ*, tàm illius partis, quàm anteà obtinebas, sivè & alterius quam tibi injustè Episcopi invaserunt.

Hinc Apostolicæ Sedis auctoritate subnixus, potestatis, & confirmationis privilegium indissolubiliter statuentes interdicimus, sub Divini etiam contestatione Judicii, & Anathematis interpositione, ut nullus unquàm successorum nostrorum Pontificum, vel quilibet publicarum actionum administrator, seù alia qualibet, vel quantumlibet magna, parvaque persona audeat, vel præsumat, contrà hujus nostræ confirmationis privilegium agere, aut inde quidpiam alienare, auferre, aut minuere, sed potiùs firmum, ac stabile in perpetuum sit, sicut à nobis concessum, & confirmatum est; si quis autem, quod non optamus, temerario ausu hoc nostræ Apostolicæ Sedis statutum in quopiam alienare, vel infringere præsumpserit, & contradictor illius extiterit, auctoritate Sanctæ, & individuæ *Trinitatis*, & Apostolorum Principis, vinculo Anathematis nuncupatus, à Regno Dei segregatus, & Diabolo, & Angelis ejus, nisi fortè resipiscens, indissolubiliter aggregetur. Qui verò pro respectu observator, & defensor hujus concessionis, & confirmationis extiterit, potestate Sanctæ Dei Genitricis, & semper Virginis *Mariæ*, & Beati *Petri* Apostolorum Principis, & precibus Beatæ *Sabinæ* Martyris, & omnium Sanctorum, & cœlestium multitudinis Angelorum, gloriam à justo Judice Domino nostro Jesu Christo, vitamque æternam percipere mereatur in sæcula sæculorum. Amen. Scriptum per manus Notarii, & Scriniarii Sanctæ Romanæ Apostolicæ Sedis in mense Decembri, indictione undecima.



DAtum in Castro *Casino*, quinto Idus Decembris, per manus *Numberti* Sanctæ Ecclesiæ *Sylvæ Candidæ* Episcopi, & Bibliothecarii Sanctæ *Romanæ*, & *Apostolicæ Sedis*, anno primo Domini Papæ *Stephani* Noni, indictione undecima.

Hic vir nobilis, & dives appellatur in Chro- 1059.
nicis antiquis *Cassinensibus* lib. 11. cap. 99. qui obtulisse narratur Divo *Benedicto* planetam cum Pluviali diaspro cum auro phrygio, & Altaris Pallium purpureum cum gemmis, Thuribula argentea duo, Calicem argenteum cum Patena, aquamanilia duo, & alia quam plurima. Interfuit Concilio, *Romæ* celebrato, sub *Nicolao* II. Anno MLIX., & de eo habetur mentio in vita S. *Berardi*, & transtulit corpora Sanctorum *Simplicii*, *Constantii*, & *Victoriani* in Ecclesiam Sancti *Joannis de Celano*, ut lapis testatur:

Hic requiescunt corpora Sanctorum *Simplicii*, *Constantii*, & *Victoriani*, recondita tempore *Pandulphi* Episcopi.

Protraxit vitam usque ad Pontificatum *Urbani* II.,

II., sub quo fato cessit; extant carmina *Alphani* Archiepiscopi *Salernitani* de laudibus Sanctæ *Sabinæ* Martyris ad ipsum directa. Hic idem *Alphanus* scripsit etiam heroico metro Acta SS. duodecim Fratrum Martyrum, quæ habentur in *Surii* tomo 7.

IX.

ACTIVUS ex Comitibus *Marsorum* oriundus, (de quo diximus) in Episcopatus partem intrusus, & Sacræ Synodi decreto spoliatus, ad Ecclesiam Theatinam translatus, anno MLVI. & quem ex anni translationis argumento Antecessorem *Pandulphi Ughellius* facit; vir alioquin, & generis nobilitate, & virtutibus laudabilis, cum vix annum XXXIIX. explesset, communem vitæ cursum finivit, & in Ecclesia *Cassinensi* tumulatus, ut sequens inscriptio sepulchralis ex præfato *Alphano* indicat:

Victoris III. Papæ Dialog. lib. 2. pag. 10. & ex Annal. E.

1056. *Præsulis* Atthonis *tumulasti membra* Casino,
Marsia *cui tribuit justa priora tuis.*
Istius undè domo manavit origo parentum,
Regibus à Gallis *linea ducta docet.*
Principibus Marsis *satus est de stirpe* Quiritum,
Manè cum Sedis Thetis *honore dedit.*
Ista etenim Genitrix operum tibi Virgo locavit,
Monstrat, ut Ecclesiæ jura, laborque suæ.
Unus amicorum qualis cum utiliores,
Marsia, *vel* Thetis *novit habere, fuit.*
Ante dies septem, quo Sol in piscibus esset,
Annos triginta natus, & octo fuit.

Ad quem sequentem odam inscripsit nominatus *Alphanus*, quam cum Epithaphio in fine Tomi secundi *Italiæ* Sacræ *Ughellius* refert:

Ad *Atthonem* Episcopum *Theatinum.*

Multa promittis tibi, quæ nocere
Ritè debebunt, neque te solutus
Proteget risus, nec honor juvabit
Præsulis, Attho.
Sacra mendacem canonum statuta
Præsulem damnant, vetat atque vulgus
Legis in contractibus approbando
Dicere quicquam.
De tuo lectas grege spontè vocans,
Sex mihi mirabile ferre munus
Tunc inauditum, quod erat Casino
Teste, dedisti.
Namque sex harum velut intimatas,
Prima cum Nino Babilonis *altos*
Condidit muros, Catachysmus illos
Sensit in arca.
Omnium linguis avium secunda
Te loqui planè docuit, Beatus
Si tuis scires, modò sic Latina
Reddere verba.
Artium septem studiis, & omni
Penè doctrina fuerat perita;
Teque Timæum *socio* Platonis
Tertia scripsit.
Quarta, qua fœlix recrearis, auram
Semper à cauda tibi sufflat aptam,
Nec tuis Cœlum, nisi te levarit
Carnibus, ibis.
Semi-vestitum genuit Cucullа,
Quinta causarum comitem tuarum
Pontium, cum quo sine fine mendax
Totus haberis.
Febribus te sexta tuetur acris
Floribus lætis speciebus herbis.
His tuo fuit stomacho salubris
Potio Tucci.

A *Si potes, noli, mihi Præsul* Attho
Ultrò mentiri, cole sic, amicum
Ut decet fidum, tibi mox nec ulla
Cura nocebit.

X.

LUMINOSUS Episcopus *Marsorum* subscripsit Concilium *Lateranense* sub *Martino* II. anno MLXXIIX. ex *Carolo* à *S. Carolo.* 1078.

XI.

ANDREAS *Marsorum* Episcopus, testis in donatione tenimenti domorum terræ *Transaquarum*, factæ per *Berardum* Comitem Ecclesiæ SS. B *Cæsidii*, & *Ruphini* anno MXCIIX. cujus copiam 1098. *Ughellio* commodatam hic etiam referre judicavimus.

In nomine Dei Summi, & Æterni Amen. Anni Dominicæ Incarnationis sunt mille nonaginta sex, ex indictione quarta, mense Junii, die octavo. Ego *Berardus Marsorum* Comes, cum *Gemma* 1096. matre mea, nostra bona, & spontanea voluntate pro redemptione animæ nostræ, parentumque nostrorum ex nunc, & in perpetuum donamus, offerimus, & tradimus ad Ecclesiam Sancti *Cæsidii*, quæ sita est in Castro, quod dicitur *Transaquæ*; hoc est circuitum, & omnes terras, & C singulas possessiones, annuos redditus, & debita, quæ nobis facere tenentur omnes, & singuli, qui domos, hortos, & tenimenta tenent intus circuitus dicti Castelli de *Transaquis*, pro quibus omnibus domibus, hortis, & tenimentis singuli in dicto Castello possessores, nostris progenitoribus, & nostræ Curiæ tenebantur. Qui à nobis, & nostris prædecessoribus, possidentes dictarum domorum, & tenimentorum ita, & semper sub certa pensione tenuerunt, & habuerunt tanquàm propria nostra, prædictas domos, hortos, & tenimenta, ac cum omnibus viis, & plateis publi- D cis dicti Castelli, ac omnibus ædificiis ædificatis, & ubiquè indè ædificandis in Castro *Transaquæ*. Et à prædicta Ecclesia nullam de possessionibus facimus liberam, nisi Palatium, & habitationem nostram propè portam ipsius Castelli, qua porta ascendimus ad *Roccas* nostras; & habitationes *Guffoni Sarraceni* militis, & Magistri nostri. Et sicut superiùs legitur omnia præmissa integra à præsenti die hæreditario jure firmissimè tenenda, & perpetuò possedenda obtulimus in Canonicam Ecclesiæ præfatæ; nec alium præter dictam Eccle- E siam, & ipsius Clerum de prædictis domibus, & tenimentis in superiorem recognoscant; etiam in juribus concessionum prædictarum rerum donatarum. Et nos pro nobis, & hæredibus nostris omnia prædicta defendere promittimus ab omni persona, omni tempore in perpetuum, sicut superius actum est. Nostram habitationem, & habitationem prædicti *Guffoni* militis, & Magistri nostri, prout sitæ sunt, liberas, & francas reservamus. Etsi nos, nostrique hæredes, aliqua, vel parva persona litigium in præmissis fecerimus, in iram incurramus Dei; etsi quis, in hoc, quod superius legitur, minuere, vel subtrahere aliquid F præsumpserit; vel venire contrà voluerit, cum justis non scribatur, sed nomen suum deleatur de libro vitæ, & cum *Juda*, & *Pilato*, & *Caifa* in inferno, excommunicationis, & Anathematis vinculo damnetur; & præfatæ Ecclesiæ insuper libras auri trecentas componat; & præsens cautela in posterum firma permaneat in æternum. Ego autem prædictus *Berardus* Comes, & prædicta *Gemma* mater mea, ità cum domino *Andræa* Venerabili Episcopo *Marsicano*, & cum *Thadæo* Presbytero Abbate prædictæ Ecclesiæ S. *Cæsidii* Martyris, & Canonicis de *Canonica* dictæ Ecclesiæ, vide-

videlicet D. *Angelo Joannis* Presbytero. D. *Petro Riccardi* Presbytero. *Jacobo de Carmonis* Presbytero. *Elia Pandulphi* Diacono, *Stephano Sacristano*, & aliis judicibus nostris subscriptis, videlicet D. *Guffone Sarraceno*; D. *Massaro de Rocca* de Castello *Transaquis*; D. *Gentile de Alba*; D. *Henrico de Foris*; D. *Gisivo de Agello*; D. *Odorisio*, & D. *Pandulpho de Celano* nostris Magistris, & Consiliariis prædictam excommunicationem de nostra voluntate sacravimus, & celebravimus in dicto Castello de *Transaquis* ante Altare dicti Martyris *Cæsidii*, ut omnes in præmissis contra facientes, ut suprà damnentur, & excommunicentur, & responsum ab omnibus, fiat, fiat, Amen. Et hoc insuper actum est inscriptum à me *Philippo de Alba* Notario, mihi *Berardo* Comite, & *Gemma* Comitissa jubentibus, & rogantibus, mense, & indictione prædictis.

Signum † manu de me supradicto Comite *Berardo*, qui hanc cautelam fieri præcepi, & rogavi:

† Signum manu de supradicto *Guffone*, qui interfuit.
† Signum manu de supradicto *Massaro*, qui interfuit.
† Signum manu de supradicto *Gentile*, qui interfuit.
† Signum manu de supradicto *Henrico*, qui interfuit.
† Signum manu de supradicto *Gisino*, qui interfuit.
† Signum manu de supradicto *Pandulpho*, qui interfuit.
† Signum manu de supradicto *Odorisio*, qui interfuit.

Ego *Philippus* Notarius rogatu, & præcepto, à supradicto Comite *Berardo*, & *Gemma* Comitissa scripsi, & compilavi. Locus † signi.

XII.

Tomasso Costo in additionibus ad *Pandulphum Colennuc.* in histor. *R. Neap.* lib. 1. fol. 96.

SIGINULPHUS, ex nobili prosapia, inter *Marsos* natus, post *Andream*, Episcopatum invasit, à *Guiperto* Antipapa [qui in *Alba* nostrorum civitate, fretus potentia *Riccardi* Comitis *Capuæ* aliquandiù se tutavit] ordinatus Episcopus, & contrà Canonum decreta Ecclesiam administravit, & Jura Episcopalia, reluctante S. R. Ecclesia exercere per decem & septem annos ausus fuit, suorum affinium, & Clericorum, quos ordinaverat, juribus subnixus, Schismaticus, etsi in reliquo encomiis miræ religionis, & abstinentiæ in vita S. *Berardi* laudatur; ab eoque Sancto, tertio postquàm susceperat anno Episcopale munus, à sede ejectus; siquidem cum, nisi post mortem *Andreæ*, quem vixisse constat anno MXCVI. in Episcopatu se intruserit, & decem & septem annos retinuerit, illius ejectio ad annum MCXIII. refertur; quo tempore S. Episcopus *Berardus* Tyrannorum, & fautorum Pseudo-Episcopi vires fregerat, & quietem suæ Ecclesiæ restituerit, ad quam assumptus fuit anno MCIX.

1096.

XIII.

S. BERARDUS *Berardi* XXIV. *Marsorum* Comitis filius. Diaconus Cardinalis tituli S. *Angeli* in foro piscium, & Presbyter tituli S. *Grisogoni*, & *Marsorum* Episcopus à *Paschali* II. confirmatus, multa pro Clericorum Reformatione, & juribus Ecclesiæ tuendis passus; bonis operibus, & miraculis clarus ad cœlum migravit, tertio Nonas Novembris MCXXX. in Cathedrali S. *Sabinæ* Martyris sepultus; postmodùm ad Ecclesiam ejus nomini dicatam, intrà mœnia *Piscinæ* translatus, honore Sanctorum veneratur; cujus vitam, & miraculorum insignia *Joannes Signinus* Canonicus *Marsicanus*, & posteà Episcopus scripsit, ab Archivio Cathedralis nobis impartitam, quam prælo mandavimus, & quæ ab *Anonymo* parùm accuratè scripta, refertur à *Ciacconio* in vita *Paschalis* II.

Confirmationem jurium Episcopalium in ditione *Marsorum* ab eodem Pontifice obtinuit; cujus diploma cum multis aliis à nobis impartitis *Ughellius* edidit.

PASCHALIS Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio *Berardo Marsicanæ* Ecclesiæ Episcopo, ejusque successoribus Canonicè substituendis in perpetuum.

Sicut injusta petentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitime desiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur, frater in Christo carissime, precibus annuentes, ad perpetuam S. Matris Ecclesiæ pacem, & stabilitatem, præsentis decreti stabilitate sancimus, ut universos Parochiæ tuæ fines, sicut à tuis Antecessoribus usque hodie possessæ sunt, ità omninò tàm tibi, quàm tuis successoribus in perpetuum conserventur. Qui videlicet fines à *Furca Ferrati* decurrunt in *Caput Carriti*; indè per viam de *Merso* in *portellam de valla putrida*, per terram de *Feresca*, per *Argatonem*, per serram de *Canno*, per serram *Formellæ*; indè ad *Molinum* veterem, indè ad furcam *Aceræ*, per serram de *Vivo*, per serram de *Troja*, indè ad *Pesculum Canalis*; indè ad *Pinnam* Imperatoris, per serram de *Cervara*, indè ad S. *Britium* per furcam de *Auricula*; indè ad *Arcus S. Georgii* per flumen *Sisaræ*, per *Turres* de *Ofrano*, per *Scalellas*, per *Tufum* fluvii *Remandi*, per *Trepontum*; indè ad *Vulpem mortuam*, per *Buccam* de *Teba*, per campum de *Pezza*, per Rivum *Gambarorum*, per serram de *Candida*, per *Venerinum*, & redeunt ad furcam *Ferrati*; intra quos fines, quæcumque oppida, quæcumque villæ, quæcumque Plebes, quæcumque Ecclesiæ sitæ sunt, aut in posterum fuerint, sub tua, & tuorum Catholicorum successorum Episcopali providentia, & dispositione permaneant, & ex eis omnibus Episcopalia vobis jura solvant, tàm in Clericorum ordinationibus, & Ecclesiarum consecrationibus, quàm in redditu decimarum, & oblationum; sivè in correctionibus delinquentium. Sanè illam Monachorum pravam præsumptionem, quæ partim Episcoporum absentia, partim eorum pervicacia, in *Marsorum* finibus inolevit, omnimodò inhibemus, ut nec Baptisma ulterius in Monasteriis faciant; nec ad infirmorum unctiones claustris suis progredi audeant; nec ad pœnitentiam injungendam populares personas admittant, nec ab Episcopo excommunicatos ad communionem; nec interdictos ad officia sacra suscipiant.


Porrò Ecclesiam Beatæ *Sabinæ* Martyris matricem semper haberi, sicut hactenus habita est, & illic Episcopalem Sedem permanere decernimus; & in ejus possessione, & jurisdictione Ecclesiæ cum prædiis suis, quæ præteritis temporibus possessa sunt, etiam in futurum perpetuis temporibus quietè, liberè, integréque serventur; id est S. *Pauli* ad *Pesculum Serulæ*, S. *Mariæ* in *Campometio*, S. *Nicolai* ad fontem *Reginæ*, S. *Quintini* in *Vico*, S. *Martini* in *Agne*, S. *Martini* in *Bettorrica*, S. *Archangeli* super *Mesulam*, S. *Mariæ* in *Ortucula*, S. *Mariæ*, & S. *Petri* in *Venere*, S. *Felicis* in *Vado Albonis*, S. *Angeli* in *Parasepi*, S. *Quinci* in..... S. *Ruphini* in *Ferrati*, S. *Valentini*, & S. *Petri* in *Apinianicis*, S. *Marci* in *Geno*, S. *Martini* in *Feliciano*, S. *Petri* in *Cancarano*, S. *Joannis* in *Pantoma*, S. *Marcelli*, & S. *Angeli* in *Arcu*, S. *Mariæ* in *Palude*, S. *Anatoliæ* de *Leone*, S. *Felicitatis* in *Cierferno*, S. *Laurentii* in *Pratorio*, S. *Feliciani* in *Villa Magna*, S. *Mariæ* in *Avenoso*, S. *Viti* in *Ozano*, S. *Christophori* in *Supezzano*, S. *Georgii* in *Pesula*, S. *Joannis* ad *Caput aquæ* cum titulis suis, S. *Petiti* ad *Castellum*, S. *Felicis* in *Porciano*, S. *Laurentii* in *Curia*, S. *Cæsidii* cum titulis suis, S. *Vincentii* in forma cum titulis

suis,

suis, S. *Andreæ* in *Avejano*, S. *Mariæ* in *Vico*, S. *Petri* in *Capistrelle*, S. *Petri*, & S. *Mariæ* in *Albe*, S. *Marci* in *Malla*, S. *Martini* in *Valle* cum titulis suis, S. *Joannis* in *Marano*, S. *Felicis* in *Monticello*, S. *Mariæ* in *Eloreto* cum titulis suis, S. *Nicolai* in *Erse*, S. *Mariæ* in *Furca*, S. *Erasmi* cum titulis suis, S. *Andreæ* in *Cæsellato*, S. *Maximi* in *Cerro*, S. *Victoriæ* in *Cellis*, S. *Mariæ* in *Carseolo* cum titulis suis.

A

Præterea quæcumque possessiones, quæcumque prædia ad eandem Ecclesiam legitimè pertinere noscuntur; aut in futurum largiente Domino quibuslibet justis modis, vel contractibus poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant decernimus; ergò nulli omninò hominum liceat tuam Ecclesiam perturbare, aut possessiones ejus auferre, vel ablatas retinere, vel injustè datas suis usibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, tàm tuis, quàm Clericorum, & pauperum usibus profutura. Si quis igitur in crastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vice-Comes, Judex, *Castaldius*, aut Ecclesiastica quælibet, secularisve persona hanc nostram Constitutionis paginam sciens contrà eam temerè venire tentaverit, secundò, tertiovè monita, si non satisfecerit, congruè emendaverit, potestatis, honorisque dignitate careat, reumque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat; & à Sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini N. I. Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vultioni subjaceat; cunctis Ecclesiæ jura sua servantibus sit pax Domini N. I. Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia Æterni Patris maneant. Amen, Amen. Scriptum per manum *Gervasii* scriptoris Regionarii, & Notarii Sacri Palatii.



Ego *Paschalis* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. ss.
Ego *Riccardus Albanensis* Episcopus. ss.
Ego F. *Leo Ostiens.* Episcopus. ss.
Ego *Cono Prænestin.* Ecclesiæ Episcopus. ss.
Ego *Romanus* Cardinalis Eccles. S. *Priscæ*. ss.
Ego *Benedictus* Cardinalis tt. S. *Eudoxii*. ss.
Ego Card. *Raynerius* SS. *Marcellini*, & *Petri*. ss.
Ego *Conradus* S. *Pudentianæ* Card. ss.

Datum *Laterani* per manum *Joannis* S. R. E. Bibliothecarii Cardinalis, V. Kalen. Martii, indictione VII. Incarnationis Dominicæ, Anno MCXV Pontificatus quoque Domini Papæ *Paschalis* II. Anno XV.

In cujus etiam gratia *Crescentius Marsorum* Comes, & donata à *Berardo* confirmavit, & quamplura alia præfatæ Ecclesiæ donavit, ut ex chartula donationis in Archivio ejusdem Ecclesiæ, quam pariter à me impartitam *Ughellius* edidit; & quam hic transcribere volumus, ut quam reximus, Ecclesiæ jura non pereant.

In nomine Summi, & Æterni Dei, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo, centesimo, vigesimo, Indictione XIII. Anno primo Domini Papæ *Calisti*, undecimoque Domini *Berardi Marsicani* Episcopi. Ego *Crescentius Marsorum* Comes, filius b. m. *Berardi* Comitis *Marsicanorum*, rogatus à *Landulpho* filio *Ægidii*, & nostris fidelibus; ac pro redemptione, & amore Dei, & SS. Martyrum *Cæsidii*, & *Rufini*, & redemptione mea, & meorum parentum, & pro anima *Federici* fratris mei, de mea hæreditate, & pertinentia dicti mei Comitatus; scilicet in *Transaquana* terra domus de cultu in plano, & in monte spatium terræ ad solatium Clericorum dictæ Ecclesiæ S. *Cæsidii* Deo servientium, medietatem vallis, quæ dicitur *Formentinus*, cum Castaneis ibidem habentibus, & omnibus arboribus ibi existentibus, ut per medium dictæ vallis à capite usque descendendo per montem herbosum, usque *Grottas*, quæ dicitur *Centopezza*; descendendo per vallem de *Candelis*, & usque ad planitiem, & insuper de nostra spontanea voluntate pro nobis, & nostris hæredibus in perpetuum confirmamus, roboramus, & acceptamus, & de novo damus, & tradimus prædictæ Ecclesiæ totum circuitum *Castri Transaquarum*, cum *Cortilis* in circuitu adjacentibus, & redditibus debitis, & pensionibus domorum, & hortalium tenimentorum, vel spatiorum, pro quibus singuli possidentes in Castello *Transaquano*, prædicto nostro progenitori, & Curiæ singulis præteritis temporibus, pro qualibet domo, possessione, vel horto solvebant, & solvere tenebantur; & nullus à solutione, & tributo pro domibus, spatiis, quæ intus in dicto Castello possidentur, & fructus habentur, tanquam propriorum nostrorum Jurium, in quibus præstatione libera francamus nostram habitationem, & Domini *Pandulphi Sarraceni* militis, & Collateralis nostri, quæ sunt propè portam Turris, & Palatii nostri, in quibus domibus, hortis, & spatiis in circuitu Castelli prædicti nulli alteri, quam Canonicæ præfatæ Ecclesiæ debeantur, & secundum donationem præfati D. *Berardi* Comitis, & genitoris nostri, de domibus ædificatis, & ædificandis, hortis, & spatiis in circuitu prædicto præfatæ Ecclesiæ meram donationem habeat, & promittimus vobis, pro nobis, & hæredibus nostris in perpetuum prædicta omnia omni tempore, & in futurum sub fide, & obligatione nostræ donationis, & nostrorum bonorum, & hæredum nostrorum, omnia prædicta defendere, & legitimè dictæ Ecclesiæ gubernare, ita ut præfata Ecclesia ex nunc prædicta omnia hæreditario jure in æternum liberè possideat, sine contradictione aliqua. Etsi quis de hoc jure, quod est præfatæ Ecclesiæ per nostrum prædictum genitorem, & Nos donatum, ut superius legitur, minuere, & occupare, vel subtrahere præsumpserit, tanquam de rebus sacris, vel connexis dictæ Sanctæ Ecclesiæ, tanquam Sacrilegus, & excommunicatus Divino Judicio damnetur. Etsi Nos, nostrique hæredes, in aliqua magna, vel parva persona, amore, vel odio, vel quovis modo aliquo contrà jura dictæ Ecclesiæ litigia, & contrà inferre procuraverimus cum singulis, qui contrà jura præfatæ Ecclesiæ, & jura ipsius præsidium aliquod, & consilium præstaret, in iram Dei incurramus; & singuli contrà hoc quomodolibet tentantes, excommunicati sint, & cum *Juda*, & *Caipha*, & *Anna*, & *Pilato* damnentur, & cum justis non scribantur; insuper libras trecentas

centas componant præfatæ Ecclesiæ. Ego *Crescentius Marsicanorum* Comes filius b. m. *Berardi Marsicanorum* Comitis, præsente D. *Berardo* Episcopo *Marsicano*, & *Virgone Aprutii* legato Apostolico, D. *Joanne* Abbate præfatæ Ecclesiæ, & Canonicis singulis tunc residentibus in dicta Ecclesia, & nostris militibus, videlicet D. *Pandulpho de Vallata*, D. *Joanne de Fons*, D. *Landulpho Sarraceno de Transaquis*, D. *Simone de Agello*, & D. *Riccardo de Albe* militibus, & Consiliariis, & Collateralibus nostris omnibus, prædictam excommunicationem sacratam à Nobis, & prædicto D. Episcopo, & Apostolico legato ante majus Altare dictæ Ecclesiæ S. *Cæsidii*, & responsum ab omnibus fuit, Amen. Et hanc chartulam, quam obtulit de præmissis omnibus, præfatus Comes investivit; & hoc actum, & scriptum in *Transaquis* a me *Ruberto de Celano* Notario, & Scriptore, mihi prædicto D. *Crescentio* Comite jubente, & rogante, Anno, mense, & die, indictione prædictis, & meum signum consuetum proprium feci. Signum † Ruberti.

† Signum manu præfati Domini *Crescentii* Comitis.

† Signum manu D. *Berardi Marsicanorum* Episcopi.

† Signum manu D. *Pandulphi*, qui præmissis fuit præsens.

† Signum manu D. *Joannis de Fons*, qui ad omnia præmissa fuit præsens.

† Signum manu D. *Pandulphi*, qui suprà ad omnia prædicta præsens fuit.

† Signum manu D. *Simons*, qui ad præmissa fuit præsens.

† Signum manu D. *Riccardi*, qui ad prædicta omnia fuit rogatus.

XIV.

FR. B. *Marsorum* Episcopus, cui *Anastasius* Papa mandavit, ne molestiam inferret Abbati *Cassinensi* in exercitio suæ Jurisdictionis in oppidis, quæ tenebat in Diœcesi *Marsorum*; decretum *Anastasii* asservatur in Archivio *Cassinensi*, & fuit de an-
1153. no M. C. LIII.

XV.

BENEDICTUS *Marsorum* Episcopus interfuit dedicationi Ecclesiæ S. *Victoriæ* Virginis in Diœcesi *Reatina*, in *Tribulana* regione, cum *Anselmo Fulginate* Episcopo, & *Berardo Fanonensi*; ex
1156. Octava S. *Michaelis* Archangeli anno MC. LVI. ut ex inscriptione per *Ughellium* relata, in serie *Reatinorum* Episcoporum fol. CXI.

XVI.

JOANNES *Signinus* ex Canonico Episcopus effectus, qui rogatu *Joannis Furatæ* scripsit vitam S. Episcopi *Berardi*, ut ipsemet testatur, & agnovimus; additor miraculorum. Hic cùm opprimerentur jura suæ Ecclesiæ ab *Oddone Celani* Comite, *Panormum* petiit, & à Rege *Gulielmo*, causam Archiepiscopo *Panormitano* demandari procuravit,
1170. circà annum M. C. LXX.

XVII.

BENEDICTUS *Marsorum* Episcopus sententiam contra præfatum Comitem reportavit anno M. C. LXXIIX; quæ penès nos conservatur, & est tenoris sequentis:

† Anno Dominicæ Incarnationis M. C.
1178. LXXVIII. mense Januarii, Indictione VII. Regni verò Domini nostri *Gulielmi* Dei gratia gloriosissimi Regis Ducatus *Apuliæ*, & Principatus *Capuæ* anno VIII. feliciter, Amen.

Nos *Gual.* Dei gratia *Panormitanus* Archiepiscopus, & Domini Regis familiaris, & *Matthæus* Domini Regis etiam Cancellarius, & *Bartholomæus* Dei, & regia gratia *Agrigentinus* Episcopus, & Domini Regis familiaris, per hoc præsens scriptum declaramus, quòd Venerabiles Episcopi *Joannes Signinus*, & *Benedictus Marsorum*, cum quibusdam Canonicis suis, *Panormum* venientes, querimoniam coram nobis deposuerunt, dicentes: quòd *Oddo de Celano* innumeris gravaminibus, insuetis directionibus, exactionibus multis Ecclesiam S. *Sabinæ*, homines suos, & Ecclesiæ Sanctæ subditos molestabat, & jugi persequutione vexabat. *Oddo* verò in nostra præsentia constitutus, jussu nostro, in omnibus objectionibus sibi respondit dicens: quod Ecclesiam *Marsicanam*, Ecclesiasque sibi subditas nunquàm in aliquo vexabat, & homines in nulla directione compressit; præterquam de eo, quod ab eadem Ecclesia percipere solebat, & sibi de jure opinabatur deberi; contrà hoc verò præfati Venerabiles Episcopi cum omni instantia allegabant, dicentes: quod Ecclesia *Marsicana* nullis conditionibus, nullis petitionibus unquàm fuisset obnoxia; cum ea de jure communi, & consuetudine longa suis titulis propria libertate gauderet; cúmque hinc indè multæ altercationes habentur, ambæ partes interventu amicorum suorum Curiam exorare, quatenùs procuretur eos de supradictis quæstionibus concordari. Nos verò ex parte Regia illud eis concessimus impetrata licentia concordata; scilicet inter se & concordiam, quam inter se contraxerant, nobis repræsentatam. Nos verò cum utrique parti placeret Regia auctoritate, manu firmavimus; & etiam eandem concordiam Domino nostro Regi retulimus; & dùm in solio Majestatis suæ resideret feliciter, utrique parti ipsam concordiam ratam, ac firmam jussit haberi. Contractæ quidem concordiæ motus hic est, videlicet, quod prænominatus *Oddo* reliquit, prorsusque dimisit in manu *Benedicti Marsorum* Episcopi omnia, quæ in Ecclesia *Marsicana*, & hominibus suis se credebat habere: excepto si quid in Ecclesiis Matricis Ecclesiæ sibi subditis justè, & rationabiliter sibi deberi probaverit; quibus tamen subditis Ecclesiæ remisit tempore messis custodiam arcarum; restituit Ecclesiæ Beatæ *Sabinæ* molituram vallis *Carriti* juxtà tenorem Instrumenti, quod olim pater suus fecerat Beato *Berardo*; pepigit etiam, & promisit, quod ab hac hora in ante Matricem Ecclesiam Beatæ *Sabinæ*, & universos homines suos liberos, & absolutos ab omni exactione perpetuò quietos dimittat, nullam in eos quoquo modo, qualibet occupatione, molestiam ingerat, vel ingeri faciat, nullum præstabit impedimentum, quo ipsa Ecclesia justitias ubique sibi debitas minùs percipiat; scilicet amodo Decimas, & oblationes mortuorum, & sepulturas, irrigationes terrarum, pascua, piscationes, & omnes aliæ commoditates, tàm ipsa Ecclesia, quàm sui homines, & prædictæ Ecclesiæ sibi subditæ de cætero habeant in pace, & in omni libertate fruantur, nullo impedimento, vel disturbentur ad hæc, aut supradicta omnia sine diminutione serventur. Obligavisse suos hæredes, etsi aliquo tempore concordia, & pacta prædicta infringere, vel contrariare præsumpserit, componat Regiæ Curiæ libras auri quinquaginta, ipsa concordia firma, & inconcussa manente, ad hujus autem concordiæ firmitatem consensu, & rogatu utriusque partis, tria similia scripta per manus *Joannis de Melfa* Regii Notarii jussimus scribi, & manuum nostrarum, & ipsius *Oddonis* subscriptione firmari, quorum unum præcipimus *Marsicano* Episcopo Venerabili tradi, alterum ipsi *Oddoni*, tertium in sacra aula Regia reponi. Datum in urbe felici *Panormi*, anno, mense in Domino præscriptis.

† Ego *Gulielmus Panormitanus* Archiepiscopus.

† Ego *Bartholomæus Argentinens.* Episcopus.

† Ego

† Ego *Matthæus* Domini Regis Vice-Cancellarius.
† Ego *Oddo de Celano* filius quondam Comitis *Raynaldi* scribi rogavi, & propria manu firmavi.

XVIII.

ZACCHARIAS *Marsorum* Episcopus, *Lateranensis* Concilii decreta sub *Alexandro* III. an-
1179. no M. C. LXXIX. subscripsit, & ut jura Ecclesiæ S. *Bartholomæi de Avezzano*, aliarumque Ecclesiarum suæ Diœcesis à *Gentili de Pallarea* vendicaret, qui in multis illas vexabat, *Gulielmum* secundum *Siciliæ* Regem adiit, & ut controversias suæ Regiæ sententiæ stabilitate sedaret, rogavit; & quam ne tempus aboleret, Abbas, & Canonici præscriptæ Ecclesiæ publico Instrumento transcribi curarunt, anno M. CCC. LXIII. eaque tandem dentibus ævi corrosa, & vetustate aboletis literis mutilata ad manus nostras devenit, ut vix sensus percipi possit; & ne iterùm pereat eo, quo legi, transcribique potuit modo, hic inseri curavimus:

In Dei nomine Amen. Anno Domini MCCCLXIII. regnante Excellentissima Domina nostra *Joanna* Dei gratia inclyta *Hierusalem*, & *Siciliæ* Regina, Ducatus *Apuliæ*, & Principatus *Capuæ* Provinciæ, & *Forcolonii*, & *Pedemontis* Comitissa; Regnorum verò ejus anno vigesimo, die octava mensis Januarii, primæ Indictionis apud *Avezzanum* in Ecclesia S. *Bartholomæi* de dicta terra. Nos *Lucarellus de Magistro Antonio* annalis Judex dictæ terræ *Avezzani*. *Philippus de Benedicto* publicus ejusdem terræ Regia auctoritate Notarius, & testes subscripti, ad hoc vocati specialiter, & rogati; videlicèt Judex *Joannes de Polone* Abbas nominatus *de Bisinio*, Notarius *Paulus de Avezzano*, *Petrus* Notarii *Andreæ* de eadem terra, *Andreas* Sancti *de Avezzano*, publico scripto declaramus, notum facimus, & testamur, quod vocatis nobis, qui suprà Judice, & Notario, & testibus ad præsentiam Venerabilis viri Abbatis *Joannis de Corcumello* Vicarius Reverendi in Christo Patris, & Domini *Thomæ* Episcopi *Marsicani*, Abbas *Angelus de Vico*, D. *Jacobus* D. *Andreæ* Diaconi beneficiati; & Abbas *Jacobus de Avezzano*, Canonici Ecclesiæ S. *Bartholomæi de Avezzano*, asserentes in dicta Ecclesia esse quoddam Instrumentum, seù Privilegium utile, & necessarium dictæ Ecclesiæ, dubitantes dictum Instrumentum posse propter vetustatem consumi, vel alio casu, & eventu deperire; ideò ne de ipso, & ejus tenore pereat memoria in futurum, & per incertitudinem ipsius, & contentorum in eo, dicatur Instrumentum deperditum.... ideòque Judices, Notarii, & testes cum Vicarii auctoritate prælibati, & ejusdemmet Judicis ordinarii terræ *Avezzani* in spiritualibus pro parte dicti Episcopi prælibati..... & in publicam formam redigi, ut eandem cum originali obtineat, quod Instrumentum vidimus, legimus, inspeximus, & perquisivimus diligenter, & invenimus non abolitum, non cancellatum, non abrosum, nec in aliqua parte suspectum; sed in propria figura, eadem manu continetur sub verba..... & erat per omnia tenoris, & continentiæ subsequentis. In nomine Domini Nostri Jesu Christi, anno ab Incarnatione millesino, centesimo, quadragesimo secundo, sexto decimo Anno Regni Domini *Guilielmi* secundi Serenissimi Regis, mense Februario, septimadecima die ejusdem mensis, Indictione Quintadecima, Domino *Ruberto* Dei, & Regia gratia *Cassinen.* Comite magno Comest. & magno Justitiario totius *Apuliæ*, & *Terræ Laboris*, omnia tenente. Residentibus nobis *Joanne* Magistro, Judice *Alexandro*, *Joanne Leone*, & *Joanne* Judicibus supradictis, nec non præsentibus Domino....

A *Mutinensi* Episcopo, & Domino *Pamphilio* seniore *Casertinens.* Episcopo, de lite, quæ vertebatur inter Dominum *Zacchariam* Venerabilem *Marsicanum* Episcopum, & Dominum *Gentilem de Pallarea* pro Ecclesia S. *Bartholomæi de Avezzano.* Idem Dominus Episcopus super eodem negotio litteras Dominæ Regiæ Majestatis..... repræsentavit Magno Comest. & Magistro Justitiario *Apuliæ*, & *Terræ Laboris* fidelibus suis salutem. Speciales, & dilecti, ut ex ejus continentia, videlicet: *Gulielmus* Dei gratia Rex *Siciliæ*, Ducatus *Apuliæ*, & Principatus *Capuæ Franc.*....
B *Zaccharias*..... nomine. *Panormi* ad Curiam nostram veniens ostendit Majestati nostræ dicens: quòd *Gentilis de Pallarea* vendicat in demanium.... *Marsicani* Episcopi; videlicet Ecclesiam S. *Bartholomæi*, quæ sita est in terra ipsius *Gentilis*, & percipit, & exportat ad usum.... Dominium, & possessionem ipsius *Gentilis*, Abbas, & Canonici prædictæ Ecclesiæ pro eorum sustentatione habere consueverunt, quod sicut ipse Episcopus asserit..... & tandem ab Ecclesia ejecit, & alii coacti perventi Ecclesiam dimiserunt, & super Ecclesiam ipsam, tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus.... mandamus fidelitati vestræ, & præ-
C cipimus Rever. præsenti Episcopo eundem prædictum *Gentilem* ante vos venire faciatis, & adhibeatis...... differentiam audiatis, & rationes, prout idem Episcopus ostendit pro Ecclesia ipsa, & similiter rationes.... ostendat, & probet pro ipsa Ecclesia justè, & rationabiliter habere debet ipsa Ecclesia, pro ea, & Gran..... ostendet, & probet, quod justè, & rationabiliter habere debet de præfatis hominibus, & tenimentis ejusdem Ecclesiæ similiter habet..... justè, &...... quod tenet..... Dominationi vestræ apertè & distinctè significat..... in specie datum est ..... & de *Gentili* insuper...... & ipsa..... respondeat, de Ecclesia
D ipsa transegerit cum eodem Episcopo, pro qua transactione Dominus Episcopus, & Judex...... Ecclesia ipsa..... usum, & antiquam consuetudinem faciebat..... super quibus cum multa erunt litigia..... utræque partes ad hanc concordiam & conventionem devenerunt, videlicet; quod dictus Abbas instituetur ab Episcopo..... *Bartholomæi* de persona Clericorum, & Canonicorum, & Parochianorum ejusdem Ecclesiæ, ità Episcopo, scilicet, ut...... Domino *Gentili* repræsentatur, & ab eo sicut dictum est instituendum..... dummodò de viris dictæ Ecclesiæ S. *Bartholomæi*
E participent meliorem vineam in portionem...... terrarum, seù vinearum dividantur Domino *Gentili* per medium cum Ecclesia, & Dominus Episcopus recipiat omne quam quod..... est domus Domini *Gentilis*..... de quibus singulariter reddet Decimam ipsi Ecclesiæ, & pro Angariis Prati, & uti Domino..... vineam quartæ simulæ utilem decimam pro antiquario duas libras ceræ, partem utramque..... Ecclesia S. *Bartholomæi* in *Castro de Cese*, non molestari eadem Ecclesia in parte..... excepta custodia, quam habebat Dominus..... Dominus *Gentilis* ejusdem Ecclesiam accipiet de lignis ipsius *Bosci* pro restauratione..... Idem *Gen-*
F *tilis* haberet in collectam ejusdem S. *Mariæ de Augusto* pariter ibi sine obstaculo, &..... eidem, & jubet cito instante Domino *Gentili*..... Ecclesiæ constitutione ipsi..... Emphiteusi Instrumenti possident..... idem Dominus *Gentilis*, & filius, & nepos in Dominium ipsi Ecclesiæ, sicut..... possideat omnes possessiones, ipsas si attigerit in.... ipsum *Gentilem* filium & nepotem verum patrimonium..... ipsa Ecclesia fuerat, similiter sicut vestra, & omnia in potestatem ipsi Ecclesiæ..... memoriam effugiens prædictum Instrumentum, convenientia, & con-

concordia..... Quoniam alterum Domino *Gentili* assignandum *Riccardo* Curiæ Notario..... *Gentilis* iste *de Pallarea* subscripsit donationem factam per *Henricum* sextum Imperatorem *Berardo Asculano* Archidiacono de *Castro S. Homeri* anno M. CXCV., & in alio diplomate ad favorem *Raynaldi* Episcopi *Asculani* anno M. XCIII. In *Italia* Sacra in serie Episcoporum *Asculanorum* fol. 159.

XIX.

THOMAS ab *Innocentio* Tertio Episcopus destinatur, à quo confirmationem sententiæ latæ per *Transericum Spoletanum* Episcopum, ex delegatione *Alexandri* Tertii, tempore *Benedicti* Antecessoris in controversia diù agitata cum Abbate *Firentillo* pro juribus Ecclesiæ S. *Petri de Pazana.*
1192. anno M. CXCII. è vivis excessit. Ex sententia in Archivio Cathedralis *Marsorum.*

XX.

INGEAMUS Episcopus testis in donatione facta Collegiatæ *Transaquarum* à *Petro* Comite *Celani*, quam anathemate adversùs contrà venien-
1195. tes munivit anno M.CXCV. prima Aprilis tenoris sequentis. Ex Archivio dictæ Collegiatæ:

In nomine Domini Æterni Dei. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo, centesimo, nonagesimo octavo, mense Aprilis in die prima. Nos Comes *Petrus de Celano* quondam *Berardi* Comitis filius hac die præsenti, libero arbitrio, spontanea voluntate, pro redemptione animæ meæ, nostrorumque Parentum concedimus, & confirmamus pro nobis, nostrisque hæredibus Ecclesiæ S. *Cæsidii*, quæ sita est in Castello *Transaquarum* per manus Domini *Raynaldi* Venerabilis ejusdem Ecclesiæ Abbatis, præsentibus Canonicis ipsius Ecclesiæ, Presbyteris, *Thadæo* Presbytero, *Petro* Sacrista, Presbytero *Petro Antonio*, Diacono *Petro de Azzo*, Diacono *Giso*, *Joanne de Melo* Diacono, *Andrea Bonello* Diacono, *Elia Petri* Subdiacono, *Petro Benedicti* Subdiacono, *Andrea de Villa* Subdiacono, *Benedicto Azzonis* Subdiacono, *Ægidio* Subdiacono; piscationes in lacu *Fucino*, cum introitu, & exitu, & cum omnibus suis pertinentiis, in loco ubi *Macerola* dicitur, quæ tales habet affines, ab uno latere via de *Avezzano*, ab alio latere *Girata*, quæ vocatur *Cretorum*; ut ipsas *Giratas* prænominata Ecclesia in perpetuum teneat, habeat, possideat eo jure, & tenore, quo Comes quondam *Rogerius Andreæ* ipsas piscationes jàm dictæ Ecclesiæ dedit eo tempore, quo tenebat Comitatum *Albæ*; Et sicut continetur in Instrumento, quod idem Comes *Rogerius* præfatæ Ecclesiæ fieri fecit, nulla reservata conditione, quod Instrumentum coram nobis præsentatum, & lectum fuit. Ut autem hæc nostræ concessionis, ac confirmationis pagina semper firma & inconcussa permaneat, hoc Instrumentum coram subscriptis testibus per manus *Celalli* Judicis, & Notarii scribi, & reddi jussimus, testes rogati hi sunt: Dominus *Ingeamus* Venerabilis *Marsorum* Episcopus testis. Magister *Benedictus* Domini Comitis Bajulus, rogatus testis, *Berardus Eliali* filius rogatus testis. Ego *Celallius* Judex, & Notarius rogatus ab utraque parte, coram prædictis testibus hoc Instrumentum propria manu scripsi, & signum feci. Locus † signi.

Berardus filius Petri Comitis de Celano habuit unam filiam Gualterii Brennæ ex Colovario lib. 4. f. 94.

Quod piscationis jus per seculorum cursum Ecclesiæ illibatum conservatum fuit, donec à Magnatibus, & Dominis loci turbaretur, quorum violentia in proprios usus convertere nitebatur; & cum Abbas, & Capitulum Regi *Alphonso* à possessione dejici quererentur, ex illius rescripto *Franciscus Paganus* sententiam pro Ecclesia tulit, & turbantes lata pœna composuit; & nihilominus postmodùm immutatam *Marcus Antonius Columna* gloriosissimus Princeps, ut quotannis in sacra hebdomada, qui pisces eo in loco caperentur in refectionem Clericorum, & in juris dominii recognitionem, Ecclesiæ à piscatoribus offerri jussit; ut ad nostram etiam memoriam fuit observatum. Magna itaque animi claritate piscatores venatui his diebus incumbentes, omnes quos capiebant, publicè lætantes ad Excellentiam ipsam asportabant, ex quibus ultrà quos in mensa consumebant, quæstum aliquem Capitulum, & Abbas inter se in diem Sanctæ Dominicæ Resurrectionis dividendum recipiebant; ut à Canonicis, qui & perceperunt, & mensis interfuerunt, dum illius insignis Collegiatæ, immeritè licèt, curam gessimus, audivimus; modò hoc etiam aboletum, solùm ut liberalitate donantis, nomen loci restat, qui communiter *l'aqua de Santi* appellatur; & ne devoti Comitis munificentia, & Ecclesiæ jura tempore delitescant, sententiam ex illius Archivio depromptam hic inserimus:

In nomine Domini Amen. Anno ab ejusdem Nativitate millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo septimo, die vigesimo mensis Aprilis, quintæ Indictionis, regnante Serenissimo Principe Domino Nostro, Domino *Alphonso* Inclyto Dei gratia Rege *Aragonum Siciliæ* citrà, & ultrà *Pharum*, *Valentiæ*, *Hierusalem*, *Ungariæ*, *Majoricarum*, *Sardiniæ*, & *Corsicæ*, Comite *Barchinionæ*, Duce *Athenarum*, & *Neopatriæ*, ac etiam Comite *Rossilionis*, & *Cerritonis*; Nos *Franciscus* Paganus de civita Ducali V. I. D. & ad infrascriptam causam specialiter per Sacram Regiam Majestatem specialiter deputatus, prout in Regiis suis literis in Curia de papiro scriptis, munitis in dorso magno Majestatis ipsius sigillo, & aliis solemnitatibus Regiæ Curiæ roboratis, latius continetur, quarum quidem literarum tenor talis est: *Alphonsus* Dei gratia Rex *Aragonum*, *Siciliæ* ultrà, & citrà *Pharum*, *Valentiæ*, *Hierusalem*, *Ungariæ*, *Majoricarum*, & *Sardiniæ*, & *Corsicæ*, Comes *Barchinionæ*, Dux *Athenarum*, & *Neopatriæ*, & etiam Comes *Rossilionis*, & *Cerritaniæ*, Egregio viro *Francisco Pagano* legum Doctori, Capitaneo *Grassæ*, & Gubernatori Comitatuum *Talleacotii*, & *Albæ*, Consiliario fideli nostro dilecto gratiam nostram, & bonam voluntatem. Humiliter ex postulatione noviter Majestati nostræ facta, pro parte Venerabilium Abbatis, & Capituli Ecclesiæ S. *Cæsidii de Transaquis Marsicanæ* Diœcesis, *Aprutii* ultrà dicentium; qualiter dicta Ecclesia habuit, & habet quoddam fundum Ecclesiasticum constitutum ab Ecclesia præfata dari, & concedi in feudum aliquibus personis recognoscentibus dictum feudum ab ipsa Ecclesia, & eidem Ecclesiæ respondentibus, & respondere promittentibus de debitis, & servitiis feudalibus solitis, dicentium etiam, quod ipsum feudum indebitè, & minùs justè, & de facto fuit occupatum à quibusdam potentibus, & Magnatibus, dictaque occupatio partis dicti feudi devenerit ad manus *Antonutii*, *Antonii Petri de Alba*, qui illud spatio annorum decem, vel circà tenuit, & possedit, & fructus indè percepit, licet indebitè.

Nec non quod per antiquos alios fuit de facto occupata quædam pars ejusdem *Piscariæ* lacus *Fucini* in loco, qui dicitur à *l'acqua de Santi*: juxtà *Castrum de Transaquis* ad dictos Abbatem, & Capitulum spectantis, & pertinentis pleno jure in ipsorum maximum damnum, & interesse manifestum, ex quo pro ejus parte nobis extitit humiliter supplicatum, dignaremur in præmissis de ju-

stitia providere; nos autem dicta petitione benigne exaudita, providemus, prout nobis tenore præsentium de certa nostra scientia, & deliberatè damus, committimus, præcipimus & mandamus, quatenùs præfatis Abbati, & Capitulo vocatis, vocandis, superque contentis ministretis, & faciatis debitum justitiæ complementum procedendo in iis summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, malitiis, diffugiis, & cavillationibus omnibus retrojectis, committentes vobis, & vestrum cuilibet in præmissis, cum incidentibus, emergentibus, cum annexis, & connexis, ex eis vices, & voces nostras, plenariè cum præsentibus, & quod decreveritis debitè exequutioni demandetis, & contrarium non faciatis, quantum gratiam caram habetis nostram, & si iram, indignationem, & pœnam unciarum centum cupitis evitare. Præsentibus autem post earum opportunam inspectionem remanentibus pro cautela vicibus singulis præsentanti. Datum in *Castello Novo* civitatis nostræ *Neapolis*, die decima mensis Martii, quintæ Indictionis, anno Domini M.CCCCLVII. Rex *Alphonsus*. V. Clau. Vit. *Michael Sanctius* mandato Regio Reg. Vic. &c. Qui eas vidit in Registro XXVII. solvat tantum unum tarenum Reg. Undè visa præsentatio ne dictæ Regiæ Commissionis nobis facta, per Abbatem *Antonium Branchi* Procuratorem dictæ Ecclesiæ. Visa monitione, & citatione factis, si aliquis erat, qui contra prædicta opponere voluisset, aut sua putaverit interesse. Viso quod nullus comparuerit, qui contra prædicta opponere voluisset. Visa productione testium examinatorum super præmissis; visis Juramentis ipsorum; visis etiam, & maturè discussis dictis, & attestationibus plurimorum testium fide dignorum, constito nobis per eorum dicta, partem dictæ aquæ Ecclesiæ S. *Cæsidii* esse, fore, aliàs occupata, matura deliberatione præhabita, consideratis considerandis, & visis videndis, quæ in prædictis, & circà prædicta, servanda, videnda, & consideranda fuerunt, & sunt, Christi nomine invocato, per ea quæ vidimus, & inspeximus, pronunciamus, sententiamus, & declaramus dictos Abbatem *Angelum*, & Capitulum nomine, & pro parte Ecclesiæ S. *Cæsidii de Transaquis* fore restituendos totaliter in corporalem tenutam, & possessionem, & in pristinum statum reponendum totius partis lacus *Fucini*, in loco qui dicitur *l'acqua de Santi*; juxta *Castrum de Transaquis*, & alios fines, & dictos occupantes, & alios detinentes quovis modo dictum jus piscandi, seu partem lacus *Fucini* spectantem ad dictam Ecclesiam, & dicto Abbati, & Capitulo pro ea condemnamus ad relaxandum, & restituendum jus, & partem prædictam; Et ita dicimus, sententiamus, & declaramus vigore, & auctoritate supradictæ nostræ Regiæ Commissionis, mandantes, ut supra ab omnibus inviolabiliter observari ad pœnam in præmissa regia Commissione contentam, & sub Regiæ gratiæ, aut indignationis incursu, & prædicta facimus omni meliori modo, quo possumus. Lata & data fuit dicta sententia per supradictum Magnificum Virum *Franciscum Paganum* Regium Gubernatorem Comitatuum *Talleacotii*, & *Albæ* &c. Et ad præmissa per ipsam regiam auctoritatem specialiter deputatum in Regia Terra *Talleacotii* sub anno, die, indictione, prædictis; scripta per me Notarium *Angelum Jacobi* de civitate Ducali, dicti Domini Gubernatoris actorum Magistrum, mandato, & requisitione ipsius Domini Gubernatoris, præsente Abbate *Antonio de Brancha de Magliano* Procuratore dicti Abbatis, & Capituli acceptante. Undè ad futuram rei memoriam, & dicti Abbatis, & Capituli cautelam, fecit præsentes patentes literas sigillo præfati Domini Gubernatoris, & signo, & subscriptione meis roborari. Locus † Sigilli Domini Gubernatoris. Locus † Signi Notarii.

Anno MCCXXVII. sunt literæ *Greg.* IX. exaratæ ad Episcopum *Marsicanum*, *Theatinum*, *Pennensem*, *Aprutinum*, & alios ejusdem regionis, in quibus significatur causa Anathematis, quo percussus fuit *Fridericus* Secundus. Apud *Odorisium Rivaldum* dicto anno, num. 30.

XXI.

JOANNES Episcopus, qui anno M.CC.XXX. 1230.
in Monasterio S. *Mariæ de Luco*, & in ipso oppido, quòd tunc in spiritualibus *Cassinensi* Abbati parebat, Jura Episcopalia, & visitationem exercere intendens, Apostolico mandato abstinere monitus fuit, ut in Archivio *Cassinensi* Sacculo CIX. qui eodem, quo dictum est anno, Ecclesiam divo *Petro in Apiniacis* dedicavit, hisque in marmore versibus ornavit:

Anni milleni ducenti jam bene pleni,
Mundo bis quini currebant ordine trini,
Pontificum Princeps, Cœlorum Clavifer Alme
Hoc à Joanne *novum suscipe* Simon *opus,*
Et qua ex Altaris rutilanti tegmine factum,
Et tibi Petre, *simul Clerus, & ipse pater.*

XXII.

N. MARSORUM Episcopus litigium habuit cum Abbate, & Monasterio *Casa Marii* pro Ecclesiis S. *Nicolai de Cappellis*, S. *Rufini in Archipreta*, S. *Nicolai*, & S. *Magni in Castulis*, quas in longa præscriptione nulli alii, quam Abbati parere Monachi asseverabant, nec jura Diœcesis Episcopo competere; & licet Monasterium S. *Nicolai de Cappellis*, & S. *Lucii*, ex permutatione *Marsicana* Ecclesia aliquando retinuerit ex *Leonis* Pontificis Decreto; ad petitionem Monachorum in Monasterio S. *Mariæ de Pertuso*, ex cujus pertinentiis erant, irritum declaratum suo libero Jure uti licere debere; *Ottoni* Diacono Cardinali tit. S. *Nicolai in Carcere* à *Gregorio* Nono. Anno
M.CC.XXXVI. causæ cognitione demandata, 1236.
in gremio Diœcesis Ecclesias sitas, & Juribus Episcopalibus obnoxias, illaque solvere debere sua sententia declaravit, quam decretali Epistola per *Ughellium* relatam, ad *Marsicanum* Episcopum directam idem *Gregorius* IX. comprobavit.

Non est hic reticendum, quod S. *Ruphini in Archipreta* Ecclesia ultra Montem *Carbonarii* ad litus lacus, ut contemplationi divinorum arcanorum attentius Sanctus *Ruphinus* Episcopus intenderet, in loco ab hominum consortio remoto construxisse, ad quam etiam cum peteretur ab Imperialibus satellitibus S. *Cæsidius* ejus filius confugisse narratur.

Hanc solo æquatam, viæ vestigia intuenti referunt.

Illius tamen proventus ex adjacentium possessionum redditibus usque hodie *Casa-Marii* Abbates recipiunt.

Est & in ea mentio alterius insignis Ecclesiæ S. *Mariæ*, nempè *de Pertuso*, S. *Gregorii Magni* recessu illustris. Sita est hæc Ecclesia in horriditate montium, qui nos ab *Hernicis* dividunt, in valle, quæ modo *de Rovito* dicitur, in ea parte, quà ultrà *Morinum* oppidum ad vastitatem montium tenditur, suprà unum ex fontibus *Lyris*, qui per foramen, ex alto montium jugo, magno impetu præcipitatur, ex altitudine ferè

CXX.

CXX. pass. tanto strepitoso fragore, ut aures impleat; & per mille passus, continuus imber, qui ex præcipitatis in saxa aquis provenit, propiorem præcludit accessum; & tàm uberes fluunt aquæ, ut perennem retineat flumen cursum, qui vere, & æstate magna ditatur copia, cum alioquin adveniente hyeme non ad siccitatem ferè depauperetur; in ea montium aspera horriditate, ità invia, ut vix belluis aditum aperiat, tendente in altum ad mille passus, quam Sol in bruma oriens respicit, in deserta solitudine, inter vastas undique, densasque sylvas Immaculatæ semper Virgini *Mariæ* templum parvumque Monasterium ad cœlestem contemplationem accommodatum, fervens Monachorum ad Deum desiderium extruxit; in tanta asperitate, ut præ nimia nivium multitudine, & frigoris rigore per hyemem, vix habitabile censeatur, & ex illa tantùm parte, quæ præfatum oppidum respicit, intermissum iter panditur.

Dicta *de Pertuso*, vel ex foramine relato, vel ex alio, prope illud, per quod est transitus ad Sylvarum amplitudinem, quippè aperitur naturali fornice Mons, ut exindè ad loca, quæ distant, transeatur.

Fons ille hodie *lo Schioppo* vocatur. Fama est, quam adhùc hominum memoria recolit, illùc aliquando Magnum Pontificem S. *Gregorium* recessisse, dùm Monachus inter Monachos vitam ageret religiosam.

XXIII.

1254. CÆSARIUS *Marsorum* Antistes, defunctus est *Romæ* anno M. CCLIV. Ex Registro *Vaticano*.

XXIV.

NICOLAUS Præpositus Collegiatæ Ecclesiæ S. *Joannis de Celano*, ad Episcopatum *Marsorum* electus, confirmationem ab *Innocentio* Quarto obtinuit XIII. Kalendas Julii MCCLIV., & cum
1254. Præposituram ejusdem *Guidoni* Apostolico Subdiacono contulisset, illum eodem Episcopo commendavit, qui iterùm ab *Alexandro* Quarto ad Episcopatum confirmatur, ex *Italia* sacra.

XXV.

S. MARSORUM Episcopus, cum *Romæ* sub *Gregorio* X. debitum naturæ solvisset, anno
1275. M. CC. LXXV. in ejus locum *Jacobus* Canonicus *Marsicanus* eligitur, ex Bulla *Honorii* IV. inferius apponenda.

XXVI.

JACOBUS Canonicus *Marsicanus* in locum S. à Clero electus reclamantibus Præposito, &
1250. Capitulo Ecclesiæ S. *Joannis de Celano*, prætendentibus ex antiqua consuetudine, Apostolicis indultis roborata, electionem in eadem Ecclesia celebrandam esse habereque per id jus interveniendi in electionibus, in illiusque quasi possessione reperiri; causa ad Sedem Apostolicam delata, *Gregorius* V. *Matthæo Ursino* Diacono Cardinali eam demandavit, tenaciter juribus insistentibus partibus, ultra decem annos litigium prolatum, longiùsque processum habiturum; ni qualitatis electi *Celanensium* Cleri animos emollissent, qui illius virtutibus præmoniti, *Honorio* Quarto, ut electionem confirmaret, supplices preces dederunt. Is tribus S. R. E. Cardinalibus, ut de validitate electionis cognoscerent, in mandatis dedit, & cum secundum Sacrorum Canonum Decreta factam enunciassent, illam sine præjudicio

A Jurium Cleri *Celanensis* robur habere sanxit, ut ex ejus Bulla, quæ apud nos reperitur, cujus copiam *Ughellio* etiam commodavimus.

HONORIUS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Clero civitatis, & Diœcesis *Marsicanæ* salutem, & Apostolicam benedictionem.

Inter varias sollicitudines, quæ &c. Sanè dudùm Ecclesia *Marsicana*,* per mortem b. m. S. Episcopi *Marsicani*, Pastoris solatio destituta, dilecti filii Capitulum ipsius Ecclesiæ, die ad eligendum Pastorem præfixa, vocatis omnibus, qui voluerint, debuerint, & potuerint commodè interesse, Spiritus Sancti gratia invocata, venera-
B bilem fratrem nostrum *Jacobum* Episcopum, tunc Canonicum *Marsicanum* canonicè, & concorditer elegerunt; sed postmodum, Præposito, & Capitulo Ecclesiæ S. *Joannis de Celano Marsicanæ* Diœcesis prætendentibus electionem hujusmodi Episcopi celebrandam in eadem Ecclesia, quoties illam contingit Pastore carere, tàm de antiqua, & approbata consuetudine, & hactenus pacificè observata, quam ex indulto Sedis Apostolicæ speciali, & interesse debere, & Prædecessores eorum fuisse in hujusmodi Juris eligendi possessione, vel quasi à tempore, cujus memoria non
C existit, & quàm idem Capitulum post appellationem legitimam ab eisdem Præposito, & Capitulo ne ad electionem procederent sine ipsis, ut asserunt, ad Sedem Apostolicam legitimè interjectam, dictum *Jacobum* ipsis contemptis, & irrequisitis, qui requiri, ut prætendebant, commodè poterant, & de jure debebant, in eorum præjudicium eligere præsumpserint in Episcopum *Marsicanum*, & se propter hoc ad Sedem iteratò appellasse..... causa quoque, quæ super hæc inter Præpositum, & Capitulum S. *Joannis* prædictos ex una parte, & Capitulum *Marsicanum* ex parte altera orta est, ad Sedem ipsam per appellatio-
D nem hujusmodi legitimè devoluta felicis recordationis *Gregorius* Papa X. Prædecessor noster dictum filium nostrum M. S. *Mariæ in Porticu* Diaconum Cardinalem dedit in causa ipsa partibus auditorem. Cúmque tandèm in causa hujusmodi post habitos coràm eodem Cardinali processus, fuisset à Patribus ipsis conclusum: Præpositus, & Capitulum S. *Joannis* præfati nobis humiliter supplicarunt, ut hujusmodi electionem de ipso factam tanquàm Canonicam, & de persona idonea canonicè celebratam, jure, si quod eis in electione *Marsicani* Episcopi competit, in posterùm reservato confirmare misericorditer dignaremur.
E Nos igitur hujusmodi Præpositi, & Capituli prædictorum, qui ad præfatam Ecclesiam *Marsicanam* ob diuturnam vacationem ipsis effectum debitæ compassionis habebant in Domino commendantes, eorum supplicationibus inclinati, præfato Nobis hujusmodi electionis Decreto, tam electionem ipsam, quàm dictum I. apud Sedem Apostolicam constitutum per venerabilem fratrem B. *Portuensem* Episcopum, ac dilectos filios nostros G. tit. S. *Martini* Presbyterum, & dictum M. S. *Mariæ in Porticu* Diaconum Cardinales examinari fecimus diligenter; & quia ex eorum relatione fideli invenimus electionem eandem Ca-
F nonicam, & de persona idonea canonicè celebratam ipsam, sinè Juris Præpositi, & Capituli S. *Joannis* prædictorum præjudicio, de fratrum nostrorum consilio confirmandam, ipsumque dictæ Ecclesiæ *Marsicanæ* præfecimus in Episcopum, & Pastorem, sibi administrationem Ecclesiæ *Marsicanæ* in spiritualibus committentes, & facientes ei per venerabilem fratrem nostrum S. *Prænestinensem* Episcopum munus consecrationis impendi,

firma concepta fiducia, quod dirigente Altissimo
actus suos, eadem Ecclesia *Marsicana* per suæ cir-
cumspectionis industriam spiritualiter prospere di-
rigetur, & salubria; dante Domino suscipiet in-
crementa. Quocircà universitatem vestram ro-
gamus, & hortamur attentè per Apostolica vobis
scripta mandantes, quatenùs præfatum Episco-
pum ad supradictam Ecclesiam *Marsicanam* cum
benedictionis nostræ gratia venientem devotè, &
humiliter admittentes, & honorificè pertractan-
tes, sibi obedientiam, & reverentiam debitam
impendatis, & ei tanquàm membra capiti obse-
qui studeatis, diligenter vigilanti, ut mutuo cha-
ritatis studio vobis, & sibi quæ sunt pacis adve-
niant, & tanquàm pacis æternæ solatium, lar-
giente Domino cumuletur; alioquin sententiam,
quam idem propter hoc ritè tulerit in rebelles,
& ratam habebimus, ac faciemus auctore Do-
mino, usque ad satisfactionem condignam invio-
labiliter observari. Datum apud S. *Sabinam* XI.
Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

XXVII.

Morte sublato è vivis *Jacobo*, *Marsicanum* Ca-
pitulum de successore cogitans, *Alexandrum* no-
bilis familiæ *de Pontibus* à *Curcumelo* oppido, in no-
stra regione sito, in successorem Episcopum elegit;
sed eam *Bonifacius* Papa Octavus, qui electiones
sibi reservaverat, ratam non habens, alium *Ja-
cobum de Busce* ordinis *Prædicatorum* in Episco-
pum *Marsorum* nominavit, Nonis Octobris, an-
1295. no M. CCXCV. ex *Vaticano* registro; est fami-
lia præfata *de Pontibus* ex nostratibus insignis, Pro-
cerum, & Ecclesiarum Præsulum decore ornata,
& cum de Viris Illustribus agemus, dicemus.

XXVIII.

PETRUS *Privernas*, antea *Anagninus* Episco-
pus, ad hanc Ecclesiam primo translatus, anno
1327. M. CCCXXVII. & postmodùm ad *Theatinam*
Ecclesiam occasione inferius dicenda, *Romæ* vi-
tam finivit M. CCCXXXVI. Ex Kalendario
Vaticano testatur *Ughellius*.

XXIX.

THOMAS *Cyprianus* Patritius, & Canonicus
Theatinus (quem *Ughellius* Abbatem secularis Ec-
clesiæ S. *Mariæ de Manulo Pinnensis* Diœcesis, &
in Diaconatum ordinem constitutum facit) ob
mortem *Joannis Crispani* militis *Neapolitani*, *Thea-
tini* Episcopi, à Capitulo illius Ecclesiæ electus,
cum haberet notitiam reservationis electionis, no-
lens in contemptum Sanctæ Sedis Apostolicæ in-
fulas suscipere, & munia Episcopalia obire, *Avi-
nionem Benedictum* XI. Summum Pontificem adiit,
in ejusque manibus electioni cedens Episcopatum
dimisit; qui modestiam viri admiratus, *Marsica-
nam* Ecclesiam illi contulit; *Petro Privernate* ad
Theatinam translato, ut ex ejus diplomate, in Ar-
chivio *Theatino* asservato, contineri retulit *Lucius
Camarra*; ut mox videbitur in *Theate* Sacro, quod
est editurus; *Theate* tumulatur in Cathedrali Ec-
clesia cum insequenti inscriptione:

Hic requiescit Corpus Reverendi Patris Domi-
ni Domini *Thomæ* de civitate *Theatina*, Episcopi
1338. *Marsicani*, qui obiit anno Domini M. CCC.
XXXVIII. die X. mensis Martii primæ Indi-
ctionis, cujus animam Creator & Redemptor
omnium benedicere & collocare dignetur cum
Sanctis Angelis suis in vitam æternam Amen.

A
XXX.

THOMAS ex Archipresbytero *Roseti Arien-
sis* Diœcesis, à *Clemente* VI. post mortem
Thomæ, Episcopus *Marsorum* enunciatur, anno
M. CCCXLVIII. 1348.

XXXI.

BARTHOLOMÆUS *Adlectus Marso-
rum* Episcopus, Sacro Collegio solitum subsidium
pollicetur die VI. Junii M. CCCXLIX. 1349.

B
XXXII.

THOMAS *de Piscina*, ex familia *Puccia*
Marsorum Episcopus, qui interfuit uti testis exe-
quutioni Bullarum, collationis Abbatiæ S. *Mariæ
de Valle*, *Marsorum* Diœcesis, collatæ *Raymundo*
Cardinali Diacono tit. S. *Adriani* die 10. Novem-
bris 1353. & protulit sententiam inter fratres *Con-
ventuales*, & Abbatem, & Canonicos Collegia-
tæ Ecclesiæ S. *Bartholomæi de Avezzano*, anno
M. CCCLXIII., viget ejus memoria in civitate 1363.
Piscinæ, ejusque insignia cum viridi galero depicta
in domo ipsius familiæ adhuc conservantur.

C
XXXIII.

JACOBUS *de militibus Romanus* Canonicus
Ostiensis, & Papæ Cappellanus, electus *Marsorum*
Episcopus, tertio Idus Decembris M. CCCLXIII. 1363.
ad *Aretinam* Ecclesiam in *Etruria* postmodùm
translatus. Ex Vaticano registro.

XXXIV.

BERNARDUS jam priùs Archidiaconus
Marsorum Ecclesiæ, post *Jacobum*, Episcopatum
suscepit XVI. Kalendas Januarii M. CCCLXV. 1365.

D
XXXV.

PETRUS, qui partes *Clementis* VII. Anti-
Papæ fovit, ab *Urbano* VI. in locum *Bernardi*
ordinatus Episcopus XIV. Mensis Februarii
M. CCCLXXX., ad Vicariatum S. *Mariæ Ma-* 1380.
joris de urbe addicitur.

JACOBUS Petro successit, quo vita functo,
Urbanus VI. *Gentilem* destinavit Episcopum V.
Kalendas Augusti anno septimo ejus Pontificatus.
Ex Archivio *Marsorum*.

E
XXXVI.

GENTILIS de *Agello Marsorum* Diœcesis ab
Urbano VI. anno VII. sui Pontificatus, quarto
Kalendas Augusti, *Marsorum* Episcopus effectus,
anno M. CCCLXXXV., unà cum *Henrico de* 1385.
Henricis à *Transaquis*, donavit Ecclesiæ S. *Cæsidii*
ruralem Ecclesiam S. *Thomæ* in fossa de Villa de
Jure Patronatus ex fundatione, & dotatione fa-
miliæ *de Henricis*, in honorem præfati Martyris
S. *Cæsidii*, in cujus Ecclesia ipse *Henricus* ex suis
progenitoribus fundatas habebat Cappellas in ho-
F norem S. *Catharinæ* Martyris, & S. *Thomæ* Apo-
stoli erectas, & insigniis familiæ ornatas cum se-
pultura progenitorum, cum omnibus juribus, &
pertinentiis suis; cum onere tamen celebrandi
Missas quinque in qualibet hebdomada, nihil
sibi reservans præfatus *Henricus*, & salvo jure sol-
vendi Episcopo, & successoribus quolibet anno
in mense Augusti cuppas sex hordei, & carole-
nos quindecim, pro jure procurationis, & Cathe-
dratici, qui in hodiernum usque diem solvuntur;
adest instrumentum donationis in Archivio ejus-
dem

dem Ecclesiæ, omni solemnitate vallatum, & manu præfati Episcopi roboratum per manum *Andreæ Lucæ de Casilverio*, sub die quinta Novembris M. CCCLXXXVII. quem ad Ecclesiam *Neocastrensem* pridiè Idus Novembris translatum à *Bonifacio* IX., anno IX. sui Pontificatus, anno M. CCCXCIX.

XXXVII.

PHILIPPUS, qui *Puteolanus* Episcopus fuerat, hujus Ecclesiæ administrationem obtinuit,
1397. anno M. CCCXCVII. 12. Idus Novembris.

XXXVIII.

F. JULIANUS *Thomasius* ex ordine *Minorum*, cum schisma vexaret *Romanam* Ecclesiam, à *Clemente* VII. Antipapa Ecclesiam *Marsorum*
1400. obtinuit anno M. CCCC. ipsamque conatus retinere, flagrante schismate adversùs electos à legitimis Pontificibus, continuis & diuturnis contentionibus vexatus; *Alexander* V. Sedis honore spoliavit, & postmodùm miseratus calamitatem ipsius, & ut etiam finem litibus daret, in Priorem Monasterii Collis *Martii* ordinis S. *Augustini Senensis* Diœcesis elegit. Quem posteà *Martinus* V. in *Capritanensem* Ecclesiam transtulit. Cum per plures annos *Marsorum* administrasset.

XXXIX.

SALVATUS de *Pireto*, oppido in ditione *Marsorum* Diœcesis posito, inter *Æquicolas* numerato, cum esset Canonicus S. *Laurentii* in *Damaso*, à *Martino Quinto Marsorum* Episcopus de-
1418. stinatur, anno M. CCCCXIIX. Kalend. Martii.

XL.

THOMAS Episcopus, qui decrevit, funeralium quartam spectare ad Abbatem S. *Mariæ* de *Alba*, in controversia inter ipsum Abbatem, & Episcopum, ex sent. in Archivio Collegiatæ de *Albe*. Ab eodem Martino V. Episcopus ele-
1430. ctus, fato cessit anno M. CCCCXXX.

XLI.

1430. SABBAS de *Cortonibus Romanus* ab *Eugenio* IV. ordinatus *Marsorum* Episcopus, in Vicarium Generalem elegit *Marianum* Abbatem Collegiatæ S. *Bartholomæi* de *Avezzano*, ex Chirographo ejusdem, in Archivio dictæ Ecclesiæ in actibus Consistorialibus.

XLII.

THOMAS, de quo habetur mentio in sententia lata per *Marinum de Furfona* Vice-Comitem *Albæ*, inter Præpositum S. *Mariæ* de *Luco*, & *Rogerium Rogerii* à *Transaquis*, occasione cujusdam fundi per Dominam *Philippam de Ursinis* Comitissam *Albæ*, *Cassinensi* Cœnobio donati, cujus sententiæ tenor in actis Notarii *Angeli Bartolutii de Avezzano* stipulatus reperitur, anno
1444. MCCCCXLIV.

Magister *Gerardus* publicus in *Romana* Academia scientiarum professor, inter primarios sui temporis literatos numeratus, ad *Marsicanam* Sedem electus à *Paulo* II. ut vice legati in Orientalibus partibus fungeretur, missus, indè rediens
1466. *Theate* obiit, anno M. CCCCLXVI. *Hieronymus Nicolinus* in historia *Theatina* cap. 10.

XLIII.

A ANGELUS filius Notarii *Antonii Machafani*, nobili genere de *Pireto*, primus hujus familiæ numeratur *Marsorum* Episcopus, cum fuerit tertius, qui *Marsorum* Sedem tenuerit, siquidem *Gentilem*, & *Salvatum* de *Pireto* hujus familiæ fuisse mihi persuasum est; cum eo tempore more *Longobardorum* Familiæ nomen ex Jurisdictione, & dominio locorum nanciscerentur, & oppidum præfatum in eorum ditione erat ab anno MCCCX. Ex Annalibus M. S. *Monaldeschi*.

Hic autem Cardinalis *Capuani* tit. S. *Marcelli*,
B Auditor ab *Eugenio* Quarto in *Marsorum* Episcopum eligitur XIV. Kalendas Septembris anno M. CCCCLXVI. *Piceni* autem Generalis The- 1466.
saurarius fuit; *Fanensi*, & *Maceratæ* civitatibus jura dedit, ibidemque decessit an. M.CCCCLXX. 1470.
sepultusque est in Cathedrali ante Altare Majus, in marmoreo sepulcro, ubi ejus effigies, & insignia, cum sequenti Elogio sepulcrali habentur:

Sepulcrum. Rev. P. D. Angeli. *Episcopi*
Marsicani. *Marchiæ*. Anconitanæ
Generalis. Thesaurarius. & locum
Tenentis. ac Gubernatoris. civitatis
C *Fani. obiit XIV. septem. M. CCCCLXX.*

XLIV.

FRANCISCUS *Machafanus* à *Paulo* II. *Marsorum* Episcopus destinatur, post obitum *Angeli*. IV. Idus Julii M. CCCCLXX. 1470.

XLV.

GABRIEL *Jacobus Machafani*, filius *Jacobi Antonii*, *Angeli* Nepos, post mortem *Francisci* fratris hanc Sedem suscepit anno M.CCCCLXXI. 1471.
D & eam cum ad annum usque M. D. XI. gubernasset, *Jacobus* nepotem cum futura successione obtinuit, & ipse fato cedens, in Ecclesia S. *Mariæ*, dicta *delli Bisognosi*; in monte propè *Piretum* tumulatur, cum hac inscriptione:

D. O. M.

GABRIELI. *Marsorum* Episcopo. qui. vixit. annos LXV. menses IV. dies XVIII. *Jacobus*. Nepos. eorundem Episcopus. Hoc Monumentum. Patruo. B. M. P.
Anno. salutis. M. D. XI. H. M. H. S.

XLVI.

E JACOBUS *Camilli Machafani* filius ex Archipresbytero S. *Eustachii* in urbe, coadjutor Patrui datus anno M. CCCCXCIIX. 18. Junii Archi- 1498.
presbyteratum *Angelo* fratri cessit, qui primus *Ansianensis* Episcopus fuit, & in Ecclesia *Transaquarum* tumulatur, quò accesserat, ut *Leonoram* neptem suam, Ataviam meam inviseret. Ipse *Jacobus Beneventanam* civitatem rexit, ac *Joannem Dionysium* nepotem suum in Episcopatu Coadjutorem obtinuit. Obiit *Pereti*, ibique in Ecclesia S. *Sylvestri* absque ullius honore sepulchri
F tumulatur.

XLVII.

JOANNES *Dionysius Machafanus*, coadjutor Jacobi Patrui Ecclesiam *Marsorum* rexit ad annum M. D. XXXIII. sepultusque in Collegiata 1533.
Transaquarum etiam absque honore sepulchri.

XLVIII.

MARCELLUS ex nobilissima *Crescentia* gen-

te natus *Romanus*, Canonicus S. *Mariæ Majoris*, ob præstantes ingenii dotes, & juris civilis scientiam, Sacræ Rotæ Auditor à Clemente VII. anno ætatis suæ XXV., & postmodùm *Marsorum* Epi-
1533. scopus anno M. D. XXXIII. declaratur, eamque majoribus Ecclesiæ negotiis occupatus absens rexit, & à Paulo III. S. R. E. Cardinalis tit. SS. *Joannis*, & *Pauli* creatur, post varias præfecturas, & legationes peractas, *Veronæ* obiit, anno M. D. LVII., ubi honorificè tumulatur, ejusque laudes, & munia in Elogio sepulcrali habentur:

D. O. M.

MARCELLO Cardinali *Crescentio*, qui ob insignem pietatis, & ingenii laudem XXV. annos natus, à Clemente VII. *Romæ* Auditor, deindè Episcopus factus à *Paulo* III. S. R. E. Cardinalis creatus, Principum virorum, Regumque in primis gratia, & benevolentia floruit, sub *Julio* III. *Bononiæ* perpetuus Tridentini Conc. solus Apostolicæ Sedis legatus, in Orthodoxæ fidei causam cum totus incumberet, gravi morbo correptus *Veronæ* decessit, anno ætatis suæ LII. sa-
1552. lutis humanæ M. D. LII. Kalend. Junii. *Alexander Crescentius Alexandri* nepos, *Hippolyti* filius, *Marii* pronepos fecit anno M. D. LVI.

XLIX.

FRANZINUS *Michaelis Sipontinus*, Episcopus post Cardinalem *Crescentium Marsorum* effi-
1556. citur, anno M. D. LVI. die VII. Aprilis, & à *Paulo* III. Gubernator urbis destinatus an. M. D.... ad Ecclesiam *Casalensem Montis Ferrati* translatus est.

L.

NICOLAUS de *Vigiliis Bononiensis Franzino*
1560. successit anno M. D. LX. plenusque dierum obiit, cum sedisset ad annum usque M. D. LXII.

LI.

JOANNES *Baptista Milanesius* nobilis *Floren-*
1562. *tinus*, electus *Marsorum* Episcopus die XXVII. Maji M. D. LXII. unus ex patribus, qui Sacro Trid. Conc. interfuerunt; per decem, & septem annos Ecclesiam gubernavit; pluribus etiam recturus, ni fallacibus fraudibus sui familiaris, quem cum omnimoda potestate, ut nepotem suum ab infidelibus *Piratis* captum redimere procuraret, aliis gravibus de causis peragendis ad urbem miserat, Sedem relinquere coactus fuisset.

Ille quippè urbem adveniens, aliud in animo habens, quam sui Domini negotia perficere, majoris præmii spe, vel avaritia allectus de Episcopatu dimittendo agere cœpit; eoque dimisso, alter (non expectato abdicantis assensu) eligitur, & consecratur; quod serò credens, *Milanesius* seriùs Curiam petens, jura sua repetiturus, & eo reclamante, & obtestante perfidi Procuratoris fallaciam, contrà quem cum pluries frustrà perorasset, suamque innocentiam, & dolosam malitiam illius aperuisset, qui pertinaciter obtestans mendacium, cum persisteret; re plenè discussa, & simplicitate artificiosæ fraudis versutia delusa, nihilque proficiens, *Florentiam* regredi, tardè errorem suum cognoscens, Episcopatuque spoliatus, in propriis laribus privatam vitam est ducere coactus; sed & alio ibi adversantis fortunæ cursu opprimitur, cumque acri cura ab unici nepotis captivitate premeretur, ex supellectilium, aliarumque rerum venditione, pecuniam ex pactione *Piratis* debitam, illis misit, qua libertate

A dum potiretur, & postliminio ad suos regredi properaret, infelix juvenis, ut infeliciorem Avunculum redderet, in ipso itinere naturalis vitæ cursum immatura morte complevit; sic Episcopatum, nepotem, & pecuniam deperdidit. Tot ærumnis oppressus, & ætatis incommodis gravatus, ad Patres applicuit. Pastor alioquin vigilans, simplex, & rectus; forsitan in suis ovibus verbo & exemplo pascendis, nulli ex anteactis secundus. Nam post S. Concilii dissolutionem, primus omnium ex *Marsorum* Ecclesiæ Præsulibus, Synodum coegit, utilesque sanctiones pro moderamine, & regimine suæ Diœcesis edidit, quæ in nostris ma-
B nibus conservatur.

LII.

MATTHÆUS *Colles Neapolitanus*, Abbas S. *Mariæ* de *Victoria*, & S. *Catharinæ* in *Cella*, post *Milanesium*, Episcopus *Marsorum* evasit, anno M. D. LXXIX., statimque ac illius possessionem 1579. adeptus est, ad reordinandam suam Diœcesim se totum dedit, eamque cum primum lustrasset, Clerum ad honestioris vitæ formam reduxit, Ecclesiasticum cultum auxit; Palatium pro Episcoporum residentia (cum anteà certam Sedem non haberent) propè *Piscinam* ædificavit, & cum Ec-
C clesiam S. *Sabinæ* Cathedralem suam, longè à cultu hominum, & campestri loco sitam videret, Cathedram in Ecclesiam S. *Mariæ Gratiarum* ab ipso à fundamentis erectam, non longè à novo Palatio à *Gregorio* XIII. transferri curavit, ut ex literis Pontificiis hic adjungendis mox apparebit. Sub sua ditione Castrum *Luci*, quod anteà *Cassinensi* Abbati parebat, reduxit, & S. *Romanæ* Rotæ determinatione ad se pertinere, & in possessione manuteneri obtinuit. Præpositum *Celani* mitra, baculo, & Jurisdictione quasi Episcopali utentem subegit. Insignioribus suæ Diœcesis locis, Ecclesias anteà Parochiales, cætum beneficiato-
D rum aggregans, collegiatas effecit; & illas, quæ eo jure potiebantur, numero servientium aucto ampliavit; quibus ex unione ruralium beneficiorum proventus auxerat, multaque alia præclara gessit; & dùm in vendicandis juribus suæ ditionis nimis intentus insudat, conspiratione quorumdam Romæ carcere detinetur, & demùm ab imputationibus liber, acrius libertati suæ Ecclesiæ consulens, & pro ea operam in urbe navans, fato oppressus in Ecclesia S. *Laurentii* in *Lucina*, cum sequenti inscriptione sepulchri tumulatur: Pastor vigilans, & indefessus, cui uni debere omnes *Marsorum* Episcopi profitentur, ob auctos reddi-
E tus, Jurisdictionis ampliationem, & Sedis stabilitatem; vir sanè eruditus, & in scientiis humanis, & divinis apprimè versatus, cujus præcipuo opere in correctione Kalendarii *Gregorius* XIII. usus fuit.

MATTHÆO *Colli Neapol.* S. *Mariæ* de *Victoria*, S. *Catharinæ* à *Cella* Abbati, *Marsorum* Episcopo, *Joannæ Aragoniæ Columnæ Garziæ* à *Toletis* V. Regis *Siciliæ* à secretis, liberalibus studiis erudito, in consulendis singulari, in agendis incomparabili, suam Ecclesiam annos sexdecim regenti, usurpata, diminuta, collapsa reparanti, restituenti, augenti, Cathedralem, Semina-
F rium, Domum Episcopalem, Monasterium erigenti, atque *Romæ* eam tuenti. Obiit Ann. salutis M. DXCVI. vixit Ann. LXIV. menses VI. dies.

Andreas Coll. Aldana non sine lacrymis Avunculo B. M. P.

Quo tempore miracula inventionum Corporum Sanctorum *Simplicii*, & sociorum Martyrum in Ecclesia *Transaquarum* accidit, & ipso monstrante,

te, sunt inventa; quippè cum ad casum lapidis fornicis *Cappellæ* ante gradus Majoris Aræ suavem efflaret odorem, re ad eum delata, properè ad Ecclesiam accitus adveniens, *Scipione*, quo sustentabatur, locum designavit, & Sacrum Thesaurum effodi jubens, ad Summum Pontificem rem detulit, ad ejusque postulationem festum Inventionis quotannis venerari jussit, & de thesauro Ecclesiæ depromptas, ut fidelium devotio excitaretur, Indulgentias addidit. Est dies præfatæ inventionis 20. Septembris.

Gregor. XIII. GREGORIUS Episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. In suprema dignitatis Apostolicæ specula, meritis licet imparibus, divina dispensatione constituti, pervigiles mentis nostræ oculos ad fructuosam agri Dominici culturam frequenter dirigimus, & ut præcipuas esse ducimus Episcopales Sedes in locis congruis plantare, ita non postremas officii Pastoralis partes existimamus eorundem locorum ruina, & desolatione currente, Sedes ipsas ad alia commodiora loca aliquando transferre, ut exinde divinus cultus perseveretur, & debitum Deo obsequium persolvatur. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte Venerabilis fratris nostri *Matthæi* Episcopi, & dilectorum filiorum Capituli *Marsicanen.* nec non universitatis, & hominum oppidi, civitatis nuncupatæ *Piscinæ Marsicanen.* Diœcesis petitio continebat: quòd à quadringentis annis, & ultra, cum civitas *Marsicanensis* ob temporum, & bellorum calamitates destructa, & desolata fuisset, prout adhuc est, Episcopus *Marsicanus* tunc existens, & prædictum Capitulum, se, & residentiam, quam apud Ecclesiam *Marsicanam* facere tenebatur, una cum omnibus, & singulis eorum rebus, ac bonis, & paramentis Ecclesiasticis, aliisque sacris supellectilibus quibuscumque ad Ecclesiam B. *Mariæ*, de *Gratia* nuncupatæ dicti oppidi, tanquam commodiorem, & ipsi civitati viciniorem, quantum in eis fuit transtulerunt, & transferri curaverunt, & abinde intra ipsam Ecclesiam B. *Mariæ* loco eorum Cathedralis Ecclesiæ, & debitæ residentiæ habuerunt, & pacifice possederunt, inibique horas Canonicas, diurnas, pariter & nocturnas, ac Missas, & alia divina officia celebraverunt. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, nulla hominum memoria, qua auctoritate translatio hujusmodi facta fuerit, nec de ea aliqua monumenta, vel aliæ scripturæ extant, & propterea *Matthæus* Episcopus, & prædictum Capitulum dubitant, ne successu temporis de validitate ejusdem translationis hæsitari, seque desuper molestari contingat, pro parte *Matthæi* Episcopi, & Capituli, & universitatis, & hominum prædictorum.

Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in his opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui honestis petentium votis, quantum cum Deo possumus, libenter annuimus, eaque favore prosequimur opportuno, *Matthæum* Episcopum, & singulas personas Capituli, & universitatis, & hominum hujusmodi à quibusvis excommunicationis, suspensionis, Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis; Censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, in quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolutis, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Sedem Episcopalem *Marsicanam* & Pontificalem, & alias dignitates, nec non Canonicatus, & Præbendas ipsius Ecclesiæ *Marsicanæ*, cæteraque beneficia Ecclesiastica in ea fundata, erecta, & instituta, nec non personas illo nunc, & pro tempore obtinentes, ac prædictum Capitulum, una cum universis, aliisque insignibus Episcopalibus, & Capitularibus, eorumque fructibus, rebus, bonis, Juribus, & pertinentiis, ac oneribus illis incumbentibus, nec non ornamentis, paramentis, & aliis sacris supellectilibus quibuscumque ac ipsius Ecclesiæ *Marsicanensis* statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, & concessis ad dictam Ecclesiam B. *Mariæ*, quamdiu civitas, & illius Cathedralis Ecclesia hujusmodi restaurata, & ad debitum statum reducta non fuerit. Ita quod interim *Matthæus*, & pro tempore existens Episcopus, nec non Capitulum, & aliæ personæ hujusmodi apud ipsam Ecclesiam B. *Mariæ* residere, & ibidem horas, Missas, & alia divina officia prædicta celebrare, atque res, & actus Capitulares perscrutari, omniaque, & singula in dicta Ecclesia *Marsicana* fieri, & exerceri solita, & debita, facere, & exercere; nec non omnibus, & singulis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, prærogativis, honoribus, indultis, concessionibus, favoribus, & gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus in ipsa Ecclesia *Marsicanensi* residendo uti, potiri, & gaudere possent, & deberent, in omnibus, & per omnia, ac pariformiter, & æque principaliter absque ulla penitus differentia uti, potiri, & gaudere libere possint, & debeant. Apostolica auctoritate, tenore præsentium, de novo transferimus ipsam Ecclesiam B. *Mariæ* Episcopo, Capitulo, ac personis prædictis, pro eorum Cathedrali Ecclesia, & loco debitæ residentiæ, donec civitas, & illius Cathedralis Ecclesia hujusmodi restauretur, & ad debitum, & commodum statum reductæ fuerint tantum, sine alicujus præjudicio, auctoritate, & tenore præsentium concedimus, & assignamus, ipsosque ad eam translatos fore, & esse, ne desuper per quoscumque molestari posse; nec non si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus; Non obstantibus præmissis etiam Apostolicis, nec non Provincialibus, Synodalibus, & universalibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis dictæ Ecclesiæ *Marsicanensis* etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitare alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, translationis, concessionis, assignationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum *Romæ* apud S. *Petrum* anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXXX. Kalend. Januarii Pontificatus nostri anno....

LIII.

BARTHOLOMÆUS *Perettus* à *Talamone* in *Etruria* ex Canonico S. *Petri* in Vaticano, in locum *Matthæi*, Episcopus effectus anno M. DXCVI. 1596.
vixitque in Episcopatu usque ad annum M. D. C. XXIIX. cujus præclari ingenii dotes commentaria ab ipso conscripta in extravaganti ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienandis testantur, aliaque monumenta non prælò data sententiis, & aphorismis politicis referta, in *C. Taciti* historias. Enituit etiam præcipua charitate in sublevandos pauperes, quorum necessitatibus abundè ex redditibus Ecclesiæ satisfaciebat; cum alioquin esset acri, & elato ingenio, & ad militares, plusquam ad Ecclesiasticas disciplinas applicitus; ira sic æstuabat, ut præceps manus adhiberet, quoties

ties animi turbulentia incitaretur; quare in odium multorum, quos litigiis, & in variis laceſſiverat, incidit; quorum conſpiratione in Arce S. *Angeli* de urbe multa crimina, quæ ei objiciebantur, purgare coactus fuit; & per aliquot annos ſuæ Eccleſiæ adminiſtratio ei interdicta, & prudentiſſimis viris *Paulo Pagano*, &.... *Giſlerio* Apoſtolicis Vicariis demandata; demum ad ſuas oves reſtitutus, rediens reliquum vitæ curſum ad præfatum annum perfecit, quo fato cedens, in Eccleſia S. *Mariæ Gratiarum* tumulatur.

LIV.

BALEONUS *Carrodorus de Montefano*, ex *Verulana* Eccleſia ad *Marſorum* translatus, anno
1628. M. DCXXIIX. die V. Junii, vixitque ad annum M. DCXXX. Paſtor vigilantiſſimus, saluti ſui gregis intentus, ſpiritualibus monitis, ac exemplis ad addiſcenda Chriſtianæ diſciplinæ documenta, & animavit per alios, & per ſe ipſum, magna charitate, & patientia nudam, & indoctam plebem edocendo, ad viam ſalutis adduxit, & biennio Eccleſiam ſumma tranquillitate gubernavit.

LV.

MUTIUS *Columna Romanus* ex Dominis *Ruviani*, vir omni literarum genere refertus, modeſtia, & vigilantia incomparabilis, ab *Urbano Octavo Marſorum* Epiſcopus deſtinatus anno M.DC.
1630. XXX. cum multa utilia pro optimo regimine ſuæ Eccleſiæ paraſſet, morte præventus, *Avezzani* occubuit anno M. DCXXXII. & in Eccleſia fratrum *Conventualium* requieſcit.

LVI.

LAURENTIUS *Maximus Romanus*, ex Canonico S. *Joannis* in *Laterano*, Epiſcopus *Mar-*
1632. *ſorum* effectus, anno M. DCXXXII. vixit ad annum M. DCXLVII., & in Eccleſia S. *Mariæ Gratiarum Piſcinæ* requieſcit.

LVII.

JOANNES *Paulus Caccia Romanus*, poſt *Lau-*
1647. *rentium* regimen Eccleſiæ *Marſorum* ſuſcepit, magno ardore, & zelo charitatis eam ad opportuna reſtauravit, bonique & pii Paſtoris partes adimplens, Diœceſim penè totam luſtravit, Seminarium jam deſtitutum reordinavit. Moralis Theologiæ lectionem ad inſtructionem promovendorum ad Sacras Confeſſiones audiendas in Conventu fratrum *Minorum* inſtituit; Clericos *Scholarum Piarum* nuncupatos, quibus *Lælius Thomaſettus Piſcinas* decem millia erogari ſuo teſtamento juſſit, ut Collegium *Piſcinæ* erigeretur, accivit, ſcholaſque aperiri; & ut tam pium opus incrementum haberet, inſudavit. Ad doctrinam Chriſtianam addiſcendam, ut allicerentur pueri, piis devotiſque muneribus animavit. Moniales S. *Claræ* ad exactiſſimam Regulæ obſervantiam revocavit. Ut graves inimicitias in ſua Diœceſi componeret, iteratò equitans, nec aſperitas itineris, nec æſtivi ſolis ardor retardavit. S. *Ruphini* Martyris ſuæ Diœceſis jam Epiſcopi memoriam in civitate renovavit; & ut devotius veneraretur, Sacellum in Cathedrali inſtruxit. Multas ad regimen, & emendationem morum ſanctiones edidit. Paterno affectu omnes amplectens, Parochos præcipue verbo, & exemplo ad ovium ſuarum cuſtodiam ex-

A hortando compellebat. Et ut ad *Chriſti* amorem, & opera pietatis fideles inflammarentur, R. P. *Joanne Baptiſta Magnante* Congregationis Oratorii *Aquilani*, & R. D. *Annibale Rotulo* Canonico Cathedralis *Sulmonenſis*, piis viris aſcitis, ſpiritualibus exercitiis ad pietatem, pia opera, & peccatorum deteſtationem animavit. Denique S. *Petri Cæleſtini* Reliquias veneraturus IV. Kalendas Septembris, quo die ejus coronationis memoria recolitur, *Aquilam* petiit; quo in itinere gravi febre oppreſſus, ad Eccleſiam ſuam feſtinus rediens, ingraveſcente morbo, *Deo*, Sanctoque
B *Ruphino*, & S *Philippo Nerio* animam ſuam commendans, in domino requievit, die 6. Septembris M. DCXLIX. cum Eccleſiam tantùm anno 1649.
uno, & duobus menſibus vix expletis gubernaſſet; & tam præclara egiſſet, majoraque parabat, ni mors interceſſiſſet, quem *Marſi* ſummo mœrore affecti, ſummis lacrymis deplorant, ſummis laudibus venerantur.

LVIII.

ASCANIUS *de Gaſperis* nobilis *Romanus* ex
C Matre de *Philonardis* in Capitolino foro II. Vir I. D. ab *Innocentio Decimo Marſorum* Epiſcopus deſtinatur die 24. Februarii M. DCL. Cùm ob 1650.
contentiones, & controverſias præcedentiarum inter primarias Collegiatas ſuæ Diœceſis anteacti Epiſcopi Synodum congregare minimè potuiſſet, hic primus Synodum adunavit, & ſublatis litigiis omnes in unum, in Cathedrali Eccleſia convocavit, & Ordinationes perutiles promulgavit. Vir legali ſcientia præditus, morum ſuavitate, & continentia ſingularis. Obiit *Piſcinæ* die 6. Auguſti 1664. & cum lacrymis totius Diœceſis tumulatus
D fuit ibi in Cathedrali Eccleſia.

LIX.

DIDACUS *Petra* ex antiquiſſimis Baronibus *Caſtri Sangri*, & *Vaſti Girardi*, *Aſcanii* prædeceſſoris Nepos; etenim ejus mater fuit D. *Septimia Philonardi* ex Dominis *Babuci* in *Hernicis*, proneptis Eminentiſſimorum Cardinalium *Ennii*, & *Philippi*, ac aliorum quamplurimorum Antiſtitum Neptis. In florida ejus ætate poſt doctoratus lauream inter Honorarios Cappellanos Catholicæ
E Majeſtatis *Neapoli* cooptatus fuit; & cum trigeſimum tertium attingeret annum, ad hanc Eccleſiam ab *Alexandro* VII. Sum. Pont. deſtinatus fuit 18. Auguſti ann. MDLXIV. In qua inter alia mira 1664.
ſolicitudine, & ferventi ſtudio ſuas oves gubernavit, ac gubernat, ne dum quoad animarum ſalutem ſuam Eccleſiam ſæpè ſæpius perſonaliter viſitando, ejus jura tuendo, *Piſcinates* ædes reſtaurando, ac Sacram Synodum celebrando; ſed etiam quoad animorum præſtantiam; ſiquidem Seminarium auxit, Patres Scholarum Piarum *Piſcinam*
F tandem reduxit, ut juvenes morali, ac literariæ diſciplinæ commodius & ferventius operam darent, & alia perplura peregit, multoque majora ejus vigilantia promittit, ut jure merito *Pompejus Sarnellius*, ad *Marſos* ſcribens, de eo cecinerit:

Somnifero Chelydros edocti rumpere cantu,
Et Marſis *herbis pharmaca mira dare.*
Herbis, & cantu ſolum valuiſtis, & altas
Petrarum vires non habuiſtis adhuc.
En ſacram tibi Roma PETRAM, *virtute refertam*
Mittit; in hac una dat decus omne PETRA.

F I N I S.

INDEX NOTABILIUM.

A.

Abortivis *sepulchra erigi non tulit antiquitas*, 73. D.
Actius *ex Comitibus Marsorum. IX. Episc. Mars.* 215. A.
Ædes Salutis *qua occasione Romæ posita*, 124. F.
Æsernia *a sociis obsessa*, 28. F. 29. A.
—— *sese dedit*, 32. A.
Agellum *plurimorum illustrium virorum patria*, 176. E.
—— *extructum ex reliquiis Valeriæ*, 177. C.
In Agendo *& consultando indefessa cura sequenda*, 28. F.
Agnani *sylva abundat dictamo*, 4. F.
Alba, *Marsorum præcipua civitas*, *obsessa*, 29. A.
—— *antiqua civitas Marsorum*, 81. B.
—— *a quibus ædificata*, 125. A.
—— *quo loco sita*, 123. A.
—— *quando destructa*, 130. E.
—— *sub quarum familiarum ditione fuerit*, 131. F.
—— *quando obtinuit jus suffragii Latini*, 29. B.
Albensia *arma*, 127. C.
Albensium *gesta non stricte referuntur*, 121. E.
—— *campi describuntur*, 128. E. F.
Albericus, *Berardi* III. *Marsorum Comitis filius*, VI. *Episc. Mars.* 211. D.
Albertus *notatus*, 98. B.
C. Alfii *legatum ut fieret specus ad ducendas aquas Corfinium*, 25. D.
Altum S. Mariæ *oppid. feudum Joan. Duca*, 94. D E.
Ambitionis *effectus*, 32. B.
Amici Agnifili *Cardinalis Patria*, 180. A.
Amicitia *inter consimiles contrahitur*, 13. B.
Amicitiæ *non sunt immortales*, 18. B.
Amicus *in adversis non frangitur*, *sed roboratur*, 15. E.
Amiterni *civitatis memoriæ*, 179. A.
S. Anatolia *Castrum & oppidum*, 135. E F,
—— *martyrio coronatur*, 137. E.
Andreas XI. *Episc. Mars.* 216. A.
Andreas Argolus de Tallecotio, *scriptor celebris*, *Marsus*, 46. B.
Andruscianum *pagus*, 133. D.
Anei Carseolani *egregium exemplum*, 148. A B.
Angelus Machafanus XLIII. *Episc. Mars.* 234. A.
Angitia, *Medea dicta ab angendis serpentibus*, 103. C.
Angitiam *Sylvam Medea incoluit*, 103. C.
Anitii de Carrito *gesta & rebellio*, 203. B.
Animalia *humanis usibus subdita ante bellum sociale subito efferata*, 22. A.
Animi inclinatio *ad obeunda naturalis*, *unde?* 2. A.
Ad Animorum moderationem *institutio refert*, 2. B.
Anio *fluvius limes Marsorum positus*, 146. A.
Annus *quo incepit sociale bellum*, 28. A.
Anselmus *Episcopus Marsorum scripsit prophetias*, 170. C.
Antina *Civitas*, *quæ fuit Marsorum*, 95. C. *seqq.*
S. Antium *vicus*, 200. E.
Antonii Casalii *libri & laudes*, 168. B.
Antonii de Pireto *patria*, *gesta & laudes*, 155. B C D.
Antonius Gattus de Ortucchia, *scriptor celebris*, *Marsus*, 46. A.
Antrum *propitium infirmis*, 133. D E.
S. Anxini *antiquum oppidum Marsorum*, 93. C.
Apamea *vicus*, 200. E.
Apennini *Marsos a Pelignis dividunt*, 88. A.
Aphranius & Judalicius *Cn. Pompejum profligant*, 33. A B.
Aphranius *Firmium obsidet*, *sed fortiter pugnando cecidit*, 33. B.
Apparatus *Marsorum ad bellum contra Romanos*, 22. F. 23. C.
S. Appetitus *oppidum*, 178. B.
Appiani *egregium monumentum de Marsis*, 15. C D.
Apinianicum *vicus*, 200. D.
Apulia *quot in partes fuerit distributa*, 90. D.
Aquæductus *antiquus apud Grottellas*, 103. F.
Archipenna *hiatu terræ dissoluta*, 84. C.
Archippe *oppidum*, *quo loco submersum jacet*, 58. C.
Archippus *Rex Marsorum Turno mittit auxilia*, 82. C D.
Archipreta *vallis*, 52. B.
Arcus Augustæ *ubi fuerit*, *& conjectatur*, *cui Augustæ fuerit sacratus*, 205. C D E.
Argaton *Mons*, 91. C.
Arma, *quibus Marsi utebantur*, 127. C D.
Arsoli *oppidum*, 149. A. B. C. D.
Arx Cerri *oppidum*, 163. A.
Arx vegetis, *sive Rocca de Botte*, 154. D.
Ascanius de Gasperis LVIII. *Episc. Mars.* 240. C.
Aschium *agreste oppidum*, 91. F. 92. A.
Aterni *flumen aquas dabat confinio*, 25. D.
Aternus *flumen*, 89. D.
Atinates *seu* Antinates *natio Marsica*, 95. B.
Atranum *vicus*, 200. E.
In Audaciam *non potest animus esse pronus*, *qui diversa cura est sollicitus*, 122. E. F.
Avellus *amnis*, 186. B. F.
Aversa *castrum*, 89. D.
Avezzani *primordia*, 113. A. *seqq.*
—— *Nominis origo*, ibid. D.
—— *arx a quibus fundata & aucta*, ibid. C D.
Aufeja *aqua alias Marsia*, 63. D. E.
S. Augustini *locus interpretatur*, 28. B C.
Auricola *oppidum*, 149. D.
Aurum *ubi in Albensibus generetur ex testimonio Mirandulæ*, 130. B.

B.

Baleonus Carradorus LIV. *Episc. Mars.* 239. B.
Barile *oppidum*, 181. A.
Bartholomæus XXXI. *Episc. Mars.* 232. A.
Bartholemæus à Transaquis *socius S. Petri Cælestini*, 174. C D.
Bartholomæus Perettus LIII. *Episc. Mars* 238. E.
Belli Marsici *designati Consules & Duces*, 24. B C.
Belli Socialis *origo*, 18. D.
—— *quare Marsicum appellatum*, 23. B.
Benedicti *ossa ubi sint*, 132. F. 133. A.
Benedictus XV. *Episc. Mars.* 221. D.
—— XVII. *Episc. Mars.* 221. E.
Berardorum *familiæ origo*, 42. E. F. *seqq.*
Berardus, 24 *Marsorum Comitis filius.* XIII. *Episc. Mars.* 217. E.
S. Bernardi *Reliquiæ ubinam sint*, 162. F.
Bernardus XXXIV. *Episc. Mars.* 232. C.
Bitus *Thracum Rex Carseolis custoditur a Romanis*, 148. A.
Bituitus *Avernorum Rex Albæ custodia positus a Romanis*, 126. D.
Blondus *ponens Augustæ arcum in Pelignis notatur*, 98. B. 205. E. F.
F. Bonaventura *celebris Scriptor Marsus*, 46. A.
Bonifacius IV. *Gente Marsus sanctis ascriptus*, 42. C.
Bozzanum *vicus*, 200. E.
Burghesia *familia dominatur Sulmoni*, 195. B.

C.

Cæsar Baronius *ex Portia Phœbonia matre Marsus*, 44. D.
Cæsarius XXIII. *Episc. Mars.* 229. C.
Campus Mizzius *ubi sit.* 91. C.
de Candelicchia *vallis*, 150. A.
Canistrum *oppidum*, 100. C.
de Capistrello *nobilis familia*, 99. D.
Capistrellum *oppidum*, 99. D.
Capuccittorum *viri laudantur*, 177. E F.
Cappadocia *sive* Caput otii, *oppidum*, 98. D.
Cappella *Castellum*, 134. C.
Caput aquarum *fons*, 57. E.
Caraptolorum *familiæ monumenta*, 43. E.
Carbonarius *mons*, 52. C.
Cardinales *S. R. E. ex Marsis oriundi*, 44. C D.

Phœbonius. Q Car-

Carseoli *antiquum oppidum Marsorum*, 148. D.
—— *ubi positum*, 149. A. *seqq.*
—— *natio Marsorum*, 145. F. 149. A B.
Carseolorum *populi ubi fuerint*, 146. *seqq.*
Caroli V. *gesta penniculis mire expressa*. 115. F.
Carolus Andegavensis *ubi victoriam a Corradino reportavit*, 131. B. 141. F. *seqq.*
Carolus Burellus *laudatur*, 84. E.
Carolus Cala *Diami Dux laudatur*, 190. C.
Carritum *oppidum*, 203. B.
Cassinensium *familiæ Cœnobium*, 121. C.
Castel d'Hiere, 208. C.
Castellum *ad lacum Fucinum a Romanis expugnatum, cujus fuerit*, 13. C D.
Castellum Gualterium *pagus*, 102. D.
Castellum Sancti Angeli, 150. C D.
Castrum fluminis *oppidum*, 99. A.
Castrum novum *pagus*, 134. C.
Castrum vetus *oppidum*, 207. B.
Castulum *oppidum Rogerius Celani Comes suum esse obtinuit*, 86. B C.
Cathedralis *Sedes Episcopi Marsorum ubi jam fuerit*, 199. B C.
Celanum *oppidum*, 148. *D.* 171. E F. *seqq.*
—— *qua de causa a Marso ædificatum*, 171. C.
—— *dirutum ab Ottone*, 172. D.
Celeritas *plurimi momenti est ad res præclare gerendas*, 28. F.
Improvida Celeritas *spem victoriæ conceptam prostravit*, 30. B C.
Cerfenia *oppidum*, 199. C.
Cerri Arx *oppid.* 163. A.
Cervara *rupes*, 134. F.
Ciarallorum *familiæ naturalis facultas in serpentes*, 6. E.
Cicero *enucleatur inscriptione quadam*, 37. F.
—— *laudat legionem Marsiam*, 126. F.
Circuli *oppidum an fundatum a Circe*, 177. D.
Civita de Antina *parvum oppidum*, 95. B C.
Civitella *castellum*, 88. C.
—— *oppidum*, 100. E.
Claudii *affectio erga Marsos*, 80. B C.
de Claudii *Emissario ad Fucinum lacum emittendum*, 67. *seqq.*
—— *feralis crudelitas in ejus instaurata Naumachia*, 74. F. *seqq.*
Cliternum *oppidum*, 171. A. *seqq.*
Cluentii *nimia ad pugnam properatio tristem peperit eventum*, 34. D E.
Cluverius *notatus*, 83. B.
Cœli benignitas & *felix aura ex quadam vi a natura animos nationis ad obeunda inclinat*, 2. A.
Cœnotaphium *Trebatii Ciceroni familiaris*, 118. E.
Colennucius *notatur*, 141. A.
Cellæ *Castellum*, 150. E.
Col' alto *oppidum*, 153. E. 154. A.
Colle de Guardia, 154. A.
Collis Angeli *pagus*, 89. B.
Collis Armeli *oppidum*, 199. D E.
Colle *sive* Collis Zippa *oppid.* 162. F.
Colorum *varietatem cognoscendi modus in insignibus etiam prelo impressis*, 44. A B.
Columnensium *Principes Toparchæ Albensium*, 132. A.
Comites *illustres ex Marsis*, 43. A. *seqq.*
Confœderatio *pacta*, *socialis belli apparatus*, 22. F.
Confœderati *Marsorum in bello sociali*, 23. C.
Consilia *mutantur tempore*, *reguntur utilitate*, 18. B.
potius Consilio *quam certamine hostes subvertere docet prudentia*, 33. F.
in Consultando & *agendo indefessa cura sequenda*, 28. F.
S. Constantii & *sociorum ossa Celani*, 174. B.
Corbarium *oppidum*, 136. B.
Corfiniensium *templa & Basilicæ magnificæ*, 25. C.
Corfinium *Cæsari deditur opera Marsorum*, 17. F. 18. A.
—— *communis sedes Confœderatorum belli socialis*, 24. *seqq.*
—— *antiqua civitas Marsorum*, 81. F.
—— *floruit adhuc tempore Trajani*, 26. F.
Crudelitas feralis *in servos*, 74. F. 77. A.
Cuculum *oppidum*, 137. B. *seqq.*
Cucullum *oppidum*, 204. B.
Cunctatione *agendo multa paulatim superantur*, *quæ impetu superari non possunt*, 30. A.
Curcumelum *oppidum*, 141. C.
Cyrillus *notatur*, 141. A.

D.

Delubra *Deorum Corfinii*, 25. E.
Didacus Petra LIX. *Episc. Mars.* 240. D.
Diis *assimilantur justitiam virtutesque colentes*, 1. A.
Disconvenientia *naturalis hominum & serpentum*, 6. F.
Diffidia *inter Episcopos Sulmonensem & Aquilanum*, 193. F. *seqq.*
S. Dominicus *Abbas*, *ubi in Marsis fuerit*, 90. A.
Domitius Marsus *Poëta Martiali familiaris*, 39. F. 40. A. 170. A.
Donatus *Castrum*, 93. D.

E.

S. Eugenia *oppidum*, 178. C.
C. Egnatius *socialis belli Dux Venafrum*, *Castabiliam*, *Minturnam & Salernum cepit*, 29. E F.
Egnatius *Sext. Cæsarem profligavit*, 32. E.
Eliogabalus *serpentes colligebat per Marsos sacerdotes*, 6. C.
Elogium *Angeli Machafani*, 119. E.
Elogium sepulchrale *Labeonis Marsi Salone*, 40. A.
de Emissario *Claudii ad Fucinum lacum emittendum*, 67. A. *seqq.* 76. D.
Emissarium *aquarum Fucini lacus quanti fuerit impendii*, 68. C D.
—— *cujus formæ & structuræ*, 72. A. *seqq.*
Episcopales *honores extra Patriam adepti*, *gente Marsi.* 45. A. *seqq.*
Episcopus *quidam Nicoterensis martyrio datus a Saracenis*, 189. A.
Epigraphe *sepulchralis Optato*, 27. C D.

F.

Facinora *strenua Marsorum in Annibalem*, 16. E F.
Familiæ *Marsæ in Romanas ascitæ*, 40. E F. *seqq.*
Faustus *accivit Marsum incantatorem ut S. Anatoliam morsu serpentum afficeret*, 6. C.
Felix Nola de Alba *scriptor celebris*, *Marsus*, 46. A.
Fœderatæ *cum Roma Civitates vel jus Romanum*, *vel Latii*, *vel Italicum obtinuerunt*, 36. C. *seqq.*
Fœderatorum *sacrificia annua & eorum Ritus & Ceremoniæ*, 38. F. 39. A.
Fœderis *feriendi Ritus*, 38. C D.
—— *pacta in æquilibrio sunt posita*, 18. C.
Fœderum *tria genera*, 35. F. 36. A.
Fœdus *unde dictum*, 38. F.
Fœtor *serpentum veneno non absimilis*, 5. D.
Fons *duntaxat pervigilio S. Jacobi emanans*, 178. C.
—— *quatuor Episcopatuum finis*, 154. B.
la Fonte d'Avignone, *vicus*, 181. A.
Fontes, *quorum aquæ haustu implentur ubera*, 73. E F.
Forconium *civitas*, 178. F. *seqq.*
Forma *pagus*, 134. A.
Fossa *oppidum*, 181. B.
Fresilia *antiqua civitas Marsorum*, 88. A.
Franciscus Barbatus *Petrarchæ Familiaris*, 195. C.
Franciscus Capotius a Talleacotio, *scriptor celebris*, *Marsus*, 46. C.
Franciscus Machafanus XLIV. *Episc. Mars.* 234. C.
S. Franciscus *moratur in Vettiano colle*, 153. B.
Franciscus Resta *scriptor celebris Marsus*, 46. B.
Franzinus Michaëlis XLIX. *Episc. Mars.* 235. C.
F.R.B. XIV. *Episc. Mars.* 221. C.

Fu-

Fucenses *sive Lucenses*, *natio* Marsorum, 103. A.
Fucinus *Lacus unde ita nominetur?* 49. A B C.
—— *Phorcus etiam dictus*, ibid. D.
—— *& il Lago di Celano*, ibid. E.
—— *ejus amœnitas*, ibid.
—— *& salubritas & hujus causæ*, ibid. F.
—— *piscium ejus species*, 50. A. *seqq.*
—— *animalium ejusdem*, ibid. C.
—— *item avium fere 30 species*, ibid. C D E.
—— *Herbæ in eo, avium pastui &* Medicinæ *inservientes*, ibid. F. *seqq.*
—— *Retium genera, quibus in eo Piscatio fit*, ibid. B C D E.
—— *Piscationes quæ sine reti fiunt*, ibid. E.
—— *Ejus ambitus*, 52. A.
—— *vortices & eorundem conditio*, 52. C D.
—— *profunditas*, 52. E.
—— *quandoque ob frigus condensatio in glaciem*, ibid. F. 53. A. *seqq.*
—— *an Valeriam civitatem absumserit?* 53. F. *seqq.*
—— *ejus effluxus*, 53. D. *seqq.* 54. C. *seqq.* 55. A.
—— *ejusdem effluxus & diminutionis causæ*, 55. B. *seqq.* 58. E F.
—— *Aquæ eum ingredientes*, 57. A. *seqq.*
—— *egredientes*, 59. A. *seqq.*
Fundamenta *imperii*, 35. F.

G.

Gabriel Jacobus Machafanus XLV. *Episc. Mars.* 234. C.
Gallianum *oppidum*, 208. C.
Gallorum *irruptio in Italiam*, 16. C D.
Gallum *pagus*, 94. A.
Garigliani *flumen a quo nomen accepit*, 98. A.
S. Gemmæ *corpus ubi requiescat*, 208. A.
Gentilis de Agello. XXXVI. *Episc. Mars.* 232. E.
Gentilis Merlini *Logothetæ Regni memoriæ*, 190. A.
Gioia *oppidum pulchrum*, 86. E F.
—— *in Leonellum ab Acclozomata Dolani Comitem translatum*, 87. A.
Giptius *amnis*, 186. B C.
Girofalcus *mons*, 99. C.
Gloria *incendimur ad studia, jacentque ea, quæ improbantur*, 32. B C.
Gordianum Siculum, 207. C.
Guilibertus *Antipapa Albæ moratur*, 131. B. *seqq.*

H.

Halicarnasseus *elucidatur*, 178. E.
S. Hermetis *sepultura*, 102. C.
Hominum *& serpentum disconvenientia naturalis*, 6. F. 7. A.
Honor *alit artes*, 32. B.
T. Hortensii Mucronis *memoria*, 40. B C.
Hortona *oppidum*, 208. D.
Hortus Centauri *plenus optimis simplicibus*, 102. C.

I.

F. Jacobus de Busce *ordinis Prædicatorum.* XXVII. *Episc. Mars.* 231. C.
Jacobus XXVI. *Episc. Mars.* 229. E.
Jacobus de Militibus XXXIII. *Episc. Mars.* 232. C.
Jacobus Camilli Machafani XLVI. *Episc. Mars.* 234. E.
Jejuni *hominis saliva serpentum venenum*, 6. E F.
Imæus *Mons sive Monte Meo*, 199. D.
Imago B. Mariæ de Vico, *quo miraculo ab exuberante lacu præservata*, 109. E F.
Imperii *fundamenta*, 35. F.
Improvida *celeritas spem victoriæ conceptam prostravit*, 30. B C.
Inclinatio animi *naturalis ad obeunda unde?* 2. A.
Incolæ Arcis Vegetis *apti ad cantum*, 154. E F.
Inconsiderate *& nimis properanter spem victoriæ conceptam improvida celeritas prostravit*, 30. B.
Ingeamus XX. *Episc. Mars.* 225. B.
Ingenium *plus quam vires prævalet*, 30. A.
Innocentius septimus *ex Sulmone*, 195. C.
Inscriptio *de Corfinii Lyceo restaurato*, 25. D.
—— *Deæ magnæ & Attini*, 25. F.
Institutio *præclara ad egregiam animorum moderationem refert*, 2. B.
Invectum *flumen occultum*, 57. F. 58. A. *seqq.* 64. B.
Invecti *amnis fontes*, 91. D.
Joannis Argoli *patria & opera*, 167. E.
Joannes Acutus *Dux Marsorum*, 194. C.
Joannis a Cuculo *patria & laudes*, 204. F.
Joannes III. *Episc. Mars.* 211. A.
Jo. Signinus XVI. *Episc. Mars.* 221. E.
Joannes XXI. *Episc. Mars.* 228. B.
Joannes Dionysius Machafanus XLVII. *Episc. Mars.* 234. F.
Joannes B. Milanessus LI. *Episc. Mars.* 235. D.
Joannes Paulus Caccia LVII. *Episc. Mars.* 239. E.
Joannes Grandis, *scriptor celebris*, *Marsus*, 46. C.
Joannes Marerius *Dux Saracenorum pugnantium pro Manfredo*, 151. D.
Joannes de Pontibus *Cardinalis Curcumeli oriundus*, 141. D.
Joannes de Talleacotio, *scriptor celebris*, *Marsus*, 46. B.
S. Joannis *Villa*, 94. E.
Iona *oppidum*, 178. C.
Joseph Rusticus *JCtus laudatur*, 180. A.
Issa *Insula*, 85. A.
Italia *mundi universi pene compendium*, 1. A.
—— *quare Deorum habitaculum a veteribus dicta.* ibid.
—— *unde ejus diversa nomina*, ibid. A B.
—— *Ejus antiqui incolæ*, ibid. B.
—— *quando in partes, & tandem in Regiones scissa*, ibid. B C.
—— *& inde in ea orta varia terminorum mutatio*, ibid. & 8 B C.
—— *unde Thyrrenia dicta*, 7. C D.
—— *ex interpretatione* LXX. *Cethim dicta*, 11. A.
Italiæ *primi habitatores*, 11. B C.
Italicum *bellum appellatum est bellum Marsicum*, 23. B.
C. Judalicius *Venusiam, Canusiam & alias civitates per deditionem capit.* 30. D.
Judalicius & Aphranius *Cn. Pompejum profligant*, 33. A B.
—— *veneno vitam finit*, 33. C.
ni Judicium *adhibeas, perniciosi exitus sæpe honestarum rerum causas consequentur*, 33. F.
F. Julianus Thomasius, *ex Ordine Minorum Pseudo-episc.* XXXVIII. *Episc. Mars.* 233. B.
Julius Mazarinus *in Marsica civitate Piscina natus*, 44. E.
Julius Raymundus *militia clarus*, *Marsus*, 44. F.
—— *alter S. Ignatii alumnus & consocius*, 44. F.
Jus Civitatis *quando concessum Italis*, 35. D.
—— *quando plene Marsis*, 37. E F.
ut Juste *bellum suscipiatur sufficit, quomodo quis hostem aggrediatur, ad justitiam nihil refert*, 32. D.
Justitiam *virtutesque colentes, Diis assimilantur*, 1. A.
Justitiæ simulacrum *in Albensibus*, 129. E F.
Juvenci aquæ *decurrentes per Fucinum lacum, huic non miscentur*, 64. B.

L.

Lacus Scandensis, 57. C.
Lacuum *origo*, 48. B C.
Ladislaus *Rex ubi superatur a Ludovico Andegavensi*, 164. E.
Lætitia *Romanorum ex victoria L. Cæsaris*, 32. A.
Lallus Camponescus *Sulmonem obsidione cingit*, 192. C.
—— *occiditur ab Equite Sulmonensi*, 193. E.
M. Lamponius *Socialis Dux L. Crassum profligavit*, 30. C.
Lapis *præ se ferens statuam Isidis*, 26. A B C.

Lapis tumularis *C. Julii Celeris*, 105. BC.
Latibulum *Christianorum in persecutionibus*, 73. B.
Laurentius Maximus LVI. *Episc.* Marf. 239. A.
Leo Hostiensis *celebris scriptor*, *Marsicus*, 45. C.
Libri Sybillini *quando aperiebantur*, 70. D.
Licophronis *textus excussus*, 58. *B.*
Liris *fluvii fons*, 31. C.
Livius, *quando primum* Marsorum *meminit*, 13. B C.
Locus, *in quo serpens, aut aliud venenatum nec vivit, nec sistit*, 204. C.
Locus pugnæ *inter Corradinum & Carolum*, 31. D. 141. D. *seqq.*
Lucenses *seu Fucenses natio* Marsorum, 103. A.
Lucium *oppidum nulla rei singularitate insignitum*, 86. CDE.
Lucus *oppidum*, 104. F. *seqq.* 111. D.
Ludi *qua de causa inventi*, 75. AB.
Luminosus X. *Episc. Marf.* 216. A.
Luppa *vallis*, 140. E.
Lyceum *Corfinii*, 25. C D.

M.

Maccafana *familia nobilis*, 155. B.
Macranum *ubi positum, & quando dirutum*, 206. E.
Magales *Caci Comes Sabinos edocuit haruspicinam artem*, 7. E.
Magia, *ut divina notio, culta fuit*, 7. B.
Magiæ *Reges & sacerdotes operam navarunt*, 7. B.
Magnola *mons*, 134. A.
Majella *mons*, 186. B.
Malleanum *oppidum*, 135. C.
—— *ejus sigillum*, ibid. D.
Marcellus Crescentius XLVIII. *Episc. Marf.* 234. F.
Marcus Antonius Columna *laudatur*, 115. F.
Marcus Galilæus I. *Episc. Marf.* 210. B.
Marcus Probus *Poëta Sulmonensis*, 195. C.
B. Mariæ Virginis *simulacrum quo tempore & modo advectum fuerit in Carseolorum montem*, 156. B.
a Mari *an Marsi dicti?* 11. A. E. *in not. marg.*
Marrus *Liberi comes, an nomen dederit* Marsis, 9. E. 10. E.
Marruvii, *gens Marsica a* Marro *nomen habens*, 84. AB.
—— *eorum sedes*, 85. A.
Marruvium *antiqua Civitas a* Marro *nomen sumsit*, 82. B.
—— *vel a mari aut a marra*, 83. B.
—— *ubi ejus situs fuit*, 83. AB. 84. B.
—— *modo territorium est Dominorum de Silveriis Piccolominibus*, 84. E.
Marsi *magiæ operam navarunt*, 5. EF. 7. B.
—— *in amicitiam a Romanis recepti*, 13. B. 15. AC.
Marsiæ *aquæ fons & celebritas*, 61. AB. *seqq.* 63. D.
—— *ductus Romam*, ibid.
—— *unde ejus nomen*, 63. D.
—— *quomodo primum nominata*, 63. EF.
—— *ejus fontis nomen*, 63. E.
—— *an hic fons e Fucino lacu emanet?* 64. EF. & *seqq.* 66. F.
Marsia *civitas*, 197. F.
Marsica Legio *laudatur a Cicerone*, 12. F. 126. F.
Marsici *fundatores*, 43. D.
—— *belli causæ*, 18. B. *seqq.*
—— *suscitator Pompedius, & designatus Conf.* 23. B. C. 24. B.
—— *finis*, 35. D.
Marsico *bello finito Veneri* Myrteæ *sive Marsiæ ara vel templum sacratum*, 39. AC.
Marsicum *bellum quæ prodigia præcesserunt*, 21. C. *seqq.*
—— *quare sociale bellum & Italicum appellatum*, 23. B.
ad Marsicum *bellum designati Romani Coss. & Legati*, 27. EF.
de Marsis *nullus fuit Romanis triumphus nec sine Marsis*, 15. D.
Marsis *plenum jus civitatis datum*, 37. EF. *seqq.*
Marsorum *nomen a Principum partitione excidit.* 1. D.
—— *Diœcesi, sola Apostolica Sedes in distributione Diœcesium præfecit Marsorum nomen*, ibid.
—— *Diœcesis & Provinciæ termini diversi*, ibid.
—— *nomen unde?* 4. D. 8. D. 9. B E. 10. E. 11. A E. 12. A.
—— *natio semper Religionis cultrix*, 2 B.
—— *virtus ejus remotis gentibus celebris*, 12. C.
—— *nationis fortitudo & ad ardua inclinans animus unde?* 2. A.
—— *disciplina militaris celebris*, 12. BDE. 15. CD.
—— *arma*, 13. AB.
—— *stabilis fides erga Romanos*, 16. ADEF. 17. CD.
—— *Religionis autores*, 2. B.
—— *Christianæ fidei satores & propagatores*, 2. BC.
—— *Regionis amænitas & ubertas*, 2. D. 3. AB.
—— *Regio sicut serpentibus ita & antidotis abundat*, 5. B.
—— *Regionis fines & descriptio*, 3. CDE.
—— *serpentes veneno carentes*, 5. C.
—— *terra sigillata venena superat*, 5. D.
—— *bella cum Romanis*, 14. C. 15. C.
—— *defectio a Romanis*, 22. EF.
—— *legatio ad aperiendas desertionis causas*, 23. F. *seqq.*
—— *vires in serpentes*, 4. D. 5. EF. 6. A. *seqq.*
Marsus *Circes filius an primus dominus fuit Marsiæ terræ*, 4. de *seqq.*
Marsyas, *Lydius an Pelasgus sit?* 7. E. 8. D.
—— *an nomen dederit* Marsorum *genti*, 8. D. 9. B.
—— *tibiarum modulator*, 8. EF. 9. *seqq.*
—— *de ejus & Apollinis certamine, fabulæ explicatio*, 9. B.
—— *flumen*, 9. B.
Martia *familia Rom. orta ex* Marsis, 40. E F. *seqq.*
Martialis *epigramma illustratur*, 170. B.
Massa corona *pagus*, 133. E.
Massa sottana *pagus*, 133. E.
Matth. Colles LII. *Episc. Marf.* 236. B.
Matthæus Collis *ædificavit Episcopale Palatium Piscinæ*, 201. D.
S. Maximi *bracchium ubi sit*, 202. D.
L. Maximus *Marsos vicit, & ipsorum urbes cepit*, 15. C.
Medea *coluit Angitiæ lucum*, 103. C.
—— *ipsi templum sacratum*, ibid.
Medeæ *filius an Marsis imperaverit*, 4. C. *seqq.*
Melioratorum *familiæ Cardinales*, 195. C.
Merlinorum sive Merolinarum *nobilitas*, 189. F. *seqq.*
—— *inimicitiæ cum Quatrariis*, ibid.
Meta *oppidum infelix*, 100. D.
Milianum *seu* Maglianum *vicus*, 200. E.
Milonia *antiqua civitas Marsorum*, 88. A.
Miraculum *S. Cæsidii*, 119. D.
Mizzii *campi lacus*, 91. C.
Momento *summa verti possunt*, 29. A.
Monte Meo *S. Mons Imæus*, 199. D.
Montes *Marsi*, 47. A. *seqq.*
Montes in Marsis, *ubi altissimi*, 181. A.
Monumenta antiqua, *quæ Valeriæ*, 198. BC.
Monumenta Mulierum *Vectianæ Familiæ*, 41. EF.
Morinum *oppidum*, 101. B.
Morrea *oppidum*, 102. F.
Munitio *tractanda in otio est, & male quæritur, quando necessaria judicatur*, 122. E.
Muscinus *fons*, 57. C.
Mutius Columna LV. *Episc. Marf.* 239. C.

N.

Naumachia *in Fucino lacu, ferali crudelitate Claudii instituta*, 74. F. *seqq.*
Nicolaus V. *gente Marsus*, 42. DE.
Nicolaus XXIV. *Episc. Marf.* 229. C.
Nicol. de Virgiliis L. *Episc. Marf.* 235. C.

Nicolaus Toppius *laudatur*, 186. A.
Nili *fluminis origo*, 60. D.
Ninniorum *familia ex antiquis Romanis*, 118. B C.
Nive *conglomerata incredibilis vastatio facta anno* 1600, 102. E.
ex Nive *resoluta aqua strumas generat*, 154. C.
Noemi *filii Marsorum Religionis authores*, 2. B.
Noemus *appellatur ab antiquis Janus & Saturnus*, 11. D.
Nuces Albenses *celebratæ*, 128. F.
Numerus *cæsorum Romanorum bello sociali*, 35. E.
Numidæ *ad Papium deficiunt*, *viso Osinta Jugurthæ filio*, 30. A.
Nummi æreì *effigie Jani*, 11. F.

O.

Ocre, 181. B.
ad Odium *impellit ratio*, *cessantibus iis*, *quæ animum nutriunt ad mutua officia*, 18. B C.
Osinta *Jugurthæ filius Venusiæ retentus*, 30. A.
Opium *oppidum nulla singularitate rei notatum*, 90. D.
—— *quando quassatum terræ motu*, 91. B.
Oppidum a Venere, *quare sic dictum*, 39. C.
Opum *castellum*, 88. C.
Ortonenses *succedunt Sulmonem*, 194. E.
Ortucchia *insula & civitas in lacu Fucino*, *ita dicta quasi ortus aquarum*, 85. A B.
—— *ejus Ecclesia S. Roccho dicata*, ibid. E.
—— *cujus Rector*, *titulo Præpositi a S. Maria ad caput aquarum*, *insignitus*, ibid. B E.
—— *Hæc Ecclesia extra mœnia hodie a S. Orante dicitur*, ibid.
—— *Insulæ dominatur nobilis familia sabellica*, 86. A B.
—— *quod nominibus appelletur*, 52. B.
Ossa SS. Martyrum *sub Maximino*, *ubi sint*, 119. C.
Otto III. *in monte Cædici moratur*, 179. B.
Ovidius VI. *Fastor. excutitur*, 31. A C.
Ovmeli, *prata*, 141. A.
Ovindole *oppidum*, 178. D.

P.

Paleare *pagus*, 98. F.
Pallas *tibiam invenit*, 8. E.
Pandulphus VIII. *Episc.* Mars. 212. B.
C. Papii *cunctatio cum Sext. Cæs. pugnantis*, 30. A.
C. Papius *Dux sociorum Nolam capit*, 29. E.
Paschasius *versibus rediddit plurimos S. scripturæ libros*, 136. C D.
Paternum *oppidum*, 134. F.
ad Patrium *solum movemur affectu*, 3. B.
Paulus Marsus *de Cæsis*, *celebris scriptor Marsus*, 46. A.
Pauli Marsi *explicatio fabulæ de Marsia & Apolline*, 9. B.
—— *error in explicatione Ovidii versus*, 31. A.
Pelasgi *quare maritima loca Italiæ inhabitarunt*, 8. A.
Pelea *oppidum*, 186. D. E.
Peligni *originem ducunt à Solymo*, 10. C.
S. Pelini *Episc. Brundus. martyrium Corfinii*, 26. E.
Penna *mons*, 52. C.
Penna *sive Pinnæ oppidum*, 103. E. *seqq.*
—— *ejus antiquum sigillum*, 106. A.
—— *ejus interitus*, 107. C D E.
Perdicum *Albanis campis diversantium ventricula auro plena*, 130. B.
Perseus *Rex cum filiis Albæ custoditur*, 126. B C.
Pesculanorum *cum Sulmonensibus hostilitates*, 187. F. *seqq.*
Pesculum Asserulum *oppidum*, 87. C.
Pesculum Canalis *parvum oppidum* 100. B.
Pestis *maxima per Europam*, 193. D E.
de Petio *nobilis familia Marsica*, 85. E.
Petiorum *monumenta*, 175. A B.
Petra Sicca *oppidum*, 154. A.
Petrella *oppidum*, 98. F.
S. Petri Eremitæ *natale solum*, 154. D E.
Petrus Marsus *de Cæsis*, *celebris scriptor Marsus*, 46. A.
Petri Marsi *opera*, *& sepulchrale epitaphium*, *ac laudes*, 104. E. 170. D E F.
S. Petri de Murrone Cœlestini *solitudo in Marsis*, 96. F. 97. A.
Petrus de Agellis, *pro Abbate generali Italo Cælestinorum*, 166. F. 167. A.
Petrus *Privernas* XXVIII. *Episc. Mars.* 231. D.
Petrus Rocchus de Scurcula, *scriptor celebris Marsus*, 46. A.
Petrus & Jacobus XXXV. *Episc.* Mars. 232. D.
Philippi Guadagnoli *patria*, *gesta & libri*, 168. B C.
Philippus XXXVII. *Episc. Mars.* 233. A.
Philippus Scaccus *insignis autor*, 167. F.
Piconia *fons Marsiæ aquæ*, 63. E.
Pictornium *flumen occultum*, 57. F. 58. A. *seqq.* 63. C. 64. B.
—— *an per Fucinum lacum percurrat*, 64. B. *seqq.*
Pinna *civitas ubi fuerit*, 105. E.
—— *quo fato destructa*, 109. D.
Piretum *oppidum*, 150. E. 155. A.
Pisces, *qui pennis natant*, 50. B.
Pischaria *dicta est Ostia Aterni*, 85. D.
—— *& Aternum*, 89. E F.
—— *non fluit per Marsos*, 90. A.
Piscina *sedes Episc.* Mars. *& ejus exordia*, 200. F.
Pitoniæ *voragines*, 59. B.
Plestia *capitur a Samnitibus*, 14. E.
Plinii *locus corruptus*, 59. F.
—— *emendandus*, 95. C.
—— *ipse inscripsit orbem ex divisione Augusti*, 206. A.
Plistia *antiqua civitas Marsorum*, 87. D F.
Podium Sinulphum *Castrum*, 153. E.
Pogitellum *pagus*, 94. E.
S. Polinus *pagus*, 133. D.
Polymnianum *a quo conditum*, 90. E.
Pompejus Sarnellius *ejusque carmen de S. Pompejo*, 6. C. D.
—— *optati Epigraphen supplet*, 27. D.
—— *laudatur*, 44. A.
—— *in quandam Fucinam invehitur*, 49. B. C.
—— *Polymniani originem carmine describit*, 90. E F.
—— *Philippum Guadagnolum versibus commendat*, 168. F.
—— *Sulmonis historiam ordine a se digestam illustrat*, 186. A.
Pompedii *prudens compositio Confœderationis*, 23. C. 24. F.
Pompedius *Marsus belli socialis Dux providus*, 23. B. 24. B F.
—— *Q. Scipionem cum suis trucidavit*, 32. D.
—— *exprobrata fraude Marium provocat*, 32. F. 33. A.
—— *bellum instaurare cogitat*, 34. B.
—— *Asculi cecidit*, 35. A.
Pontanus *improbat Labeonis factum*, 40. B.
Pontius Pilatus *in ordinem redactus a Vitellio*, 129. B.
Populi, *qui naturali facultate vincunt venena*, 6. E.
Portia Phæbonia *mater Card. Baronii*. 44. D.
Potentibus *potentiora tormenta parari liquet*, 75. A.
Prælium *inter Conradinum & Carolum*, 141. *seqq.*
P. Præsentius *Socialis Dux C. Perpernam vicit*, 30. C.

Phæbonius.

Priami Phæbonii *JCti sepulchrum*, 114. E.
Prodigia *præcedentia Marsicum bellum*, 21. C. *seqq.*
—— *an futuri mali signa sint?* 21. E. 22. C.
—— *adquem finem ordinentur a Deo*, 22. C.
nimia Properatio *& studium nec decenti nec suo tempore prolata, multis, rei conficiendæ spem intercidit*, 30. B. C.
—— *Cluentii tristem peperit eventum*, 34. D.
Propertius Resta *Episcopus, scriptor celebris Marsus*, 46. B.
Proverbium: *Vulpes Carseolona*, 148. F.
Provinciæ Valeriæ *fines*, 196. E.
—— *Encomia ex sanctorum gestis*, 197. A B.
Prudentia, *potius & consilio, quam certamine, subvertere hostes docet*, 33. F.
Punicum *bellum luctuosum Marsis fuit*, 17. A B.
Putei profundissimi *naturæ opere excavati*, 149. F. 150. A B.
Puteorum *circa Rivum frigidum mira*, 149. F.
Pyrrhi *Epirotarum Regis bellum*, 15. F. *seqq.*
Pyrrhus *non potuit avertere Marsos e Romanorum fide* 150. F.

Q.

Quinisius, VII. *Episc. Mars.* 212. A.

R.

Reges, *magiæ operam dabant*, 7. B.
Remedia, *divina providentia non longe a venenis absunt*, 5. B.
Rendinaria *oppidum*, 102. B. C.
Rhæti *Marsorum Regis fabula*, 10. A.
Rhodianum *oppidum*, 208. B.
Risondolus *rivus*, 99. A.
Ritus *fœderis feriendi*, 38. C D.
Rivus frigidus, *oppidum*, 149. E.
Robur *oppidum*, 179. C. D.
Rocca *Castellum*, 88. C.
Rocca de Botte *Arx*, 154. D.
Rocca Cædici, 181. A.
Rocca di Cambio *oppidum*, 180. D.
Rocca di Cerro *oppidum*, 163. A.
Rocca de Medio, 179. E.
Rocca vivorum *pagus*, 102. D.
Romani *prope ad excidium ducti a Marsis*, 12. C. D.
—— *dant Marsis stationem in Urbe*, 16. D.
Romanorum, *qui dare potuerunt militiæ nomen, Imperio Claudii*, 68. B.
Romito *flumen*, 101. B.
S. Romualdus *Abbas Camaldulensium*, 150. D.
Rosciolum *oppidum*, 153. D E.
Rottaris, V. *Episc. Mars.* 211. 6.
de Rovito *sive Orbeti vallis*, 99. E.
Rubetum *vallis*, 99. D.
Ruggeriorum *familiæ monumenta*, 120. E.
Ruina *ex nivibus in Atinatibus*, 102. D E.
Ruphinus *Amasiæ Episcopus*, II. *Epis. Mars.* 210. D.
P. Rutilius *Cons. occiditur*, 300. E.

S.

Sabas de Cortonibus, XLI. *Episc. Mars.* 233. D.
Sabidius *Jovi locum Turani sacrat*, 138. A.
Sacerdotes, *magiæ arcana tenuerunt*, 82. C D.
Sagittarius *amnis*, 90. A.
Sagum, *moestitiæ indumentum*, 30. F.
Salernum *expugnatur a C. Egnatio*, 29. F.
Saliva *hominis jejuni serpentum venenum*, 6. E F.
Saltus *amnis*, 163. C. D. 167. C.
Salvatus de Pireto, XXXIX. *Episc. Mars.* 233. C.
Sangro *amni, Marsi a Samnitibus arcentur*, 88. A.
—— *in Columnella seu furca campi Mizzi ex Apennini jugo fons emanat*, ibid. C.
Saraceni *Italiam vastantes*, 188. E.
Sarcinalis *fons*, 57. D.
Sarni *fontes in Apennini jugo*, 88. C.
Scabies *curatur lotione aquæ Fucini*, 59. F.
Scamnum *oppidum*, 89. B C.
Scanzanum *oppidum feudum Joannis Duca*, 94. D E.
Schioppo *flumen*, 101. B.
Q. Scipio *a Pompedio superatur*, 32. D.
Scriptores *Marsi*, 45. C.
Scurcula *oppidum*, 137. A.
—— *quo nomine appellatur a Strabone*, 139. A.
Scuta *Marsorum dicta Decumana*, 127. C.
S. Sebastianus *pene desertum oppidum*, 91. E.
Secenara *oppidum*, 208. C.
Septemaquæ, 178. E.
Septifontes, 178. E.
Sepulchra *abortivis erigi non tulit antiquitas*, 73. D.
Serpentes *veneno carentes, sed fœtoris venenosi*, 5. C D.
Serpentum *& hominum disconvenientia naturalis*, 6. F. 7. A.
Sesere *sylva*, 149. A.
Sex. Julius *cons. à Vectio Catone in belli socialis initio victus*, 28. E.
Siginusus, *Episcopus intrusus* XII. *Episc. Mars.* 217. C.
Silveriorum *Familiæ monumenta*, 174. D E F.
Simulacra *Scipionis & Annibalis*, 131. A.
Siphaces *custoditus Albæ*, 125. F.
Sociale *bellum appellatum est bellum Marsicum*, 23. B.
Socius, *quæ a socio requirit, ipse exhibeat*, 18. C.
Sorbum *pagus*, 94. A.
Sparnasium *oppidum*, 92. A B.
Spartianus *notatur ex inscriptione nuper reperta*, 71. D.
Sperondasino *oppidum ex duobus coadunatum*, 92. A B.
S. Stephanus *pagus*, 94. A.
Strabo *quid de Marsorum gente*, 12. D.
—— *notatur cum aliis*, 121. E.
Strumarum *causa, aquæ ex nive resolutæ usus*. 154. C.
Studium *& nimia properatio, ubi nec decenti nec suo tempore proferuntur, multis, rei conficiendæ spem intercidit*, 30. B C.
Subita *omnia, incauta esse probatur*, 122. E F.
Successorum *familiæ monumenta*, 101. C D E.
Sulmo *antiqua civitas Marsorum*, 82. A.
—— *ædificatus a Solymo*, 186. C.
—— *quot eversiones passus sit*, 187. A. *seqq.*
—— *evertitur a Saracenis*, 189. B C.
—— *ejus cives trucidant Hungaros*, ibid. E.
—— *capitur a Ludovico Andegavensi*, 192. A. B.
Summi Pontifices *ex Marsis*, 42. D E.

T.

Talleacotium *a quibus ortum*, 163. D.
—— *vallatur mœniis & arce a Ladislao*, 164. D.
Tempe *fons*, 91. C.
Templum *illustratum præsentia D. Gregorii*, 101. F.
—— *B. V. M. illustre miraculis*, 103. D E.
Termini *Populorum Italiæ varie mutati*, 1. C.
—— *Provinciæ & Dioecesis diversi*, 1. D.
Terra nigra *oppidum*, 180. E.
Terra *quæ superat venena*, 5. D.
—— *ad figuli opus apta*, 91. E.
Terra sigillata *Marsorum veneni impatiens*, 5. D.
Terror *Romæ in sociali bello*, 30. F.
Textus *Ptolomæi vitiatus*, 124. F 125. A.
Theate *antiqua civitas Marsorum*, 82. A.
Tholonii *fluminis scaturigo*, 31. B C.

Thomas a Celano, *celebris scriptor Marsus*, 45. C.
—— *ubi mortuus*, 95. A.
Thomas, XIX. *Episc. Mars.* 225. A.
Thomas Cyprianus, XXIX. *Episc. Mars.* 231. D.
Thomas, XXX. *Episc. Mars.* 232. A.
Thomas Puccius, XXXII. *Episc. Mars.* 232. B.
Thomas, XL. *Episc. Mars.* 233. D.
Thomas, XLII. *Episc. Mars.* 233. E.
Thyrreni, *quinam Italiæ populi proprie fuere*, 7. D. 8. C.
Tibolare, *qua ratione sic appellatur*, 94. A B.
Tibulli *æstiva habitatio & tumulus*, 94. A B.
Tinus *Mons*, 176. C.
L. Titii *Cœnotaphium*, 104. A B.
Tivolare *pagus*, 94. A.
Toranus *flumen & origo*, 153. D.
Transaquæ *civitas*, 117. C.
Transaquarum *origo & nomen*, 117. C D.
Trajanus *emissionem Fucini iterat*, 71. D E.
Triennalis *obsidio Corfinii*, *quo tempore*, 26. F.
Trisultum *oppidum*, 102. B.
Trium Montium *Castrum*, 90. E.
Tuderisius, IV. *Episc. Mars.* 211. B.
Tufus *oppidum*, 154. A.
Turanum *oppidum*, 135. F.
Turchius *Mons*, 91. C.
Tyberis *incrementi indagatio*, 70. C.

V.

Valeria *familia R. ex* Marsis, 41. A B. *seqq.*
—— *Civitas* Marsorum, 195. D. *seqq.* 197. E.
Valeriæ *primordia & ruina*, 54. B C.
Valerienses *natio* Marsorum, 195. D. *seqq.* 199. E.
Vallis Regia *Castellum*, 88. C.
—— *donatur* Monasterio *Mont. Cas.* 88. D E.
Valva *oppidum*, 186. B C D E.
Varro *desolata civitas*, 94. F.
Vectius Cato, *belli socialis Dux Sext. Julium Cons. vicit*, 28. E.
—— *P. Rutilium Cons. R. vicit*, 30. E.
—— *Æserniam ad deditionem pressit*, 32. A.
—— *Interitus*, 35. B C.
Venafrum *occupatur a C. Egnatio*, 29. E.
Veneri *oppidum*, 199. D. 200. B.
Veneris Myrteæ *sive* Marsiæ *ara*, 39. A C.
Verecchia, 163. C.
L. Verus *moratur in* Marsis, *ut mederetur lippitudinem*, 178. A.
Vesta *Dea magna appellatur*, 25. F.
Vettia *familia Romana ex* Marsis, 41. C.
Vettianus *Collis*, 153. B.
Q. Vettius *facunditate dicendi celebris*, 41. D E.
Vetuli, *familia nobilis*, 144. F. *seqq.*
Via *in Carseolis a* Manfredo *aperta*, 151. B.
Viæ, *quæ ab Urbe ad Vestinos ducebat*, *monumenta*, 138. C D.
Vibrii *Marsi fortitudo & dexteritas*, 42. B.
ad Vicissitudinem *urget ratio*, *insurgentibus novis*, 18. B.
Vicovarum *oppidum*, 148. D. 195. D.
Vignies *sive* Vicus *antiquum castellum*, 86. B.
Villa de lacu *oppidum*, 90. B.
Villa Romana *pagus*, 162. E.
Villa Sabinensis *pagus*, 162. E.
Virtutes *colentes*, *Diis assimilantur*, 1. A.
Virtus *vexata crescit*, 87. C.
Visinium *oppidum pauper*, 91. D.
L. Vitellius *e Syria Ficus Coctanas intulit in Albenses*, 129. A B.
—— *coluit pagum S. Polini*, ibid. D.
Uppa *desolata civitas*, 94. F.

Z.

Zaccharias, XVIII. *Episc. Mars.* 223. A.

FINIS.

EMENDANDA.

Pag. 1. lin. 5. lege *felicitas*, l. 7. A. l. *Veneti*, ibid. in Marg. l. *Antiqui*, l. 7. C. l. *Ducatus*, l. 4. D. l. *Diæcesium*, ibid. l. 9. l. *Urbicarii*, ibid. l. 4. in Marg. l. *diversi &*, p. 2. l. 7. C. l. *terris*, p. 7. l. 1. D. l. *Colonos*, ibid. l. 4. l. *forte*, p. 8. l. 1. D. l. *suo Regini*, p. 9. l. 8. l. *linguas*, p. 53. E. l. *flatibus*, p. 54. l. 9. D. l. *cochleæ*, p. 60. l. 4. F. l. *margine*, p. 63. l. 8. l. *splendore*, p. 64. l. 6. D. l. *maris*, p. 81. l. 3. B. l. *poterimus*, p. 83. l. 2. l. *nectentur*, p. 95. l. 1. l. *Alterum*, p. 99. l. 3. B. l. *longæ*.





